FR 2024 AL2 v.3 (L. II p.2)

91-207

The Catholic
Theological Union
LIBRARY
Chicago, Ill.

DOCTORIS IRREFRAGABILIS

ALEXANDRI DE HALES

ORDINIS MINORUM

SUMMA THEOLOGICA

DOCTORIS IRREFRAGABILIS

ALEXANDRI DE HALES

ORDINIS MINORUM

SUMMA THEOLOGICA

DOCTORIS IRREFRAGABILIS

ALEXANDRI DE HALES

ORDINIS MINORUM

UMMA THEOLOGICA

IUSSU ET AUCTORITATE

Rmi P. BONAVENTURAE MARRANI

TOTIUS ORDINIS FRATRUM MINORUM

MINISTRI GENERALIS

STUDIO ET CURA PP. COLLEGII S. BONAVENTURAE

AD FIDEM CODICUM EDITA

WITHDRAWN

TOMUS III.

SECUNDA PARS SECUNDI LIBRI.

The Catholic
Theological Union
LIBRARY
Chicago, Ill.

AD CLARAS AQUAS (QUARACCHI)

FLORENTIAE

EX TYPOGRAPHIA COLLEGII S. BONAVENTURAE

—

MCMXXX.

DOCTORIS IRREFRAGABILIS

ALEXANDRI DE HALES

ORDINIS MINORUM

SUMMA THEOLOGICA

IUSSU ET AUCTORITATE

Rmi P. BONAVENTURAE MADRANI

TOTIUS ORDINIS FRATRUM MINORUM

MINISTRI GENERALIS

STUDIO ET CURA PP. COLLEGII S. BONAVENTURAE

AD FIDEM CODICUM EDITA

TOMUS III.

SECUNDA PARS SECUNDI LIBRI.

WITHDRAWN

The Catholic Theological Union LIBRARY Chicago, IL

AD CLARAS AQUAS (QUARACCHI)

FLORENTIAE

EX TYPOGRAPHIA COLLEGII S. BONAVENTURAE

MCMXXX.

C
14
A62
.2
v.3

ANNO QUO AD CAELESTIA MIGRASTI GAUDIA

MILLESIMO QUINGENTESIMO FELICITER RECURRENTE

TIBI

DIVE AUGUSTINE

FULGIDUM ECCLESIAE LUMEN

SCHOLAEQUE FRANCISCANAE

PRINCEPS VENERATISSIME

SECUNDAM PARTEM SECUNDI LIBRI

SUMMAE THEOLOGICAE

DEVOTI TUI ASSECLAE ALEXANDRI DE HALES

AD FIDEM CODICUM CASTIGATAM

LAETO EXSULTANTES ANIMO

FR. BONAVENTURA MARRANI

TOTIUS ORDINIS FRATRUM MINORUM MINISTER GENERALIS

FRATRESQUE EDITORES

DICANT

PROPRIETAS LITTERARIA

PROLEGOMENA

AD SECUNDAM SECUNDI SUMMAE THEOLOGICAE.

INDEX PROLEGOMENORUM

PAG.

Benevolo lectori. XI

SECTIO I. — OBSERVATIONES CRITICAE CIRCA CODICES HUIUS SECUNDAE SECUNDI.

§ 1. Elenchus codicum XII

§ 2. Descriptio codicum.

I. Codices pro editione adhibiti XII

II. » ex integro lecti, sed non adhibiti XIII

III. » collati XIII

§ 3. De familiis codicum. XV

§ 4. De selectione codicum XVIII

§ 5. De mutua independentia codicum XVIII

§ 6. De operis et divisionum titulis XIX

§ 7. De bonitate textus XIX

§ 8. De integritate textus. XXIV

§ 9. De unitate seu nexu compositionis. XXIV

§ 10. De auctoritatibus allatis XXIX

§ 11. De locis erronee citatis XXIX

SECTIO II. — DE DOCTRINA MORALI HALENSIS.

§ 1. Moralis fundamentalis XXXVI

§ 2. Problema de malo. XLIX

§ 3. De Iudaeis LIII

Opera manuscripta a nobis allegata LVI

Opera impressa a nobis allegata LVI

Tabula siglorum quibus codices nostri signantur LVIII

PROLEGOMENA

Benevolo lectori.

um volumen nostrae editionis, quod nunc prodit, tinet *Secundam Partem Secundi Libri Summae ae Alexandri Halensis*, in qua tractatur de lapsu per peccatum.

do hoc volumine eamdem ac in duobus priori- methodum secuti sumus, omnem curam adhi- quam fidelissime iuxta fidem codicum textus etur. In indagandis quoque fontibus, praesertim Inquisitione huius voluminis, maior adhuc labor est quam alibi.

quidem laudibus benevoli clarissimique viri trum extollere dignati sunt nobisque animum t ut indeficienti ardore inceptum laborem pro- ur. Nemo autem est qui ignoret, quantumcumque curae intendatur, non esse in humanis viribus t omnibus per omnia satisfiat. Quod enim placet urque probandum, alii minus rectum apparet e obelo. Sunt fata rerum!

t hic locus cuncta resumendi quae nobis a qui- bjecta sunt. Pauca tamen videntur dicenda de partem potius technicam editionis tangunt.

antibus lectionibus notandis mallet aliquis ut, rvulis litteris, eas lineis potius indicatis signare- vel magis quod noster modus, inquit, obsoletus utique, rei criticae non ignarus, tali observa- n dabit. Omnes enim sciunt nullam hucusque me- nanimiter admissam esse in modo signandi va- illam a nobis receptam adhuc hodiedum a viris is adhiberi. Hanc secuti sunt cl. Clem. Baeumker o *De motu cordis*, 1923[1], *Glossae in Porphy-* [2], *Contra Amaurianos*, 1926[3]; O. Holder-Egger, *a Fratris Salimbene de Adam*, 1905-1913[4], et raf, in suo egregio opere de peccato veniali[5]. picos adhibent numeros pro parvulis litteris, dem redit, non signatis lineis, P. Glorieux, *orium corruptorii 'Quare'*, 1927[6], et rei criticae i Socii Bollandiani, non solum in ultimo vo- dito[7], sed etiam passim et constanter in suis [8]. Aliis praeclaris exemplis omissis, haec suffi- probetur methodum a nobis admissam minime letam, immo adhuc a viris peritissimis adhiberi. estat cui satisfaciamus. Impossibile nobis visum ttere antiquarum editionum distributionem, quin idealem, ab ipso auctore clare indicatum, pes- nus, ideoque novam aestimavimus divisionem esse adhibendam et concordantiam editionis is cum nostra palam fecimus in Indice Quae- Sed et istud eidem critico displicuit. Mallet enim so corpore editionis notata esse concor- tiquarum editionum. Hoc autem servari potest tantum si antiquae editiones in maioribus divisionibus signandis concordent. Iamvero editiones antiquae in iis minime conveniunt, ut evidens est cuique eas vel parum conferenti. Sufficiant pauca exempla.

Prima Secundi in Norimbergensi habet 99 quaestiones, 93 in Coloniensi; Secunda Secundi in Nor. currit a q. 100 usque ad 189, in Col. a q. 94 usque ad q. 169 (legas 171). Insuper in editione Coloniensi graves in signandis quaestionibus occurrunt errores. Verbi gratia: (p. 608) q. 131, (p. 612) q. 131 (sic!); et infra: (p. 646) q. 140, (p. 653) q. 112 (sic!), (p. 658) q. 142, (p. 673) q. 142 (sic!), (p. 682) q. 144. Hos errores in Indice nostro correximus.

In editione Veneta (fol. 257a) q. 102, (fol. 259d) q. 102 (sic!), (fol. 261d) q. 103, qui error continue prosequitur. Fol. 366c, q. 146 (legas 147) *De fornicatione;* (fol. 367b) *De adulterio,* ubi omittitur signatura quaestionis, quae esset q. 148; sequitur (fol. 368b) q. 147 (legas 149) *De peccatis coniugum,* et sic error continuatur usque in finem.

In editione Norimbergensi pluries signatur ut quaestio quod in editione Coloniensi est tantum membrum quaestionis, v. g. pro Secunda Secundi:

Nor. q. 102 = Col. q. 94, m. 2;
Nor. q. 103, m. 1 = Col. q. 94, m. 3, a. 1;
Nor. q. 104, m. 1 = Col. q. 96, m. 1, a. 1;
Nor. q. 105, m. 1 = Col. q. 96, m. 2, a. 1;
Nor. q. 105, m. 3, a. 1 = Col. q. 96, m. 2, a. 3, § 1.

Tanta licet inter antiquarum editionum divisiones exstet discrepantia, nunc tamen alius citat iuxta Norimbergensem, alius iuxta Venetam vel Coloniensem, ita ut citationes allatae iuxta unam editionem vix in alia inveniantur.

Iis omnibus perpensis iudicet sincerus et aequus lector utrum debuissemus concordantiam discordantium editionum in ipso corpore editionis inserere.

Tandem, cum citationes iuxta nostram novam distributionem logicam nimis fastidiosae forent, nonnullis antiquis codicibus inhaerentes, in quibus singula quaesita numeris progressivis notantur, tales numeros et nos adhibuimus. Sed nec hoc quibusdam placet et longiores formulas in citando adhibent, v. g.: l. 2, inq. 2, tr. 2, sect. 1, q. 2, tit. 1, m. 2, c. 1, a. 2. Hoc plane inutile est, ne dicamus ridiculum valde, cum talis formula nulli antiquae divisioni correspondeat ac pro nostra editione sufficiat notare: 2. 2, num. 113. Tantaene molis erat? Sapienter revera dictum est de gustibus non esse disputandum.

Ceterum non abs re erit notum facere quod, antequam primi tomi aggrederemur editionem, viros in materia huius generis versatissimos consuluimus, specimen eis offerentes editionis iam praeparatae. Tantorum consiliis edocti editionem nostram publici iuris fecimus eamque iisdem criteriis continuare proponimus.

---

ge-Baeumker, XXII, Heft 1-2.
, XXIV, Heft 1.
, XXIV, Heft 5-6.
Scriptores, XXXII.

[5] *Das Wesen der lässlichen Sünde in der Scholastik bis Thomas von Aquin*, Bamberg 1923, p. 261-362.
[6] *Bibliothèque Thomiste*, IX.
[7] *Acta Sanctorum Novembris*, IV, Bruxelles 1925.
[8] *Analecta Bollandiana*, XLVIII 1930, p. 103-120.

SECTIO I. — Observationes criticae circa codices huius Secundae Secundi.

§ 1. — ELENCHUS CODICUM.

In sequenti elencho, praeter codices utramque Partem Secundi Libri continentes, quos in tomo II descripsimus, notantur etiam illi qui solam Secundam Partem Secundi Libri continent, quos signamus asterisco. Singulis additur numerus sub quo infra occurrunt et siglum eorum qui ad stabiliendum textum huius voluminis nobis inservierunt.

Assisii, Bibl. Commun., cod. 105 (*9*).
» » » » 107 (*10*).
» » » » 108 (*15*).
Avenione, Bibl. Municip., cod. 280 (L, *3*).
Bononiae, Bibl. Commun. (Archigymn.), cod. A. 920 (*11*).
Brugis, Bibl. Commun., cod. 210 (*16*).
Caesenae, Bibl. Malatest., Fila I, Pl. 14, c. 5 (*17*). *
Cameraci, Bibl. Municip., cod. 349 (*18*). *
Cantabrigiae, Bibl. Coll. SS. Trinit., cod. 377 (*19*).
Capistrani, Bibl. Commun., cod. LIII (*20*).
Cracoviae, Bibl. Univ. Jagell., cod. 1189[2] (*21*).
Florentiae, Bibl. Laur., S. Cruc., Pl. 24, Dext., cod. 4 (F, *2*).
» » » Fesulan., cod. 130 (*22*).
» » Nation., Conv. Soppr. cod. I. III. 10 (*23*).
Lauduni, Bibl. Municip., cod. 143 (*24*). *
Lipsiae, Bibl. Univers., cod. 450 (*25*). *
Monachii, Bibl. Status, cod. lat. 13426 (*26*).
» » » » » 18053 (*27*).
» » » » » 7405b (*28*).
» » » » » 6944 (*29*). *
Parisiis, Bibl. Nation., cod. lat. 15327 (R, *5*).
» » » » » 15331 (P, *4*). *
» » » » » 15335 (T, *6*). *
» » » » » 16388 (*30*). *
» » Mazarin., » » 784 (*31*).
Patavii, Bibl. Antoniana, cod. Scaf. XIII, n. 293 (*13*). *
» » » » » XII, n. 263 (*14*).
Rhemis, Bibl. Municip., cod. 471 (*32*).
Romae, Bibl. Vatic., cod. Vat. lat. 701 (V, *7*).
» » » » » » 702 (Z, *8*).
» » » » » » 703 (*33*).
» » » » Urbin. lat. 124 (*34*).
» » » » Ottob. » 189 (B, *1*).
» » » » Ottob. » 436 (*35*).
» » » » Rossian. » 305. VIII. 241 (*36*).
» » » » Chisian. » B. VII. 110 (1376) (*37*).
» » Angelica, cod. F. 2. 2. 537 (*38*).
Sarisberiae, Bibl. Cathedralis, cod. 105 (*41*).
Taurini, Bibl. Univers., cod. A. 327 (*39*). *
Trecis, Bibl. Municip., cod. 396 (*40*).
Vindobonae, Bibl. Nation., cod. lat. 1384 (*12*).

§ 2. — DESCRIPTIO CODICUM.

I. — Codices pro editione adhibiti.

Inter octo codices, quibus editio nostra innititur, sex occurrunt quos iam adhibuimus in adornando textu Primae Partis Secundi Libri, illosque iam sufficienter descripsimus in tomo II, locis infra citandis. His duos addimus, nempe Paris., Bibl. Nation. cod. lat. 15331 et 15335, quorum descriptio sequitur. Omnes isti codices, praeter Ottobon. lat. (cf. n. 1), completum habent textum huius Secundae Partis, incipientes verbis: *Adiuvante gratia Iesu Christi* et desinentes: *damnare crederetur.*

1. — **Codex B.** *Romae, Bibl. Vaticanae, cod. Ottob. lat. 189,* saec. XIII (cf. t. II, p. XVI, n. 35). Fol. 148a incipit: *Adiuvante gratia Iesu Christi.* Fol. 304d desinit: *et quod Petrus erat reprehensibilis* (cf. p. 831a, lin. 24).

2. — **Codex F.** *Florentiae, Bibl. Laurent., S. Crucis, Plut. 24, Dext., cod. 4,* saec. XIII, fol. 156a-325d (cf. t. II, p. X, n. 2).

3. — **Codex L.** *Avenione, Bibl. Municip., cod. 280,* saec. XIII, fol. 253a-372d (cf. t. II, p. XI, n. 3).

4. — * **Codex P.** *Paris., Bibl. Nation., cod. lat. 15331.* — Membran., saec. XIII med., eiusdem dimensionis, scripturae etc. ac eiusdem Bibliothecae codd. 15329 et 15330 (cf. t. I, p. XIII, n. 5 et t. II, p. XI, n. 4). Folia recenter numerata 349. In folio cartaceo, in principio codicis, manu moderna: *Ce Ms du 13^e siècle contient la seconde moitié de la 2^e partie de la Somme d'Alexandre Halès.* Fol. 1a rubrica: *De malo et peccato.* Incipit: *Adiuvante gratia Iesu Christi.* Fol. 349d desinit: *dampnare crederetur.* Huius codicis, utpote non complete correcti, speciminis causa variantes notavimus usque ad editionis nostrae paginam 13, quae sufficienter eius parentelam cum codice V demonstrant.

5. — **Codex R.** *Paris., Bibl. Nation., cod. lat. 15327,* saec. XIII, fol. 290a-438d (cf. t. II, p. XI, n. 5).

6. — * **Codex T.** *Paris., Bibl. Nation., cod. lat. 15335 (olim Sorbonae).* — Membran., saec. XIII, eiusdem scripturae, ligaturae, dimensionis et rubricationis ac eiusdem Bibliothecae codex 15334 (cf. t. II, p. XI, n. 7), cum quo Secundum librum complet. Folia 148, et unum vacuum in initio non numeratum, in quo notatur manu moderna: *Ce Ms du 13^e siècle contient la 2^de* [alia manu: *moitié de la 2^e*] *Partie de la Somme d'Alexandre Halès.* Fol. 1r in margine superiori, manu antiqua: *Secunda pars Secundi libri Alexandri de Halis.* Paragraphi omnes rubrae; initiales alternatim rubrae et caeruleae. Fol. 1a incipit: *Adiuvante gratia Iesu Christi.* Fol. 140b desinit: *dampnare crederetur. Omnis spiritus laudet Dominum. Amen.* Deest tabula quaestionum.

Codex V. *Romae, Bibl. Vaticanae, cod. Vat.* saec. XIII, fol. 318c-484c (cf. t. II, p. XII, n. 8).
Codex Z. *Romae, Bibl. Vaticanae, cod. Vat.* saec. XIII, fol. 162a-295d (cf. t. II, p. XII, n. 9).

Codices ex integro lecti, sed non adhibiti.

ites codices omnes, excepto n. 14, integrum uius Secundae Partis habent.

Assisii, Bibl. Municip., cod. 105, saec. XIII, -506a (t. II, p. XII, n. 10).

Assisii, Bibl. Municip., cod. 107, saec. XIII, 83b (t. II, p. XII, n. 11).

oniae, Bibl. Communalis (Archigymnasii), cod. A. I. 8), saec. XIII, fol. 287a-417c (t. II, p. XII, n. 12).

Vindobonae, Bibl. National., cod. lat. 1384 , saec. XIII-XIV, fol. 105v (rec. 194) - 200v (t. II, p. XIII, n. 16).

* *Patavii, Bibl. Antonianae, Scaf. XII, cod. 293.* — ., mm. 300×210, saec. XIII. Folia 215. Una manu Fol. 2r non numerato: *Secunda pars secundi de Ales.* Fol. 2v: *Prima pars deficit que incipletis tractatibus de hiis que pertinent. Et prima st: Supponendum est quod principium sit.* Linea continuat: *Ultima vero questio prime partis que ur huic prime incipit: Utrum primus homo domicreaturis carentibus spiritu.* Fol. 1r in margine : *Secunda pars secundi Alexandri de Alex que stinctione XXVIII usque ad finem.* Fol. 1a incipit: *gratia Iesu Christi.* Fol. 213c desinit: *dampnare r. Explicit summa de malo. Iste liber est deputusum fratris Petri de Padua ordinis minorum et 2ª partis 2ᵉ Summe theologie Magistri Alexandri iusdem Ordinis.*

Patavii, Bibl. Antoniana, Scaf. XII, cod. 263, II (t. II, p. XII, n. 15). Fol. 100a incipit: *Adiutia Iesu Christi;* fol. 241r desinit: *non dimittenopus iustitie* (cf. infra, p. 828a, linea ultima).

III. — Codices collati.

Assisii, Bibl. Municip., cod. 108, saec. XIV. XIII, n. 17). Fol. 67a incipit: *Adiuvante gratia Iesu* Fol. 88a desinit: *Quo autem hoc modo fiat* (cf. in-84b, lin. 17).

Brugis, Bibl. Commun., cod. 210, saec. XIV, 213 incipit nova foliatione Secunda Secundi 6b (t. II, p. XIII, n. 18).

* *Caesenae, Bibl. Malat., Fila I, Plut. 14, c. 5.* — ., mm. 323×240, saec. XIII-XIV. Folia non nu- . Binis columnis una manu exaratus. Fol. 1a *Finito tractatu de peccato primorum parentum* 30). Fol. ultimo desinit: *dampnare crederetur. ias. Explicit secundus liber.*

* *Cameraci, Bibl. Municip., cod. 349 (330).* — ., mm. 412×282, saec. XIII, fol. 191. A ligatore orum fuit confusus: fol. 39-40 ponenda sunt post fol. 167, et fol. 41-42 post fol. 171. Binis columnis una manu exaratus. Initiales et paragraphi alternatim rubrae et caeruleae. Fol. 1a absque titulo incipit: *Adiuvante gratia Iesu Christi.* Fol. 191b desinit: *dampnare crederetur.* Rubrica: *Explicit secunda pars secundi.* Deest tabula quaestionum.

19. — *Cantabrigiae, Bibl. Coll. SS. Trin., cod. 377,* saec. XIII, fol. non numerata (t. II, p. XIII, n. 19). Post Primam Secundi incipit: *Adiuvante gratia Iesu Christi.* Fol. 380d desinit: *nondum tamen incidit in heresim; ergo heresis non est* (p. 747a, lin. 16). Cetera folia avulsa sunt.

20. — *Capistrani, Bibl. Commun., cod. LIII,* saec. XIV, fol. 59a-195v (t. II, p. XIII, n. 20).

21. — *Cracoviae, Bibl. Univ. Jagell., cod 1189*[2], saec. XV, fol. 46c-500c (t. II, p. XIV, n. 22).

22. — *Florentiae, Bibl. Laurent., Fesulan., cod. 130,* saec. XV, fol. 168b-314c (t. II, p. XIV, n. 23).

23. — *Florentiae, Bibl. Nation., Conv. Soppr. cod. I. III. 10,* saec. XIV, fol. 101a-201d (t. II, p. XIV, n. 24).

24. — * *Lauduni, Bibl. Municip., cod. 143.* — Hic codex saec. XIII habet eamdem dimensionem, scripturam, rubricationem etc. ac cod. Laudunensis 142 (t. II, p. XIV, n. 26), cuius est continuatio et complementum. In thecae anterioris parte interna, manu moderna: *N°. du Catalog. 143 (177). T. R. 38. 7.* Alia manu: *Volume de 175 feuillets. 30 avril 1877.* Fol. 1: *N. 177. Tractatus theologici. Libri Secundi Pars 2ª.* Folia 175. Fol. 1 vacat. Fol. 2r in margine superiori manu antiqua: *Tituli secunde partis secundi.* Tabula quaestionum incipit: *Quaestio XXIª De malo an sit.* Fol. 4v desinit: *Utrum Petrus scandalizaverit gentes discernendo cibaria.* Fol. 5a incipit: *Adiuvante gratia Iesu Christi.* Fol. 175v desinit: *dampnare crederetur.*

25. — * *Lipsiae, Bibl. Universitatis, cod. 450.* — Cartaceus, mm. 297×215, saec. XV. Fol. 325. Binis columnis una manu exaratus. In thecae anterioris parte externa et interna, manu saec. XVI: *Tertia pars Allexandri de Halis. L*[egatum] *collegio minori.* Provenit igitur, sicut et eiusdem Bibliothecae cod. 449, ex *Kleines Fürstencolleg* Universitatis Lipsiensis (cf. t. II, p. XIV, n. 27). Fol. 1 incipit: *Adiuvante gratia Iesu Christi.* Fol. 319a desinit: *dampnare crederetur.* Fol. 319b eadem manu brevis tabula materiarum. Deinde fol. 319b-325, alia manu: *Registrum huius voluminis.*

26. — *Monachii, Bibl. Status, cod. lat. 13426,* anno 1398 exaratus, fol. 187c-497a (t. II, p. XV, n. 28).

27. — *Monachii, Bibl. Status, cod. lat. 18053,* anno 1439 scriptus (t. II, p. XV, n. 29). Fol. 169b incipit: *Expedito de creatione hominis, consequenter querendum est de lapsu creati, qui significatus Luc. X in illa parabola: Homo quidam descendebat a Ierusalem in Ihericho. Quoniam autem huius lapsus principium fuit malicia, qua se avertit a bono incommutabili et bono commutabili adherendo, ideo inprimis querendum est de malo et primo de malo in generali, secundo de malo in speciali.* Fol. 147d continuat: *Expedito de malo in generali consequenter querendum est de malo in speciali.* Post quaestionem *De scandalo* addit

aliam *De homicidio*, quae incipit: *Dicto de peccato in proximum, per quod proximus leditur in mente, dicendum est de peccato in proximum, per quod leditur in corpore. Huiusmodi est homicidium, ad quod refertur membri mutilatio, duellum et huiusmodi, circa quod duo queruntur: primo queritur de homicidio comparatione ad illum qui occiditur; secundo, comparatione ad illum qui occidit. Circa primum queruntur quinque. Primo enim queritur utrum occidere homines proprie sit peccatum; secundo, supposito quod non, utrum liceat homini in aliquo casu se ipsum occidere; tertio, utrum liceat semper occidere maleficos; quarto, utrum liceat in aliquo casu occidere innocentes; quinto, utrum liceat occidere creaturas sensibiles, ut bruta animalia.* Omnia ista integre tractantur. Fol. 388c desinit: *et idcirco qui eas occidit non facit contra preceptum legis et ita non peccat. Sic patet responsio etc. Completa est ista pars Summe Alexandri secundo, in die 12 iunii hora quasi sexta anno 1439.* Hic codex arbitrario modo compilatum textum affert, ut duo sequentes codices eiusdem Bibliothecae.

28. — *Monachii, Bibl. Status, cod. lat. 7405b,* anno 1444 scriptus (t. II, p. XV, n. 30). Fol. 203d incipit: *Expedito de creatione hominis consequenter querendum est de lapsu creati,* ut in codice praecedenti. Fol. 213c sequitur: *Expedito de malo in generali consequenter querendum est de malo in speciali.* Post quaestionem *De scandalo* addit illam *De homicidio,* ut in codice sub n. 27. Fol. 427d desinit: *non facit contra preceptum legis nature et ita non peccat. Sic patet responsio etc. Anno Domini millesimo quadringentesimo quadragesimo quarto, sexto Idus Martii completa secunda hec pars Summe eximii Doctoris Magistri Alexandri de Hallis secundo super Sententiarum de creatione mundi et sequelis eius sub venerabili patre domino Iohanne preposito, Indersdorfensis ecclesie intemerate Virginis Marie, regularis nunc vite honorabilis sub disciplina versante. Deus miserere nobis.* Hic codex textum arbitrario modo confectum habet ut codex praecedens.

29. — *Monachii, Bibl. Status, cod. lat. 6944 (Fürstenfeld 44).* — Cartaceus, mm. 214×315, anno 1481 conscriptus. Folia 407. In tegumenti posterioris parte exteriori: *Secunda Allex. d'Alis.* In folio insititio: *2ª 2ᵉ Alexandri de Ales.* Binis columnis una manu exaratus. Initiales et paragraphi alternatim rubrae et caeruleae. In margine superiori numerus quaestionum ab I ad XCIIII. Fol. 1a incipit: *Expedito de malo in generali consequenter querendum est de malo in speciali.* Post quaestionem *De scandalo* sequitur quaestio *De homicidio,* quae fol. 395a incipit: *Dicto de peccato in proximum,* ut in cod. n. 27. Fol. 399d desinit: *non facit contra preceptum legis nature, et ita non peccat. Sic patet responsio etc. Anno Domini millesimo quadringentesimo octogesimo primo quarto Nonas Februarii completa hec secunda pars Summe eximii Doctoris Magistri Alex. de Hallis super secundo Sententiarum de creatione mundi et sequelis eius sub venerabili Patre Domino Lionhardo.* Fol. 400r-407r tabula quaestionum 94. Deinde: *Expliciunt nunc articuli huius ultime partis. Anno Domini millesimo quadringentesimo octogesimo primo scriptus est et comparatus per Rev. Patrem et Dominum Leonhardum sacre theologie professorem abbatem in Campoprincipum Frysingensis dioecesis Cisterciensis Ordinis liber iste et habet 34 sexternos.* Hic codex textum Alexandri arbitrario modo refert, uti codd. Monacenses 18053 et 7405b.

30. — * *Paris., Bibl. National., cod. lat. 16388 (olim Sorbonae).* — Membran., mm. 240×172, saec. XIII. Folia 346 et unum fol. vacuum in initio, alterum in fine codicis. In dorso: *Petri (!) de Hales Pars Summae.* In interiori parte thecae anterioris manu moderna: *Ce Ms du 13ᵉ siècle contient 1° une partie de la Somme d'Alexandre de Hales; 2° des sermons pour l'Avent et les fêtes par un Cordelier.* Binis columnis, una manus fol. 2-220r, alia vero fol. 222-345 scripsit. Paragraphi et initiales alternatim rubrae et caeruleae. Fol. 2a incipit: *Completo tractatu de originali peccato adiuvante Domino transeundum est ad considerationem actualis peccati in quo persona corrumpit personam* (cf. infra, p. 274). Fol. 215d desinit: *dampnare crederetur.* Sequitur eadem manu: *Interveniat pro nobis, Domine Iesu Christe, nunc et in hora mortis nostre apud tuam clementiam gloriosa semper Virgo Maria, cuius animam sacratissimam in hora passionis tue doloris gladius pertransivit.* Fol. 216r-220r, manu primi amanuensis, index per ordinem materiae: *Prima questio que continet viij articulos circa viij diffinitiones peccati.* Desinit: *Septimo quid sit faciendum propter scandalum vitandum.* Fol. 220v, 221rv vacant. Fol. 222r rubrica: *Incipiunt sermones cuiusdam magistri tho. de ordine fratrum minorum.* Fol. 232v (CLXV) in margine: *In vigilia natalis Domini anno Domini m.cc.l.xxi.* Fol. 318v vacat. Fol. 345d desinit: *id est laudabat Dominum. Amen.* Fol. 346r, manu saec. XIII: *Precii quatuor librarum. ponatur in magna libraria.*

31. — *Paris., Bibl. Mazarin., cod. lat. 784,* saec. XIII, fol. 165a-362 (t. II, p. XV, n. 31).

32. — *Rhemis, Bibl. Municip., cod. 471,* saec. XIII. Post fol. 156 sequitur Secunda Secundi nova foliatione 1-139 (t. II, p. XV, n. 32).

33. — *Romae, Bibl. Vaticanae, cod. Vat. lat. 703,* saec. XIII (t. II, p. XV, n. 33). Fol. 99d incipit: *Adiuvante gratia Iesu Christi.* Fol. 107b desinit: *prout autem est causa peccati non sic dividit sed est una causa* (cf. infra, p. 42a, lin. 23).

34. — *Romae, Bibl. Vaticanae, cod. Urbin. lat. 124,* saec. XV, fol. 242a-465a (t. II, p. XV, n. 34).

35. — *Romae, Bibl. Vaticanae, cod. Ottob. lat. 436,* saec. XIII (t. II, p. XVI, n. 36). Fol. 180d incipit: *Adiuvante gratia Iesu Christi.* Fol. 328d desinit: *ait Apostolus, non oportet litigare* (cf. infra, p. 826b, lin. 29).

36. — *Romae, Bibl. Vaticanae, cod. Rossian. lat. 305 (VIII. 241),* saec. XIII, fol. 175a-343b (t. II, p. XVI, n. 37).

37. — *Romae, Bibl. Vaticanae, cod. Chisian. lat. B. VII. 110 (1376),* saec. XIV, fol. 79a-200d (t. II, p. X, n. 1).

38. — *Romae, Bibl. Angelicae, cod. F. 2. 2. 537,* anno 1470 exaratus, fol. 211d-408c (t. II, p. XVI, n. 38).

39. — *Taurini, Bibl. Universitatis, cod. A. 327 (olim Pasini lat. CLXXXVIII. I. III. 6).* — Membran., saec. XIV,

incendio Bibliothecae (an. 1904) damnum subiit. . Binis columnis una manu exaratus. Fol. 1a vix st textus propter incendii damnum. Fol. 1b in de queritur quid est malum. Augustinus autem de- lum (cf. infra, p. 5). Fol. 88d desinit: *Contra. Om- ordinatus est meritorius, sed in statu nature cor- nembrorum repugnat legi... Item Augustinus* (cf. in- 07a, litt. *b*.). Fol. 89a incipit liber III *Summae*

Trecis, Bibl. Municip., cod. 396, saec. XIII, 354v (t. II, p. XVI, n. 39).

Sarisberiae, Bibl. Cathedralis, cod. 105. — Hunc continentem Primum et Secundum Librum non ante annum 1929 licuit examinare et cum edi- ra conferre. Membran., mm. 345×235, saec. XIII Ligatus carta grossa corio cooperta. In dorso derna: *Iacobus | de | Nigella | MSS-105.* Duplex oliatio; antiquior numeravit per paginas, altera folia. Folia membranacea 346 ac duo cartacea io et in fine. Binis columnis, lin. 71, una manu, llica nitide exaratus. Initiales et paragraphi rubrae et caeruleae. Correctiones frequentes ius amanuensis. Columnae signantur litteris *a* ae vero numerantur in medio folio sic: *I, 5,* que ad fol. 255r tituli quaestionum repetuntur ne superiori et inferiori, deinceps deficiunt in , quia a ligatore abscissi. In fol. insititio IIv, rarii moderni: *105. 12½×9½ inch. XIII^th^ cen- ex Mag. Alexandri de Hales super duos primos tentiarum. prec. VIII. marc. Iste liber est Symo- cham. Simon de Micham or Micheham, who owned at one time, held in 1284 a prebend at Wells, S. Commiss. Report, 1885, 19. He was chancelor ury Cath. from 1288, when he advanced to the He died in 1297. His obit was entered in the ka- r june 8^th^.* Deinde eadem manu recentiori: *Lo- preb. of Torleton in the latter half of XIV^th^ nd was a residentiary canon, Reg. Coman, 80, ham 154. His successor was admitted in the pre- 15 febr. 1416.* Fol. 1r membran., littera minus- c. XIII: *Questiones magistri Alexandri de Ales os primos libros sententiarum. prec. viij. marc.* ttera anglica grossiore eiusdem temporis: *Iste Symonis de Micham.* Plumbo infra notatur manu : *Iacobus de Nigella.* In imo folii, manu saec. XV: *ibraria per Micham de eleemosyna magistri Wil- yng.* Fol. 1v vacat. — Fol. 2a-115b habetur Liber Fol. 2a, initiali excissa, incipit: [*Quoniam*] *sicut ius.* Fol. 115b desinit: *per infinita secula seculo- n. Explicit liber primus Summe fratris Alexandri. er secundus.* Fol. 115v vacat. — Fol. 116a-236c Prima Pars Secundi Libri. Fol. 116a incipit: *tractatibus.* Fol. 171d absque ulla interruptione De anima: *Adiuvante gratia Iesu Christi* (t. II, Fol. 188a desinit: *quod scientia a parte superiori rem reducitur ad synderesim* (t. II, p. 500). Im- ost, solita initiali et absque ulla cuiusvis generis annotatione sequitur De corpore humano: *Quoniam dictum est de substantia spirituali unibili* (t. II, p. 501). Fol. 212c incipit De vita: *Ultimo queritur si fuit pas- sibilis per anime separationem* (t. II, p. 645). Fol. 236b ultima quaestio: *Sequitur inquirere utrum primus homo dominabatur creaturis carentibus sensu* (t. II, p. 783). Fol. 236c desinit: *vel denuntiatores divine voluntatis pre- dicta operantis. Explicit prima pars pars (!) secundi libri.* Reliquum huius folii vacat. — Fol. 237a-346d sequitur Secunda Secundi. Fol. 237a rubrica: *De malo et peccato;* deinde cum magna initiali incipit: *Adiuvante gratia Iesu Christi.* Textus continuatur absque ulla interruptione usque ad fol. 345, cuius media pars infima abscissa est. Ultima quaestio, quae abrumpitur, incipit: *Quinto que- ritur utrum maius sit peccatum scandalum activum quam passivum* (cf. p. 820). Fol. 346c desinit: *tamquam idola- triam gentium dampnare crederetur. Explicit liber secundus. Iacobus de Nigella totum opus complebit.*

Collatione instituta cum editione nostra, apparet hunc codicem fere semper cum codicibus PV incedere. Speci- minis gratia quaedam notatu digna ex Libro I hic afferi- mus, indicando paginam et notam nostrae editionis ac locum codicis nostri, quem littera M signabimus.

Ed. 76*m*, M 13c habet tautologiam quae occurrit in omnibus codd., sed, ut PVS, om. *est.* — Ed. 169*i*, M 28d ut omnes nostri codd. omittit *intelligitur... indirecte.* — Ed. 216*i*, M 36a argumenta ponit non ut P, sed ut alii codices. — Ed. 326*e*, M 52d ut PVB omittit *Ad illud... efficientis.* — Ed. 356*i*, M 56d sq. prima manu habet in textu *Ad illud Apoc.... intraret,* quod BRL om. — Ed. 493 sq., M 78a prima manu habet in textu *Ad illud ergo quod obicitur... ponitur erat,* quod PVSBG om. — Ed. 566*p*, M 88a, ut omnes alii codd., argumenta 5 et 6 ordine inverso ponit. — Ed. 734-751, M 112c-115b habet prima manu exaratum totum illud ultimum Membrum, quod habent omnes codices in edendo textu adhibiti, sed in aliis quibusdam omittitur. — Ex iis et aliis supra in describendo codice notatis, patet textum nostrae edi- tionis plane concordare cum codice Sarisberiensi, qui ad familiam PV pertinet.

§ 3. — DE FAMILIIS CODICUM.

Codices a nobis adhibiti in duas dispertiuntur familias, quae siglis PVBT et FRLZ signantur. Hae autem familiae non ita rigide incedunt ut semper eodem gressu pariter gradiantur, sed nonnunquam PV vel BT vel FZ soli con- currentes propriam seriem relinquunt, immo frequenter F per correctionem ad primam seriem et speciatim ad V accedit.

Haec omnia summatim exemplis probantur in sequenti schemate, in quo sigla adhibita sic interpretanda sunt: a=additio; a i= additio interlinearis; a m=additio mar- ginalis; -c=codex habuit variantem lectionem, sed per correctionem se a codicibus indicatis retrahit; e=ex- punxit; o=omissio; v=varians lectio; v c=varians lectio post correctionem.

Pag.	Var.	Add.	Om.	P	V	B	T	F	R	L	Z
1			*b*	.	.	o	o	.	.	o	o
			c	.	.	.	.	o	.	.	o
2			*c*	.	.	.	o	.	.	o	.
			e	.	.	o	o	o	o	o	o
	g	.	.	v	v	.	v	.	.	.	v
	h	.	.	.	.	.	.	v	v	v	v
	k	.	.	v	v	.	v	.	.	v	.
	l	.	.	v	.	.	v	.	.	.	.
	n	.	.	v	v	v	v	.	.	v	.
			q	o	o	o	o	.	.	o	.
			t	.	.	o	o	o	o	o	o
	v	.	.	.	.	v	v	.	.	v	.
3a			*b*	o	o	.	.	.	.	.	.
	e	.	.	v	v	.	.	.	.	.	v
			h	o	o	.	.	.	.	.	.
	m	.	.	v	v	.	.	.	.	.	.
	o	.	.	v	v	.	.	.	.	.	.
3b	*a*	.	.	v	v	.	v	.	.	.	.
			b	o	o	.	.	.	.	.	.
	e	.	.	v	v	.	.	.	.	.	.
	f	.	.	v	v	.	.	.	.	.	.
		g	.	.	.	a	a	a	a	.	.
	h	.	.	v	v	.	.	.	.	.	.
			l	.	.	o	o	o	o	o	o
4a	*a*	.	.	v	v	.	.	.	.	.	.
			b	.	.	a	a	a	a	a	a
			g	o	o	.	.	.	.	.	.
	h	.	.	v	v	.	.	.	.	.	.
		m	.	a	a	.	.	.	.	.	.
			n	o	o	.	.	.	.	.	.
4b	*c*	.	.	v	v	.	.	.	.	.	.
		f	.	.	.	a	a	a	a	a	a
	k	.	.	v	v	.	.	.	.	.	.
		m	.	.	.	a	a	a	a	a	a
		o	.	.	.	.	a	a	a	a	a
	q	.	.	.	.	v	v	.	.	.	.
	r	.	.	.	.	v	.	v	.	.	.
5	*b*	.	.	.	.	v	v	.	.	v	.
	d	.	.	.	.	.	v	.	.	v	.
	e	.	.	.	.	.	.	v	v	v	v
	m	.	.	v	v	.	.	v	v	.	v
	n	.	.	.	.	.	.	v	.	.	-c
			n	o	o	.	.	.	.	.	.
	o	.	.	v	v	v	.	.	.	.	v
	p	.	.	v	v	.	v	.	v	.	v
	q	.	.	v	v	v	.	v	.	.	.
6	*b*	.	.	v	v	.	.	.	.	.	.
		c	.	a	a	.	.	.	.	.	.
			g	.	.	o	o	ai	o	o	o
	n	.	.	v	v	.	v	.	.	-c	.
	p	.	.	v	v	.	.	.	.	.	.
7		*a*	.	a	a	.	.	.	.	.	.
	e	.	.	v	v	.	.	.	.	.	.
	g	.	.	v	v	.	.	v	.	.	.
	l	.	.	v	v	.	.	.	.	.	.
8	*d*	.	.	v	v	v	v	.	v	.	.
			g	.	.	.	.	o	o	.	.
		i	.	a	a	.	.	.	.	.	.
			k	.	.	o	o	.	.	.	.
			r	a	a	.	.	.	.	.	.
9			*a*	o	o	.	.	.	.	.	.
	c	.	.	v	v	.	v	.	.	.	.
	n	.	.	v	v	.	.	.	.	.	.
		y	.	.	.	a	a	a	a	a	a
10	*i*	.	.	v	v	v	.	.	.	.	.
			o	o	o	o	o	.	o	o	.
			x	.	.	o	o	o	o	o	o
11		*c*	.	.	.	a	.	a	a	a	a
		g	.	a	a	a	a	.	.	a	.
	k	.	.	v	v	.	.	.	.	.	.
			l	o	o	.	.	.	.	.	.
		o	.	.	.	a	a	a	a	a	a
	p	.	.	v	v	v	v	.	.	v	.
		u	.	a	a	.	.	.	.	.	.
	z	.	.	v	v	.	.	.	.	.	.
12	*d*	.	.	v	v	.	.	.	.	.	.
	e	.	.	v	v	.	.	.	.	.	.
			f	.	.	o	o	.	.	a m	.
			g	.	.	o	o	o	o	o	o
			i	.	.	o	o	.	.	o	.
		k	.	.	.	.	a	a	a	.	a
	n	.	.	v	v	.	.	.	.	.	.
	s	.	.	v	v	.	.	.	v	.	.

Pag.	Var.	Add.	Om.	P	V	B	T	F	R	L	Z
12	*v*	.	.	v	v	.	.	.	.	.	.
13	*a*	.	.	v	v	v	.	.	.	.	.
	g	.	.	v	v	.	.	.	.	.	.
	h	.	.	v	v	v	.	.	.	.	.
				fin.							
			y		o	o	o	.	.	.	o
14			*i*		.	o	o	.	.	o	.
			p		.	.	o	o	o	o	o
	s	.	.		v	.	v	.	.	.	.
15		*b*	.		a	.	.	a	.	.	.
			f		.	o	o	.	.	o	.
			g		o	o	o	.	.	.	.
			l		.	o	o	.	a m	o	.
16			*b*		o	.	.	.	o	o	.
	f	.	.		.	v	v	.	.	.	-c
			t		.	.	.	o	o	o	a i
			x		o	.	.	o	o	o	a i
17	*a*	.	.		.	.	.	v	v	v	v
	b	.	.		.	.	.	v	v	v	-c
	c	.	.		.	.	.	-c	.	.	v
			d		.	o	o	a i	.	.	.
			m		a i	o	o v	.	o	a i	.
	o	.	.		v	.	v	.	.	.	.
18b			*m*		.	.	.	o	.	.	o
	o	.	.		.	.	.	v	.	.	v
			p		.	o	o	.	.	.	.
	q	.	.		.	v	v	.	.	.	.
19			*g*		.	.	.	o	o	.	.
	k	.	.		.	.	.	v	v	.	.
20		*a*	.		.	a	a	.	a	a	.
	m	.	.		v	.	v	.	.	.	.
21			*i*		o	.	o	.	.	.	.
25	*a*	.	.		.	.	.	v	v	.	.
	d	.	.		.	.	.	v	v	.	.
	p	.	.		.	v	v	.	.	.	.
30		*d*	.		a	a	a	.	.	e	a
	g	.	.		.	.	.	v	v	v	v
	k	.	.		.	.	v	v	v	.	.
	l	.	.		.	.	v	.	.	v	v
40	*a*	.	.		v	v	.	.	.	.	.
			c		.	.	o	o	o	a m	a m
			d		.	.	.	o	o	o	o
	f	.	.		v	v	.	.	.	.	.
			p		.	o	o	.	.	o	o
	q	.	.		v	v	v	.	.	v	.
50			*d*		.	o	o	a i	.	.	.
	m	.	.		.	v	v	.	.	.	.
60	*i*	.	.		.	v	v	.	.	.	.
	n	.	.		.	v	v	.	.	.	.
	o	.	.		.	.	.	v	.	v	v
70	*c*	.	.		.	v	v	.	v	.	.
	g	.	.		.	v	v	.	.	.	.
	h	.	.		.	.	.	v	v	.	.
			i		.	a i	.	o	.	o	o
		m	.		.	a	a	.	.	.	.
			u		.	o o	.	.	.	o	.
80			*a*		o	o	o	.	.	o	o
	d	.	.		v	.	.	.	v	.	.
	f	.	.		.	v	.	.	.	.	-c
	l	.	.		.	v	v	.	.	.	.
90	*h*	.	.		.	.	v	.	v	-c	.
	k	.	.		v	.	.	v	.	.	.
100	*c*	.	.		v v	.	.	.	v	.	v
120	*a*	.	.		v	.	v	.	.	.	.
		c	.		.	a	a	.	.	a	a
			f		o	o	.	.	.	.	.
140	*f*	.	.		.	.	.	.	v	v	v
	g	.	.		v	.	.	v	.	.	.
	o	.	.		v	.	.	.	.	v	.
		p	.		.	.	a	a	a	a	a
160	*d*	.	.		.	v	v	.	v	.	.
			g		.	.	.	o	o	o	o
	i	.	.		.	v	v	.	.	.	.
			p		.	o	o	.	.	.	.
	r	.	.		.	v	v	.	.	.	.
	y	.	.		v	.	.	v	.	.	.
180	*i*	.	.		.	v	v	.	.	.	.
		n	.		.	a	a	.	.	.	.
205			*a*		.	o	o	.	.	.	.
			c		o	.	o	.	.	.	.
	h	.	.		.	v	a	v	v	.	.
		v	.		.	a	a	.	.	.	.
220		*g*	.		.	a	a	.	.	.	.

	Var.	Add.	Om.	V	B	T	F	R	L	Z
	i	.	.	v	.	.	.	-c	-c	v
	n	.	.	.	v	v	.	.	.	.
	a	.	.	.	v	v	.	.	.	.
	e	.	.	.	v	v	.	.	.	.
	i	.	.	.	v	v	.	v	.	v
		p	.	.	a	a	.	.	.	.
	a	.	.	.	v	v	.	.	.	.
			d	.	o	o	.	.	.	.
	h	.	.	.	v	v	.	.	.	.
	f	.	.	v	.	.	v	.	.	.
	l	.	.	.	v	v	.	.	.	.
			n	.	.	.	am	.	o	o
			o	o	.	.	.	o	.	.
		q	.	.	.	.	a	.	a	a
			s	.	.	.	o	o	o	o
			f	o	.	.	o	o	o	o
	k	.	.	-c	.	.	v	v	.	v
	m	.	.	.	v	v	.	-c	.	.
			d	.	.	.	.	o	.	am
	f	.	.	.	v	v	.	.	.	.
		h	.	v	.	v	.	.	.	.
	l	.	.	v	v	v	.	.	.	v
			a	.	.	o	.	o	.	.
	d	.	.	v	v	.	.	.	.	.
	i	.	.	.	.	.	v	.	v	v
	l	.	.	.	v	v	.	.	.	.
		m	.	a	.	a	e	a	a	a
		n	.	.	a	a	.	a	.	.
			q	o	.	.	o	.	.	.
	z	.	.	.	v	v	.	.	.	.
			a	.	o	o	.	.	.	.
	i	.	.	.	v	v	.	.	.	.
			k	.	o	o	.	.	.	.
	m	.	.	v	.	.	-c	-c	v	v
		d	.	.	a	a	a	a	a	a
			g	.	o	o	.	.	.	.
			n	.	.	.	o	o	o	o
		b	.	.	a	a	a	a	a	.
	i	.	.	.	v	v	.	.	.	.
	k	.	.	.	.	.	-c	v	v	v
	n	.	.	.	.	.	v	v	v	.
	o	.	.	.	v	.	v	v	.	.
	r	.	.	.	v	v	.	.	.	.
	v	.	.	v	.	.	-c	v	v	v
	e	.	.	v	.	.	.	v	.	.
	n	.	.	.	.	v	.	v	.	.
		d	.	.	a	.	a	a	a	a
	c	.	.	.	.	.	-c	v	v	v
			h	.	o	o	.	.	.	.
	a	.	.	v	.	.	.	v	.	vc
	g	.	.	v	.	.	.	.	v	v
	l	.	.	.	.	.	.	.	v	v
			m	.	o	o	.	.	.	.
	o	.	.	.	v	v	.	.	.	.
	a	.	.	.	.	.	.	v	.	vc
	e	.	.	.	v	v	v	.	v	v
	f	.	.	.	.	.	v	.	v	.
	g	.	.	.	v	v	.	.	.	.
	l	.	.	.	v	v	v	.	v	-c
			m	.	.	.	o	o	o	o
	n	.	.	.	.	.	-c	v	v	v
	d	.	.	v	.	.	v	v	.	.
	f	.	.	.	.	.	.	v	.	v
	c	.	.	v	.	.	.	.	.	v
	x	.	.	.	.	v	v	.	.	.
	y	.	.	.	.	.	.	v	v	-c
	z	.	.	.	.	.	.	v	-c	-c
			a	.	o	.	ai	o	o	.
	b	.	.	.	.	.	-c	v	-c	-c
	c	.	.	v	v	v	.	.	.	.
			d	o	.	.	o	o	o	o
			e	o	.	.	o	o	o	.
	b	.	.	.	.	.	v	.	v	.
	g	.	.	.	v	v	.	.	.	v
	i	.	.	v	.	.	-c	v	v	.
			l	.	.	.	ai	o	o	.
			m	.	o	o	ai	.	.	.
	o	.	.	.	v	v	.	.	.	.
	q	.	.	.	v	v	.	.	.	.
		c	.	.	a	.	.	.	.	a
	e	.	.	v	.	.	.	v	v	.
		i	.	v	.	.	.	v	.	.
			l	o	.	.	.	.	o	.

Pag.	Var.	Add.	Om.	V	B	T	F	R	L	Z
			n	.	.	.	o	.	o	o
			x	.	.	.	am	.	o	o
	y	.	.	.	.	.	-c	.	.	v
580			*g*	o	o	.	.	.	.	.
			i	.	.	.	ai	.	.	o
			r	.	o	o	.	.	.	.
	u	.	.	.	v	v	v	.	v	v
601			*d*	.	.	.	o	.	o	.
			f	.	o	o	.	.	.	.
			k	.	o	.	o	.	o	.
	t	.	.	.	v	v	.	.	.	.
642		*f*	.	.	a	a	.	.	.	.
	g	.	.	v	.	.	.	v	.	.
	h	.	.	.	v	v	.	.	.	.
			l	o	.	.	.	o	.	.
	n	.	.	v	.	.	-c	v	v	.
	p	.	.	.	.	.	-c	.	v	v
	t	.	.	.	.	.	-c	.	v	v
	u	.	.	v	.	.	-c	v	v	v
663			*b*	o	.	.	am	o	.	.
	d	.	.	v	.	.	v	v	.	.
			e	o	.	.	m	o	.	.
	f	.	.	.	.	.	-c	v	.	.
	l	.	.	.	.	.	-c	v	v	.
	u	.	.	.	v	v	.	.	.	.
	v	.	.	.	v	v	.	.	.	v
682	*d*	.	.	v	.	.	v	.	.	.
	h	.	.	.	.	.	.	.	v	v
		m	.	.	.	.	e	.	.	a
		q	.	.	.	.	e	a	.	.
	s	.	.	v	.	.	v	.	v	v
	x	.	.	v	.	.	-c	.	v	v
700			*e*	o	o	.	.	.	.	.
			h	o	o	.	.	.	.	.
			s	o	.	.	o	.	.	.
			t	.	o	.	.	o	.	.
721		*a*	.	.	a	a	.	.	.	.
		g	.	.	a	a	.	.	.	.
			o	.	a	o	.	.	.	.
	r	.	.	.	v	v	.	.	.	.
	t	.	.	o	.	.	.	.	o	.
	v	.	.	.	.	.	v	v	v	v
750			*a*	.	.	.	ai	o	o	.
			b	.	.	.	am	.	am	o
	d	.	.	.	.	.	v	.	v	v
	m	.	.	v	.	.	-c	.	.	.
		p	.	.	a	a	a	.	.	.
	r	.	.	v	.	vc	.	.	.	.
	t	.	.	.	.	v	.	.	v	.
	x	.	.	.	v	v	v	.	v	.
760			*g*	.	o	o	.	.	.	.
	i	.	.	v	.	.	.	v	.	v
	q	.	.	v	.	.	.	.	v	v
	v	.	.	.	v	v	.	.	.	.
772		*f*	.	.	a	a	.	.	.	.
	g	.	.	.	v	v	.	.	.	.
	k	.	.	v	.	.	-c	v	v	v
	l	.	.	.	.	.	.	.	v	v
	m	.	.	.	.	v	.	v	.	.
	s	.	.	.	.	.	v	.	v	.
	t	.	.	.	.	.	v	v	v	v
783	*c*	.	.	.	v	v	v	.	.	.
	d	.	.	.	v	v	.	.	.	.
		e	.	.	a	a	.	.	.	.
			f	o	.	.	am	o	o	o
			g	o	.	.	am	o	ai	o
	h	.	.	.	.	.	-c	v	v	.
	k	.	.	.	.	.	v	v	v	v
			n	o	.	.	ai	o	ai	o
	o	.	.	v	.	.	-c	.	v	v
	q	.	.	.	a	.	.	a	.	.
	r	.	.	v	.	.	-c	.	-c	.
		u	.	.	.	.	.	a	.	a
821	*a*	.	.	.	v	v	.	.	.	.
	g	.	.	.	v	v	.	.	.	.
		i	.	.	a	a	ai	.	e	.
			k	.	o	o	.	.	.	.
	n	.	.	.	.	.	-c	v	.	-c
			o	o	.	.	ai	o	o	o
830		*f*	.	a	.	a	.	o	a	.
			o	.	.	.	am	o	.	am
	t	.	.	v	.	.	.	.	v	v
	u	.	.	.	v	v	.	.	.	.

§ 4. — DE SELECTIONE CODICUM.

Inter istos 41 codices octo selegimus ad constituendum nostrum textum. Haec selectio quidem non evenit casu et absque maturo examine. In primis omnes, quotquot sunt, codices inspeximus quoad initium et finem singularum quaestionum, ut de uniuscuiusque integritate constaret. Deinde certas sat longas partes determinavimus legendas in omnibus codicibus horumque variantes lectiones, omissiones, additiones et quidquid ad criticum apparatum pertinet diligenter notavimus, ut valor uniuscuiusque codicis satis appareret et, manifestata relatione codicum inter se, distinctae haberentur series seu familiae in quas codices concurrunt.

Iis criticis observationibus habitis transeundum fuit ad selectionem illorum codicum qui textui stabiliendo substernendi erant. Illos imprimis ablegimus qui textum arbitrario omnino modo confectum praebent, quales sunt tres codices Monacenses 18053, 7405b et 6944 (nn. 27, 28, 29); deinde illos qui nimis mutili sunt, nempe septem codices descriptos sub nn. 14, 15, 19, 30, 33, 35, 39. Iis decem codicibus reiectis remanet electio facienda inter 31 ceteros.

Inter hos praeferendi nobis erant codices Parisienses, utpote eo loco conscripti quo operis exemplar inveniebatur, quod ab ipso auctore vel ab eo qui editionem curabat approbatum et debite correctum, ceteris subsequentibus transcriptionibus esset fundamentum ac vere prototypum. Inter ceteros deinde illos duximus anteponendos qui traditioni Parisiensi magis appropinquant.

Denique regula generalis nobis fuit ut inter istos codices ii praeferrentur qui antiquitate magis praepollent, utpote qui minus interpolationibus obnoxii censentur, quibus posterioris aetatis amanuenses non semel opera insignia implere non verebantur.

Codicibus sic in series et familias redactis, illos definitive selegimus qui has quasi repraesentare videntur, ita tamen reducendo eorum numerum ut sufficienter traditio manuscripta proferretur, quin apparatus criticus nimis et absque utilitate excresceret. Nihil enim ad solidam textus constitutionem afferre possent annotati omnes errores ceterique innumerabiles lapsus calami, quibus indocti saepe vel incauti amanuenses in transcribendo eo frequentius peccant quo res scribenda intellectu est difficilior.

Huiusmodi criteriis ducti selegimus ad constituendum textum antiquos bonae notae codices **PRT**, quia Parisienses, **BVZLF**, quia Parisiensi traditioni vicinos. Codicis quidem P variantes tantum usque ad pag. 13 notavimus, non quia codicem non integre examinavimus — verba haec attentus notare velit lector — sed quia examine facto invenimus nimis frequenter spatia vacua relicta ab amanuensi, qui verba scribenda non potuit legere in suo exemplari, et ita textum insufficienter correctum reliquit, ut expresse etiam de alio codice P diximus in tomo II, p. XIa. Idem fieri potuisset pro aliis sex codicibus, quos integre legimus (cf. supra, p. XIIIa) nec tamen ad textum constituendum adhibuimus.

In constituendo textu codices **PVBT** ceteris praeponendi visi sunt, quia generatim melioris sunt notae et textum fidelius exhibent. Ubi autem contextus exigebat, stetimus quandoque auctoritati unius codicis vel duorum, ut praesertim V vel BT, quin tamen unquam omittamus fideliter indicare variantes ceterorum codicum, ut sic cuilibet fas sit iudicare de valore nostrae lectionis. Hoc etiam in praecedentibus tomis fecimus, nullam unquam omittentes codicum lectionem quae pro textu aliquid momenti haberet. Nulli utique lectiones sic admissas obtrudere intendimus, sed sereno critico relinquimus examinandas, qui, textu attente et undequaque inspecto, iudicet de lectione a nobis retenta.

§ 5. — DE MUTUA INDEPENDENTIA CODICUM.

In stabiliendo textu iis codicibus usi sumus qui inter se independentes sunt, id est quorum unus non est transcriptio alterius. Haec autem mutua independentia evidenter elucet ex illis omissionibus quae singulis codicibus propriae sunt quaeque in alio codice non supplentur per additionem marginalem vel interlinearem vel alio quocumque modo (Cf. t. I, p. XXI, et II, p. XVII). Harum igitur omissionum specimina afferentes, longiores tantum selegimus, ne labor in infinitum absque utilitate pertrahatur. Notatu quidem dignum est illos praecise codices, qui ceterum aliis meliores apparent, magis per homoioteleuta peccasse.

Omissiones solius **P**: 1*e*, 4*d*, 9*g*, *m*. Nota quod huius codicis variantes tantum usque ad p. 13 nostrae editionis signavimus, ut parentela eius cum cod. V appareat (Cf. supra, p. XVI sq.).

Omissiones solius **V**: 3*g*, 9*i*, 10*m*, *z*, 19*q*, 27*k*, 36*l*, 45*q*, 47*n*, 54*f*, 57*m*, 58*a*, 59*n*, 60*c*, 61*f*, 68*a*, 72*f*, 74*n*, 75*c*, *g*, *i*, 77*n*, 79*b*, 80*a*, 88*d*, 90*m*, 92*e*, 94*b*, 95*e*, 103*q*, 104*n*, 105*l*, 106*b*, 114*f*, *l*, 115*q*, 120b, 121*q*, 126*s*, 128*q*, *t*, 130*k*, 136*b*, 139*l*, 140*d*, 141*h*, 142*t*, *u*, 146*g*, 150*l*, 152*i*, *n*, 153*o*, 154*f*, 157*r*, *t*, 158*o*, 159*v*, 162*d*, 163*f*, 164*g*, 183*q*, 185*l*, 186*d*, 189*h*, 191*b*, 193*l*, 196*q*, 198*a*, 204*h*, 206*f*, 212*n*, 217*a*, 219*x*, 223*l*, 225*l*, 227*e*, 231*h*, 232*h*, 233*q*, 235*e*, 237*b*, 238*h*, 241*d*, 242*p*, 243*l*, *n*, 244*d*, *q*, 246*h*, 253*h*, 254*q*, 257*m*, 260*k*, 264*k*, 265*a*, 266*e*, *h*, 267*q*, 274*g*, 276*l*, 278*n*, 292*m*, 296*n*, 297*x*, 298*e*, 303*h*, 309*h*, *r*, 312*b*, 317*b*, 320*f*, *g*, 325*d*, 330*o*, 331*c*, 334*d*, 335*p*, 338*m*, 340*b*, *h*, 346*f*, 347*m*, 351*l*, 355*d*, *e*, 356*d*, 361*g*, 367*f*, 368*a*, *e*, 377*g*, 380*t*, 387*l*, 393*a*, 396*a*, 397*b*, *p*, 398*a*, 400*g*, 411*v*, 413*h*, 417*t*, 421*n*, 424*x*, 425*c*, 430*r*, 434*a*, 436*u*, 439*m*, 444*s*, 449*t*, 450*s*, 454*b*, 458*c*, 462*k*, 466*e*, 468*n*, 470*e*, 483*b*, 485*q*, *p*, 488*d*, *t*, 491*x*, 494*r*, 495*g*, 501*q*, 502*u*, 503*g*, *h*, 504*n*, 509*f*, *p*, 510*a*, *s*, 511*f*, 513*t*, 517*k*, *m*, 519*h*, 525*n*, 527*b*, 534*i*, 536*h*, 538*l*, *v*, 539*k*, 540*r*, 541*r*, 542*u*, 545*b*, *c*, 551*k*, 553*g*, 555*d*, 558*l*, 583*a*, 586*q*, *r*, 590*u*, 611*f*, 623*i*, 624*c*, 634*h*, 635*g*, 641*r*, 643*f*, 647*h*, 652*a*, 655*t*, 667*d*, *e*, 669*a*, 679*h*, 683*i*, 684*h*, 688*k*, 695*n*, 696*i*, 698*l*, 699*l*, 700*k*, 704*a*, 705*b*, 709*q*, 715*m*, 717*s*, 732*r*, 736*l*, 741*q*, 742*h*, 743*n*, 745*m*, 747*a*,

66*b*, 765*o*, 767*l*, 773*o*, 783*t*, 787*q*, 793*p*, 797*i*, 09*s*, 813*c*, 816*i*, 817*g*, 827*a*, *c*, 829*q*.

iones solius B: 14*c*, 17*l*, 18*d*, 38*p*, 46*h*, 50*n*, 54*r*, , 59*q*, 60*p*, 62*c*, 76*x*, 80*p*, 81*t*, 131*e*, 132*x*, 135*c*, 139*h*, 140*a*, 149*p*, 150*m*, 152*d*, 158*r*, 165*p*, 9*x*, 180*l*, 183*i*, 189*h*, 200*b*, 205*s*, 208*e*, *k*, *s*, 210*m*, 4*h*, *m*, 225*b*, 231*k*, *l*, *s*, *e*, *f*, *i*, 232*i*, 235*a*, *m*, 236*g*, 238*q*, 255*s*, 268*b*, 271*o*, 279*n*, 281*t*, 315*b*, 319*l*, *s*, 28*i*, 336*f*, 338*g*, 350*z*, 355*b*, 358*b*, 367*m*, 370*g*, 377*f*, 380*o*, 389*h*, 399*l*, 413*h*, *o*, 418*k*, *z*, 429*e*, 7*a*, *f*, 468*l*, 479*p*, 484*h*, 491*m*, 492*b*, 503*n*, *o*, 509*r*, 7*t*, 525*o*, 526*m*, *q*, 534*f*, 536*o*, 539*g*, 542*s*, 544*n*, 68*g*, 581*e*, 589*h*, 594*h*, 607*r*, 629*n*, 635*b*, 636*b*, 51*a*, 654*p*, 655*a*, 660*c*, 664*d*, 670*o*, 677*g*, 678*e*, 94*o*, 695*o*, 702*r*, 706*i*, 708*o*, 735*b*, 738*k*, 741*k*, 57*m*, 761*t*, 763*c*, 776*e*, 777*f*, 799*i*, *r*, 807*a*, 821*f*.

iones solius T: 11*a*, 12*r*, 16*u*, 29*f*, 30*r*, 39*e*, *k*, 50*o*, 58*o*, 59*a*, *b*, 62*m*, 63*t*, 72*i*, 74*k*, 86*n*, *m*, 98*b*, 102*n*, *r*, 107*m*, 109*u*, 118*p*, 126*h*, 149*n*, 55*i*, 159*p*, *r*, 164*d*, 167*b*, 176*c*, *p*, 178*a*, 181*b*, 91*n*, 210*s*, 219*o*, 220*a*, 251*o*, 253*a*, 258*k*, 259*f*, 76*o*, 278*c*, 284*c*, 293*l*, 303*b*, 305*a*, 311*m*, 315*p*, 35*q*, 339*e*, 340*f*, 346*t*, 349*g*, 352*i*, 360*k*, 368*d*, 388*f*, 396*r*, 397*h*, *q*, 420*h*, 424*v*, 425*q*, *k*, 443*h*, 473*p*, 477*d*, *s*, 478*g*, 490*i*, *n*, 491*s*, 498*e*, 500*p*, 04*f*, 507*y*, 514*h*, 549*a*, 567*i*, 583*d*, 589*h*, 597*d*, 13*o*, 625*m*, 629*p*, 647*b*, 659*r*, 669*h*, 673*d*, 676*a*, 89*m*, 698*i*, 700*r*, 705*l*, 715*k*, 741*h*, 746*d*, 758*a*, 82*l*, 788*i*, 807*d*, 810*l*, 817*t*, 820*e*, *y*.

siones solius F: 47*l*, 127*e*, 148*b*, 166*o*, 170*h*, 13*a*, 322*f*, 717*d*.

siones solius R: 10*n*, 61*v*, 67*o*, 80*k*, 89*e*, 90*r*, 16*p*, 174*d*, *m*, 182*g*, 189*i*, 306*q*, 311*c*, 317*f*, 331*f*, 51*p*, 427*l*, 433*o*, 439*b*, 451*q*, 468*b*, 482*e*, 483*m*, *q*, *n*, 512*l*, 514*m*, 518*p*, 526*g*, 543*h*, 546*i*, 549*q*, 55*d*, *g*, 557*b*, 562*t*, 592*m*, 601*g*, 602*f*, 608*t*, 619*n*, 37*g*, 641*m*, 645*g*, 648*e*, 651*k*, 659*s*, 667*r*, 670*b*, 677*n*, 680*t*, 682*i*, 687*m*, 692*o*, *x*, 701*n*, 708*m*, 15*e*, *f*, 717*g*, 723*b*, 745*x*, 754*a*, 770*e*, 784*u*, 801*c*, 20*v*.

siones solius L: 30*n*, 31*k*, 36*i*, 47*g*, 48*f*, 49*e*, *t*, 64*e*, 74*a*, 78*s*, 85*f*, 90*a*, *o*, 97*o*, 113*p*, 125*k*, 136*t*, 149*l*, 158*k*, 170*l*, 172*l*, *z*, 174*l*, 179*q*, *y*, 93*n*, 210*k*, 211*t*, 216*d*, 258*q*, 269*a*, 298*i*, 305*l*, 38*e*, 459*f*, 468*e*, 482*k*, 557*e*, 669*d*, 675*l*, 684*g*, 99*r*, 702*g*, *t*, *v*, 706*m*, 708*p*, *r*, 742*i*, 768*a*, 771*e*.

siones solius Z: 15*s*, 58*a*, *e*, 60*s*, 61*i*, 64*n*, 71*f*, 1*a*, 92*b*, 104*b*, 177*n*, 179*d*, 186*g*, 212*f*, *b*, 217*m*, 243*f*, 263*n*, 265*m*, 275*r*, 305*n*, 377*z*, 414*e*, 426*z*, 487*m*, 491*e*, 542*e*, 558*q*, 621*o*, 622*d*, *i*, 630*h*, 655*o*, 684*n*, *u*, 701*c*, 702*h*, 706*c*, 710*n*, 717*a*, 736*b*, 740*g*, 52*n*, 779*c*, 825*c*.

6. — DE OPERIS ET DIVISIONUM TITULIS.

in tomo II huius editionis (p. XX) iam signavi-tulos quibus Secundus Liber Summae Halensis atur in antiquioribus codicibus utramque Partem huius Secundi Libri continentibus, hic tantum pauca adiciemus de iis codicibus qui solam Secundam Partem Secundi Libri exhibent, remittendo ad numeros sub quibus istos in § 2 iam descripsimus. Eas tantum notas afferimus quae manu antiqua exaratae occurrunt.

Cod. n. 6, saec. XIII: *Secunda pars secundi libri Alexandri de Halis.*

Cod. n. 13, saec. XIII: *Secunda pars secundi Alexandri de Hales.*

Cod. n. 17, saec. XIII-XIV: *Explicit secundus liber.*

Cod. n. 18, saec. XIII: *Explicit secunda pars secundi.*

Cod. n. 24, saec. XIII: *Tituli secunde partis secundi.*

Cod. n. 41, saec. XIII: *Explicit liber secundus.*

Ad designanda singula quaesita iisdem in hac Secunda Secundi utitur auctor titulis quos iam notavimus in tomo I (p. XXVI) et in tomo II (p. XX). Sunt autem sequentes:

Pag. 13b, n. 3: *in Tractatu de peccato.*

p. 66b, n. 7: *cum fiet Tractatus de conditionibus peccati actualis.*

p. 162b, n. 7: *in Tractatu de malo.*

p. 266b, n. 5: *in Tractatu poenarum.*

p. 272b, n. 1: *in Quaestione de originali peccato.*

p. 294a, n. 2: *in Quaestione praecedenti.*

p. 338b, n. 3: *in Parte illa ubi agetur de iure naturali.*

p. 377b, n. 1: *in proprio Tractatu de praeceptis.*

p. 418, n. 6: *in Parte de praeceptis.*

p. 510a, n. 3: *principio huius Quaestionis.*

p. 594b, n. 3: *in Quaestione de peccato gulae.*

p. 599a, n. 6: *in ista Quaestione.*

p. 638b, n. 3: *in Tractatu de voto.*

p. 743b, n. 1: *in Quaestione de reditu peccatorum.*

§ 7. — DE BONITATE TEXTUS.

Textum huius Secundae Secundi recte fideliterque exhibent codices nostri, non ita tamen ut erroribus omnino careant, qui ex ignavia amanuensium maxime originem ducunt. Ubi vero unus vel alter codex vel etiam integra quaedam familia codicum lapsu calami deficit, alii generaliter recte incedunt, ita ut ex istis sufficiens adsit fundamentum quo textus solide constituatur.

Alii etiam errores ex ipso primo apographo oriuntur, ex quo ceteri exarati videntur, uti iam t. I, p. XXIV, § 6 et t. II, p. XX, § 6 notavimus. Huius argumentum validissimum videtur nobis desumi posse ex omissione sat longa, materiam integri articuli complectente, quam sub num. 615 ex codice Assisiensi 138 supplevimus. Quod enim haec supponi possint, erui licet ex eo quod in *Solutione* immediate sequentis articuli (num. 616, p. 595b) auctor ipse ad ea expressis verbis remittit. Illa igitur fidenter textui inseruimus eo quod in eodem codice ea etiam quae hunc articulum praecedunt et sequuntur fere verbotenus occurrunt. Omissio enim haec recte explicari potest ex errore per homoioteleuton, ut cuique initia praecedentis quaestionis et sequentis intuenti elucere potest. Ut tamen eius suppletio illico lectori appareat nec videamur eam cuiquam obtrudere, textum deficientem inter [ ] inclusimus.

Tandem non pauci sunt etiam errores, certi quidem et evidentes, qui in omnibus simul codicibus occurrunt, quos explicare non possemus nisi communem originem codicum ex primo apographo admittamus. Tales erroneas lectiones omnibus codicibus communes reiecimus in sequentibus 125 locis:

11 *v*, 19 *b*, 20 *v*, 22 *s*, 23 *f*, 26 *n*, 29 *g*, 42 *q*, 47 *o*, *p*, 62 *g*, 72 *b*, *q*, 107 *q*, 125 *e*, 135 *x*, 162 *i*, *m*, 199 *b*, 202 *b*, *o*, 216 *p*, 226 *i*, 229 *h*, *m*, 234 *k*, 238 *s*, *c*, 247 *m*, 262 *h*, 265 *n*, 274 *k*, 284 *i*, 310 *i*, 312 *m*, 317 *a*, 322 *i*, 344 *g*, 360 *h*, 363 *d*, 365 *y*, 369 *s*, 373 *l*, 376 *i*, 383 *e*, 391 *a*, 416 *g*, *g*, *k*, 432 *f*, 444 *o*, 450 *c*, *d*, 463 *y*, 469 *g*, 471 *f*, *v*, 478 *s*, 479 *r*, 486 *g*, 492 *i*, 494 *k*, 506 *c*, 516 *g*, 520 *v*, 530 *a*, 537 *h*, 539 *p*, 547 *c*, 561 *r*, 568 *k*, 570 *g*, 572 *n*, 593 *h*, 600 *s*, 611 *g*, 614 *g*, 619 *m*, 621 *d*, 631 *b*, 633 *d*, 634 *d*, 636 *g*, 639 *q*, 642 *i*, 645 *l*, *n*, 660 *e*, 682 *b*, 690 *f*, 692 *d*, 709 *d*, 724 *r*, 740 *p*, 744 *d*, 745 *h*, 748 *h*, 750 *y*, 756 *z*, 767 *s*, *x*, 769 *n*, 771 *p*, 778 *c*, *d*, 781 *c*, *i*, 788 *i*, 790 *h*, 791 *f*, 792 *g*, 799 *e*, 801 *h*, 802 *a*, 803 *o*, 804 *c*, 807 *n*, 808 *b*, 811 *c*, *l*, 820 *o*, *r*, 827 *g*, 828 *v*, 829 *l*.

Regulam, quam in constituendo textu secuti sumus in tomo II, (cf. II, p. XXI), eamdem ob rationes ibidem dictas etiam hic constanter tenuimus, uti ex apparatu critico facile cuique patere potest.

Bonitas etiam textus nostrae editionis elucet si collatio instituatur inter hanc et editionem Coloniensem, cuius multiplices et graves omissiones in tomo II, p. XXI, iam notavimus, quod nunc etiam pro hoc tomo III praestare iuvat. In sequenti autem elencho non afferemus errores a nobis correctos, qui multi et graves sunt, nec omnes omissiones, sed earum solum longiores, litteris cursivis hic impressas, ex quibus satis patere possit quantum textus Coloniensis corruptus fuerit.

Col. 390b - Ed. nostra, 2b, n. 10: *Item Gregorius: Malum est sine substantia et fundamento; sed quod tale est, nihil est; ergo malum [nihil] est.*

» 392a - Ed. 3a, n. 22: accidentis est, *et omne quod est in genere accidentis est* forma

» 397a - Ed. 17a, litt. *c:* actionis *habet haec tria; sed omne tale est a Deo; ergo mala actio ratione actionis* est

» 399a - Ed. 21a, litt. *d:* mala poenae *non essent nisi praecedente divina permissione; sed mala poenae* per se

» 402b - Ed. 29a, litt. *b:* malum; *ergo est aliquod summum malum;* sed

» 404a - Ed. 32a, n. 3: ipsum; *sed malum denominat illud cui convenit; ergo non destruit ipsum;* sed

» 406b - Ed. 37a, n. 4: facit *diem spiritualem et noctem spiritualem; sed nox spiritualis est subtractio gratiae vel spoliatio gratuitorum; ergo lux spiritualis facit* illam

» 407b - Ed. 38b, n. 3: moralis; *ergo uno malo sive vitio posito removetur virtus moralis;* ergo

» 410b - Ed. 44b, lin. 35: nocivum, *et hoc est in praecedentibus peccatis; in hoc autem non aestimat nocivum quod est nocivum,* et ex

Col. 411a - Ed. 45a, lin. 30: peccatum; *ergo vulneratio naturalium non fit nisi per mortale peccatum;* non

» 412a - Ed. 47a, lin. 9: delectabilis *quod respondet illi mortali, vel illius apparentis delectabilis quod* consequentiam

» 414a - Ed. 51b, litt. *c-d:* ad *speciem actionis, aliquando ex defectu boni quantum ad* circumstantiam.

» 414a - Ed. 51b, litt. *c-d:* aliquando *privaret modum et non privaret* speciem vel ordinem, aliquando *privaret speciem et non modum vel* ordinem, *aliquando ordinem* et non

» 426a - Ed. 65b, lin. 19: secundum *unum modum et malum ex circumstantia secundum* alium

» 421b - Ed. 66b, lin. 17: intentione *istius et plus in intentione illius,* maior

» 424b - Ed. 72a, lin. 38: plenam ubi *non est facultas perficiendi;* ubi

» 435b - Ed. 96b, ad 2: ad *peccatum, sed maius motivum ad* contrarium

» 439a - Ed. 103b, lin. ult.: membrum *Ecclesiae, est membrum* Christi

» 439b - Ed. 105a, lin. 1: praecedentium. *Et videtur quod non sit caput praecedentium,* quia

» 440b - Ed. 107a, lin. 1: invidiae *fuit ante casum; sed casus immediate fuit post peccatum; ergo peccatum invidiae* simul

» 444a - Ed. 113a, litt. *a:* ad *singulos ordines angelorum: aliqui enim restaurabuntur ad* ordinem

» 444b - Ed. 114b, ad 2: bonum, *quia, cum ex natura esset inclinatus ad bonum* nec

» 454a - Ed. 133a, lin. 34: se ipsos. *Et videtur quod non cognoverunt se ipsos* secundum

» 455a - Ed. 135b, ad 3: potest *sic contingere et potest* aliter

» 458b - Ed. 142a, litt. *b:* timorem *potentiae Dei punientis; ergo habent timorem* poenae

» 467a - Ed. 160a, lin. 4: Ecclesiae *multiplicantur tentationes, et multiplicatae inducunt profectum; sic ergo diabolus contra existentes in unitate Ecclesiae,* sive

» » - Ed. 160a, lin. 48: per *caritatem quam existentes in unitate Ecclesiae tantum per* fidem

» 478a - Ed. 183a, lin. ult.: ardoris. *Videtur autem ex hoc dici incentor, quia dat fomentum ardoris,* per

» 479b - Ed. 187a, litt. *c:* habent *ultra, ita exponunt: Ubi dicant eas in hoc saeculo et sub sole quem cernimus habere nullam communionem, habere vero sub alio saeculo et sub Sole iustitiae,* et non excludi

» 491a - Ed. 210b, n. 3: corruit *et ideo surgere non potuit; sed pari ratione potest dici de Adam quod de sublimissimo statu suo corruit* et ideo

» 491a - Ed. 211a, lin. 12: eius *fuit remissibile et remediabile. Ad obiectum autem primo in contrarium dicendum est quod peccatum eius* non fuit

Col. 512a - Ed. 255b, lin. 3: Deo *male utitur bono continentiam dedicans idolo,* male

» 513b - Ed. 259a, lin. 17: Ad quod dicendum quod *in aliquo fomes extinguebatur. Ad primo autem obiectum in contrarium dicendum est quod* esse

» 524b - Ed. 281b, lin. 40: definitionem: « *Peccatum est praevaricatio legis divinae* » *etc. Divisio autem illa ' peccatum aliud ex infirmitate ' etc. accipitur iuxta illam definitionem:* peccatum

» 526a - Ed. 286a, n. 1: fruendis. *Peccare ergo venialiter, cum sit malum, erit vel frui utendis vel uti fruendis;* sed

» 527a - Ed. 288a, litt. *a*: proportio *boni commutabilis ad incommutabile; ergo nulla est proportio* peccati

» 534a - Ed. 302a, n. 1: fomes, *sicut habetur in Glossa; ergo primus motus est fomes;* ergo

» 544a - Ed. 323a, n. 1: similiter; *ergo delicta et commissa ab invicem distinguuntur;* delicta

» 544b - Ed. 324b, litt. *b:* peccatum. *Item, ignorantia dicitur excusare peccatum in aliquibus; sed, si esset culpa, aggravaret peccatum; ergo non est peccatum.* Item

» 551b - Ed. 337b, n. 2: fieri, *sicut non praecepit aliquid quod non possit fieri;* ergo

» » - Ed. 338a, lin. 1: Pontificis *vel contra praeceptum proprii Pontificis,* verbi

» 552b - Ed. 339b, ad 1: est *declinare a malo, declinare vero a bono opponatur ei quod est* facere.

» 553b - Ed. 341a, litt. *a:* actualis; *ergo peccato omissionis debetur poena actualis;* sed

» » - Ed. 342a, lin. 7: malum; *unde utrumque hoc modo respicit vel opus malum* secundum

» 560b - Ed. 354b, litt. *b:* peccatum. *Item, una est macula quae relinquitur in anima; peccatum autem est macula; ergo unum est peccatum.* Item

» 561a - Ed. 356a, n. 1: posterius *ordinatur bonum: haec enim ordinantur secundum prius et posterius,* scire

» 572b - Ed. 380b, litt. *c:* personarum *plus quam in promotione personarum* quae

» 575a - Ed. 388a, n. 3: legem *Dei; sed quod fit contra conscientiam erroneam non fit contra legem Dei, immo secundum legem;* ergo

» 576b - Ed. 390a, n. 2: expediunt *et aliqua sunt quae expediunt,* sicut

» 578a - Ed. 392a, litt. *d:* peccandi; *perplexitas autem est necessitas peccandi;* ergo

» 582b - Ed. 402a, n. 5: *Item, sophistae disputando tota die falsum dicunt et intendunt fallere. Numquid omnes peccant?*

» 582b - Ed. 402b, lin. 28: fallendi *et contingit dicere falsum non cum intentione fallendi* quare

» 588a - Ed. 414a, lin. 43: mentiatur, *de quocumque circa fidem mentiatur* etiam

Col. 588b - Ed. 415a, lin. 11: id est *decipiendi, neque fallendi, id est* dicendi

» 591a - Ed. 420b, lin. 4: aut *fit causa eruditionis aut* ex

» 595a - Ed. 429a, n. 1: mortale; *sed hoc idem est quod multiloquium;* ergo

» 606a - Ed. 452a, n. 3: famae. *Praeterea, hoc est infinitum. Quis enim potest scire apud quos facta fuerit denigratio famae.*

» 606b - Ed. 453b, ad 1: vocabuli. *Cum dicitur quod detractio vel odium est homicidium, dicitur cum extensione vocabuli.* Ratio

» 609b - Ed. 459b, lin. 8: natus *nativitate in utero: cum enim sanctificatus esset in utero, non fuit natus cum originali peccato nativitate ex utero, licet natus fuerit cum originali concupiscentia.* Aliquando

» 610b - Ed. 461a, n. 1: homo, *optando poenam illi homini, non peccat; sed hoc est maledicere; ergo homo* non

» 611b - Ed. 463a, litt. *a:* misericordiae; *legi autem gratiae et misericordiae* non

» » - Ed. 463a, litt. *a:* in *Veteri vero Testamento est lex timoris et iustitiae; iis autem convenit poena; maledictio ergo competit in* Veteri Testamento

» 612b - Ed. 465a, litt. *a:* est. *Sed omne veniale peccatum levius est mortali; ergo nulla blasphemia est veniale peccatum;* et est

» 613a - Ed. 466a, n. 1: tempus *demerendi; ergo in praesenti est tempus* peccandi

» 615b - Ed. 472b, ad 1-4: mortale, *studiosa vero inspectio duarum aliarum ioculationum potest sistere in veniali.*

» 623a - Ed. 488a, lin. 5: iniuria *propter passionem factam in corpore; appetitus ergo vindictae secundum hunc modum recte attribuitur animae* in

» 625a - Ed. 492a, litt. *a:* appetitum *ad sapientiam et ad bonitatem, ita habet naturalem appetitum* potentiae

» 633a - Ed. 509a, litt. *b:* superbiae. *Item, inepta laetitia filia computatur gulae; non ergo est species superbiae.* Similiter

» 634a - Ed. 510b, lin. 6: gradus *superbiae per oppositum ad duodecim gradus* humilitatis

» 634b - Ed. 511a, litt. *b:* appetere; *ergo humanam laudem bonum est appetere;* ergo

» 635a - Ed. 512b, n. 3: glorians *appetit hominibus placere; ergo omnis inaniter glorians* de

» 644a - Ed. 531a, n. 4: privata, *omnium causa et mater malorum. Si est omni excusatione privata,* ergo

» 644a - Ed. 531a, lin. 36: maior. *Et videtur quod invidia hominis sit maior* sive

» 645a - Ed. 533b, lin. 16: rationali, *quia acceptare, non-acceptare, displicere, placere sunt in rationali.* Quantum

Col. 647b - Ed. 539a, litt. *e:* se *est indifferens; ergo irasci secundum se* non

» 648b - Ed. 540b, ad 2: irasci *non prohibet universaliter irasci,* sed

» 650a - Ed. 543b, n. 3: peccato; *ergo potest homo velle vindicari a se ipso sine peccato*

» » - Ed. 544b, lin. 17: facili *declinat a iudicio et aequitate, et hoc est quia plus ponderat pro se quam pro alio et de facili* perturbatur

» 651b - Ed. 547b, lin. 23: vindictam, *quia haec duratio non facit gravissimum peccatum, licet duret quantum ad vindictam;* ergo

» 653a - Ed. 549b, n. 2: *Item, Gregorius: In iudicio causa discutitur, in concilio definitur, in gehenna vero ea, quae de concilio egreditur sententia, explicatur. Ergo, ut prius, iudicium et concilium non sunt poenae, immo ordinant ad sententiam poenae sive ad poenam; ergo hoc totum est una poena. Qualiter ergo tres culpae?*

» 655a - Ed. 554b, lin. 30: tristitia *sequuntur ad passiones; nihilominus delectatio et tristitia* passiones

» 657b - Ed. 560a, lin. 9: superabundantiae *libidinis proprii boni, quod est excellentia, sed acidia ratione superabundantiae* doloris

» 670a - Ed. 565b, lin. 6: interius *et concupiscentia oculorum ad bonum exterius, cum scientia sit solum bonum interius* et

» 671a - Ed. 567b, lin. pen.: temporalem *vel propter quaestum temporalem* vel

» 675a - Ed. 576a, ad 1: propagatio, *et ideo simul concurrunt libido et vitiosa propagatio* nisi

» 680b - Ed. 588b, lin. 15: ad *prohibitionem peccati, sicut* praeceptum

» 685b - Ed. 600a, n. 2: corpus, *quia exercetur per corpus quod* manifestum

» 692b - Ed. 615b, lin. 29: est; *turpis lucri appetitus sub mentis inquietudine, quae non cessat cogitare vel desiderare congregationem divitiarum; falsa testimonia sub periurio, secundum quod iuramento firmatur falsitas testis, vel sub fallacia, secundum quod simpliciter asseritur falsitas; inhumanitas* et

» 695a - Ed. 622b, lin. 5: peccatum *sequens, cum scilicet aliquis peccat ex hoc quod nescit esse peccatum* et

» 695b - Ed. 622a, n. 1: Sanctum; *ergo idem peccatum est in Patrem et Filium et Spiritum Sanctum;* ergo

» 697a - Ed. 625b, n. 3: peccatum; *sed hoc est fornicatio; ergo fornicatio non est peccatum*

» 698a - Ed. 628a, litt. *b.*: concupiscitur. *Sed idem est moechia quod adulterium; ergo adulterium tantum est, cum aliena concupiscitur*

» 699a - Ed. 630a, lin. 16: mortis *in Veteri Testamento, sic adulterium cum homicidio habet poenam mortis* determinatam

Col. 699a - Ed. 630b, lin. 23: carnis; *in aliis vero peccatis minor est pronitas concupiscentiae et violatur templum Dei ex parte animae.* Alio

» 704a - Ed. 641a, n. 2: rationem: *neque enim puella violenter a domo patris abducitur neque violentia parentibus infertur; non ergo dicetur raptus secundum iam dictam rationem*

» 704b - Ed. 642b, lin. 4: raptus, *sed si fuisset violentia sine iure praecedenti*

» 711a - Ed. 656a, lin. 4: coniugatam; *ergo ad vitationem illius permittendum est quod fiat* coitus

» 714a - Ed. 683b, lin. 12: industria; *sed peccatum in Spiritum Sanctum est peccatum ex industria;* ergo

» » - Ed. 684a, lin. 1: in *iis praefertur spei misericordiae in* illis

» » - Ed. 684b, litt. *c:* dare *domum aliquam, non vult mihi dare castrum; sed si non vult dare* castrum

» 717a - Ed. 690b, lin. 39: quadam *veniali tamen, retrahitur, et talis timendo* venialiter

» 722b - Ed. 702b, litt. *d:* odium. *Item, Augustinus, in libro De sermone Domini in monte: Odium conditionis vitae praesentis est amor regni. Sed amor regni est amor debitus; ergo odium conditionis vitae praesentis est amor debitus; ergo per oppositum amor indebitus est odium.*

» 724b - Ed. 707, ad 3: qui *nimis carnaliter vivit, vel ex concupiscentia oculorum, sicut in illo qui* multum

» 728b - Ed. 717a, n. 2: existentis, *idolum autem dicitur rei non existentis,* sicut

» » - Ed. 717b, n. 3: est, *sive sit rei existentis sive rei quae fingitur esse;* simpliciter

» » - Ed. 718a, lin. 7: Deo *servitutem quam debet Deo* abnegat

» 731b - Ed. 723b, ad *a*: religionem: *dicendum quod tunc dicitur esse mendacium in iis quae pertinent ad religionem,* cum

» » - Ed. 723b, lin. pen.: naturam *propriam, quanto magis est enormitas facere contra naturam* increatam

» 739b - Ed. 740a, n. 1: articulo *fidei distincte vel implicite; sed iste non deviat, ut videtur, ab aliquo articulo;* ergo

» » - Ed. 740a, lin. 35: articulo *fidei scienter, est haereticus; sed schismaticus scienter deviat ab aliquo articulo* Symboli

» 744a - Ed. 750a, ad 1-2: messis *sicut duplex iudicium. Est enim iudicium Dei in futuro, est etiam iudicium Ecclesiae in praesenti, et secundum hoc est duplex messis* et

» 746a - Ed. 755a, litt. *a*: amittunt, *et Ordo est potestas, potestatem non amittunt;* ergo

» » - Ed. 755b, litt. *a*: *Augustinus, in libro De Baptismo: Potest sacramentum tradere separatus sicut potest habere separatus*

Col. 747a - Ed. 757b, lin. 18: recipi *a schismaticis in aliquo casu sine peccato,* potest

» 759b - Ed. 786b, lin. 21: nisi *bonus; ergo per illa non simulat se esse hypocritam. Nec per opera mala: per opera enim mala non videtur nisi* malus

» 760a - Ed. 787a, n. 1: virtutibus; *ergo est peccatum oppositum omnibus virtutibus*

» 760b - Ed. 788a, lin. 35: genere, *et huiusmodi fructus sunt opera exteriora bona in genere* et

» 765a - Ed. 799b, ad 1-3: quod *accipere vel dare pro temporalibus multipliciter dicitur: vel ut sustententur ministri Dei* vel

» 767a - Ed. 803b, lin. 1: patronatus *cum venditione villae cui est annexum ius patronatus vel illius* partis

Col. 767b - Ed. 804b, lin. 42: dioecesim *nec aliquo modo pertinent ad suam dioecesim,* non

» 769a - Ed. 808b, lin. 25: Extra, *Ex tuae fraternitatis litteris; si vero est manifestum, ipso iure suspensus est quoad se et quoad alios, sicut habetur Extra* De

» 770b - Ed. 811b, lin. 33: illud, *et secundum hoc sacrilegium non tantum dicit rapinam, sed etiam alterum genus peccati.*

» 774b - Ed. 820b, lin. 39: scandalizari *quam ipse intendat scandalizare;* intentio

» 779a - Ed. 830b, lin. 38: et *quod comederet cum Iudaeis discernendo cibaria* et

» 779b - Ed. 831b, lin. 32: aliis, *ut in gentibus, et secundum hoc non ambulavit ad veritatem Evangelii* et

Iis, speciminis gratia, quaedam adiungere liceat ex quibus elucere possit qua ratione in editione Coloniensi, in titulis quaestionum procedatur, quos saepe arbitrario modo, plus quam credi possit, editor conficit nulla de codicibus habita ratione. Pauca et principaliora tantum afferimus, ne ultra terminos absque utilitate collatio protrahatur.

Editio Coloniensis.	Editio nostra.
Pag. 398a - Quarto quaeritur de permissione mali. *Et habet duos articulos. Primus,* utrum... quare Deus mala *permittat* fieri.	Pag. 19 - Quarto quaeritur de permissione mali *et quaeruntur de hoc duo: Primo,* utrum... quare *permittit* Deus mala fieri, *id est, si permittit, qua de causa permittit.*
Pag. 399a - Quinto quaeritur in quo sit malum. *Et habet tres articulos. Primus, in quo sit malum simpliciter ut in subiecto. Secundus in quo sit malum culpae. Tertius, in quo sit malum, quod quidem est defectus naturae. Ad primum.* Cum enim.	Pag. 21 - Quinto quaeritur in quo sit malum. Cum enim.
Pag. 419b - Primo... communi: *videlicet* utrum... mali ex genere. *Quarto de malo ex circumstantiis in particulari. Ad primum quo quaeritur utrum malum ex intentione dicatur malum ex circumstantiis arguitur sic:* Malum.	Pag. 62 - Primo... de communi; *deinde, de malo circumstantiae in particulari. De malo vero circumstantiae in communi quaeruntur tria: Primo* utrum.., mali ex genere. *Ad primum sic:* Malum.
Pag. 479a - Completo... illius quaeritur *de eiusdem demerito. Et quaeruntur magnopere tria. Primo* utrum possit.	Pag. 186 - Completo... illius quaeritur utrum possit.
Pag. 493a - *Dicto de peccato primorum parentum, et conditionibus eius, accedendum est ad effectus, sive nocumenta, et poenas illius, quae ex ipso provenerunt; tum generales, tum speciales. Deinde dicendum est de peccato originali, quod consequenter ex ipso trahitur et ducitur. Est autem* multiplex nocumentum.	Pag. 215 - *Nono quaeritur de effectu illius peccati sive nocumento quod ex illo peccato provenit. Et est* multiplex nocumentum.
Pag. 521a - Completo... divisionibus. *Postea suo loco* de speciebus *in Quaestionibus sequentibus.*	Pag. 274 - Completo... divisionibus; *tertio,* de speciebus.
Pag. 555b - Tertia... quomodo *isthaec omnia ad invicem* differunt.	Pag. 345 - Tertio... quomodo differunt.
Pag. 565b - Consequenter,.. hominis usurpatum. *Secundo de usurpatione humani iudicii a Moyse et Phinees. Tertio, de iudicio usurpato ab eo, qui habet potestatem disparatam. Quarto, de iudicio, prout est inter ecclesiasticas personas. Circa primum* quaerendum est.	Pag. 366 - Consequenter.,, hominis usurpatum. *Primo ergo* quaerendum est.
Pag. 716b - Secundo.., peccatum. *Et utrum mortale.*	Pag. 688 - Secundo.., peccatum *mortale vel non. Et primo, occasione huius quaeritur utrum sit peccatum; secundo* utrum mortale.

§ 8. — DE INTEGRITATE TEXTUS.

In tractando de integritate textus nullum respectum habemus ad codices Monacenses 18053, 7405b, 6944 (nn. 27, 28, 29), qui ita arbitrario modo confectum praebent textum ut nec inter codices nostros recenseri mereantur, cum potius redactio quaedam nova sint a quodam ignoto excogitata, nullum habens fundamentum in traditione antiquiorum codicum, qui omnes concorditer textum afferunt prout hic editur.

Inter ceteros 38 codices qui Secundam Secundi continent 8 sunt mutili (n. 1, 14, 15, 19, 30, 33, 35, 39), sed hic agitur tantum de meris defectibus qui tales sunt ut nullum momentum habeant in quaestione de qua hic agitur. In nullo autem codice aliquid notatur quod integritati textus vel minimam dubitationem iniciat.

Notandum autem quod nec ipse auctor totam absolvit materiam, quam proponit tractandam. Sic in hac Secunda Secundi, p. 7, sextum quaesitum omittitur. — Item, p. 79, undecim nuntiantur tractanda, quorum tantum duo prima evolvuntur, nempe « quid sit peccatum » et « quae divisio peccati et quae species peccati materiales sive formales ». Inter promissa vero octavo loco tractandum esset de reditu peccatorum, de quo tamen nihil hic occurrit, licet ad illud ipse auctor alibi (p. 743b, n. 1) expresse remittat: « ostendetur in Quaestione de reditu peccatorum ». Item, undecimo loco agendum promittitur (p. 79) « de conditionibus aggravantibus peccatum » de quo iterum nihil hic habetur, licet ad illud videatur ipse auctor remittere (p. 668, n. 7) ubi, agens de circumstantiis in particulari, dicit: « Sed duplex est consideratio: uno modo secundum quod singulae circumstantiae dicuntur aggravare vel minuere peccatum, et secundum hunc modum agetur infra, cum fiet Tractatus de conditionibus peccati actualis ». Notandum tamen quod de pluribus quae tractanda proponuntur (p. 79), licet non agatur hic sub propriis titulis, multa tamen dicuntur ubi de singulis peccatis agitur, verbi gratia de causa, gradibus, effectibus, oppositione, poena peccati et de comparatione peccati ad peccatum in quantitate, uti inspicienti varios tractatus Inquisitionis tertiae apparere potest. — Item, p. 343 decimum quaesitum omittitur. — Deinde (p. 715) nuntiantur tractatus de peccatis in Deum, in proximum, in se ipsum. De peccatis in Deum fuse agitur p. 715-814. Tractatus de peccatis in proximum agere deberet de scandalo, homicidio, duello, tyrocinio, rapina, usura, fraudulento contractu et furto. Auctor vero agit solum de scandalo, de aliis vero abunde agit tantum in tertio Libro, ubi de praeceptis Decalogi. De peccatis autem in se ipsum nihil habetur.

Similes omissiones quaestionum ab ipso auctore promissarum occurrunt etiam in Libro I et in Prima Secundi.

In Libro I duae omissiones huiusmodi notandae sunt. Pag. 491, incipiens inquirere de nominibus divinis, tria proponit tractanda his verbis: « Primo ponamus inquisitiones quasi introductorias circa divina nomina; secundo descendamus ad inquisitionem nominum in speciali; tertio vero colligamus nominum differentias simul, suppositis regulis, quibus universaliter absque errore possimus enuntiare quod de sancta Trinitate credimus locutionibus catholicis et veris ». De primo agitur p. 492-510; de secundo p. 511-571; de tertio vero nihil occurrit.

Item, p. 610, de nomine Verbi quatuor proponuntur tractanda, quorum ultimum « de cognitione Verbi » non evolvitur.

In Prima Secundi, pag. 501 dicitur quod de corpore humano « considerandum est quantum ad duplicem statum, innocentiae scilicet et naturae lapsae ». Porro totus tractatus agit unice de corpore humano secundum statum innocentiae, nihilque invenies ibi quod referatur ad illud secundum statum naturae lapsae. — Item, p. 618, nota 9, ubi adducitur textus Glossae « quia non costa, sed caro suppleta est », respondetur: « dicendum quod hoc dicitur significative, non causative, id est suppletio carnis, non costae, signum fuit infirmationis, non confirmationis sive virtutis. De hoc infra habebitur fortasse ». Nihil tamen de hoc infra occurrit.

Praeterea, non semel auctor remittendo ad alias Partes sui operis, promittit quaedam tractanda, de quibus in *Summa* nihil habetur.

Verbi gratia in Prima Secundi, p. 417, n. 4, agens de proprietatibus animae relate ad corpus, tertio remittit ad ultimam Partem: « de separabilitate autem erit sermo in ultima Parte, quae spectat ad retributionem ». — Item, p. 685, n. 2: « Supponatur hoc de resurrectione humorum, de qua erit quaestio in loco suo ».

In Secunda Secundi, p. 266, n. 5: « Residuum vero dicetur infra in Tractatu poenarum post iudicium vel eorum quae pertinent ad statum animae separatae ». Ibidem, p. 300, n. 2, loquens de limbo, addit: « Sed de iis alias ». De istis autem, sicut et de aliis ad eschatologiam pertinentibus, nihil habetur in *Summa*. — Item, p. 638, n. 3: « de hoc amplius dicendum est in Tractatu de voto ». Hic tractatus non occurrit in *Summa*.

Ex dictis satis elucere potest non pauca in *Summa* iam deesse eorum quae ibi promittuntur tractanda. Iis addantur similes, immo maiores etiam omissiones, quae in sequentibus partibus huius operis occurrunt.

§ 9. — DE UNITATE SEU NEXU COMPOSITIONIS.

Pulcherrimus ordo et stricta connexio atque concatenatio materiae, quas iam in duobus praecedentibus tomis notavimus, hic etiam mire elucent.

In ipso Prologo Inquisitionis primae significatur nexus cum Prima Secundi et annuntiatur materia Secundae Secundi (p. 1): « Adiuvante gratia Iesu Christi, post considerationem eorum quae pertinent ad creaturam in quantum est creatura » — en materia Primae Secundi — « procedendum est ad considerationem eorum quae pertinent ad lapsum sive ad deteriorationem eiusdem » — en materia Secundae Secundi.

Tota materia hic tractanda dividitur in duas principales partes, quarum prima erit de malo, « quod est quasi

genus peccati, non tamen simpliciter », altera « erit de peccato consideratio », et hoc « quia deteriorativum creaturae est malum et peccatum » (p. 1). De malo in genere agitur in Inquisitione I, de peccato autem in genere et de multiplicibus eius differentiis in Inquisitionibus II et III. Inter Inquisitionem I et sequentes colligatio indicatur in initio II Inquisitionis (p. 79): « Habita consideratione de malo secundum differentias mali, consequenter dicendum est de peccato ».

Immensam materiam de peccato evolvendam proponit auctor in undecim quaesitis (p. 79), quorum sola duo priora tractat, (cf. p. XXIIa), nempe « quid sit peccatum » ac « quae di visio peccati et quae species peccati materiales sive formales ». Hoc ultimum quaesitum examinatur diffuse et sub omni respectu a p. 83 usque ad finem voluminis, et complectitur duas magnas divisiones, scilicet de peccato angeli et de peccato hominis. Tractatus de peccato angeli apte distribuitur in duas Sectiones, nempe de peccato angeli in se et in comparatione ad hominem. Hae iterum plures habent subdivisiones, quae omnes intime inter se connectuntur. Peccatum angelorum consideratur in se et in sua poena. In quaestione de angelorum peccato in se agit primo de peccato Luciferi, deinde de peccato « aliorum angelorum ei in peccato consentientium », quae ultima tractatio priori sic colligatur (p. 111): « Finito de primo peccato angeli, consequenter dicendum est de peccato aliorum angelorum ». Hac materia ex omni sua parte absoluta, transit auctor ad considerandam poenam peccati angelorum, iterum hanc disputationem praecedenti connectendo (p. 120): « Expedito Tractatu de primo peccato Luciferi et de peccato aliorum angelorum, quo primo peccaverunt, consequenter dicendum est de poena quae notabatur in casu eorum ». Hanc sub duplici respectu tractare proponit, scilicet de poena spirituali et locali. Huius considerationis cum praecedenti nexus indicatur (p. 143): « Deinde procedendum est post determinationem poenae spiritualis ad considerationem ipsius poenae localis ».

Transitum faciens deinde ad tractationem de peccato angeli « in comparatione ad hominem, quo scilicet invidens homini tentavit ipsum et adhuc tentare non cessat » (p. 83), nexum huius cum priore ita enuntiat (p. 147): « Completo Tractatu de primo peccato malorum angelorum et de poena consequente, dicendum est de peccato tentationis, quo tentavit primum hominem et adhuc tentat humanum genus ». Haec evolvuntur in duabus Quaestionibus, quarum prima agit de tentatione in communi et de merito diaboli, secunda vero de tentatione primorum parentum. Huius cum prima colligatio sic exprimitur (p. 196): « Completo Tractatu de tentatione diaboli in genere et adiunctis ipsi tentationi, utpote de motibus diaboli, procedendum est ad tentationem qua tentavit primos parentes per serpentem ». Sic terminata longa expositione de peccato angeli (p. 83-203), transitus fit ad aliud quod tractandum proposuit (p. 83), scilicet de peccato hominis (p. 204): « Completo Tractatu de tentatione diaboli in generali et in speciali, secundum quod tentavit primos parentes, consequenter dicendum est de peccato hominis. Completus enim est Tractatus de peccato diaboli et in se et in comparatione ad hominem ».

Peccatum hominis recte proponitur considerandum sub triplici respectu (p. 204): « Fuit enim quoddam peccatum in quo persona corrupit naturam, et illud fuit peccatum primorum parentum; fuit aliud peccatum, in quo natura corrupit personam, et illud dicitur originale; fuit tertium, in quo persona corrupit personam, et hoc dicitur peccatum actuale ». Primae disquisitioni terminatae connectitur secunda (p. 230): « Finito tractatu de peccato primorum parentum et poenis consequentibus ipsum, consequenter dicendum est de peccato originali ». Huic deinde tertia colligatur (p. 294): « Completo Tractatu de originali peccato, adiuvante Domino transeundum est ad considerationem actualis peccati, in quo persona corrumpit personam ».

Explanatis octo definitionibus peccati actualis (num. 259-267) enumerantur octo species eiusdem (num. 268), quae omnes fuse et ordinatim sub omni aspectu in totidem tractatibus examinantur a p. 283 usque ad finem voluminis, quam partem, propter suam longissimam extensionem, ut Inquisitionem III intitulavimus.

Primo agitur de peccato veniali et mortali. Nexus inter utrumque (p. 315): « Completo Tractatu de veniali peccato... consequenter dicendum est de mortali ». De hoc autem primo « in genere, deinde de speciebus eius formalibus vel materialibus ». Expleto de mortali in genere proceditur ad mortale in specie (p. 320): « Dicto de peccato in generali, sequitur de speciebus eius », id est de delicto et commisso. Deinde (p. 324): « Dicto de delicto in genere, sequitur de tribus differentiis delicti, quae sunt ignorantia, omissio, negligentia ». Determinata materia de delicto procedit ad ea quae ad peccatum ex commisso spectant (p. 354): « Dicto de omissione consequenter dicendum est de transgressione sive commisso ». Eodem modo pertractantur ceterae species propositae peccati actualis, quin unquam omittat auctor determinare nexum et ligamen quo inter se varii tractatus et quaestiones concatenantur, ut videre quisque potest sequentibus locis: pp. 357, 385, 397, 401, 470, 481, 620, 657, 664, 686, 705, 715, 815.

Ex iis abunde elucet quanta connexio regnet inter summa capita huius Secundae Secundi. Idem apparet ex frequentibus citationibus, quibus ipse auctor ad antecedentia vel sequentia remittitur lector, ita ut etiam minima inter se non careant ligamine et omnia simul fortiter colligata et compacta videantur. Velit tamen quisque advertere nos non ideo dicere aut sustinere, prout nobis fuit gratis impositum, quod *Summa*, saltem quod tres primos libros, sit opus unius tractus seu flatus, cum connexio, quam adnotare praetendimus, talem nullatenus exigat conclusionem.

In sequenti elencho indicamus editionis nostrae numerum a quo et ad quem remittitur.

p. 2b, n. 14: *patebit infra.* 1 ad 2.
p. 11b, n. 4: *inferius quaestio habebitur.* 5 ad 7.

p. 13b, n. 3: *agetur de iis diffusius inferius in Tractatu de peccato, ubi agetur de diversis radicibus peccatorum.* 7 ad 644 sqq.
p. 18a, n. 4: *ut supra ostensum est.* 10 ad 5.
p. 22b, n. 8: *sicut praehabitum est.* 14 ad 3, 4 et 6.
p. 31a, n. 2: *sicut supra habitum est.* 20 ad 19.
p. 34a, n. 1: *sicut supra habitum est.* 23 ad 1.
p. 52b, n. 3: *ut infra tangetur.* 34 ad 35.
p. 67a, n. 1: *in praedicto versu notantur.* 49 ad 44.
p. 74b, n. 7: *sicut supra dictum est.* 54 ad 53.
p. 87a, n. 1: *sicut habitum est.* 70 ad 69.
p. 94a, n. 3: *sicut supra habitum est.* 75 ad 6.
p. 135b, n. 1: *patet responsio ex praemissa distinctione.* 117 ad 116.
p. 162b, n. 7: *superius diffusius declaratum est in Tractatu de malo.* 144 ad 12.
p. 171b, n. 6: *sicut iam dictum est.* 151 ad 150.
p. 183a, n. 4: *videtur ex iam dictis.* 168 ad 166.
p. 220b, n. 1: *sicut dictum est.* 208 ad 207.
p. 223b, n. 3: *inferius declarabitur.* 220 ad 225.
p. 234b, n. 7: *sicut postea patebit.* 220 ad 230.
p. 240a, n. 7: *per auctoritatem supra dictam.* 225 ad 221.
p. 247b, n. 11: *inferius determinabitur.* 230 ad 235 sq.
p. 248a, n. 4: *per auctoritatem Augustini supra dictam.* 232 ad 230.
p. 249b, n. 2: *sicut dictum est.* 232 ad 231.
p. 265a, n. 1: *de quibus satis dictum est in assignatione poenarum pro peccato primorum parentum.* 253 ad 204-219.
p. 266b, n. 4: *aliquid dicendum est in praesenti.* 252 ad 253.
p. 272b, n. 1: *sicut iam dictum est in Quaestione de originali peccato.* 257 ad 239.
p. 286b, n. 8: *sicut dictum est.* 272 ad 261.
p. 294a, n. 2: *dictum est in Quaestione praecedenti.* 281 ad 277.
p. 296b, n. 5: *sicut iam videbitur.* 282 ad 283.
p. 297b, n. 2: *differatur solutio huius usque postmodum, ubi melius videbitur.* 282 ad 283.
p. 304a, n. 2: *Ex ratione supra dicta.* 289 ad 287.
p. 332a, n. 4: *sicut dictum est.* 326 ad 325.
p. 340b, n. 6: *sicut dictum est.* 335 ad 330.
p. 344b, n. 5: *sicut dictum est,* 338 ad 330.
p. 362b, n. 8: *per hoc quod iam dictum est.* 357 ad 356.
p. 368a, n. 4: *prout supra determinatum est.* 365 ad 364.
p. 390b, n. 5: *supra dictum est.* 390 ad 388.
p. 404b, n. 8: *supra dictum est.* 401 ad 399.
p. 405b, n. 12: *dicetur post.* 402 ad 403.
p. 430a, n. 3: *positae sunt conditiones supra graviores.* 430 ad 427.
p. 458b, n. 5: *in Canone iam dicto.* 466 ad 423.
p. 471b, n. 14: *ex quibusdam auctoritatibus supra dictis.* 483 ad 482.
p. 482b, n. 3: *quod infra magis exprimetur.* 496 ad 498.
p. 483b, n. 6: *infra ostendetur.* 497 ad 498.
p. 498b, n. 5: *supra ostensum est.* 505 ad 436.
p. 502b, n. 6: *sicut dictum est.* 509 ad 508.
p. 510a, n. 3: *praeostensum est a principio huius Quaestionis.* 517 ad 499.
p. 524a, n. 1: *sicut videbitur inferius.* 531 ad 544.
p. 525a, n. 4: *sicut inferius videbitur.* 532 ad 544.
p. 532b, n. 6: *sicut dictum est.* 539 ad 531.
p. 533b, n. 4: *supra dictum est.* 540 ad 531.
p. 554b, n. 7: *ut dictum est.* 561 ad 560.
p. 555a, n. 6: *sicut dictum est.* 563 ad 560.
p. 556a, n. 6: *sicut dictum est.* 564 ad 560.
p. 557b, n. 11: *sicut dictum est.* 566 ad 503.
p. 566b, n. 1: *Et de hoc magis alias.* 577 ad 108.
p. 574b, n. 2: *respondebitur infra.* 586 ad 590.
p. 574a, n. 3: *dictum est supra.* 587 ad 570.
p. 582a, n. 7: *dictum est supra.* 597 ad 591.
p. 593b, n. 11: *patet per ea quae dicta sunt.* 614 ad 613.
p. 594a, n. 1: *sicut ostensum est.* 614 ad 613.
p. 594b, n. 3: *dictum fuit in Quaestione de peccato gulae.* 614 ad 613.
p. 595b, n. 5: *determinatum est supra.* 616 ad 615.
p. 599a, n. 4: *dictum fuit supra.* 618 ad 613.
p. 599a, n. 6: *habitum est supra in ista Quaestione.* 618 ad 617.
p. 599b, n. 9: *dictum fuit supra.* 618 ad 613.
p. 600b, n. 12: *sicut dictum est.* 619 ad 239.
p. 603a, n. 3: *sicut dictum est.* 622 ad 620.
p. 604a, n. 3: *dictum fuit superius.* 623 ad 580.
p. 610a, n. 1: *est superius assignata.* 631 ad 630.
p. 610b, n. 2: *ex definitione supra posita.* 631 ad 630.
p. 611b, n. 5: *patet ex dictis.* 633 ad 632.
p. 612b, n. 5: *sicut ostensum est.* 635 ad 508.
p. 613b, n. 4: *patet in praeassignatis eorum definitionibus.* 637 ad 636.
p. 613b, n. 5: *consideranti praedicta.* 637 ad 636.
p. 614a, n. 2: *nec est contrarium praedictis.* 637 ad 636.
p. 615b, n. 7: *patet ex dictis.* 639 ad 638.
p. 624, n. 4: *infra dicemus.* 647 ad tractatum VI.
p. 624, n. 5: *dictum est de luxuria superius.* 647 ad 613 sq.
p. 624, n. 6: *ratio supra dicta est.* 647 ad 626.
p. 631, n. 7: *sicut autem supra dictum est.* 654 ad 651.
p. 633, n. 2: *modo quo supra expositum est.* 654 ad 650.
p. 635b, n. 7: *infra dicetur.* 655 ad 656.
p. 636a, n. 5: *in praedictis casibus.* 656 ad 655.
p. 636b, n. 7: *supra exprimitur in auctoritate Hieronymi.* 656 ad 655.
p. 637b, n. 7: *habetur ex praedictis.* 656 ad 655.
p. 648, n. 5: *supra habitum est.* 670 ad 666.
p. 656a, n. 7: *de quo supra dictum est.* 676 ad 674.
p. 662a, n. 1: *supra habitum est.* 682 ad 679.
p. 675a, n. 2: *sicut dictum est.* 687 ad 683.
p. 675b, n. 3: *sex dictorum peccatorum.* 687 ad 685.
p. 691b, n. 7: *sicut dictum est.* 705 ad 702.
p. 706b, n. 7: *infra ostendetur.* 717 ad 718.
p. 742a, n. 1: *supra habitum est.* 752 ad 750.
p. 759a, n. 4: *ex praedicta ratione apostasiae.* 773 ad 771.
p. 759b, n. 6: *secundum modum supra dictum.* 773 ad 771.
p. 761a, n. 2: *ex praedicta ratione Gregorii et libri Regum.* 777 ad 776.

p. 769a, n. 4: *mediante sorte, de qua infra agetur.* 786 ad 797.
p. 785, n. 5: *sicut iam dictum est.* 812 ad 809.
p. 812, n. 7: *in auctoritate supra dicta.* 854 ad 851.

Insuper in hac Secunda Secundi aliquoties etiam clare remittit ipse auctor ad quaestiones quas in aliis Partibus vel Libris *Summae* iam tractavit vel tractare intendit.

Ad Primam Secundi ter remittitur sequentibus locis.

Pag. 234a: «Sicut enim potest haberi ex praedictis, dicimus quod ipsa [anima] non solum secundum se, sed etiam ratione potentiarum suarum appetebat uniri». De hoc agitur in Prima Secundi, num. 345sq.

Pag. 245a: «Supposito quod anima rationalis non sit ex traduce, sicut ostensum est supra». Hanc quaestionem exponit auctor in Prima Secundi, num. 327.

Pag. 302a: «Quid autem sensualitas sit et quot modis dicatur, dictum est in prima divisione virium animae». De hac diffuse tractatur in Prima Secundi ubi auctor, exponens ea quae pertinent ad animae vires in specie, primo agit De vi sensibili, quam considerat sub duplici aspectu, scilicet ut est cognitiva (num. 354-361), et ut est motiva (num. 362-366); et primo De vi sensibili motiva irrationali, ubi de sensualitate tractat.

Ad Tertii Libri materiam ter remittitur, et reapse quaestiones indicatae ibi tractantur, uti in edendo hoc Libro notabimus.

Pag. 338b: «Ad id vero quod quaeritur de dispensatione, respondendum est in Parte illa ubi agetur de iure naturali et positivo. Ibi enim de dispensationibus, quae sunt relaxationes iuris communis, est agendum».

Pag. 377b: «... dicendum esset de iudicio contentioso; sed de illo dicetur in proprio Tractatu de praeceptis iudicialibus».

Pag. 418: «Dicto de mendacio, quod est contra veritatem sermonis, dicendum esset de periurio, quod similiter est contra veritatem, sed de hoc determinabitur in Parte de praeceptis».

Hic etiam addendi sunt illi loci quibus auctor, in tomo I et II, ad hanc Secundam Secundi remittit, expressis verbis aliquando determinans tractatum vel quaestionem huius Partis, ubi de dicta materia tractare intendebat.

In tomo I, p. 192, n. 7 ad Secundam Secundi semel remittit: De oppositione vero mali et boni in genere dicetur infra, cum ad moralia descendemus». De hac materia agitur hic sub num. 19-22.

In tomo II quater ad Secundam Secundi remittitur:

Pag. 44a: «De modo autem, specie et ordine diffusius dicetur, ubi agetur de peccato secundum quod est corruptio modi, speciei et ordinis in Tractatu de peccato». Hanc materiam reapse diffuse tractat auctor in hac Secunda Secundi num. 33-36. De eadem etiam quaedam evolvit in Libro I, num. 111-115 et num. 128sq., et tomo II, num. 39.

Pag. 113b: «De ordine mali in universo dicetur infra in Tractatu de malo et peccato». De hoc agitur hic sub num. 18. Fuse etiam hanc quaestionem tractavit auctor in Libro I, num. 120, 121, 283-285 et tomo II, num. 82 et 92.

Pag. 163b: «Licet possit intelligentia angelica immutare virtutem sensibilem secundum virtutem imaginariam, sicut in somnis... Explanatio istius rei ostendetur infra, ubi agetur de cognitione daemonum et eorumdem tentatione». De hac agitur hic abunde sub num. 134-168.

Pag. 373b: «Praecepta disciplinae ei traduntur, de quibus infra agetur, cum de rationali creatura erit tractatus». De hoc agitur hic, ubi quaestio est de peccato primi hominis, sub num. 193-203.

Ex iis omnibus abunde in *Summa* elucet tanta unitas et concatenatio partium et quaestionum inter se, qua maior vix desiderari possit in opere tantae molis.

***

Cum in tomo I (p. XXVI) eos tantum locos attulerimus in quibus tituli divisionum textus occurrebant, breviores citationes, quibus ipse auctor ad proprium opus remittit, hic ponere iuvabit, cum istae in re critice tractanda non parvi sint momenti.

p. 9b, n. 4: *sicut dictum est* 5 ad 4.
p. 11a, n. 2: *ex praedicta auctoritate Bedae* 7 ad 6.
p. 31a, n. 1: *alias inquiretur.* 20 ad 37.
p. 35a, n. 1: *Augustinus, supra.* 23 ad 22.
p. 36a, n. 4: *superius dictum est.* 24 ad 14.
p. 45a, n. 1: *probatum est supra.* 27 ad 26.
p. 45a, n. 2: *supra posita est.* 27 ad 26.
p. 59a, n. 4: *ut visum est.* 36 ad 34.
p. 75b, n. 5: *dicendum, sicut prius.* 48 ad 46.
p. 75b, n. 6: *supra dictum est.* 48 ad 46.
p. 88b, n. 5: *supra dictum est.* 59 ad 25.
p. 92a, n. 3: *supra dictum est.* 63 ad 61.
p. 102a, n. 1: *explanabitur infra.* 66 ad 67.
p. 103a, n. 6: *sicut ostensum est.* 67 ad 65.
p. 107b, n. 6: *sicut prius.* 69 ad 68.
p. 133b, n. 4: *infra, cum agetur de Trinitate* 82 ad 321.
p. 133b, n. 5: *supra, declaratum fuit, cum agebatur de simplicitate.* 82 ad 31.
p. 134b, n. 2: *sicut dictum est.* 83 ad 81.
p. 139b, n. 9: *quae supra diximus.* 88 ad 74.
p. 145a, n. 3: *ut dictum est.* 89 ad 88.
p. 159b, n. 8: *sicut dictum est.* 101 ad 99.
p. 160b, n. 1: *dictum est prius.* 102 ad 88.
p. 163a, n. 4: *in praecedentibus.* 104 ad 73.
p. 172a, n. 1: *ut visum est.* 110 ad 105.
p. 173b, n. 2: *infra suo loco dicetur.* 111 ad 128.
p. 183a, n. 2: *ut dictum est.* 116 ad 111.
p. 195a, n. 1: *cum habitum sit.* 125 ad 124.
p. 197a, n. 1: *ut dictum est.* 126 ad 125.
p. 202b, n. 7: *iam declarabitur.* 131 ad 132.

p. 207b, n. 5: *amplius infra patebit, cum agetur de scientia* 135 ad 163 sqq.
p. 221a, n. 5: *ut prius.* 142 ad 141.
p. 229, n. 3: *quando quaesitum est de immensitate divinae potentiae.* 151 ad 141.
p. 248b, n. 4: *ut dicetur infra.* 165 ad 170.
p. 257a, n. 4: *tactum est supra.* 174 ad 172.
p. 266, n. 1: *dictum est prius.* 181 ad 163.
p. 270a, n. 6: *determinatum est prius.* 185 ad 184.
p. 271a, n. 2: *patet ex dictis.* 185 ad 184.
p. 278b, n. 5: *sicut dictum est.* 191 ad 189.
p. 334, n. 1: *supra tactum est.* 241 ad 220.
p. 340a, n. 1: *probatum est alibi.* 248 ad 295.
p. 350a, n. 3: *postea videbitur.* 257 ad 263.
p. 356b, n. 7: *habitum est supra.* 262 ad 233.
p. 362b, n. 2: *ex praedictis de potentia.* 268 ad 137.
p. 366a, n. 2: *dictum est supra.* 271 ad 135.
p. 405b, n. 9: *sicut dictum est.* 286 ad 272.
p. 407b, n. 1: *ut patebit.* 288 ad 291.
p. 418a, n. 1: *sicut patebit.* 295 ad 297.
p. 424a, n. 1: *supra ostensum est.* 297 ad 295.
p. 428b, n. 3: *sicut patebit.* 297 ad 298.
p. 430a, n. 4: *supra ostensum est.* 298 ad 296.
p. 431b, n. 8: *est ratio dicta.* 298 ad 297.
p. 442a, n. 1: *infra sequenti pagina ostendetur.* 305 ad 307.
p. 452a, n. 6: *supra improbatum.* 311 ad 297.
p. 453a, n. 1: *sicut supra dicebatur.* 311 ad 297.
p. 457a, n. 5: *per auctoritatem Boethii supra dictam.* 312 ad 78.
p. 459b, n. 6: *videbitur postea plenius.* 313 ad 315.
p. 462b, n. 4: *causa videbitur.* 315 ad 316.
p. 462b, n. 5: *dissolutum est superius.* 315 ad 313.
p. 468b, n. 8: *supra ostensum est.* 319 ad 317.
p. 469a, n. 2: *supra dictum est.* 319 ad 317.
p. 469b, n. 5: *supra ostensum est.* 319 ad 317.
p. 472a, n. 1: *infra videbitur.* 321 ad 324.
p. 474b, n. 2: *iam amplius patebit.* 322 ad 323.
p. 478b, n. 2: *ut visum est.* 325 ad 323.
p. 478b, n. 3: *sicut visum est.* 325 ad 324.
p. 479a, n. 4: *supra probatum est.* 326 ad 310.
p. 481a, n. 1: *ut ostensum est.* 327 ad 76.
p. 497a, n. 2: *supra dictum est.* 336 ad 334 sq.
p. 497a, n. 3: *supra patuit per B. Dionysium.* 336 ad 334.
p. 504b, n. 9: *sicut dictum est.* 340 ad 339.
p. 504b, n. 10: *iam plenius patebit.* 340 ad 341.
p. 505a, n. 3: *probatum est supra.* 341 ad 76, 337.
p. 505a, n. 4: *supra dictum est.* 341 ad 76, 77, 339.
p. 507b, n. 11: *sicut dictum est.* 342 ad 341.
p. 507b, n. 14: *supra dictum est.* 342 ad 81, 313.
p. 508b, n. 1: *iam patebit solutio.* 342 ad 343.
p. 511, n. 1: *infra manifestabimus.* 345 ad 463.
p. 513b, n. 4: *sicut patebit.* 345 ad 356.
p. 517a, n. 2: *patet ex praedictis.* 349 ad 348.
p. 520a, n. 1: *infra declarabitur suo loco.* 350 ad 386.
p. 532b, n. 7: *ut dictum est.* 357 ad 356.
p. 541a, n. 2: *dictum est.* 365 ad 358 sq.
p. 544b, n. 5. *supra dictum est.* 366 ad 334 sq.
p. 546a, n. 7: *praedicta auctoritas Dionysii.* 368 ad 367.
p. 548a, n. 1: *ratio quae dicta est.* 370 ad 369.
p. 548b, n. 9: *supra declaratum est.* 371 ad 336 sqq.
p. 555a, n. 4: *ut dictum est.* 377 ad 376.
p. 559b, n. 6: *habebitur infra.* 379 ad 449.
p. 561b, n. 2: *sicut dictum est.* 380 ad 379.
p. 569b, n. 4: *infra declarabitur.* 386 ad 392 sq.
p. 573b, n. 2: *dictum est superius.* 388 ad 371.
p. 573b, n. 8: *supra habitum est.* 388 ad 386.
p. 575a, n. 1: *infra planius determinabitur.* 390 ad 404.
p. 575b, n. 4: *ostensum est prius.* 391 ad 358.
p. 576a, n. 5: *est contra praedicta.* 392 ad 390.
p. 577b, n. 4: *patet per praedicta.* 392 ad 387.
p. 581b, n. 2: *supra dictum est.* 394 ad 386.
p. 583b, n. 4: *sicut iam patebit.* 395 ad 396.
p. 584b, n. 5: *supra probatum est.* 396 ad 337.
p. 587b, n. 5: *sicut dictum est.* 397 ad 396.
p. 589a, n. 6: *supra dictum est.* 400 ad 386.
p. 591b, n. 9: *postea dicetur.* 402 ad 466.
p. 606b, n. 2: *amplius declarabitur.* 414 ad 418.
p. 607a, n. 4: *quamvis iam tacta sit.* 416 ad 415.
p. 609a, n. 3: *supra posita.* 418 ad 413.
p. 615b, n. 7: *patet ex praedictis.* 423 ad 421.
p. 616b, n. 9: *sicut patebit.* 424 ad 452.
p. 647a, n. 1: *alias inquisitum est.* 451 ad 138.
p. 648a, n. 3: *ut dictum est.* 453 ad 307.
p. 648a, n. 4: *ut iam patebit.* 453 ad 454.
p. 668a, n. 1. *supra dictum est.* 467 ad 465.
p. 676b, n. 2: *quamvis tactum sit supra.* 474 ad 463.
p. 680b, n. 1: *dictum est supra.* 478 ad 389.
p. 681, n. 1: *sicut dictum est.* 480 ad 467.
p. 681, n. 2: *patet declaratio ex praedictis.* 480 ad 450.
p. 687a, n. 1: *sicut dictum est.* 484 ad 483.
p. 691b, n. 3: *ut habetur supra.* 489 ad 487.
p. 692b, n. 2: *sicut diximus.* 490 ad 297.
p. 693a, n. 2: *ostensum est supra.* 491 ad 489.
p. 702b, n. 2: *supra ostensum est.* 498 ad 496.
p. 708a, n. 4: *postea videbitur.* 500 ad 504.
p. 709b, n. 3. *dicetur infra.* 500 ad 504.
p. 714b, n. 4: *postea plenius determinabitur.* 503 ad 512.
p. 715a, n. 1: *satis habetur superius.* 504 ad 497.
p. 715b, n. 6: *supra habitum est* 504 ad 500.
p. 716a, n. 6: *sicut iam videbitur.* 504 ad 505.
p. 719a, n. 2: *dictum est prius.* 505 ad 503.
p. 721b, n. 9: *sicut dictum est.* 507 ad 505.
p. 722a, n. 4: *supra ostensum est.* 508 ad 506.
p. 730b, n. 1: *supra determinatum est.* 512 ad 500.
p. 731b, n. 8: *supra ostensum est.* 512 ad 506.
p. 732a, n. 3: *sicut dictum est.* 512 ad 503.
p. 732b, n. 4: *supra dictum est.* 512 ad 506.
p. 734a, n. 1: *frequenter dictum est.* 514 ad 498 sqq.
p. 736b, n. 4: *supra ostensum est.* 514 ad 495.
p. 738a, n. 4: *cum dictum sit supra.* 515 ad 514.
p. 738a, n. 5: *ostensum est supra.* 515 ad 503.
p. 739a, n. 2: *ostensum est prius.* 515 ad 514.
p. 739b, n. 5: *ut dictum est.* 515 ad 514.
p. 741a, n. 2: *cum disputatum sit supra.* 516 ad 504.

§ 10. — DE AUCTORITATIBUS ALLATIS.

Sicut iam ex praecedentibus tomis elucet, Alexandri mos est istos pro unaquaque materia adducere auctores qui speciatim de ea tractasse noscuntur. Verbi gratia, ubi de generatione divina agit, saepissime affert Richardum de S. Victore, ubi de libero arbitrio, Augustinum, Anselmum et Bernardum; ubi de operibus sex dierum et de anima humana, Augustinum, et ita deinceps in singulis tractatibus illos praefert scriptores, qui melius et abundantius aliis de materia proposita scripserunt et in ea prae ceteris faciunt auctoritatem. Inde consequitur quod in singulis quaestionibus condensetur quidquid melius apud scriptores catholicos invenire est.

In hac igitur Secunda Secundi, quae tota spectat ad ea quae christianos mores concernunt, praeter Augustinum, cuius auctoritas in omni tractatu frequenter affertur, inter fontes principales citari merentur Gregorius M., *Decretum* Gratiani et *Decretales* Gregorii IX. In tractatibus qui modo potius speculativo agunt de malo in genere, ubi etiam Dionysius et Anselmus adducuntur, Augustini tamen auctoritas ceteris longe semper praevalet, « cum ipse sit doctor praecipuus et quem doctores catholici et maxime theologi debent sequi [1] ». In Gregorio M. fundantur tractatus de tentatione, de peccatis capitalibus et de divisione peccatorum in varias species, nempe aliud veniale, aliud mortale etc. In tractanda casuistica fontes principales sunt *Decretum* Gratiani et *Decretales* Gregorii IX. Ex iis non tantum Canones iuridici afferuntur, sed etiam textus aliorum auctorum, uti Augustini, Hieronymi, Chrysostomi etc. desumuntur, quod specialiter in notis signavimus, quo elucere possit auctorem multotiens ipsa originalia non inspexisse. Notatu hic dignae sunt quaedam citationes Constitutionum Romanorum Pontificum. Pag. 647b, ad 1, ubi de gradibus consanguinitatis, affertur Canon 50 Concilii Lateranensis (1215) iis verbis: « Si una persona fuerit in quinto gradu et alia in quarto, secundum novellam ordinationem Innocentii potest contrahi matrimonium ». Item, p. 813b, num. 855, citatur Constitutio Gregorii IX *Consultationibus tuis taliter* (21 maii 1233) hoc modo: « sicut habetur *Extra, De consecratione Ecclesiae,* in novella Constitutione ».

Non semel etiam, ut in praecedentibus tomis, signavimus concordantiam textus Alexandri cum quaestionibus anonymis quae in cod. Assisiensi 138 continentur. Saepe tamen iste codex notabiliter differt a textu nostro et generatim quaestiones absque apparatu iuris canonici tractat.

Frequenter iterum relationem adnotavimus inter textum nostrum et Altissiodorensem, cuius verba etiam in praecedentibus tomis saepe allegata sunt.

Ex Aristotele autem potius raro verba adducuntur, licet *Ethica ad Nicomachum* optime nota esset Alexandro. Nec mirum, cum hic agatur de materia strictius catholica, nempe de moribus, non ut naturalem honestatem vitae tangunt, sed ut de iis tenendum est iuxta doctrinam Ecclesiae. Hic autem, sicut et alibi, Aristotelem Augustino aliisque Sanctis Ecclesiae Doctoribus, ut decet, postponit Alexander, sane iudicans apud istos potius quam apud Stagyritam inveniri auctoritatem quae convenit suae tractationi. Ad rem notatu digna sunt verba Rogeri Marston, O. F. M. [2]: « Hoc dixerim contra calumniatores Sanctorum nostrorum, asserentes eos philosophica ignorasse. Cuius rei si quis scire voluerit veritatem, legat libros Augustini studiose et inveniet ibi omnem mundanam sapientiam sub verbis theologicis occultatam et, secure dico, plus veritatis inveniet et profunditatis quam in libris omnium gentilium ethnicorum ». Ista verba plane confirmantur iis quae S. Bonaventura, discipulus ipse Alexandri, scripsit *Ad Magistrum innominatum* [3]: « Nullus melius naturam temporis et materiae describit quam Augustinus, inquirendo et disputando in libro *Confessionum;* nullus melius exitus formarum et propaginem rerum quam ipse *Super Genesim ad litteram;* nullus mellius quaestiones de anima et de Deo quam in libro *De Trinitate;* nullus melius naturam creationis mundi quam idem in libro *De civitate Dei.* Et ut breviter dicam, pauca aut nulla posuerunt magistri in scriptis suis, quin illa reperias in libris Augustini. Lege Augustinum, *De doctrina christiana,* ubi ostendit, quod non potest intelligi sacra Scriptura sine aliarum scientiarum peritia; ostendit etiam, quod sicut filii Israel asportaverunt vasa Aegypti, sic doctores theologi doctrinam philosophicam. Unde multa, quae non didicimus per philosophos et de dictis philosophiae, discimus per Sanctos ».

Tandem in hac Parte occurrunt multa et saepe verbotenus quae habet Ioannes de Rupella in sua *Summa de vitiis.* De huius operis relatione ad Alexandrum specialius agemus, quando illud publici iuris faciemus. Tunc enim solum erit possibile de hac re plenum exserere iudicium, cum textus tum Alexandri tum sui discipuli prae manibus habebitur.

§ 11. — DE LOCIS ERRONEE CITATIS.

In requirendis auctoritatibus ab auctore allegatis magnum impendimus laborem, cum neminem fugiat ex iis ponderandum esse valorem sententiae propugnatae, eo quod et ipse auctor eas afferat tamquam fundamenta suae doctrinae. Inter istos vero locos allatos non pauci sunt qui falso attribuuntur auctori citato, quorum multi non solius Alexandri proprii sunt, sed apud alios etiam Scholasticos, tum anteriores, tum posteriores, saepius occurrunt.

Sunt etiam quidam loci, pauci revera, quos reperire non potuimus, quamvis omnia media a nobis adhibita fuerint ut et istos inveniremus Nullus utique in edendis textibus occupatus mirabitur si dicamus quod in talibus

---

[1] Matth. ab Aquasp., *De cognitione,* q. 2 (in *Bibl. Franc. Schol.,* I, p. 252).

[2] *Quodlibet* I, codex Florent. Laurent., Conv. Soppr., n. 123, fol. 118d.

[3] *Opp. omnia,* VIII, p. 335.

locis requirendis multo maiorem laborem longiusque tempus impensum sit quam in pluribus aliis notandis. Ubi ergo post diutiores conatus nihil aliud restat quam ut fateamur quod *'hunc locum non invenimus'*, haec verba nec taedio nec negligentiae adscribantur, cum reapse longioris et durioris studii sint testimonium.

Ut igitur, quantum possumus, utilitati consulamus eorum qui textibus Scholasticorum edendis insudant, operae pretium duximus istos locos, in tribus iam editis tomis erronee ab auctore allegatos, hic insimul ponere, ut ita ceteri editores improbo labori parcere possint, cum in notis nostrae editionis correctionem erroris invenire queant.

Ex Ambrosio:

I, p. 26, n. 6: *'Non circumscribitur visu' propter id quod dictum est, Exod. 33, 23: Posteriora mea videbis; 'nec tactu tenetur' dicit propter luctam... dum deambularet Dominus.*

p. 323, n. 6: *Praedestinatio orationibus Sanctorum iuvatur.*

p. 459, n. 2: In libro De Trinitate: *In Deo nunquam totalitatem ponimus, quia nec numerus nec quantitas est ibi.*

p. 535, n. 6: *Trina confessio Trinitatem exprimit personarum.*

II, p. 31, n. 9: *Illud vigilanter attende ne sic intelligas omnia esse ex Patre, ut neges esse ex Filio vel Spiritu Sancto... et de Spiritu Sancto dici potest.*

III, p. 379, n. 5: *Ordo caritatis attenditur quoad effectum in iis qui attinent linea consanguinitatis.*

p. 473, n. 5: In libro De officiis: *Pasce fame morientem. Quisquis enim pascendo hominem servare poteris, si non paveris, occidisti.*

p. 529, n. 7: *Sciendum quia, cum per omne vitium antiqui hostis virus humano cordi infundatur... et in hac imprimenda quasi pestem vomit.*

p. 530, n. 5: *Sequitur hinc vultus tumax, torvus aspectus... odio tamen furiatae mentis est armata.*

p. 572, n. 1: *Non minus est criminis habenti tollere quam, cum abundes, indigentibus denegare.*

p. 604, n. 2: *Virginitas replet paradisum, nuptiae replent mundum.*

p. 632, n. 3: *Qui non causa procreandae sobolis, sed explendae libidinis, sibi invicem copulantur, non tam coniuges quam fornicarii videntur.*

p. 673, n. 8: *Ideo grande scelus committebant* [Pharisaei] *quia quod Dei esse cognoverant, diaboli esse clamabant.*

p. 763, n. 9: *Iulianus imperator, quamvis esset apostata, habuit tamen sub se christianos milites, quibus cum dicebat producite aciem... obediebant ei.*

p. 790, n. 8: In libro Pastorali: *Quicumque deinceps pro accipienda divini doni dignitate praemium detectus fuerit obtulisse... sanguinis Domini alienum.*

p. 793, n. 3: In libro De mysteriis: *Moabitae et ceteri non intrabunt in Ecclesiam Dei usque in tertiam et quartam generationem... auctoritate prophetica damnatur.*

Ex Anselmo:

I, p. 70, n. 3: *Si Deus ubique est essentialiter, ergo et ubi locus est et ubi locus non est: erit itaque extra omnem locum et intra omnem locum; erit supra omnia, infra omnia, intra omnia, extra omnia.*

p. 203, n. 3 et 228, n. 3: In libro De conceptu virginali: *Deus potest de trunco facere vitulum, non tamen de trunco potest fieri vitulus, quia deest aptitudo ex parte materiae.*

p. 246, n. 3: In Proslogion: *In hoc quod summus Spiritus intelligit se, Pater generat et Filius generatur, quia intelligere se ponit similitudinem habere apud se.*

p. 486, n. 2: In Proslogion: *Qui potest quod sibi non prodest et non debet, tanto magis adversitas et perversitas possunt in illum; qui ergo sic potest, non potentia potest, sed impotentia.*

p. 600, n. 5: In Monologion: *Nullatenus Patris et Filii secundum ipsas proprietates, ut secundum paternitatem et filiationem, est potestas vel voluntas.*

III, p. 90, n. 13: *Propria voluntas angeli sive hominis est quae contra voluntatem Dei est. Cum enim vult aliquid quod Deus velle prohibet... et ideo sua propria est.*

Ex Augustino[1]:

I, p. 18, n. 7: De Trinitate: *Philosophi sapientiam tripartitam esse dixerunt... Cui enim sunt eae adscribendae nisi auctori omnium creaturarum, datori intelligentiae, amoris inspiratori?*

p. 22, n. 3: Ad Orosium: *Ob id raptus fuerat Paulus in tertium caelum, id est intellectualem visionem, ut Deum non per corpus cerneret... sicut Sancti post hanc vitam videbunt.*

p. 46, n. 8: *Si Spiritus Sanctus nasci potuit, potuit esse Filius, et si potuit esse Filius, mutabilis esse potuit.*

p. 56, n. 1: *Cum sua lux non sit aliud quam sua essentia, ergo non est aliud videri in sua luce et in sua essentia.*

p. 66, n. 5: *Sicut anima est in qualibet parte corporis sui tota, sic Deus in suo mundo.*

p. 81, n. 13: *Deus non alligavit potentiam suam sacramentis.*

p. 175, n. 1: De doctrina christiana: *Omne quod est, secundum quod huiusmodi, bonum est.*

p. 211, n. 2: *Omnipotens est Deus, non eo quod possit facere omnia, sed quia potest efficere quidquid vult.*

p. 258, n. 2: De civitate Dei: *Ideae sunt in mente divina.*

p. 260, n. 5: *Cum peccata omnium sciat, numquid intelligendum est ea includi in illa generalitate locutionis qua dicit Apostolus omnia esse in Deo?... ita ergo nec in ipso sunt nisi bona; non ergo mala in Deo sunt.*

---

[1] Omittuntur textus sub Augustini nomine allati ex *De fide ad Petrum* (S. Fulgentii) vel *De ecclesiasticis dogmatibus* (Gennadii).

p. 284, n. 6: *Deus, cum omnes ex una eademque massa simus in substantia et cuncti peccatores, alii miseretur ex misericordia... In figulo enim sola voluntas est, in Deo autem voluntas cum iustitia. Sicut vas, quod fit non in honorem, si vile est, ex se luto habet, non ex figulo: sic tota massa humani generis... damnationi est subiecta et merito peccati universa damnata est.*

p. 290, n. 4: Super Genesim: *Voluntas Dei ponit necessitatem rebus, et dicit etiam* in Enchiridion, *quod voluntas Dei est causa omnium motionum et specierum.*

p. 324, n. 1: *Voluntas Dei ex ratione est.*

p. 326, n. 1: *Melius fuit Nathanaeli cognoscere utramque naturam in Christo quam esse praedestinatum.*

p. 329, n. 1: [Reprobatio] *est praescientia iniquitatis quorumdam et praeparatio damnationis eorumdem.*

p. 360, n. 3: *Voluntas est rationalis motus sensui praesidens et appetitui.*

p. 391, n. 4: *Peccator non est dignus pane quo vescitur.*

p. 405, n. 2: In Enchiridion: *De homine semper Deus suam implet voluntatem, quia nihil facit homo de quo Deus non operetur quod vult... sicut alios ab aeterno praeparavit ad poenam, alios ab aeterno praeparavit ad gloriam.*

p. 409, n. 7: *Impius est cui displicet providentia.*

p. 414, n. 1: In libro 83 Quaestionum: *Deus Pater ab aeterno aut potuit Filium generare et voluit; aut voluit, sed non potuit, aut non potuit, sed voluit, aut neque voluit neque potuit... Si nec potuit nec voluit, impotens et invidus fuit; sed ista relegata sunt ab ipso.*

p. 566, n. 5: *Omnia nomina, quae secundum substantiam dicuntur de Deo, dicuntur singulariter de omnibus in summa, praeterquam hoc nomen 'persona'.*

p. 582, n. 7: XI Confessionum: *Pater et Filius non differunt in substantia, sed causa et gradu.*

p. 654, n. 1: In libro De Trinitate: *Veritas prima delectat intellectum speculativum malorum, sed non practicum intellectum; delectat ipsos lux primae veritatis ut lucens, sed odio habent eam.*

p. 750, n. 3: *Ad significandam plenitudinem veritatis redundantis per modum doctrinae apparuit in nube, sicut dicitur in* Glossis Augustini et Bedae.

II, p. 33, n. 17: In XII Confessionum: *Informis illa materia, quam de nihilo fecit Deus, appellata est caelum et terra... non quia hoc iam erat, sed quia esse poterat; nam postea scribitur caelum factum.*

p. 74, n. 3: De Trinitate: *In summa persona pars non potest esse Deus; quanto magis pars Trinitatis esse non potest!*

p. 274, n. 6: *Angelos repellimus, cum eorum consilio non acquiescimus et videntes se operam perdere dicunt: Relinquamus eam.*

p. 670, n. 8: *In omni creatura differunt essentia, virtus et actio.*

p. 707, n. 5: *Multiplicatio hominum coniunctione maris et feminae perficitur.*

III, p. 2, n. 15: De natura boni: *Malum ordinatum et suo loco positum eminentius commendat bona.*

p. 5, n. 4: Contra Adamantium: *Malum est tenebra intellectus.*

p. 5, n. 7: De natura boni: *Malum est privatio boni.*

p. 17, n. 3: De vera religione: *Mala actio ratione malitiae deformat et corrumpit bona naturalia, quae sunt modus, species et ordo.*

p. 21, n. 4: De libero arbitrio: *Melius est ordinata natura ut doleat pro peccato quam ut gaudeat sine poena.*

p. 41, n. 5: Super illud Psalmi: Confitemini Domino, *quatuor designat: errorem, difficultatem vincendae concupiscentiae, taedium bene faciendi, tempestatem saeculi.*

p. 75, n. 2: *Non diuturnitas temporum, non multitudo operum, sed sola caritas et voluntas meritum facit.*

p. 121, n. 9: *Dignior homo bestiis, cum propter salutem duorum hominum duo millia porcorum perierunt; permittit, ut sit... per interfectionem porcorum.*

p. 182, n. 7: *Diabolus est plenus incentivis vitiorum.*

p. 202, n. 1: De Trinitate: *Colubro sibi subiecto et tamquam instrumento abutens, fallacia sermocinatus est feminae... ut gradatim perveniret ad totum.*

p. 255, n. 9: De civitate Dei: *Non propagatio, sed libido transmittit originale peccatum.*

p. 278, n. 1: De natura et gratia: *Peccatum est mala qualitas mentis.*

p. 287, n. 2: *Nihil adeo veniale est quod non fieri possit mortale, dum placet.*

p. 302, n. 8: De correptione et gratia: *Quis peccat in eo quod vitare non potest?*

p. 318, n. 2: De igne purgatorio, *ubi enumerat peccata mortalia et peccata minuta.*

p. 375, n. 2: *Non simpliciter iubet universa peccata non iudicare, sed iis qui decem millibus pleni sunt malis.*

p. 393, n. 6: *Si quis in crimine manifesto perdurat, prohibendus est; occultus vero monendus est.*

p. 398, n. 1: Super Matth. 18, 21: *Non passim iubet peccanti dimittere, sed poenitenti. Ita peccat qui, videns fratrem peccare, tacet, sicut qui poenitenti non indulget.*

p. 402, n. 2: In libro De mendacio: *Mendacium est falsa vocis significatio cum intentione fallendi.*

p. 449, n. 4: *Qui desinit obviare, cum potest, consentit.*

p. 449, n. 6: *Non vos iudicetis malivolos, qui crimen alterius indicatis; magis innocentes non estis non indicando... tacendo perire permittitis.*

p. 492, n. 3: De natura et gratia: *Quaere quid sit quodlibet peccatum et vide si invenies aliquod sine superbiae appellatione peccatum... Omne, inquit, peccatum, nisi fallor, Dei contemptus est et omnis Dei contemptus superbia est. Quid enim tam superbum quam Deum contemnere?*

p. 493, n. 1: *Angeli mali, sua potestate delectati... ad propria defluxerunt et habentes elationis fastum, pro excellentissima aeternitate, superbi effecti sunt.*

p. 496, n. 3: Super Psalmum: Superbi inique agebant, *dicit quod maximum peccatum est superbia. Inde manavit nostri delicti origo.*

p. 516, n. 1: Super Ioannem: *Ambitio humunae laudis appetit de se aestimare quod in se non habet et super alios se efferre.*

p. 557, n. 12: *Una est tristitia quae ad poenitentiam trahit, altera quae ad desperationem perducit.*

p. 595, n. 6: Super Genesim ad litteram: *Vir ita* [cum pluribus uxoribus] *potuit communicare quando mos erat.*

p. 599, n. 10: *Dicendum,* secundum Augustinum, *qui ponit litteram* Septuaginta, *quod ubi nos habemus: Non moechaberis... ipsi habent: Non fornicaberis.*

p. 602, n. 5: *Inter omnia christianorum certamina duriora sunt praelia castitatis, ubi quotidiana est pugna, sed rara est victoria.*

p. 625, n. 3: *Omnis immunda pollutio fornicatio dicitur.*

p. 625, n. 4: De adulterinis coniugiis: *Adulterii malum vincit fornicationem, vincitur autem ab incestu, sed haec peccata incestus transcendit.*

p. 629, n. 4: *Usus* [matrimonii], *si ultra modum prolabitur, in uxore est veniale.*

p. 653, n. 4: De adulterinis coniugiis: *Omnium horum peccatorum* [luxuriae] *pessimum est quod contra naturam fit.*

p. 660, n. 3: *Sacerdotibus sunt necessaria ad discendum sacramentorum liber, lectionarius, antiphonarius... Ex quibus omnibus si unus defuerit, vix sacerdotis nomen in eo constabit.*

p. 662, n. 7: *Ignorantia illa excusabilis est, cum non fuit a quo disceret, nec rumore comperit opinionem doctrinae.*

p. 668, n. 7: *Qui veritate contempta praesumit consuetudinem sequi aut circa fratres invidus et malignus... aut circa Deum est ingratus, cuius inspiratione Ecclesia eius instruitur.*

p. 669, n. 1: In libro De Baptismo: *Qui credit huiusmodi hominibus* [haereticis], *imaginatione quadam veritatis illusus est.*

p. 766, n. 3: [Qui utitur divinatione] *sciat se fidem christianam et Baptismum praevaricasse et apostatam esse, id est retro abeuntem.*

p. 740, n. 3: *Nullum schisma est nisi aliquam haeresim confingat, ut recte ab Ecclesia videatur recessisse.*

p. 767, n. 4: *Nec mirum de magorum praestigiis, quorum in tantum prodiere maleficiorum artes ut etiam Moysi... et aquam in sanguinem mutasse ferantur.*

p. 771, n. 9: De civitate Dei: *Haec vanitas magicarum artium ex traditione malorum angelorum in toto terrarum orbe plurimis saeculis invaluit.*

p. 772, n. 1: *Iis portentis per daemonum fallaciam illuditur curiositas humana, quando id impudenter appetunt scire quod eis nulla ratione competit investigare. Haec autem potestas... spernunt veritatem et credunt mendacio.*

p. 773, n. 1: Super Epistolam ad Titum: *Geometria et aliae scientiae habent in sua scientia veritatem, sed non sunt scientiae pietatis.*

p. 773, n. 2: *Dum propria curiositate astrologiae catholici nimis erant intenti, minus vacabant iis quae saluti animarum erant accomodata.*

p. 774, n. 8: *Non licet aliqua ponere* [super homines infirmos] *praeter Symbolum et orationem dominicam.*

p. 777, n. 6: De divinatione daemonum: *Artis mathematicae scientia usque ad Christum fuit concessa, ut Christo edito, nemo exinde alicuius nativitatem interpretetur.*

Ex Basilio:

III, p. 479, n. 7: *Ex sericis texturis vestem variatam quis non induebat neque apponebat variorum colorum ornamenta... Audierat enim: Qui mollibus vestimentis induuntur.*

Ex Beda:

I, p. 10, n. 3: Super principium Genesis: *Quatuor sunt sensus Sacrae Scripturae: historia, quae res... Deum vident.*

p. 198, n. 3: *Quatuor inflicta sunt nobis propter peccatum, scilicet infirmitas, ignorantia, malitia et concupiscentia.* Idem habetur in tomo II, p. 716, n. 9.

III, p. 200, n. 2: *Serpens ille vultum habuit virgineum.*

p. 690, n. 1: Super illud Apoc. 21, 8: Timidis et incredulis: *Cum infidelibus, peccatoribus et fornicatoribus timidi et formidolosi computantur, sic inter nefanda crimina timoris et formidinis crimen ponitur.*

p. 773, n. 8: Super illud Act. 16, 16: Puellam quamdam habentem pythonem: *Malignus spiritus est, per quem pythonissae hoc agunt ut mortuos... ad locutionem et divinationem incantatorum suscitent.*

Ex Bernardo:

II, p. 460, n. 8: De amore Dei: *Spiritus habet suos sensus sicut et corpus suos.*

p. 468, n. 8: *Est quaedam vis animae semper tendens in bonum et trahens sursum, quam vocat Bernardus spiritum Domini.*

p. 559, n. 5: *Domine, qui tecum aliquid diligit, quod propter te non diligit, minus te diligit.*

p. 701, n. 1: *Nemo sanae mentis maiorem in vitiis quam in virtutibus aestimat esse delectationem.*

p. 728, n. 8: *In libro* De amore: *Haec dilectio* [diligere se propter Deum] *est perfecta caritas.*

p. 742, n. 7: De amore Dei: *Nos te diligimus affectu amoris a te indito; tu vero... Absurdum est, procul a fide, alienum ab omnium Creatore.*

p. 766, n. 5: *Amor enim multo plus se extendit quam visio: sola enim aestimatione sequitur dilectio.*

p. 766, n. 6: *Ubi deficit intellectus, ibi proficit affectus... etiam absentis.*

III, p. 380, n. 3: *Illum praepositus aut decanus ut sibi succederet plus quam materno educavit affectu... si quo modo ingerere se valeat in patrimonium Crucifixi.*

p. 799, n. 5: *Osee 5, 1: Vobis iudicium, sacerdotes quoniam... rete expansum super Thabor, ubi exponit Bernardus hoc de sacerdotibus qui super Sacramentum altaris rete expandunt cupiditatis.*

Ex Boethio:

I, p. 182, n. 4: *Iuxta Boethium,* in libro De hebdomadibus: *Bonum dicitur duobus modis: primum est, quod est vere bonum, quoniam est bonum in eo quod est... sed denominatione.*

p. 256, n. 7: *Intellectus humanus non est singularium, sed solum universalium.*

p. 558, n. 6: In libro De hebdomadibus: *In Patre unitas, in Filio aequalitas, in Spiritu Sancto utriusque connexio.*

p. 566, n. 11: In libro De Trinitate: *Omne nomen, dictum secundum substantiam, dicitur insimul et singulariter de tribus.*

p. 567, n. 1: In libro De Trinitate: *Ex iis intelligimus Patrem ac Filium ac Spiritum Sanctum non de ipsa deitate substantialiter dici. Si enim substantialiter praedicaretur, et de singulis et de omnibus singulariter diceretur.*

p. 568, n. 3: In libro De Trinitate *dicit quod 'persona' de prima institutione fuit ad designandum certum hominem.*

p. 577, n. 6: De Trinitate: *Deus est quantus sine quantitate, qualis sine qualitate, non tamen relatus sine relatione.*

II, p. 28, n. 7: *Quia bonus est Deus, sumus.*

III, p. 495, n. 7: *Cum omnia vitia fugiant a Deo, sola superbia se Deo opponit.*

Ex Chrysostomo:

III, p. 581, n. 2: In quadam homilia: *Non ex parsimonia et physica diaeta, sed ex abundanti comestione et plenitudine.*

p. 625, n. 8: *Secundam* [uxorem] *quidem accipere licitum est, iuxta praeceptum Apostoli; secundum autem veritatis rationem est fornicatio; sed cum, permittente Deo, publice et licenter committitur, fit honesta fornicatio.*

p. 819, n. 3: *Nec cadaveris foetor ita perniciosus, si unum polluat locum, sicut si sparsim... et multo facilius quod est malum ab eo transit quam si quid in eo virtutis et industriae fuerit.*

Ex Concilio Meldensi:

III, p. 642, n. 4: *Placuit ut illi qui rapiunt feminas vel furantur vel seducunt, eas nullatenus habeant uxores, quamvis eis postmodum... susceperint.*

Ex Cypriano:

III, p. 373, n. 2: *Mediator Dei et hominum Christus propriis actibus et dignitatibus distinctis officia potestatis utriusque discrevit propria, volens medicinali humilitate... legibus uterentur.*

Ex Gelasio papa:

III, p. 606, n. 1: *Aliud est fornicatio, aliud stuprum, aliud adulterium, aliud incestus, aliud raptus... puella a domo patris violenter abducitur.*

Ex Gregorio M.:

I, p. 63, n. 3: *Cum dicantur angeli locales, circumscribi non possunt: longe minus illa substantia incomprehensibilis.*

p. 72, n. 6: *Deus communi modo omnibus inest essentia, praesentia, potentia.*

p. 78, n. 2: *Cum Deus universaliter in omnibus rebus sit substantia, praesentia, potentia, tamen familiariori quodam modo est per gratiam.*

p. 699, n. 3: In Moralibus: *Eo mittitur Filius quo generatur.*

II, p. 491, n. 2: *Dicunt plerique iuxta Platonem rationabilitatem et irascibilitatem et concupiscibilitatem, quartam ponentes super has, quam Graeci vocant* συντήρησιν.

III, p. 23, n. 3: *Hanc* [synderesim] *praecipitari videmus et amittere locum suum.*

p. 395, n. 3: *Propter patrem militiam Christi deseram, cui sepulturam Christi causa non debeo?*

p. 451, n. 4: *Manifestum est diabolum cordibus plebium suadere ut Doctoribus ac Pastoribus detractiones irrogent vel accusent, ut plebes languescentes, Pastoribus non tenentibus frena eorum, lasciviant.*

p. 452, n. 6: *Multum distant damna morum a damnis rerum corporalium, cum ista extra nos sint, illa vero in nobis.*

p. 677, n. 6: In Moralibus: *Sunt quaedam levia, quae si in hac vita nondum sunt remissa, post mortem gravant, sed remittuntur, si digni sunt.*

p. 680, n. 2: *Maior est iniquitas mea: Peccata peccatis adiciens desperat nec se credit veniam posse adipisci, quae est blasphemia in Spiritum Sanctum, quae non remittetur... tamquam omnia non possit aut invideat saluti humanae.*

p. 796, n. 7: In Registro: *Ubi est manuale servitium, si exhibeatur intentione beneficii spiritualis, simonia committitur.*

p. 808, n. 3: *Fraudem Deo perpetrat qui iustitiam, quam gratis impertire debuit, acceptione pecuniae vendit.*

p. 828, n. 6: *Satius est fame mori quam idolothyto vesci.*

Ex Gregorio Nazianzeno:

III, p. 789, n. 5: *Qui studet donum Dei pretio mercari, in sacro Ordine de cetero nulla ratione permanere aut revocari posse dubium non est. Nam Spiritus Sancti donum pretio comparari quid aliud est quam crimen capitale et simoniaca haeresis?*

p. 792, n. 6: *Dominus ut ementes et vendentes huius gratiae expertes ostenderet, cunctos peccatores per gratiam in templo dimisit, singulariter ementes et vendentes increpans et flagellans de templo eiecit.*

Ex Gregorio VII:

III, p. 791, n. 13: *Altare et decimas et Spiritum Sanctum emere vel vendere simoniacam haeresim esse nullus fidelium ignorat.*

p. 791, n. 14: *Anathema dandi vel accipiendi, haec est simoniaca haeresis.*

Ex Hieronymo:

I, p. 137, n. 7: Super I Cor. 6, 17: Qui adhaeret Deo, unus spiritus est: *Diligenter attende quod quando de duabus rebus vel pluribus dicitur 'unus est' vel 'una est', et additur quid unus vel una et de iis quae sunt diversae et de iis quae sunt unius substantiae dici potest... ubi autem dicitur de duobus aut pluribus 'unum sunt' nec additur quid unum, non diversae, sed unius substantiae esse intelliguntur.*

p. 495, n. 2 : Ad Marcellam: *Deus solus, qui exordium non habet, vere essentiae nomen tenuit, quia in eius comparatione qui vere est, quia incommutabilis est, quasi non vere sunt quae mutabilia sunt.*

p. 521, n. 2: *Ex verbis inordinate prolatis haeresis incurritur.*

p. 542, n. 3: *Omne quod est aut est ingenitum aut genitum aut factum.*

p. 582, n. 5: In Expositione fidei catholicae ad Alypium et Augustinum: *Non est prorsus aliquis in Trinitate gradus nihilque quod inferius superiusque dici possit.*

p. 586, n. 8: In Expositione fidei...: *Tres personas vel, ut Graeci exprimunt, hypostases, id est subsistentias, confitemur.*

II, p. 36, n. 4: *Nescientes verum dicebant, quia nullus potest dimittere peccata nisi Deus, quia per eos dimittit quibus dimittendi tribuit potestatem.*

p. 727, n. 2: *Habebat* [B. V. Maria] *omnes virtutes in plenitudine, quia praerogativam in omnibus virtutibus, propter quod dicebatur plena gratia... qua plenitudine solum illa quae fuit Christi maior erat.*

III, p. 158, n. 3: *Quanto pluries suae voluntati subicit, tanto eos pluribus tentationibus concutit.*

p. 316, n. 6: *Criminis appellatio late patet, complectens omne peccatum quod ex deliberatione procedit.*

p. 381, n. 8: *In exemplum culpa vehementer extenditur, cum pro reverentia ordinis peccator honoratur.*

p. 382, n. 6: *Episcopus qui talium crimina non corripit, magis dicendus est canis impudicus quam episcopus.*

p. 404, n. 3: *Simulatio aliquando bona est et pro tempore assumenda.*

p. 452, n. 2: *Non minus auribus quam linqua fugias detractionem.*

p. 458, n. 6: *Qui negligit oris maledici resecare consuetudinem, etsi non corde maledicat... inquinamentum incurrit.*

p. 533, n. 8: *Si inviderіs, minor eris; nam qui invidet, minor est.*

p. 579, n. 5: *Duo sunt vitia ex omnibus quae maxime homines decipiunt suis voluptatibus: gula et libido, quae deponere eo est difficilius, quo eis uti est dulcius.*

p. 585, n. 3: *Dominus ementes et vendentes elecit de templo; multo magis elecisset ebriosos, si ibi eos invenisset.*

p. 602, n. 6: *Nulli periculosius sumunt corpus Christi quam luxuriosi.*

p. 629, n. 2: *Tunc viri debent abstinere ab eis* [uxoribus], *quia tunc concipiuntur membris damnati, caeci, leprosi, gibbosi et huiusmodi.*

p. 633, n. 13: *Quicumque uxori debitum reddit, vacare non potest orationi nec de carnibus Agni comedere.*

p. 633, n. 14: *Eo tempore, quo carnes Agni manducaturi sumus, vacare a carnalibus operibus debemus.*

p. 640, n. 7: *Pater puellae illius quae vim concubitus nulli desponsata pertulit, 50 drachmas accipiet, ipsa autem in coniugio permanebit.*

p. 642, n. 5: *Filia deprehensa a viro in civitate et ei per vim copulata, si non est voluntas patris, detrahet eam... et legitima erit.*

p. 740, n. 4: Super Epistolam ad Galatas: *Inter haeresim et schisma hoc esse arbitror quod haeresis perversum dogma habet, schisma vero ab Ecclesia pariter separat.*

p. 743, n. 2: *Tempore, quo Dominus priora delicta recentibus poenarum exemplis cavenda monstravit, idololatria gladio punita est; exustio libri, bellica caede... Quis iam dubitaverit hoc esse sceleratius commissum, quod est gravius punitum?*

p. 810, n. 3: *Qui bonis parentum et opibus sustentari possunt, si quod pauperum est accipiunt, sacrilegium profecto committunt et... manducant et bibunt.*

p. 820, n. 10: *Parum distant in vitio scandalizare et scandalizari, fallere et falli.*

p. 821, n. 4: Regula Hieronymi *talis est: Omne, quod potest fieri vel non fieri salva triplici veritate, omittendum est propter scandalum.*

Ex Hilario:

I, p. 561, n. 4: De Trinitate: *Imago, si perfecte implet illud cuius est imago, ipsa coaequatur illi, non illud imagini suae.*

p. 595, n. 7: De Trinitate: *Pater et Filius et Spiritus Sanctus solum nominibus differunt.*

p. 695, n. 5: *Spiritus Sanctus procedit a Patre et Filio sicut auctoribus.*

III, p. 132, n. 7: *Magis suspicari quam nosse* [divinitatem Christi] *credendi sunt.*

Ex Hugone de S. Victore:

I, p. 5, n. 10: In libro Sententiarum: *Materia divinarum Scripturarum sunt opera reparationis; aliarum vero scientiarum opera conditionis.*

p. 23, n. 14: In suis Sententiis: *Deus notitiam suam ab homine sic ab initio temperavit ut sicut nunquam 'quid esset' poterat comprehendi, nunquam 'quia esset' poterat ignorari.*

p. 41, n. 4: In I Sententiarum: *Cum natura de se dubitare non possit quoniam est, cogitur ex se et hoc credere... Ut ergo quod non erat, ab alio factum est, qui erat.*

p. 76, n. 8: *Quoniam ad esse semper est uniformis, tamen quantum ad esse in aliis et in aliis, magis et minus.*

p. 643, n. 7: Ad Bernardum: *Subsistentia quae ab alia non est, substantialiter vel personaliter nullam pluralitatem ingerit... tanto magis subsistentia Spiritus Sancti! Recte ergo unitas Patri attribuitur.*

p. 645, n. 8: *Caritas non est nisi communis boni voluntas.*

Ex Hygino papa:

III, p. 758, n. 2: *Alieni erroris societatem sectantem vel a sui propositi tramite recedentem vel Apostolicae Sedis iussionibus inobedientem suscipere non possumus.*

Ex Innocentio II:

III, p. 810, n. 6: *Committunt sacrilegium qui contra divinae legis sanctitatem aut nesciendo committunt aut negligendo violant et offendunt.*

Ex Isidoro:

I, p. 571, n. 6: *Persona est res per se una.*

II, p. 535, n. 2: De Trinitate: *Dum homo in paradiso innocenter viveret, ignis eum non ureretnec aqua mergeret nec spinarum aculei vulnerarent, neque... impedirent.*

III, p. 83, n. 3: *Lucifer, eminentiam naturae et profunditatem scientiae suae perpendens, in Creatorem suum superbivit in tantum quod etiam Deo aequari voluit.*

p. 558, n. 3: *Adhuc hanc legem Ecclesia custodit, neque omnino abstinere praecepit, sed quando ad tabernaculum... debebat accedere.*

p. 630, n. 10: *Ex exemplo David, qui, de adulterio reprehensus, unius hebdomadae ieiunium in satisfactionem admissi sceleris Deo legitur obtulisse.*

p. 638, n. 4: *Stuprum est virginum illicita defloratio, quando non praecedente coniugali pactione, utriusque voluntate virgo corrumpitur... vel cognitionem non revocante.*

Ex Leone Papa:

III, p. 628, n. 4: *Adulterium committitur cum vel propriae libidinis instinctu vel alienae consensu cum altero... atque ita frangitur fides, quae magnum bonum animi est.*

Ex Manichaeo:

I, p. 595, n. 1: *Una erat persona Patris et Filii et Spiritus Sancti quae, quando volebat, erat Pater, quando volebat, erat Filius et... Spiritus Sanctus.*

Ex Origene:

III, p. 654, n. 8: *Hoc peccatum* [contra naturam] *iniuria naturae est: unde et morte mulctari decretum est.*

Ex Pio papa:

III, p. 454, n. 4: *Nonnunquam detractio adversus bonos excitatur, ut quos vel domestica praesumptio vel aliorum favor in altum extulerat, detractio humiliet.*

Ex Quintiliano:

II, p. 724, n. 8: *In controversia, qua accusatur matrona quod Aethiopem peperit, argumentatur hanc conceptuum esse naturam.*

Ex Rabano:

I, p. 127, n. 5: *Nihil medium quin boni auctoris tantum sint bona et mali mala.*

p. 132, n. 1: *Ter datus est Spiritus Sanctus: et primo ad gratiam sanitatis corporum et gratiam doctrinae cum efficacia signorum.*

III, p. 477, n. 3: *Contra naturam est virum muliebria facere, comam crispare, torquere capillos; unde: Vir si comam nutriat, ignominia est illi.*

p. 549, n. 3: *Iis tribus, iudicio, concilio, gehenna, diversae mansiones in aeterna damnatione pro modo peccandi signanter exprimuntur.*

p. 707, n. 7: *Dum ieiunant, orant, eleemosynam dant, non sunt fructus eorum, quia pro vitio eis reputantur.*

Ex Seneca:

III, p. 400, n. 9: *Diogenes, interrogatus quare inter malos taceret, respondit: Plus expedit sapienti tacere quam contra se loqui; novi enim multos loquendo, paucos tacendo circumventos.*

p. 400, n. 10: *Sis rari sermonis ipse, sed loquentium patiens; locutum esse aliquando poenitet, tacuisse nunquam.*

p. 426, n. 8: *Licentia verborum turpium impudicitiam nutrit.*

p. 426, n. 9: *Turpia ne dixeris, transibit post in effectum, si inhonesta loquaris.*

p. 439, n. 3: *Non cogitamus quid ipsi simus, sed quid alteris esse videamur: plus aliis credimus de nobis ipsis quam nobis.*

p. 693, n. 3: *Mors, exilium, luctus non sunt supplicia, sed tributa vivendi. — Quod debeo solvere paratus sum.*

Ex Socrate:

III, p. 427, n. 1: *Quae facere turpe est, haec nec dicere honestum puta.*

***

Sequuntur tandem quidam loci quos, licet multus labor impensus fuerit, non invenimus.

Ex Bernardo, III, p. 799, n. 5: *Super illud Osee 5, 1: Rete expansum super montem Thabor, ubi exponit Bernardus hoc de sacerdotibus qui super sacramentum altaris rete expandunt cupiditatis.*

Ex Chrysostomo, III, p. 598, n. 7: *Omni fornicatori impossibile est introire in regnum caelorum.*

Ex quodam Expositore, in I Cor. 7, 5, III, p. 637, n. 10: *Qui subtrahit debitum, cum debetur, fraudem facit ei cui debetur; quanto magis in illo debito quod Dominus instituit.*

Ex Expositore in Boethium, *De consol. phil.*, I, p. 311, n. 2: *Fatum est per quod Deus unamquamque rem ad effectum perducit suis locis et suis temporibus.*

Ex quadam Glossa in Hebr. 13, n. 4, III, p. 597, n. 4: *Duplex est poena secuta ipsum originale peccatum: poena mortis quae reddit ipsum sustinentem gloriosum,*

sed alia, scil. libido... reddit ipsum thorum inglorioſum.

Ex Hieronymo, III, p. 598, n. 7: *Luxuria inimica est Deo, inimica virtutibus, perdit omnem substantiam Patris.*

De B. Ignatio, III, p. 720, n. 9: *De beato Ignatio legitur quod potuit induci ad incendendum thura idolis, sed nullo modo volebat Christum negare.*

Ex Remigio, II, p. 131, n. 3: *Augustinus et fere omnes Sancti volunt quod quaecumque sunt, sint propter hominem.*

III, p. 523, n. 6: *Invidia est dolor de alieno bono.*

Ex Praepositino, III, p. 802: *Non legitur quod ager ille consecratus fuerit sepulturae... sed antiqui patres in illa spelunca duplici faciebant se sepeliri, sperantes se resurrecturos fuisse cum Filio Dei.*

SECTIO II. — De doctrina morali Halensis.

§ 1. — MORALIS FUNDAMENTALIS.

In sequenti dissertatione non est intentio nostra totam exponere doctrinam moralem Halensis, sed tantum per summa capita quaedam elucidare quae ad eam pertinent, aliis libenter relinquentes ut fusius et melius eadem illustrent.

1. — Ascensum ad Deum omnes in intimo esse nostri observamus. Hunc ascensum, quo ad Deum tendimus, non obscure indicat Doctor Irrefragabilis. Asserit namque[1] quod « cognitio de Deo in habitu naturaliter nobis impressa est, quia ipsa naturaliter est in nobis habitus impressus, scilicet similitudo primae veritatis in intellectu, quo potest conicere ipsum esse, et non potest ignorari ab anima rationali ». Revera ponit Halensis[2] quod « natura rationalis abundat in potentia cognoscendi Deum »; unde, cum modus proprius rationis humanae sit accipere in collatione, « ut unum in multis, velut universalem formam in multis singularibus, et unum ex alio et post aliud, ut ex principiis conclusionem[3] », sequitur quod « nostra intelligentia comprehendit simplicem formam, quae est Deus, non per modum simplicitatis et simultatis, sed velut universalem causam in multis effectibus et per aliud, ut per effectus, scilicet creaturas ».

2. — Noster ascensus ad Deum appetitu seu desiderio ad beatitudinem manifestatur. Tale desiderium, quo naturaliter inclinamur ad Deum, sicut lapis naturaliter inclinatur ad centrum terrae, satis bene adumbrat Halensis. « Spiritus », ait, « naturaliter tendit sursum, id est ad Deum[4] », immo habet naturale seu innatum desiderium ad vitam beatam; additque[5]: « Secundum debitum statum naturae debet esse, ut ipsa vis naturalis in homine dominetur aliis viribus... unde sic condita est humana natura et ex hoc habet ipsa vis rationalis facilitatem sive pronitatem ad bonum et difficultatem ad malum; per hanc autem facilitatem et difficultatem attenditur habilitatio rationis ad bonum gratiae et per hoc ad gloriam, ad quam nata est et ordinata ».

3. — Ascensus ad Deum et desiderium beatitudinis satis demonstrant hominem, prout ex creatione esse recepit et ex conservatione in esse perseverat, revera ad Deum esse ordinatum. Dicit Halensis[10]: « Anima de se ordinatur ad incommutabile bonum sicut ad finem »; et[11]: « Finis creaturae rationalis est summum bonum, quod est supra omnem naturam ». Reapse « homo constitutus est in medio inter Deum et alias creaturas[12] », sicque « partes universi ordinatae [sunt] ad hominem ut quodam modo finem[13] »; homo siquidem « dicitur finis [mundi] intra, propter hoc quod serviunt necessitati eius quousque veniat ad completam dignitatem[14] ». Verum, si creaturae ad hominem sunt, ipse homo est ad finem, qui dicitur et est summum bonum, ad quod omnes res per vim, a Creatore omnibus inditam creaturis, tamquam ad sui complementum « ordinantur et in suo complemento stant et radicantur[15] ».

4. — Iam autem ex tribus illis, scilicet ex ascensu ad Deum, ex desiderio beatitudinis et ex ordinatione ad Deum moralitas iuxta Halensem describi valet atque ex eis facilius intelligitur quidquid ad moralitatem reducitur. Sane homo, considerando in esse suo intimo ascensum ad Deum, indigentiam omnimodam experitur, finitatem nempe naturae suae, et eo ipso conceptum acquirit dependentiae suae totalis; sentiendo aspirationes suas, id est infinitatem quamdam in desideriis proindeque sitim pacis et tranquillitatis, iam supposita dependentia totali, experitur incapacitatem radicalem et incommensurabilem satis dandi desideriis. Partim ex sua dependentia

---

[1] *Summa theologica*, I, num. 26, *Solutio*, p. 43b. « Cognitionem Dei naturaliter insertam esse » affirmat Halensis etiam II, num. 518, *Respondeo*, p. 768b.

[2] II, num. 166, *Solutio*, p. 218b. Cf. II, num. 213, ad 9-11, p. 265b.

[3] I, num. 17, ad 2-3, p. 28b, ubi et sequens.

[4] II, num. 4, ad 4, p. 10a.

[5] I, num. 119, *Solutio*, p. 188a. Cf. V. Doucet, O. F. M., *De naturali seu innato supernaturalis beatitudinis desiderio iuxta theologos a saeculo XIII usque ad XX*, in *Antonianum*, IV 1929, p. 178-179; J. de Ripalda, S. I., *De ente supernaturali*, I, disp. 9, n. 1, Parisiis 1871, tom. I, p. 55.

[10] III, num. 2, ad 3, p. 6b.

[11] II, num. 510, ad 6, p. 747b. Sub hoc aspectu Halensis, III, num. 503, *Solutio*, p. 496a, odium vocat maximum peccatum, « quia magis deordinat a Deo, in quantum est finis creaturae rationalis, ad quem tendit et in quo beatificatur ».

[12] III, num. 509, ad 5, p. 503b.

[13] II, num. 95, *Solutio*, p. 117b.

[14] II, num. 88, *Solutio*, p. 112a.

[15] II, num. 482, *Solutio*, p. 666b.

totali, partim ex sua incapacitate radicali homo vivit ac si teneatur se Deo submittere, quem putet vita sua, suis agendi modis honorare posse ac debere.

Hinc inquiritur: utrum homo secundum clamorem indigentiae suae et secundum tendentias in desideriorum infinitate inclusas, teneatur tali modo instituere vitam suam, ordinare videlicet actiones suas, ut inveniat viam unam, rectam et stabilem et ita viae terminum acquirere valeat ad indigentiae complementum et ad desideriorum satisfactionem; utrum nempe homo ratione tranquillitatis quam desiderat et ratione limitationis quam patitur, possit ac debeat habere regulam seu normam ordinandi vitam cum omnibus tendentiis et actionibus. In hoc revera consistit problema morale ut investigetur utrum conditiones limitationis vitae (quam manifestat indigentiae omnimodae experientia) simulque illimitationis vitae (quam probat interminabilis series desideriorum) declarari possint ex ipsa sola et continua tendentia ad pacem et tranquillitatem in fruitione propriae superioritatis humanae, an potius explicari debeant ex ordinatione impressa ab ente supremo, quod est summum et incommutabile bonum, cui possidendo actiones suas omnes submittit homo.

Primam hypothesim, quae eudaemonismum paganum sapit, ne quidem suspicatur Irrefragabilis Doctor. Alteram vero doctrinam fuse evolvit, ita ut expansionem libertatis, conscientiam, intentionem, peccatum in genere, peccatorum distinctionem et characterem ex illa ordinatione ad bonum summum et incommutabile abundantibus assertionibus formulet. Pulcherrima quidem dicta habent pagani Plato, Aristoteles, Plotinus, ex quibus possint origo et character notionum nostrarum circa summum bonum explanari; verum in capitibus: *An notio et amor summi boni sint nobis a conditione indita, An summum bonum dicat additionem ad bonum, De fluxu aliorum bonorum a summo bono,* illos omnes Alexander ignorare videtur, ut auctoritatem sequatur Augustini, Boethii et Damasceni [1].

5. — Deducit Halensis ex Boethio [2] quod «amor et notio summi boni nobis impressus est secundum habitum et sensum naturae [3]», atque tenet quod «bonum non summum semper dat intelligere bonum summum et ideo non potest intelligi, isto non cointellecto [4]». Deus praecise «est summum bonum et incommutabile [5]».

Porro ex ordinatione ad summum et incommutabile bonum, bonum morale constituitur, sicut, per consequens, ex deordinatione malum morale exsurgit. Scribit enim Halensis [6]: «Est esse moris, prout esse est quod ordinem retinet servatque naturam, et sic definit Boethius, in libro *De consolatione,* secundum quem modum dicuntur mali homines, in eo quod mali, non esse: secundum hunc modum dicitur esse, quod recte ordinatum est ad finem summum, scilicet Deum». Unde apte distinguit bonum moris a bono naturae, distinctionem allatam exemplo iustificans [7]: «Est aliud bonum naturae, quod potest diminui vel tolli per malum culpae vel poenae: et huic bono adversatur diminuendo vel tollendo; cum autem diminuit, aliquod est quod remanet, et in illo etiam dicitur esse sicut in subiecto. Verbi gratia, anima habet quoddam bonum naturae, quo est anima, et habet bonum naturae, scilicet habitudinem quamdam naturalem ad bonum moris vel gratiae». Bonum autem moris dicit habere principium in nobis, quatenus acquiritur voluntaria consuetudine [8]. Et quia bonum moris vocat virtutem politicam [9], virtutem autem politicam dicit esse «secundum superadditam dispositionem [voluntati]», illam identificans cum illo «bono in finem», concludendum est ex Irrefragabili bonum moris esse bonum in finem [10] consequenter secundum ordinationem.

6. — Ex conceptu ordinationis ad summum et incommutabile bonum et ex conceptu deordinationis habetur ratio distinguendi actus morales, qui peccata vocantur et sunt, et alios actus morales qui nomen et rationem merentur virtutis. Ita Halensis iram vocat peccatum, quia «in ipsa est conversio ad aliquod mutabile bonum [11]». Pari modo dicit invidiam esse peccatum eo «quod invidia habet aversionem ab incommutabili bono et conversionem ad commutabile bonum [12]»; immo asserendum iudicat hanc esse peccatum «primo et per se ratione conversionis ad mutabile bonum, in quo [peccator] delectatur vel quod appetit inordinate [13]». Hoc autem ulterius clare exponit [14]: «Ad id quod obicitur quod 'invidus avertitur a bono commutabili': dicendum est quod verum est quod invidus avertitur a commutabili bono, quod est alienum bonum, et hoc per odium vel dolorem, quia odit bonum proximi et dolet de ipso; sed convertitur ad bonum commutabile, quod est suum bonum proprium, excellens singulariter: unde sub iis conditionibus convertitur ad commutabile bonum proprium». Hinc est quod Irrefragabilis [15], peccatum Luciferi examinans, conversionem ad mutabile bonum affirmat esse initium eius peccati, aversionem vero ab incommutabili bono consummationem eius peccati esse.

7. — Conceptus ordinationis vitae creatae ad incommutabile bonum et eo ipso conceptus deordinationis ab incommutabili bono praebet criterium quo possibile fit distinguere inter actus mortaliter malos et venialiter malos.

Non dubitandum quin inde a principio Ecclesiae distinctio admissa fuerit inter mortalia et venialia peccata. Christus ipse de mandatis minimis loquitur [16], peccata

---

[1] I, num. 108-110, p. 169-173.
[2] *De consolatione philosophiae,* IV, prosa 2 (PL 63, 793).
[3] I, num. 108, *Respondeo,* p. 169b.
[4] I, num. 109, ad 1, p. 171b.
[5] III, num. 523, *Solutio,* p. 517a.
[6] III, num. 1, *Respondeo,* p. 3a.
[7] III, num. 21, *Solutio,* p. 32a.
[8] I, num. 106, *Respondeo,* p. 167b.
[9] Ibid.
[10] Ibid., ad *c,* p. 168b.
[11] III, num. 551, ad 1-2, p. 544b.
[12] III, num. 532, ad 3, p. 526b.
[13] Ibid.
[14] Ibid.
[15] III, num. 74, ad 1, p. 92b.
[16] Math. 5, 19.

comparat alia cum trabe, alia cum festuca, alia cum camelo, alia demum cum culice [1], atque expresse diversos gradus culpae et poenae ex gravitate materiae desumit [2]. S. Augustinus nitide distinguit peccata levia seu quotidiana, « sine quibus haec vita non ducitur et pro quibus oratio est inventa », a peccatis illis pro quibus necesse est ut a corpore Christi quis separetur et pro quibus videmus agere poenitentiam [3] ». Verum, post ipsum nimis attendentes auctores ad classificationem peccatorum, facto tantum distinctionis inter venialia et mortalia inhaerere videntur. Inde nihilominus a S. Anselmo supra simplicem enumerationem peccatorum gravium et levium sese elevantes, paulatim inquirere incipiunt de natura peccati gravis et levis, proindeque de criterio quo distinctio in peccata mortalia et venialia in apertum poni valet.

8. — Porro in historia adornanda problematis quod circa hoc criterium formulatur, recentiores non semper videntur prae oculis habere antiquorum Magistrorum quamdam fluctuationem in asserendo et improprietatem in formulando, sicque fit ut, quodam apriorismo posito, crisim sententiarum omnium instituant secundum sententiam unius solemnioris Magistri [4] atque proinde festinatione quadam classificationes Magistrorum et sententiarum construere nitantur. Irrefragabilem quod attinet, cum de peccato veniali et de peccato mortali tractatus completos habeat, facili negotio colligitur quidquid requiritur ad subministrandam notam essentialem mortalis et venialis et ad inveniendam distinctionem inter mortale et veniale vigentem.

9. — Negativum processum instituentes asserere possumus distinctionem inter veniale et mortale repetendam non esse ex macula communiter seu sensu largiore dicta: « Si accipiatur communiter, secundum hoc potest dici macula veniale peccatum: minuitur enim rectitudo eius quoad aliquem actum [5] »; quod enim convenit mortali et veniali, nequit praebere signum distinctionis. — Nec ex voluntario distinctio inter veniale et mortale ponitur, cum voluntarium utrique peccato adscribendum sit, quamquam non secundum eamdem mensuram [6]: « Omne veniale peccatum dicitur voluntarium vel voluntate movente ad hoc vel voluntate permittente sive non cohibente. Potest etiam dici voluntarium malum, quia procedit ab appetitiva, quam debet regere ratio ». — Ne quidem hac ratione veniale « dicit differentiam propriam dividentem contra mortale », quatenus nempe est venia dignum: nam, etiam « mortale potest fieri venia dignum per poenitentiam », sicut ceteroquin « ex opposito veniale fit dignum poena interminabili per impoenitentiam finalem [7] ». — Eis qui asserunt ex delectatione sumi posse criterium sufficiens ad divisionem peccati in mortale et veniale iustificandam, respondet Halensis [8]: « quod est accipere comparationem peccati venialis ad mortale secundum ipsam delectationem, et sic potest esse proportio ». Proportio siquidem dicit aliquid commune eis quae in proportione ad invicem ponuntur; unde ex delectatione, quia communis est mortali et veniali, ad distinctionem inter mortale et veniale concludi nequit. — Eodem motivo tenendum est nec libidinem praebere sufficientem rationem distinguendi veniale a mortali, quia nempe « uno modo potest dici libido omnis inordinata concupiscentia, sive sit respectu venialis sive mortalis [9] ». — Quidam, ut Petrus Lombardus, ratione subiecti, id est ratione virium, sensualitatis scilicet, rationis inferioris et rationis superioris, diversitatem peccati levis et gravis explicant [10]. Verum interpretatur Irrefragabilis [11] opinionem Magistri Sententiarum, quatenus « si alicubi est veniale, hoc maxime erit in ipsa sensualitate; si autem mortale, erit in suprema parte, non quia semper ibi sit quilibet actus illicitus mortale, sed quia, si alicubi debeat esse, hoc maxime erit in vi illa vel parte quae maxime debebat esse perfecta, et ideo gravius erit peccatum in ipsa. In inferiori autem parte rationis, secundum quod convertitur ad sensualitatem, erit veniale; secundum autem quod ad superiorem partem rationis, mortale ». Unde concludit [12]: « Dicimus ergo quod distinctio venialis a mortali non solum attendenda est ex differentia potentiarum vel portionum in quibus sunt, immo etiam ex propriis generibus actuum. Unde in quodam genere actus potest esse veniale in qualibet parte ».

Positivum processum instituentes, respondere tenemur peccatum mortale a veniali peccato esse distinctum vel quia est macula stricte dicta, quatenus nempe deformat imaginem divinam, id est imaginem Dei in anima obtenebrat [13], vel quia per illud fit vel fieri potest impoenitentia finalis [14], vel quia « est libido sive voluptas in creatura supra Deum vel aeque Deo [15] », quamquam in praesenti materia « difficile est dicere usque ad quid extenditur veniale peccatum et quando incipit esse mortale [16] ». Voluntarium quidem in omni peccato invenitur, sicut voluptas in veniali et in mortali habetur; ideo praecise « dicendum quod differentia venialis et mortalis non est penes principium, neque penes finem, sed penes modum ipsius actus specialem [17] ». Si autem modus specialis constituit rationem distinctionis inter mortale et veniale, facile intelligitur quo modo, non quidem secundum delec-

---

[1] Math. 7, 3; 23, 24.

[2] Math. 5, 22.

[3] Augustin., *De symbolo ad catech.*, c. 7, n. 15 (PL 40, 636); *De fide et operibus*, c. 26, n. 48 (PL 40, 229); *De civitate Dei*, XXI, n. 4 (PL 41, 748-749). Cf. E. Portalié, *Augustin (saint)*, in *Dict. de Théol. Cath.*, I, 2427-2428 et 2140-2441.

[4] Ita J. Blaton, *De peccato veniali. Doctrina Scholasticorum ante S. Thomam*, in *Collat. Gandavenses*, XV 1928, p. 134-142.

[5] III, num. 269, *Solutio*, p. 284b.

[6] III, num. 270, *Solutio*, p. 285b.

[7] III, num. 271, *Solutio*, p. 286b.

[8] III, num. 274, *Solutio*, p. 288b. Cf. III, num. 309, *Solutio*, p. 317b.

[9] III, num. 275, *Solutio*, p. 289b.

[10] Petr. Lombardus, II, d. 24, cc. 9-12 (ed. Quar., p. 424ss.).

[11] III, num. 276, ad 1, p. 290b. Allusiones ad huiusmodi divisionem peccatorum inveniuntur III, n. 387, *Solutio;* II, p. 387; III, num. 293, ad 2, p. 307.

[12] III, num. 276, *Solutio*, p. 289b sq.

[13] III, num. 269, *Solutio*, p. 284a.

[14] III, num. 271, *Solutio*, p. 286b.

[15] III, num. 272, *Solutio*, p. 286b.

[16] Ibid.

[17] Ibid., ad 3, p. 286b-287a.

tationem quamcumque, sed « secundum modum delectationis qui est supra Deum et sub Deo » non « est proportio » inter mortale et veniale proindeque fit distinctio [1]; etiam intelligitur non quamcumque libidinem constituere de se peccatum mortale hocque a veniali distinguere, sed modum in libidine, id est illam libidinem quae est « inordinata contra Deum [2] », mortale contra veniale dividere.

10. — Duplici instituto processu circa distinctionem inter mortale et veniale, arduum non est magis praecise et definitive determinare ex quo tamquam ex *characteristico* seu *formali* peccatum mortale et veniale dicuntur et habentur.

Peccatum dicitur *mortale*, quia per illud « anima separatur a Deo » seu « avertit se homo a Deo », quo tamen spiritualiter vivere dicendus est. Alio sensu mortale dicitur, quia propter gehennam, iuste quidem susceptam, anima, etsi non incurrat mortem oppositam vitae naturae, incurrit tamen mortem oppositam vitae gloriae [3]. Peccatum mortale revera est peccatum ad mortem: « peccatum ad mortem », ait Halensis [4], « potest dici multipliciter: uno modo ut sit idem peccatum ad mortem quod mortale peccatum ». Verum gehenna non est nisi sequela peccati mortalis [5]: « Cum dicitur peccatum mortale respectu mortis gehennae, intelligitur quod, quantum est de se, causa est: unde, nisi destruatur ipsum peccatum mortale, talis poena consequitur ». Quamobrem ipsum peccatum mortale non describitur constitutive seu non definitur ex poena gehennae. *Constitutivum* vero, *characteristicum* seu *formale* habetur ex illa deordinatione qua agens *avertit* se a summo et incommutabili bono, a Deo nempe, et se *convertit* ad mutabile bonum, scilicet ad labilem creaturam, ut mutabili et labili tamquam summo frui valeat. Hinc est quod Irrefragabilis, exempla praebens peccati mortalis, ex una parte asserit mortale peccatum *spernere Deum* [6]: « Inanis gloria aliquando adhaeret commutabili bono, spreto incommutabili bono, et tunc est mortale »; ex altera parte dicit mortale peccatum illud quod *aequiparatur vel praefertur Deo* [7]: « Si [concubitus] aequiparetur vel praefertur Deo est mortale peccatum ». Hinc est etiam quod auctor simpliciter declarat mortale peccatum ad se rapere quod ad Deum solum pertinet, consequenter gloriam a Deo auferre [8]: « Rapere enim est ad se ipsum quod est alienum referre, quod facit qui gloriam Dei, quantum in ipso est, aufert, quod fit per mortale peccatum ».

Illud constitutivum peccati mortalis, aversionem scilicet a summo et incommutabili bono, invenit Doctor noster in peccato primo, quatenus poenas, propter peccatum homini inflictas tamquam sequelas exhibet aversionis a bono incommutabili et conversionis ad bonum commutabile [9]: « Quatuor enim sunt », secundum Bedam, « inflicta homini propter peccatum primum, quod accidit ex aversione a bono incommutabili, scilicet Deo Patre et Filio et Spiritu Sancto, et conversione ad bonum commutabile, scilicet ignorantia, infirmitas, malitia et concupiscentia ».

Non absque utilitate est adnotare aversionem a summo et incommutabili bono tamquam constitutivum peccati mortalis occurrere, quotienscumque de distinctione intrinseca et essentiali inter mortale et veniale verbum movetur. Hoc pacto, timor v. gr. « mortale peccatum est, cum praeponitur bonum commutabile bono incommutabili, sicut est de illo qui metu mortis aut tribulationis negat Deum [10] ». Pari modo amor sui indebitus potest induere rationem formalem seu « proprium » peccati mortalis, quatenus « potest esse spreto incommutabili bono »; tali namque modo amare nihil est aliud quam obiecto amato propter se « frui, et sic est in peccato mortali [11] ». Secundum eumdem conceptum ludus, risus et ioculatio aliquando peccata mortalia dicuntur: « Potest enim immoderata laetitia, ex qua [ludus, risus et ioculatio] originem ducunt, non praeferri incommutabili bono, sed potest fieri conversio ad mutabile bonum *citra Deum*, et sic erit veniale. Si vero fiat *in contemptum Dei* vel *praeferatur* incommutabili bono, secundum hoc erit mortale peccatum [12] ». Et quia superbia « maxime avertit a Deo et derogat ipsi », ideo « dicitur esse maximum peccatum [13] ». Revera, « superbire est super statum hominis ire, hoc autem est quasi quamdam aequalitatem cum Deo appetere [14] », consequenter summum et incommutabile bonum in labili et commutabili quaerere proindeque totaliter a summo et incommutabili bono recedere.

Praetereundum non est aversionem a summo et incommutabili bono et conversionem ad commutabile bonum reduci posse ad sublationem amoris Dei et ad amorem indebitum. Unde Halensis de amore sui scribit: « Motus ille [seu amor sui], qui non est propter Deum, aut tollit amorem Dei, qui est caritas, aut non tollit. Si tollit, tunc est amor indebitus, qui est in mortali peccato; si vero non tollit, amor indebitus est, qui est in veniali peccato [15] », atque ulterius asserit quod « est amor mortalis, cum diligitur aliquid contra Deum [16] ».

11. — *Veniale peccatum* [17] largo sensu dicitur « pro eo quod est veniabile, sicut dicitur de illo peccato quod est ex infirmitate, quod ipsum est veniabile sive remissibile, quia habet aliquam causam allicitivam propter quam in parte excusatur, licet sit in genere

---

[1] III, num. 274, *Solutio*, p. 288b. Cf. I, num. 130, *Solutio*, p. 199b sq.
[2] III, num. 275, *Solutio*, p. 289b.
[3] Cf. III, num. 306, *Solutio*, p. 315b et ad 2, p. 316b.
[4] III, num. 684, *Solutio*, p. 667a.
[5] III, num. 306, *Solutio*, p. 315b.
[6] III, num. 519, ad 4, p. 513b.
[7] III, num. 655, *Solutio*, p. 635a.
[8] III, num. 519, ad 2, p. 513b.
[9] II, num. 510, *Respondeo*, p. 746b.
[10] III, num. 704, *Solutio*, p. 690b.
[11] III, num. 710, ad 2, p. 698a.
[12] III, num. 483, *Solutio*, p. 472a.
[13] III, num. 503, *Solutio*, p. 496b.
[14] Ibid., p. 497b.
[15] III, num. 710, *Solutio*, p. 697b.
[16] III, num. 714, *Solutio*, p. 701b.
[17] De doctrina Alexandri circa peccatum veniale fuse tractat A. Landgraf, *Das Wesen der lässlichen Sünde in der Scholastik bis Thomas von Aquin*, Bamberg 1923.

mortale [1] ». Ita ipsum « mortale potest fieri venia dignum per poenitentiam [2] ». Sensu stricto sumitur prout « dividitur veniale contra mortale [3] ». Certum porro est quod veniali « per se debetur poena terminabilis [4] » tantum. Ast in hoc non consistit constitutivum seu formale venialis, prout nempe essentialiter a mortali distinguitur. Constitutivum illud desumitur a modis specialibus conversionis indebitae ad creaturam [5]: « Modi speciales sunt conversio citra Deum indebita [pro peccato veniali] et supra Deum vel aeque [pro peccato mortali] ». Illud « citra Deum » clarius denominat Halensis « sub Deo », quando absentiam proportionis inter mortale et veniale declarat [6] « secundum modum delectationis qui est supra Deum et sub Deo » et quando explicat quo modo a veniali transitus fieri potest ad mortale [7]: « Potest esse quod, cum aliquis diligeret aliquid venialiter, quia, etsi inordinate, sub Deo tamen, progrederetur illa inordinatio donec esset iam supra Deum; tunc ergo ex veniali fieret mortale, non quia illa placentia sub Deo vel inordinatio facta sit supra Deum, neque illa, quae supra Deum est, fuerit aliquando sub Deo, sed quia occasionaliter et progressive perventum est ab illa quae erat sub Deo, ad illam quae est supra Deum ». Revera, « genus » venialis peccati definit Irrefragabilis ex tali conversione ad creaturam quod voluntas ad summum et incommutabile bonum conversa remanet, sicque ipsa conversio indebite fit ad aliquod commutabile bonum sub Deo positum [8]: « Conversio indebita ad mutabile bonum potest esse dupliciter: aut sub Deo, et sic est veniale; aut praeferendo Deo sive contra Deum, et sic est mortale ». Quod satis deinde explicat [9]: « Dicendum quod peccatum veniale est libido sive voluptas in creatura citra Deum, mortale vero est libido sive voluptas in creatura supra Deum vel aeque Deo. Potest enim creatura bene diligi et male; bene, cum propter Deum, eo modo quo debet: virtus enim est ordo amoris. Si vero creatura diligitur non propter Deum omnino, aut hoc est propter utilitatem sibi necessariam, et sic potest dici delectatio naturalis, et haec etiam ordinatur ad Deum, licet homo non referat ». Hoc ultimum Halensis definit et exemplis confirmat [10]: « Timor aliquando est veniale peccatum, aliquando mortale. Mortale peccatum est, cum praeponitur bonum commutabile bono incommutabili, sicut est de illo qui metu mortis aut tribulationis negat Deum. Timor autem est veniale peccatum, quando temporalia mala timentur sub Deo, salva observantia divinorum praeceptorum »; et alibi [11]: « Aliquando est veniale peccatum, aliquando mortale in concubitu inordinato viri cum coniuge. Si enim illa delectatio sit sub Deo, veniale peccatum est... Si vero aequiparetur vel praeferatur Deo, est mortale peccatum ».

12. — Istis omnibus positis circa intrinsecum, constitutivum et formale peccati venialis, corollaria nonnulla, immediata quidem consequentia admissa, admitti debent. Imprimis facilius secundum theoriam Irrefragabilis deducitur, peccatum veniale, sicut ceteroquin quodcumque peccatum, carere iustitia [12]: « Dicendum quod haec definitio [peccatum est carentia debitae iustitiae] communis est et convenit veniali peccato ». Ratio huius asserti inde sumitur quod veniale peccatum est conversio indebita ad commutabile bonum [13]. — Aliud deinde sine negotio ex Irrefragabilis doctrina deducitur, nempe peccatum veniale, prout est tale, nunquam posse fieri mortale: « Concedimus bene quod veniale nunquam fit mortale, ut intelligatur idem secundum substantiam, quod prius fuit veniale, mortale fieri, neque quoad actum neque quoad maculam [14] »; et alibi [15]: « Dicimus quod nunquam intelligendum est quod venialia, quotcumque sint, neque per se neque per suam multitudinem necare possint, quantum est ex se ». Veniale enim, constitutione eius inspecta, ad unum genus pertinet, mortale vero ad aliud genus. — Iterum, sequitur veniale non opponi caritati simpliciter, immo « bene compatitur secum caritas veniale [16] ». Opponitur nihilominus actus peccaminosus venialis caritatis perfectioni [17]: « Si enim aliquis inordinate diligit aliquid, licet venialiter, tamen cum descendit ad illud sub Deo, iam non totaliter adhaerebat affectus eius Deo, et ita cadit perfectio caritatis quantum ad actum ». Si autem veniale caritati simpliciter non opponitur, consequens est admittere veniale, in quibusdam determinatis casibus, non cadere sub prohibitione [18]: « Dicendum quod illud praeceptum negativum: *Non concupisces*, non potest omnino impleri in via quantum est de potestate liberi arbitrii in se; hoc autem dicitur propter venialia peccata quae, licet non prohibeantur directe, tamen mala esse ostenduntur et cavenda secundum possibilitatem humanam ». Aliquod peccatum veniale per modum exempli in praesenti re afferri potest, nempe otium, quod « prout est veniale peccatum, non respicit praeceptum vel prohibitionem [19] ».

---

[1] III, num. 655, ad *a-d*, p. 635a. Cf. III, num. 199, ad 3, p. 212b.
[2] III, num. 271, *Solutio*, p. 286b.
[3] III, num. 199, ad 3, p. 212b.
[4] III, num. 271, *Solutio*, p. 286b.
[5] III, num. 272, ad 3, p. 287b.
[6] III, num. 274, *Solutio*, p. 288b.
[7] III, num. 273, ad 1, p. 287b. Cf. I, num. 130, *Solutio*, p. 199b sq.
[8] III, num. 268, p. 282a.
[9] III, num. 272, *Solutio*, p. 286b. Cf. III, n. 264, ad 5, p. 278b.
[10] III, num. 704, *Solutio*, p. 690b.
[11] III, n. 655, *Solutio*, p. 635a.
[12] III, num. 65, *Solutio*, p. 81a. Cf. III, num. 267, ad 2, p. 280a.
[13] Cf. III, num. 66, *Solutio*, p. 82b. Unde apud Alexandrum, III, num. 33-36, cc. 1-4 quaestio de privatione modi, speciei et ordinis occurrit.
[14] III, num. 273, *Responsio*, p. 287b.
[15] Ibid., ad 2, p. 288a.
[16] III, num. 280, *Solutio*, p. 293b.
[17] III, num. 281, *Solutio*, p. 295a.
[18] III, num. 292, ad 3, p. 306. Quo sensu illud intelligendum sit, clare exponitur III, num. 264, ad 3, p. 278b: « Dicendum quod 'esse contra legem Dei' proprie dicitur de actuali mortali: illud enim est quod secundum se prohibetur; veniale autem non prohibetur secundum se, sed ne ducat ad mortale per contemptum. Unde, cum dicitur: *Non concupisces*, sensus est: concupiscentiam non deduces ad consensum rationis. Quaedam ergo sunt directe contra legem Dei, quae sunt simpliciter prohibita; quaedam vero indirecte, et haec non sunt simpliciter prohibita, sicut est concupiscentia venialis ». Cf. Olivi, *Quaest. in II Sent.*, q. 118 (BFS, VI, 375 sqq.), ubi nominatim affertur (p. 381) « Frater Alexander, III libro *Summae* suae ».
[19] III, num. 301, *Solutio*, p. 311b.

13. — Porro, si veniale peccatum nec caritatem aufert nec, in aliquibus saltem casibus, sub prohibitione cadit, inferri posset illud non includere contemptum Dei; consequenter rationem veram distinctionis inter venialia et mortalia inde desumendam esse quod in illis contemptus Dei includitur, in hisce vero non. Hanc nihilominus conclusionem non admittit Irrefragabilis: clare namque asserit contemptum Dei in peccato non deesse [1]; unde, Altissiodorensem [2] sequens, multiplicem contemptum Dei distinguit [3], unum scilicet qui in omni peccato includitur, alterum, qui constituit aversionem ab incommutabili bono. Nec potest concludi peccatum veniale non esse complacentiam in malo ex eo quod, ut dictum est, cum veniali caritas Dei in anima permanet. Etenim Irrefragabilis, iterum distinctione utens, placentiam ponit unam quae est inordinatio sub Deo, includens scilicet quietationem voluntatis super ipsum veniale, eamque secernit a placentia altera, quae est inordinatio supra Deum [4]; unde etiam in peccato clare ponit modum delectationis qui est supra Deum et sub Deo a simplici delectatione [5].

Doctrinae Magistri sui S. Bonaventura plane adhaeret. Seraphicus enim mortale peccatum vocat aversionem « secundum quod aversio dicitur proprie », atque asserit « quod absque dubio peccatum veniale non communicat cum mortali in aversione [6] ». Aversio a Deo duplici habetur modo: aut secundum id quod fit contra divinum mandatum, « quia mandatum est via recte perveniendi ad Deum et tendendi in Deum »; aut secundum quod homo statuit sibi creaturam tamquam finem ultimum. « Anima enim media est inter creaturam et Deum, in quantum est imago Dei. Dum ergo ad creaturam se tamquam ad finem convertit, faciem suam, quae debebat esse sursum versa, deorsum inclinat et ideo se avertit a Deo ». Notandum nihilominus occurrit Seraphicum Doctorem identificare aversionem cum contemptu Dei [7]: « Qui mandatum Dei transgreditur, contemnit mandantem. Similiter qui creaturam sibi finem statuit principalem magis appretiat creaturam quam Deum; et hoc non potest esse sine Dei contemptu ». Cum iam unum et idem sint transgressio mandati Dei, aversio a Deo et Dei contemptus, supra omne dubium ex Seraphico Doctore concludendum [8]: « Veniale peccatum nec est directe contra Dei mandatum, nec statuit creaturam tanquam finem ultimum; et ideo non est in eo nec aversio nec contemptus ».

Quaedam difficultas opponi posset doctrinae Halensis ac si immoderatus affectus ad creaturam, ordinatione ad Deum non destructa, non valeret diversificare genera exteriorum actuum. Ast sedulo notandum quod ipse actus externus qui intenditur, potest, in quantum intenditur, vel avertere a Deo vel convertere ad id quod sub Deo est. Hoc quidem exemplo evidens fit [9]: « Potest immoderata laetitia, ex qua [ludus, risus et ioculatio] originem ducunt, non praeferri incommutabili bono, sed potest fieri conversio ad mutabile bonum citra Deum, et sic erit veniale. Si vero fiat in contemptum Dei vel praeferatur incommutabili bono, secundum hoc erit mortale peccatum ».

14. — Iis expositis quae ad veniale et mortale in genere pertinent, ad horum divisionem fit transitus.

In exponendis porro et solvendis problematibus, ad singula peccata sive mortalia sive venialia pertinentibus, Halensis saepissime assertorie tantum procedit, quacumque probatione relicta. Ita, ut unum afferatur exemplum, quaestionem *'Utrum homo possit iudicare de occultis cordis sui'*, sic solvit [10]: « Ad quod dicendum quod est duplex iudicium: definitionis de re praesenti vel praeterita et de re futura; iterum est iudicium examinationis... Est autem iudicium definitionis de re praesenti et de re futura; de praesenti vero aut de persona aut de facto; si de re futura, aut quod pertinet ad fragilitatem aut quod pertinet ad virtutem. Si ad fragilitatem, satis de se certam potest ferre sententiam; si vero de virtute, vix aut nunquam potest de se ferre sententiam veram. Si vero de praesenti, quantum ad factum certam potest dare sententiam quoad genus boni vel mali vel indifferentis; si vero quoad personam, de malo potest iudicare, sed de bono non, nisi fuerit ex speciali gratia data a Domino ». — Alia vice per solam viam auctoritatis progreditur, ita v. gr. simpliciter recitat verba S. Gregorii, ubi respondet quaestioni [11] *'Utrum mendacium minoris sit culpae in Veteri quam in Novo Testamento'*; et recitat illa S. Augustini, ubi solutionem praebet quaestioni [12] *'Utrum facta illorum, qui in Veteri Testamento mendacio officioso usi sunt, sint imitanda'*. — In aliis locis solum analyzat terminos quaestionis, ut eorum sensum aperiat atque determinare valeat quando actus licitus sit, quando illicitus. Hac quidem via solvit quaestionem [13] *'Utrum sit contendendum cum haereticis'*: « Ad quod dicendum quod 'contendere' potest accipi dupliciter: uno

---

[1] Ad rem bene asserit Olivi, loc. cit., p. 429: « Irreverentiam venialem communiter non vocamus Dei contemptum ».

[2] *Summa*, II, tr. 29, c. 8 (fol. 113b sq.).

[3] III, num. 496, *Solutio*, p. 481b, Halensis scribit: « Est dicere unum caput sive initium pro causa quae invenitur in omni peccato, et hoc modo potest dici superbia caput sive initium omnis peccati, quia in omni peccato invenitur contemptus Dei, qui est quaedam causa peccati ». Etiam III, num. 523, *Solutio*, p. 571a, vocat superbiam matrem omnium peccatorum « ratione illius contemptus, qui est in omni peccato ». Attamen III, num. 500, *Solutio*, p. 492ab, loquitur de superbia generali, « quae est contemptus generalis, qui est in omni peccato ex hoc quod anima per peccatum avertitur ab incommutabili et supremo bono ». Unde sic refert contemptum ad aversionem, qua constitutivum peccati mortalis exprimitur. De facto pluribus in locis Irrefragabilis magis mortali quam veniali contemptum Dei applicat; cf. III, num. 403, ad 2, p. 407b; num. 428, *Solutio*, p. 429b; num. 457, *Solutio*, p. 451a; num. 466, *Solutio*, p. 458b.

[4] Cf. III, num. 273, ad 1, p. 287b.

[5] Cf. III, num. 274, *Solutio*, p. 288b.

[6] S. Bonav., II *Sent.*, d. 42, a. 2, q. 1 (II, 965a).

[7] Ibid., 965b.

[8] Ibid.

[9] III, num. 483, *Solutio*, p. 472a.

[10] III, num. 364, *Solutio*, p. 367ab. Alia exempla occurrunt III, num. 397, *Solutio*, p. 399a; num. 399, *Solutio*, p. 402b.

[11] III, num. 407, *Solutio*, p. 410ab.

[12] III, num. 408, *Solutio*, p. 411ab.

[13] III, num. 420, *Solutio*, p. 422ab. — Aliud exemplum desumitur ex III, num. 454, *Solutio*, p. 448a, ubi Halensis, varias examinans definitiones detractionis, animadvertit: « Ad evidentiam autem dictorum

modo in contrarium eius quod sustinetur tendere, ad hoc quod falsitas manifestetur et veritas adstruatur, et hoc modo licitum est contendere in disputatione Sacrae Scripturae; alio vero modo dicitur 'contendere' in contrarium finem tendere, cum unus intendit adstruere veritatem, alter intendit adstruere falsitatem ut credatur, vel cum aliquis clamore intendit omnino vincere vel extorquere aliquid quod contra conscientiam dicatur: et sic non est licitum contendere in divina Scriptura ». — Saepissime Irrefragabilis in suis explicationibus notam pure theologicam immiscet, non solum quia aliquando Sacrae Scripturae expositores sunt pro ipso sola norma [1], sed etiam quia per omnes casus peccatorum misericordiam supernaturalis Medici, id est Dei, exaltare nititur [2]: « De nemine desperandum est, dum est in via, simpliciter, quantum est de conditione viatoris; nec de aliquo iudicium condemnationis est proferendum. Relinquitur enim in omnibus possibilitas liberi arbitrii ad bonum, et ideo dicitur Dan. 4, 24: *Redime peccata tua eleemosynis*, et sequitur: *Forsitan Deus miserebitur tui.* Quantum ergo ad potentiam summi Medici vel quoad possibilitatem liberi arbitrii non est desperandum: maior enim est potentia Medici quam magnitudo morbi ». Unde asserit Halensis [3] quod « de factis proximorum non debemus interpretari in deteriorem partem, ubi dubium est de utraque, sed in meliorem: hoc enim est in laudem liberalitatis divinae qua potest inclinare in bonum cum vult »; revera « iustitia liberalitatis magis proprium est divinae bonitatis [4] ». — Species peccatorum enumerans et explicans, observationes asceticas instituere non omittit [5]; unde secundum quemdam optimismum dirigit tractatum suum de peccatis: vel quatenus ex professo agit de remedio ad tollenda nocumenta peccaminosa [6], vel quatenus subministrat « principale et primum faciens » ad peccatum, v. gr. negligentiam, vitandum [7], vel quatenus dictitat « quod magna diligentia adhibenda est ne homo incidat in laqueum diaboli [8] », vel quatenus indicat ea quae peccatis et vitiis opponi possunt [9].

Verum, ubi Halensis peccata quodam modo analysi subicit, ut nempe iudicium de peccati natura et charactere efformare valeat atque possit instituere comparationem inter unum et aliud peccatum secundum gradum levitatis aut gravitatis, recurrit ad principium omnium fundamentale de nullo avertendo ab ultimo fine et de convertendo omnia ad Deum. Revera, inquirens *'Utrum sit maledicendum creaturae rationali'*, et investigans de comparatione peccati maledictionis ad alia peccata, respondet [10]: « Dicere malum de creatura redundat in ipsum Creatorem, et ideo hoc modo maledicere peccatum est »; unde etiam iudicat [11] « dicendum quod, si fuerit ex deliberatione animi, maledictio illa, quae est creaturae in quantum creatura, est valde grave peccatum: redundat enim in Creatorem ». Solemne demum ipsi Halensi est gravitatem peccati ponderandam esse secundum mensuram deordinationis a fine [12]: unde sub hoc aspectu affirmat v. gr. ordinandas esse varias « species mendacii secundum maiorem et minorem elongationem veritatis voluntatis in conformatione ad veritatem increatam [13] ».

15. — Ascensus ad Deum, ex quo, actiones nostras recte ordinando, bonum moris acquirimus, tamquam principium 'a quo' exigit voluntatem et intentionem ipsius ascendentis, atque tamquam principium 'ad quem' exigit finem ascendentis secundum circumstantias omnes in quibus obiectum attingendum inveniri valet. Pari methodo aversio a Deo et conversio ad id quod sub Deo vel praeter Deum est, voluntate, intentione, fine et circumstantiis obiecti declaratur.

Voluntas quae, ut est libera, recte dicitur « motor universaliter imperans [14] », est causa prima omnium peccatorum [15]: « Dicendum quod, licet actus cognitivae et actus motivae [potentiae] sint disparati, tamen omnes in voluntate tamquam in causa prima radicantur, secundum quod circa illos actus peccatum consistit, et ideo amor male accendens, qui est in voluntate, causa est infidelitatis, desperationis et aliorum peccatorum ». Sane « inclinatio voluntatis proxima est ad indebitum [16] », atque proinde asserere convenit « quod malum culpae [est] principaliter in voluntate [17] ». Unde peccatum seu « malum culpae est defectio voluntaria [18] ». Et quia peccatum est a libera voluntate, id quod peccatum sequitur, spoliatio scilicet gratiarum proindeque obtenebratio spiritualis, non Deo adscribitur, sed voluntati [19]: « Lux spiritualis ubique est, et ideo non est causa tenebrarum spiritualium, sed liberum arbitrium, in quo ponitur obex. Sicut enim corpus opacum interpositum causa est tenebrae

attendenda est ratio nominis: detrahere enim dicitur de aliqua summa partem tollere; quod per similitudinem facit detractor: nititur enim de summa boni in opinione hominum, quae habetur de aliquo, aliquam partem tollere, cum omnino totum bonum tollere non posset. Nihil enim quod manet in esse rationali, dum est, est a quo omnino bonum tolli possit, licet possit credi quod non habeat bonitatem in parte moralem, ut iustitiam vel prudentiam, et ita de aliis ».

[1] III, num. 37, ad 3, p. 57b.

[2] III, num. 365, *Solutio*, p. 368b.

[3] III, num. 366, ad 1-2, p. 369b.

[4] III, num. 384, *Solutio*, p. 384a.

[5] Ita v. gr. III, num. 341, *Solutio*, p. 348a, Halensis scribit: « Quando deficit in homine fervor caritatis, tunc negligit facere bona; unde ex defectu caritatis in Deum ferventis consequitur homo negligentiam, quia, si esset homo fervens in Deum, non esset negligens circa opera Dei, sicut circa psallere Deo et orare et huiusmodi »; et III, num. 477, ad 1-2, p. 467b: « Remedium enim peccati est accusatio ipsius peccatoris et omnimoda confessio peccati ».

[6] Cf. III, num. 445, *Solutio*, p. 440b; num. 462, *Solutio*, p. 455a; num. 699, p. 685.

[7] Cf. III, num. 345, *Solutio*, p. 353b.

[8] III, num. 457, *Solutio*, p. 451a.

[9] Cf. III, num. 557, *Solutio*, p. 549ab; num. 513, *Solutio*, p. 507b; num. 564, *Solutio*, p. 556.

[10] III, num. 468, *Solutio*, p. 460a.

[11] III, num. 471, ad 1, p. 462b.

[12] Cf. III, num. 400, ad 1, p. 403b ubi praebetur exemplum quoad mendacium: « [Peccatum] dicitur etiam gravius, quia plus importat inordinationis in sua ratione: ponit enim inordinationem ad finem, et secundum hoc dicitur mendacium iterum gravius ».

[13] III, num. 416, *Solutio*, p. 417a.

[14] II, num. 392, *Respondeo*, p. 471b. De voluntate apud Halensem longior sermo occurrit tom. II, Prolegomena, num. 64 et 65, p. L-LII.

[15] III, num. 711, ad 4, p. 699b.

[16] III, num. 14, ad 9, p. 24b.

[17] Ibid.

[18] III, num. 20, *Ad obiecta*, p. 31b.

[19] III, num. 24, ad 4, p. 38a.

corporalis aliquando, ita liberum arbitrium ratione peccati ». Dupliciter autem aliquid in peccato a voluntate est, quia voluntarium dupliciter in peccato verificari potest, positione scilicet et omissione, quod explanat Halensis quoad mortale peccatum [1]: « Dicendum quod voluntarium dicitur dupliciter in peccato actuali mortali: uno modo proprie illud cuius principium est in ipso volente, et trahitur voluntas ex determinato appetibili, in quo quiescit: et secundum hoc peccatum transgressionis, in quo fit conversio ad mutabile bonum quietans appetitum, dicitur voluntarium; sic autem non dicitur peccatum omissionis per se ipsum voluntarium. Alio vero modo dicitur voluntarium communiter, cuius principium est in ipso; quia vero in ipso est velle et non velle, facere et non facere, peccatum autem omissionis est in non velle vel non facere quod tenetur, peccatum omissionis hoc modo dicitur voluntarium ». Sive autem positione sive omissione voluntas actum suum ponat, ipsum voluntarium dicitur vel simpliciter vel secundum quid, prout vel nulli involuntario admiscetur vel aliquod involuntarium includit. Clarius hoc elucet ex divisione ipsius involuntarii, in quaestione [2] '*Utrum actus malus per ignorantiam perpetratus sit peccatum*': « Dicendum quod aliquid est involuntarium per ignorantiam invincibilem, et talis actus, cum nihil habeat de voluntario quod simpliciter dicitur voluntarium, non dicetur peccatum. Sed est involuntarium, quod habet aliquid admixtum de voluntario, et tale, licet quoad quid sit involuntarium, eo quod quoad quid est voluntarium, dicetur peccatum ».

Non debet ut quid minimi negligi conceptus ipsius influxus voluntatis in actum peccaminosum, prout apud philosophos et theologos occurrit. « Philosophus enim non respicit voluntarium et involuntarium nisi prout ad personam singularem referuntur; theologus vero prout referuntur ad personam vel naturam [3] ». Hac adhibita distinctione evidens est quo sensu peccatum originale, ad naturam humanam relatum, voluntarium dici valet, quo vero sensu, si ad personam refertur, involuntarium dici debet.

16. — Quod autem voluntas humana se avertit a Deo et ad commutabile bonum se convertit, non est a voluntate quatenus est essentia vel natura simpliciter, sed est a voluntate, quae per electionem habet potentiam peccandi sicut habet potentiam non peccandi [4]. Voluntas-natura, cum sit a non-esse, potest ad non-esse redire, sicque habet vertibilitatem « quae concomitatur omnem creaturam eo quod creatura est, et per naturam est de esse in non-esse »; voluntas, quae est per electionem habet vertibilitatem aliam « quae non est in non-esse simpliciter, sed in non-esse moris, quod est malum [5] ». Sane, « mediam creaturam, scilicet hominem, qui secundum aliquid est rationalis, secundum aliquid irrationalis, fecit Deus vertibilem... Hominem fecit Deus vertibilem vicissitudinarie quantum ad liberum arbitrium sive quantum ad partem rationabilem [6] ». Quamobrem, quasi per modum conclusionis generalis asserit Halensis quod homo dicendus est « vertibilis secundum electionem ad malum [7] ».

Itaque ex voluntate, prout secundum suam libertatem seu capacitatem eligendi vertibilis est, recessus a Deo et accessus ad creaturam explicatur. Vertibilitatem porro Doctor Irrefragabilis alio nomine flexibilitatem appellat; ipsam flexibilitatem libertatis ad malum culpae seu ad peccatum defluere asserit ex reali transitu totius entis liberi a nihilo ad esse [8]: « Hac ergo ratione dicitur malum culpae esse in libero arbitrio, non eo quod habet libertatem communem cum Deo, sed ratione flexibilitatis propriae, quae est ex eo quod est ex nihilo ». Hinc est quod, apriorismo quodam theologico posito, Irrefragabilis tenet quod vertibilitas hominis in malum est manifestatio divinae potentiae, divinae sapientiae, divinae misericordiae, divinae iustitiae estque ad augmentum gloriae beatorum [9], atque ulterius respondet [10]: « Patet quod impossibile fuit hominem primum vel aliquam creaturam rationalem habere liberum arbitrium invertibile ad malum, quia hoc repugnat naturae ipsius creaturae rationalis et a parte principii initialis et a parte termini finalis ».

Non aliam doctrinam proponit S. Bonaventura, etsi, ut nobis videtur, nitidiore et adaequatiore terminologia eam formulet. Seraphicus namque probans « quod impossibile fuit hominem vel aliquam creaturam rationalem per naturam habere liberum arbitrium inflexibile ad malum [11] », affirmat liberum arbitrium considerari posse in quantum liberum et in quantum deficiens: liberum porro arbitrium « secundum quod liberum est », seu in quantum consideratur « secundum naturae propriae complementum », id est « in quantum se ipso sufficiens est », « habet obiectum bonum et exit in bonum, non in malum »; ast secundum quod est deficiens seu in quantum consideratur « secundum propriae naturae defectum », id est « in quantum cum libertate habet defectibilitatem », « exit in actum deformativum, et ita in malum [12] ».

17. — Altera ratio, qua aversionem a Deo et conversionem ad commutabile bonum declarare possimus, ex intentione sumitur.

Intentio « dicitur ab eo quod est 'tendere' et 'in' [13] ». Ideo, etymologice inspecta potest vel ad voluntatem referri vel ad rationem. Prout dicitur « oculus » et tamquam functionem habet « praevidere et dirigere » ad rationem

---

[1] III, num. 327, ad 1, p. 334b.

[2] III, num. 677, ad 1, p. 658a.

[3] III, num. 222, ad 2, p. 238b.

[4] Recte quidem Halensis, I, num. 114, *Solutio*, p. 180a: « Dicimus enim quod ipsa voluntas potest considerari ut natura quaedam vel ut voluntas. Secundum ergo quod natura est, sic ipsa habet modum, speciem et ordinem quae consequuntur omnem rem, sicut et aliae creaturae; et sic non sunt diminubiles per peccatum. Secundum autem quod ipsa consideratur ut voluntas, sic est ordinabilis ad gratuitum bonum voluntarie, quod non reperitur in aliis creaturis: sic in ipsa reperiuntur modus, species et ordo qui non sunt nisi in rationabilibus creaturis, et ii sunt diminubiles per peccatum ».

[5] Ibid., p. 180b.

[6] II, num. 511, ad 2, p. 750b.

[7] III, num. 505, ad 2, p. 498b.

[8] III, num. 14, ad 8, p. 24b.

[9] Cf. II, num. 507, *Respondeo*, p. 737a-738a.

[10] II, num. 508, *Respondeo*, p. 740ab.

[11] S. Bonav., II *Sent.*, d. 24, a. 1, q. 1 (II, 555a).

[12] S. Bonav., II *Sent.*, d. 25, p. 1, a. un., q. 3 (II, 614-615).

[13] III, num. 51, *Solutio*, p. 70a, ubi et sequens.

refertur; prout vero dicit appetitum in obiectum non habitum vel perseverantiam seu continuationem in obiectum iam habitum, ad virtutem practicam pertinet seu ad voluntatem.

In ordine porro ad peccatum « mortale peccatum, in eo quod est mortale, radicatur in intentione », quamvis peccati mortalis « genus hoc vel illud non [sit] ex ipsa voluntate [seu intentione], sed ab ipso actu [1] ». Unde opportune quidem adducta distinctione inter intentionem mortalem et id quod est mortale, asserit Halensis [2] « quod mortale peccatum est secundum duas differentias: vel quando [volens] intendit id quod est mortale in genere, ut si intendit peccare mortaliter vel adulterari vel aliquid huiusmodi; vel quando intendit aliquid quod est mortale ». Certum namque est quod semper inter intentionem peccandi et actum peccati discernere teneamur, ita ut de ipso gradu peccati iudicare debeamus, non solum secundum genus peccati seu secundum genus operis peccaminosi, sed etiam secundum intentionem [3]: « Ubi enim est deterior intentio, quantum ad radicem culpae deterius est peccatum et maior erit culpa, quae respondet intentioni vel voluntati. Ubi autem deterior est actus, deterius est peccatum quantum ad genus peccati, quod attenditur secundum genus operis ». Clara inde evadit interpretatio quam Halensis subministrat de famoso principio ' quantum intendis tantum facis '. Dicit namque [4]: « Sensus est: ex quam mala intentione intendis aliquid, ex tam mala intentione diceris reus reatu voluntatis in illo actu, non quod ille actus in se sit adeo malus ».

18. — Agens de intentione, sive bona sive mala, Doctor Irrefragabilis examinat [5] *Utrum intentio pro facto reputetur, Utrum actus additus intentioni facit duo peccata, Utrum actus peior additus minus malae intentioni facit maius peccatum* etc., atque considerat intentionem magis sub respectu quantitatis quam sub respectu qualitatis. Seraphicus Doctor e contra, ac si intenderet magistri sui doctrinam perficere et ampliore expositione ornare, potius qualitatem intentionis quam huius quantitatem praesentat [6], etiam in quaestione speciali in qua ex professo de quantitate intentionis investigationem instituit [7].

Certum porro est intentionem non ex omni parte explicare actum quemdam esse bonum, quamvis sufficienter declarare valeat actum sub aliquo saltem aspectu esse malum. Recte S. Bonaventura [8]: « Cum enim ad bonitatem operis necessario requiratur intentio boni finis, sola illa desistente opus iudicatur esse malum; non tamen illa sola assistente iudicatur esse bonum, quia plura exiguntur ad construendum quam ad destruendum ».

19. — Quamobrem supra intentionem, ad habendam notionem adaequatam aversionis a summo bono et conversionis ad commutabile bonum, indagatio facienda venit de omnibus circumstantiis in quibus actus humanus ponitur. Quod Halensis exigit quoad bonitatem actus, scilicet « quod sit in debita materia et debitis circumstantiis [9] », exigere dicendus est quoad malitiam actus. Habet namque [10]: « Dicendum est quod illud quod dicitur bene fieri vel male fieri, hoc refertur ad circumstantiam vel ad intentionem. Cum autem circumstantia additur quae bona est, trahitur malum extra rationem suam, sicut bonum in genere trahitur extra rationem suam, quando additur circumstantia mala ».

Quid autem sint circumstantiae, prout sensu stricto sumuntur proindeque ab intentione distinguuntur, clare exhibet Doctor noster [11]: « Circumstantiae dicuntur quae sunt circa ipsum actum superadditae ipsi generi actionis, quae disponunt ad finem, ut quidquid est inter initium actionis et finem actionis dicatur circumstantia ».

Prout iam agitur de malo seu de peccato, circumstantia mala quaecumque semper « addit quamdam deformitatem super deformitatem generis [peccati] [12] », proindeque « concedendum quod deterius est malum ex circumstantia quam malum in genere [13] ».

Omni cura et subtiliter Irrefragabilis circumstantias secundum omnes divisiones sedulo examini subicit, ostendens quae et quot sunt circumstantiae quae faciunt ad hoc quod sit malum ex circumstantia vel aggravatum vel diminutum et quae faciunt ad divisionem mali ex circumstantia [14]. Sine negotio ex assertionibus Doctoris nostri deducitur norma generalis, secundum quam ex circumstantia vel mortale habetur vel veniale tantum. Dicit enim [15] « quod circumstantia non quaecumque inducit mortale peccatum, sed quae importat ex consequenti contemptum, sicut si aliquis peccabat prius ignoranter, et ideo venialiter, si postea peccaret scienter, faciendo consimile, peccaret mortaliter ». Contemptus, de quo hic, non est ille qui inest omni peccato [16], sed specialis qui elevat hominem supra praeceptum Dei, ideoque « non tantum facit cadere a perfectione, sed etiam a caritate [17] ». Ratio contemptus haberi potest, quando homo vitam suam non instituit secundum circumstantiam debitam quae est in praecepto, ut patet v. gr. ex examine circumstantiarum quoad negligentiam, quae aliquando est mortale peccatum, aliquando veniale tantum [18]: « Mortalis est negligentia, quando scilicet est circa circumstantiam debitam, quae est in praecepto, sicut est quod aliquis tenetur dare eleemosynam indigenti et quando necesse est: dare

---

[1] III, num. 62, *Respondeo*, p. 78a.
[2] Ibid., ad 2, p. 78b.
[3] III, num 61, *Respondeo*, I, p. 78a.
[4] III, num. 61, II, p. 78b.
[5] Cf. III, num. 58 et 61, p. 76-78.
[6] Cf. II *Sent.*, d. 40, a. 1, q. 1 (II, 920-22).
[7] Cf. ibid., q. 2 (II, 923-24) Revera, Seraphicus Doctor, etsi statuat quod « quantitas intentionis dupliciter potest intelligi, videlicet aut ratione actus intendendi aut ratione ipsius intenti », tamen introducit in actum intendendi intensionem in bonitate et malitia, et in ipsum intentum introducit comparationem proportionalitatis, commensuratione aequalitatis exclusa.
[8] Ibid., q. 1 (II, 921b).
[9] III, num. 59, *Respondeo*, p. 77b.
[10] III, num. 37, ad 2, p. 56b.
[11] III, num. 44, *Solutio*, p. 62b. Cf. III, num. 50, ad 4, p. 69b.
[12] III, num. 46, *Solutio*, p. 64a.
[13] III, num. 47, *Solutio*, p. 65b.
[14] Ibid.
[15] III, num. 403, ad 2, p. 407b.
[16] Cf. supra, p. XLI, nota 3.
[17] III, num. 403, ad 2, p. 407b.
[18] III, num. 338, *Solutio*, p. 344-45.

eleemosynam est quidem actus, circumstantiae autem determinantur per hoc quod est 'indigenti' et per hoc quod est 'in tempore necessitatis' sive 'quando est necesse'. Hae circumstantiae debitae sunt et in praecepto; negligentia ergo circa ipsas debet dici mortalis ».

20. — Non dubitandum denique quin finis partes habeat in actu, quo per peccatum vel a Deo avertimur vel ad creaturam convertimur. Etenim « attendendum quod finis, large accipiendo circumstantiam, inter circumstantias computatur [1] »; proindeque sicut circumstantiae non possunt non sibi facere dependentes actiones humanas, ita nec finis potest esse sine quadam relatione ad actiones quas homo ut homo ponit. Quamobrem, Halensis [2] ad quaestionem *An possit aliquis revelare malum alterius occulte sine peccato,* clare respondet revelationem huiusmodi constituere bonum vel malum secundum finem et circumstantias. In innumeris ceterum locis actiones vocat bonas vel malas propter finem, ita ut finis partem principalem in ipsis habere dicatur [3]: « Dicendum quod verum est quod a fine denominatur actio bona et a defectu finis debiti mala principaliter ».

21. — Suis defectivis conditionibus creatura quaecumque ostendit se non esse a se, sed esse a summo ente et a summo bono. Plus quam ceterae creaturae strictiore vinculo ad summum bonum ligatur homo, quia defectivarum conditionum suarum conscientiam habet atque continua experientia in se et pro se probat solum Interminabile innumerabilibus hominis desideriis terminum posse ponere solamque plenitudinem summi boni posse ipsius hominis complere vacuum [4].

Hinc ad Deum non dirigere totum esse cum actionibus omnibus, vel actualiter vel virtualiter vel habitualiter, est naturam humanam totam et integram destruere [5]; scienter a Deo se avertere atque actiones « detorquere » ad labile, tamquam ad immutabile, est mortale admittere.

Mortale autem quis admittit sive intendit peccare mortaliter, [sive] intendit illud quo facto est peccatum mortale [6]. Nihilominus id quod obiective loquendo peccatum mortale vocandum est, subiective loquendo saepissime a mortali culpa excusatur. Aliquando revera Doctor noster mortale et veniale tali modo describit, quod asserat mortale nullam admittere excusantem rationem, veniale e contra comportare rationem excusantem [7].

Rationes autem excusantes, quibus peccatum ratione subiecti vel leve potest esse vel minus grave est vel ex gravi leve fieri potest, multae enumerantur apud Irrefragabilem.

Sunt nempe levitas [8], vel levitas puerilis [9], impraemeditatio [10], obreptio [11] et praecipue subreptio, quae est « consensus ille subitus, non praehabita deliberatione... et procedit ex corruptione rationis [12] ». Hoc ultimum vocabulum, quod Halensis tamquam technicum sibi assumit, a S. Augustino habet, qui agens de venialibus seu quotidianis debilitatibus, oratione quidem dominicali delendis, de subreptione loquitur [13]. Quatenus autem actus peccaminosus ex subreptione vel alia excusante ratione habetur et pleno consensu voluntatis non fit, ita ut venialis dici valeat, a Doctore nostro non semel propassio vocatur [14]; quamobrem Halensis ipsum veniale necessitati naturae adscribit [15].

22. — Rationes excusantes, quas possemus secundum mentem Irrefragabilis vocare fundamentales, sunt ignorantia et infirmitas. Quamvis de eis tractationem separatam habeat, nihilominus ubi secundum principia generalia de natura unius et alterius peccati disserit, eas semper unitas proponit.

Naturam et characterem ignorantiae et infirmitatis a S. Augustino [16] desumens, affirmat Halensis [17] « quod omne peccatum ex altera istarum causarum [ignorantia scilicet vel infirmitate] est quod quoddam peccatum praetendit colorem quemdam excusationis ». Hinc peccatum in Spiritum Sanctum, quod est irremissibile « quia non habet in se motivum ad remissionem », distinguit Halensis [18] ab « aliis peccatis, ubi aliquis peccat ex infirmitate vel ex ignorantia, [in quibus] est aliquod motivum ad ipsorum remissionem et est aliqua excusatio », atque iudicat esse tenendum quod [19] « dicitur esse causa maioris excusationis, quando vel est maior infirmitas vel est maior ignorantia ».

23. — Porro infirmitas, quae non potest identificari cum ignorantia [20], pluribus accipitur modis [21]: « uno modo [dicitur] impotentia cuiuscumque potentiae animae; alio modo impotentia ex parte motiva; tertio modo impotentia

---

[1] III, num. 50, p. 69b.

[2] III, num. 455, *Solutio,* p. 449.

[3] III, num. 343, *Solutio,* p. 351a. Cf. III, num. 388, *Solutio,* p. 388b; num. 419, ad 1, p. 420a; num. 422, *Solutio,* p. 424.

[4] Cf. P. I. Olivi, O. F. M., *De cognoscendo Deo,* q. 3 (BFS VI, Quaracchi 1926, p. 528sqq.), qui ostendit creaturam suis defectivis conditionibus clamare Deum esse.

[5] Cf. A. Landgraf, qui, loc. cit., p. 43-50, agit de ordinandis actibus ad Deum secundum Alexandrum Halensem in ordine ad problema de actibus in individuo indifferentibus.

[6] III, num. 62, ad 2, p. 78b. Cf. III, num. 48, ad 1, p. 66b.

[7] Sic, ut unum afferatur exemplum, Halensis, III, num. 403, ad 1 p. 407b: « Ex quo elevata est anima in tantum perfectione caritatis et cognitionis, non habet excusationem ut mendacium in ipso [homine perfecto] fiat veniale ».

[8] Exemplum sumitur quoad detractionem, III, num. 457, *Solutio,* p. 451b: « Aliud est attendere conditionem peccati ex parte motivi, et secundum hoc, cum fit ex levitate vel impetu irae potest esse non mortale peccatum ».

[9] Exemplum habetur III, num. 466, *Solutio,* p. 458b: « Si vero [maledictio] ex levitate puerili respectu poenae temporalis fiat, potest esse veniale ».

[10] Cf. III, num. 326, *Solutio,* p. 333b; num. 424, *Solutio,* p. 426b; num. 471, ad 1, p. 462b.

[11] Cf. III, num. 423, *Solutio,* p. 425a; III, num. 424, *Solutio,* p. 426a, ubi obreptio et impraemeditatio identificantur; III, num. 439, ad 1, p. 437b.

[12] III, num. 298, *ad obiecta,* p. 309b. Cf. III, num. 276, *Solutio,* p. 289b; num. 281, *Solutio,* p. 295b; num. 289, ad 2 et 3, p. 304b; num. 433, *Solutio,* p. 432b; num. 466, *Solutio,* p. 458b; num. 475, *Solutio,* p. 466a; num. 519, *Solutio,* p. 513a; num. 533, *Solutio,* p. 527b.

[13] Augustin., *De civit. Dei,* XIX, c. 27 (PL 41, 657).

[14] Cf. III, num. 548, ad 2, p. 540b.

[15] Cf. III num. 277, ad 3, p. 291b.

[16] *Enchiridion,* c. 81 (PL 40, 271).

[17] III, num. 644, ad 1, p. 621a.

[18] III, num. 537, *Solutio,* p. 531b.

[19] III, num. 77, ad 2, p. 96b.

[20] Cf. III, num. 678, *Solutio,* p. 659a.

[21] III, num. 644, ad 4, p. 621b.

quae contrahitur ex fragilitate carnis ». In ultimo casu peccatum ex infirmitate dicitur « veniabile vel remissibile, quia habet aliquam causam allicitivam propter quam in parte excusatur, licet sit in genere mortale [1] ». Ratio autem psychologica, propter quam infirmitas colorem habere valet excusationis, ex eo petitur quod infirmitas « non dicit dispositionem ad malum, quod est peccatum, sed dispositionem ad bonum [2] ». Datur nihilominus infirmitas, illa scilicet quae est « poenalis et vitiosa », quae rationem excusationis non praebet. Ad rem exemplum affert Halensis [3]: « Aliquis existens in gratia peccat, peccans infirmatur, et ex illa impotentia occasionaliter cadit in aliud peccatum, et ex illo infirmior est et sic deinceps; tamen, licet sit modo infirmior, non est excusabilior qui peccat ex consuetudine, licet sit infirmior, quam qui semel peccavit tantum: ipsa enim infirmitas sua vel ex quo infirmabatur erat ex peccato ipso ».

24. — Ignorantia, quae « aliquando dicitur infirmitas large [4] », aliquando excusat non solum a poena, sed etiam a culpa: excusat nempe illos « qui habent ignorantiam illorum quae necesse est cognosci per disciplinam [5] », nec opportunam addiscendi occasionem invenire queunt. Varias autem species ignorantiae distinguit Halensis [6]: omnem namque praecipitantiam evitare studens, quaestiones circa ignorantiam studiose multiplicat. Hoc pacto detegit fundamentum psychologicum excusationis in peccato per ignorantiam perpetrato: ignorantia revera colorem excusationis habere potest ex absentia voluntarii [7] vel ex ligatione intellectus [8], etsi ligatio rationis aliquando radicem inveniat in infirmitate ex culpa praecedenti contracta [9], et tunc non excusat. Hac etiam methodo statuere valet Halensis principium morale universalissimum, quod nempe « secundum Philosophos et secundum sententiam Sanctorum, aliud est per ignorantiam operari et aliud est ignorantem operari [10] », atque huius principii lumine ducitur in examinando profundius et ponderando exactius tum actus in quibus ignorantia partes habere videtur [11], tum casus quosdam qui per ignorantiam tantum explicantur [12]. Statuto fundamento psychologico excusationis in ignorantia positoque supra indicato principio morali, Doctor noster quaestioni generali *Utrum ignorantia excuset a peccato*, generaliter respondet « quod ignorantia quaedam excusat et quaedam non excusat. Est enim ignorantia invincibilis ex casu, in quam non incidit homo ex sua culpa, vel ex debilitate naturae, et haec excusat. Est iterum ignorantia iuris divini vel canonici, et haec excusat simplices quoad quaedam quae non sunt necessaria ad salutem essentialiter. E contrario vero est ignorantia quae non excusat quoad Deum, utpote ignorantia supina sive affectata et ignorantia eorum ad quae tenetur homo et ignorantia negligentiae [13] ».

25. — Etsi potentiam habeat seu aptitudinem naturalem ad Deum tamquam ad summam bonitatem dirigendi semetipsum et quodcumque aliud creatum ens, homo nihilominus, data vertibilitate liberi arbitrii sui, facilius a summo et incommutabili bono recedit atque commutabili bono inhaeret. Quamobrem, ut in ordine remaneat, ut nempe, vertibilitate superata, stabilis evadat, regula eget seu lege, quam inspiciens hic et nunc, ordinate, strenuo quidem gressu et sine deviatione ad Deum, Ordinatorem supremum tendere valeat.

Regulam seu legem, quae formulis universalibus exprimitur, inscriptam portat homo in corde suo [14]: « Nullo enim adulto », ait Halensis, « licet legem naturalem ignorare, quia ipsa scribitur in corde humano naturaliter ». Lumen autem, quo hanc regulam scriptam legere valet, conscientia vocatur.

Conscientia ad legem naturalem se habet sicut scientia se habet ad principium [15]: « Sicut in scientia principii includitur ipsum principium, sic in conscientia lex naturalis ». Supponit autem naturale iudicatorium, quod omnibus hominibus tribuitur et ne quidem in angelis deest [16], cuius effectus immediatus est habitus principiorum in directione ad bonum faciendum et ad malum fugiendum [17]. Supra naturale iudicatorium stimulus adiungendus venit, ut de facto directio ad bonum faciendum et ad malum fugiendum habeatur. Stimulus ille vocatur synderesis. Haec innuit inclinationem naturae, qua facilius iudicatur de iis quae in ordine ad bonos mores ut agenda proponuntur [18]. Dicit namque « instinctum boni et displicentiam mali culpae [19] », habetque duplicem effectum [20], « scilicet illuminare ad bonum et retrahere a malo remurmurando contra peccatum sive etiam stimulare ad bonum »; non tamen « est idem quod voluntas deliberativa », etsi haberi possit « eadem cum voluntate naturali [21] ». Cum omnibus Magistris Halensis proponit synderesim ut « scintillam conscientiae », quia reapse, ut post eum scribit Doctor Seraphicus [22], conscientia

---

[1] III, num. 655, ad *a-d*, p. 635a.
[2] III, num. 644, ad 5, p. 622a.
[3] III, num. 257, *Solutio*, p. 272a.
[4] III, num. 678, ad 1, p. 659b.
[5] III, num. 679, ad 2, p. 660b.
[6] Cf. III, num. 318, *Solutio*, p. 325a; num. 323, *Solutio*, p. 328a; num. 325, *Solutio*, p. 330s.; num. 680, *Solutio*, p. 661.
[7] Cf. III, num. 677, ad 1, p. 658.
[8] III, num. 326, *Solutio*, p. 333.
[9] Ideo, ibid., p. 333b, scribit Irrefragabilis: « Cum ligatur ratio continue ex infirmitate, non ex culpa praecedenti, omnino excusatur secundum illud tempus ».
[10] III, num. 678, ad 2, p. 659a. Cf. III, num. 644, ad 6, p. 622ab.
[11] Ad rem faciunt III, num. 677-681, p. 657-661.
[12] Cf. III, num. 682, p. 661-663 et num. 325, p. 330-332.
[13] III, num. 324, *Solutio*, p. 329.
[14] III, num. 325, *Solutio*, p. 330a. Cf. II, num. 425, *Respondeo*, p. 499b; III, num. 200, *Solutio*, p. 213b, ubi fit mentio de prohibitione divina « non quam expresse faceret Dominus verbo, sed quam inscripsit in lege mentis ». De lege naturali et positiva agit Alexander in libro III *Summae*.
[15] II, num. 425, *Respondeo*, p. 499b.
[16] II, num. 151, *Solutio*, p. 200b.
[17] Cf. ibid., ad 1 et 3, p. 200b.
[18] Cf. II, num. 418, *Respondeo*, p. 493.
[19] Cf. II, num. 420, *Solutio*, p. 495a.
[20] II, num. 419, ad 1, 494a.
[21] II, num. 418, ad *e-f*, p. 493b.
[22] S. Bonav., II *Sent.*, d. 39, a. 2, q. 1, ad 3 (II, 910a). De synderesi apud Halensem agit O. Lottin, *La syndérèse chez les premiers maîtres franciscains de Paris*, in *Revue Néo-Scolastique*, XXVIII, 1927, p. 265-270.

« quantum est de se, non potest movere nec pungere sive stimulare nisi mediante synderesi, quae est quasi eius stimulus et igniculus ».

26. — Conscientia autem ipsa vocari debet habitus[1]: aut habitus naturalis, et tunc est semper recta[2], aut habitus acquisitus[3], et tunc est recta vel erronea, tranquilla vel perturbata, munda vel immunda[4]; pertinet tamen ad speciem habitus, qui dicitur motivus: « Sic est de conscientia, quia ratione cognitionis ordinatur sub habitu cognitivo; ratione eius quod ordinat ad prosecutionem boni et fugam mali, ordinatur sub habitu motivo[5] ».

Halensis in *Prima Secundi* conscientiam dynamice considerat, prout nempe ad psychologiam pertinet et secundum quemdam mechanismum evolvitur; in *Secunda Secundi* vero conscientiam considerat prout ad ethicam pertinet, secundum diversas circumstantias in quibus homo lumen et stimulationem conscientiae experitur. Sine negotio secundum Halensem statui valet quando et quare conscientia regula dicenda sit, iuxta quam homo actiones suas ad Deum ordinare potest ac debet. Ex S. Augustino namque Irrefragabilis enumerat[6] « quinque genera operum: quaedam ita bona quod nullo malo fine fieri possunt, ut diligere Deum propter se et super omnia; quaedam autem ita mala ut nullo bono fine fieri possint, ut fornicari et mentiri et huiusmodi; sunt autem alia opera, quae bona sunt in genere et possunt tamen fieri malo fine, ut dare eleemosynam, quod potest fieri causa inanis gloriae; sunt alia quae sunt mala in genere, ut ire ad lupanar, quod potest fieri bono fine, ad correctionem scilicet fornicariae; sunt autem quaedam indifferentia omnino », ut sunt v. gr. « de discernentibus cibos[7] ». Iam autem, si conscientia est recta, seu si formulae vitae, quas conscientia legit, sunt obiectivae, « in primis duobus [generibus operum] ligat conscientia ad faciendum id quod faciendum est et ad non faciendum id quod faciendum non est[8] ». Ratio in propatulo est, quia ista priora genera operum sunt expressio [affirmativa vel negativa] relationis realis transcendentalis qua creatura ad suum Creatorem ligatur, id est sunt formulae exhibentes vitam dependentiae totalis quam creatura in ordine ad suum Creatorem non potest non habere. « In aliis [deinde generibus operum] non ligat conscientia[9] », nisi ratione debitarum circumstantiarum vel ratione vitandi scandali reducantur ad prima genera operum. Tandem « ad indifferentia [conscientia] omnino ligat[10] », quatenus character obligatorius, ex quo ista indifferentia constituunt 'legem mentis nostrae', hic et nunc seu in individuo et per viam 'a posteriori' deducitur ab expressione voluntatis legislatoris. Ob hanc praecise ultimam rationem, ut unum afferatur exemplum, in dictis indifferentibus, magis ligat praeceptum praelati quam conscientia. Nam « licet conscientia subditi sit iudex, non est iudex immediate sub Deo nisi quoad ea quae praecipit vel prohibet Deus, habet autem praelatum supra se, secundum cuius discretionem formari debet[11] », quia revera secundum praeceptum vel prohibitionem praelati habetur manifestatio seu probatio a posteriori praecepti vel prohibitionis legislatoris supremi Dei. Ad rem Halensis[12]: « Conscientia subditi debet formari secundum discretionem praelati in dubiis; praelatus vero non tenetur formari in agendis secundum conscientiam quamcumque ipsius subditi, et ideo standum est mandato discreto ipsius praelati: hoc enim dictat conscientia ».

Si vero conscientia est erronea, seu si formulae vitae, quas conscientia legit, nequeunt obiectivae dici, duo ex Halensi adnotanda occurrunt quasi inconcussa principia, clarioribus et simplicioribus verbis exhibita. Secundum primum principium « conscientia erronea non ligat quoad duo prima membra [seu genera operum], sed error conscientiae est deponendus. Si enim conscientia dictat aliquid faciendum contra legem Dei, deponenda est, et absolvitur homo ab huiusmodi vinculo[13] ». Iuxta alterum principium « in aliis [membris seu generibus operum], etsi conscientia erronea, in quantum erronea, non ligat, ligat tamen sub ratione conscientiae, dum non deponitur; ad hoc autem principaliter ligatur homo ut error deponatur[14] ».

27. — Non putandum, hisce categorice assertis inspectis, ethicam Irrefragabilis assimilandam esse casuisticae, quamvis Doctor Franciscanus articulum adornet de perplexitate conscientiae[15] et quosdam exponat casus apud Magistros occurrentes in quibus perplexitas accidere videtur[16]. Primum principium, quod prima genera operum respicit, illa nempe quae sunt bona per se vel mala per se, hic quidem non probatur, sed probatum supponi potest ac debet ex iis quae alibi de aliquo bono in specie vel de aliquo malo in specie exponuntur. Ita v. gr. analyzando conceptum mendacii — quod pertinet ad prima genera operum[17] — potest quis facilius invenire errorem circa liceitatem mendacii deponendum esse, quia « in mendacio est defectus veritatis, cui non potest addi conditio per quam fiat maius bonum quam defectus veritatis est malum, et ideo non est formabile ad bonum nec illo potest aliquis mereri[18] ». Alterum vero principium, quod respicit alia genera operum, id est bona quae mala fiunt ex malo fine, vel mala quae bona fiunt ex bono fine, secundum placita Irrefragabilis explicatur et probatur ex hoc motivo quod conscientia, sub ratione

---

[1] II, num. 421, *Solutio*, p. 496.
[2] II, num. 423, *Respondeo*, p. 498b.
[3] II, num. 422, *Respondeo*, p. 497b.
[4] II, num. 421, ad 1, p. 496b; II, num. 422, *Respondeo*, p. 497b; II, num. 423, *Respondeo*, p. 498b.
[5] II, num. 423, *Respondeo*, p. 498ab.
[6] III, num. 388, *Solutio*, p. 388b.
[7] III, num 389, *Solutio*, p. 389b.
[8] III, num. 388, *Solutio*. p. 388b.
[9] Ibid.
[10] Ibid.
[11] III, num. 389, ad 2, p. 389-390.
[12] Ibid., ad 1, p. 389b.
[13] III, num. 388, *Solutio*, II, p. 388b.
[14] Ibid.
[15] III, num. 393, p. 392.
[16] III, num. 394-395, p. 393-397.
[17] III, num. 388, *Solutio*, I, p. 388b.
[18] III, num. 400, *Solutio*, p. 403b.

conscientiae, non est sumenda psychologice ut consiliaria voluntatis, sed ethice ut compulsiva seu obligatoria[1].

Si demum conscientia perplexa est, scilicet si supervenit « dubietas, ex qua dicitur inevitabilitas peccati[2] », quaedam generalia subministrat monita Doctor Irrefragabilis, ex quibus individuus perplexitatem suam superare valet proindeque potest se subtrahere a pondere necessitatis peccati. Perplexitas siquidem non est iuris, sed facti, in quam facilius ex proprio vitio quis cadere potest[3]. Unde « si homo ingerit se in necessitatem, nihilominus peccat: potuit enim vitasse[4] ». Saepissime necessitas peccati nihil est aliud quam pronitas, a qua « liberat aliquando Dominus... ita quod non deducitur ad effectum[5] ». Ubi tamen « necessitas dicitur inevitabilitas peccati », reponendum: « Si homo instanter peteret, prout deberet, non caderet in huiusmodi necessitatem[6] ». Ceteroquin in casibus perplexitatis quos proponit Alexander, circumstantias omnes et singulas inspiciens, distinctiones adhibet variasque instituit hypotheses: unde vel unam ex istis seligit, quas, motivis ordinis generalis invocatis, in thesim proponit[7], vel plures hypotheses optima conciliatione coniungit[8], vel illam amplectitur hypothesim, quae respectu alterius minus malum continet[9], quia reapse « secundum consilium Gregorii, in huiusmodi, cum mens inter maiora et minora constringitur, si non sit sine peccato evadendi aditus, minora eligantur[10] ».

28. — Rediens porro Irrefragabilis ad sibi acceptissimum conceptum, quoad naturam peccati mortalis et venialis expositum, affirmat solum peccatum mortale contra conscientiam fieri seu « regnum peccati actualis mortalis et regnum conscientiae simul stare non [posse][11] », peccatum vero veniale fieri praeter conscientiam. Revera « contra conscientiam agitur, cum fit quod prohibetur fieri vel non fit quod praecipitur fieri, et hoc est mortale peccatum. Praeter conscientiam vero fit malum veniale: conscientia enim, etsi novit esse malum, non tamen dictat illud esse prohibitum[12] ».

Atque hisce absolvuntur Doctoris Irrefragabilis theoriae de conscientia, quas sequitur Seraphicus.

Conscientia porro ethicam concludit, totumque pervadens hominem, centrum vitae moralis recte dicitur. Per ipsam leges videntur, atque ex eius charactere obligatorio non tantum consilium praebetur, sed et via perambulanda ostenditur atque voluntas suaviter et fortiter attrahi valet. Semper namque est in actu semperque stimulus dicenda est. Etenim, « etsi non appareat actus conscientiae in parvulis, tamen in adultis semper apparet in suo actu. Semper enim stimulat in adultis liberum arbitrium ad bonum vel ad malum, licet ipsum non ducat ad consensum: hoc enim non est actus eius[13] ».

Stimulo conscientiae accepto, consensus habetur. Consensus, prout Halensis iuxta sententiam S. Bernardi affirmat, ad rationem et ad voluntatem se habet, sicque ad liberum arbitrium pertinet[14]. Porro liberi arbitrii est decisionem sumere, scilicet « eligere », cum liberi arbitrii actus principalis sit eligere[15]. Liberum arbitrium est quidem vertibile « secundum defectum quem habet, propter quem defectum plus inclinatur ad malum quam ab bonum[16] ». Verum « alio modo consideratur liberum arbitrium secundum naturam, secundum quam assimilatur Deo, hoc est secundum quod liberum arbitrium ordinatur ad Deum[17] ».

Quia autem homo in electione sua non cogitur[18], ideo post operationes electione libera positas « est laudandus vel vituperandus[19] ». Ex laude vel vituperio per viam experientiae, quatenus « conscientia est poena aut gaudium... ex consequenti [operatione][20] », ulterius scire valet homo utrum operationes suas ad summum et incommutabile bonum ordinaverit vel ab ipso eas averterit: unde ex conscientia vel boni quod operatur vel mali quod perpetrat, novo stimulo excitatur homo ad unionem cum Deo quaerendam. Hoc pacto vita moralis a conscientia habet principium, progressum, reparationem et terminum, ita ut per eam quasi per cyclum homo « agat » et « agatur ».

29. — Haec sunt quae fundamentalia in morali Doctoris Irrefragabilis esse dicuntur. Exordium nempe sumens a constitutiva ordinatione creaturae liberae ad Creatorem, inclinationes illas ponens innumeras, quibus creatura rationalis sentit se Deum supra omnia debere amare, iudicat solum peccatum mortale constituere aversionem a summo et incommutabili bono. Secundum legem cordi inscriptam conscientia, ait, ad bonum faciendum hortatur, atque voluntati, vertibili quidem, fixitatem tribuere valet: voluntas ipsa, secundum quod assimilatur Deo, conscientia stimulante per unionem cum bono incommutabili mutabilitatem suam constanter superare valet, hoc modo beatitudinem acquirens.

Ut autem suas theorias sub nitidis ac simplicioribus formulis proponat, Irrefragabilis ad profundiorem analysim terminorum recurrit, naturam primitus bene institutam esse asserit omnesque creaturas ex superefluentia bonitatis divinae factas esse proclamat. Deinde — quod

---

[1] III, num. 388, ad 1, p. 388b. Cf. S. Bonav., II *Sent.*, d. 39, a. 7, q. 3 (II, 906-907).
[2] III, n. 393, *Solutio*, p. 392b.
[3] Ibid.
[4] Ibid., ad *a-d*.
[5] Ibid.
[6] Ibid.
[7] Cf. III, num. 394, I, *Solutio*, p. 393a.
[8] Cf. III, num. 394, V et VI, *Solutio*, p. 394b.
[9] III, num. 395, *Solutio*, I, p. 395a.
[10] Ibid.
[11] III, num. 392, ad 1, p. 391b.
[12] Ibid., *Solutio*, p. 391b.
[13] II, num. 424, *Respondeo*, 2, p. 499b.
[14] III, num. 385, *Solutio*, p. 385b.
[15] II, num. 413, *Solutio*, p. 489a.
[16] II, num. 397, ad 5-7, p. 476b.
[17] Ibid., *Respondeo*, p. 476a. De vertibilitate voluntatis, cf. supra, n. 16, p. XLIII.
[18] Cf. II, num. 408, *Solutio*, 1-3, p. 485b.
[19] II, num. 403, *Respondeo*, p. 480b.
[20] II, num. 423, ad 2, p. 498b.

summe notandum — illorum Patrum auctoritatem invocat qui supra alios moralistae vocari possunt. Rarius siquidem paganos moralistas, uti Aristotelem, Ciceronem, Senecam adhibet, saepius S. Gregorium, S. Hieronymum et S. Augustinum allegat, saepissime autem appellat ad auctoritatem S. Chrysostomi [1], quem sane hominem actionis, praedicatorem et moralistam vocant.

§ 2. — PROBLEMA DE MALO.

30. — Si quosdam audiamus philosophos, tum antiquorum tum modernorum temporum, gradus numero infiniti numerari debent quibus malum et cuiuscumque rei dolor exprimitur. Malum et dolorem experimur quidem omnes, mens nihilominus humana ab idea Dei, entis supremi, incommensurabiliter boni, liberare se non valet. Lex itaque experientiae, qua malum quisque patitur, opponitur legi mentis, qua nullus bonum reicit; ipse homo, hoc pacto, secundum id quod sentit, scilicet malum, et secundum id quod oculo intimo videt, scilicet bonum, quasi dividitur. Experientia nempe una, qua homo malum tamquam factum admittit, et experientia altera, qua Deum tamquam bonum non potest non ponere, antinomiam in se ipsum introducit, proindeque destructionem. Hinc in sinu cordis hominis exsurgit problema de malo existente in ordine ad bonum quod mente sua homo negare non valet.

31. — Ad problema solvendum aliqui bonum esse negant atque ulterius affirmant propositionem existentiae Dei sensu vacare. Alii bonum esse non negant nec proclamant propositionem existentiae Dei sensu vacare, ast affirmant Deum, bonum scilicet supremum, curam de rebus non habere, proinde non invigilare rerum profectui et, per consequens, sua quadam negligentia defectus in res existentes introducere. Luctae assistentes inter bonum et malum, nonnulli coexistentiam duorum principiorum statuunt, quorum unum cuiusque mali existentiam declarat, alterum vero cuiusque boni rationem exhibet; bonum quidem principium opponitur principio mali illudque nititur expellere, influxum nihilominus mali subit; unde limitatur in sua potestate quoad res conservandas, quoad res perficiendas, quoad res omnes speciali modo protegendas. Inveniuntur tamen qui asserant malum esse secundum intentionem ordinatricem illius boni quod est supra omnia omniumque ratio ultima; deordinatio siquidem rerum, ut aiunt, ordinem resplendescere sinit; unde malum ad bonum ordinari valet, ita ut malum dicatur rerum necessitas, atque asserendum veniat supremum bonum in sibi seligendis creaturis liberum esse atque consequenter bonum malo sacrificari posse.

32. — Tempore S. Augustini, secta Manichaeorum duplex ponebat principium: bonum unum, alterum malum. Malo ipsi tribuebatur positiva entitas, sicut revera bono tribui debet. Doctor Hipponensis, qui per aliquod tempus in Manichaeismo perseveraverat, totus est in eo ut Manichaeismum damnet, vincat, destruat. Problema de malo omnes eius praeoccupationes pervadere videtur. Quamobrem in solvendo problemate de malo apologeticus est proindeque teleologista; demonstrat se psychologum cum quodam dramatismo malum sub omnibus eius phasibus describens atque subiens; theologus fit, cum supra malum invenit Deum omnia gubernantem, ordinantem scilicet ad finem, qui est Deus et homo ipse ex unione cum Deo beatus [2].

33. — In exponendis quae ad malum pertinent Alexander Halensis strictissime Augustino adhaeret. In quaestionibus namque quae in *Secunda Secundi* occurrunt quoad malum in genere [3], quoad effectum mali culpae [4], quoad differentiam seu divisionem mali culpae in malum ex genere suo, ex circumstantiis et ex intentione [5], ultra 150 allegationes ex Augustino habet. Quaedam quaestiones, prout sunt, ex integro verbis et sententiis Augustini constituuntur et concatenantur [6]; series argumentorum quae ad praeparandam solutionem problematis adornantur, non semel seliguntur ex sola auctoritate Augustini [7]. Verum in Alexandro non videmus circumstantias illas omnes quae vitam S. Augustini circumdederunt; unde apud ipsum non invenimus ardorem quem apud alterum admiramur. Alexander proinde non apologetice procedit, sed theologice. Tranquillo enim animo theorias boni possidens, quasi unitive in synthesi complectens ideas bonitatis in doctrinis Augustini, Anselmi et praecipue Richardi a S. Victore inclusas [8], secundum plenitudinem ideae bonitatis, quodam apriorismo non excluso, malum explicat per bonum, in bono et in ordine ad bonum. Nec est sensu stricto teleologista dicendus aut psychologus, cum non habeat illam continuam et anxiam praeoccupationem, qua probari debet res omnes habere finem, sed est tamquam metaphysicus tenendus. Proficiscitur siquidem ab essentialiter summo et incommutabili bono, nempe a Deo, in quo finis et essentia identificantur, et qui creaturis suis omnibus praestat finem, constitutivum et limitativum eorum esse. Quamobrem, sicut in Metaphysica de constitutivis inquiritur quoad ens, consequenter quoad ens essentialiter et illimitate bonum et quoad ens essentialiter limitatum seu imperfectum, ita impraesentiarum, respectu habito ad essentialiter bonum et iam admissa essentia entium imperfectorum, de his ultimis investigatur quoad malum seu quoad illud quod est in scala interminabili entium imperfectorum.

34. — Itaque theologum se demonstrat et quodam apriorismo procedit. Intendit namque procedere « ad considerationem eorum quae pertinent ad lapsum sive ad

---

[1] Cf. III, num. 536-538, p. 529-532; num. 555, p. 547-548, qui quasi ex integro ex verbis S. Chrysostomi texuntur; num. 353, p. 360; num. 448, p. 442-443; num. 484 et 485, p. 472-473.

[2] De problemate mali apud S. Augustinum, cf. G. Philips, *La raison d'être du mal d'après S. Augustin*, in *Museum Lessianum*, Louvain-Bruxelles, 1927; Ch. Boyer, *L'idée de vérité dans la philosophie de S. Augustin*, Paris 1921, p. 139-152.

[3] Cf. III, num. 1-23, p. 2-35. [4] Cf. III, num. 24-36, p. 36-54.

[5] Cf. III, num. 37-62, p. 55-78.

[6] Cf. III, num. 5, p. 10-11; num. 7, p. 12-13; num. 16, p. 25-26; num. 28, I, p. 43a.

[7] Cf. III, num. 18, p. 27-28.

[8] Cf. tom. I, Prolegomena, Sectio II, § 2, p. XXXV, De conceptu bonitatis in synthesi Alexandri Halensis.

deteriorationem [creaturae][1] ». Unde ex auctoritate Augustini distinguit inter naturam primitus institutam et naturam corruptam[2], loquens etiam de anima rationali « bene instituta a principio[3] », atque inde ab initio in quaestionibus de origine mali agentibus diabolum introducit[4]. Processum theologicum suum propalat eo quod malum physicum fere negligit et in omnibus suis considerationibus peccatum seu malum culpae tamquam centrale in lucem ponere nititur. Ita, v. g., subtiliter analyzans quomodo « esse dicitur multipliciter[5] », asserit quod « secundum modum [esse rationis] malitia est, cum deformet illud in quo est »; quod « secundum modum [esse naturae], ratione eius quod substernitur malitiae, dicitur malum esse aliquid, ut mala actio ratione actionis dicitur esse aliquid »; quod iterum « secundum modum [esse moris] dicuntur mali homines, in eo quod mali, non esse; secundum hunc modum dicitur esse, quod recteor dinatum est ad finem summum, scilicet Deum, et sic malum non est[6] ». Describens etiam nihilum mali asserit « malum nihil esse, quia privatur, ratione qua est malum, ordine ad summum bonum et a summo bono[7] ». Ille conceptus centralis, ex ratione peccati desumptus, magis adhuc elucet ex praecisis responsis, ad peccatum nempe restrictis, quae dantur ad quaestiones generalissima formula positas. Sic quaestioni *Utrum causa mali sit Deus vel creatura tantum*, respondet[8]: « Malum culpae non est a Deo, sed malum poenae est a Deo, in quantum est poena », id est in quantum est punitio propter peccatum immissa. Magis autem elucet processus theologicus ubi, ad solvendum problema de malo, proclamat ordinem universum inspiciendum esse potius quam ordinem individualem singulorum entium. « Ad [illud] », ait[9], « quod obicitur '*vidit Deus cuncta quae fecerat*' etc.: dicendum quod illud non intelligitur ita quod singula sint valde bona in se, sed intelligitur de ipso universo, quod est valde bonum », scilicet individua possunt defectibus subici, universum, prout est tale, valde bonum est seu perfectum. Unde ad obiectionem quod ' malum est praeter illud universum, de quo dicitur quod cuncta erant *valde bona*', respondet[10] « quod est accipere illud universum pro illo statu in quo conditum est, et sic ad ipsum non pertinet malum ».

35. — Tamquam metaphysicus inquirit Halensis de ultimis mali, si qua ultima illud habeat. Primum, de quo examen instituendum occurrit, est existentia mali. Irrefragabilis, quin quidquam referat de sententiis absurdis Manichaeorum, entitatem positivam tribuentium malo, exhibet theorias communes, allegans et declarans auctoritates Augustini, Boethii, Isidori, Gregorii et Pseudo-Dionysii. Nimirum dici potest sub uno respectu malum esse, sub altero vero respectu malum non esse. Prout nempe malum exhibetur sub ratione privationis vel defectus, dicitur « malum nihil esse, quia privatur, ratione qua est malum, ordine ad summum bonum et a summo bono[11] »; vel loquendo de malo « ratione defectus ipsius boni vel bonitatis, et sic non est natura aliqua, immo privatio boni naturae[12] ». Prout autem exhibetur ratione subiecti, quod aliquo bono privatur vel quod defectum demonstrat, dicitur malum esse, quia scilicet subiectum ipsum est[13]. Hinc variae intelliguntur locutiones quae primo intuitu contradictoriae iudicari possent, v. g.: « Malum est contra substantiam — malum non est contra substantiam, sed in substantia fundatur[14] »; « malum dicitur non-ens propter defectum formae aut finis — nec propter hoc tollitur omnino esse ab eo quod est malum, utpote esse naturae subiectae[15] ».

36. — A solutione quam ponimus quoad esse seu existentiam mali dependet solutio quaestionis *Quid sit malum* seu de essentia mali. Iam divus Augustinus[16] probaverat malum non esse substantiam, etsi, inde ab initio, non potuerit quamcumque entitatem positivam ab eo semovere, nihilominus affirmavit nullam naturam, in quantum natura est, malum esse, sed prorsus bonum, sine quo bono nullum esse potest malum[17]. Augustinum secutus statuensque proinde malum esse privationem atque non esse nisi in bono, Alexander, in quaestione *Quid sit malum*, nihil aliud facit quam illas examinare definitiones quae depingunt bonum prout hoc sub aliquo respectu malum esse apparet[18]. A longe insinuat malum physicum; ex centrali autem conceptu supra indicato malum restringit ad ordinem actionum in genere vel in ordine ad vim cognitivam: unde malum vocatur tenebra intelligibilis; vel in ordine ad vim affectivam: unde, secundum ordinationem quam anima de se habet ad incommutabile bonum sicut ad finem, malum vocatur aversio ab incommutabili bono et conversio ad bonum commutabile[19].

37. — Difficilius est solvere problema de origine mali. Quamvis namque, audito Aristotele, dici possit quod « proprie malum non habet genus[20] », et per consequens quod « malum non habet causam propriam... nec habet causam efficientem, sed deficientem[21] », apparent nihilominus difficultates ea praecisa ratione quod quaecumque natura seu quaecumque entitas positiva sit tribuenda Deo, qui incommutabile bonum est.

---

[1] III, p. 1.
[2] Cf. III, num. 206, ad 1, p. 218b.
[3] Ibid., ad 4, p. 219b. Cf. II, num. 492, *Respondeo*, p. 689ab.
[4] Cf. III, num. 6, p. 11-12.
[5] III, num. 1, *Respondeo*, p. 3a.
[6] Ibid.
[7] Ibid., ad 1, p. 3a.
[8] III, num. 4, *Respondeo*, p. 9a.
[9] III, num. 10, ad 4, p. 18b.
[10] III, num. 18, ad 4, p. 28b. Iam scripserat Doctor noster ibid., ad 3, p. 28b: « Attendendum etiam est quod ordo dicitur dupliciter: vel alicuius particularis boni quod privatur a malo, et illo ordine non ordinatur malum; vel dicitur ordo ipsius universi, et hoc ordine ordinatur malum ».
[11] III, num. 1, ad 1, p. 3a.
[12] Ibid., ad 2, p. 3a.
[13] Ibid., ad 6, 7, 8, 10, p. 3b.
[14] Ibid., ad 6.
[15] Ibid. ad 8.
[16] *Confess.*, VII, c. 18, (PL 32, 743); *De civit. Dei*, XII, c. 5, (PL 41, 352); *De moribus Manich.*, II, c. 10, (PL 32, 1349).
[17] Augustin., *Contra Iulian.*, III, c. 206, (PL 45, 1334).
[18] III, num. 2, *Respondeo*, p. 5.
[19] Cf. III, num. 2, ad 3, p. 6b.
[20] III, num. 2, ad 1, p. 5.
[21] III, num. 3, *Respondeo*, p. 7b.

Quatuor autem assertis mens Alexandri proponi potest in ordine ad mali originem.

I. Deus nullo modo causa efficiens mali dicendus est. Deus, sane, quia est summum bonum, ad positivum agit. Aliquid « enim bonum dicitur in quantum tendit in ens [1] »; ideo etiam « dicendum quod Deus est causa rei [2] ». Ne quidem res corporales — quod contra Platonem tenendum — subtrahuntur ab entitate positiva quam Deus in condendo diffundit. Atque haec quidem eorum positiva entitas est in quadam similitudine cum Creatore. Nam « licet corporalia magnam habeant dissimilitudinem respectu summi Spiritus, quo modo habent similitudinem spiritualia, nihilominus tamen aliquam habent similitudinem secundum quam conveniunt facta cum ipso faciente: habent enim convenientiam in iis generalibus conditionibus quae sunt unitas, veritas, bonitas et consimilibus, cum sint vestigia Creatoris... Perfudit ergo [Deus] rationales substantias luce sapientiae, sed corporales ratione numerorum. Licet ergo sit minor similitudo, non tamen omnino nulla [3] ». Deum non esse causam efficientem mali abundantius patet ex eo quod creaturae omnes positae sint in modo, specie et ordine [4], secundum quod « modus, species et ordo in qualibet creatura repraesentant quodam modo summam Trinitatem [5] ». Ceteroquin notandum quod secundum Alexandrum Deus dicendus est causa omnis boni, causa quidem principalis [6], consequenter cuiuscumque entitatis positivae.

II. Deus aliquando, malo non se opponens, illud permittit. Plura habet Halensis quibus magis explicet quam probet Deum mala permittere. Ad ostensionem divinae potentiae, sapientiae, benignitatis, iustitiae est permissio malorum, « sed altera et altera ratione. Ad ostensionem enim potentiae, ut supra plura [bona et mala] declaretur potentia divina, non quod in hoc sit magis potentia. Ad ostensionem vero sapientiae, ut bonum decentius collocetur: collocatur enim tunc decentius cum malo superfertur. Praeterea, quia contraria iuxta se posita magis apparent, bonum, iuxta quod est malum, pulcrius apparet. Ad ostensionem vero benignitatis est permissio mali, ut in hoc natura laudetur et per consequens auctor naturae... Ad ostensionem vero iustitiae, ut nullum malum sit impunitum. Augustinus, *De natura boni:* Melius ordinatur natura ut iuste doleat in supplicio quam ut impune gaudeat in peccato [7] ». Haec explicatio, sub auctoritate Augustini proposita, potest tamquam philosophica haberi. Ad eamdem nihilominus conclusionem Alexander, in citata explicatione inclusam, pervenit afferendo acceptissimum sibi conceptum theologicum. In quaestione *Utrum Deus permittat mala fieri*, obiectioni ' quod meliores essent res, si essent malis impermixtae ' respondet [8] « quod ' melius ' dicitur dupliciter: vel secundum primum statum, in quo res sunt conditae, et secundum hoc verum est quod meliores essent res impermixtae malis; vel secundum statum secundum, in quo reparantur a lapsu, et secundum hoc meliores dicuntur res, quia magis proficiunt per malorum exercitationem. Unde nisi meliores fierent aliquo modo, non permitteret summe potens et summe bonus et summe sapiens mala fieri ».

Optimismo continuo ductus Alexander supra innumera mala omnipotentem Deum atque maiora bona contemplatur [9]: « Malum uno modo adversatur bono quod est in regno Dei, alio modo est occasio profectus et non est extra dominium ipsius summe potentis. Ipsum enim malum, cum est, est sub dominio et proficit ad aliquod bonum, immo ad maius aliquando quam destruit... Dicendum quod, omnibus consideratis quae sunt in mundo, plus est bonum, vel numero vel quantitate, quod elicit Deus ex malo, quam sit bonum quod destruitur per malum ».

Hisce facilius intelligitur quomodo secundum providentiam Dei convertere quis valeat malum physicum in bonum morale, v. g. [10]: « Licet mors ut poena sit involuntarium, sustinere tamen illam est voluntarium, et hoc est usus virtutis vel iustitiae generalis ». Hoc etiam modo permissio Dei, maius bonum ex malo ordinantis, potest considerari ut expressio voluntatis divinae ad bonum impellentis. Unde post gratiam baptismalem remanent « poenae, ut famis et sitis et mors et concupiscentia non dominans, quae omnes remanent ad exercitium bonum. Poenae enim istae reducunt ad memoriam adiutorem *in tribulationibus, quae invenerunt nos nimis;* faciunt etiam cogitare de miseria huius incolatus, ut sic homo defleat peccata sua; humiliant etiam ipsam irascibilem, ne homo extollatur per superbiam; cohibent etiam concupiscibilem, ne defluat homo per concupiscentiam: et sic valent ad reformationem imaginis divinae [11] ».

Posset quidem obici Deum omnipotentia sua malum impedire debere. Ast hoc nonnunquam est impossibile, quando nempe ipsa natura, prout a Deo intenta est et condita ex nihilo, non potest a malo subtrahi. Hoc quidem potest declarari comparatione quam Alexander instituit ad probandum originale esse malum sive peccatum [12]: « Quemadmodum volens aliquis facere pedem, non intendit ipsum facere claudum, propter debilitatem tamen virtutis accidit pedi ipsum esse claudum tamen aliunde est pes, videlicet a faciente, aliunde claudus, videlicet a defectu suo ». Quia nempe creatura est a nihilo, non potest non esse imperfecta, proindeque mala respectu alicuius existentis perfectionis boni. Recte Halensis [13]: « Ratio creationis [exigit] quod [creatura] producatur dissimilis et inaequalis [enti] necessario, et cui

---

[1] II, num. 3, ad 3, p. 7a.
[2] Ibid., ad 4, p. 7a.
[3] II, num. 4, ad 1, p. 9-10.
[4] Cf. III, num. 33-36, p. 49-54; II, num. 27-33, p. 38-44; I, num. 111-114, p. 173-180; I, num. 192-194, p. 279sq.
[5] III, num. 35, *Solutio*, p. 53a.
[6] III, num. 508, *Solutio*, et ad 3, p. 501.
[7] III, num. 12, *Solutio*, p. 21b.
[8] III, num 11, ad 1, p. 20a.
[9] Ibid., ad 2, p. 20.
[10] III, num. 214, *Solutio*, p. 224b.
[11] III, num. 234, *Solutio*, p. 250b.
[12] III, num. 220, ad 2, p. 233a.
[13] I, num. 143, ad 1, p. 223b.

possit addi in bonitate, quia creatio est productio de nihilo». Et declarat malum esse tale «ex hoc quod ex nihilo[1]».

III. Homo peccato suo haberi potest ut causa efficiens mali. Haec thesis dici potest ac debet cardo systematis Alexandri quoad problema de malo. Tamquam dogma enim proponit ipse ex Augustino peccatum esse primum malum creaturae. Nam, ut ait[2], «tentatio non dicitur esse malum nisi occasionaliter: tentatio enim est bonum tentato, si non succumbit; unde de se non dicit malum, sed est occasio mali; defectus autem ille qui in eo est quod acquiescit tentationi vel sequitur tentationem, est malum culpae: hoc enim est primum malum creaturae rationalis, sicut dicit Augustinus».

Hoc autem primum malum est a libero arbitrio, ita ut prima mali origo ab eo sit petenda[3]: «Si autem dicatur quod malum habet causam deficientem, tandem est venire ad primum defectum, qui defectus, cum non sit semper, causam habebit - respondeo quod causa ipsa est ipsum liberum arbitrium, quod se ipso deficit quantum ad bene esse, sicut dicit Augustinus». Pluribus in locis Halensis hunc conceptum formulat, scilicet liberum arbitrium deficiens esse mali causam, attendens potius, ut supra dictum est, ad malum culpae seu ad peccatum quam ad quodcumque aliud malum; unde asserit[4]: «Liberum arbitrium est principium omnis mali culpabilis, si attendamus ad potentiam». Videns autem liberum arbitrium in vertibilitate positum et ex vertibilitate quasi constitutum, Alexander principium mali culpabilis a vertibilitate liberi arbitrii petit[5]. Ipsius tamen vertibilitatis in ultima analysi non alia assignatur causa quam ipsa voluntas libere operans; quapropter «paribus existentibus conditionibus, non est dicere rationem mali in voluntate nisi ipsam voluntatem, quae se ipsa vertibilis est. Et quod se ipsa vertitur in isto et non in alio, non est assignare aliquam causam a se ipso, quia quod ista vertitur ad malum, non est nisi quia placet: placiti autem nulla alia ratio est quaerenda. Sicut enim in bonis, cum perventum est ad voluntatem Dei, nulla est alia ratio, ita in malis, cum perventum est ad voluntatem vertibilem sibi relictam: hoc enim dicitur propter voluntatem in bono per gratiam confirmatam[6]».

IV. Non est recurrendum ad duplex principium efficiens ad malum et bonum explicandum. Haec propositio dependet a constitutivo quod malo tribuitur. Si enim asseritur malum, secundum essentiam inspectum, privationem esse, potest quidem haberi ut principium sensu largo sumptum, scilicet ut principium - initium vel ut principium deficiens, non vero ut principium sensu stricto sumptum, vel ut proprie efficiens. Nam quod deficiens est nequit quidquam positivi a se et in se habere ut entis positivi sit origo. Profunde quidem et subtiliter Alexander[7]: «Sumuntur bonum et malum, prout generaliter dicuntur, non in oppositione contrarietatis, sed vel in oppositione privationis et habitus, sicut se habent visus et caecitas, vel in oppositione contradictionis aliquo modo in genere entis, prout bonum dicitur ens completum, malum vero deficiens a complemento et in hoc non-ens; et secundum hanc rationem oppositionum non oportet reducere ad duo principia, sed bonum dicitur in quantum tendit in ens, quod est finis, malum vero secundum quod tendit in non-esse; boni ergo erit principium bonum summum, mali vero non erit principium: res enim defectibilis in se ipsa deficit, sed non a se ipsa est».

Itaque malum, prout privatio est, ostendit solum bonum existere, et, per consequens — quod summe notandum — malum in bono esse[8]: «Dicendum quod malum est in bono, secundum quod malum sonat in privationem; nec est in illo bono quod privat, sed in illo in quo privationem inducit». Unde[9] «nullatenus intelligi potest malum nisi ex cointellectu boni et semper habet quamdam relationem ad bonum praeexistens, et sic semper est vel ut privatio vel ut negatio in bono». Quamobrem, si ex una parte malum nequit adscribi principio positive malo, ex altera parte, ratione subiecti boni in quo est, Deo adscribi potest et debet. Quod non semel explicat Alexander, distinctione adhibita inter malum formaliter sumptum, prout nempe privatio est, et malum materialiter sumptum, prout dicit subiectum bonum, in quo malum est. Sumatur exemplum unum ex multis quoad actionem peccaminosam seu malum culpae[10]: «Dicendum quod mala actio, secundum quod actio, est a Deo, sed non secundum quod mala; nam mala actio, secundum quod mala, est a mala voluntate. Dicendo autem malam voluntatem, duo dico, scilicet ipsam voluntatem, quae est motus potentiae, et defectum ipsius, quae est malitia. Voluntas ergo ratione potentiae reducitur ad causam primam et potentiam; quod autem ibi dico 'malum', sistit in ipsa secundum quod est deficiens et non ulterius procedit: hoc enim non habet a Deo, sed quia ex nihilo, et ideo vertibilis ad malum... Et ideo, licet voluntas sit a Deo et malum a voluntate, non tamem malum a Deo: non enim est a voluntate secundum quod ad Deum refertur. Similiter etiam dicendum est de actione; nam, in quantum actio, procedit a voluntate secundum quod est potentia a Deo; sed in quantum mala procedit a potentia ut deficiens». Eo ipso evanescit difficultas quae quidem contra Deum adhibetur, quatenus auctor mali dicendus est, quia auctor est liberi arbitrii: «Et propter hoc non sequitur 'Deus est causa liberi arbitrii et liberum arbitrium est per se causa mali, ergo Deus est causa mali', quia liberum arbitrium ratione alterius et alterius est causa et causatum: est causatum

---

[1] III, num. 5, *Solutio*, p. 11a.
[2] III, num. 16, ad 2, p. 26b.
[3] III, num. 3, *Respondeo*, p. 7-8.
[4] III, num. 7, *Respondeo*, p. 13a.
[5] Cf. supra, n. 28, p. XLVIII.
[6] III, num. 8, ad 2, p. 14a.
[7] II, num. 3, ad 3, p. 7a.
[8] III, num. 15, *Solutio*, p. 25b.
[9] Ibid., ad 2, p. 25b.
[10] III, num. 10, *Solutio*, p. 18a. Cf. III, num. 9, ad 1, p. 15b.

ut effectus, est causa ut deficiens; qui tamen defectus dicitur secundum alterum genus defectus quam ipse actus: actus enim dicitur defectus culpabilis, qui non habet ante se defectum culpabilem [1] ». In exhibendis partibus, quae quoad malum culpae tribui possunt Deo et creaturae liberae, pulcre procedit Alexander atque mira simplicitate et claritate concursum Dei describit iis verbis [2]: « Non adiuvat ipse Deus liberum arbitrium in malo; adiuvat enim ipsum tantum quantum ad actionem, sed non quantum ad malitiam vel defectum. Dat enim potentiam ad actionem, in quantum actio nominat naturam sive quid bonum, sed non dat potentiam ipsi voluntati vel libero arbitrio ad malum vel defectum, quia illud non est posse, immo non-posse. Non enim hoc habet natura vel potentia a Deo quod deficiat, sed a se, quia de nihilo est. Tamen non potest esse ille defectus sine bono, quod Deus facit, nec tamen Deus facit defectum ».

§ 3. — DE IUDAEIS.

37. — Quid Alexander de Iudaeis senserit, exposuit praesertim in hac *Secunda Secundi*, nn. 740-748, ubi de observantia ritus iudaici necnon de conversatione Christianorum cum Iudaeis fusius agit. Prima quaestio [3] tempore nostri Doctoris magis practica quam speculativa fuit, scil. utrum tolerandi sint Iudaei. Rationes, quas Alexander more scholastico affert primo loco pro parte suae opinioni contraria, sine dubio non sunt fictivae, sed potius illae quae ubique ab adversariis Iudaeorum tunc spargebantur [4]. Redeunt autem huc: 1° Blasphemant Iudaei contra Christum et B. Virginem; 2° persequuntur etiam fidem catholicam; 3° sacramentis Ecclesiae faciunt iniuriam; 4° observant doctrinam libri qui dicitur *Talmud*, ubi plura contra Christum et B. M. V. inveniuntur; 5° si Christiani paganos, detentores Terrae Sanctae, persequuntur, magis delere debent Iudaeos, qui ipsi Redemptori contumeliam afferunt.

Alexander non negat has rationes contra Iudaeos valere, sed pro bonitate animi sui et pro amore iustitiae conatur blasphemantes aliquatenus excusare, dicendo [5]: « Licet blasphemiam perpetrent, credunt tamen se non in hoc delinquere, eo quod nondum credunt Messiam venisse ». Stat tamen cum Ecclesia [6] exigendo dignam poenam praesumentibus seu persistentibus in blasphemia manifesta infligendam.

Accusationi, Iudaeos sacramentis ecclesiasticis facere iniuriam, Doctor noster non respondet. Opinamur hic alludi ad crimina contra SS. Eucharistiam Iudaeis obiecta, non quidem ad illas transfixiones Hostiarum, nonnisi a fine saec. XIII in Chronicis et Annalibus occurrentes [7], sed praesertim ad illud, de quo Innocentius III loquitur [8]. Aliarum non fit mentio iniuriarum, quamvis probabiliter cognoverit alia facta, uti illud a S. Paschasio Radberto [9] narratum de quodam Iudaeo qui « corpus Dominicum sumere eumque in sterquilinium proicere molitus est ». Quod Doctor Irrefragabilis hac ex accusatione non concludit ad poenas Hebraeis infligendas, forsitan animo suo miti adscribere possumus, quem etiam moderni ex Iudaeis auctores laudant [10].

38. — Contra tolerantiam Iudaeorum allegant adversarii etiam librum eorum, qui dicitur *Talmud*, ubi plures blasphemiae in Christum et B. M. V. inveniuntur, sicut videtur ex art. 26 et 27 scripti quod *Excerpta Talmudica* vocatur [11] et ex *Confessione in iudicio facta* a Magistro iudaeo Vino vel Vivo Meldensi [12].

Excerpta illa a quodam Israelita Donin, baptizato sub nomine Nicolao, missa sunt Gregorio IX, qui die 20 iunii 1239 iussit libros Iudaeorum comburi [13].

Usque tunc doctrina talmudica abscondita fuit [14], sed a Donin cum revelata fuerit, Iudaei magna affecti sunt tristitia, uti confitetur auctor *Disputationis de religione* hebraice pro Hebraeis compositae [15].

Alexander non fuit inter iudices qui de libris traditis iudicarunt [16]; verumtamen concordat cum iis de libris

---

[1] III, num. 8, *Respondeo*, p. 14a.

[2] III, num. 10, ad 2, p. 18b.

[3] III, n. 740.

[4] Cf. P. Browe, S. J., in *Röm. Quartalschrift*, 34 (1926) 169; Thomas Cantimpratanus, *De apibus*, II, c. 29, n. 33.

[5] Pag. 729, ad 7.

[6] Gregor. IX, *Decretales*, V, tit. 6, c. 15 (II, 776 sq.).

[7] Browe, loc. cit., 171 sqq.

[8] *Regesta*, VIII, epist. 121 (PL 215, 694) cit. ap. Gregor. IX, *Decretales*, V, tit. 6, c. 13 (II, 775 sq.), quod allegat Alex., loc. cit., sub 1, textum tamen pudice omittens.

[9] *De corpore et sanguine Domini*, VI, c. 3 (PL 120, 1283)]; cf. Geso de Tortona, *De corp. et sang. Christi*, c. 39 (PL 137, 390).

[10] J. Guttmann, *Die Scholastik des dreizehnten Jahrhunderts in ihren Beziehungen zum Judentum und zur jüdischen Literatur*, Breslau 1902, 33 f.: « Der Eindruck, den wir aus der *Summa* des Alexander von Hales von der Persönlichkeit dieses Mannes gewinnen, ist ein ungleich sympathischerer, als wir dies von Wilhelm von Auvergne behaupten konnten. Auch Alexander steht, was seine theologischen Ueberzeugungen betrifft, ganz und gar auf dem Boden der katholischen Kirche. Allein bei aller Strenge, mit der er auch in seinen Urteilen über Andersgläubige den kirchlichen Standpunkt zu wahren bemüht ist, tritt uns bei ihm doch nirgends der Ausdruck einer persönlichen Gehässigkeit entgegen; ja an manchen Stellen, an denen er von den Juden spricht, ist sogar ein gewisser Zug von Milde nicht zu verkennen ».

[11] Paris., Bibl. Nat., cod. lat., 16551, fol. 227r sqq.; cf. N. Valois, *Guillaume d'Auvergne*, Paris 1880, 121.

[12] C. du Plessis d'Argentré, *Collectio iudiciorum de novis erroribus*, I, Lutetiae Paris. 1728, 151a.

[13] *Bull. Franc.*, I, n. 297 (p. 270); *Chart. Univ. Paris.*, I, p. 204.

[14] Dicit ille Donin in epilogo sui scripti: «... ecce nunc revelata est principalium Christi persecutorum malitia, denudata sunt verecundiora eorum in facie sua; confunduntur et erubescunt vehementer nec super his ausi sunt ad responsionem aliquatenus os aperire ». *Collectio iudiciorum*, 151a.

[15] Cf. N. Valois, loc. cit., 119; *Hist. litt. de la France*, XXI, p. 557.

[16] Cf. N. Valois, loc. cit. 132; W. Lampen, O. F. M., in *Franz. Studien*, XVI (1929), p. 4, qui concludit hanc quaestionem *Summae* scriptam inter 1238 et 1242, quando libri talmudici revera combusti sunt, etsi aliqua exemplaria adhuc latitarent, quae comburenda inculcat an. 1244 Innocentius IV (*Chart. Univ. Paris.*, I, p. 173, n. 131) et iterum Odo, Legatus pontificius, an. 1248, consiliante i. a. Guilelmo de Melitona (*Chart. Univ. Paris.* I, p. 209, n. 178; C. du Plessis d'Argentré, *Collectio iudiciorum de novis erroribus*, I, 155b). Concordant huic calculo quae Alexander affert in hoc tomo, p. 813b, allegans Constitutionem Gregorii IX *Consultationibus tuis* (diei 21 maii an. 1233), quam « novellam » vocat.

comburendis, manifestans vero iterum mitem suum animum erga personas Iudaeorum, quos puniri tantum vult si « pertinaciter » in blasphemia persistant et « coram iudice convicti », ideoque si publice blasphement, « secus autem est, si occulte blaphemant [1] ». « Si delinquant manifeste in Christum, debita animadversione sunt coercendi nec videtur eis magis parcendum in delictis manifestis quam Christianis malis ».

« Iudaei vero multiplici ratione permittuntur vivere et inter Christianos commorari [2] »; tolerandi sunt propter voluntatem Dei in S. Scriptura expressam, Psalm. 28, 12; Isai. 10, 22; Rom. 11, 5; dein propter rationem apologeticam, quia a Iudaeis accipitur testimonium Veteris Legis de Christo [3]; tandem ex quadam gratitudine, quia a Iudaeis Legem Veterem accepimus, immo et ipsum Salvatorem [4]. His rationibus gravibus Doctor bonus sentit adhaerendum esse. Praefert quoque: « Iudaeis non est tantum peccatum modo adhaerere Legi, quantum fuit peccatum eorum qui idolis adhaeserunt [5] ».

39. — Haeretici et Saraceni, iuxta opinionem illius temporis, quam Alexander sequitur, poterant occidi et spoliari a publica auctoritate. « Iudaei vero, quia permitti debent vivere, spoliari non debent rebus vitae necessariis, sed a principibus expoliari possunt omnibus praeter necessariis [6] ».

Concedit etiam Halensis Iudaeis in veteribus eorum synagogis ritus suos observare, quia secus quasi « ad fidem cogerentur, quod Deo displicet [7] ». « Si vero aliquando crediderunt, compellendi sunt fidem servare vel ad fidem redire [8] ». Fides hic sumitur pro observantia eorum quae fides praescribit et ad illam cogi possunt, v. g. « per minas vel per verbera », qui baptisma et fidem aliquando susceperant. Hanc coactionem vocat conditionalem, scil. supposita Baptismatis susceptione, et quidem voluntate libera; « absoluta coactione nullus est cogendus qui nunquam credidit [9] », quod etiam fieri non potest, quia « credere non possumus nisi voluntarii [10] ». Utrum autem illi qui nunquam crediderunt neque baptizati fuerunt ad observantiam externam cogi possent, Alexander hic non tangit.

40. — Postea autem tractat quaestionem utrum compellendi sint Iudaei solvere decimas [11]. Et respondet Iudaeos teneri ratione praediorum et domorum quas incolunt, ne ecclesiae enormiter laedantur, et si quis diceret ecclesiam non posse recipere aliquid ex usura vel rapina, Doctor distinguit admittitque hoc fieri posse in quantum est restitutio, nisi repugnaret honestati, quo casu « ad vitationem scandali esset supersedendum [12] ». Ad illud quod obicitur, Iudaeos nihil habere « nisi de usura ut in pluribus [13] », Alexander non respondet, quamvis facile dicere potuisset, sicut Ioannes de Rupella [14], « quod non quidquid habent Iudaei est de usura, cum videamus eos merces exercere in quibus multa lucrantur legitime ». Antisemitae, non solum ad S. Augustinum [15], sed etiam ad S. Scripturam [16] appellantes, volebant Iudaeos spoliari. Respondet autem Irrefragabilis iuxta legem naturae: « Non facias alii quod tibi fieri non vis », hoc est quod vis iuste tibi non fieri [17]. Opinatur enim Doctor auctoritatem publicam, iuxta Deut. 28, 43 sqq., ius habere spoliandi Iudaeos, exceptis necessariis ad vivendum. Qui autem agit proprio marte « expoliando committit rapinam ».

41. — Iure possidendi, quamvis limitato, Iudaeis iuste adiudicato, alia iura iuxta Canones illius temporis abnegantur: inhabiles enim erant ad officia publica [18], ad actus legitimos exercendos, ad accipiendum ex testamento alicuius Christiani [19]. Vetitum erat eis habere mancipia christiana, dum e contrario Christianis licitum fuit servos Iudaeos habere [20]. Poenas spirituales Ecclesia in Iudaeos infligere nequit et de hoc intelligit Alexander illud I Cor. 5, 12, sed admittit poenas temporales, v. g. verbera, pro insultantibus religionem, vel indirecte spirituales, scil. directe Christianos respicientes, quos Ecclesia velit a communione Iudaeorum removere. Ideo prohibet Alexander, iuxta Canones, Christianos servire Iudaeis propter periculum fidei vitandum [21]. *Ne* igitur *nomen Domini et doctrina blasphemetur* [22], cohabitatio cum Iudaeis est interdicta; « nec doctrina christiana ex hoc iniusta debet videri, cum cautela fidei omnibus sit praeponenda [23] ». Concedit autem Magister Christianis excolere praedia Iudaeorum, quod non tantam familiaritatem secum ferat quam cohabitatio [24].

42. — Quidquid autem Alexander Iudaeis concedat, ignorantia Christi Salvatoris ei videtur supina, et loquitur de contemporaneis, qui ut ait, « possent scire tum ex operibus Christi, tum ex operibus discipulorum Christi, tum ex collatione Scripturarum propheticarum [25] ». Aliter tamen fuit « in primitiva Ecclesia, quia nondum plene erat veritas publicata [26] ». Maiores tamen Iudaei scire poterant Christum fuisse Messiam ex signis prophetiae et ideo non possunt excusari quod per invidiam et malitiam Christum occiderunt [27]. Minores autem Iudaei non omnino, sed

---

[1] Pag. 729, ad 2.
[2] Loc. cit., ad 3.
[3] Loc. cit., sub *b* et ad 3.
[4] Loc. cit., ad 3.
[5] Num. 741, *Solutio*.
[6] *Summa Theol.*, ed Colon., III, q. 36, m. 3, § 3.
[7] Num. 742, *Solutio* (p. 731).
[8] Num. 743, *Solutio*.
[9] Loc. cit.
[10] S. Augustin., *In Ioan.*, tr. 26, n. 2 (PL 35, 1607); cf. n. 743, sub *b*; de varia significatione verbi « fides » cf. ed. Colon., III, q. 64, m. 1, in *Solutione*, p. 498b.
[11] Num. 747.
[12] Loc. cit., *Solutio*.
[13] Loc. cit., ad 2.
[14] *Summa de vitiis*, Bibl. Comm. Brugensis, cod. 228, fol. 27b.
[15] *Epist.* 93, c. 12 (PL 33, 345).
[16] Prov. 13, 22; Sap. 10, 19; Matth. 21, 43.
[17] *Summa Theol.*, ed. Colon., III, q. 36, m. 3 (p. 274a).
[18] Cf. num. 852, ad 2.
[19] Num. 745, *Solutio*.
[20] Num. 748.
[21] Num. 746, *Solutio*.
[22] I Tim. 6, 1.
[23] Num. 746, ad 1.
[24] Loc. cit., ad 2.
[25] Num. 680, *Solutio*.
[26] Loc. cit.
[27] Num. 682 (p. 663a).

tamen in parte excusabantur propter ignorantiam, quia « non tenebantur scire mysteria prophetiae ad modum quo maiores tenebantur ». Culpabiles quidem erant, quia poterant discere et « operam non dederunt prout oportuit [1] ». Ecce quomodo et in hac haud simplici quaestione Alexander tranquille et moderate procedit, quod et ipsi Iudaei moderni confitentur [2].

Alexandri ideae, tam bene spiritui S. Francisci correspondentes, forsitan non sine influxu erant in reginam Blancam de Castilia, matrem S. Ludovici, quae praefuit curiae regiae occasione processus de libris Iudaeorum et promisit protectionem suam Rabbi Iehieli, nomine Iudaeorum loquenti [3]. Revera exemplum rarum mansuetudinis erga Iudaeos, qua illo tempore etiam magni doctores carebant [4], cum nec rex Ludovicus [5] nec Guilelmus [6] episcopus Parisiensis miseros illos defendebant. Quo facto magis elucet sensus iustitiae, cuius Alexander noster saepius specimina praebet.

---

[1] Loc. cit.

[2] « Auch diese so überaus heikle Frage wird von Alexander mit grosser Ruhe und Mässigung behandelt ». Guttmann, loc. cit., 35, nota 2.

[3] « Nous sommes résolus à vous protéger, vous et tous vos biens, et celui qui s'aviserait de vous persécuter serait tenu pour un criminel ». Wagenseil, *Tela ignea Satanae*, pars III, *Disputatio R. Iechielis cum quodam Nicolao*, Altorf 1681, 8, ap. E. Berger, *Histoire de Blanche de Castille, reine de France*, Paris 1895, 341.

[4] Cf. Ios. Felten, *Robert Grosseteste, Bischof von Lincoln*, Freiburg i. Br. 1887, 76; E. Berger, loc. cit., 340; idem, *Saint Louis et Innocent IV*, Paris 1893, 300. Notus est efficax Adami de Marisco, O. F. M., pro Iudaeis Angliae interventus, quo « obstitit iste solus suis rationibus et prohibuit eos necari ». Cf. *Chron. de Lanercost*, ad an. 1216, Edimburgi 1839, p. 24,

[5] E. Berger, loc. cit.

[6] N. Valois, loc. cit., 124.

OPERA MANUSCRIPTA A NOBIS ALLEGATA.

ANONYMI, *Quaestiones theologiae,* Assisii, Bibl. Commun., cod. 138: p. 1, n. 1; 98, n. 1; 353, n. 5; 401, n. 1; 523, n. 1; 537, n. 1; 551, n. 1; 560, n. 7; 573, n. 1; 592, n. 1; 737, n. 1; 779, n. 2.

IOANNES DE RUPELLA, *Summa de vitiis,* Brugis, Bibl. Commun., cod. 228: p. 2, n. 1; 5, n. 1; 7, n. 1; 14, n. 2; 20, n. 4: 21, n. 8; 27, n. 3; 36, n. 1; 49, n. 4; 211, n. 3; 230, n. 10; 235, n. 1; 238, n. 3; 245, n. 1; 250, n. 3; 251, n. 2; 252, n. 4; 253, n. 1; 255, n. 12; 262, n. 2; 266, n. 6; 274, n. 1; 281, n. 1; 284, n. 1; 276, n. 1; 293, n. 4; 301, n. 2; 302, n. 4; 304, n. 4; 308, n. 5; 310, n. 1; 324, n. 1; 327, n. 2; 328, n. 8; 330, n. 1; 335, n. 5; 333, n. 4; 336, n. 2; 337, n. 2; 339, n. 4; 342, n. 2; 343, n. 5; 351, n. 3; 354, n. 1; 357, n. 2; 362, n. 3; 363, n. 4; 364, n. 5; 377, n. 2; 378, n. 6, 9; 380, n. 2; 381, n. 4, 7; 382, n. 10; 383, n. 7; 385, n. 1; 387, n. 4; 389, n. 2; 390, n. 6; 391, n. 6; 392, n. 3; 393, n. 8, 12; 395, n. 4; 402, n. 1; 403, n. 4; 404, n. 9; 408, n. 5; 411, n. 3; 435, n. 2; 447, n. 1; 448, n. 4; 452, n. 4; 457, n. 1; 458, n. 4; 481, n. 1; 490, n. 1; 500, n. 3; 508, n. 7; 511, n. 2; 521, n. 9; 522, n. 1; 523, n. 2; 525, n. 2; 535, n. 3; 537, n. 2; 544, n. 5; 548, n. 5; 552, n. 3; 556, n. 1; 560, n. 8; 565, n. 4, 568, n. 1; 573, n. 2; 574, n. 5; 577, n. 6; 578, n. 1, 6; 581, n. 1; 592, n. 2; 604, n. 5; 609, n. 1, 3; 610, n. 3, 4, 5; 611, n. 7; 612, n. 1, 6, 7; 613, n. 3; 614, n. 4, 6; 615, n. 1, 6; 616, n. 1, 4; 617, n. 6, 7; 618, n. 2; 625, n. 10; 628, n. 1; 629, n. 1; 633, n. 3; 645, n. 1; 664, n. 3; 668, n. 1; 676, n. 2; 716, n. 1; 721, n. 1, 6, 11; 765, n. 2; 779, n. 2; 782, n. 8; 789, n. 1, 3; 793, n. 12; 794, n. 10; 797, n. 2; 798, n. 7; 799, n. 4; 800, n. 5, 7; 801, n. 1, 7; 802, n. 3; 805, n. 1, 9; 806, n. 3, 11; 807, n. 3, 10; 808, n. 7; 809, n. 7; 810, n. 1; 811, n. 1; 815, n. 2; 818, n. 1; 821, n. 1; 822, n. 1, 5; 824, n. 10.

MARSTON ROGER., *Quodlibet I,* Florentiae, Bibl. Laur., Conv. Soppr., cod. 123: p. XXIX, n. 2.

PRAEPOSITINUS, *Summa,* Tuderti, Bibl. Commun., cod. 71: p. 14, n. 2; 90, n. 14; 115, n. 5, 7; 235, n. 1; 238, n. 7; 299, n. 1; 410, n. 3; 666, n. 2; 668, n. 1.

OPERA IMPRESSA A NOBIS ALLEGATA.

Al-Coran, ed. Constantinopoli [anno Hegirae] 1304.

ALEXANDER HALENSIS, *Summa Theologica,* I et II, Ad Claras Aquas 1924 et 1928.

Analecta Maredsolana, III, Maredsoli 1903.

ARISTOTELES, *Opera omnia,* Venetiis 1503.

» » » Parisiis 1874.

BACO ROGERIUS, *Opus minus,* ed. J. S. Brewer, London 1859.

BARDENHEWER O., *Die pseudo-aristotelische Schrift ueber das reine Gute, bekannt unter dem Namen Liber de causis,* Freiburg i. Br. 1882.

BAEUMKER CL., *De motu cordis,* in *Beiträge... Baeumker,* XXII, Heft 1-2, 1923.

» *Glossae in Porphyrium,* ibidem, XXIV, Heft 1, 1924.

» *Contra Amaurianos,* ibidem, XXIV, Heft 5-6, 1926.

BENEDICTUS S., *Regula Monachorum,* ed. B. Linderbauer, Metten 1922.

BERGER E., *Saint Louis et Innocent IV,* Paris 1893.

» *Histoire de Blanche de Castille, reine de France,* Paris 1895.

BICKEL E., *Die Schrift des Martinus von Bracara Formula vitae honestae,* in *Rheinisches Museum,* Neue Folge LX, 505-51.

BIGNE M. DE LA —, *Bibliotheca Patrum et veterum auctorum ecclesiasticorum,* V, Parisiis 1610.

BLATON J., *De peccato veniali. Doctrina Scholasticorum ante S. Thomam,* in *Collationes Gandavenses,* XV, 1928.

BOLLANDIANI SOCII, *Acta Sanctorum Novembris,* IV, Bruxelles 1925.

» *Analecta Bollandiana,* XLVIII, 1930.

BONAVENTURA S., *Opera omnia*, Ad Claras Aquas 1882–1902.

BOYER CH., *L'idée de vérité dans la philosophie de S. Augustin*, Paris 1921.

BROWE P. *Die Hostienschändungen der Juden im Mittelalter*, in *Römische Quartalschrift*, XXXIV, 1926.

Corpus Iuris Canonici, E. Friedberg, I-II, Lipsiae 1879-1881.

Corpus Iuris Civilis quo ius universum Iustinianeum comprehenditur, I-II, Augustae Taurinorum 1829.

Decretales D. Gregorii Papae, suae integritati una cum glossis restitutae, ed. Romae 1582.

Decretum Gratiani emendatum et notationinus illustratum una cum glossis, ed. Romae 1582.

DENIFLE-CHATELAIN, *Chartularium Universitatis Parisiensis*, I, Paris 1889.

DENZINGER-BANNWART, *Enchiridion Symbolorum, definitionum et declarationum de rebus fidei et morum*, Friburgi Brisgoviae [12] 1913.

DOUCET V., *De naturali seu innato supernaturalis beatitudinis desiderio iuxta theologos a saeculo XII usque ad XX*, in *Antonianum*, IV, 1929.

DU CANGE C., *Glossarium mediae et infimae latinitatis*, Paris 1840-50.

DU PLESSIS D'ARGENTRÉ C., *Collectio iudiciorum de novis erroribus*, I, Paris. 1728.

FELTEN J. *Robert Grosseteste, Bischof von Lincoln*, Freiburg i. Br. 1887.

FLAVIUS IOSEPHUS, *Opera*, ed. G. Dindorfius, II, Parisiis 1847.

GLORIEUX P., *Correctorium corruptorii ' Quare '.* in *Bibliothèque Thomiste*, IX, 1927.

GUILELMUS ALTISSIODORENSIS, *Summa aurea*, Parisius, apud Reynault, s. a.

GUTTMANN J., *Die Scholastik des dreizehnten Jahrhunderts in ihren Beziehungen zum Judentum und zur jüdischen Literatur*, Breslau 1902.

HOLDER-EGGER, *Cronica Fratris Salimbene de Adam*, in *Monum. Germ. Historica, Scriptores*, XXXII, 1905-1913.

IACOBUS A VORAGINE, *Legenda aurea*, ed. J. G. Th. Graesse, Lipsiae 1850.

LAMPEN W., *Alexander von Hales und der Antisemitismus*, in *Franziskanische Studien*, XVI, 1929.

LANDGRAF A., *Das Wesen der lässlichen Sünde in der Scholastik bis Thomas von Aquin*, Bamberg 1923.

LE BRAS G., *Mariage*, in *Dictionnaire de Théologie catholique*, IX, Paris 1927.

LOTTIN O., O. S. B., *La syndérèse chez les premiers maîtres franciscains de Paris*, in *Revue Néo-Scolastique*, XXVIII, 1927.

MATTH. AB AQUASPARTA, *Quaestiones disputatae de cognitione*, in *Biblioth. Francisc. Scholast.*, I, Ad Claras Aquas 1903.

NICOLAUS LYRANUS, *Biblia sacra*, Venetiis 1588.

OLIVI PETRUS IOANNIS, *Quaestiones in II librum Sententiarum*, in *Bibliotheca Franciscana Scholastica medii aevi*, (BFS) VI, Ad Claras Aquas 1926.

PETRUS LOMBARDUS, *Libri IV Sententiarum*, Ad Claras Aquas 1916.

PHILIPS G., *La raison d'être du mal d'après S. Augustin*, in *Musaeum Lessianum*, 1927.

PLATO, *Timaeus interprete Chalcidio cum eiusdem commentario*, ed. J. Wrobel, Lipsiae 1876.

PORTALIÉ E., *Augustin (saint)*, in *Dictionnaire de Théologie catholique* [2], I, Paris 1909.

RIPALDA J. MARTINEZ DE —, *De ente supernaturali disputationes theologicae*, I, Parisiis 1871.

STECHERT E., *De Catonis quae dicuntur distichis*, Greifswald 1912.

STUFLER J., *Die Verstocktheit der Verdammten*, in *Zeitschrift für Katholische Theologie*, XXVII, 1903.

THOMAS CANTIMPRATANUS, *Bonum universale de proprietatibus apum*, Duaci 1597.

VALOIS N., *Guillaume d'Auvergne*, Paris 1880.

WERNER J., *Lateinische Sprichwörter und Sinnsprüche des Mittelalters*, Heidelberg 1912.

WOELFFLIN E., *Publilii Syri Sententiae*, Lipsiae 1869.

WOESTYNE Z. VAN DE —, *De indole anselmiana Theodiceae S. Bonaventurae*, in *Antonianum*, I, 1926.

TABULA SIGLORUM

QUIBUS CODICES NOSTRI SIGNANTUR

B ..... Vaticanus Ottob. lat. 189.
F ..... Florentinus Laurent., S. Crucis, Plut. 24, Dext., cod. 4.
L ..... Avenionensis Municip., cod. 280.
P ..... Parisiensis National., cod. lat. 15331.
R ..... » » » » 15327.
T ..... » » » » 15325.
V ..... Vaticanus lat. 701.
Z ..... » » 702.

ALEXANDRI DE HALES

O. F. M.

SUMMA THEOLOGICA

SECUNDA PARS SECUNDI LIBRI.

INQUISITIO PRIMA

DE MALO

TRACTATUS PRIMUS

DE MALO ABSOLUTE CONSIDERATO [1]

Adiuvante gratia Iesu Christi[a], post considerationem eorum quae pertinent ad creaturam in quantum est creatura, procedendum est ad considerationem eorum quae pertinent ad lapsum sive ad[b] deteriorationem eiusdem. Et quia deteriorativum creaturae est malum et peccatum, quaerendum est de malo et peccato.

Et primo de malo considerandum est[c], quod est quasi genus peccati, non tamen simpliciter;

secundo, erit de peccato consideratio.

Circa malum vero primo[d] considerandum est an sit;

secundo, quid sit[e];

tertio, a quo sit;

quarto, quare Deus permittit mala fieri;

quinto, in quo sit;

sexto, de divisione eius per malum culpae et poenae et si qua[f] est alia differentia;

septimo, de ordine eius;

octavo, de oppositione eius;

nono, utrum sit alicuius causa et de eius effectu.

---

[a] R *ergo Iesu Christo* pro *g. I. C.* [b] BTLZ om. [c] FZ om. [d] T *post.* [e] P om. *s. q. s.* [f] TR *que.*

[1] Plura eorum, quae in quaestionibus huius primi Tractatus evolvuntur, occurrunt etiam in cod. Assisiensi 138 (fol. 45c-46c). Ad hunc codicem iam pluries remisimus in tom. I et II.

1

QUAESTIO I.

AN SIT MALUM[1].

Circa primum sic proceditur: ostenditur enim primo quod non est. 1. Dicitur enim super[a] illud Ioan. 1,3: *Sine ipso factum est nihil*, « id est malum[2] »; ergo malum[b] nihil est; ergo non est.

2. Item, Augustinus, XI *De civitate Dei*[c 3]: « Mali nulla natura est ». Sed cuius nulla natura est, non est; ergo malum non est.

3. Item, Augustinus, in *Epistola contra Fundamentum*[4]: « Non invenitur in rebus malum nisi corruptio; sed corruptio non est natura; nulla itaque natura malum est ». Ergo non est, sicut prius[d]. Isidorus[5]: « Nihil est malum, quia *sine* Deo *factum est nihil* ».

4. Item, Dionysius, in libro[e] *De divinis nominibus*[6]: « Nihil ad naturam mali respiciens facit quae facit. Quo modo erit malum in existentibus aut omnino ens tali optimo desiderio desertum? »

5. Item[f], « omne quod est, in quantum est, bonum est[7] »; sed malum non est bonum; ergo malum non est.

6. Item, « malum non habet substantiam, sed contra[g] substantiam est[8] ». Ergo non est.

7. Item, decurrit B. Dionysius[9] per diversa genera rerum, utpote in angelis, in animalibus[h], in corpore, in natura, in materia, et[i] ostendit per totum quod non est malum; ergo malum non est.

8. Item, Anselmus[10]: « Malum non est aliud quam non-bonum[k] vel absentia boni, ubi debet et expedit esse bonum; quod autem non est[l] aliud quam absentia eius quod est aliquid, utique non[m] est aliquid; ergo malum vere[n] nihil est ».

9. Item, « omnis essentia est a Deo, a quo nihil est iniustum; quare nulla essentia est iniusta[o] per se. Iniustitia vero omnino nihil est, sicut caecitas: non enim aliud est quam absentia iustitiae, sicut caecitas nihil est aliud quam absentia[p] visus[11] ». Ergo, cum iniustitia accipiatur ibi generaliter, ex hoc accipitur quod malum nihil est.

10. Item, Gregorius[12]: « Malum est sine substantia et fundamento »; sed quod tale est, nihil est; ergo malum [nihil] est[q].

Contra: *a.* Omne corruptivum est activum; sed omne activum habet naturam per quam agit; ergo et omne corruptivum; sed malum corruptivum est[r], quia corrumpit modum, speciem et ordinem, ut dicit Augustinus[13], et[s] patebit infra[14]; ergo habet in se naturam aliquam per quam agit; ergo malum est aliquid.

b. Item, omne quod est ordinatum, est; sed malum est ordinatum; unde Augustinus, in libro[t] *De natura boni*[15]: « Malum ordinatum et suo loco positum eminentius commendat bona ». Ergo malum est.

c. Item, malum recipit magis et minus: aliquod enim malum est maius altero; ergo malum est aliquid.

d. Item, malum pugnat contra bonum, ipsum expellendo; ergo malum est aliquid.

e. Item, Dionysius, in libro *De divinis nominibus*[16]: « Si non est malum, virtus et malitia idem ». Sed constat quod hoc est impossibile, scilicet[u] idem esse malitiam et virtutem; ergo et primum, scilicet malitiam[v] non esse; ergo malum est.

---

[a] Z *supra*. [b] L om. *e. m.* [c] TL om. [d] F add. *Item*. [e] Ita PV, alii om. *i. l.* [f] FR (interl.) add. *Boethius De Trinitate*. [g] PVT *circa*. [h] FRLZ *animabus*. [i] V om. [k] PVTL *bonum non bonum*, B *bonum non est bonum* pro *n. b.* [l] PT *preest* pro *n. e.*, quod V corr. [m] B *nihilum*. [n] PVBTL *nature*. [o] B *iusta*. [p] Ita FZ, P om. *n. e. a. q. a.*, alii om. *n. e. a. q.* [q] PVBTL om. *Item... est*. R in mg. sic reddit idem argumentum: *Item, nihil quod est sine substantia et fundamento est aliquid vel subsistit; sed dicit Gregorius quod malum est sine substantia et fundamento; ergo etc.* Z in mg. sic: *Item, omne quod est sine substantia et fundamento non est nec subsistit; malum est huiusmodi, ut dicit Gregorius; ergo etc.* [r] T om. [s] TZ *ut*. [t] Ita PV, alii om. *i. l.* [u] V om. [v] BTL *malum*; FZ om. *et*.

1 Cf. Guil. Altissiod., *Summa*, II, tr. 3 (f. 73b sqq.); ap. Ioan. de Rupella, *Summa de vitiis* (cod. Brugensis 228, f. 1a) aliqua argumenta huius quaestionis occurrunt, sed *Responsio* et *Solutio ad obiecta* multum differunt.

2 Cf. *Glossa ordin.*, ap. Lyran., *In Ioan.*, 1, 1; ex Augustino, *In Ioan.*, tr. 1, n. 13 (PL 35, 1385).

3 Cap. 9 (PL 41, 325).

4 Cap. 35, n. 39 (PL 42, 201).

5 *Sentent.*, I, c. 9, n. 1 (PL 83, 552).

6 Cap. 4, § 19 (PG 3, 715, PL 122, 1138).

7 Augustin., *De div. quaest. 83*, q. 24 (PL 40, 17); cf. *De lib. arbit.*, II, cc. 17 sq. (PL 32, 1265 sqq.); Boeth., *De hebdom.*, (PL 64, 1311 sq.); Alex. Hal., *Summa theol.*, I, num. 116.

8 Pseudo-Dionys., loc. cit. § 3 (PG 3, 754, PL 122, 1145).

9 Cf. loc. cit., § 22 sqq. (PG 3, 723 sqq., PL 122, 1141 sqq.).

10 *De casu diaboli*, c. 11 (PL 158, 341); cf. *De conc. virgin.*, c. 5 (PL 158, 439).

11 Anselm., *De conc. virgin.*, c. 5 (PL 158, 438).

12 *Moral.*, XXVI, c. 37, n. 68 (PL 76, 388).

13 *De natura boni*, c. 4 (PL 42, 553).

14 Cf. infra, num. 2.

15 Cf. cc. 8 et 16 (PL 42, 554, 556), sed verbotenus in *Enchir.*, c. 11 (PL 40, 236).

16 Cap. 4, § 19 (PG 3, 715 sq., PL 122, 1138).

f. Item, verum et ens convertuntur[1]; sed verum est malitiam esse, cum malitia est; ergo malitia est[a] aliquid.

g. Item, Dionysius[2]: « Quod omnino expers boni est, non est »; « sed nullum malum est omnino expers boni[3] ». Ergo quodlibet malum est aliquid.

Respondeo ad obiecta quod malum uno modo est et[b] alio modo non est: esse enim[c] dicitur multipliciter. Est enim esse rationis, secundum quem modum quaecumque veritatem habent, id est adaequationem rei et intellectus[4], dicuntur entia: secundum hunc modum[d] malitia est, cum deformat illud in quo est. Est etiam[e] esse naturae: et secundum hunc modum, ratione eius quod substernitur malitiae, dicitur malum esse aliquid, ut mala actio ratione actionis dicitur esse aliquid. Est iterum esse moris, prout « esse est quod ordinem retinet servatque naturam », et sic definit Boethius, in libro *De consolatione*[5], secundum quem modum dicuntur mali homines, in eo quod mali, non esse: secundum hunc modum dicitur esse, quod recte ordinatum est ad finem[f] summum, scilicet Deum, et sic malum non est. Sed attendendum est quod malum quoddam esse naturae ponit, quoddam[g] privat vel minuit. Est enim esse quod non minuitur per peccatum, ut quod homo est homo vel quod[h] anima est anima, et istud servat malum[6]. Est aliud esse quod privatur vel minuitur, quod modo, specie et[i] ordine determinatur[k], et tale non omnino servat malum, et ratione illius dicit Boethius[7] malum non esse.

[Ad obiecta]: Per iam dicta respondendum est[l] ad obiecta.

1. Ad primum sic: Malum enim dicitur nihil esse, quia privatur, ratione qua[m] est malum, ordine ad summum bonum et a summo bono. Et per idem solvitur quod dicit Isidorus, assumens illud verbum Evangelii: *Sine Deo factum est nihil,* Ioan. 1,3.

2. Ad secundum vero[n] dicendum quod est loqui de malo ratione eius quod subiectum est malitiae, et sic malum est aliqua natura; et est loqui de eo ratione defectus ipsius boni vel bonitatis, et sic non est natura aliqua, immo privatio boni naturae.

3. Per[o] idem solvendum est tertio obiectum.

4. Ad id vero quod quarto obicitur de auctoritate Dionysii, dicendum quod malum dicitur esse non-ens, quia privatur fine: et hoc vocatur[a] esse moris in superiori distinctione[8]. Unde, sicut bonum dicitur ens, ita malum dicitur non-ens, sed non omnino sicut bonum dicitur ens omnino.

5. Per hoc etiam solvendum est quod quinto obiciebatur: sicut enim removetur bonum, ita removetur ens.

6. Ad id vero quod sexto obicitur, dicendum[b] quod substantia dicitur dupliciter: vel forma vel materia. Si forma, tunc malum est[c] contra substantiam. Si vero materia vel quasi materia, tunc malum non est contra substantiam, sed in substantia fundatur.

7. Ad septimum dicendum quod non intendit B. Dionysius quod nullatenus inveniatur malum in illis rebus, sed intendit ostendere quod non est natura malum in illis neque omnino malum, licet sint ibi quidam defectus particulares, sicut turpitudo vel infirmitas est in corpore et furor vel concupiscentia in anima irrationali[d], et ita de aliis, sed non propter hoc naturae eorum sunt malae.

8. Ad octavum quod dicit Anselmus, dicendum[e] quod malum dicitur non-ens propter defectum formae aut finis, secundum illam rationem secundum quam dicitur habere formam aut finem ens simpliciter. Nec propter hoc tollitur omnino esse ab eo quod est malum, utpote esse[f] naturae subiectae.

9. Ad nonum dicendum[g] quod sicut in silentio privatur quoddam ens, scilicet sonus, ratione cuius dicitur non-ens, id est[h] privatio, in illo genere, et caecitas similiter, ita est[i] de malo quod privatur debita perfectione, qua ordinatur homo ad[k] suum finem. Loquitur enim de malo culpae in quantum tollit iustitiam, quae est perfectio generalis hominis ad suum finem ordinati.

10. Ad id vero quod dicit Gregorius quod « malum est sine substantia et fundamento »: dicendum quod[l] hoc intelligitur non ratione boni in quo subsistit malum, sed ratione boni quod privatur, ratione cuius nec[m] dicitur subsistere nec fundamentum, id est stabilitatem esse[n], habere.

---

[a] V om. *e. m. e.* [b] PV om. [c] T add. *ostenditur vel.* [d] T om. [e] Ita PVZ, alii *autem.* [f] T om. [g] L *quedam;* V om. *e. n. p. q.* [h] PV om. [i] V om. [k] Z (corr.) *deterioratur.* [l] Z om. [m] PV *que.* [n] P om. [o] PV *Et per.*
[a] PVT *notatur.* [b] Ita PV, alii add. *est.* [c] Ita FR, alii om. [d] B *rationali,* quod F corr. [e] Ita PV, alii *dicendum est quod dicit Anselmus* pro *q. d. A. d.* [f] PV *est.* [g] BTFR add. *est.* [h] Ita PV, alii *scilicet* pro *i. e.* [i] V om. [k] P om. [l] Ita PV, alii om *d. q.* [m] R *non;* P *dicitur non* pro *n. d.* [n] P om.

1 Cf. Augustin., *Soliloq.*, II, c. 5 (PL 32, 889); Alex. Hal., *Summa theol.*, I, num. 88.
2 Loc. cit., § 23 (PG 3, 726, PL 122, 1142).
3 Pseudo-Dionys., loc. cit., § 33 (PG 3, 811, PL 122, 1145).
4 Cf. Alex. Hal., loc. cit., p. 142, nota 2.
5 Lib. IV, prosa 3 (PL 63, 795).
6 Cf. Alex. Hal., loc. cit., num. 127.
7 Loc. cit.
8 Cf. supra, sub *Respondeo.*

Similiter rationes, quae sunt in contrariam partem adductae [a], sunt intelligendae ratione entis secundum quid, quod in malo datur intelligi.

a. Ad primum enim dicendum [b] quod activum dicitur dupliciter: communiter et proprie. Communiter, secundum quod inductivum esse vel destructivum esse dicitur activum: et hoc modo malum dicitur [c] activum, sed non est simpliciter, sed inducens non-esse. Proprie vero dicitur activum [d] quod inducit esse: et sic malum non est [e] activum nisi per bonum in quo est. Unde Dionysius [1]: « Malum non est existens nec existentium effectivum, propter bonum autem existens et bonorum effectivum ». Aliter autem [f] dicitur 'corrumpere' de malo sive malitia et [g] aliter de igne, cum corrumpit aquam. Nam ignis ratione formae suae contrariatur aquae, et ratione illius dicitur per se agere, quia [h] intendit non tantum destructionem formae aquae, sed ut fiat forma ignis vel caliditatis in materia: unde ibi dicitur unius corruptivum alterius [i] activum; hic autem non sic, immo [k] malum non est nisi destructio boni.

b. Ad secundum vero quod 'malum dicitur ordinatum': dicendum [l] quod malum culpae [m], quantum est de se, inordinatum est, sicut dicit Dionysius [2]; nihilominus tamen, in quantum ex ipso elicitur bonum, habet quemdam ordinem, qui magis est [n] in ipso bono quam in ipso malo. — Similiter, cum dicitur quod 'malum [o] poenae ordinatum est ad malum culpae', ordo iste magis fundatur in malo poenae, secundum quod iustum est, et ita ordo ex parte entis habet fundationem. — Cum autem dicitur quod 'malum bene ordinatur in suo loco', dicendum quod ordo attenditur inter locum et substantiam privatam: privatio enim, secundum se ipsam dicta [p], nec habet ordinem nec locum. Unde dicit Dionysius [3]: « Malum non est collocatum nec ordinatum; malum enim privat bonum ».

c. Ad id vero quod obicitur quod 'malum recipit magis et minus': respondeo [a] quod hoc non habet in [b] se. Non enim dicitur magis malum, quod accedit plus ad terminum mali — malum enim non habet terminum — sed quia recedit a bono; et propter hoc non dicitur vere intendi ad modum formarum, quae magis accedunt ad speciem ultimatam [c].

d. Ad id vero quod obicitur de pugna mali, dicendum [d] quod pugnat per bonum. Unde Dionysius [4]: « Si oportet verum dicere, et adversantia bono ipsius virtute sunt et adversari possunt ».

e. Ad id vero quod dicit Dionysius [e], dicendum [f] quod per hoc intendit concludere quod aliquo modo est [g] malum, sicut privationes dicuntur esse. Quod autem dicit sequi 'malitiam esse [h] idem quod virtutem', non aliud est dictu [i] nisi quod tantum virtus esset et non essent duo genera, bonorum et malorum. Non enim hoc intendit [k] ut, si malum non esset, malum esset: potest enim intelligi quod malum non sit, nec ex hoc ponitur malum esse; sed non potest intelligi malum esse quin intelligatur bonum esse.

f. Ad sequens vero quo dicuntur [l] verum et ens converti: dicendum [m] quod accipiendo esse rationis, dicuntur privationes esse et ex iis relinqui veritatem secundum quod est adaequatio rei et intellectus [5], et sic dicitur esse secundum rationem, non tamen dicitur esse secundum naturam ratione naturae aut [n] boni quod privat.

g. Ad id vero quod dicit Dionysius, dicendum [o] quod « nullum malum [p] est omnino expers boni », et ideo ratione illius dicitur habere esse secundum quid, non simpliciter. Colligitur autem ex praemissis verbum illud Dionysii [6]: « Malum non [q] est in existentibus neque in non-existentibus, sed ab ipso non-existente magis absistens [r] quam bonum [s] et magis non-substantia ».

---

[a] Ita PV, alii *ducte.* [b] Ita PV, alii add. *est.* [c] B add. *esse.* [d] P om. *et... activum.* [e] L *esse.* [f] Z *etiam.* [g] PV om. [h] PV *quod.* [i] P add. *est.* [k] P *in.* [l] Ita F, alii add. *est.* [m] PV add. *in.* [n] PV om. [o] T om. *q. m.* [p] V *dictam.*
[a] RZ *respondendum est.* [b] B *ex.* [c] PV *ultimam.* [d] Ita L, alii add. *est.* [e] T add. *quod.* [f] Ita PV, alii add. *est;* P om. *quod.* [g] FR om., in Z est add. interl. [h] P om. [i] Z *dictum,* quod F corr. [k] Ita PV, alii *hic intenditur* pro *h. i.* [l] F *dicunt,* T om. [m] Ita PV, alii add. *est.* [n] T add. *nature.* [o] B om.; TFRLZ add. *est.* [p] R om. [q] BT *etiam.* [r] Ita BF, alii *assistens.* [s] Ita F (corr.), alii *alienum.*

1 *De divin. nomin.*, c. 4, § 20 (PG 3, 718, PL 122, 1139).
2 Cf. loc. cit.
3 Cf. loc. cit., § 32 (PG 3, 731, PL 122, 1145).
4 Loc. cit., § 20 (PG 3, 719, PL 122, 1139).
5 Cf. supra, sub *Respondeo.*
6 Cf. loc. cit., § 19 (PG 3, 715, PL 122, 1138).

QUAESTIO II. 2

QUID SIT MALUM[1].

Deinde quaeritur quid est malum.

1. Augustinus autem definiens malum, secundum quod commune est ad malum culpae et ad malum poenae, III *De libero arbitrio*[2], dicit quod malum[a] est affectio, non natura; sed videtur quod ibi privetur natura, prout est communis decem generibus; ponit ergo malum extra decem genera.

Sed tunc dubitatur quo modo dicit malum esse affectionem, quia videtur quod contingat omnem affectionem reducere[b] ad genus qualitatis, cum omnis affectio sit inclinatio ad actum interiorem vel exteriorem, et omnis inclinatio[c] qualitas est. Quaeritur[d] ergo de intellectu huius definitionis datae de malo. — Item, affectio ad aliquam positionem[e] reducitur; sed malum, cum sit privatio, non potest reduci ad aliquam positionem[f]; ergo malum non est[g] affectio.

2. Item, Ioannes Damascenus[3] sic definit malum: « Malum non est aliqua substantia neque substantiae idioma, id est forma, sed est accidens ».

Sed videtur quod in hac definitione sit contradictio, quia[h] omne accidens in genere accidentis est, et omne quod est in genere accidentis[i] est forma substantiae; quare videtur malum esse forma substantiae: quod tamen negatur in definitione. Quaeritur ergo quid ibi appelletur accidens.

3. Item, Augustinus, in libro *Contra Adamantium*[4], et Damascenus[5] dicunt quod malum est tenebra intellectus. Et Augustinus, in libro *De libero arbitrio*[6], dicit quod malum est aversio[k] a bono incommutabili et conversio ad bonum commutabile; et in libro *De natura boni*[7], quod malum est « privatio boni »; et ibidem[l][8], quod malum est privatio modi, speciei et ordinis; et Anselmus[9]: « Malum est absentia boni »; et Damascenus[10]: « Malum est ab eo quod est secundum naturam, in id quod est contra naturam eversio[m] ».

Quaeritur ergo, cum definitiones diversae eiusdem rei sint datae propter diversa, quo modo differunt istae diversae definitiones mali.

Respondeo: Definitiones distinguuntur sic: Malum enim vel respicit creatum vel increatum, ut respectu[n] cuius dicit privationem. Si increatum, aut quod est perfectio cognitivae: et sic dicitur 'tenebra intellectus'; aut quod affectivae: et sic dicitur 'aversio ab incommutabili bono' etc. Respectu vero boni creati, aut est respectu boni substrati[o]: et sic dicitur 'affectio, non natura'; aut respectu boni privati: et secundum hoc dicitur « privatio boni » vel « absentia boni » sive 'privatio modi, speciei et ordinis'. Sed quia ista[p] privando facit in anima aliquam immutationem et relinquit positionem malam, ad idem pertinet alia definitio Damasceni, quae est: « Malum est ab eo quod est secundum naturam, in id quod est contra naturam eversio ». Unde aliae dicunt puram privationem boni substrati[q], ista superaddit positionem[r] pravam. Aut respectu boni intenti a quo deficit: et secundum hoc dicit Damascenus quod « non est substantia vel idioma, sed accidens », id est praeter intentionem.

[Ad obiecta]: 1. Ad primum ergo dicendum[s] quod malum est affectio, et affectio de malo praedicatur ut genus, secundum quod est loqui de genere respectu mali, quia proprie malum non habet genus[11]. — Sed ad id quod obicitur in contrarium, dicendum[t] quod affectio dupliciter sumitur. Uno modo proprie, secundum quod dicit propriam inclinationem ad actum exteriorem vel interiorem. Verbi gratia, cum dico 'volo[u] me velle',

---

[a] P *nullum.* [b] BTL *relucere.* [c] T om. *ad... inclinatio.* [d] TL *quare.* [e] FRLZ *potentiam;* V (corr.) *aliquod peccatum* pro *a. p.* [f] V *peccatum.* [g] T om. [h] Z *quoniam.* [i] T om. [k] T *aversatio.* [l] Ita B, alii *idem.* [m] PVFRZ *conversio.* [n] F *illud,* quod Z corr.; PV om. *ut.* [o] PVBZ *subtracti,* TFL *substracti;* T *sicut* pro *sic,* quod L corr. [p] PVTRZ *ita.* [q] PVBF *substracti,* T *subtracti;* Z add. *in,* quod F exp.; R *ita* pro *ista.* [r] V *peccatum.* [s] T add. *est.* [t] Ita Z, alii add. *est.* [u] R om.

1 Cf. Guil. Altissiod., *Summa,* II, tr. 14 (f. 75a sqq.); Ioan. de Rupella, *Summa de vitiis* (f. 1a sqq.); S. Bonav., II *Sent.,* d. 34, a. 2, q. 3 (II, 814 sq.).

2 Cf. c. 9, n. 26 (PL 32, 1284).

3 *De fide orthod.,* IV, c. 20 (PG 94, 1195).

4 Cf. c. 26 (PL 42, 169), sed rectius *De Baptismo c. Donat.,* I, c. 11, n. 16 (PL 43, 118); S. Bonav., II *Sent.,* d. 35, dub. 6 (II, 839, nota 1).

5 Loc. cit.

6 Lib. III, c. 19, n. 53 (PL 32, 1269).

7 Cf. c. 4 (PL 42, 553); *De civit. Dei,* XI, cc. 9 et 22 (PL 41, 325, 335), sed verbotenus in *Enchir.,* c. 11 (PL 40, 236).

8 Cf. *De natura boni,* c. 4 (PL 42, 553).

9 *De casu diaboli,* c. 11 (PL 158, 341); cf. *De conc. virgin.,* c. 5 (PL 158, 439).

10 *De fide orthod.,* IV, c. 20 (PG 94, 1195).

11 Cf. Aristot., *Topic.,* IV, c. 3 (I, 210).

'volo' significat affectionem ad actum interiorem; cum dico 'volo me currere', ad actum exteriorem. Et sic proprie dicitur affectio de 'ad' et 'facere', quia sic proprie ad actum est ordinata, et sic dicimus gaudium et spem esse affectiones. Alio modo dicitur affectio, sed improprie[a], voluntas deficiens non recte agendi, quae est respectu malae actionis. Cum enim dico 'volo', ibi est voluntas ut affectio quaedam; sed cum dicitur postea 'volo peccare', ut addatur actus malus, significatur[b] quod potentia deficiens, ut[c] deficiens, est circa actum malum; sed haec affectio dicitur potius infectio quam affectio[d]. Primo modo est affectio bonum naturale, sed non secundo; et secundo modo intelligitur, cum dicitur 'malum est affectio, non natura'.

2. Ad secundum dicendum quod Ioannes Damascenus accipit accidens non proprie, sed secundum quod accidens dicitur quod accidit praeter id quod intendit ipse operans[1], secundum quod dicit Dionysius[2]: « Nullus agit aliquid inspiciens ad malum, sed magis ad bonum »; et propter hoc accidit praeter intentionem, secundum quod est directa ad actionem; et propter hoc dicit Augustinus[3] quod « peccatum est actus[e] incidens ex defectu boni ». Tale accidens non est proprie forma actionis nec ipsa actio; sed accidens, prout reducitur ad aliquod novem genera, proprie[f] sumitur et est forma substantiae.

3. Ad ultimum dicendum quod malum potest considerari dupliciter: vel secundum[g] quod vim cognitivam respicit vel secundum quod affectivam; in utraque enim malum privationem relinquit. Primo[h] modo est tenebra intelligibilis. Sed secundum quod respicit[i] affectivam, potest considerari multipliciter, quia[k] anima de se ordinatur ad incommutabile bonum sicut ad finem, et malum, secundum quod per ipsum privatur haec ordinatio animae in affectiva, dicitur 'aversio ab incommutabili bono et conversio ad bonum[l] commutabile'; nunquam enim fit aversio ab incommutabili bono nisi fiat conversio ad bonum commutabile. — Item, anima secundum vim affectivam respicit summum bonum, secundum quod per ipsum relinquitur aliquid in anima, sicut ipsa gratia; sed malum privat istum respectum: et secundum hoc dicitur quod est 'privatio vel absentia boni' et[m] quod « non est substantia vel idioma substantiae, sed[n] accidens », et quod 'est affectio, non natura'. Primo modo comparatur ad summum bonum ut ad suum finem, secundo modo ut[o] ad suam causam formalem. — Item, bonum respicit[p] habilitationem naturalem, quae est in anima ad bonum gratuitum; et quia malum est privatio huius habilitationis, ideo dicitur malum 'privatio modi, speciei et ordinis'. — Item, cum malum est corruptio[q] boni, facit aliquam commutationem, commutando scilicet habilitationes naturales quasi in[r] non-naturales, diminuendo tamen eas[s], non corrumpendo[4], et sic malum est « ab eo quod est secundum naturam in id quod est contra naturam eversio ».

---

[a] B *non proprie.* [b] PV *significat;* B om. *quod.* [c] PV add. *est.* [d] Ita F, alii om. *q. a.* [e] Ita FZ, alii om. [f] T add. *dicitur vel.* [g] Ita PVF (interl.), alii om. [h] Z add. *enim;* T om. *modo.* [i] T om. [k] T *quod.* [l] P *ab omni* pro *a. b.* [m] FZ om. [n] PVT *secundum,* quod L corr. [o] V om. [p] PV *recipit.* [q] T *coactio.* [r] P om. [s] R *eos.*

1 Cf. Aristot., *Metaph.*, IV, c. 30 (II, 533).
2 *De divin. nomin.*, c. 4, § 19 (PG 3, 715, PL 122, 1138).
3 *Hypognost.*, IV, c. 1 (PL 45, 1639).
4 Cf. Alex. Hal., *Summa theol.*, I, num. 127.

QUAESTIO III.

A QUO SIT MALUM.

MEMBRUM I.

A quo sit malum in genere [1].

Consequenter quaeritur de causa mali, quod est quaerere a quo sit malum. Et quaeritur primo utrum malum habeat causam vel non;

secundo, si habeat causam, utrum Deus sit causa vel creatura;

tertio, si creatura, utrum quia ex nihilo [a] vel quia ex aliquo, scilicet bono;

quarto, quia malum culpae non est in omni creatura, sed tantum in rationali, utrum sit tantum a diabolo aut [b] etiam ab homine;

quinto, si est ab homine, utrum [c] ratione liberi arbitrii aut tantum ratione sui aut ratione [d] alicuius dispositionis superadditae, ut [e] libidinis vel alicuius alterius;

sexto, si est ratione alicuius dispositionis superadditae, quae sit differentia inter libidinem, secundum quod est causa, et cupiditatem [f] et ignorantiam [2].

CAPUT I. 3

UTRUM MALUM HABEAT CAUSAM.

Ad primum *a.* facit quod dicit Dionysius, in libro *De divinis nominibus* [3]: « Malum est imperfectum et non collocatum et sine causa ».

b. Item, si malum habet causam, aut habet bonum aut malum. Bonum non est causa, quia « boni est bona producere », sicut dicit Dionysius [4]. Si malum, erit in infinitum abire aut ponere malum non creatum: quod quia impossibile est, eo quod nulla est sempiterna sive aeterna voluntas mala, ergo malum non habet causam. Haec ultima pars elicitur ex eo quod dicit Augustinus, XII *De civitate Dei* [5]: « Non poterat esse sempiterna voluntas mala ». Si ergo non est sempiterna, quis eam fecit, quaero.

Contra: 1. Dionysius [6]: « Bonorum causa est [g] una causa [h]; si bono malum est contrarium, mali [i] sunt causae multae ».

2. Item, omne quod coepit esse, causam habet, Iob 5, 5: *Nihil fit in terra sine causa;* sed malum coepit esse [k]; ergo malum causam habet; ergo non est incausabile [l].

Respondeo: Dicendum quod malum non habet causam propriam, quae reducatur, secundum quod huiusmodi, ad causam [m] primam [7]; nec habet causam efficientem, sed deficientem, sicut dicit Augustinus, XII *De civitate Dei*, 9 cap. [8]: « Mali non est causa bonum, sed defectus a bono ».

Si autem [n] dicatur quod malum habet causam deficientem [9], tandem est venire ad primum defectum, qui defectus, cum non sit semper, causam habebit — respondeo quod causa ipsa est ipsum liberum arbitrium, quod [o] se ipso deficit quantum ad bene esse, sicut dicit Augustinus,

---

[a] PV add. *vel quod ex nihilo.* [b] Z *vel.* [c] Ita B, alii om. [d] P om. *s. a. r.* [e] PV *vel;* B *aut* pro *vel.* [f] V om. *e. c.* [g] Ita PVF, alii *ex;* F om. *causa;* Z add. *ex.* [h] Z add. mg. *malum vero est ex multis et particularibus defectibus;* V *sed* pro *si.* [i] Ita F (corr.), alii add. *vero.* [k] T om. [l] PV *increabile.* [m] T add. *propriam.* [n] Z *etiam.* [o] Ita L (corr.), alii *qui.*

[1] Cf. Lombard., II *Sent.*, d. 34, cc. 2 et 3 (p. 487sq.); Guil. Altissiod., *Summa*, II, tr. 15, cc. 1-3 (f. 77c sqq.); Ioan. de Rupella, *Summa de vitiis* (f. 2a); S. Bonav., II *Sent.*, d. 34, a. 1, qq. 1-3 (II, 802sqq.).

[2] De sexto quaesito hic non agit auctor.

[3] Cap. 4, § 32 (PG 3, 731, PL 122, 1145).

[4] Loc. cit., § 19 (PG 3, 715, PL 122, 1138).

[5] Cf. c. 6 (PL 41, 353).

[6] Loc. cit., § 31 (PG 3, 731, PL 122, 1144).

[7] Cf. Alex. Hal., *Summa theol.*, II, num. 17.

[8] Num. 2 (PL 41, 357).

[9] Cf. supra, p. 6a.

in libro *De libero arbitrio*[1]: « Ipsum malum si quaeratur[a], causa eius haec est: liberum arbitrium ». Dicit enim[b][2]: « Peccare est, spreto incommutabili bono, commutabili bono adhaerere »; quod facimus propriae[c] voluntatis arbitrio.

Et si obiciatur utrum malum habeat causam propriam: respondendum[d] est quod habet causam deficientem, sed non propriam. Oporteret enim quod in infinitum esset processus nec oportet in voluntariis causam propriam quaerere.

4 CAPUT II.

UTRUM CAUSA MALI SIT DEUS VEL CREATURA TANTUM[3].

Supposito ergo quod malum habeat causam secundum aliquem modum, quaeritur utrum Deus sit causa mali aut creatura tantum.

Quod Deus sit causa mali, 1. videtur dicere[e] Augustinus, in libro *De gratia et libero arbitrio*[4]: « Existimo operari Deum in cordibus hominum ad inclinandas eorum voluntates quocumque voluerit, sive ad bona pro sua misericordia sive ad mala pro meritis eorum, iudicio utique suo aliquando aperto, aliquando occulto, semper autem iusto ». Ergo ipse Deus inclinat voluntates hominum ad mala; ergo ipse est causa malae voluntatis; ergo est causa mali.

2. Item, Augustinus, in eodem[5]: « Deus idololatriae peccatum volens vindicare, hoc operatus est in eius corde cui iuste irascebatur, ut admonitionem salubrem non audiret, sed contempta, iret in[f] bellum, ubi cum suo exercitu caderet »; et tangit B. Augustinus[6] illud[g] quod habetur II Paral. 25 de Amasia rege Iuda. Dicitur[h] enim sic[7]: *Noluit audire Amasias, eo quod Domini esset voluntas ut traderetur in manibus hostium propter deos Edom.* Secundum ergo[i] verbum B. Augustini hoc operatus est Dominus in corde eius ut non audiret admonitionem salubrem; sed non audire admonitionem salubrem est malum; ergo Deus operatus est malum.

3. Item, ad idem, super illud Psalmi[k][8]: *Convertit cor eorum, ut odirent*[l] *populum eius,* Glossa[9]: « Dum auxit felicitatem Israel, hoc Dei beneficio ad invidendum Israel conversi sunt, quia iam[m] mali erant ». Ergo ipse Deus fuit causa[n] invidiae ipsorum; ergo est[o] causa mali.

4. Item, super illud Psalmi[10]: *Verumtamen propter dolos posuisti* etc., Glossa[11]: « More dolosi fecisti eis, sub specie boni dans[q] quae sunt eis mala, sicut dolosus, dum alium deicere[p] vult, iuxta lubricum ponit. Unde sequitur: *Deiecisti*[r] » etc. Ergo Deus et facit dolum et facit malum.

5. Item, Anselmus, libro *De casu diaboli,* 20 cap.[12]: « Quid mirum, si quemadmodum Deus dicitur inducere in tentationem, quando non liberat ab ea, ita fatemur eum dare malam voluntatem, non prohibendo eam, cum potest, praesertim cum potestas volendi quidlibet nonnisi ab illo sit? » Ergo Deus dat[s] malam voluntatem; ergo est causa malae voluntatis.

6. Item, idem, in eodem, 27 cap.[13]: « Non solum hoc habet aliquis a Deo quod Deus sponte dat, sed etiam quod iniuste rapit[t], Deo permittente; et sicut Deus dicitur facere, quod permittit fieri, ita dicitur dare, quod permittit rapi ». Sed permittit mala rapi sive fieri; ergo Deus dat mala; ergo est auctor malorum.

7. Item, « quidquid est[u] causa causae, est causa[v] causati[14] »; sed malum est a libero arbitrio, liberum autem[x] arbitrium, secundum quod huiusmodi, est a Deo; ergo malum est a Deo. — Quod autem malum sit a libero arbitrio, dicit Augustinus, in libro *De libero arbitrio,* circa finem I libri[15].

8. Item, Isai. 10,15: *Numquid elevabitur securis* etc., Glossa[16]: « Sicut huiusmodi instrumenta nihil per se sunt agentia, ita Sennacherib nihil per se operatus est[y] ». Sed operatus est malum; ergo malum illud erat a Deo.

---

[a] FRZ *queritur.* [b] T om. [c] R *proprio.* [d] PVBTR *responsio;* L exp. *est.* [e] FZ *dicit enim;* P om. *sit.* [f] P vacat. [g] FR om. [h] P *dicit.* [i] PV add. *hoc.* [k] BT om. [l] R *odiret.* [m] Ita Z, alii *tam;* F post *mali* add. *tam.* [n] T om.; R *eorum* pro *ipsorum.* [o] Ita P, alii om. [p] Ita Z (corr.), alii *damna;* B *qui* pro *quae.* [q] Z (corr.) *delicere;* Z *qui* pro *dum;* BF *aliquem* pro *alium.* [r] PV add. *eos;* R *bonum* pro *dolum.* [s] V om. [t] T *capit,* quod B corr.; P add. *a.* [u] B om. [v] T om. *c. e. c.* [x] RZ om. [y] Z add. mg. *sed a Deo.*

1 Cf. lib. I, c. 11, n. 21 et III, c. 1, n. 2 (PL 32, 1233, 1272).
2 *De lib. arbit.,* III, c. 19, n. 53 (PL 32, 1269).
3 Cf. Alex. Hal., *Summa theol.,* I, num. 119 et 288.
4 Cap. 21, n. 43 (PL 44, 909).
5 Cap. 21, n. 42 (PL 44, 908).
6 Loc. cit.
7 II Paral. 25, 20.
8 Psalm. 104, 25.
9 Lombardi, in h. l. (PL 191, 952), ex Augustino, in h. l. (PL 37, 1398 sq.).
10 Psalm. 72, 18.
11 Lombardi, in h. l. (PL 191, 675), ex Augustino, in h. l. (PL 36, 925).
12 PL 158, 351.
13 Cap. 28 (PL 158, 360).
14 Aristot., *Phys.,* II, c. 3 (II, 265).
15 Cap. 16, n. 35 (PL 32, 1240).
16 *Ordin.,* in h. l., ap. Lyran.

Contra: *a.* Super illud ad Rom. 3, 5: *Qui infert iram* etc., Glossa[a 1]: « Illius rei Deus est ultor, cuius non est auctor, id est iniquitatis ». Ergo Deus non est[b] auctor iniquitatis; ergo non est causa mali.

b. Item, ad Rom. 6, 10, super illud: *Quod autem mortuus est peccato* etc., Glossa[2]: « Non Deo auctore fit homo deterior, sed voluntatis[c] vitium est, quo homo est deterior ». Ergo, ut supra, Deus non est auctor mali.

c. Item, super illud Psalmi[3]: *Ut dolum facerent in servos eius,* Glossa[4]: « Istorum tam gravium[d] peccatorum auctor non est Deus, qui nullius etiam peccati levissimi auctor credendus est ».

d. Item, Augustinus[e], libro *83 Quaestionum*[5]: « Nullo sapiente homine fit homo deterior; est autem Deus omni sapiente homine praestantior; multo minus igitur non fit Deo auctore homo deterior, cum quod dicitur illo auctore, dicitur illo volente ». Sed Deus non vult malum[f]; ergo non est auctor mali.

e. Item, si est causa mali[g], est in Deo vel in homine aut in eo quod nec Deus est[h] nec homo; sed non est in Deo: bonorum enim Deus causa est; ergo est in homine vel in aliquo alio.

f. Item, Dionysius[6]: « Malum non est in Deo, et malum non est[i] res mota a Deo ». Ergo Deus non est causa mali.

g. Item, Augustinus[k], libro *De libero arbitrio*[7]: « Vide quo pertineat defectus[l], et ad Deum [non] pertinere[m] non dubites ». Sed malum est privatio vel defectus boni; ergo nullo modo pertinet ad Deum; ergo Deus non est causa mali.

h. Item, super illud Luc. 6, 9: *Licet animam salvam facere* etc., Glossa[8]: « Non est auctor mali Deus ».

Ex iis concluditur quod non est malum a Deo.

Respondeo: Malum culpae non est a Deo, sed malum poenae est a Deo, in quantum est poena[9].

[Ad obiecta]: Et respondendum est ad obiecta.

1. Ad primum ergo dicendum quod illud verbum Augustini intelligitur de malo poenae. Peccatum enim aliquando est poena peccati, quando scilicet homo incidit in peccatum ex merito suo; et in quantum poena est, a Deo est, in quantum vero peccatum, ab homine est. Et hoc patet per hoc quod addit Augustinus: « Iudicio Dei aliquando aperto, aliquando occulto, semper autem iusto ».

2. Simili modo respondendum est ad secundo obiectum. Nam obduratio in non audiendo admonitionem salubrem est poena peccati praecedentis, et sic a Deo est.

3. Ad tertium dicendum quod hoc quod dicitur in Glossa[10] super illud: *Convertit cor eorum* etc., « non ideo dicit 'convertit Deus corda eorum', quia Deus sit auctor mali », sed quia, « cum ipsi suo vitio essent mali, ille de malo illorum[n] bene fecit ». Unde in eadem Glossa: « Dum auxit felicitatem » etc., ut supra[11]; et sequitur: « *Convertit cor eorum,* non itaque[o] cor illorum malum[p] faciendo, sed populo suo bene faciendo ». In quo[q] notatur quod illud quod factum fuit a Domino, scilicet prosperitas Israel, esset occasio quaedam ipsis mali, non quod Deus sit occasio vel causa mali.

4. Ad quartum dicendum quod illud intelligitur de bonis temporalibus, quae dantur a Deo et sunt materia vel occasio cadendi[r] in aliquod peccatum, non quod Deus faciat cadere in malum. Et quod dicitur « more dolosi », non intelligitur quod Deus morem habeat[s] dolosi, sed quaedam remota similitudo vel proportio intelligitur.

5. Ad quintum, quod dicit Anselmus[t], dicendum quod non dicitur Deus proprie dare[u] malam voluntatem, sed dat voluntatem et homo efficit eam malam; sed 'dare' respectu malae voluntatis, in quantum est mala, est permittere.

6. Ad sextum dicendum quod 'dare' sumitur ibi pro permittere. Unde dicitur in auctoritate: « Sicut Deus dicitur facere, quod permittit fieri, ita dicitur dare, quod[v] permittit rapi ».

7. Ad septimum dicendum quod tenet ratio in iis ubi[x] causa media tenet rationem extremorum secundum unum modum; sed non sic est hic: nam liberum arbitrium deficiens est causa mali, Deus autem causa liberi arbitrii, non secundum rationem deficientis: et ita non est continuatio in medio et extremis; propter quod non valet illa ratio.

8. Ad auctoritatem vero Isai. 10, 15 dicendum[y] quod 'operatum' dicitur dupliciter:

---

[a] PV om. [b] T om. [c] PVT *voluntas;* P *initium* pro *vitium,* [d] T add. *etiam;* PR *causa* pro *tam.* [e] F add. *in.* [f] P om. [g] P om. *Item... mali.* [h] R om. [i] V om. *in... est;* Z (corr.) *nota* pro *mota.* [k] R add. *in.* [l] V om. [m] P om. *e. a. D. n. p.* [n] PV *eorum.* [o] R *utique.* [p] P *male.* [q] T add. *bene faciendo;* B om. *quod.* [r] V *cadenti.* [s] Ita FZ, alii *habet.* [t] B om. [u] T om. [v] B *aliquod.* [x] V om. [y] Ita PV, alii add. *est.*

1 Lombardi, in h. l. (PL 191, 1354), ex S. Fulgentio, *Ad Monimum,* I, c. 19 (PL 65, 167).

2 Lombardi, in h. l. (PL 191, 1406).

3 Psalm. 104, 25.

4 Lombardi, in h. l. (PG 191, 952), ex Augustino, in h. l. (PL 38, 1398).

5 Quaest. 3 (PL 40, 11).

6 *De divin. nomin.,* c. 4, § 21 (PG 3, 723, PL 122, 1141).

7 Cf. lib. II, c. 20, n. 54 (PL 32, 1270).

8 Cf. *Ordin.,* in h. l. (PL 114, 261), ex Beda in h. l. (PL 92, 395).

9 Cf. Alex. Hal., *Summa theol.,* II, p. 27, *Solutio* et p. 188, *ad 1.*

10 Lombardi, in h. l. (PL 191, 952), ubi et sequens.

11 Cf. supra, p. 8, nota 9.

unum ipsa poena illata peccatoribus mediante Sennacherib tamquam instrumento, et secundum hunc modum operatum est a Deo; alio vero modo ipsa actio mala est operata, et ratione actionis in se adhuc est dicere quod a Deo est mediante Sennacherib; ratione vero mali non est a Deo, sed sistit in libero arbitrio deficiente.

Ex iam dictis patent ea quae obiecta sunt in contrarium.

CAPUT III.

UTRUM MALUM SIT A CREATURA QUIA EX NIHILO VEL QUIA EX ALIQUO.

Consequenter quaeritur, supposito quod malum non sit a Deo, sed a creatura, utrum sit a creatura quia ex nihilo vel quia [a] ex aliquo, scilicet bono.

Quod autem quia ex nihilo, ostenditur [b] **in hunc modum**: *a.* Augustinus, II libro *De libero arbitrio* [1]: « Omnis defectus est ex nihilo ». Sed omne malum est defectus; ergo omne malum est quia ex nihilo.

b. Item, Augustinus, II libro *Ad Valerium* [2]: « Non ex bono potuit oriri mala voluntas, quia bonum factum est a bono Deo, sed quia de nihilo factum est, non [c] de Deo ».

c. Item, Augustinus, XII *De civitate Dei* [3]: « Voluntatis malae non est [d] effectio, sed defectio; deficere autem est ab eo quod summe est, ad id quod minus est, tendere ». Sed deficere est, quia est ex nihilo: quod patet in summo bono, quod nullatenus deficit; ergo malum est, quia est [e] ex nihilo.

d. Item [f], *Contra epistolam Fundamenti* [4]: « Naturae, quae [g] corrumpi possunt, quod [h] corruptionem habent, hoc est quia de [i] nihilo fiunt ». Sed omne malum corruptio est; ergo omne malum reducitur ad hoc quod [k] res sit de nihilo.

e. Item, Dionysius, *De divinis nominibus* [5]: « Malum non est [l] ex bono, et si ex bono est, non est malum; neque enim ignis est infrigidare neque boni non-bona facere », scilicet mala. Sed omne quod est aliquid, bonum est; ergo malum non est ex aliquo; et est ex aliquo [m] vel ex nihilo in quantum tale; ergo est ex nihilo [n].

Contra: 1. Anselmus, *De peccato originali* [6], et similiter idem, in *Monologion* [o] [7], dicit: « Quod nihil est, nullius causa est ». Ergo res, quia est ex nihilo, nullius causa est; ergo nec mali, cum malum aliquo modo sit.

2. Item, quod malum sit ex aliqua creatura, habetur ex hoc quod dicit Augustinus, in libro [p] *83 Quaestionum* [8]. Sic enim ratiocinatur: « Malum non est a Deo, cum bonorum sit causa; ergo est in homine vel in aliqua re quae nec est Deus nec homo. Si autem est in homine, aut hoc est vi aut suasione. Sed vi nullo modo, cum quod [q] violentia fit, omnino non sit culpabile; Deus autem optime fecit hominem, ut, si vellet manere bonus, nullo resistente impediretur; non ergo fit homo malus violentia alterius hominis. Suasione autem alterius hominis si [r] concedimus hominem depravari, quaerendum est de ipso suasore, a quo depravetur: non enim potest non esse pravus talium suasor. Si vero nec est homo nec Deus, quidquid illud sit, aut vim intulit aut suasit. De vi respondetur idem quod supra. De suasione autem, quidquid est, quia suasio non cogit invitum [s], ad eiusdem hominis voluntatem causa depravationis accedit [t], si aliquo sive nullo suadente sit depravatus ». Ergo mali quod est in homine, causa est ipse homo, sive [u] alio suadente sive non suadente [v]. — Ad contrarium vero opponitur sic: Mala voluntas est causa [x] efficiens operis mali; mala vero voluntas aut habet aliquam voluntatem pro causa aut aliquam naturam. Si habet [y] voluntatem pro causa, aut bonam aut malam; sed bona voluntas nullatenus facit voluntatem malam; ergo habet voluntatem malam [z] pro causa; sed iterum illa, cum sit facta, habet aliquam causam; oportet ergo quod in aliqua natura: nam si in nulla,

---

[a] P om. [b] TL *obicitur*. [c] P om. [d] L om. *n. e.* [e] R om. [f] Z add. mg. *Augustinus*. [g] T *quod*. [h] T *quia*. [i] PVB *ex;* T *fuerit* pro *fiunt*. [k] T *quia*. [l] FR om. [m] V om. *et... aliquo;* P om. *est*. [n] R om. *in... nihilo*. [o] Ita PFZ (corr.), alii *Prosologion;* PVBTRL om. *dicit*. [p] FRZ om. [q] Z add. *ex*, quod F exp. [r] B *non;* P *que* pro *quaerendum*. [s] R *in vitium*, quod F corr. [t] Z *accidit*, quod F corr.; FL *sive* pro *si;* FZ *sive a* pro *sive*. [u] V *ipso sine* pro *h. s.;* PVBTL *aliquo* pro *alio*. [v] T om. [x] Ita PV, alii om.; RZ *hic* pro *sic*, quod F corr. [y] Z *habeat aliam*. [z] V om. *ergo... malam*.

1 Cap. 20 (PL 32, 1270).
2 *De nuptiis et concupisc.*, II, c. 28, n. 48 (PL 44, 464).
3 Cap. 7 (PL 41, 355).
4 Cap. 36 (PL 42, 202).
5 Cap. 4, § 19 (PG 3, 715, PL 122, 1138).
6 Cf. cap. 5 (PL 158, 438sq.).
7 Cap. 8 (PL 158, 155); cf. *De casu diaboli*, c. 11 (PL 158, 338sqq.).
8 Quaest. 4 (PL 40, 12), sed non plene verbotenus.

omnino non fuit; in mala vero natura [a] non potest esse mala voluntas: nam mala voluntas privat bonum; ergo voluntas mala est in bona natura; ergo, cum malum sit voluntas mala, erit malum in natura bona; ergo malum erit in aliquo tamquam in causa.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod malum est in bono, et ita in aliquo[1]; sed non ex hoc quod est ex summo bono, est malum, immo ex hoc quod [b] ex nihilo.

[Ad obiecta]: 1. Ad obiectum autem in contrarium, dicendum [c] quod illa propositio Anselmi: « Nihil nullius est causa » intelligitur de [d] hoc quod omnino nihil est, sed non negatur quin res defectibilis sit causa defectus, sicut est hic dicere causam.

2. Ad id vero quod obicitur quod ' malum est ex aliquo ': dicendum [e], secundum quod dicit Augustinus, quaerens causam mali, in XII *De civitate Dei*[2], quod malum est in bono, mutabili tamen [f]. Unde quaerendo causam ut subiectum, dicendum [g] quod malum est ex aliquo et in aliquo. Quaerendo vero causam efficientem sive exemplarem, dicendum [h] quod malum non est [i] ex bono tamquam efficiente vel [k] exemplari[3], sed est [l] ex mutabili, in quantum est ex nihilo: loquimur autem hic de malo secundum quod dicit defectum, sive naturalem sive voluntarium. Sed de [m] defectu voluntario, quia superaddit, inferius quaestio habebitur [n] [4]. — Ad obiectum autem in contrarium, ex verbo Dionysii dicendum [o] quod, licet malum sit in bono, non tamen sic efficit bonum malum, sicut nec calidum efficit frigidum, deficiendo tamen fit ex bono. — Ad id vero quod videtur [p] obici in contrarium, quod 'causa mali sit in homine': respondendum quod intendit ibi [q] Augustinus utramque causam mali culpabilis tangere, videlicet ipsum liberum arbitrium, quod non cogitur ad malum, et, quia ex nihilo est, vertibile est in malum; cum autem vertitur, sua voluntate vertitur. Et hoc est quod dicit Augustinus, in libro [r] *83 Quaestionum*[5]: « Est vitium voluntatis, quo homo est deterior; quod vitium [s] longe abest a Dei voluntate, ut ratio docet ».

CAPUT IV. 6

UTRUM MALUM SIT TANTUM A DIABOLO AUT ETIAM AB HOMINE.

Supposito ergo quod malum culpae sit tantum a creatura, quaeritur utrum tantum sit a diabolo aut etiam ab homine.

Quod autem sit [t] a diabolo, 1. Augustinus, in libro *De natura et gratia*[6]: « Quis nesciat fidelium a Satana primam venisse mali suasionem et quod ille primus sit auctor omnium peccatorum? »

2. Item, in libro *De ecclesiasticis dogmatibus*[7]: « Malum vel malitia non est a Deo creata, sed a diabolo inventa [u] ». Et idem Isidorus, *De summo bono*[8]: « Malum a diabolo non est creatum, sed inventum; non quia alicubi aut aliquando erat malum, unde fieret diabolus malus, sed quia vitio suo [v], cum esset angelus bonus, superbiendo effectus est malus, propter quod ab ipso inventum dicitur ». Ergo diabolus fuit [x] prima causa mali.

Contra, obicitur quod non tantum diabolus est prima causa mali, sed etiam homo. *a.* Cum enim homo habeat liberum arbitrium[9] sicut et angelus[10], malum vero culpae sit ex libero arbitrio — unde Augustinus, in libro *Retractationum*[11]: « Versatur quaestio unde sit malum; me asserente exortum fuisse hominis malum ex libero voluntatis arbitrio, erit causa mali homo secundum [y] liberum arbitrium » — non ergo tantum diabolus est causa mali.

b. Item, malum culpae efficitur in eo quod creatura vivit secundum se, propriam quaerendo voluntatem, sicut habetur ab Anselmo, in libro *De similitudinibus*[12]. Ergo, cum propria voluntas sit hominis sicut et angeli, erit causa mali culpabilis [z] non tantum in angelo, sed etiam in homine.

c. Item, super illud Isai. 51, 23: *Dixerunt animae tuae: incurvare, ut transeamus,* Glossa[13]: « Nisi te ipsum subdideris, daemones non nocebunt tibi ». Et Hieronymus[14], super eumdem locum:

---

[a] T om. *nam... natura;* R *malo* pro *mala.* [b] F add. *est.* [c] Ita PVT, alii add. *est.* [d] V *ex.* [e] Ita R, alii add. *est.* [f] R *tantum.* [g] Ita FRZ, alii add. *est.* [h] Ita Z, alii add. *est.* [i] F om. [k] PV *sive.* [l] PV om. [m] R *ex.* [n] V *habetur.* [o] Ita PV, alii add. *est.* [p] Ita FRZ, alii *videretur.* [q] T om. [r] Ita PFZ, alii om. [s] TL *virium.* [t] Z om. [u] PV add. *est.* [v] Codd. *vitium est* pro *v. s.* [x] T *fit.* [y] Z (corr.) *per.* [z] PV *culpae,* T *culpa.*

1 Cf. Alex. Hal., *Summa theol.*, I, num. 125.
2 Cf. c. 2 (PL 41, 350).
3 Cf. Alex. Hal., loc. cit., II, num. 12 et 404.
4 Cf. infra, num. 7.
5 Quaest. 3 (PL 40, 11).
6 Cap. 28 (PL 44, 262).
7 Gennadius, c. 57 (PL 58, 995).
8 Lib. I, c. 9, n. 1 (PL 83, 552).
9 Cf. Alex. Hal., loc. cit., num. 389.
10 Cf. Alex. Hal., loc. cit., num. 153.
11 Lib. I, c. 16, n. 1 (PL 32, 612).
12 Cf. cc. 7 et 8 (PL 159, 607).
13 *Interlin.*, in h. l.
14 *In Isai.*, XIV, c. 51, 21 sq. (PL 24, 494).

« Illis dicentibus [a], propria voluntate incurvata es ». Ergo malum non tantum est a diabolo, sed etiam a voluntate hominis.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod malum est primo a diabolo, sicut habetur Ioan. 8, 44, super illud: *Ille homicida fuit* [b] *ab initio;* et postea: *Mendax est, et pater eius,* dicit Glossa[1]: « Nota homicidam [c] non solum qui ferro, sed qui verbo occidit [d], ut diabolus primos parentes ». Et post sequitur: « Homo mendax, qui non habet de proprio, sed ab alio accepit [e], id est diabolo; et addit: *Et pater eius* [f], pater est ipsius mendacii, quod invenit ». Mendacium autem dicitur peccatum, sicut habetur ab Augustino, in libro XI *De civitate Dei*[2]: « Omne peccatum est mendacium ». Sed haec prioritas non attenditur nisi ex [g] tempore et quadam dignitate, qua angelus prior dicitur homine, non quod homo non habeat de se ut possit peccare sine diaboli suggestione. Sicut enim liberum arbitrium eius [h] de se vertibile est in malum, ita de se potest cadere, sive habeat suggestorem sive non. Cum ergo dicitur quod omne malum a diabolo, hoc est ratione prioritatis in tempore et ratione occasionis, qua diabolus invidit humanae creaturae et invidendo suggessit. Unde dicit B. Bernardus, in 17 homilia sua [i] *Super Cantica* [k][3]: « Vidit, et in livore suo invidit et molitus est habere subiectos, socios dedignatus. Infirmiores, inquit, et inferiores natura non decet esse concives in gloria ». Et Augustinus, in libro *De virginitate*[4]: « Superbiae diaboli accessit invidia, quibus duobus diabolus est diabolus [l] ».

[Ad obiecta]: 1. Ex iam dictis patet qualiter vera sunt quae obiecta sunt. Nam quae concludunt diabolum esse principium malorum [m], ad hoc spectant quod primus [n] peccavit et alii cum ipso peccaverunt, sicut angeli, vel ad eius suggestionem, sicut homines.

2. Quod autem dicitur quod 'malum est inventum a diabolo', non hoc [o] excludit quin homo possit per se invenire peccatum, sicut habetur in Isai. 3, 8: *Adinventiones eorum contra Dominum,* sed quia diabolus primo malum approbavit, et ita novit per approbationem, et sic invenit, id est [p] in notitiam per approbationem venit.

7 CAPUT V.

QUA RATIONE MALUM SIT AB HOMINE.

Deinde, supposito quod malum sit ab homine, quaeritur utrum [q] ratione liberi arbitrii secundum se ipsum aut ratione alicuius dispositionis superadditae.

Quod ratione ipsius liberi arbitrii, sic arguitur: *a.* Fructus malus procedit ab arbore mala; arbor vero mala dicitur voluntas mala[5]; voluntas ergo mala [r], cum non habeat ante se proximo nisi liberum arbitrium secundum quod est « facultas voluntatis et rationis[6] », ex ipso libero arbitrio causabitur. Et quaeritur hic de prima voluntate mala: nam si esset alia [s] voluntas mala, de illa similiter quaerendum esset; et quia non est transitus in infinitum, oportet stare; cum ergo illa [t] prima voluntas mala non habeat ante se nisi ipsum liberum arbitrium, quod est facultas voluntatis, erit primum malum culpae ab ipso libero arbitrio.

b. Ad idem Augustinus, in libro *De libero arbitrio*[7]: « Malum sive peccatum est spreto incommutabili bono bonis commutabilibus adhaerere », quod [u] fit libero voluntatis arbitrio; ergo malum proprie est a libero arbitrio.

Contra, videtur quod principium mali sit aliqua dispositio superaddita, 1. ut libido. Unde Augustinus, in libro *De libero arbitrio,* 2 cap., fine[8]: « Clarum est iam nihil aliud quam libidinem in toto male faciendi genere dominari ». Ergo libido est causa omnis mali.

2. Item, videtur quod error et perversus amor sint principia mali. Augustinus, XXII [v] *De civitate Dei*[9], loquendo de malis, dicit: « Haec hominum sunt [x] malorum ab illa erroris et perversi

---

[a] F add. *scilicet demonibus.* [b] TL *fit.* [c] B *homicida.* [d] PV *cecidit.* [e] PV *accipit.* [f] BT om. *e. p. e.*, in L est add. mg. [g] Ita PV, alii om. [h] P om. [i] BTL om. [k] TFRZ add. *canticorum.* [l] P om. [m] FZ *mali,* R *malum.* [n] PV *primo.* [o] F om., in Z est add. mg.; B *concludit* pro *excludit;* V *quoniam* pro *quin.* [p] Z *invenitur primo* pro *i. i. e.;* P *notitiam vel* pro *i. n. p.* [q] F add. *sit.* [r] T om. *dicitur... mala.* [s] PVR *aliqua.* [t] Z om. [u] T *quam.* [v] PV *xij.* [x] R *homini insunt.*

1 *Ordin.*, in h. l. (PL 114, 393), ubi et sequens.
2 Lib. XIV, c. 4, n. 1 (PL 41, 407).
3 Num. 5 (PL 183, 857).
4 Cap. 31 (PL 40, 413); cf. *De vera relig.*, c. 13 (PL 34, 133).
5 Cf. Augustin., *Enchir.*, c. 15 (PL 40, 238).
6 Cf. Augustin., *De corrept. et grat.*, c. 11, n. 32 (PL 44, 935); Lombard., II *Sent.*, d. 24, c. 3 (p. 421); Alex. Hal., *Summa theol.*, II, p. 469, nota 4 et num. 394.
7 Cf. lib. II, c. 19, n. 53 (PL 32, 1269).
8 Lib. I, c. 3, n. 8 (PL 32, 1225).
9 Cap. 22, n. 1 (PL 41, 784 sq.).

amoris radice venientia, cum qua omnis filius Adam nascitur. Nam quis ignorat cum quanta ignorantia veritatis, quae iam in infantibus manifesta est, et cum [a] quanta abundantia vanae cupiditatis, quae in pueris incipit apparere, homo veniat [b] in hanc vitam, ita ut, si [c] dimittatur vivere ut velit et facere quidquid [d] velit, in haec facinora et flagitia, quae commemoravi et quae commemorare non potui, vel cuncta vel multa perveniat? » Ergo ipsa mala hominum proveniunt a radice erroris et [e] perversi amoris; ergo causa sunt mali error et perversus amor.

3. Item, videtur quod ipsa cupiditas sit causa, I Tim. ultimo, 10: *Radix omnium malorum est cupiditas.*

Respondeo: Liberum arbitrium est principium omnis mali culpabilis, si attendamus ad potentiam. Unde Augustinus, in libro *De libero arbitrio* [1]: « Quid opus est quaerere unde ille motus existat, quo voluntas avertitur ab incommutabili bono ad mutabile bonum, cum eum nonnisi animi et voluntarium [f] et ob hoc culpabilem [g] esse fateamur? » Sed libido et alia [h] quae enumerantur sunt causae sive radices malorum [i] sicut pravae dispositiones ipsius potentiae, quae est liberum arbitrium. Et attendendum est [k] quod liberum arbitrium « est facultas voluntatis et rationis ». Ex parte facultatis deficientis sumitur libido, secundum quod dicitur ab eo « quod libet [l] », sicut dicit Augustinus, in *Hypognosticon* [2]; error vero ex parte rationis deficientis est causa malorum; amor vero perversus [m] ex parte voluntatis est causa mali. Sed agetur de iis diffusius [n] inferius in Tractatu de peccato, ubi agetur de diversis radicibus peccatorum [o] [3].

MEMBRUM II. 8

A quo sit malum voluntatis.

Cognita causa mali, quod est defectus, iterum [p] secundum quod dicitur malum culpae, quod prius est quam malum poenae et addit super defectum — malum enim culpae est defectus culpabilis — sequitur quaerere determinate de malo voluntatis et malo actionis.

1. Quaeritur ergo primo de causa malae voluntatis sic: 1. Nihil est cuius ortum legitima causa non praecesserit; et Iob 5, 67: *Nihil fit in terra sine causa;* sed malum voluntatis fit; ergo causam habet; non voluntatem malam: tunc enim esset processus in infinitum [4]; nec bonam [q], cum oppositum contrarie non sit causa oppositi [5]; bona autem et mala voluntas sunt contraria; ergo bona voluntas non est causa malae voluntatis [6]. — Si autem dicatur ipsa voluntas causa malae voluntatis - contra: ipsa est indifferens ad bonum et ad malum; ergo non est causa necessaria huius. — Si vero dicatur liberum arbitrium, cum liberum arbitrium sit a Deo, erit malum a Deo, secundum illud [7]: « Quidquid est causa causae est causa causati ». — Forte diceretur quod Deus est causa per se liberi arbitrii, liberum vero arbitrium causa est per [r] accidens mali, et ita non procedit virtus propositionis praecedentis, quia non est secundum unum [s] modum causae. — Contra: Malum culpae, quod est primo in voluntate mala, est malum voluntarium; sed malum voluntarium [t] per se est in voluntate, voluntas autem per se [u] in libero arbitrio; ergo malum voluntatis per se est in libero arbitrio sicut in causa.

2. Item, obicit sic Augustinus, XII *De civitate Dei* [8]: Sint [v] duo aequaliter affecti animo et corpore et pares in omnibus, et vident unam rem pulcram, ut mulierem vel equum vel aliquid huiusmodi, qua re visa, unus illicite fruatur, alter non. Quae ergo fuit causa? Non rei pulcritudo, cum eadem esset et quemlibet [x] aequaliter de se [y] moveret; non caro, cum similiter se habeant quantum ad carnis dispositionem; nec animus, cum similis [z] essent animi; non suggestio maligni spiritus, cum malignus spiritus aeque tentet,

---

[a] PVB *etc.* pro *e. c.* [b] B *nominat.* [c] P om. [d] T *quidquam.* [e] L om. [f] Ita P, F (corr.) Z *voluntatum,* alii *voluntarius;* V *non* pro *animi.* [g] PV *culpabile;* BT *fateantur* pro *fateamur.* [h] PVB *aliqua.* [i] B om. [k] B om. [l] P *hoc.* [m] B om.; Z exp. *ex.* [n] P add. *et.* [o] Hucusque accepimus variantes ex cod. P. [p] B *item.* [q] R *bonum.* [r] V add. *se,* quod T exp. [s] L corr. mg. *eumdem.* [t] V om. *s. m. v.* [u] L add. *est;* Z *enim* pro *autem.* [v] VT *sunt.* [x] Ita FRL, T *quantum de se est,* alii *quantum de se;* T *sit* pro *esset.* [y] Ita FRL, alii om. *d. s.;* VT *moveretur* pro *moveret.* [z] B *similes.*

1 Lib. III, c. 1, n. 2 (PL 32, 1272).
2 Cap. 2 (PL 45, 1640).
3 Cf. infra, ubi agitur de radice venialis peccati et de divisione trimembri peccati actualis, quae est: peccatum aliud ex infirmitate, aliud ex ignorantia, aliud ex industria.
4 Cf. supra, num. 7, sub litt. *a.*
5 Cf. Aristot., *De generat. et corrupt.,* II, c. 10 (II, 464).
6 Cf. supra, p. 10, n. 2.
7 Aristot., *Phys.,* II, c. 3 (II, 265).
8 Cap. 6 (PL 41, 354), sed non omnia verbotenus.

quantum est de se, utrumque. Nihil ergo videtur nisi propria voluntas esse causa ipsius mali. Sed illam [a] quis fecit, cum ante non esset nisi [b] natura bona? Naturae autem bonae Deus est causa, illius autem mali nullatenus est causa. Quae igitur est causa?

Respondeo: 1. Ad primum per hoc [c] quod dicit Augustinus, in libro *De civitate Dei*[1]: Liberum arbitrium sive voluntas [d] potentia dupliciter potest considerari: vel in quantum est natura, et secundum hoc non est causa mali; vel in quantum est [e] ex nihilo vel se ipso deficiens et conversum ad vanum, et secundum hunc modum est causa malae voluntatis, prout [f] mala voluntas dicit actum interiorem. Sed non ex hoc accipiendum est quod malum primo sit in voluntate potentia quam in voluntate actu, sed e contrario, in [g] actu prius quam in [h] potentia. Et propter hoc non sequitur 'Deus est causa liberi arbitrii, et liberum arbitrium est [i] per se causa mali, ergo Deus est causa mali', quia liberum arbitrium ratione alterius et alterius est causa et causatum: est enim causatum ut effectus, est causa ut deficiens; qui tamen defectus dicitur secundum alterum genus defectus [k] quam ipse actus [l]: actus enim dicitur defectus culpabilis, qui non habet ante se defectum culpabilem.

2. Ad secundum dicendum [m] quod, paribus existentibus conditionibus, non est dicere rationem mali in voluntate nisi ipsam voluntatem, quae se ipsa vertibilis est. Et quod se ipsa vertitur in isto et non in alio, non est assignare aliquam causam a se ipso, quia quod iste vertitur ad malum, non est nisi quia placet: placiti autem nulla alia ratio est quaerenda. Sicut enim in bonis, cum perventum est ad voluntatem Dei, nulla est alia ratio, ita [n] in malis, cum perventum est ad voluntatem vertibilem sibi relictam: hoc enim dicitur propter voluntatem in bono per gratiam confirmatam.

Si vero obiciatur quod, si liberum arbitrium aut voluntas sit causa mali in voluntate, eo quod ex nihilo, cum quaelibet creatura sit ex nihilo, quaelibet esset causa mali — dicendum quod liberum arbitrium sive voluntas dupliciter est ex nihilo [o]: ut est natura et ut est voluntas. Si ut est [p] natura, secundum illum modum conveniret et [q] aliis creaturis quae sunt naturae. Si vero ut liberum arbitrium sive voluntas in actu, in quantum est [r] ex nihilo, secundum hoc est causa mali. Et ratio est, quia, ut est natura, non determinatur nisi ad unum; ut est voluntas vel liberum arbitrium, est oppositorum: et unius de se, scilicet mali, alterius vero non prima causa nec tota.

MEMBRUM III.

A quo sit malum actionis [2].

Consequenter quaeritur de malo actionis a quo sit, utrum scilicet a Deo vel a solo libero arbitrio. Quaeritur ergo utrum mala actio sit a Deo:

Et primo, utrum mala actio, in quantum mala, sit a Deo;

secundo, utrum mala actio, in quantum actio, sit a Deo.

9

CAPUT III.

UTRUM MALA ACTIO, IN QUANTUM MALA, SIT A DEO.

Quod mala actio, in quantum mala, sit a Deo, ostenditur in hunc modum: 1. Quoniam dare eleemosynam propter inanem gloriam, est quaedam actio mala ex circumstantia; sed haec actio, et in quantum actio et in quantum mala, est a Deo. Nam quod ratione eius quod est actio, sit a Deo, patet. Similiter etiam videtur ratione superadditi, videlicet quia [s] illa actio refertur ad inanem gloriam, quod fit [t] a Deo, quia haec relatio est a Deo; sed ratione huius relationis dicitur mala; ergo ipsa actio, ratione qua mala est, est a Deo.

---

[a] T *ipsam.* [b] Z om. [c] B om. *a. p. p. h.* [d] V *voluntatis.* [e] V om. [f] T add. *autem.* [g] B *est.* [h] B om. [i] BTL om. [k] R om., in L est add. mg. [l] R *defectus actus,* L *actus defectus.* [m] Ita V, BTFL *vero dicendum est,* RZ *vero dicendum.* [n] FZ add. *et.* [o] Ita V, alii add. *et.* [p] Ita VB, alii om. [q] L *etiam.* [r] V *qualibet* pro *q. e.* [s] VT *quod.* [t] Ita TR, alii *sit.*

1 Cf. lib. XII, c. 6 (PL 41, 355).

2 Cf. Lombard., II *Sent.*, d. 37, cc. 1 et 2 (p. 505 sqq.); Praeposit., *Summa,* II, (f. 100d); Guil. Altissiod., *Summa,* II, tr. 15, c. 4 (f. 79a sqq.); Alex. Hal., *Summa theol.*, I, p. 240, *Respondeo* et *ad 1;* Ioan. de Rupella, *Summa de vitiis* (f. 2d sq.), ubi occurrunt argumenta *b-f* et partim argumentum 2; S. Bonav., II *Sent.*, d. 37, a. 2, q. 1 (II, 869 sq.).

2. Item, Augustinus, in libro *83 Quaestionum*[1]: « Quod Deo auctore dicitur fieri, Deo volente dicitur fieri » et e converso; sed malum, in quantum malum, fit[a] Deo volente, quia si vellet, non fieret; ergo malum, in quantum huiusmodi, fit[b] Deo auctore; ergo mala actio, in quantum mala, est a Deo. Unde Augustinus, in *Enchiridion*[2]: « Si Dominus nollet mala fieri, non fierent ». Ergo fiunt Deo volente; ergo[c] et Deo auctore; ergo etc.

3. Item, duplex est lux, corporalis scilicet et spiritualis. Lux autem corporalis eadem est causa lucis et tenebrarum, sicut sol per sui praesentiam est causa lucis, per sui absentiam est causa tenebrarum; ergo similiter lux spiritualis, quae Deus est, Ioan. 1,9 et 8,12, erit causa lucis, id est boni, et causa tenebrarum, id est mali; ergo Deus est causa malae actionis, in quantum mala est, sicut sol causa tenebrarum.

Contra: *a.* Ab eodem agente penitus non diversificato in se, non egredietur perfectum et imperfectum; sed bonum dicit perfectionem, malum vero[d] imperfectionem, quia dicit privationem boni, modi scilicet[e], speciei et ordinis, penes quae determinatur perfectio creaturae; sed Deus est agens perfectissimus, non diversificatus in se; ergo, cum bona actio sit ab ipso, non erit mala ab eodem. Et ad hoc facit illud Deuter. 32,4: *Dei perfecta sunt opera.*

b. Item, super illud Rom. 3,5: *Qui infert iram*[f], Glossa[3]: « Illius rei Deus est ultor, cuius non est auctor ». Sed malae actionis Deus est ultor; ergo illius non est auctor.

c. Item, Deus prohibuit Adae ne comederet de pomo[4]; ergo noluit quod comederet; ergo non fuit auctor illius actionis: si enim auctor fuisset, contra se vel contra praeceptum suum fecisset.

d. Item, quidquid est a Deo, bonum est, in quantum est[g] ab eo aliquo modo; sed huiusmodi actiones, blasphemare, fornicari, nullo modo sunt bonae; ergo[h] nullo modo sunt a Deo.

e. Item, omne quod est a Deo, ordinatur ad finem bonum; sed sunt aliquae actiones malae, quarum[i] non potest esse bonus finis, ut fornicari, adulterari, mentiri; ergo nullo modo sunt a Deo.

f. Item, si[k] haec actio mala, in quantum est actio, est a Deo, in quantum mala, non est a Deo, sed a diabolo vel a libero arbitrio, ergo actio est a Deo et a diabolo; ergo Deus et diabolus sunt eiusdem rei principium; quod est contra Apostolum, dicentem II Cor. 6[l],15: *Non est conventio Christi ad Belial.*

Solutio: Dicendum quod actio mala ratione malitiae non est a Deo.

[Ad obiecta]: 1. Ad illud ergo[m] quod primo obicitur in contrarium, dicendum quod in illa relatione sunt duo. Cum enim dico relationem ad indebitum finem, duo dico: ipsam relationem, et haec[n] est aliquid sive aliqua natura, et haec est a Deo; item, dico ibi hoc quod est[o] 'ad indebitum finem', quae est circumstantia mala[p], substantificata in illa, et haec[q] non est a Deo. Unde relatio de ratione relationis est a Deo, non quantum ad hoc quod dicitur 'ad indebitum finem', quia ex parte ista determinatur in ea malitia. Et hoc est quod dicit Anselmus, in libro *De casu diaboli*[5]: Diabolus convertit voluntatem ad id quod non debuit, et ipsum velle et ipsa conversio aliquid fuit et nonnisi a Deo aliquid habuit. In quantum autem[r] iustitia caret, sine qua esse non debet, non est simpliciter malum, sed est aliquid malum, scilicet in illo genere. Unde patet quod ipsa conversio sive relatio est aliquid quod est a Deo, et quod non dicit de se malitiam; sed in quantum iustitia caret, quod est 'ad indebitum finem converti', est ibi ponere malitiam, et illa malitia non est a Deo. Unde ipsum superadditum non est a Deo[s], licet ipsa relatio sit a Deo[t].

2. Ad secundum dicendum quod duplex est voluntas Dei, scilicet permissionis et approbationis[6]. De voluntate permissionis verum est quod Deo volente fit malum, ita quod notetur hic concomitantia per istum[u] ablativum, et non causalitas aliqua, quia permissio, secundum quod huiusmodi, non ponit causam respectu permissi. Voluntas autem approbationis ponit aliquam causalitatem[v] respectu voliti; et ideo, loquendo de hac voluntate, non est concedendum quod malum fiat Deo volente, quia sic ipse ablativus importat causalitatem; nulla autem est causalitas in Deo respectu mali. — Quod obicitur 'quod fit Deo volente, fit Deo auctore', intelligendum est de voluntate quae ponit causalitatem respectu voliti, quae est voluntas approbationis, non de voluntate permissionis, quae, sicut dictum est[7], non ponit causalitatem in eo respectu cuius est, immo

---

[a] V add. *a.* [b] VF add. *a.* [c] T om.; B om. *et.* [d] T om. [e] Z add. *et.* [f] V add. *etc.*; RZ om. *Glossa;* BTL om. *super... Glossa.* [g] VBT om.; B om. *modo.* [h] L om. [i] T *quare.* [k] Ita VT, alii om.; B add. *non.* [l] BTL om. *II C. 6,* in R est add. mg. [m] Z *vero.* [n] Ita V, alii *hoc.* [o] T om.; FL om. *ad.* [p] Ita V, alii *mali.* [q] VZ *hoc.* [r] Z *et.* [s] Z om. *unde... Deo.* [t] Ita F, alii om. *s. a. D.* [u] Z *ipsum.* [v] B *equalitatem.*

1 Quaest. 3 (PL 40, 11).
2 Cf. cc. 95, 96, 100 (PL 40, 276, 279).
3 Lombardi, in h. l (PL 191, 1354).
4 Cf. Gen. 2, 17.
5 Cf. c. 9 (PL 158, 337).
6 Cf. Alex. Hal., *Summa theol.*, I, p. 366sqq.
7 Hic, parum supra.

de hac sequitur: non ergo Deo auctore fit malitia, sed illud quod substernitur malitiae, quia ad illud comparatur Dei voluntas in ratione causalitatis.

3. Ad tertium dicendum[1] quod non est[a] simile de luce sive sole corporali et spirituali respectu lucis et tenebrae, quia sol materialis agit per naturam, et ideo per sui praesentiam est causa lucis et per sui absentiam causa tenebrarum. Sol autem spiritualis, *Sol iustitiae*[2], agit per voluntatem, non per naturam, respectu lucis spiritualis sive boni, ideo per sui praesentiam est causa boni, non autem per sui absentiam est[b] causa mali, immo potius ipsum malum est causa absentiae Solis spiritualis. Unde dicit Anselmus[c], in libro *De casu diaboli*[d], de bono angelo[3]: « Quia Deus[e] dedit illi perseverantiam, ideo ille accepit »; et de malo dicit[4]: « Quia non accepit perseverantiam, ideo Deus non dedit ». Unde super illud ad Rom. 1,24: *Tradidit illos Deus in desideria* etc., « Quia cultum et religionem Dei imaginibus tradiderunt, *tradidit illos Deus,* id est subtrahendo gratiam tradi permisit; nihil enim absque eius permissione fit in malis[f 5] ». Unde defectus liberi arbitrii est causa recessus Solis spiritualis, non e converso; ideo non est dicendum quod Sol spiritualis per sui absentiam sit causa tenebrarum. Nam ipse Sol spiritualis est agens universale, quod ubique se diffundit: unde de se nunquam abest, sed alia[g] desunt ab ipso, quando[h] recedunt per peccatum. Ideo non est dicere quod[i] sua absentia sit causa tenebrae sive mali, immo ipsum liberum arbitrium deficiens est causa quare ei abest ipse Sol spiritualis. Cum enim de se nulli absit, non est sua[k] absentia causa alicuius, immo e converso. Sol autem materialis est naturaliter agens; unde est agens particulare, non ubique se diffundens, immo naturaliter movetur ab hoc situ in illum et, cum est in hoc situ, non illuminat in alio, quia non ubique se diffundit: et propter hoc abest aliquibus et est causa tenebrae; sic ergo patet quod non est simile[l] hic et ibi.

10 CAPUT II.

UTRUM MALA ACTIO, IN QUANTUM ACTIO, SIT A DEO[6].

Postea quaeritur utrum mala actio, secundum quod actio, sit a Deo.

Et videtur quod non: 1. Quia liberum arbitrium est movens sub alio[m], scilicet Deo; unde est motor particularis; hoc autem agens particulare aliquando continuatur cum summo agente Deo, qui[n] est agens universale, aliquando discontinuatur et separatur ab ipso. Cum autem continuatur in actione sua cum primo agente, tunc dicitur ab ipso libero arbitrio procedere actio bona; cum autem discontinuatur in actione sua ab ipso, tunc dicitur actio mala. Ex hoc obicitur sic: Nihil quod procedit ab ipso libero arbitrio per discontinuationem et separationem a Deo, potest dici procedere a Deo aliquo modo; sed mala actio est huiusmodi: omne enim quod procedit a libero arbitrio, in quantum est deficiens, procedit ab ipso per discontinuationem et separationem a Deo; sed mala actio procedit a libero arbitrio in quantum est deficiens; ergo procedit ab ipso libero arbitrio per discontinuationem eius a Deo; ergo nullo modo procedit a Deo nec etiam mediante[o] libero arbitrio.

2. Item, qui adiuvat furem in opere furti, particeps est furti, iuxta illud Psalmi[7]: *Si videbas furem* etc.[p], hoc habetur ibi[q] in Glossa[r 8]: « Qui adiuvat peccatorem in[s] opere peccati, particeps est peccati »; sed Deus nunquam est nec potest dici particeps peccati sive mali; ergo, cum actio mala sit peccatum, nunquam Deus adiuvat peccatorem in actione mala; non ergo adiuvat ipsum liberum arbitrium in actione mala; sed adiuvaret, si cum illo actionem malam faceret; ergo nullo modo est ipsa actio mala, in quantum etiam[t] actio, a Deo, immo solum a libero arbitrio.

3. Item, Matth. 7,18: *Non potest arbor bona fructus malos facere,* immo *arbor mala facit fructus malos*[u], sicut habetur ibidem[9] et Matth. 12,33. Fructus ergo mali procedunt ab arbore mala et nullo modo a bona; fructus mali sunt opera mala, arbor autem summe bona, a qua omnis fructus bonus[v], Deus; ergo mala actio nullo modo est[x] a Deo.

---

[a] F om. [b] VRL om. [c] V *Augustinus.* [d] F add. *cap. 2.* [e] T om. *q. D.* [f] BT *malum,* quod Z corr. [g] VB *aliqua.* [h] B *unde.* [i] V add. *in.* [k] F *sui.* [l] Z (corr.) *simul.* [m] V *aliquo.* [n] BT *quod;* R om. *Deo.* [o] V *mediate* pro *e. m.* [p] V *currebas cum eo* et om. *hoc.* [q] R *ibidem.* [r] B om. [s] B om. [t] FRL om., in Z est add. interl. [u] T om. *immo... malos.* [v] V add. *scilicet.* [x] VFRL om., in Z est add. interl.

1 Cf. Alex. Hal., *Summa theol.,* II, p. 27, *ad 4.*
2 Cf. Malach., 4, 1.
3 Cap. 2 (PL 158, 328).
4 Loc. cit., c. 3 (PL 158, 329).
5 *Glossa* Lombardi, in h. l. (PL 191, 1331).
6 Cf. S. Bonav., II *Sent.,* d. 37, a. 1, q. 1 (II, 861 sqq).
7 Psalm. 49, 18.
8 Cf. Cassiodor., in h. l. (PL 70, 355).
9 Cap. 7, 17.

4. Item, Gen. 2[1]: *Vidit Deus cuncta, quae fecerat, et erant valde bona;* sed mala actio non est *valde bona*, etiam in quantum actio; ergo non est a Deo facta.

Contra, videtur quod mala actio, secundum quod actio, sit a Deo. *a.* Augustinus, in *Enchiridion*[2]: « Quamdiu natura corrumpitur, inest ei bonum quo privetur[a], ac per hoc, si naturae aliquid remanebit quod corrumpi nequeat, profecto natura incorruptibilis est ». Ergo quod corrumpitur ab ipsa malitia, natura aliqua est, quae aliquo bono[b] privatur; sed actio corrumpitur per malitiam; ergo actio mala ratione actionis[c] est natura aliqua; sed omnis natura est a Deo; ergo et ipsa actio mala in quantum actio.

b. Item, Augustinus, in libro *De vera religione*[3], dicit quod mala actio ratione malitiae deformat et corrumpit bona naturalia, quae sunt modus, species et ordo. Ergo malitia deformat et corrumpit naturam; sed illud quod malitia deformat et corrumpit in actione mala, est ipsa actio; ergo ipsa actio est[d] natura aliqua, quae privatur modo[e], specie et ordine; sed omnis naturae principium est Deus; ergo mala actio ratione actionis est a Deo.

c. Item, Augustinus, in libro *De vera religione*[4]: « Omnis res, vel substantia vel essentia vel natura vel[f] si aliquo alio verbo melius enuntiatur, simul habet haec tria: ut unum aliquid sit et specie propria discernatur et rerum ordinem non excedat ». Ergo mala actio ratione actionis habet haec tria; sed omne tale est a Deo; ergo mala actio ratione actionis est a Deo.

d. Item, Philosophus, in libro *De causis*, dicit[g][5]: « Causa prima et universalis plus est influens super suum causatum quam causa secundaria et particularis ». Ergo causa secundaria et particularis non agit sine causa prima et universali, quia ob hoc dicitur prima et universalis respectu illius; sed causa secundaria et particularis est liberum arbitrium nostrum, quod vertibile est, causa prima et universalis est[h] Deus, qui est invertibilis; si ergo aliquid progreditur a nostro libero arbitrio, hoc[i] est secundum quod recipit influentiam a Deo; ergo, cum mala actio, secundum quod actio, procedat a libero arbitrio, erit etiam ipsa procedens a Deo.

e. Item, dicit Augustinus[6]: « Quidquid est, in quantum est[k], bonum est » et a Deo[l]. Ergo mala actio, in quantum est actio, est[m] a Deo.

f. Item, « quidquid est causa causae, est causa causati[7] », ita ut sit omnimoda uniformitas: sic enim non habet instantiam; ergo, cum potentia, a qua exit actio mala, sit causa illius in quantum est, in quantum autem est potentia, est a Deo sicut a causa, ergo Deus est causa malae actionis in quantum est.

g. Item, unus est fons essendi, quia non sunt plura principia eorum quae sunt[n][8]; ergo non est aliquid quod non sit a Deo; ergo, si mala actio est aliquid, mala actio, in quantum est aliquid, est a Deo.

h. Item, ut tu dicis, mala actio est aliquid et non est a Deo; ergo habet aliud principium, scilicet liberum arbitrium; ergo est aliquod principium malorum quae sunt: et haec est haeresis Manichaei.

i. Item, mala[o] actio est in genere actionis; genera autem rerum a Deo.

Sic ergo ostenditur[p] rationibus quod mala actio, in quantum actio, est a Deo.

k. Hoc idem ostenditur[q] per exempla. Primum est in Ioan. 11,50-51, de Caipha, qui *a semetipso non dixit: 'Expedit ut unus moriatur homo pro populo, et non tota gens pereat', sed, cum esset pontifex anni illius, prophetavit* etc. Ergo eius dictio fuit a Spiritu Sancto; et constat quod fuit mortale peccatum: ad hoc enim dixit ut Dominus interficeretur; ergo mala actio est a Deo.

l. Item, Isai. 7,18: *Sibilabit Dominus muscae, quae est in extremo fluminum Aegypti,* Glossa[9]: « Sibilatio est divina inspiratio, muscae sunt Aegyptii imbelles et immundi ». Hoc autem dicitur contra Iudaeos, quia Dominus inspiravit Aegyptiis voluntatem destruendi Iudaeos; et constat quod voluntas eorum fuit mala; ergo primum.

m. Item, Isai. 10,15: *Numquid elevabitur securis adversus eum qui secat in ea?* Ibi dicitur Sennacherib virga, serra, baculus Dei; Glossa[10]: « Sicut huiusmodi instrumenta nihil sunt per se agentia, ita Sennacherib nihil per se operatus est ». Sed quod eius voluntas fuerit mala constat, quia superbivit; unde ei improperatur: *Numquid elevabitur* etc., et tamen dicitur instrumentum Dei

---

[a] FRLZ *privatur;* T *ac si* pro *ac.* [b] FRL *modo,* quod Z corr. [c] Z *affectionis,* quod F corr. [d] BT om., in F est add. interl. [e] F add. *et.* [f] Z om., in L est add. mg. [g] V add. *quod.* [h] Ita VZ, alii om. [i] T *non.* [k] F add. interl. *et.* [l] B om. *Item... Deo.* [m] BTR om., in VL est add. interl. [n] V *finit.* [o] VT *nulla.* [p] B *obicitur.* [q] R *obicitur.*

1 Cap. 1, 31.
2 Cap. 12 (PL 40, 237).
3 Cf. cc. 11 et 12, n. 25 (PL 34, 131 sqq.), sed melius *De natura boni,* c. 4 (PL 42, 553).
4 Cap. 7, n. 13 (PL 34, 129).
5 Prop. 1 (ed. O. Bardenhewer, p. 163).
6 *De div. quaest. 83,* q. 24 (PL 40, 17).
7 Aristot., *Phys.,* II, c. 3 (II, 265).
8 Cf. Alex. Hal., *Summa theol.,* II, num. 3-5.
9 Cf. *Ordin.,* in h. l., ap. Lyran.
10 *Ordin.,* in h. l., ap. Lyran.

in ista actione; actio autem magis attribuitur agenti per instrumentum quam instrumento; ergo primum.

n. Item, Isai. 45,7: *Ego Dominus creans tenebras et faciens mala,* Glossa[1]: « Non malum in quantum malum, sed in quantum iustum ». Aut illud intelligitur de malo culpae aut poenae; non poenae, quia illud, in quantum tale, est a Deo; ergo de malo culpae.

o. Item, Isai. 37,8: *Reversus est Rabsaces,* Glossa[2]: « Domino permittente venit et Domino praecipiente recessit ». Sed constat quod in recessu peccavit mortaliter, sicut in adventu: ita enim quaerebat facere voluntatem idololatrae[a] domini sui in recessu sicut in adventu; ergo Domino praecipiente peccavit mortaliter; ergo mala actio est a Deo.

p. Item, Exod. 12,36: *Iudaei spoliaverunt Aegyptios* ex praecepto Domini; quod factum fuit in praecepto, sed modus in permissione, quia[b] quidam illorum spoliaverunt ex cupiditate[3]; ergo mala eorum actio, secundum quod actio, fuit a Deo.

Solutio: Dicendum quod mala[c] actio, secundum quod actio, est a Deo[d], sed non secundum quod mala; nam mala actio, secundum quod mala, est a mala voluntate. Dicendo autem malam voluntatem, duo dico, scilicet ipsam voluntatem, quae est motus potentiae, et defectum ipsius[e], qui est malitia. Voluntas ergo ratione potentiae reducitur ad causam primam et potentiam; quod autem ibi dico 'malum', sistit in ipsa secundum quod est deficiens et non ulterius procedit: hoc enim non habet[f] a Deo, sed quia ex nihilo, et ideo vertibilis ad[g] malum, ut supra ostensum est[4]. Et ideo, licet voluntas sit a Deo et malum a voluntate, non tamen malum a Deo: non enim est a voluntate secundum quod ad Deum refertur. Similiter etiam[h] dicendum est de actione: nam, in quantum actio, procedit a voluntate secundum quod est potentia a Deo; sed in quantum[i] mala, procedit a potentia ut deficiens.

[Ad obiecta]: 1. Ad primum ergo quod obicitur in contrarium, dicendum[k] quod, cum dico discontinuationem liberi arbitrii a Deo, duo dico. Dico enim ibi separationem liberi arbitrii a Deo[l] quantum ad affectum vel effectum; dico etiam coniunctionem ipsius[a] quantum ad esse. Separatio ergo illa inducit deformitatem sive malitiam: haec enim est voluntatis deficientis; sed ipsa coniunctio cum summo bono quantum ad esse, inducit actionem. Sic[b] ergo mala actio ratione malitiae vel deformitatis procedit a libero arbitrio per discontinuationem eius a Deo, sed non ratione actionis, immo ratione actionis[c] procedit ab ipso per continuationem eius cum Deo, et ideo mala actio, in quantum est actio, est[d] a Deo, sed, in quantum mala, a libero arbitrio, deficiente tamen vel discontinuante se a Deo.

2. Ad secundum dicendum quod non adiuvat ipse Deus liberum arbitrium in malo: adiuvat enim ipsum tantum quantum ad actionem, sed non quantum ad malitiam vel defectum. Dat enim potentiam ad actionem, in quantum actio nominat naturam sive quid bonum, sed non dat potentiam ipsi voluntati vel libero arbitrio ad malum vel[e] defectum, quia illud non est posse, immo non-posse. Non enim hoc habet natura vel[f] potentia a Deo quod deficiat, sed a se, quia de nihilo est[g]. Tamen non potest esse ille defectus sine bono, quod Deus facit, nec tamen Deus facit defectum. Unde Dionysius[5]: « Bonum substantificat[h] suam privationem ». Non ergo[i] adiuvat Deus liberum arbitrium in malo, licet adiuvet ipsum in actione, in qua est malum, quia dat potentiae sive libero arbitrio quod possit[k] operari, sed non quod possit male operari.

3. Ad tertium quod obicitur '*Non potest arbor bona fructus malos facere*': dicendum[6] quod mala actio, secundum quod actio[l], non est fructus malus. Secundum enim quod est[m] actio, est aliquid; « omne autem quod est, in quantum est, bonum est », secundum quod opponebatur pro parte altera[7]; igitur mala actio, secundum quod[n] actio, bona est et est ab arbore bona, Deo[o].

4. Ad quartum quod obicitur '*Vidit Deus cuncta quae fecerat*' etc.: dicendum quod illud[p] non intelligitur ita[q] quod singula sint *valde bona* in se, sed intelligitur de ipso universo, quod est valde bonum[8]; et propter hoc non sequitur, si hoc non est valde bonum in se, quod non sit a Deo.

---

[a] B *idolatrie.* [b] R om. [c] L *mali.* [d] B om. *Solutio... Deo.* [e] R *illius.* [f] B *habetur.* [g] V *in.* [h] Z *enim.* [i] B add. *est.* [k] Z add. *est.* [l] R add. *et.*

[a] V *eius.* [b] V *si.* [c] V om. *i. r. a.* [d] L om. [e] V add. *ad.* [f] V *naturalis* pro *n. v.* [g] Ita V, alii om. [h] Ita VF, alii *sustentificat.* [i] B *non* pro *Unde... ergo.* [k] V *possunt.* [l] F om. *s. q. a.* [m] FZ om. [n] Z add. *est.* [o] FZ *a Deo scilicet.* [p] BT om. *q. i.* [q] BT *illud.*

1 *Ordin.*, in h. l., ap. Lyran.
2 *Interlin.*, in h. l.
3 Cf. *Glossa* Lombardi, *In Psalm.* 104, 37 (PL 191, 955).
4 Cf. supra, num. 5.
5 *De divin. nomin.*, c. 4, § 20 (PG 3, 722, PL 122, 1140).
6 Cf. Augustin., *Enchir.*, c. 15 (PL 40, 238).
7 Cf. supra, p. 17, sub litt. *e.*
8 Cf. Alex. Hal., *Summa theol.*, II, num. 97.

QUAESTIO IV.

DE PERMISSIONE MALI.

Quarto quaeritur de permissione mali et quaeruntur de hoc duo:
Primo, utrum Deus permittat mala fieri;
secundo [a], quare permittit Deus mala fieri [b], id est si permittit, qua de causa permittit.

CAPUT I. 11

UTRUM DEUS PERMITTAT MALA FIERI [1].

Quod non permittit Deus mala fieri [c], videtur:
1. Dionysius, *De divinis nominibus* [2]: « Optimi est optima adducere »; meliores autem [d] essent res, si essent malis impermixtae; ergo Dei summe potentis et summe boni et summe sapientis non est permittere mala fieri.

2. Ad idem [e], nullus rex, potens sufficienter, permitteret [f] scienter in regno suo fieri aliquid quod regno suo adversaretur; sed malum adversatur ei in quo regnat Deus; ergo non permittit Deus mala fieri in mundo.

3. Item, permissio Dei est actio eius [g]. Unde Augustinus, in *Quaestionibus Veteris Testamenti*, 56 quaest. [3]: « Omne, quod permittit Deus, facere dicitur, quia si non permittat, non fit; unde Ioan. 19, 11: *Non haberes in me potestatem, nisi datum tibi esset desuper* ». Sed actio eius est essentia eius; ergo quod fit a permissione, fit ab essentia; sed malum non fit ab essentia; ergo nec [h] a permissione; ergo Deus non permittit mala fieri.

Contra: *a.* Augustinus, XX *De civitate Dei* [4]: « Nullus hominum agit recte nisi divino adiuvetur auxilio; nullus daemonum aut hominum agit inique nisi divino eodemque iustissimo iudicio permittatur ». Ergo nullum malum fit nisi divina permissione.

b. Item, idem, in eodem [5]: « Non dubitavit Apostolus dicere [6]: *Mittet illis Deus operationem erroris, ut credant mendacio* [i]; Deus enim mittet, quia diabolum ista facere permittet [k] ». Unde Iob [7]: *Mitte manum*, id est permitte et da potestatem [8].

c. Item, super illud Psalmi [9]: *Dixit, et facta sunt*, Glossa [10]: « Ideo nihil possunt nisi quod permittit. Cupiditatem nocendi per te habes, potestatem autem [l] nocendi, si ille non dat, non habes ».

d. Item, super illud Psalmi [11]: *Indignationem et iram et tribulationem*, Glossa [12]: « Haec immisit Deus in eos, non impertiendo [m] malitiam, sed gratiae subtractione [n] in haec eadem [o] permittendo ».

e. Item, super illud Psalmi [p] [13]: *Eduxit eos cum argento et auro* etc., Glossa [14]: « Praecepit ut facerent, sed cum permisit, non praecepit ut [q] ita facerent; qualitas ergo facti fuit in permissione, sed factum fuit in praeceptione ». Sed constat quod qualitas facti [r] illis, qui asportaverunt ex cupiditate, fuit mala [s]; ergo mala fiunt ex permissione divina.

f. Item, super illud Psalmi [15]: *Ante faciem frigoris eius quis sustinebit?* Glossa [16]: « Frigus dicitur esse *eius*, non quod faciat illud, sed quia fieri permittit ».

g. Item, Augustinus, in *Enchiridion* [17]: « Non fit aliquid nisi Omnipotens fieri velit, vel sinendo

---

[a] V add. *quarto*. [b] T add. *quarto queritur si permittit Deus mala fieri*: FLZ *si permittit Deus mala fieri*, R *si permittit Deus mala fieri de permissione mali* (*mali* add. *in mg.* *a. r.*). [c] Ita V, alii om. *D. m. f.* [d] R *enim*. [e] T *item* pro *A. i.* [f] V *permittit*. [g] T om. [h] V *non*. [i] V *mendacio*. [k] FR *permittit*. [l] Z om. [m] V *in perciptendo*: F *in impertiendo*. [n] R *subtractionem*. [o] add. *non*. [p] Ita V, alii om. [q] V om. *praecepit ut*. [r] T add. *in*; V om. *illis*. [s] V *malitia*.

[1] Cf. Alex. Hal., *Summa theol.*, I, num. 120, 277, 278; II, num. 82; S. Bonav., I *Sent.*, d. 46, q. 2 (I, 822 sqq.).
[2] Cap. 4, § 19 (PG 3, 715, PL 122, 1138).
[3] Quaest. 74 (PL 35, 2209).
[4] Cap. 1, n. 2 (PL 41, 669).
[5] Cap. 15, n. 4 (PL 41, 687).
[6] II Thessal. 2, 10. [7] Cap. 2, 5.
[8] Cf. Glossa ordin., in h. l. (PL 113, 737), ex Gregorio M., *Moral.*, III, c. 4, n. 5 (PL 75, 608 sq.).
[9] Psalm. 32, 9.
[10] Lombardi, in h. l. (PL 191, 351).
[11] Psalm. 77, 49.
[12] Lombardi, in h. l. (PL 191, 739).
[13] Psalm. 104, 37.
[14] Lombardi, in h. l. (PL 191, 955).
[15] Psalm. 147, 17.
[16] Lombardi, in h. l. (PL 191, 1282).
[17] Cap. 95 (PL 40, 276).

ut fiat vel ipse faciendo ». Ergo, cum illud intelligatur de malis, omnipotens Deus permittit mala fieri.

[Solutio]: Ad quod dicendum [a] [1] quod Deus permittit mala fieri.

[Ad obiecta]: 1. Ad primo autem obiectum in contrarium, dicendum quod 'melius' dicitur dupliciter: vel secundum primum statum, in quo res sunt conditae, et secundum hoc verum est quod meliores essent res impermixtae malis [2]; vel secundum statum secundum [b], in quo reparantur [c] a lapsu, et secundum hoc meliores dicuntur res, quia magis proficiunt per malorum exercitationem. Unde nisi meliores fierent aliquo modo, non permitteret summe potens et summe bonus et summe sapiens mala fieri.

2. Ad secundum dicendum [d] [3] quod malum uno modo adversatur bono quod est in regno Dei, alio modo est occasio profectus et non est extra dominium ipsius summe potentis. Ipsum enim malum, cum est, est [e] sub dominio et proficit ad aliquod bonum, immo ad maius aliquando quam destruit. — Sed adhuc obicere posset aliquis quod non esset permittendum malum in regno Dei, id est in hoc mundo, eo quod elicit bonum ex illo, quia bonum, quod corrumpitur a malo, maius est quam quod elicitur aliquando, et ita non est permittendum; non [f] enim rex hoc permitteret, scilicet regnum suum damnificari plus in una parte, ut ex alia parte minus bonum adderetur. Propter quod dicendum quod, omnibus consideratis quae sunt in mundo, plus est bonum, vel numero vel quantitate, quod elicit Deus ex malo, quam sit bonum quod destruitur per malum.

3. Ad tertium dicendum quod permissio non dicitur actio sicut impletio. Unde sicut 'impletum' dicitur ab impletione, quae [g] est actio divina, non sic est 'permissio' a permissione divina; nec proprie dicitur 'permissio' actio, secundum quod actio dicitur essentia divina: non enim dicendum est [h] quod permissio sit essentia [i] divina. Cum tamen dicitur 'Deus permittit', notatur essentia divina et connotatur non impedimentum liberi arbitrii, quod est ex parte creaturae vertibilis in malum.

12 CAPUT II.

QUARE PERMITTIT DEUS MALA FIERI [4].

Deinde quaeritur quare Deus permittit mala fieri. Permissio enim divina, cum sit actio, sicut supra habitum est [5], actio vero principaliter respicit vel ostensionem potentiae divinae vel sapientiae vel benignitatis vel iustitiae, permissio ergo [k] mali quaeritur ad quod istorum [l] sit principaliter.

Et videtur [m] *a.* quod sit ad ostensionem potentiae: Plus enim est posse, cum ex bonis eliciuntur bona et ex malis bona, quam cum ex bonis tantum [6]. — Item, posse super bona et super mala est amplius posse quam super bona tantum; sed posse super mala non esset nisi Deus permitteret mala fieri, quia non essent mala; ergo permissio est ad ostensionem potentiae.

b. Quod autem [n] sit ad ostensionem sapientiae, habetur [o] per hoc quod dicit Isidorus, in libro *De summo bono* [7]: « Non permitteret Deus mala oboriri [p], nisi ex contrariis malis bonae naturae decor emineret ». Sed pulcritudo est ad ostensionem ipsius sapientiae; ergo permissio mali est ad ostensionem sapientiae. — Ad idem [q], Augustinus, XI *De civitate Dei* [8]: « Sicut contraria, contrariis opposita [r], sermonis pulcritudinem reddunt, ita quadam, non verborum, sed rerum eloquentia, contrariorum oppositione [s] saeculi pulcritudo componitur ». Et [t] in eodem, alibi [9]: « Sicut [u] pictura cum colore nigro, loco suo posito [v], ita universitas rerum, si quis posset intueri, cum peccatoribus pulcra est, quamvis per se ipsos consideratos sua deformitas turpet ».

c. Quod autem sit ad ostensionem benignitatis, haberi potest ex [x] hoc quod mali sunt ad exercitium iustorum; sed quod exercitentur iusti, hoc est benignitatis divinae, sicut patuit in Iob [10]: *Dixit enim Satan: Mitte manum tuam, et tange os eius et carnem;* et postea dixit Dominus [11]: *Ecce in manu tua est,* ubi notatur permissio divina; ex malis

---

[a] V *dicimus;* BTRL add. *est.* [b] V om. [c] Ita V, alii *reparatur.* [d] Ita V, alii add. *est.* [e] Z om. [f] V *nisi.* [g] V *quod.* [h] T om. [i] V *circa.* [k] B *autem.* [l] B om. [m] VT *notatur.* [n] F om. [o] B *ostenditur.* [p] F *suboriri,* Z *aboriri;* T om. *ex.* [q] B *Item ad idem dicit* pro *A. i.* [r] V *appositta.* [s] V *appositione.* [t] T *item.* [u] T add. *in.* [v] Codd. *posiia.* [x] B *per.*

1 Cf. Alex. Hal., *Summa theol.*, I, num. 120.
2 Cf. Alex. Hal., loc. cit., num. 121.
3 Cf. Alex. Hal., loc. cit., p. 291, n. 4.
4 Cf. Alex. Hal., loc. cit., num. 279; Ioan. de Rupella, *Summa de vitiis* (f. 4b); S. Bonav., I *Sent.*, d. 46, q. 3 (I, 825sq.).
5 Cf. hic, parum supra, *ad 3.*
6 Cf. Augustin., *Enchir.*, c. 11 (PL 40, 236); Alex. Hal., loc. cit., II, p. 738b.
7 Lib. I, c. 9, n. 5 (PL 83, 552).
8 Cap. 18 (PL 41, 332).
9 Cap. 23, n. 1 (PL 41, 336).
10 Cap. 2, 5.
11 Iob 2, 6.

autem illatis eius patientia probabatur[a]. — Et Isidorus, in libro *De summo bono*[1]: « Non amplius tentat diabolus quam Dei voluntas permittat, tentando autem sanctorum profectibus servit[b]; et sic nolens utilitati sanctorum servit diabolus, quando eos tentationibus suis non decipit, sed potius erudit. Nam tentationes, quas ad humanum interitum movet, Christus ad exercitium virtutum salubri utilitate convertit ».

d. Quod autem sit ad ostensionem iustitiae, patet in Glossa[2], super illud ad Rom. 13, 1: *Non est potestas nisi a Deo:* « Iniustum non est, ut, improbis accipientibus nocendi potestatem, malorum iniquitas puniatur ». — Praeterea, mala poenae non essent nisi mala culpae praecessissent; sed non praecederent mala culpae nisi divina permissione; ergo mala poenae non essent nisi praecedente divina permissione; sed mala poenae per se sunt ad ostensionem iustitiae; quod ergo permittit Deus mala culpae fieri, hoc est ad ostensionem iustitiae divinae in poenis. Unde Augustinus, in libro *De natura boni*[3]: « Peccantes in suppliciis ordinantur; quae ordinatio, quoniam naturae eorum non competit, ideo poena est, sed quia culpae conveniens, iustitia est ». Et iterum, Augustinus, in libro *De libero arbitrio*[4]: « Melius est ordinata natura[c] ut doleat pro peccato quam ut gaudeat sine poena ». Ex iis colligitur quod permissio malorum est ad ostensionem iustitiae.

Solutio: Ad quod dicendum[d] quod permissio malorum est ad ostensionem omnium supra dictorum, sed altera et altera ratione. Ad ostensionem enim potentiae est, ut supra plura declaretur potentia divina, non quod in hoc sit magis potentia. — Ad ostensionem vero sapientiae, ut bonum decentius collocetur: collocatur enim tunc decentius, cum malo superfertur. Praeterea, quia contraria iuxta se posita magis apparent[5], bonum, iuxta quod est malum, pulcrius apparet. — Ad ostensionem vero benignitatis est permissio mali, ut in hoc natura laudetur et per consequens auctor naturae. Unde Augustinus, XII *De civitate Dei*[6]: « Cuius recte vituperatur vitium, procul dubio natura laudatur. Sicut, cum dicitur vitium oculorum caecitas, id[e] ostenditur quod ad naturam oculorum pertinet visus, ita[f], cum vitium rationalis creaturae dicitur quod[g] non adhaeret Deo, hinc declaratur eius naturae, ut Deo adhaereat, convenire ». — Ad ostensionem vero iustitiae, ut nullum malum sit impunitum. Augustinus[h], *De natura boni*[7]: « Melius ordinatur natura ut iuste doleat in supplicio quam ut[i] impune gaudeat in peccato ».

QUAESTIO V.

IN QUO SIT MALUM[8].

Quinto quaeritur in quo sit malum. Cum enim malum sit privatio, malum est in aliquo sicut in subiecto quod privatur aliquo bono.

CAPUT I. 13

UTRUM MALUM SIT IN BONO VEL IN MALO.

Quaerendum est ergo, cum malum non possit esse sine subiecto in quo sit, utrum sit in bono vel in malo[k].

1. Si enim est[l] in bono, aut in bono quod non potest corrumpi aut[m] quod potest corrumpi. Si in bono quod non potest corrumpi, ergo non potest ei noceri; ergo malum non est in eo. Si in bono quod potest corrumpi, opponitur malum ei; oppositum autem non est in suo opposito[9]; ergo malum non est in bono.

2. Item, quod malum non sit in bono, videtur dicere Dionysius, in libro *De divinis nominibus*[10]: « Non est frigidum in igne, sic nec malum in bono ».

---

[a] V *probatur.* [b] T *fuit.* [c] T add. *non.* [d] T add. *est.* [e] Z *ideo.* [f] R *item.* [g] V *cum.* [h] V add. *in libro.* [i] VT om. [k] Z *sit nisi in subiecto utrum possit esse in bono vel in malo* pro *non... malo.* [l] R om. [m] L om.

1 Lib. III, c. 5, nn. 3-4 (PL 83, 660).
2 Lombardi, in h. l. (PL 191, 1504).
3 Cap. 7 (PL 42, 554).
4 Rectius *De natura boni,* c. 9 (PL 42, 554).
5 Cf. Aristot., *Rhetor.,* III, 2 (I, 387).
6 Cap. 1, n. 3 (PL 41, 350).
7 Cap. 9 (PL 42, 554).
8 Cf. Lombard., II *Sent.,* d. 34, cc. 4 et 5 (p. 488 sq.); Alex. Hal., *Summa theol.,* I, num. 125; Ioan. de Rupella, loc. cit. (f. 4d); S. Bonav., II *Sent.,* d. 34, a. 2, qq. 1-2 (II, 809 sqq.).
9 Cf. Aristot., *De categor.,* c. 8 (I, 21).
10 Cf. c. 4, § 21 (PG 3, 722, PL 122, 1140 sq.).

3. Item, non est aliquid sibi ipsi contrarium; sed si idem sit bonum et malum, aliquid sibi erit contrarium; non ergo idem est bonum et malum; sed si [a] malum est in bono, idem dicetur [b] bonum et malum; ergo idem sibi contrarium; sed hoc est impossibile; ergo malum non est in bono. Si vero est in malo, in infinitum oporteret abire; quod cum non sit, non videtur malum esse in subiecto, quia neque in bono neque in malo.

Quod autem sit in bono, *a.* Augustinus, in libro *De moribus Manichaeorum* [1]: « Malum est corruptio »; corruptio autem [c] non se ipsam corrumpit; ergo malum non corrumpit malum [d]; et corrumpit bonum vel malum; ergo corrumpit bonum; sed corruptio illa est in [e] minuendo; ergo bonum minuitur; sed, cum minuitur, adhuc bonum est; ergo malum est in bono.

b. Item, privatio est in eo quod privatur [f]; sed malum non privat malum; ergo non est in eo sicut quod privatur; et est in aliquo; ergo in bono. Et hoc est quod dicit Dionysius [2]: « Bonum substantificat [g] suam privationem ».

[Solutio]: Ad quod dicendum per hoc quod dicit Augustinus, in *Enchiridion* [3], quod malum est in bono; quod significat [h] iis verbis: « Mala ex bonis orta esse dicimus ». Et iterum [4]: « Non potest esse malum nisi in aliquo bono nec poterat esse aliud, unde oriretur mali natura ». Nec est hoc contrarium ei quod dicitur Isai. 5, 20: *Vae iis, qui dicunt malum bonum et bonum malum!* Ibi enim accipiuntur malum et bonum ut per se contraria, sicut dicimus de malitia et bonitate, vel [i] de homine habente bonitatem, quod sit malus, de habente malitiam, quod sit bonus. Hic autem, cum dicitur malum esse in bono, 'bonum' accipitur pro bono naturae, 'malum' vero pro malo culpae.

[Ad obiecta]: Per hoc possunt solvi ea quae obiecta sunt ex utraque parte.

1. Nam, cum dicitur quod bonum est contrarium malo per se, hoc intelligitur ratione boni in esse moris. Si vero dicatur quod malum est contrarium bono naturae, hoc est ratione illius partis boni quam abicit [k], et ratione illius non est subiectum.

a. Et si dicatur quod etiam ei contrariatur, paulatim diminuendo, haec contrarietas dicitur secundum alium modum quam secundum illum quo dicitur contrarium non esse in [l] suo contrario [5] vel quod contraria non sunt simul in eodem [6]; nec de eodem dicitur secundum hoc bonum et malum, prout [m] bonum et malum [n] sunt contraria, sed ei attribuitur bonum naturae, et quod ab eo tollitur vel minuitur [o], bonum moris vel bonum naturae in parte.

2. Ad hoc autem quod supra obicitur per auctoritatem Dionysii, dicendum quod loquitur ibi de bono quod est per se contrarium malo, sicut virtus est contraria [p] vitio: nec enim virtus est in vitio nec vitium in virtute.

3. Et per hoc etiam solvitur [q] inconveniens quo dicitur esse [r] idem bonum et malum. Nam si bonum, quod est virtus, esset subiectum vitii, idem diceretur tunc bonum et malum. Non sic autem accipimus, cum dicimus malum esse in bono [s], sed bonum secundum quid est malum alio modo.

14 CAPUT II.

IN QUO SIT MALUM CULPAE.

Deinde supposito quod malum sit in bono, cum sit malum culpae et malum quod est defectus naturae, restat primo quaerere de malo culpae [s] in quo sit et consequenter de malo quod est defectus naturae.

Primo ergo quaeritur in quo sit malum culpae.

a. Malum [t] culpae, cum sit illud propter quod aliquid dicitur culpabile, culpabile autem non est nisi voluntarium, erit ergo malum culpae in voluntate, voluntas autem in ipso libero arbitrio, quod dicitur « facultas rationis et voluntatis [7] »; ergo malum erit in libero arbitrio tamquam in subiecto.

Quod non, videtur: 1. Distant enim naturaliter agens et recipiens, et faciens et id in quo fit; sed liberum arbitrium est efficiens causa mali, sicut praehabitum est [8]; ergo liberum arbitrium non est in quo fit malum; non ergo est subiectum mali.

---

[a] T om. [b] V *dicitur*, B *diceretur*. [c] R om. [d] T *se ipsum*. [e] Ita V, alii om. [f] R *privat*. [g] Ita VLF (corr.), alii *sustentificat*. [h] R *significatur*. [i] Z *et*. [k] LZ *obicit*. [l] B *inesse* pro *e. i.* [m] L *et*. [n] L om. *e. m.* [o] FZ *diminuitur*. [p] Ita V, alii *contrarium*. [q] V *solvit*. [r] BL om. [s] Codd. *malo*. [t] V om. [u] V add. *enim*; B om. *m. c.*

1 Cf. c. 5 (PL 32, 1347 sq.).
2 *De divin. nomin.*, c. 4, § 20 (PG 3, 722, PL 122, 1140).
3 Cap. 15 (PL 40, 238).
4 Loc. cit., c. 14 (PL 40, 238).
5 Cf. Aristot., *De categor.*, c. 8 (I, 21).
6 Cf. Aristot., loc. cit. (I, 18); *Metaph.*, VIII, c. 2 (II, 565).
7 Cf. supra, p. 12, nota 6.
8 Cf. supra, num. 3, 4 et 6.

2. Quod etiam per simile apparet: Non enim ignis caliditatem facit in se, sed in aëre, et ita est[a] in aliis; et si in se, secundum alterum est faciens et secundum alterum recipiens.

3. Praeterea, diversae sunt vires ipsius animae, utpote ratio et voluntas; sed secundum rationem contingit errare; error autem malum est culpae; **ergo malum culpae est in ratione.**

4. Item, sicut[b] dicit Augustinus, in libro *De Trinitate*[1], duplex est portio rationis, una superior et[c] altera inferior; **sed secundum utramque** contingit esse defectum culpabilem: una enim comparatur viro et altera[d] comparatur mulieri, sicut dicit Augustinus, XII *De Trinitate*[2]; ergo, cum malum culpae sit defectus culpabilis, malum culpae est tam in superiori parte rationis **quam in**[e] **inferiori.**

5. Quod autem sit malum culpae in synderesi, videtur per hoc quod dicit B. Gregorius[3], super illud Ezech. 1, 10: *Facies aquilae desuper ipsorum quatuor*, **ubi dicitur: «Hanc praecipitari**[f] videmus et amittere[g] locum suum»; sed praecipitatio est per peccatum; ergo in synderesi est **malum culpabile.**

6. **Item, videtur esse malum culpae in intellectu,** quia malum culpae opponitur fidei; sed opposita sunt in eodem tamquam in subiecto[4]; fides autem est in intellectu; ergo malum culpae, quod opponitur illi, erit in intellectu.

7. Item, videtur esse in sensualitate: Primus enim motus, qui dicitur esse serpens, secundum Augustinum, est in sensualitate — distinguit[h] enim, in libro *De Trinitate*[5], suggestionem diaboli per serpentem, et primus motus dicitur qui est in sensualitate, et[i] delectationem, quae est in muliere, et consensum[k] in viro, ut mulier dicatur inferior portio rationis, superior vero comparetur viro — sed primus motus est malum culpae; ergo malum aliquod culpae est in sensualitate; sed differt liberum arbitrium ab intellectu, a synderesi et[l] a sensualitate; ergo non tantum est liberum arbitrium subiectum mali culpae.

8. Item, si malum culpae inest libero arbitrio vel alteri potentiae ipsius animae et non inest aliis viribus sive potentiis, ergo aliqua est ratio ex parte liberi arbitrii propter quam convenit ei malum culpae et non convenit aliis viribus, cum in aliis contingat esse defectus.

9. Praeterea, cum liberum arbitrium sit «facultas rationis et voluntatis» et non[m] conveniat utrique malum culpae per se, sed potius voluntati, propter quid dicitur convenire voluntati potius quam rationi, cum rationem contingat esse rectam et **non rectam sicut et voluntatem?**

[Solutio]: Ad quod dicendum quod malum culpae est in libero arbitrio, non tantum ut agente, **sed etiam recipiente.**

[Ad obiecta]: 1. Et si obiciatur quod 'differt agens a recipiente': respondendum est quod hoc intelligitur, ubi sunt verae actiones et verae passiones. Hic autem, quia[n] per quemdam modum loquimur de actione et passione, agens differt a **patiente secundum rationem; unde quod dicitur** 'agens', hoc est ratione eius quod est formale in ipso; quod dicitur 'patiens', hoc est[o] ratione eius quod est materiale: et sic ad differentiam est **reducere.**

2. Ad secundum dicendum[p] quod loquitur ibi de naturae[q] actionibus et naturae passionibus, **cum dicitur 'ignis agit in aëra', hic autem non est simile.**

3. Ad tertium vero[r] dicendum quod sunt differentes vires[s] in anima, secundum quas sunt actus. Sunt enim vires partis irrationalis, tum cognitivae[t], tum motivae[6]. Secundum cognitivam non est motus culpabilis nisi quantum motus ille est ex libero arbitrio imperante, ut si ex libero arbitrio defigatur[u] intuitus in mulierem, ad quod sequatur delectatio[v] illicita, secundum se autem non. Secundum motivam vero dupliciter est attendendum. Est enim quaedam motiva quae respicit tantum ea quae sunt naturae sensibilis praeter ordinem ad rationem, quo modo dicitur phantasia[x] esse motiva[7]: et secundum hunc modum iterum non est malum culpae. Est iterum motiva quae respicit illicitum rationi vel[y] licitum, et in hac contingit esse malum culpae, non in se, sed in ordine ad rationem: et hoc modo dicitur esse[z] primus motus in sensualitate; sensualitas enim dicit quiddam mixtum ex motiva sensibili et rationali[8]. Sunt iterum vires partis rationalis, et has contingit esse dupliciter: cognitivas et motivas[9].

---

[a] B om. [b] B om.; RL om. *dicit.* [c] F om. [d] V om. *e. a.* [e] L om. [f] Codd. *precipitare.* [g] FRLZ *amittentem.* [h] T *distingue.* [i] T om. [k] FRLZ *consilium.* [l] T om. [m] B om. [n] T om. [o] VTRL om. [p] Ita V, alii add. *est.* [q] RLZ *vere, item infra.* [r] V om. [s] T om. [t] L *cognitione,* quod R corr. [u] V *dirigatur.* [v] V *dilectio.* [x] Z *esse phantasiam.* [y] V *et.* [z] T om.

[1] Cf. lib. XII, cc. 2 et 3 (PL 42, 999).
[2] Cap. 7 (PL 42, 1003).
[3] Potius Hieronym., *In Ezech.*, I, c. 1 (PL 25, 22); cf. Alex. Hal., *Summa theol.*, II, num. 419.
[4] Cf. Aristot., *Topic.*, II, c. 7 (I, 193).
[5] Cf. lib. XII, c. 12 (PL 42, 1007).
[6] Cf. Alex. Hal., loc. cit., num. 354-367.
[7] Cf. Alex. Hal., loc. cit., num. 362.
[8] Cf. Alex. Hal., loc. cit., num. 368.
[9] Cf. Alex. Hal., loc. cit., num. 368-388.

Cognitivam autem contingit esse dupliciter: vel cum admiscetur cum motiva in suo actu, sicut est in hoc actu 'credere' vel 'assentire', et tunc si fuerit [a] circa ea quae sunt convenientia vel inconvenientia rationi, contingit esse malum culpae, sicut est in infidelitate. Si vero fuerit non admixta motivae, sed in se pure considerata, non erit in ea malum culpae, cum eius inclinatio tantum sit in verum. — Si vero fuerit motiva, aut naturalis aut non naturalis, sed ex apprehensione praecedenti. Si naturalis, secundum eam non est malum culpae. Si vero est [b] ex apprehensione praecedenti in id quod est licitum vel illicitum, aut est motiva per modum imperii, et sic malum culpae est in libero arbitrio; aut per modum appetitus, et sic est in voluntate; aut per modum consilii, et hoc dupliciter: deliberantis vel definientis [c] per electionem; si deliberantis, non est in ea malum culpae; si definientis per electionem, est in ea malum culpae.

4. Per haec possunt solvi ea quae obiecta sunt. Et primum [d] obiectum sic: est enim rationem accipere dupliciter: ut cognitivam pure, et sic non est in ea peccatum; vel motivam, et secundum hoc contingit dupliciter: vel deliberando, et sic iterum non est in ea malum culpae; aut definiendo per electionem, et sic est in ea. Unde, cum dicitur esse superioris partis rationis vel inferioris, hoc est ratione definitionis per electionem: inferior enim praeeligit [e] delectationem illicitam et superior consentit.

5. Ad id vero quod obicitur de synderesi, quod 'in ea est malum culpae': dicendum [1] est quod non, cum sit vis [f] motiva naturalis a malo vel in bonum. Quod autem dicitur praecipitari, hoc non est quia ipsa peccet, sed quia non habet effectum suum omnino, cum liberum arbitrium obduratur in peccato.

6. Ad id vero [g] quod obicitur de intellectu circa credenda: dicendum [h] quod ibi est cognitiva mixta cum motiva, ratione cuius [i] dicitur malum culpae esse in non credendo quod credendum est vel discredendo [k], sed hoc per se refertur [l] ad motivam, materialiter vero ad cognitivam.

7. Ad id vero quod obicitur [m] de sensualitate, dicendum [n 2] quod, si sensualitas acciperetur pro sensualitate ut pure esset irrationalis partis, nullatenus esset in ea peccatum. Et si dicatur esse malum culpae in ea, hoc est propter rationem admixtam, cuius per se dicitur malum culpae.

8. Ad id vero quod postea obicitur de libero arbitrio 'quare potius dicitur malum culpae esse in libero arbitrio quam in aliis viribus': respondendum est [o 3] per id quod dicitur in libro *Quinque Responsionum* [4]. Dicitur enim ibi quod «ideo dicitur liberum, quia [p] in sua sit positum potestate agendi quod velit» vel non agendi et agendi sic vel sic. Item, in eodem [5]: «Liberum dicitur, quia potest facere quod libet», ut hoc quod dicitur «quod libet» commune sit ad bonum et [q] malum. Hac ergo ratione dicitur malum culpae esse in libero arbitrio, non eo quod habet libertatem communem cum Deo, sed ratione flexibilitatis propriae, quae est ex eo quod est ex nihilo. Et ideo dicitur, in libro *De libero arbitrio* [6]: «Defectus mali, quoniam est voluntarius, in nostra positus est potestate»; haec autem potestas est ipsa liberi arbitrii facultas. Quia vero haec sola vis habet sic potestatem ad opposita, ideo, cum refertur motus eius ad illicitum sive ad indebitum, dicetur culpabilis. Unde Augustinus, in libro *De libero arbitrio* [7]: «Quid opus est quaerere unde motus existat quo voluntas avertitur ab incommutabili bono ad commutabile [r] bonum, cum nonnisi animi et voluntarium motum et ob hoc culpabilem esse fateamur?»

9. Ad aliud vero dicendum quod malum culpae plus dicitur esse in voluntate quam in ratione. Inclinatio enim voluntatis proxima est ad indebitum, inclinatio vero rationis est [s] remotior: ratio enim definiendo praeeligit, voluntas vero praeelectum appetit [8]. — Quod autem principaliter sit in voluntate, dicit Augustinus, in libro *De vera religione* [9]: «Usque adeo peccatum voluntarium malum est, ut nullo modo sit peccatum, si non sit voluntarium». Et infra: «Postremo, si non voluntate male facimus [t], nemo obiurgandus [u] omnino aut monendus est [v], quibus sublatis christiana lex et disciplina omnis religionis ut auferatur necesse est». Ex quo patet quod malum culpae principaliter [x] est in voluntate. Hoc etiam apparet ex ratione vitii quam ponit Augustinus, in eodem libro [10]: «Vitium primum [y] animae rationalis est voluntas faciendi ea quae vetat summa et intima Veritas».

---

[a] FR *fuerint*, L *fiunt*; Z *contra* pro *circa*. [b] B om. [c] T *deficientis*. [d] Ita VB, alii *primo*; R *ad* pro *et*. [e] VTL *preelegit*; BT *dilectionem* pro *delectationem*. [f] T om. [g] B om. [h] Ita V, alii add. *est*; T *mens* pro *ibi est*. [i] T om. [k] VL *discernendo*. [l] R *referetur*. [m] L om. [n] Ita V, alii add. *est*. [o] B add. *quod*. [p] T *quod*. [q] Z add. *ad*. [r] V *incommutabile*. [s] BR om. [t] FRZ *faciamus*. [u] FZ add. *est*. [v] FZ om.; BRL *autem* pro *aut*. [x] R om. [y] R *primo*.

1 Cf. Alex. Hal., *Summa theol.*, II, num. 419.
2 Cf. Alex. Hal., loc. cit., num. 366.
3 Cf. Alex. Hal., loc. cit., num. 397.
4 *Hypognosticon*, III, c. 4, n. 4 (PL 45, 1263).
5 Cf. loc. cit., c. 4, n. 5 (PL 45, 1263).
6 Lib. II, c. 20 (PL 32, 1270).
7 Lib. III, c. 1, n. 2 (PL 32, 1272).
8 Cf. Alex. Hal., loc. cit., num. 413–415.
9 Cap. 14, n. 27 (PL 34, 133), ubi et sequens.
10 Cap. 20, n. 38 (PL 34, 138).

CAPUT III. 15

IN QUO SIT MALUM QUOD EST DEFECTUS NATURAE.

Consequenter quaeritur in quo sit malum quod est defectus naturae.

1. Cum enim malum non subsistat sine bono, necesse est aliquod bonum esse, in quo sit malum quod est defectus naturae. Hoc[a] autem non videtur esse bonum naturae, cum ei opponatur; oppositum autem per se non est in suo opposito[1]. Nec iterum bonum voluntatis, cum bonum voluntatis sit posterius bono naturae nec est commune omnibus, in quibus est defectus naturae.

2. Praeterea, malum quod est defectus naturae, aliquando minuit naturam, et tunc potest adhuc remanere in bono; cum autem omnino tollit naturam, nullum habet bonum in quo fundetur; ergo non videtur malum naturae esse in aliquo subiecto[b] universaliter.

Contra: *a.* Malum quod est defectus naturae, cum sit defectus, est in deficiente; deficiens vero dicitur quod est; quod autem est, bonum est[2]; ergo defectus est in bono; sed non est bonum creatum prius bono naturae; ergo malum illud est in bono naturae.

[Solutio]: 1. Ad quod dicendum quod malum illud[c] est in bono, secundum quod malum sonat in privationem; nec est in illo bono quod privat, sed in illo in quo privationem inducit.

2. Si vero quaeratur de malo quod tollit omnino bonum, hoc non est malum quod est privatio, sed malum quod sonat in negationem, ut sicut esse et esse bonum convertuntur[3], ita et[d] non-esse et malum. Unde mors dicitur dupliciter: vel ipse defectus morientis, et secundum hoc dicit privationem proprie; vel defectus qui est in mortuo, et secundum hoc sonat in non-esse in illo genere: ei enim quod est, non-esse est oppositum. Nullatenus tamen intelligi potest malum nisi ex cointellectu[e] boni et semper habet quamdam relationem ad bonum praeexistens, et sic semper est vel ut privatio vel ut negatio in bono[4]. Malum enim utroque modo nocet, et quod nocet non[f] inest nisi illi cui nocet; nocet autem bono naturae; ergo est in bono naturae. Unde[g] bonum naturae potest esse sine malo, sed non e converso. Unde Augustinus, XII *De civitate Dei*[5]: «Sola bona alicubi esse possunt, sola vero mala nusquam».

QUAESTIO VI.

DE DIVISIONE MALI.

Sexto quaeritur de divisione mali per malum culpae et malum poenae et si qua[h] est alia differentia.

CAPUT I. 16

UTRUM MALUM DIVIDATUR PER MALUM CULPAE ET POENAE.

Quod autem sit malum culpae et poenae, *a.* habetur ab Augustino, in libro *De fide ad Petrum*[6]: «Geminum est creaturae rationalis malum, id est[i] unum quo voluntarie deficit a summo bono, alterum quo invita punitur ignis aeterni supplicio[k]». Sed unum est malum culpae, alterum[l] malum poenae; ergo videtur quod in rationali creatura tantum sint duae differentiae malorum.

b. Similiter in principio libri *De libero arbitrio*[7], ubi ostendit[m] quod unius mali non est Deus auctor, alterius vero est[n] auctor.

c. Praeterea, malum est defectio; defectio autem omnis vel est voluntaria vel[o] involuntaria; ergo malum omne[p] vel erit defectio voluntaria vel involuntaria; sed[q] defectio voluntaria est malum culpae[r], defectio involuntaria malum poenae;

---

[a] FR *hic.* [b] V om. [c] V om. [d] FR *etiam.* [e] V *eo intellectu.* [f] T add. *etiam;* B om. *nisi.* [g] V *ergo,* L *verum.* [h] VBTR *que;* V *sed* pro *et.* [i] Z *et* pro *i. e.* [k] F *suppliciis.* [l] R add. *est.* [m] T *erit.* [n] B add. *Deus.* [o] T add. *est.* [p] BT *esse.* [q] V *si.* [r] V add. *si.*

1 Cf. Aristot., *De categor.*, c. 8 (I, 21).
2 Cf. Augustin., *De div. quaest. 83*, q. 24 (PL 40, 17).
3 Cf. Pseudo-Dionys., *De divin. nomin.*, c. 5, §§ 1-2 (PG 3, 815, PL 122, 1147).
4 Cf. supra, p. 5b, sub *Respondeo.*
5 Cap. 3 (PL 41, 351).
6 S. Fulgentius, c. 21 (PL 40, 773).
7 Augustin., I, c. 1 (PL 32, 1221 sq.).

ergo omne malum vel est malum culpae vel est[a] malum poenae ad minus in rationali creatura.

Contra: 1. Unaquaeque creatura, quantum est de se, defectibilis est, si sibi relinquatur. Unde Augustinus, *Super Genesim*, IV libro[b1]: «Causa subsistendi omnis creaturae est virtus Omnipotentis, quae, si aliquando cessaret ab eis, quae creata sunt, regendis, omnis species naturaque concideret». Ergo res creatae, si sibi relinquerentur, deficerent; defectus autem iste non est malum culpae, cum sit communis omni creaturae; nec est malum poenae; ergo, cum iste defectus sit malum, non omne malum est malum culpae vel malum poenae. — Quod enim non sit malum poenae, patet per hoc quod malum poenae[c] posterius est malo culpae; sed hoc si est, prius est; ergo non est malum poenae.

2. Praeterea, tentatio est malum tentato, et non est malum culpae, cum praecedat malum culpae tamquam causa eius; nec est malum poenae, cum malum poenae[d] sit sequela mali culpae, tentatio vero praecedat[e] malum culpae; ergo tentatio nec est malum culpae nec malum poenae.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod malum omne quod est in rationali creatura, aut est malum culpae aut poenae. Rationalis enim creatura constituta a Deo est sic ut, si velit, convertatur ad Deum, si velit, avertatur; si vero avertatur voluntarie, subicietur poenae involuntariae.

[Ad obiecta]: 1. Si vero obiciatur quod 'est natura corruptibilis in se sicut et aliae naturae, in quantum sunt[f] ex nihilo, illa autem corruptio sive defectus non est malum culpae vel poenae': respondendum est quod aliter est in natura rationali et in aliis. Nam in natura rationali, licet[g] corruptibilis esset, id est potens corrumpi, non tamen corrumperetur nisi praecedente peccato, et ita illa corruptio est malum poenae[2]. In aliis vero creaturis non sic est, quae non sunt ordinatae ad perpetuitatem vitae: unde de se habent defectum et quaedam illarum deficiunt, quaedam non. Quod autem quaedam non deficiunt, cum possint, hoc est[h] per virtutem divinam contentivam, quae ordinat res illas ad aliquid perpetuum. Potest ergo[i] in aliis creaturis esse aliquis defectus naturae, qui nec est culpabilis nec poenalis; in homine autem nullus est nisi altero istorum modorum[k]. Unde Augustinus, *De civitate Dei*, XII libro[l3]: «Nullus de vitiis naturalibus, sed de voluntariis poenas luit. Nam quod vitium, consuetudine nimiove progressu roboratum, velut naturaliter inolevit, a voluntate[m] sumpsit exordium. De vitiis quippe loquimur eius naturae cui mens inest capax intelligibilis[n] lucis, qua discernitur iustum[o] ab iniusto. Ceterum vitia pecorum, arborum aliarumque rerum mutabilium, quibus eorum natura dissolubilis corrumpitur, damnabilia putare ridiculum est». Ex hac auctoritate patent differentiae malorum.

2. Ad id vero quod obicitur de tentatione, dicendum[p] quod tentatio non dicitur esse malum nisi occasionaliter: tentatio enim est bonum tentato, si non succumbit; unde de se non dicit malum, sed est occasio mali; defectus autem ille qui in eo est quod[q] acquiescit tentationi vel sequitur tentationem, est malum culpae: hoc enim[r] est primum malum creaturae rationalis, sicut dicit Augustinus[4]. Si vero dicatur de tentatione activa, ipsa est malum culpae in tentante, cum tentat ad seductionem: non enim tentatio ratione generis est malum, sed cum ad hunc finem ordinatur. — Quod autem tentatio, qua tentatur aliquis[s], non sit de se malum, habetur super illud II ad[t] Cor. 12,7: *Datus est*[u] *mihi angelus Satanae* etc., Glossa[5]: «Tentatio, cui non consentitur, non est peccatum, sed materia exercendae virtutis». Hoc autem intelligendum est de tentatione quae fit[v] ab hoste, secundum quod ibidem dicitur; nam si fit a carne, vel est peccatum vel cum peccato veniali.

17 CAPUT II.

AN SIT ALIA DIFFERENTIA MALI PRAETER MALUM CULPAE ET POENAE.

Item, fuerunt qui dicerent hanc differentiam esse mali ut quoddam esset malum culpae, quoddam malum[x] damni, quoddam malum poenae, ponentes malum culpae contra bonum quod est honestum, malum vero damni contra bonum conferens, malum vero poenae contra bonum delectabile.

Sed non videtur conveniens divisio. 1. Malum enim damni est malum poenae, cum sit inflictum pro malo culpae. Quod patet in malo damni, quod est carentia[y] visionis Dei, quae[z] infligitur pro peccato originali; sed quod infligitur pro peccato, est malum poenae; ergo malum damni est malum poenae.

---

[a] Z om. [b] FRL *hec.* [c] V om. *patet.. poenae.* [d] L om. *c. m. p.* [e] VB *precedit.* [f] T om. [g] B om. [h] T om. [i] B *enim.* [k] B *modo istorum* pro *l. m.*; VBZ om. *unde*, in L est add. mg. [l] FR om., L *vel.* [m] LZ *auctoritate* pro *a. v.* [n] FR *intellectualis*; V om. *inest*; codd. *cuius* pro *cui.* [o] V *iustus*; Z *qui* pro *qua.* [p] Ita V, alii add. *est.* [q] V *qui.* [r] R om. [s] R *aliquid.* [t] F om. [u] F om. [v] BT *fuit.* [x] Z *et quoddam* pro *q. m.*; B om. *q. m. d.* [y] Z *care natura*, quod L corr. [z] Ita V, alii *quod.*

1 Cap. 12, n. 22 (PL 34, 304).
2 Cf. Alex. Hal., *Summa theol.*, II, num. 491sq.
3 Capp. 3 et 4 (PL 41, 351).
4 Cf. p. 24, nota 10.
5 *Ordin.*, in h. l. (PL 113, 568); Lombardi, in h. l. (PL 192, 84).

2. Hoc etiam accipitur ex hoc quod dicit Augustinus, in libro *De libero arbitrio*[1], quod malum poenae est defectio involuntaria; sed haec ratio convenit malo damni; ergo malum damni est malum poenae.

3. Praeterea[a], punitur aliquis dupliciter: vel in subtractione bonorum quae habuit vel habere potuit vel in praesentia malorum; sed, cum punitur in subtractione bonorum quae habuit vel habere potuit, malum damni dicitur; ergo malum damni continetur sub malo poenae.

4. Item, non[b] recte opponitur malum damni bono conferenti. Cum enim carentia visionis divinae opponatur praesentiae visionis divinae, praesentia autem visionis divinae continetur sub bono quod est honestum, eo quod est propter se appetendum, ergo malum damni, quod est carentia visionis divinae, opponitur honesto.

5. Similiter malum damni, quod est spoliatio gratuitorum, opponitur habitui virtutum; sed habitus virtutum in genere honesti continetur; ergo malum damni non opponitur tantum bono conferenti, sed etiam bono quod est honestum.

[Solutio]: 1-3. Ad quod dicendum quod malum poenae dupliciter accipitur: uno modo, prout commune est ad omne quod inflictum est pro peccato, et secundum hoc continet in se malum damni; alio modo, prout appropriatur praesentiae alicuius entis afflictivi sive tristabilis, sicut dicitur ignis gehennae vel ignis purgatorius vel aliqua tribulatio in praesenti afflictiva sive[c] contristans: et secundum hoc e diverso dividuntur malum damni et malum poenae, et sic utuntur Magistri, cum dicunt quod parvuli, qui decedunt[d] in originali peccato, malum habent damni, sed non habent malum poenae sensibilis; Augustinus[2] vero utitur malo poenae communiter.

4-5. Ad aliud vero[e] dicendum quod bonum[f] conferens non tantum opponitur malo damni, sed etiam bonum quod est honestum. Si tamen restringeretur malum damni ad ea quae ducunt in finem et non ad privationem ipsius finis, posset tunc malum damni opponi bono conferenti.

Sed est alia ratio istarum differentiarum. Malum enim culpae opponitur bono virtutis sive meriti; malum vero damni et malum poenae continent in se duo genera malorum inflictorum. Malum enim inflictum vel sumitur ex[g] carentia boni vel ex praesentia alicuius afflictivi, et ita malum, inflictum ex absentia boni convenientis, dicitur malum damni, ex praesentia vero disconvenientis quod contristat, dicitur malum poenae.

QUAESTIO VII. 18

DE ORDINE MALI.

Septimo quaeritur de ordine mali, utrum videlicet malum sit ordinatum vel non[3].

Quod non, sic ostenditur[h]: 1. Malum est privatio modi, speciei et ordinis; ergo privat ordinem; sed quod[i] privat ordinem, non est ordinatum; ergo malum non est ordinatum[k].

2. Item, Dionysius[4]: « Malum est[l] defectus et deformitas et inordinatio[m] et immoderantia ». Sed quod tale est, non est ordinatum; ergo malum non est ordinatum.

3. Item, bonum et malum opponuntur, ordinatum et inordinatum opponuntur; sed bonum et ordinatum convertuntur: omne enim bonum ordinatum et e converso; ergo malum est inordinatum.

4. Ad idem, cum dictum est in Gen. 2[5]: *Vidit Deus cuncta quae fecerat, et erant valde bona*, in hoc comprehenditur quidquid est de universo; sed malum nondum erat; ergo non pertinebat ad universum; et hoc dicitur ordinatum quod ad universum pertinet; ergo malum non est ordinatum.

Contra: *a.* Augustinus, *Super Genesim*, III libro[6]: « Ea quae peccando amittunt decus[n] proprium, nullo modo efficiunt ut non etiam ipsa recte sint ordinata ».

b. Item, Augustinus, *De civitate Dei*, XI libro[7]: « Sicut Deus naturarum bonarum optimus

---

[a] R *contra.* [b] Z *nec.* [c] F *vel.* [d] R *descendunt.* [e] B om. [f] VBT *malum*, quod RLZ corr. [g] L *a*; T om. *inflictum.* [h] Ita V, alii *obicitur.* [i] V *cum.* [k] V *malum* pro *ergo... ordinatum.* [l] T add. *etiam.* [m] Ita V, alii *inordinatum.* [n] R exp.

[1] Cf. lib. III, c. 9, n. 26 (PL 32, 1284).
[2] Cf. supra, sub n. 2.
[3] Cf. Alex. Hal., *Summa theol.*, I, num. 120, 121, 283-285 et II, num. 82, 92; Ioan. de Rupella, *Summa de vitiis* (f. 4c sq.).
[4] *De divin. nomin.*, c. 4, § 32 (PG 3, 731, PL 122, 1145).
[5] Cap. 1, 31.
[6] Cap. 24, n. 37 (PL 34, 296).
[7] Cap. 17 (PL 41, 332).

est creator, ita malarum voluntatum iustissimus ordinator ». Ergo malum est ordinatum.

c. Item, Augustinus, I[a] libro *Retractationum*[b 1]: « Quamvis omnia deficientia sic ordinentur ut ibi sint ubi congruentissime[c] possint esse, illi, qui non recurrunt ad Deum, congruentissime in poena sunt ».

d. Item, omne illud quo bene utitur Deus, ordinatum est; sed malo bene utitur Deus; ergo malum ordinatum est. — Quod autem bene utatur Deus malo, dicit Augustinus, in libro *De praedestinatione sanctorum*[2]: « Novit Deus bene uti malis, non ut ei[d] prosint *vasa irae*, sed ut, ipso illis bene utente, prosint *vasis misericordiae*[3] ». Et post sequitur[4]: « In malorum potestate est peccare; ut autem peccando hoc vel hoc[e] malitia faciant, non est in eorum potestate, sed Dei dividentis tenebras et ordinantis eas ».

[Solutio]: Ad quod dicendum quod malum non secundum rationem mali est ordinatum nisi ordine qui est secundum oppositionem[f]: est enim ordo ad superius et inferius et ad oppositum. Malum ergo[g], in quantum malum, ordinatum est ad suum bonum per oppositionem, sicut habetur Eccli. 33, 15: *Contra bonum malum est*[h], *et contra vitam mors;* ordinatum autem est ad bonum, secundum[i] quod ex eo elicitur bonum, et secundum quod diversimode elicitur, diversimode habet rationem conferentis.

[Ad obiecta]: 1. Ad id ergo quod primo obicitur quod 'malum non est ordinatum': dicendum[k] quod malum, cum sit privatio ordinis, non habet illum ordinem quem privat, sed quemdam ordinem privat et alium relinquit; aliter enim esset progressus[l] in infinitum.

2. Ad secundum[m] dicendum quod malum dicitur « inordinatio[n] » ratione malitiae, quae privat ordinem rectum ad summum bonum, quod est efficiens causa et finalis[o] causa illius; malum vero, etsi non habeat illum ordinem, quia non est a summo bono, non tamen omnino est praeter illum.

3. Ad tertium dicendum quod, cum dicitur malum inordinatum, hoc est quia privat quemdam ordinem, ordinem[p] scilicet adhaerentem ei quod causatur a summo bono. Et cum dicitur quod malum ordinatur ad bonum, ordo iste[q] potius est in illo bono quam etiam[r] in isto malo; nihilominus tamen sicut malum est secundum quid bonum, ita quoad hoc habet ordinem. Attendendum etiam[s] est quod ordo dicitur dupliciter: vel alicuius particularis boni quod privatur a malo, et illo ordine non ordinatur malum; vel dicitur[t] ordo ipsius universi, et hoc ordine ordinatur malum[u 5].

4. Et[v] si obiciatur quod 'malum est praeter illud universum, de quo dicitur quod *cuncta erant valde bona*': dicendum[x] quod est accipere illud universum pro illo statu in quo conditum est, et sic ad ipsum non pertinet malum; vel pro statu in quo nunc est, et sic malum pertinet ad ordinem universi, sed aliter malum culpae, aliter malum poenae: malum enim culpae[y] secundum accidens ordinatur, sicut dicit Dionysius[6], malum vero poenae per se.

QUAESTIO VIII.

DE OPPOSITIONE MALI.

Octavo quaeritur de oppositione mali. Circa quod quaeruntur haec[z]:

Primo, utrum malum opponitur bono increato;

secundo, utrum opponitur bono creato et cui bono creato, naturae vel gratiae;

tertio, si opponatur bono naturae, utrum sit idem bonum naturae quod ei opponitur et quod ei substernitur;

quarto, utrum bonum naturae, quod minuitur per malum, sit finitum, ut omnino possit tolli, vel infinitum.

---

[a] Ita V, alii *in.* [b] Ita V, alii add. *I libro.* [c] Z *convenientissime;* V *possunt* pro *possint.* [d] FR *eis;* V om. *Deus.* [e] BL *illud.* [f] Z *oppositum.* [g] B *enim.* [h] FRLZ om. [i] R om. [k] BTL add. *est.* [l] B *processus;* T om. *esset.* [m] Ita V, alii add. *vero.* [n] FRLZ *inordinatun.* [o] RL *simul,* quod Z corr. [p] VR om. [q] Z om. [r] B om. [s] B *autem.* [t] B exp. [u] R om. [v] FR om. [x] Ita V, alii add. *est.* [y] V *pene.* [z] V *ista.*

1 Cap. 7, n. 6 (PL 32, 594).
2 Cap. 16, n. 33 (PL 44, 984).
3 Cf. Rom. 9, 22 sq.
4 Augustin., loc. cit.
5 Cf. Alex. Hal., *Summa theol.*, II, num. 82 et 92.
6 Cf. *De divin. nomin.*, c. 4, § 32 (PG 3, 731, PL 122, 1145).

CAPUT I. 19

UTRUM MALUM OPPONATUR BONO INCREATO[1].

Primo ergo quaeritur utrum malum opponatur bono increato.

Et videtur quod sic, *a.* per hoc quod dicit Augustinus, in XI *De civitate Dei*[2]: « Vitium, quo resistunt Deo qui eius appellantur inimici, non est Deo, sed ipsis malum ». Et post sequitur[3]: « Vitium illud contrarium est Deo tamquam malum bono, naturae vero, quam vitiat, non tantum malum, sed etiam noxium ». Ergo malum est contrarium Deo sive summo bono.

b. Praeterea, aliquod est malum, quo non est malum deterius; sed illud malum, quo non est aliquod malum deterius, dicitur esse summum malum; ergo est aliquod summum malum; sed summum malum opponitur summo bono; ergo malum est contrarium summo bono.

c. Item, quorum effectus sunt contrarii et[a] ipsa sunt contraria[4]; sed boni est salvare, et hoc maxime summi boni, mali vero est corrumpere; ergo malum et bonum sunt contraria; et summum bonum est terminus boni; ergo summum bonum et malum sunt contraria. — Quod autem bono sit malum contrarium[b], habetur ex hoc quod dicit B. Dionysius, in[c] libro *De divinis nominibus*[5]: « Bono malum est contrarium; bonorum vero causa est ex una causa, mali vero sunt causae multae ». Ex quo arguitur quod malum est contrarium summo bono.

Contra: 1. « Esse[d] contrarium non habet nisi non-esse[6] »; sed malum non est omnino non-esse; ergo malum non est contrarium ipsi esse; sed Deus est causa ipsius esse et summe ens; ergo malum non est contrarium summo[e] bono.

2. Item, omne contrarium natum est nocere suo contrario[7]; sed malum non potest nocere summo bono[8]; ergo malum non est contrarium summo bono[f].

3. Item, nihil est ita summe malum, quod non habeat de bono[9]: « non enim est summe malum, cui bonum adimitur[g] dum nocetur, nec summum bonum, quod deficere a bono potest », sicut dicit Augustinus[h], *De moribus Manichaeorum*[10]; ergo malum non est contrarium summo bono: habet enim in se aliquid quod est a summo bono, contrarium vero nihil habet a suo contrario.

4. Item, « bonum substantificat[i] sui privationem », sicut dicit Dionysius[11]; sed causa boni est summum bonum[12]; ergo summum bonum dat effective substantiam vel esse ipsi malo; ergo malum non est contrarium ei: effectus enim vel in quo effectus salvatur, non contrariatur suae causae.

[Solutio]: Ad quod dicendum[13] quod contrarium dicitur dupliciter: vel ratione alicuius in se vel ratione sui effectus. Malum autem non est contrarium summo[k] bono ratione eius in se, sed ratione effectus. Et ideo dicit Augustinus, XII *De civitate Dei*[14]: « Bonum est natura, quam vitiat malum. Unde huic bono malum est contrarium: naturae enim, quam vitiat, non tantum est malum, sed etiam noxium ». Est ergo quaedam oppositio ratione eius quod dico 'bonum et malum', est[l] alia oppositio ratione eius quod dico 'noxium et[m] conveniens'. Ratione ergo boni et mali dicitur oppositio inter summum bonum et malum; ratione vero noxii et convenientis malum et bonum circa creaturam oppositionem habent[15]. Malum ergo dicitur esse contrarium summo bono, quia[n] dissimile est ei in hac intentione et respectu effectus eius habet oppositionem.

[Ad obiecta]: 1. Per hoc patet qualiter respondendum est ad primo obiectum in contrarium. Si enim accipiatur 'contrarium' pro omnino[o] opposito, sicut dicitur illud quod est secundum negationem, oppositum affirmationi[16], hoc modo non est malum contrarium bono. Si vero accipiatur 'contrarium' pro eo quod est privative oppositum, secundum quod[p] privative opposita nata sunt fieri circa idem[17], nec sic dicetur malum contrarium summo bono: non enim nata sunt fieri circa idem. Si vero accipiatur 'contrarium', secundum

---

[a] FRLZ om. [b] Z *bonum sit malo contrarium* pro *b. s. m. c.* [c] BFLZ om. [d] B add. mg. *malum.* [e] R *summe.* [f] T om. *ergo... bono.* [g] Codd. *amittitur.* [h] V add. *in libro;* F *monachorum* pro *Manichaeorum.* [i] BTL *sustentificat;* V *suam* pro *sui.* [k] R *summe.* [l] B *et.* [m] R om., in L est add. mg., in Z add. interl. [n] L *quod.* [o] B *omni.* [p] V om.

1 Cf. Alex. Hal., *Summa theol.*, I, num. 128; S. Bonav., II *Sent.*, d. 35, a. 1, q. 3 (II, 826sq.).
2 Rectius lib. XII, c. 3 (PL 41, 351).
3 Loc cit.
4 Cf. Aristot., *Phys.*, II, c. 3 (II, 265).
5 Cap. 4, § 31 (PG 3, 731, PL 122, 1145).
6 Augustin., *De moribus Manich.*, c. 1 (PL 32, 1345).
7 Cf. Aristot., *Phys.*, VIII, c. 8 (II, 359).
8 Cf. Augustin., loc. cit., c. 3 (PL 32, 1347).
9 Cf. Augustin., loc. cit., c. 5 (PL 32, 1348).
10 Cap. 4 (PL 32, 1347).
11 *De divin. nomin.*, c. 4, § 20 (PG 3, 722, PL 122, 1140).
12 Cf. Augustin., loc. cit., c. 9 (PL 32, 1351).
13 Cf. Alex. Hal., loc. cit., II, p. 6sq., *ad 3.*
14 Cap. 3 (PL 41, 351).
15 Cf. Augustin., *De moribus Manich.*, c. 4 (PL 32, 1347).
16 Cf. Aristot., *De categor.*, c. 8 (I, 20).
17 Cf. Aristot., *Metaph.*, III, c. 5 (II, 508).

quod contraria nata sunt fieri vicissim [a] in eodem subiecto[1], nec sic dicetur [b] malum contrarium summo bono. Si vero dicantur 'contraria' [c], quorum unum removetur ab altero nec unum potest convenire alteri[2], secundum hunc modum summum bonum non est malum nec malum est summum bonum, et sic [d] sunt contraria. Ratio autem [e] proposita processit secundum quod malum opponitur privative bono et nihilominus habet bonum sibi substratum [f] sive ens.

2. Ad secundo [g] obiectum dicendum quod contrarium, prout dicitur privative oppositum contrarium vel quod est activum vel [h] passivum a suo contrario, secundum [i] hoc contrarium nocet contrario. Secundum autem quod contrarium dicitur disparatum, cum non conveniant ad idem subiectum nec unum potest nocere alteri, eo [k] quod alterum non sit passivum ab altero, sic dicendo [l] contrarium, unum contrarium non nocet alteri. Et per hunc modum malum dicitur summo bono contrarium, secundum alterum vero modum non dicitur, secundum quem modum procedit ratio.

3. Ad tertium dicendum [m] quod summum malum dicitur dupliciter: vel quo non est deterius, et secundum hunc modum comparatione ad alia dicitur diabolus summe malus; vel quo non potest esse deterius, et sic diabolus, cum possit esse deterior quam sit, non est summe malus [n]. Dicitur etiam summe malum quod nihil habet de bono, et secundum hunc modum nihil est summe malum; secundum primum vero modum contingit. Si vero diceretur summe malum eo modo quo dicitur summe nigrum, sicut summe [o] nigrum contrarium est summe [p] albo, sic summe malum contrarium esset summe [q] bono; sed non sic se habet summe malum: non enim sicut summe nigrum removet a se penitus album, ita summe malum removet a se penitus [r] bonum. Unde [s] Augustinus[3], contra Manichaeos, qui ponebant summum malum et ponebant esse sicut quamdam naturam, sic obicit: Si summum malum est natura, et summum malum est quod nihil habet de bono, bonum autem et esse convertuntur, ergo summum malum [a] nihil habet de esse; ergo non est natura. Praeterea, si summum malum natura [b] est et ratione naturae habet aliquid boni, ergo summum [c] malum habet aliquid boni. Restat ergo quod non dicetur sic summe malum quo modo [d] dicitur summe nigrum, et ita malum non dicetur esse contrarium summo bono eo modo quo dicitur nigrum esse contrarium summe albo. Aliter enim est in iis contrariis et in [e] illis: nam ibi dicuntur esse contraria magis et minus secundum quod plus accedunt ad suum proprium terminum, ut album ad maxime album et nigrum ad maxime nigrum [f]; hic autem dicitur malum magis et minus secundum maiorem recessum vel minorem a bono, bonum vero magis vel minus secundum accessum maiorem vel minorem ad summum bonum.

4. Ad quarto obiectum dicendum quod malum non est contrarium summo bono sicut omnino noxium illi, licet sit contrarium secundum reliquum modum iam dictum. Unde, licet malum opponatur privative bono particulari quod destruit, non tamen bono a quo capit substantiam; et si illi aliquo modo contrarietur [g], quia minui potest per ipsum, non tamen summo bono, quod nullatenus potest corrumpi vel minui [h] per ipsum. Summum enim bonum, cum sit incorruptibile, eo quod est [i] summum, non est passivum nec respectu alterius receptivum, et ideo non est receptivum privationis: si enim non est receptivum habitus vel alicuius boni, multo fortius non est receptivum privationis vel mali. Ex iam dictis patet quod, cum bonum et malum sint contraria, et cum aliquo modo malum sit contrarium summo bono, secundum alium modum non est ei contrarium.

20

CAPUT II.

UTRUM MALUM OPPONATUR BONO CREATO [4].

Secundo quaeritur I. utrum malum opponatur bono creato.

Ad quod sic: 1. Non dicuntur contraria, quorum alterum substantificat [k] alterum; bonum vero

---

[a] B om. *f. v.* [b] Z *sit dicere* pro *s. d.*; VB *non* pro *nec.* [c] Ita V, alii *dicatur contrarium* pro *d. c.* [d] VBTZ add. *non,* quod L exp. [e] V *responsio ad* pro *r. a.* [f] V *subtractum,* quod T corr., B *substractum.* [g] FRLZ *secundum.* [h] Ita F, alii *et.* [i] V *sed.* [k] FR *ideo.* [l] TLZ *dividendo.* [m] Ita V, BTZ *vero dicendum,* FRL *vero dicendum est.* [n] L om. *vel quo... malus.* [o] T om. [p] R *summo.* [q] FRLZ *summo.* [r] T om. *album... penitus.* [s] FR add. *beatus.*

[a] R om. [b] VB *non.* [c] V *summe.* [d] R *quod* pro *q. m.* [e] Ita BF, alii om. [f] V om. *a. m. n.* [g] V *contrarie opponatur,* FZ *contrarie.* [h] R add. *potest.* [i] F om., in Z est add. interl. [k] R *sustentificat,* quod T corr., item infra.

1 Cf. Aristot., loc. cit.
2 Cf. Aristot., *Metaph.*, III, c. 6 (II, 512).
3 Cf. *De moribus Manich.*, c. 2, n. 3 (PL 32, 1346).
4 Cf. Alex. Hal., *Summa theol.*, I, num. 124 sq.

substantificat malum[1]; ergo bonum creatum et malum non sunt contraria.

Contra: *a.* Malum nocet bono creato; et quod nocet bono creato, dicitur ei contrarium; ergo malum et bonum creatum sunt contraria.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod contrarium dicitur dupliciter, sicut supra habitum[a] est[2]. Uno enim modo dicitur contrarium, quod vicissim permutabile est in eodem subiecto, et hoc accidit per hoc quod vicissim unum[b] nocet alteri: et secundum hoc bonum creatum et malum non dicuntur contraria, quia haec invicem non sibi nocent; bonum enim non[c] nocet malo. Alio vero modo dicitur esse contrarium alterum alteri, cum alterum[d] nocet alteri, sed non vicissim permutatur[e] in subiecto: et secundum hoc malum est contrarium bono, in quo etiam substantificatur, et secundum hoc procedit ratio praedicta. Nihilominus tamen est bonum quoddam, quod opponitur malo vicissim, utpote bonum in habitibus bonis et malum in habitibus malis[f], quae in creaturis rationalibus sibi invicem succedunt.

II. Deinde quaeritur, cum malum opponatur bono creato, utrum idem sit malum quod opponitur bono gratiae et bono naturae.

Quod sic, videtur: 1. Malum opponitur bono gratiae: non enim possunt simul inesse; et commune habent subiectum, cui invicem succedunt, et intelligitur hoc de malo culpae; sed malum culpae est corruptio modi, speciei et ordinis; hoc autem opponitur bono naturae; ergo malum idem opponitur bono naturae et bono gratiae.

Contra: *a.* Bono naturae opponitur malum poenae, bono gratiae opponitur malum culpae; non autem idem est malum poenae et malum culpae[3]; non ergo malum idem opponitur bono gratiae et bono naturae. — Quod autem malum poenae opponatur bono naturae, patet per hoc quod malum poenae est vulneratio bonorum naturalium[4]; sed vulneratio bonorum naturalium opponitur bono naturae; ergo malum poenae opponitur bono naturae.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod non est idem malum quod opponitur bono gratiae et bono naturae, ut tangatur proxima oppositio. Si vero dicatur idem malum, quia[g] uni per se et primo opponitur, alteri vero per consequens, secundum[h] hoc malum culpae dicetur opponi bono gratiae et[i] virtutis et bono naturae. Nam primo et per se opponitur bono gratiae et virtutis[k], secundario vero opponitur bono naturae, quia est causa vulnerationis bonorum naturalium.

[Ad obiecta]: 1. Cum autem dicitur 'malum est corruptio modi, speciei et ordinis', hoc dupliciter potest dici: vel ut dicatur corruptio formaliter vel effective. Si effective, secundum hunc modum dicitur malum culpae corruptio, et potest idem esse malum quod opponitur bono gratiae et bono naturae. Si vero accipiatur formaliter, secundum hoc non erit idem malum culpae, quod opponitur bono[l] gratiae et virtutis, et malum quod est corruptio modi, speciei et ordinis. — Quod autem bono naturae per se et primo opponatur malum poenae, patet per hoc quod malum poenae est involuntaria defectio[5], defectio vero opponitur perfectioni[m], perfectio autem illa est bonum naturae, et ita malum[n] poenae opponitur bono[o] naturae; sed malum culpae est defectio voluntaria, defectio autem voluntaria opponitur dispositioni bonae voluntariae; ergo, cum bonum virtutis vel gratiae sit dispositio bona[p] voluntaria, non a voluntate data vel facta, sed cui consonat voluntas, ergo malum culpae opponitur bono gratiae vel[q] virtutis.

CAPUT III. 21

UTRUM SIT IDEM BONUM NATURAE QUOD MALO OPPONITUR ET QUOD EI SUBSTERNITUR[6].

Tertio quaeritur utrum idem sit bonum naturae quod malo opponitur et quod ei substernitur.

Quod non[r], videtur: 1. Bonum enim quod substernitur, est subiectum; subiectum autem dat esse[s] ei quod est in subiecto; ergo non est ei[t] contrarium: contrarium enim tollit esse a suo contrario.

2. Item, communis animi conceptio est quod nullum oppositum sit in suo opposito[7]; sed malum est in bono quod sibi substernitur; ergo non est ei oppositum, et maxime contrarie.

---

[a] V *prehabitum.* [b] B om. [c] F om. [d] Ita FR, alii om. [e] R *permitttitur.* [f] B *malo* pro *i. h. m.* [g] Z *quod.* [h] R *per,* Z *sed;* B *contrarium* pro *consequens.* [i] V om. [k] L om. *bono naturae... virtutis.* [l] L om. [m] Z *defectioni.* [n] Ita V, alii *malo.* [o] Ita V, alii *bonum.* [p] L add. *vel,* quod Z exp, [q] T *et.* [r] T *autem.* [s] V om. [t] R om.

1 Cf. Pseudo-Dionys., *De divin. nomin.*, c. 4, § 20 (PG 3, 722, PL 122, 1140).
2 Cf. supra, p. 29, *Solutio.*
3 Cf. supra, num. 16.
4 Cf. infra, num. 26 sqq.
5 Cf. supra, p. 27, nota 1.
6 Cf. Alex. Hal., *Summa theol.*, I, num. 125.
7 Cf. Aristot., *De categor.*, c. 8 (I, 21).

3. Item, quod denominat aliud, non destruit ipsum; sed malum denominat illud cui convenit; ergo non destruit ipsum; sed contrarium sive oppositum destruit illud cui est contrarium vel oppositum[1]; ergo malum non est contrarium illi bono quod ei substernitur.

Contra: *a.* Omne corruptivum est contrarium ei cuius est corruptivum[2]; sed malum est corruptivum boni quod ei substernitur; ergo est ei contrarium.

b. Item, dicit Augustinus, in *Enchiridion*[3], quod hic fallit regula dialecticorum[4], qua dicitur quod contraria non sunt simul in eodem. Per quod innuit quod malum quod inest bono, est contrarium ei, et ita contrarium est in suo contrario.

c. Item, omne quod diminuit alterum, in quantum huiusmodi, contrariatur ei; sed malum diminuit ipsum bonum naturae quod ei substernitur, habitudinem scilicet naturalem ad bonum gratiae vel virtutis. Unde Dionysius, in[a] libro *De divinis nominibus*[5]: « Corruptio est naturae infirmitas et defectus naturalium habitudinum et operationum et virtutum ». Ergo malum contrariatur bono quod ei substernitur.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod malum culpae est in bono naturae, cui etiam adversatur, et ita quodam modo est in suo contrario, sicut dicit Augustinus[b], in *Enchiridion*[6]. Sed dicendum[c] quod duplex est bonum naturae. Est enim quoddam bonum naturae, quod non potest tolli per malum culpae: et in tali bono naturae est malum culpae nec est ei contrarium. Est aliud bonum naturae, quod potest diminui vel tolli per malum culpae vel poenae: et huic bono adversatur diminuendo vel tollendo; cum autem diminuit, aliquid est quod remanet, et in illo etiam dicitur esse sicut in subiecto. Verbi gratia, anima habet quoddam bonum naturae quo est anima, et habet bonum naturae, scilicet habitudinem quamdam naturalem[d] ad bonum moris vel gratiae. Primum bonum est in quo contingit esse malum culpae, et non adversatur illi[e] nec tollendo nec diminuendo: quantumcumque enim fiat corruptio per malum culpae, non minus est anima rationalis anima rationalis[f]. Sed aliud bonum naturae, scilicet habitudo naturalis, ut vult Dionysius[7], diminui potest, et ei quod diminuitur adversatur malum culpae, ei vero quod remanet inest tamquam ei quod substernitur malo culpae, huic autem potest adversari: contingit enim animam minus esse habilem ad bonum quam prius. Est[g] etiam bonum naturae, quod potest tolli per malum poenae vel per malum culpae, tamquam meritorium illius, sicut vita in corpore humano tollitur ab ipso corpore ex merito primae[h] culpae hominis; quod autem tollit est malum poenae, scilicet mors. Sic[i] ergo est quoddam bonum naturae quod nec potest tolli nec[k] diminui per malum culpae vel[l] poenae; est aliud, quod potest diminui, sed non potest tolli, sicut habitudo naturalis; est tertium, quod omnino potest tolli, sicut vita in re animata. Bonum ergo naturae, secundo modo dictum, est cui malum adversatur diminuendo, sed non omnino tollit. Unde Augustinus, in *Enchiridion*[8]: « Cum natura corrumpitur, ideo malum est eius corruptio, quia eam qualicumque privat bono; nam si nullo bono[m] privat, non nocet, nocet autem adimendo bonum. Quamdiu igitur natura corrumpitur, inest ei bonum quo[n] privetur, ac per hoc, si naturae aliquid remanebit quod corrumpi nequeat, profecto natura incorruptibilis erit et ad hoc tam magnum bonum corruptio non perveniet ». Ex quo accipitur quod est bonum quod potest corrumpi per malum, et est aliud bonum quod non potest corrumpi. Huic ergo adversabitur malum, illi non adversabitur[o] tamquam contrario; et cui adversatur, nihilominus est in eo, sed secundum aliam et aliam rationem, sicut dictum est[9].

[Ad obiecta]: 1. Ad primo[p] ergo obiectum dicendum[q] quod bonum, ratione cuius malum dicitur habere esse, non est[r] ei contrarium, sed ratione eius quod malum privat esse sive bonum; ratione vero privationis non dat ei esse[s], et ita ex alio habet esse et ex alio habet contrarietatem.

2. Ad secundum[t] dicendum quod 'contrarium' accipitur duobus modis: uno modo proprie, secundum quod contraria nata sunt fieri circa idem[u], vicissim incompossibilia[v] eidem inesse; secundum hunc modum contrarium non est in suo[x] contrario, sed sese ad invicem expellunt: sic se habent malum culpae et bonum gratiae vel virtutis; alio[y] modo dicitur contrarium, quod nocet alteri adimendo aliquid de ipso: et secundum hunc modum contrarium potest esse in suo

---

[a] Ita V, alii om. [b] T om. [c] Ita VZ, alii add. *est*. [d] VT *materialem*. [e] B *et*. [f] R om. *a. r.* [g] R *et*. [h] V *pene*. [i] Z *sicut*. [k] V *et*, B *vel*. [l] V *et*. [m] B *modo*. [n] FRLZ *quod*. [o] T add. *malum*. [p] R *primum*. [q] Ita VZ, alii add. *est*. [r] V *enim*. [s] Ita F (interl.) R (interl.), alii om. [t] Ita V, alii add. *vero*. [u] V *illud*. [v] V *incompassibilia*. [x] Ita T, alii om. [y] BTLZ add. *vero*.

1 Cf. Aristot., *Phys.*, I, c. 9 (II, 260).
2 Cf. Aristot., *Mor. Eudem.*, VII, c. 1 (II, 219).
3 Cap. 14 (PL 40, 238); cf. Lombard., II *Sent.*, d. 34, c. 5 (p. 490); Alex. Hal., *Summa theol.*, I, p. 195, n. 3.
4 Cf. Aristot., *De categor.*, c. 8 (I, 18).
5 Cf. c. 4, § 25 (PG 3, 727, PL 122, 1143).
6 Loc. cit.
7 Cf. loc. cit., § 26 (PG 3, 727, PL 122, 1143).
8 Cap. 12, n. 4 (PL 40, 237).
9 Cf. hic, parum supra.

contrario. Illa autem communis[a] animi conceptio quod contrarium non est in suo contrario, intelligitur de contrariis primo modo dictis.

3. Ad tertium vero obiectum dicendum quod duplex est denominatio, formae scilicet et privationis. Forma[b] vero, quae denominat, non contrariatur ei quod ab ipsa[c] denominatur, sed privatio, quae denominat, potest contrariari ei quod ab ipsa denominatur, scilicet ipsi privato, et diminuens diminuto[d].

CAPUT IV. 22

UTRUM BONUM NATURAE, QUOD MINUITUR PER MALUM, SIT FINITUM VEL INFINITUM[1].

Quarto quaeritur utrum bonum naturae, quod minuitur per malum, sit finitum vel infinitum.

Quod sit finitum, 1. accipitur ex hoc quod omne bonum[e] creatum est finitum; ergo, cum illud bonum, quod diminuitur per malum, sit creatum, illud erit finitum; et si[f] est finitum, finitum est in[g] diminuendo: cum enim diminuitur, aliquid eius tollitur; ergo in fine nihil remanebit, cum finitum habeat partes finitas; ergo bonum naturae, quod recipit diminutionem, potest usquequaque tolli.

2. Praeterea, si esset infinitum, aut esset[h] infinitum magnitudine aut virtute; sed infinitum virtute est solus Deus, infinitum vero magnitudine nihil est, sicut ostenditur[i] in Naturali Philosophia[2]; ergo bonum naturae, quod[k] recipit diminutionem, non est infinitum. Nam, si dicatur quod sit[l] infinitum duratione, qualiter stare potest existente diminutione continua, cum in omni parte diminutionis aliquid eius minuatur? Ergo tandem devenietur[m] ad hoc ut nulla pars eius remaneat, et ita duratio eius cessabit; non ergo est infinitum duratione.

3. Forte[n] dicetur quod, licet sit bonum finitum, semper tamen permanebit, quia non est continua diminutio, sed stabit ad aliquid quod non potest diminui. — Contra: Possibile est malum culpae magis et magis crescere; ergo possibile est corruptionem esse maiorem et maiorem; sed quantum crescit corruptio, tantum minuitur bonum; sed corruptio non habet statum in ascendendo sicut nec malum culpae quin possit maior esse, manente eo quod corrumpi potest; ergo diminutio boni similiter se habebit in descendendo[o]; eiusdem autem naturae est totum bonum habitudinis: qua enim ratione una pars habitudinis potest minui, eadem ratione alia; ergo non erit status in diminuendo, dum aliquid illius boni naturae remaneat; necesse est ergo, cum illud bonum sit finitum, in fine omnino tolli.

Quod autem sit bonum infinitum in diminuendo, sic ostenditur: *a.* Malum enim est corruptio habitudinis naturalis; sed habitudo illa naturalis semper manet, manente ipsa natura animae; sed natura animae est immortalis; ergo bonum habitudinis ratione alicuius sui semper remanebit[p], et potest ex alia parte esse continua corruptio; et, cum est continua corruptio, semper est alicuius boni diminutio; ergo bonum habitudinis naturalis est[q] infinitum in diminuendo.

b. Item, dicit Augustinus, in *Enchiridion*[3]: « Si corrumpi non desinet, nec utique bonum habere non desinet, quo naturam possit privare corruptio; quam si penitus totamque consumpserit, ideo nullum bonum inerit, quia nulla natura[r] erit; quocirca bonum consumere corruptio non potest nisi consumendo naturam ». Ex quo accipitur, si habitudo naturalis non desinit corrumpi, nec desinit habere aliquod bonum quod corrumpatur, et ita erit bonum habitudinis naturalis infinitum in diminuendo.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod bonum habitudinis naturalis dicitur[s] uno modo finitum et alio modo infinitum. Dicitur enim finitum virtute et essentia, quo modo dicitur Deus infinitum; sed non propter hoc est finitum in diminuendo, ut perveniat ad omnimodam ablationem; nec est dicere quod tantum diminuatur quin possit amplius diminui, sed ad omnimodam corruptionem non devenitur, manente natura ipsius animae. Dicitur autem alio modo infinitum, quod est per modum infiniti divisione, et hoc proprie dicitur infinitum diminutione, et, secundum hunc modum, bonum[t] habitudinis naturalis dicitur infinitum: non enim tantum diminuitur quin amplius possit diminui; sed non dicitur infinitum virtute, quia tantae est potentiae et non amplioris. Ascendere ergo non potest, sed descendere potest: ascensus autem est determinatus, quia magnitudo boni creati est determinata; descensus vero est indeterminatus[u],

---

[a] R om.; V om. *autem.* [b] FRLZ *de forma.* [c] RLZ *ipso.* [d] VTRLZ *diminuendo,* quod F corr. [e] T om. [f] V *sic.* [g] VBT om. [h] T om. [i] Ita B, alii *obicitur.* [k] V om. [l] L *si.* [m] BR *devenitur.* [n] FRLZ *sed forte.* [o] V *ascendendo.* [p] VLZ *manebit,* BT *permanebit.* [q] V add. *in.* [r] V *nec in illa* pro *n. n.;* VB om. *quocirca.* [s] V *est.* [t] V om. [u] B om. *quia... indeterminatus.*

[1] Cf. Alex. Hal., *Summa theol.*, I, num. 126; S. Bonav., II *Sent.*, d. 35, a. 2, q. 3 (II, 832sqq.).

[2] Cf. Aristot., *Phys.*, III, c. 5 (II, 278).

[3] Cap. 12 (PL 40, 237).

quia, licet tendat ad nihilum diminuendo, non tamen fiet omnino nihil aliquando.

[Ad obiecta]: 1. Per iam dicta potest solvi quod primo obiectum est. Concedendum enim [a] est, cum sit bonum creatum, quod finitum est in magnitudine virtutis, ut sit tanta et non maior.

2. Ad secundum [b] vero obiectum dicendum quod nec magnitudine nec virtute est infinitum, sed duratione, eo quod semper aliquid habitudinis naturalis permanet, manente ipsa natura animae. Sed hoc infinitum duratione non habet ex se, sed ex ipsa animae natura; habet etiam ex hoc quod sicut corpus dicitur esse infinitum divisione, manente natura corporis, ita hoc bonum habitudinis naturalis infinitum est diminutione, manente natura ipsius animae. Stat tamen aliquando diminutio, secundum quod stat magnitudo vel multitudo peccatorum.

3. Et si dicatur quod bonum habitudinis, cum sit finitum bonum, habet partes finitas, et ita aliquando stabit diminutio: dicendum [c] quod non proprie dicitur habere partes, sed metaphorice, sicut dicitur de albedine secundum quod recipit magis et minus; albedo autem in diminutione habet terminum ipsam albedinis corruptionem, bonum autem habitudinis naturalis ex illa parte qua diminuitur, non habet finem. Nec dicitur esse finitum in partibus metaphorice dictis: cum enim aliquid eius tollitur, adhuc aliquid eius remanet, et sic in infinitum diminuendo. Quod autem dicitur 'finitum habere finitas partes', hoc attenditur in finito secundum quantitatem: bonum autem habitudinis naturalis non est finitum secundum quantitatem nec infinitum, cum magnitudinem, quae corpori debetur, non habeat, sed dicitur finitum essentia et virtute sicut creatura, sed non finitum remissione, quin amplius possit remitti. Utrum autem infinitum dicatur intensione [d], ut non tantum bonum sit quin possit melius fieri — et fit sermo de bono voluntario — alterius est considerationis.

23

QUAESTIO IX.

UTRUM MALUM SIT CAUSA ALICUIUS.

Nono et ultimo quaeritur utrum malum sit causa alicuius, et, si est causa, cuius vel quorum dicatur causa et secundum quem modum.

Quod autem non sit causa alicuius, videtur: 1. Quod enim esse non habet, nec causalitatem, quae est dispositio consequens esse; sed malum non habet esse, sicut supra habitum est [1]; ergo nec causalitatem, cum causalitas sit dispositio consequens esse, sicut apparet in divisione entis.

2. Praeterea, dicit Dionysius, in libro *De divinis nominibus* [2]: « Malum est sine germine et vacuum et non operans ». Sed quod est huiusmodi, non est causa alicuius; ergo malum non est causa alicuius.

3. Item, in eodem, Dionysius [3]: « Malum, secundum quod malum, nullam substantiam aut generationem facit ». Sed quod nullam facit generationem vel substantiam non est causa alicuius; ergo malum non est causa alicuius.

4. Item, omnis causa aut est efficiens aut formalis aut materialis aut finalis [4]. Sed malum, sicut dicit Augustinus, in libro *De civitate Dei* [5], « non est causa efficiens ». — Nec est causa formalis: malum enim est privatio formae; ergo non habet rationem formae; ergo nec causae [e] formalis. — Similiter non est causa finalis: est enim privatio finis. — Nec est causa materialis: alterum enim est quod privatur et ipsa privatio; sed quod privatur, ad causam materialem reducitur: subiectum enim ad causam materialem pertinet sive ad materiam [f]. Praeterea, privatio nata est fieri in aliquo susceptibili; sed susceptibile dicitur materia, malum vero privatio; ergo malum est natum fieri in materia et non est ipsa materia. Item, Dionysius, in libro *De divinis nominibus* [6]:

---

[a] V om. [b] Z *secundo*. [c] Ita V, alii add. *est*. [d] L *intensive*, quod Z corr. [e] L *esse*. [f] V *naturam*.

1 Cf. supra, num. 1.
2 Cap. 4, § 32 (PG 3, 731, PL 122, 1145).
3 Loc. cit., § 20 (PG 3, 748, PL 122, 1139).
4 Cf. Aristot., *Metaph.*, IV, c. 2 (II, 515).
5 Cf. lib. XII, c. 7 (PL 41, 355).
6 Cap. 4, § 28 (PG 3, 730, PL 122, 1143).

« Non multum murmurat 'in materia malum', secundum quod est materia: etenim ipsa[a] ornatus et formae et speciei habet participationem; sed malum non habet ». Ergo malum[b] non est materia. « Quo modo etiam[c] materia malum? Si quidem enim est, nihil est ». Ex iis arguitur quod malum non est in aliquo genere causae, et ita non est causa.

5. Item, Dionysius, in libro *De divinis nominibus*[1]: « Malum[d], secundum quod malum[e], nullius est generativum aut nutritivum[f] aut totaliter effectivum[g] aut salvativum ». Ergo malum non est causa alicuius.

Quod autem malum sit causa alicuius, *a.* habetur a Dionysio, in libro *De divinis nominibus*[2]: « Haec est boni virtutis superexcellens magnitudo, quia privata et suimet privationem posse[h] facit ». Sed quod habet posse, consequenter potest agere; et quod potest agere, alicuius potest esse causa; ergo malum alicuius potest esse causa.

b. Item, malum est causa poenae, sicut dicitur Sap. 1, 12: Iniustitia[i] est mortis acquisitio; sed quod est causa poenae, est causa alicuius, cum poena iustum[k] sit, et ita aliquid sit; ergo malum est[l] causa alicuius.

c. Item[m], Augustinus, in libro *De libero arbitrio*[3]: « Clarum est nihil aliud quam libidinem esse malorum causam ». Sed libido malum est; ergo malum alicuius causa est.

d. Praeterea, dicit B. Gregorius[4]: « Peccatum, quod per poenitentiam non diluitur, suo pondere mox ad aliud trahit ». Ergo peccatum est causa peccati; ergo malum est causa mali.

e. Item, super illud ad Rom. 1, 24: *Propterea tradidit illos Deus* etc., Glossa[5]: « Inter primum peccatum apostasiae et ultimam poenam ignis aeterni media sunt peccata et poenae peccatorum ». Sed, cum sint poenae peccatorum praecedentium, causantur ab illis; ergo malum est causa alicuius vel aliquorum.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod malum non est causa boni nisi secundum accidens. Sicut enim habet esse secundum accidens, quemadmodum dicit B.[n] Dionysius[6], ita et habet rationem causae[o] secundum accidens respectu boni, prout Deus, qui sinit mala fieri, ex malis elicit bona. Malum autem mali potest esse causa; unde B. Dionysius, in libro *De divinis nominibus*[7]: « Malorum non sunt factivae rationes et virtutes, sed impotentia et infirmitas et mixtura dissimilium immoderata »; et ita patet quod malorum mala sunt causae.

Ad obiecta[p] ergo dicendum, quibus concluditur quod malum non est causa.

1. Et primo ad primum[q]. Malum enim, licet non habeat esse simpliciter, secundum quod esse dicitur « quod ordinem retinet servatque naturam[8] », nihilominus tamen habet esse privationis, ratione cuius potest esse privationum[r] causa. Habet etiam esse secundum quid, ratione boni in quo est; propter quod potest esse causa secundum accidens vel occasio ipsius boni.

2. Ad secundum dicendum quod illud intelligitur de simpliciter causa bonorum, quod scilicet removetur a malo. Neque enim malum ratione malitiae habet germinare bona vel plenitudinem bonorum vel per se operari bona; nihilominus tamen ex malo procedit germen malorum, sicut dicitur Isai. 14, 22: *Perdam Babylonis nomen, reliquias, progeniem et germen.*

3. Eodem modo respondetur ad tertium.

4. Ad quartum dicendum quod malum non est causa simpliciter secundum differentias causae dictas. Causa enim[s] efficiens dicitur quae producit[t] esse, et ita etiam de aliis causis, quae ad esse et bonum referuntur. Malum tamen dicitur esse causa efficiens mali, sicut dicit Philosophus[9] quod lis est ab odio. Augustinus vero, in libro *De civitate Dei*[10], defectuum ponit causam esse deficientem.

5. Ad quintum dicendum quod malum, cum sit corruptivum — quod autem est corruptivum alicuius non dicitur facere aliquid, sed destruere — per hunc modum dicetur de malo quod non dicitur quid facere, sed quid destruere. Aliter vero dicitur malum culpae causa mali poenae et causa mali culpae: mali enim poenae dicitur causa meritoria, mali vero culpae causa efficiens deficiendo.

---

[a] VBT *ipse.* [b] Z om. [c] V *ergo.* [d] R add. *enim.* [e] V om. *s. q. m.* [f] T *nutrimentum.* [g] V om. *a. t. e.* [h] VF *post se.* [i] R *iniusta.* [k] V *iuxta.* [l] B om. *e. m. e.* [m] VBTLZ om. [n] Z om. [o] VBT *esse.* [p] R *obiectum.* [q] V add. *dicendum quod.* [r] Ita B, alii *privatio non.* [s] V *que.* [t] B add. *in.*

1 Loc. cit.
2 Cap. 4, § 20 (PG 3, 718, PL 122, 1139).
3 Lib. I, c. 3, n. 8 (PL 32, 1225).
4 *Moral.*, XXV, c. 9, n. 22 (PL 76, 334).
5 Lombardi, in h. l. (PL 191, 1331).
6 Cf. *De divin. nomin.*, c. 4, § 32 (PG 3, 731, PL 122, 1145).
7 Loc. cit.
8 Boeth., *De consol. philos.*, prosa 2 (PL 63, 795).
9 Cf. Aristot., *Metaph.*, IV, c. 1 (II, 514).
10 Lib. XII, c. 9 (PL 41, 356).

TRACTATUS SECUNDUS

DE TRIPLICI EFFECTU MALI CULPAE

QUAESTIO I.

DE SPOLIATIONE GRATUITORUM.

Deinde procedendum est ad effectus [a] mali culpae. Sunt autem effectus mali culpae [b] spoliatio gratuitorum et vulneratio naturalium: naturalia autem, quae vulnerantur, dicuntur ipsae potentiae habituales; tertius vero effectus est [c] privatio sive corruptio modi, speciei et ordinis.

Ratio autem numeri istorum effectuum est quod malum culpae habet respectus ad triplex [d] bonum. Est enim bonum potentiae sive virtutis et est bonum habitudinis naturalis et est bonum gratiae sive virtutis datae vel acquisitae. Respectu ergo [e] boni gratiae seu virtutis gratuitae aut moralis dicitur [f] spoliatio; respectu vero potentiae habitualis [g] sive virtutis naturalis dicitur vulneratio; respectu vero habitudinis, quae media est, quae consistit in modo, specie et ordine, dicitur corruptio.

Dicendum est [h] ergo primo de effectu qui est spoliatio. Est autem duplex spoliatio [i]: virtutis gratuitae sive gratiae gratum facientis et virtutis moralis.

Primo ergo quaerendum est de spoliatione virtutis gratuitae sive gratiae; secundo, de alia spoliatione.

24

CAPUT I.

UTRUM SPOLIATIO GRATUITORUM SIT A DEO [1].

Quaeritur ergo I. primo utrum spoliatio gratuitorum sit a Deo.

Quod videtur: 1. Spoliatio enim [k] illa poena est; et poena iusta est [l], cum iuste fit; ergo spoliatio gratuitorum est iusta; et quod iustum est, a Deo est; ergo spoliatio gratuitorum a Deo est.

2. Item, Augustinus [m], in libro *De natura et gratia* [2], super illud ad Rom. 1, 21: *Obscuratum est insipiens cor eorum:* « Obscuratio poena fuit et vindicta, per quam, deserente luce Sapientiae, in plura peccata sunt prolapsi ». Ergo lux Sapientiae deserit peccatorem; sed desertio illa nihil aliud est quam subtractio gratiae; subtractio autem gratiae non potest esse nisi ab eo qui dat gratiam; ergo est a Deo; sed hoc est spoliatio gratuitorum; ergo spoliatio gratuitorum [n] est a Deo.

3. Item, super illud: *Tradidit illos Deus* [o] *in desideria cordis eorum*, Rom. 1, 24 dicitur [3]: « Deserit Deus non apponendo [p] gratiam vel appositam subtrahendo ». Sed haec desertio est a Deo; ergo et spoliatio gratuitorum. — Item, in eadem [q] Glossa, infra [4]: « Sicut apponit gratiam, unde inclinetur voluntas hominum ad bonum, ita subtrahit [r] quibusdam, qua subtracta, incurvatur voluntas eorum ad malum ». Sed subtractio gratiae est a Deo subtrahente; ergo et spoliatio.

---

[a] VB *effectum.* [b] L om. *sunt... culpae*, in F est add. interl. [c] Ita FR, alii om. [d] V *multiplex.* [e] Z om. [f] V *erit.* [g] B *habitudinalis.* [h] V om.; T om. *ergo.* [i] L om. *e. a. d. s.* [k] BTLZ om. [l] V om. *e. p. i. e.* [m] B om. [n] V om. *e. s. g.* [o] T om. [p] T *appetendo;* Z *sed* pro *vel.* [q] FRL *eodem.* [r] FRLZ *subtrahitur;* V add. *gratiam.*

[1] Cf. Ioan. de Rupella, *Summa de vitiis* (f. 6a sq.).

[2] Cap. 22 (PL 44, 258); cf. Lombard., in h. l. (PL 191, 1331).

[3] Cf. *Glossa* Lombardi, in h. l. (PL 191, 1332), ex Origene, *In Epist. ad Rom.* 1, 18 (PG 14, 867).

[4] Loc. cit.

4. Item, Augustinus, *Contra Felicianum*[1]: « Una lucis substantia[a] noctem et diem facere videtur, sed non eodem modo; diem enim facit cum venit, noctem[b] cum recedit ». Ergo similiter una lux spiritualis facit diem spiritualem et noctem spiritualem; sed nox spiritualis est subtractio gratiae vel[c] spoliatio gratuitorum; ergo lux spiritualis facit illam spoliationem; sed Deus est lux spiritualis; ergo spoliatio illa est a Deo.

5. Item, est subtractio bonorum temporalium et subtractio bonorum spiritualium; sed a Deo est subtractio bonorum temporalium aliquando propter hominum indignitatem; ergo similiter a Deo est subtractio bonorum spiritualium propter peccantium indignitatem.

Contra: *a.* Augustinus[d], I *Soliloquiorum*[2], in oratione ad Dominum loquens, ait: « Tu enim si deseris, peritur; sed[e] non deseris, quia tu es summum bonum ». Ergo Deus nunquam deserit; est autem *lux vera*[f][3]; ergo lucem nunquam subtrahit, proprie loquendo.

b. Item, sole praesente non facit sol ut non illuminetur corpus quod est in muro, sed interpositio muri, quae proprie radios subtrahit solis, non ipse sol; ergo similiter, cum dicat Isai. 59, 2, quod *iniquitates nostrae diviserunt inter nos et Deum*, peccata erunt quae proprie subtrahunt gratiam, et non Deus.

c. Item, Sap. 7, 24: *Attingit ubique propter sui munditiam.* Ergo ubique[g] praesens est; nunquam igitur deserit.

d. Item, Ioan. 1, 5: *Lux in tenebris lucet;* super illud dicit Augustinus, in originali[4]: « Quo modo caeco in sole posito praesens est sol, sed ipsius oculis absens est, sic omni iniquo caeco corde praesens est Sapientia et oculis eius absens, non quia illi absens est illa, sed quia ille absens est ab illa ». Nunquam ergo Deus subtrahit lumen gratiae, sed caecitas, quae est peccatum.

e. Item, Anselmus[5]: « Peccator non habet gratiam, non quia Deus non dat, sed quia homo non accipit ». Ipse ergo peccator gratiam sibi subtrahit: facit enim aliquid[h] quo amittit gratiam. Ideo dicit Apostolus, ad Hebr. 12, 15: *Videte, ne quis desit gratiae Dei,* quasi diceret: videte, semper parata est gratia, Deus[i] non deserit, nec[k] vos ergo deseratis.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod improprie dicitur Deus subtrahere gratiam: hoc enim[l] non aliud est quam non apponere vel non continuare; proprie autem dicitur 'peccator subtrahit sibi gratiam' vel peccatum[m] subtrahere gratiam a peccatore.

Ad obiecta autem respondendum.

1. Ad primum quod, cum dicitur 'iustum est' etc., 'iustum' dicit iustitiam ordinis, quae iustitia ordinis est a Deo: Deus enim iuste ordinat mala; neutrum tamen extremorum, scilicet malum et subtractio gratiae[n], proprie est a Deo; sed si dicatur subtractio gratiae ut est poena, ratione qua est poena, est a Deo.

2. Ad secundum dicendum quod obscuratio, prout est huiusmodi, non est a Deo; prout tamen est poena, est ab ipso. Concedendum est etiam quod[o] lux Sapientiae deserit peccatores, sed non deserit nisi[p] prius deseratur. Unde Augustinus, in libro *De bono perseverantiae*[6]: « Voluntate sua quisque deserit Deum, ut merito deseratur a Deo ». Et iterum, I Paral. 28, 9: *Si dereliqueris illum, proiciet te Deus in aeternum;* et II Paral. 12, 5: *Vos reliquistis me, et ego reliqui vos in manu Sesac.*

3. Ad tertium dicendum quod aliud est de appositione gratiae et subtractione: appositio enim gratiae cum sua sequela est a Deo, subtractio vero gratiae proprie est a peccato. Cum autem dicitur « Deus subtrahit quibusdam, qua subtracta » etc., hoc est 'non apponit gratiam' propter indignitatem personae. Quod autem dicitur « qua subtracta » etc., non intelligitur quod causa sit ipsius sequelae. Unde, licet Deus subtrahat quibusdam gratiam, non tamen incurvat voluntates ad malum, sed homo suam incurvat[q] voluntatem. — Per hoc solvitur id quod dicitur « deserit Deus non apponendo gratiam vel appositam subtrahendo ». Secus autem est de non-appositione et de subtractione gratiae[r]: subtractio enim gratiae poenam dicit pro peccato; non-appositio vero, nisi aliquid addatur, non dicit poenam. Supposito enim quod homo conditus esset in naturalibus et non apponeretur gratia, non diceretur non-appositio gratiae poena, cum nulla praecessisset culpa.

4. Ad id vero quod dicit Augustinus, *Contra Felicianum,* dicendum[s] quod[7] non est simile de luce corporali et spirituali. Lux enim corporalis per sui praesentiam et absentiam est[t] causa oppositorum[u], luminis scilicet et tenebrarum, et

---

[a] R add. *et.* [b] FR add. *vero.* [c] V *et.* [d] Z add. *in.* [e] V *si.* [f] VT *natura.* [g] T *ubi est.* [h] V *id,* B *ad.* [i] R add. *enim.* [k] Ita V, alii *ne.* [l] R om. [m] B *peccator.* [n] T om. [o] L add. *non.* [p] V *in se.* [q] FR *curvat.* [r] FRLZ om. [s] Ita V, alii add. *est.* [t] R add. *tamen.* [u] FRL *appositiva.*

1 Cap. 14 (PL 42, 1170).
2 Cap. 1, n. 6 (PL 32, 872).
3 Ioan. 1, 9.
4 *In Ioan.,* tr. 1, n. 19 (PL 35, 1388).
5 Cf. *De casu diaboli,* c. 3 (PL 158, 331).
6 Cap. 6, n. 12 (PL 45, 1000).
7 Cf. supra, p. 16, nota 1.

hoc quia aliquando adest, aliquando abest, per hoc quod de loco ad locum movetur. Lux vero spiritualis ubique est, et ideo non est causa tenebrarum spiritualium, sed liberum arbitrium, in quo ponitur obex [a]. Sicut enim corpus opacum interpositum causa est tenebrae corporalis aliquando, ita liberum arbitrium ratione peccati, et ideo dicitur Isai. 59, 2: *Iniquitates nostrae diviserunt inter nos et Deum.*

5. Ad aliud [b] vero quod obicitur de subtractione bonorum temporalium etc., dicendum [c] quod non est simile. Subtractio enim temporalium ab indignis bona est et etiam eis bona aliquando: per hoc enim convertuntur ad poenitentiam et humiliantur. Subtractio vero gratiae nec in se bonum [d] est nec est bonum illi a quo subtrahitur; occasionaliter tamen posset esse bonum [e], secundum illud quod dicitur Rom. 8, 28: *Omnia cooperantur in bonum iis qui secundum propositum vocati sunt sancti* [f]. Subtractio enim gratiae posset esse occasio ut peccator humiliaretur et confugeret ad Dei miserationem: cum enim aliquis considerat se destitutum a Deo propter peccatum, dolet, et dolens sive [g] attritus confugit ad Dei misericordiam.

II. Quaeritur [h] etiam de duobus peccatis aequalibus, quorum unum est prius, aliud [i] posterius.

a. Videtur enim quod primum peccatum, cum sit aequale secundo, aequalis ei poena debeatur; sed ei debetur subtractio gratiae; ergo, cum haec sit maxima poena — secundum quod dicitur super illud Psalmi [1]: *Abominatus est hereditatem suam,* Glossa [2]: « Deum averti ab eis, extremum omnium malorum praesentium est [k] » — secundo peccato debetur similiter maxima poena, scilicet subtractio gratiae.

Contra: 1. Per primum peccatum mortale subtracta est gratia; non ergo in secundo peccato subtrahitur; ergo poena inaequalis debetur pro [l] aequalibus peccatis: quod est falsum. Dicitur enim Ierem. 50, 15: *Iuxta ea, quae fecit, facite illi;* et Deuter. 25, 2: *Pro mensura peccati erit et plagarum modus.* Unde Augustinus, *De Baptismo contra Donatistas* [3]: « Pro disparibus ponderibus peccatorum sunt disparia tormenta poenarum » et pro aequalitate [m] criminum aequalitas [n] poenarum. Ergo secundum quantitatem peccatorum debetur quantitas poenarum.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod subtractio gratiae duobus modis potest accipi: vel pro ipsa amissione gratiae quae habita est vel pro elongatione gratiae. Si pro elongatione gratiae, aequali peccato debetur aequalis poena, scilicet aequalis [o] subtractio. Si vero accipiatur subtractio gratiae pro amissione gratiae, non debetur secundo peccato ista poena, sed deberetur, si infuisset gratia: hoc enim non est ex parte peccati, sed ex parte [p] subiecti, in quo non invenitur huiusmodi bonum, quod subtrahendum esset.

25 CAPUT II.

UTRUM ET QUO MODO MALUM SPOLIAT VIRTUTEM MORALEM.

Consequenter quaeritur de spoliatione sive ablatione virtutis moralis: malo enim culpae fit ablatio virtutis moralis.

Sed [q] quaeritur I. utrum omnis virtus moralis auferatur sive spolietur per malum culpae, sicut spoliatur omnis virtus gratuita.

1. Cum enim malum culpae opponatur virtuti morali quemadmodum et virtuti gratuitae, malum autem [r] culpae aufert insimul sive spoliat omnem virtutem gratuitam, ergo consimili ratione auferet vel spoliabit [s] omnem virtutem moralem.

2. Praeterea, connexa videntur esse vitia; unde dicit Augustinus, in libro *De Baptismo contra Donatistas* [4]: « Cum quis est haereticus, non potest esse quin et alia vitia consequantur ». Ergo, cum unumquodque vitium tollat suam virtutem moralem, uno vitio posito tolletur omnis virtus moralis.

3. Item, bonum et malum sunt contraria [5]; ergo non convenit [u] illa duo inesse eidem; sed uno malo [v] culpae posito inest malum; ergo non convenit eidem subiecto bonum; sed quaelibet virtus moralis ponit bonum; ergo removetur omnis virtus moralis; ergo uno malo sive vitio posito removetur omnis virtus moralis; ergo spoliatio omnium moralium est poena consequens ad malum culpae sive vitium.

---

[a] VT *abest,* B *abex.* [b] FRZ *id,* L *illud.* [c] Ita V, alii add. *est.* [d] V *bona.* [e] V *bona.* [f] FRL *sanctis.* [g] V om. [h] L *Et queritur.* [i] Ita V, alii add. *est.* [k] Ita FR, alii om. [l] V om. [m] VBLZ *equitate.* [n] VBTLZ *equitas.* [o] V om. *p. s. a.* [p] B om. *s. e. p.* [q] R *si.* [r] R *enim.* [s] Z *aufert vel spoliat* pro *a. v. s.* [t] V om. [u] Z *conveniunt.* [v] R add. *eidem.*

1 Psalm. 105, 40.
2 Lombardi, in h. l. (PL 191, 968), ex Cassiodoro, in h. l. (PL 70, 764).
3 Lib. IV, c. 19 (PL 43, 171), cetera ad sensum.
4 Lib. IV, c. 20 (PL 43, 171).
5 Cf. supra, num. 18 sqq.

Contra: *a.* Malum culpae sive vitium est ab homine sive ab intellectuali creatura; sed uno actu perpetrato non perpetratur actus disparatus, malum autem culpae mediante actu inest; ergo contingit unum malum culpae inesse, alio [a] malo non existente in eodem subiecto; sed non aufertur virtus moralis nisi per suum oppositum; ergo uno malo culpae existente non omnis virtus moralis aufertur.

b. Item, Augustinus, IV libro *De Baptismo contra Donatistas*[1]: « Unum aliquod vitium non omnia cetera consequuntur ». Non ergo [b] est vitiorum connexio; sed virtutes morales opponuntur ipsis vitiis, ita quod quaelibet habet suum oppositum; ergo non est connexio virtutum moralium; ergo unum malum culpae non aufert sive spoliat omnem virtutem moralem.

II. Item, occasione huius quaeritur, si malum culpae spoliat virtutem moralem, secundum quem modum fiat spoliatio.

1. Cum enim virtus moralis exercitio bonorum operum acquiratur, malum autem culpae uno opere [c] perpetretur, non videtur per unum malum culpae spoliatio fieri omnis virtutis moralis. Sicut enim habitus bonus moralis exercitio bonorum operum [d] acquiritur, ita malum ei oppositum exercitio malorum operum videtur acquiri [e]; non ergo unicum malum culpae aufert omnem [f] virtutem moralem. Sicut enim [g] malum et bonum opponuntur, ita malum consuetudinale et bonum consuetudinale; ergo ad spoliationem virtutis consuetudinalis videtur quod exigatur vitium consuetudinale.

2. Quod etiam videtur per hoc quod dicitur in libro *De natura et gratia*[2]: dicitur enim ibi quod « vitium est mala qualitas mentis »; sed quae qualitas dicetur nisi fuerit habitus vel dispositio? Habitus autem, cum sit de difficili mobilis[3], qualiter aggenerabitur unico actu? Ergo malum culpae, cum fiat unico actu, non inducet habitum malum; sed habitus malus expellit habitum bonum; ergo malum culpae de se non expellit habitum bonum.

Contra: *a.* In eadem vi non possunt inesse [h] opposita secundum denominationem[4]; cum ergo malum culpae inest et per consequens denominet subiectum in quo est, non [i] denominabitur subiectum ab opposito; sed oppositum est dispositio bona et habitus; ergo neutrum illorum potest inesse; malum ergo culpae unicum spoliat habitum moralem.

[Solutio]: I. Ad quod dicendum quod malum culpae non spoliat omnem habitum moralem, sed spoliat habitum sibi oppositum.

[Ad obiecta]: 1. Ad id vero quod obicitur in contrarium per simile de habitu gratuito, dicendum [k] quod non est simile. Habitus enim gratuiti ratione gratiae sunt connexi[5], et [l] propter hoc malum culpae, quod opponitur uni habitui gratuito, ratione malitiae opponitur ipsi gratiae gratum facienti; gratia vero gratum faciens est causa connexionis virtutum gratuitarum: propter quod malum culpae, quod opponitur gratiae, auferendo gratiam spoliat a virtutibus gratuitis universaliter secundum quod sunt gratiae. Non sic autem est in virtutibus moralibus secundum se ipsas acceptis. Contingit enim unam virtutem moralem inesse sine alia, et propter hoc vitium quod opponitur uni, non necessario tollit aliam [m] vel spoliat animam ab alia.

2. Ad secundum vero dicendum quod illud quod dicitur in libro Augustini, *Contra Donatistas*, non dat intelligere connexionem essentialem vitiorum, sed quae contingit frequenter in quibusdam vitiis. Et hoc patet ex verbis eius, cum dicit [n][6]: « Si quis dicat quod [o] haereticus est, non potest [p] hoc solum esse quin et alia consequantur [q]; carnalis enim et animalis est, ac per hoc necesse est ut animosus sit et invidus et inimicus ipsius veritatis ab eaque [r] dissentiens ». Similiter loquitur de ebrioso[7]: « Quis ebriosus est [s] et non contentiosus et animosus et invidus et arguentibus se graviter inimicus? » Haec autem connexio non est [t] eo quod simul sint vitia necessario, sed quia illud vitium disponit ad alia consequenter, et hoc in pluribus. Unde, licet unum vitium sive malum culpae tollat habitum moralem sibi oppositum, non propter hoc tollit alios habitus in eodem nunc: non enim in eodem nunc necessario insunt alia vitia.

3. Ad tertium vero [u] dicendum quod, licet bonum et malum sint contraria nec possint simul inesse eidem [v] subiecto, nihilominus unum malum culpae non expellit omnes habitus morales, sed habitum directe [x] sibi oppositum. Unde ex hoc sequitur quod vitium incontinentiae expellit

---

[a] V *quo*; R om. *malo*. [b] T om. [c] FRL *modo*, quod Z corr. [d] T om. [e] VB *acquiritur* pro *v. a.*; T om. *ita... acquiri.* [f] Ita B, alii om. [g] Z add. *et.* [h] V om. [i] L *inde*, quod R corr.; Z *inde nominabitur* pro *n. d.* [k] Ita V, alii add. *est.* [l] Z om. [m] Z *alteram*; V *sed* pro *vel.* [n] FRLZ *dicitur*; Z *illis* pro *verbis.* [o] VBT *quia.* [p] FZ add. *propter.* [q] B *sequantur.* [r] B *absque ea* pro *a. e.*; RLZ *virtutis* pro *veritatis*, quod F corr. [s] FRLZ om. [t] T om. [u] V om. [v] B *esse in eodem* pro *i. e.* [x] V *directum.*

1 Cf. c. 20 (PL 44, 257), sed potius colligitur ex Augustino, *De lib. arbit.*, II, cc. 18 et 19 (PL 32, 1266 sqq.) et *Retract.*, I, c. 9, n. 6 (PL 32, 598); Lombard., II *Sent.*, d. 27, c. 5 (p. 446).

2 Cf. cc. 19 sq. (PL 44, 256 sq.); Lombard., loc. cit.

3 Cf. Aristot., *De categor.*, c. 6 (I, 13).

4 Cf. Aristot., *De categor.*, c. 8 (I, 18).

5 Cf. Alex. Hal., *Summa theol.*, II, num. 513.

6 *De Bapt. c. Donat.*, IV, c. 20 (PL 43, 171).

7 Loc. cit.

continentiam moralem, sed non propter hoc expellit sobrietatem. Licet enim sobrietas et incontinentia respiciant idem subiectum in quo, non tamen eumdem actum in specie circa quem. Ad hoc autem quod sit directa oppositio, necessarium est quod respiciant [a] idem subiectum et [b] eumdem actum in specie, utpote castitas et incontinentia circa delectationem quae est in coitu, sobrietas et suum oppositum circa illam quae est in gustu. Ex quo accipitur quod nihil prohibet habere malitiam moralem circa unum actum et bonitatem moralem circa alium actum [c]; unde nihil prohibet dicere quod sit bonus in moribus quantum ad hoc et sit malus in moribus quantum ad aliud.

II. Deinde respondendum est [d] quantum ad secundo quaesitum, quid per se spolietur vel tollatur ex ipso malo culpae.

1. Ad quod dicendum [1] quod, sive habitus moralis dicatur dispositio sive habitus, tollitur per malum culpae, quod uno actu perpetratur. Nec oportet vitium esse consuetudinale ad tollendum virtutem consuetudinalem. Habitus enim bonus moralis, eo quod est [e] habitus, est dispositio; dispositio vero bona tollitur per dispositionem [f] malam; malum autem [g] culpae actualis est dispositio mala; ergo tollit habitum bonum moralem sibi oppositum. Sic ergo malum culpae non potest simul esse cum [h] habitu bono morali, qui [i] circa eumdem actum in specie versatur, ut malum incontinentiae non potest esse simul cum castitate morali. Et si dicatur quod vitium morale colligitur ex [k] exercitio malorum operum, sicut virtus moralis ex exercitio bonorum operum: potest quidem, sed non est necesse ad expulsionem ipsius virtutis [l]. Prima enim oppositio est inter bonum et malum circa eumdem actum in specie, secunda vero est inter exercitium bonorum operum et exercitium malorum operum; nos autem loquimur hic de oppositione prima.

2. Ad aliud [m] vero dicendum quod est loqui de malo culpae dupliciter: vel ratione ipsius deformitatis vel ratione ipsius dispositionis quae deformatur. Si fiat sermo de ipsa deformitate, cum deformitas vitii et speciositas virtutis non se compatiantur in eodem subiecto secundum idem, opponentur [n] malum culpae et virtus moralis secundum idem genus. Si vero accipiatur vitium ratione dispositionis, secundum hoc non usquequaque tollitur habitudo ad bonum per unicum actum malum, nisi actus ille propter hoc dicatur dispositio difficile mobilis, quia homo de facili potest cadere in illum, sed non potest per se resurgere nec sine quadam difficultate. Unde quoad hoc est differentia in bono et malo, quia existens in bono tum de facili, tum de difficili [o] potest cadere in malum; existens vero in malo nonnisi de difficili potest [p] venire ad bonum.

QUAESTIO II.

DE VULNERATIONE NATURALIUM [2].

Deinceps dicendum est de secundo effectu mali, qui est vulneratio naturalium; vulneratio autem ista naturalium potentiarum habitualium dicitur. Quaeritur autem quae sint illa vulnera et per quid fiat vulneratio.

1. Sicut autem dicit Beda [3], quatuor sunt vulnera, in quibus vulnerata est humana natura: infirmitas, ignorantia, malitia et concupiscentia.

2. Alibi vero dicit Augustinus duo esse vulnera. Dicit [q] enim in libro *De natura et gratia* [4]: « Omni animae peccanti duo ista sunt poenalia, ignorantia et difficultas. Ex ignorantia dehonestat error, ex difficultate cruciatus [r] affligit ».

3. Item, dicit Augustinus, in *Enchiridion* [5]: « Primum creaturae rationalis malum est ipsa prima privatio boni, deinde, ipsis nolentibus, subintravit ignorantia rerum agendarum et concupiscentia rerum noxiarum, quibus comites subinferuntur error

---

[a] VB *respiciat.* [b] T *ac.* [c] TFR om. *et... actum,* in LZ est add. mg. [d] Ita VBT, alii om. [e] R om., T *enim.* [f] VB *potentiam.* [g] T *enim;* V om. *actualis.* [h] V *in.* [i] V om., B *quia.* [k] L om., R *in,* quod F corr. [l] F add. *preterea.* [m] Z *illud;* V om. *vero.* [n] B *opponeretur,* R *opponetur.* [o] FL exp. *t. d. d.* [p] BTLZ om. [q] VBTL *dicitur.* [r] T om.

1 Cf. Alex. Hal., *Summa theol.*, I, num. 127.
2 Cf. Ioan. de Rupella, *Summa de vitiis* (f. 5c sqq.).
3 Cf. *In Luc.*, 10, 30 (PL 92, 469); *Glossa ordin.*, in h. l., ap. Lyran; Alex. Hal., loc. cit., I, p. 198, nota 3, et II, p. 716, nota 9.
4 Cap. 67, n. 81 (PL 44, 287).
5 Cap. 24 (PL 40, 244).

et dolor ». Consimile dicit in libro III *De libero arbitrio* [1].

4. Super illud autem in Psalmo [2]: *Retribue servo tuo* etc., dicit Glossa [3]: « Humana indigentia multiplex est, infirmitas, ignorantia, exilium, tentatio hostium ».

5. Item, Augustinus [4], super illud Psalmi [5]: *Confitemini Domino,* III [a], quatuor designat: errorem, difficultatem vincendae [b] concupiscentiae, taedium bene faciendi, tempestatem saeculi.

6. Beatus vero Gregorius [6] ponit septem poenalitates, quibus vulneratur humana natura: stultitiam, hebetudinem, praecipitationem, timorem sive timiditatem, ignorantiam, duritiam, animi excellentiam sive superbiam, prout sonat in poenam.

Quaeri ergo potest primo de ratione illius numeri quem ponit Beda;

secundo, de differentia illius numeri respectu aliarum poenarum sive vulnerum quae nominantur in aliis divisionibus: poenae enim contractae vulnera dicuntur;

tertio, de singulis vulneribus illis quae ponit Beda tractandum est.

CAPUT I. 26

DE RATIONE NUMERI VULNERUM QUEM PONIT BEDA.

Ad primum sic: 1. Malitia designat ipsum malum culpae; efficiens autem causa non est ipse effectus; ergo malitia non est effectus mali culpae.

2. Item, *concupiscentia est radix omnium malorum* [7], sicut dicit Augustinus, in libro *De spiritu et littera* [8], sic dicens: « Hoc ideo elegit Apostolus malum [c], quo cuncta complexus est ». Cum ergo concupiscentia sit malum generale, non dividetur contra infirmitatem, ignorantiam et malitiam.

3. Item, duae sunt tantum vires ipsius animae rationalis in genere, cognitiva scilicet et motiva sive affectiva. Ergo, cum vulneratio fiat in anima mediantibus potentiis, erunt tantum duo vulnera in genere: ignorantia, qua vulneratur cognitiva, et concupiscentia, qua vulneratur motiva vel affectiva; superfluunt ergo infirmitas et malitia.

4. Item, triplex est peccatum: in Patrem et Filium et Spiritum Sanctum, et non est quarta differentia; sed peccatum in Patrem est ex infirmitate, peccatum in Filium ex ignorantia, peccatum in Spiritum Sanctum ex malitia; non ergo convenit ut quartum vulnus ponatur, scilicet concupiscentia.

5. Item, dicet aliquis quod ponuntur ista quatuor secundum recessum a summa Unitate et Trinitate, ut infirmitas sit secundum recessum a summa potentia, ignorantia a summa sapientia, malitia a summa bonitate, concupiscentia vero [d] a summa essentia, quae una est [e] in tribus appropriatis: concupiscentia enim, cum se dividat per concupiscibilia, recedit a summe uno; divisio enim contraria est unitati sive defectus ab unitate. — Sed contra: Concupiscentia est boni vel apparentis boni; cum ergo haec concupiscentia, de qua loquimur, sit apparentis et non existentis boni, erit defectus a summa bonitate et non per appropriationem respectu summae essentiae: concupiscentia enim [f] non respicit multa propter rationem multorum, sed propter rationem apparentium bonorum.

6. Item, dupliciter contingit deficere a bono summo: uno modo recedendo ab ipso, altero modo convertendo se indebite ad aliud, secundum quod est duplex motus, fugae et appetitus, recessus et [g] accessus. Cum ergo concupiscentia sumatur ex parte ipsius accessus indebiti ad aliud, malitia, quae est altera poena, sumetur ex parte ipsius recessus; et ita duplex poenalitas sumetur ex illa parte. — Sed secundum hoc obicitur quod eadem ratione duplex sumenda esset poenalitas: una respectu sapientiae aut veritatis, scilicet ignorantia, alia ex conversione ad falsitatem, quae dicitur error, et ita error et ignorantia secundum hoc duas dicerent poenas. Dicit enim Augustinus, in *Enchiridion* [9], quod errare est approbare [h] falsa pro veris; hoc [i] autem non est natura hominis instituti, sed poena damnati.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod accipiuntur haec quatuor vulnera sive poenae secundum hoc [k] quod tria sumuntur ex defectu potentiae, sapientiae et bonitatis. Sed, quia iste defectus triplex non occurrit nisi per conversionem ad apparens delectabile et non existens, ideo quarta [l] adiungitur

---

[a] V *hic.* [b] F *vitande,* quod R corr. [c] FRL add. *in,* quod Z exp. [d] VF om. [e] V om. [f] T *vero.* [g] FRLZ *vel.* [h] BZ *appropriare.* [i] V *hec.* [k] V om. [l] V *quarto.*

1 Cf. cc. 19-22 (PL 32, 1296 sqq.).
2 Psalm. 118, 17.
3 Lombardi, in h. l. (PL 191, 1053), ex Cassiodoro, in h. l. (PL 70, 842).
4 Cf. *Enarr. in Psalm. 106,* nn. 4-8 (PL 37, 1421 sqq.).
5 Psalm. 106, 1; potius super illud: *Confiteantur Domino* (vers. 8, 15, 21, 31) dicti Psalmi.
6 Cf. *Moral.,* II, c. 49, n. 77 (PL 75, 592 sq.).
7 I Tim. 6, 10.
8 Cap. 4 (PL 44, 203).
9 Cf. c. 17 (PL 40, 239).

poenalitas, quae est pronitas respectu huiusmodi apparentis delectabilis: et haec est concupiscentia. Sumuntur ergo tres poenae secundum triplicem defectum termini a quo; secundum vero motum ad terminum in quem quarta poena [a] designatur. Non enim recedit homo a summe convenienti nisi secundum accessum ad inconveniens, quod videtur conveniens.

[Ad obiecta]: 1. Ad obiecta ergo respondendum [b] quod malitia est nomen aequivocum ad malum culpae et ad [c] malum poenae. Hic autem sumitur pro malo poenae: dicitur enim quaedam defectibilitas a bonitate, et haec defectibilitas est poena quaedam.

2. Ad aliud [d] dicendum quod, cum dicitur *concupiscentia radix omnium malorum*, aliter accipitur et cum dicitur concupiscentia est poena: fomes enim peccati est concupiscentia et est iterum poena peccati. Uno ergo modo est poena peccati, alio modo est [e] causa peccati. Prout autem est poena, sic dividit contra praedictas poenas; prout autem [f] est causa peccati, non sic dividit, sed est una causa.

3-6. Ad tertium [g] dicendum quod divisio poenarum sive vulnerum potest accipi multipliciter: vel secundum numerum ipsarum potentiarum rationalium in genere, prout deficiunt a suis appetibilibus, quae sunt verum et bonum; et secundum hoc aliquando ponuntur duae tantum poenalitates [h]: ignorantia et concupiscentia vel [i] ignorantia et difficultas; secundum autem hunc modum non accipitur haec differentia vulnerum sive poenarum, immo secundum praedictam rationem.

4. Ad quartum dicendum quod illa differentia peccati secundum ternarium habet concupiscentiam tamquam communem in illis tribus generibus peccatorum: aliquis enim pronus est ad malum ex infirmitate, aliquis [k] ex ignorantia, aliquis ex malitia, in omnibus autem est concupiscentia.

5. Ad quintum dicendum quod non accipitur ratio divisionis hoc modo ut concupiscentia per [l] se respiciat divisionem a summa essentia. Concupiscentia enim ad concupiscibile dicitur, concupiscibile vero dicit terminum in quem, non autem [m] terminum a quo est motus vel a quo [n] recessus; et ideo, si dicit divisionem a summa essentia vel pronitatem divisionis, hoc est [o] ex consequenti.

27 CAPUT II.

DE DIFFERENTIA NUMERI VULNERUM SECUNDUM BEDAM AD ALIAS POENAS.

Secundo quaeritur de differentia istarum poenarum sive vulnerum ad alias poenas.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod differens accipitur divisio secundum diversam considerationem.

Bimembris enim divisio una accipitur secundum differentiam cognitivae et motivae sive operativae, ut ignorantia pertineat ad defectum cognitivae, difficultas ad defectum operativae.

Altera vero bimembris accipitur secundum differentiam virium [p], cognitivae scilicet et affectivae, ut ad cognitivam pertineat ignorantia, ad affectivam concupiscentia.

Quarta [q] divisio, quae est quadrimembris, accipitur secundum defectum convenientis triplicis et causam eius [r] extrinsecam. Sicut enim prima divisio accipitur secundum defectum [s] triplicis convenientis et causam eius intrinsecam, scilicet concupiscentiam, quae tamen est quaedam poena, sic quarta divisio accipitur secundum defectum triplicis convenientis et causam extrinsecam: tentatio enim hostium est causa extrinseca, passibilitas autem tentationis est quaedam poena respiciens illam causam. Infirmitas autem, ignorantia et exilium determinant defectum triplicem a triplici convenienti: infirmitas enim [t] determinat defectum potentiae, ignorantia defectum scientiae, exilium defectum coniunctionis cum summa bonitate. Sicut enim homo exul dicitur, quando est extra locum suum naturalem sibi convenientem et privatur bonis suis, ita exilium spirituale patitur qui est [u] extra locum spiritualis [v] bonitatis, in qua est quies, et privatur bonis gratuitis.

Quinta vero divisio accipitur secundum defectum pertinentem ad triplicem vim animae et causam eius extrinsecam. Nam error accipitur secundum rationem, difficultas vero vincendae [x] concupiscentiae ad concupiscibilem sive affectivam, taedium bene faciendi ad operativam vel ad [y] irascibilem secundum alium modum, tempestas vero saeculi causam extrinsecam dicit. Sunt autem tres vires animae secundum prius et posterius: ratio sive cognitiva et [z] affectiva et operativa, vel vis rationabilis, concupiscibilis et irascibilis.

---

[a] B *differentia.* [b] Ita V, alii add. *est;* Z *vero* pro *ergo.* [c] Ita V, alii om. [d] Ita V, alii add. *vero.* [e] V om. [f] B om. [g] B add. *vero.* [h] FR add. *scilicet.* [i] V *et.* [k] L *quis.* [l] VBT *pro.* [m] FRLZ om. [n] F om. *a. q.* [o] B *erit.* [p] L *virtutum;* VB om. *scilicet.* [q] Codd. *tertia.* [r] V om. [s] B om. *s. d.* [t] Ita FR, alii om. [u] B om. [v] B *spiritualem.* [x] V *vitande vincende,* FR *vitande.* [y] VB om. [z] T *vel.*

Divisio vero[a] septimembris accipitur secundum defectus qui sunt in cognitiva et motiva. Defectus autem multiplex est in cognitiva secundum differentem modum cognitionis: est enim cognitio finis et eorum quae sunt ad finem. Cognitio autem finis est duobus modis: vel in ratione veri, et sic dicitur intellectus; vel in ratione boni, et sic dicitur sapientia[1]. Propter quod duplex est defectus sive poenalitas respondens, stultitia scilicet et hebetudo, ut stultitia sit contra sapientiam, hebetudo contra intellectum. Respectu autem eorum quae sunt ad finem duplex est cognitio, arduorum scilicet[b] et non arduorum. Defectus autem respectu[c] arduorum dicitur praecipitatio, sicut consilium, quod ei opponitur, est respectu arduorum; ignorantia vero, quae opponitur scientiae, est respectu non arduorum, quae tamen sunt ad salutem, sicut scientia est cognitio talium. Ex parte vero motivae accipiuntur tres poenalitates: ex parte enim[d] ipsius concupiscibilis accipitur unus defectus sive poena, quae[e] dicitur duritia, quae est contra pietatem; ex parte vero irascibilis duplex attenditur defectus secundum excessum[f]: excellentia sive[g] superbia, quando homo pronus est supra id quod potest ex quadam temeritate, et ista opponitur timori; reliquus vero defectus est secundum indigentiam vel diminutionem et dicitur timiditas, quae est contra fortitudinem donum. Sic ergo sunt septem poenalitates, in quibus vulneratur anima et reparatur[h] per septem dona.

CAPUT III.

DE SINGULIS VULNERIBUS QUAE ENUMERAT BEDA.

ARTICULUS I. 28

De primo vulnere, quod est infirmitas.

Tertio quaeritur de singulis vulneribus illis quae enumerat Beda[2]. Et primo de infirmitate.

I. Infirmitas autem est impotentia resistendi malo; sed qui non potest resistere malo, id est peccato, necessitatem habet; sed[i] dicit Augustinus, in libro *De natura et gratia*[3]: « Quis peccat in eo quod vitare non potest? », quasi dicat: nullus; ergo videtur quod habenti huiusmodi[k] infirmitatem non imputetur peccatum.

[Solutio]: Ad quod respondendum[l] per hoc quod dicit Augustinus, in eodem libro[4], quod ex vitio naturae, non ex conditione sit quaedam peccandi necessitas: « Audiat homo atque ut eadem necessitas non sit, discat Deo dicere[m] 5: *De necessitatibus meis educ*[n] *me*, quia in huiusmodi oratione certamen est adversus tentatorem de ipsa contra nos necessitate pugnantem ». Ex hoc verbo Augustini patet quod quaedam est necessitas ex vitio et alia est necessitas ex conditione naturae. Si peccaret homo ex necessitate naturae conditae, non[o] imputaretur ei ad peccatum quod vitare non posset; sed, cum peccat ex necessitate quae est ex vitio naturae cuius ortum fecit voluntas, imputatur ei ad peccatum, eo quod se homo in hanc necessitatem praecipitavit. Non est autem talis necessitas, quae non possit[p] tolli adiutorio gratiae, et ideo petendum est adiutorium gratiae ne talis necessitas vel infirmitas praevaleat.

II. Item, ex peccato primo provenit infirmitas; si ergo addatur peccatum secundum, erit maior infirmitas; ergo quantumcumque multiplicetur peccatum, erit maior infirmitas; non ergo eadem facilitate surgit[q] homo in secundo vel tertio peccato, qua facilitate resurgit[r] in primo. Quod videtur per simile de homine cadente in foveam[s] profundiorem et de cadente in minus profundam.

[Solutio]: Ad quod dicendum[t] quod est quaedam facilitas vel difficultas ex parte hominis et est facilitas[u] alia ex parte eius per quem resurgit. Quantum ad illum per quem resurgit, aequalis est facilitas resurgendi a prima infirmitate et[v] a secunda vel tertia. Quantum autem est ex parte[x] ipsius hominis, non est aequalis facilitas, secundum quod maior est vel minor infirmitas. Et illud designatur in Marc. 8, 24-25, de caeco, cui Dominus imposuit manus, et postea sequitur[y]: *Video homines velut arbores ambulantes. Deinde*

---

[a] FRLZ *autem*. [b] FRL om., in Z est add. interl. [c] FR *cognitionis*, TL om. [d] T om., BZ *vero*. [e] BT *qui*. [f] V *excelsum*. [g] B *vero*. [h] VT *reprobatur*. [i] B add. *sicut*. [k] L om. [l] FRLZ add. *est*. [m] B *homo dicere Deus* pro *D. d.* [n] V *erue*. [o] B *ut*. [p] VBT *posset*. [q] F *resurgit*. [r] V *surgit*; F add. *homo*; FRLZ *in peccato* pro *in*. [s] T add. *scilicet*. [t] FR add. *est*. [u] FRLZ *facultas*. [v] T om.; Z om. *a*. [x] T om. *e. p.* [y] T om.

1 Cf. Alex. Hal., *Summa theol.*, I, p. 5, *ad 1-4*.
2 Cf. supra, p. 40, nota 2.
3 Cap. 67 (PL 44, 286).
4 Cap. 66 (PL 44, 286).
5 Psalm. 24, 17.

iterum imposuit manus super oculos eius, et coepit videre et restitutus est, ita ut videret clare omnia. Non enim ex parte Dei fuit difficultas quin statim [a] clare videret, sed ostendere voluit Dominus infirmitatem maiorem vel minorem ex parte peccantis.

III. Adhuc etiam quaeritur: *a.* Si homo per peccatum vulneratur vulnere infirmitatis, ergo per maximum peccatum cadit in maiorem infirmitatem; sed maximum peccatum est peccatum haereseos, sicut habetur in libro *De Baptismo contra Donatistas*[1]; ergo peccans illo peccato cadit in maximam infirmitatem.

Sed videtur contrarium, 1. quia quidam illorum, utpote haeresiarchae, qui magis peccant, fortiores sunt: aggrediuntur enim mortem, quae est de rebus difficillimis, sicut dicit Philosophus[2]. Ex quo videtur quod ex peccato non proveniat infirmitas, immo quod ex aliquo peccato proveniat maior fortitudo.

2. Similiter obicitur de desperato, qui ex desperatione aggreditur mortem, cum desperatio sit maximum peccatum.

[Solutio]: 1. Ad quod dicendum quod ex peccato secundum quantitatem peccati accidit infirmitas maior vel minor. Quod autem in quodam peccato est fortitudo sustinendi [b] ardua, utpote tribulationem maximam vel mortem, hoc est propter opinionem sive [c] aestimationem fidei rectae, quae est apud illum qui est haereticus. Nam si non recte crederet et crederet se non recte credere, non esset apud ipsum haec fortitudo, sed quia non recte credit et credit se recte credere, innuit ex hac opinione fidei apparentis fortitudinem quamdam similem [d] fortitudini fidei, quae tamen non usquequaque tanta est quanta est [e] fortitudo fidei.

2. Ad illud vero quod obicitur de desperatione, dicendum est quod ratione peccati desperationis maxima provenit infirmitas respectu tentationis. Quod autem aggreditur mortem, hoc est ex quadam opinione evadendi miseriam illam, quae duxit eum in [f] desperationem vel quae est cum desperatione: nullus enim simpliciter eligit mortem. Unde Augustinus, in libro III *De libero arbitrio*[3]: « Nullus recte potest eligere ut non sit, sed eligit ex quadam opinione non recta: aestimat enim evadere miseriam ». Unde Augustinus, in eodem[4]: « Cum quisque credens quod post mortem non erit, intolerabilibus tamen molestiis ad totam cupiditatem mortis impellitur [g] et decernit atque arripit [h] mortem, in opinione habet errorem omnimodae defectionis, in sensu autem naturale desiderium quietis. Omnis itaque appetitus in voluntate mortis non est ut qui moritur non sit, sed ut requiescat, intenditur ».

IV. Adhuc etiam quaeritur de illo peccato quod dicitur peccatum ignorantiae, secundum quod dicit B. Ambrosius[5]: « Gravissime peccat qui ignorat », super illud ad Rom. 2, 4: *An ignoras* etc. Cum enim maximum sit peccatum, inducit maximam infirmitatem; talis autem non sentit suam infirmitatem: unde paralysim habet spiritualem; sed qui paralysim habet spiritualem, non timet adiungi nocivo, cum non sentiat, sicut est de paralytico corporaliter; ergo ex huiusmodi peccato consequitur quaedam fortitudo ad sustinendum nocivum; non ergo ex maiori peccato maior infirmitas.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod sicut in praecedentibus peccatis ratione aestimationis consequebatur quaedam fortitudo [6], ita [i] in hoc peccato ratione non rectae [k] aestimationis consequitur [l] quaedam fortitudo. Aestimat enim de nocivo non esse nocivum vel minus nocivum, et hoc est in praecedentibus peccatis; in hoc autem non aestimat nocivum quod est nocivum, et ex hoc quamdam habet fortitudinem sustinendi. Ex alio ergo surgit infirmitas, scilicet ex ignorantia [m] morbi spiritualis; ex alio surgit fortitudo, scilicet aestimatione non [n] recta vel non aestimatione recta [o].

29

Articulus II.

De secundo vulnere, quod est ignorantia.

Deinde quaeritur de poena ignorantiae.

I. *a.* Si enim poena ignorantiae consequitur ad peccatum, ergo ad maius peccatum maior ignorantia.

Quod tamen videtur dupliciter esse falsum, 1. tum quia peccator aliquando magis novit quid sit agendum quam iustus, tum quia in maiori peccato existens magis novit aliquando quam ille qui est in minori; non ergo videtur

[a] VT add. *non.* [b] V *sustinendo.* [c] FRLZ *vel.* [d] T *similitudinem.* [e] Ita V, alii *et.* [f] T om. [g] L *impellit.* [h] T add. *etiam.* [i] R *et.* [k] Ita V, alii om. [l] R *consequebatur.* [m] VT *infirmitate;* Z om. *ex.* [n] F om., in L est add. mg. [o] R om.

1 Cf. lib. IV, c. 20; VI, c. 44, n. 25 sq. (PL 43, 223); *De civit. Dei,* XXI, c. 25, n. 3 (PL 41, 742).
2 Cf. *Ethica ad Nicom.,* III, c. 6 (II, 32).
3 Cap. 8, n. 22 (PL 32, 1282).
4 Loc. cit., n. 23 (PL 32, 1282).
5 Ambros., in h. l. (PL 17, 65); cf. *Glossa* Lombardi, in h. l. (PL 191, 1338).
6 Cf. hic, sub III.

quod anima per peccatum vulneretur vulnere ignorantiae.

[Solutio]: 1. Ad quod dicendum quod est duplex ignorantia. Est enim ignorantia[a] quae opponitur scientiae speculativae, et talis ignorantia, licet sit poena peccati originalis, non tamen semper est propria poena peccati actualis: qui enim perpetrat homicidium, multotiens novit homicidium[b] esse mortale peccatum. Est autem ignorantia quae opponitur scientiae experientiae sive scientiae approbationis, et haec ignorantia respondet tamquam propria poena peccato mortali, ita quod diverso peccato mortali diversa respondet ignorantia. Secundum hunc modum dicitur a Philosopho[1]: « Omnis malus ignorat ». Cum enim peccat aliquis mortaliter, non noscit bonum oppositum notitia approbationis; cum enim noscere malum notitia approbationis[c] et noscere bonum notitia approbationis sint opposita, peccator autem noscat malum notitia approbationis, ab eo removetur altera notitia; ignorantia ergo secundum hunc modum augetur per augmentum peccati.

II. Adhuc etiam quaeritur, cum sit malum veniale sicut et mortale, utrum malum veniale inducat vulnus ignorantiae.

Quod non, videtur: 1. Vulneratio enim naturalium sequitur ad spoliationem gratuitorum; sed spoliatio gratuitorum non fit[d] nisi per mortale peccatum; ergo vulneratio naturalium non fit nisi per mortale peccatum[e]; non ergo ignorantia, quae est vulnus, consequitur ex veniali peccato. — Quod autem ad spoliationem gratuitorum sequatur vulneratio naturalium, apparet per ordinem contentum in parabola evangelica, Luc. 10, 30-37. Dicitur enim ibi[f] quod homo *incidit in latrones, qui etiam*[g] *spoliaverunt eum, et, plagis impositis, abierunt, semivivo relicto;* prior ergo est spoliatio et consequens est vulneratio.

Contra: *a.* Peccatum veniale diminuit modum, speciem et[h] ordinem, secundum quod sunt bona naturalia, et dicit B. Gregorius[2] quod peccatum veniale obscurat[i]; ergo per peccatum veniale fit vulneratio naturalium et inducitur vulnus ignorantiae.

b. Praeterea, qui perpetrat veniale peccatum, noscit illud notitia approbationis; ergo ignorat oppositum bonum; cecidit ergo in vulnus ignorantiae.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod, licet peccatum veniale non per se inducat spoliationem gratuitorum, inducit tamen quemdam defectum bonorum naturalium; unde poena ignorantiae cuiusdam potest consequi ad peccatum veniale.

[Ad obiecta]: 1. Ad illud[k] vero quod obicitur in contrarium, dicendum[l] quod ordo ille parabolae evangelicae attendit vulnerationem illam naturalium, quae consequitur ex peccato mortali per spoliationem gratuitorum. Hic autem loquimur de illa vulneratione quae immediate consequitur ex ipso peccato veniali, quae non est tanta quanta est illa quae consequitur ex mortali. Non enim in veniali peccato fit vulneratio aut diminutio boni nisi quantum ad quemdam actum ipsius potentiae; per mortale autem fit vulneratio ipsius potentiae naturalis quantum[m] ad omnem actum ipsius potentiae ordinabilis in salutem.

ARTICULUS III.

De tertio vulnere, quod est malitia.

Postmodum quaeritur de tertio[n] vulnere, quod est malitia. Et quaeritur primo de differentia malitiae secundum quod una differentia peccati est qua quis peccat ex malitia, et de malitia[o] secundum quod est tertia poena.

1. Cum enim malitia hic dicta sit poena peccati, malitia vero ibi dicta sit causa peccati, differunt[p] malitia hic dicta et malitia ibi dicta, et ita non idem supponetur per utrumque. — Sed videtur contrarium per differentias condividentes. Differentiae enim condividentes sunt infirmitas et ignorantia[q]; infirmitas autem et ignorantia, prout dicuntur dispositiones ad peccatum, sunt idem cum poenis hic dictis; ergo a simili malitia, quae est dispositio ad peccatum, erit idem in substantia cum malitia quae est dispositio peccati.

2. Praeterea, malitia, secundum quod est poena, dicetur vulnus alicuius boni naturalis; cuius ergo boni naturalis dicitur esse vulnus? Videtur enim quod indifferenter respiciat omne bonum: sicut enim malitia culpabilis non distinguit aliquod bonum sibi oppositum, ita nec malitia poenalis.

---

[a] VT om. *e. e. i.* [b] V om. *m. n. h.* [c] T om. *cum... approbationis.* [d] V *fuit.* [e] VBT om. *ergo... peccatum.* [f] F om. [g] VBT *et.* [h] RL *vel.* [i] V *obturat.* [k] FLZ *id.* [l] Ita V, alii add. *est.* [m] R om. [n] B *ipso.* [o] VBT om. *e. d. m.*, in F est add. mg. [p] V *differenter*, L *differunt*, quod F corr. [q] V om. *s. i. e. i.*

[1] Aristot., *Ethica ad Nicom.*, III, c. 1 (II, 25). | [2] Cf. *Moral.*, X, c. 11, n. 21 (PL 75, 933).

3. Praeterea, malitia, secundum quod est poena, contrahitur ex malo culpae; ergo ex differenti malo culpae erit differens malitia secundum quod est poena, et ex augmento culpae erit augmentum ipsius poenae; in quo ergo dicetur ipse deterior ratione istius [a] poenae?

[Solutio]: 1. Ad quod dicendum quod malitia, secundum quod hic sumitur et prout sumitur in illa divisione 'peccatum aliud ex infirmitate, aliud ex ignorantia, aliud ex certa malitia', differenter sumitur. Hic enim sumitur pro [b] malitia poenae, quae ex peccato mortali consequitur; ibi vero sumitur pro malitia culpae, non quae necessario praecedit peccatum in Spiritum Sanctum, sed dicitur certa [c] malitia, cum homo scienter peccat, non [d] eo modo quo dicitur peccare ex certa malitia, impugnando gratiam Spiritus Sancti, per quam fit remissio peccatorum in Ecclesia. Dicitur ergo certa malitia, quia certitudo praecedit respectu huiusmodi generis peccati. Et ita differenter sumitur malitia, cum dicitur quod quis peccat ex certa malitia et cum dicitur quod [e] peccans cadit in malitiam poenam [f].

2. Ad secundum [g] dicendum quod malitia, cum sit defectibilitas boni naturalis, non accipitur malitia, secundum quod est poena, pro defectu cuiuscumque boni — potentia enim dicitur bonum et scientia dicitur bonum [h] — sed accipitur pro defectu boni simpliciter, a quo quis dicitur bonus. Et ita non erit malitia commune ad alia genera poenarum, sed e diverso dividetur [i] sicut bonum differenter sumitur.

Si vero quaeratur utrum ex quocumque peccato mortali proveniat haec poena, sicut et praecedentes poenae, infirmitas scilicet et ignorantia, dicendum [k] quod proveniunt singulae istae poenae ex quolibet genere peccati mortalis; haec autem poena non est nisi defectibilitas recedendi a bono simpliciter vel elongandi se. — Et si obiciatur quod ista defectibilitas nihil aliud est quam infirmitas, et ita haec poena non differet [l] ab illa: dicendum [m] quod infirmitas respicit potentiam animae, secundum quod contrahit debilitatem quamdam ratione carnis adiunctae; malitia vero dicit defectibilitatem voluntatis secundum se ipsam, quae tamen nascitur ex corruptione voluntatis praecedenti [n]. Et ita differet [o] ratio potentiae secundum quod infirmitas dicitur defectus potentiae et secundum quod malitia dicit defectibilitatem potentiae, quae est voluntas ex propria corruptione.

3. Ad aliud dicendum quod malitia, secundum quod est poena, derelinquitur ex malitia culpae, et crescente malitia culpae crescit etiam malitia poenae; malitia autem ista poenae [p] reddit ipsum deteriorem, quia plus elongatur a bono simpliciter, et ita magis inhabilis est. Nec dicitur deterior eo modo quo ille, qui magis peccat malitia culpae, dicitur deterior, sed eo modo quo poena reddit hominem deteriorem.

31 ARTICULUS IV.

De quarto vulnere, quod est concupiscentia.

Quarto quaeritur de vulnere concupiscentiae. Circa quod quaeritur I. quae sit ista concupiscentia quae dicitur esse poena peccati.

1. Si enim dicitur concupiscentia illa quae est fomes peccati, secundum hoc erit poena originalis peccati; hoc autem modo non dicetur esse poena singulorum peccatorum mortalium, sed dicitur illa, de qua dicitur Rom. 6, 13, super illud: *Neque exhibeatis membra vestra* etc., Glossa [q] [1]: « Languor iste tyrannus est, qui commovet [r] in nobis mala desideria ». Est ergo in nobis mala concupiscentia, quae non est in nobis permittenda regnare; sunt et eius desideria [s] quae sunt actuales concupiscentiae, quae sunt arma diaboli; haec ergo concupiscentia est poena originalis peccati; sed actuale peccatum differt ab originali; ergo alia respondet ei poena.

2. Vel si dicatur quod omnes istae poenae referuntur ad originale peccatum tantum, hoc non videtur: infirmitas enim vel ignorantia respiciunt indifferenter quodcumque peccatum mortale; ergo concupiscentia, quae est poena [t] condividens, similiter respiciet indifferenter quodcumque peccatum mortale.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod concupiscentia, de qua fit hic sermo, est circuiens [u] tamquam poena quodcumque peccatum mortale;

---

[a] B *ipsius.* [b] V *ex.* [c] L *circa.* [d] L exp. [e] VT om. [f] FR *pene*, B *per penam.* [g] Ita V, alii add. *vero.* [h] B om. *e. s. d. b.* [i] FR *dividet.* [k] Ita VT, alii add. *est.* [l] Z *differt.* [m] Ita L, alii add. *est.* [n] FR *precedentis.* [o] Ita VF, alii *differt.* [p] V *culpe.* [q] B om. [r] V *cum videt.* [s] BT repet. *s. e. e. d.* [t] V om. *q. e. p.* [u] V *continens.*

[1] Lombardi, in h. l. (PL 191, 1407), ex Augustino, *De continentia*, c. 3, n. 8, ubi agit de citatis verbis Apostoli ad Rom. 6, 13 (PL 40, 354); cf. Lombard., II *Sent.*, d. 30, c. 8 (p. 465).

concupiscentia vero, de qua dicit Augustinus, *Super Epistolam ad Romanos*[1], est propria poena originalis peccati, et dicitur pronitas ad omne peccatum, sive veniale sive mortale. Concupiscentia vero, prout hic sumitur [a], est pronitas ad aliud peccatum quod est sequela praecedentis vel ad illud quod est eiusdem generis. Ex peccato enim mortali provenit concupiscentia apparentis delectabilis quod [b] respondet illi mortali, vel illius apparentis delectabilis quod consequentiam [c] habet ad illud.

II. Item, quaeritur de differentia istius concupiscentiae et illius de qua [d] dicitur I Ioan. 2, 16: *Omne, quod est in mundo, aut est concupiscentia oculorum aut concupiscentia* [e] *carnis* etc.

[Solutio]: Ad quod dicendum [f] quod nomine concupiscentiae ibi designatae intelligitur concupiscentia quae est *radix omnium* [g] *malorum*[2]; hic autem intelligitur concupiscentia quae est sequela peccati: Concupiscit enim aliquis peccare, et sic efficitur peccans; peccando vero fit pronus ad concupiscendum, et haec pronitas concupiscentiae est sequela peccati praecedentis.

III. Item, quaeritur: Cum concupiscentia sit poena, poena autem non est sine afflictione, habet ergo in se afflictionem.

Contra: 1. Concupiscentia est rei amatae; res autem amata, cum coniungitur, inducit delectationem, cum autem non est habita, sed speratur haberi, nihilominus inducit [h] delectationem: spes [i] enim et gaudium non sunt sine delectatione; concupiscentia ergo de se poenam non importat.

2. Item, dicit Chrysostomus[3]: « Indigentia est principium concupiscentiae »; aucta ergo concupiscentia, fiet aliquis indigentior; sed aucta poena iam dicta augetur concupiscentia; ergo aucta poena iam dicta [k] fiet aliquis indigentior [l]. — Sed contrarium videtur, quia [m] augetur concupiscentia in approximatione ad concupiscibile; ergo, cum minor sit indigentia, aucta concupiscentia minuitur indigentia.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod [a] concupiscentia respectu rei [b] debito modo concupiscendae non sonat in rationem poenae sicut nec delectatio [c] summi boni, sed concupiscentia rei indebito modo concupiscendae cedit in poenam: nullus enim in ea invenit satietatem, sed quanto plus credit satiari, tanto magis evacuatur. Et ideo huiusmodi concupiscentia inducit afflictionem, etsi non semper sentiatur [d]: quidam enim paralyticantur [e] spiritualiter. Cum autem loquimur quod concupiscentia est poena, intelligendum est de concupiscentia rei non [f] concupiscendae vel non in iis circumstantiis concupiscendae [g], et ideo cedit in rationem poenae.

[Ad obiecta]: 1. Ad illud autem quod [h] obicitur in contrarium, quod 'concupiscentia coniuncta delectabili inducit delectationem': respondendum est quod haec non est vera delectatio quae non [i] est sine afflictione, sed est mixta cum afflictione, de qua dicitur Prov. 14, 13: *Risus dolore miscebitur*. Unde, licet delectatio sit secundum sensualem partem, nihilominus tamen vere [k] est poena sive afflictio secundum rationem in se consideratam.

2. Ad secundum [l] dicendum quod, cum indigentia sit principium concupiscentiae, maior [m] potest dici concupiscentia duobus modis: vel propter defectum ex parte concupiscentis vel propter attractionem concupiscibilis. Si propter defectum ex parte concupiscentis [n], tunc maior indigentia est maioris concupiscentiae [o] principium et maior concupiscentia attestatur maiori indigentiae [p]. Si vero fiat consideratio quantum ad attractionem concupiscibilis, eo quod magis attrahit quod sibi approximatum est, quanto maior erit approximatio, tanto maior erit concupiscentia, id est ferventior. Et [q] intelligitur hoc de motu naturali: est enim quidam appetitus naturalis concupiscentis respectu concupiscibilis.

CAPUT IV. 32

DE MODO VULNERIS ET CAUSA VULNERATIONIS

His habitis de diversis vulneribus, quibus vulnerata est humana natura per malum culpae, consequenter dicendum est [r] de modo vulneris et causa vulnerationis.

---

[a] R om. [b] VRL *que.* [c] V *convenientiam.* [d] BTLZ *que* pro *d. q.*; V om. *d. q.* [e] R om. [f] FR add. *est.* [g] Ita V, alii om. [h] FRLZ *adducit.* [i] Z *species*, quod L corr. [k] T om. *augetur... dicta.* [l] F om. *sed... indigentior.* [m] V *quod.*
[a] V add. *cum.* [b] B *dei*; V om. *modo.* [c] Ita VF, alii *dilectio.* [d] V *satiatur.* [e] B *periclitantur.* [f] B om. [g] L om. *vel non... concupiscendae*; V om. *et.* [h] Ita V, alii *quod autem* pro *A. i. a. q.* [i] TL om. [k] V *vera*, BTLZ *nec.* [l] Ita V, alii add. *vero.* [m] V *malorum*, T *maior.* [n] V om. *vel... concupiscentis.* [o] Codd. *indigentie.* [p] Codd. *concupiscentie*; VZ *minori* pro *maiori.* [q] BT *etiam.* [r] Z om., in F est add. interl.

1 Cf. supra, p. 46, nota 1.
2 I Tim. 6, 10.
3 *In Matth.*, hom. 18, n. 5 et hom. 21, n. 5 (PG 57, 271, 293).

I. Ad quod sic obicitur: 1. Malum culpae non corrumpit nisi agendo; actio autem illa est alicuius naturae; natura autem bona est in eo quod huiusmodi; ergo, cum ei attribuatur corruptio cuius est actio, bonum erit [a] corrumpens; et non aliud quam se; ergo bonum se ipsum corrumpit.

2. Ad idem facit quod dicit [b] Dionysius, in libro [c] *De divinis nominibus* [1]: « Malum non agit in bonum [d] nisi per virtutem boni ». Sed actio mali est corruptio; ergo malum non corrumpit nisi per virtutem boni; sed malum non corrumpit nisi illud in quo est; ergo bonum per virtutem ipsius boni corrumpitur.

3. Item, Dionysius, in eodem [2]: « Boni superexcellens magnitudo et privata sui privationem posse facit, secundum quod universaliter est sui participare [e] ». Sed privata non sunt nisi mala, privatio non est nisi malitia; ergo malum vel malitia non habet posse nisi per bonum; et sicut se habet ad posse, ita ad agere; ergo agit per bonum; sed actio ipsius mali est corruptio; ergo malum per bonum corrumpit, et ita habetur propositum, scilicet quod aliquid se ipsum corrumpit: quod est impossibile. Communis enim animi conceptio est quod nihil in se agit, eo quod nihil [f] omnino unum est per se agens et patiens.

[Solutio]: 1. Ad quod dicendum quod malum, in eo quod malum, vulnerat bonum. Cum autem dicitur malum, dicitur privatio in subiecto sive subiectum privatum, ut vulneratio non attribuatur privationi tantum nec ipsi bono secundum quid tantum, sed ipsi toti; nihilominus tamen, quia corrumpere non dicit per se agere, sed dicit per se destruere, bene convenit ipsi privationi existenti in subiecto, secundum quod huiusmodi. Aliter enim debet fieri iudicium cum hoc verbo 'corrumpere' et cum hoc verbo 'agere'. Si enim ponatur hoc verbum 'agere', retorquetur actio principalius ad ipsum bonum; si vero sumatur hoc verbum 'corrumpere', principalius refertur ad malum sive [g] malitiam.

2. Cum ergo dicit Dionysius quod « malum non agit in bonum nisi per virtutem boni », aut 'corrumpere' sumitur ibi ut dicatur 'agere' quadam [h] communi ratione, et tunc dicendum [i] quod non est verum. Si vero sumatur 'agere' proprie, tunc verum est quod « malum non agit nisi per virtutem boni », et ita ex praedictis non sequitur quod aliquid se ipsum corrumpat. Accidit tamen quod aliquid in se ipso deficit: et hoc modo potest dici quod creatura est causa sui defectus, prout in defectum vertitur; sed hoc non est ex ratione boni, quia tunc oporteret primam causam bonitatis esse causam [k] horum defectuum.

3. Similiter [l] respondendum est ad aliam auctoritatem Dionysii, qua dicitur quod 'malum habet posse per bonum'. Est enim 'posse' dupliciter: vel posse a potentia activa vel posse a possibilitate defectiva. Si [m] posse a potentia activa, non habet malum nisi a bono; si vero posse a possibilitate defectiva [n], secundum hoc malum, in quantum malum, id est subiectum privatum, dicitur posse, ut est posse [o] corrumpi vel minui, et ita de aliis. Et eodem modo est de 'posse corrumpere [p]', ut ad malum sive malitiam retorqueatur. Unde dicit Augustinus, in libro *De natura et gratia* [3]: « Abstinere a cibo non est substantia, et tamen substantia corporis, si omnino abstinetur a cibo, ita languescit et inaequalitate morbi corrumpitur et lassitudine debilitatur et frangitur ». Sic [q] etiam est de malo quo [r] natura animae corrumpitur.

II. 1. Item, vulneratur potentia naturalis per malum culpae nonnisi ipsa potentia liberi arbitrii; sed ipsa [s] potentia liberi arbitrii est potentia peccandi; ergo potentia peccandi vulneratur per malum culpae; sed haec vulneratio non est nisi boni diminutio; ergo quanto magis homo peccat, tanto magis diminuitur in eo potentia peccandi; ergo quanto magis peccat, tanto minus potest peccare.

Contra: *a.* Quanto magis peccat, tanto fragilior [t] est ad peccatum; ergo quanto magis peccat, tanto magis peccare potest.

[Solutio]: 1. Ad quod dicendum quod, cum dicitur potentia liberi arbitrii vulnerari per malum culpae et vulneratio illa est boni diminutio, intelligitur non ex illa parte qua liberum arbitrium est potentia peccandi, sed ex illa parte qua dicitur potentia non peccandi. Ex illa enim parte, sicut dicit Anselmus, dicitur libertas, non dico a coactione, sed illa libertas quae est a miseria, qua dicitur qui [u] magis peccat minus liber. Unde dicit, in libro *De libero arbitrio* [4], potentiam peccandi, prout huiusmodi [v], nec esse libertatem nec partem libertatis. Sed non sic est de potentia non peccandi sive bene faciendi: secundum hoc

---

[a] V *est.* [b] BT add. *beatus.* [c] Ita V, alii om. *i. l.* [d] T om. *i. b.* [e] V *participabile.* [f] L om. *in... nihil.* [g] T add. *ad.* [h] V *quiddam.* [i] Ita V, alii add. *est.* [k] V add. *bonam.* [l] Z *aliter.* [m] V *sed.* [n] V *activa.* [o] B om. *u. e. p.*; T *cum* pro *est.* [p] V *corpore.* [q] V *sicut.* [r] V *quando.* [s] V om. [t] V *frigidior.* [u] L *quia.* [v] R exp. *p. h.*; VBTL om. *peccandi*, in Z est add. mg.

[1] Cf. c. 4, § 20 (PG 3, 718, PL 122, 1139).
[2] Loc. cit.
[3] Cap. 20 (PL 44, 257).
[4] Cap. 1 (PL 158, 490); cf. Alex. Hal., *Summa theol.*, II, num. 397.

enim qui magis peccat peccato mortali, minus potest[a]. Unde in praedicta ratione est commutatio ab eo quod est 'quid' in 'quale' vel[b] 'quo modo se habeat', cum dicitur 'malum vulnerat liberum arbitrium et liberum arbitrium est potentia peccandi, ergo vulnerat potentiam peccandi vulneratione quae est diminutio': liberum enim arbitrium dicit 'quid', potentia vero peccandi dicit 'quo modo se habet'.

III. Item, dicit Dionysius, in libro *De divinis nominibus*[1]: « Nihil corrumpitur a malo secundum quod est essentia[c] vel natura ». Ergo non vulneratur ipsa[d] natura; sed natura nihil aliud est quam ipsum bonum naturae; ergo non vulneratur bonum naturae[e]; quid ergo vulneratur?

[Solutio]: Ad hoc respondendum per hoc quod in eodem libro dicitur[f 2]: « Non corrumpitur quid existentium, secundum quod est essentia[g] vel natura, sed ex defectu iuxta naturam ordinis, harmoniae et commensurationis ». Circumloquitur ergo per ordinem, harmoniam et commensurationem bonum modi, speciei et ordinis, ratione quorum dicitur esse[h] diminutio sive vulneratio in ipsa potentia habituali[3]. Natura autem accipitur dupliciter: vel pro bonis naturalibus ipsius animae ordinabilis ad bonum vel pro ipsa natura animae. Si accipiatur pro[i] natura ipsius animae, secundum hoc verum est quod « non corrumpitur quid existentium, secundum quod est natura »; si vero accipiatur pro bonis naturalibus eius, in quantum est[k] ordinabilis ad bonum, sic corrumpitur natura. Sed ad hoc[l] attendendum est quod duplex est corruptio: simpliciter et secundum quid. Corruptio simpliciter dicitur omnimoda desitio, et secundum hoc bonum naturae non corrumpitur per malum culpae. Si vero dicatur corruptio permutatio ab eo quod est magis in minus, secundum hoc corrumpitur « quid existentium » ratione huiusmodi boni naturalis.

QUAESTIO III.

DE PRIVATIONE MODI, SPECIEI ET ORDINIS.

Consequenter quaeritur de tertio effectu mali, qui est privatio modi, speciei et ordinis. Circa quem effectum quaeruntur[m] quatuor:

Primo, quid unumquodque horum[n] dicatur et quae sit inter illa differentia;
secundo, qualiter priventur per malum culpae;
tertio, utrum simul priventur;
quarto, utrum aequaliter priventur.

CAPUT I. 33

QUID DICANTUR MODUS, SPECIES, ORDO ET QUAE SIT DIFFERENTIA INTER ILLA[4].

Ad primum sic est[o] **procedendum**: 1. Modus, species et ordo, sicut dicit Augustinus, in libro *De civitate Dei*[5], insunt omni rei existenti; et idem potest haberi in libro *De natura boni*[6]. Sed[p], secundum quod dicit Augustinus, *Super Genesim*[7], modus sumitur secundum quod est dispositio rei in esse terminatae[q 8], et hoc modo refertur ad ipsam causam efficientem, cuius est dare[r] esse terminatum et mensuratum[s 9]; species vero est dispositio rei formatae secundum quod ab alia distinguitur: unde est in relatione ad causam formalem; ordo vero est dispositio rei prout[t] refertur ad finem[10]: unde in relatione ad causam finalem designatur. Sed, si hoc modo accipiuntur[u] modus, species et ordo, non erit dicere quod malum sit privatio modi, speciei et ordinis: illud enim[v] quod est commune homini[x] cum omni creatura, non privatur; oportet ergo sub alia[y] ratione designare.

---

[a] V *peccat.* [b] T om. [c] B *esse.* [d] V *ipsius;* T om. *non.* [e] L om. *ergo... naturae.* [f] V add. *de divinis nominibus.* [g] B *esse.* [h] V om. [i] Ita V, alii om. [k] R om. [l] V om. *a. h.* [m] FRLZ add. *hec.* [n] VB *eorum.* [o] Z om. [p] T om. [q] Z *terminante.* [r] V om. [s] V add. *creare.* [t] T add. *est.* [u] FL *accipiantur;* BT add. *hic.* [v] VBTR *autem,* Z om. [x] Z *hominum,* quod L corr. [y] V *aliqua.*

1 Cap. 4, § 23 (PG 3, 723, PL 122, 1142).
2 Loc. cit.
3 Cf. Alex. Hal., *Summa theol.*, I, p. 195, *Solutio.*
4 Cf. Alex. Hal., loc. cit., num. 111-115, et II, num. 27-33; Ioan. de Rupella, *Summa de vitiis* (f. 1a sq.).
5 Cf. lib. XI, c. 15 et XII, c. 5 (PL 41, 331, 352).
6 Cap. 3 (PL 42, 553).
7 Cf. lib. IV, c. 3, n. 7 (PL 34, 299).
8 Cf. Alex. Hal., loc. cit., I, p. 174, II.
9 Cf. Alex. Hal., loc. cit., I, p. 175, litt. *b*, et p. 181, *Solutio.*
10 Cf. Alex. Hal., loc. cit., II, num. 86; Augustin., *De civit. Dei,* XIX, c. 13, n. 1 (PL, 41, 640).

2. Praeterea, malum culpae non aufert ab anima habitudinem ad suam causam efficientem vel ad suam causam [a] formalem: non enim anima est minus anima, etsi peccet [1]; non ergo modus et species secundum dictam rationem privantur vel minuuntur per malum culpae, sed tantum ordo videtur privari vel diminui.

3. Item, bonum, quod privatur per malum culpae, est bonum habitudinis naturalis; oportet ergo quod haec tria, modus, species et ordo, determinentur circa habitudinem; sed habitudo illa dicitur in ordine ad finem; ergo videtur quod modus, species et ordo, secundum quod hic [b] accipiuntur, ex parte ordinis accipiantur; sed hoc qualiter contingit [c] ut ordo dividatur per modum, speciem et ordinem, cum modus et species non [d] dicantur partes ordinis?

4. Praeterea, omni rei insunt haec tria, et accipitur 'res' communiter; ergo insunt habitudini; habitudo ergo [e] habebit modum, speciem et ordinem; sed [f], sicut dictum est [2], modus, species et ordo accipiebantur in essentia sive [g] natura in relatione ad tres causas, efficientem, formalem [h] exemplarem et finalem; ergo habitudo, cum habeat haec tria, habebit illa in relatione ad has tres causas. Modus ergo dicetur [i] penes esse ipsius habitudinis terminatum, species penes esse habitudinis formatum et distinctum, ordo penes ipsum esse habitudinis ordinatum in [k] finem.

Sed videtur contrarium: *a.* Si [l] enim habitudo illa infinita dicitur in diminuendo, non videtur [m] ex illa parte habere terminum; ergo nec esse terminatum [n]; ergo non videtur habere modum.

b. Similiter, si species dicit distinctionem habitudinis ab habitudine, cum huiusmodi distinctio habitudinis ab habitudine per malum culpae non privetur, non privatur species per malum culpae [o]; sed privatur; ergo non secundum hanc rationem intelligitur.

c. Item, fuerunt [3] qui dicerent modum, speciem et ordinem sic distingui, ut species attenderetur secundum speciem actionis, modus vero [p] secundum circumstantias actionis, ordo vero comparatione ad finem; sed iis modis non videtur quod malum culpae sit privatio modi, speciei et ordinis, quia species actionis non tollitur per malum culpae.

d. Praeterea, modus [q] est dispositio antecedens speciem, secundum Augustinum [4]; ergo non debet attendi secundum posterius et species secundum prius; sed actio secundum speciem suam est prior quam circumstantia actionis; ergo modus non debet determinari penes circumstantiam et species penes speciem actionis.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod modus [a], species et ordo accipiuntur hic secundum quod sunt in voluntate ordinabili ad finem. Nec accipiuntur hic modus, species et ordo prout sunt in natura vel essentia ipsius animae vel prout sunt in potentia, ut potentia est [b] in se considerata. Modus enim et species et ordo animae, in quantum est substantia quaedam et modus potentiae, verbi gratia rationalis aut irascibilis et concupiscibilis, cum specie et ordine non recipiunt privationem per malum culpae: non enim anima rationalis minus est anima rationalis cum peccat nec minus habet potentiam rationalem vel concupiscibilem vel irascibilem [5]. Et ideo secundum illum modum non accipiuntur modus [c], species et ordo, prout dicuntur modus, species et ordo privari vel corrumpi per malum culpae [6].

[Ad obiecta]: 1. Per hoc potest patere qualiter [d] respondendum est ad primo obiectum. Loquitur [e] enim ibi Augustinus de modo, specie et ordine secundum quod in iis convenit [f] omnis creatura et est vestigium Dei [g], non secundum quod est [h] proprium creaturae rationalis, in quantum in ea est malum culpae [7].

2. Ad secundum obiectum dicendum [i] quod malum culpae non aufert vel [k] minuit modum, speciem et ordinem, secundum quod insunt naturae ipsius animae vel essentiae, sed [l] secundum quod insunt voluntati ordinabili ad bonum.

3. Ad tertium vero dicendum [m] quod, cum haec tria insint habitudini, prout per peccatum privantur, de illa tamen habitudine voluntatis est loqui multipliciter [n], et secundum hoc potest habere modum, speciem et ordinem. Est enim modus ipsius voluntatis, in quantum habet habitudinem ad summam bonitatem boni effectivam [o]: modus enim dicit mensuram, mensura autem dicitur esse voluntatis in eo quod conformat voluntatem suam voluntati divinae; haec autem est mensura voluntatis ut non praeferat voluntatem suam voluntati divinae, sed sequatur eam. Similiter species dicitur esse ipsius voluntatis, secundum quod [p] voluntas habet suam [q] rectitudinem naturalem: et haec rectitudo naturalis dicitur [r] species eius. Non autem loquor modo de

---

[a] T om. [b] T om. [c] Z *continget.* [d] BT om., in F est add. interl. [e] T *enim.* [f] Z om. [g] B add. *in,* T add. *et.* [h] V add. *sive.* [i] R *diceretur.* [k] V *ad.* [l] T *non.* [m] BT *dividendo non est* pro *d. n. v.* [n] B om. *e. n. e. t.;* T *est* pro *esse.* [o] T om. *non privetur... culpae.* [p] B om. [q] T add. *vero.*

[a] T add. *et.* [b] B om. [c] T add. *et.* [d] V add. *hic.* [e] V *obicit,* FL *dicit,* sed F add. mg. *vel loquitur;* VLZ om. *ibi,* in F est add. interl. [f] R add. *eis.* [g] F add. *et.* [h] Z om. [i] Ita V, alii *vero obiectum dicendum est* pro *o. d.* [k] B *sive.* [l] R *et.* [m] V om. *v. d.* [n] T *cum loquimur* pro *e. l. m.* [o] V *effectuum.* [p] Z add. *nunc.* [q] R om. [r] F add. *esse.*

1 Cf. supra, num. 31, III, et infra, p. 50, *Solutio.*
2 Cf. supra, sub n. 2.
3 Cf. Guil. Altissiod., *Summa,* II, tr. 9, q. 2 (f. 62c); Alex. Hal., *Summa theol.,* I, num. 194, *ad 1.*
4 Cf. *De natura boni,* c. 3 (PL 42, 553).
5 Cf. supra, p. 49, *Solutio.*
6 Cf. Alex. Hal., loc. cit., I, num. 128 sq.
7 Cf. Alex. Hal., loc. cit., II, num. 36 et 39.

illa rectitudine naturali, cuius carentia dicitur peccatum originale, quam habuit homo a principio, sed de rectitudine naturali, quae sequitur ipsam voluntatem, licet deformetur per malum culpae: non enim omnino tollitur species rectitudinis, sed minuitur. Ordo vero attenditur in ipsa voluntate secundum quod refertur ad finem. Nec oportet dicere quod, licet haec habitudo sit voluntatis ordinabilis in finem, quod omnes istae tres [a] conditiones accipiantur penes rationem ordinabilis in finem, sed in comparatione ad tres causas secundum genus illud. Voluntas enim Dei bona dicitur efficiens, dicitur etiam forma et dicitur finis; voluntas autem rationalis potest habere habitudinem debitam ad voluntatem [b] sic vel sic dictam, et secundum hoc in ea dicuntur esse modus, species et ordo.

4. Ad quarto obiectum [c] dicendum quod, sicut dictum est [1], habitudo habet ista tria in se, quae privantur vel minuuntur per peccatum.

a. Ad illud autem quod dicitur quod [d] 'habitudo non habet esse suum utrobique terminatum, et ita [e] non habet modum': dicendum [f] quod quodam modo habet terminatum et quodam modo non habet. Uno enim modo dicitur haec [g] habitudo voluntatis [h] medium inter voluntatem divinam et ipsam animam volentem, et sic dicitur habere esse mensuratum et terminatum [i]: citra enim summam voluntatem est et progreditur ab ipsa anima volente, et per hunc modum bene [k] dicitur esse modus ipsius voluntatis rationalis terminatus. Alio vero modo dicitur habitudo voluntatis rationalis habere mensuram secundum quantitatem, ut dicatur tanta esse [l] habitudo quod non possit ulterius ascendere in hoc quod magis sit habilis [m], nec descendere ut citra non sit minus habilis, et secundum hunc modum non dicitur habere terminum utrobique: non enim tam habilis est quin possit esse habilior nec ita minus habilis quin etiam [n] possit minui. Tamen in creatura rationali est dicere summum, sicut in Christo: tam enim habilis fuit [o] quod ultra non erat habilitatio creaturae rationalis [2]; sed infimum [p] non est ponere: non [q] enim aliqua habitudo ita decrevit [r] quin possit ulterius decrescere.

c-d. Ad illud vero quod ultimo dictum est secundum opinionem quorumdam, dicendum [s] quod secundum intentionem Augustini de modo, specie et ordine non recte distinxerunt [t]: modus enim praecedit naturaliter speciem et species naturaliter ordinem; ipsi vero speciem modo praeposuerunt. Unde illa distinctio [u] non habet locum in modo, specie et ordine, secundum quod dicuntur privari vel minui per malum culpae. Praeterea, contingit malum culpae aliquando esse ex [v] defectu boni quantum [x] ad speciem actionis, aliquando ex defectu boni quantum ad circumstantiam actionis, aliquando ex defectu intentionis respectu debiti finis. Malum autem culpae secundum hoc aliquando privaret modum et non privaret speciem vel [y] ordinem, aliquando privaret speciem et non modum vel ordinem, aliquando ordinem et non privaret speciem vel modum; sed hoc non est, secundum quod in omni malo culpae est privatio modi, speciei et ordinis.

CAPUT II. 34

QUALITER MODUS, SPECIES ET ORDO PRIVENTUR PER MALUM CULPAE [3].

Deinde procedendum est ad secundo quaesitum, scilicet qualiter modus, species et ordo priventur per malum culpae.

Et videtur illud ostendi 1. per hoc quod dicit Augustinus [a], in libro *De civitate Dei* [4], quod sicut morbis corrumpuntur corpora, ita mentes vitiis corrumpuntur: unde sicut morbo corrumpitur bonum corporis, ita malo culpae sive vitio bonum naturale animi; sed ita est in morbo [b] corporali quod aliquando infirmatur corpus per incommensurationem humorum, aliquando per deformitatem membri, aliquando [c] per pravam membri ordinationem, sicut quando fit dislocatio [d]; sic ergo in morbo corporali potest aliquando [e] esse defectus in modo, aliquando in specie membri, aliquando in ordine: in modo autem vel per incommensurationem humorum vel per superfluitatem sive indigentiam membrorum; pari ergo ratione in anima ita [f] est quod contingit [g] privationem fieri sanitatis spiritualis per peccatum ratione modi aut speciei aut [h] ordinis.

2. Item, per bonum gratiae habetur modus, species et ordo in re gratuita; peccatum autem

---

[a] VLZ om., in F est add. mg. [b] T *unitatem.* [c] V *quartum* pro *q. o.* [d] Ita V, alii *quod autem* pro *A. i. a. q.* [e] BT *ideo* T om. *non.* [f] Ita VB, alii add. *est.* [g] BT om. [h] Z add. *ut.* [i] Z *creatum.* [k] Z *unde.* [l] BT *est.* [m] V *habitualis,* item infra. [n] BT *ita,* L om. [o] V add. *ipse.* [p] V *infinitum.* [q] T *si.* [r] V *desinit.* [s] Ita V, alii add. *est.* [t] R *dixerunt.* [u] VLZ *diffinitio.* [v] V om. [x] T *aliquando.* [y] V *et.*

[a] F *dicitur* pro *d. A.* [b] Z *minor bono* pro *i. m.* [c] B om. *p. d. m. a.* [d] V *delocatio.* [e] Ita V, alii om. [f] LZ om., in F est add. interl. [g] Ita V, T *contingeret,* alii *continget.* [h] Z *et.*

1 Cf. supra, p. 50, *ad 3.*
2 Cf. Alex. Hal., *Summa theol.*, I, num. 147.
3 Cf. Alex. Hal., loc. cit., num. 128-130.
4 Cf. lib. XI, c. 2 (PL 41, 318).

mortale est privatio gratiae; ergo peccatum privat modum, speciem et ordinem, quae [a] eliciuntur ex ipso actu gratiae; malum ergo culpae est privatio horum.

Contra: *a.* Modus, species et ordo adhaerent ipsi animae vel alteri creaturae spirituali; sed anima rationalis sive altera creatura spiritualis immortalis est; ergo ab ea non tollitur esse secundum quod est creatura; ergo nec modus, species et ordo, quae [b] adhaerent ipsi creaturae, sine quibus etiam ipsa creatura nec esse nec [c] intelligi potest omnino [1]. Unde Augustinus, XI *De civitate Dei* [2]: « Non est ulla natura, quam non ille constituit a quo est omnis modus, species et ordo, sine quibus nihil rerum inveniri vel cogitari potest ». Ergo modus, species et ordo, prout adhaerent creaturae spirituali, privari non possunt.

b. Praeterea, manente esse naturae spiritualis, ratione sui et ratione potentiae suae manet habitudo naturalis ad bonum; sed manente naturali habitudine [d] ad bonum, manent modus, species et ordo; ergo manente esse rei spiritualis, ratione sui et ratione potentiae suae manent modus, species et ordo; sed peccato existente manet esse rei spiritualis; ergo peccato existente manent modus, species et ordo; non ergo privantur.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod privatio dicitur duobus modis: pro ipsa ablatione universaliter vel pro ipsa permutatione ab eo quod est [e] magis in minus. Si pro ipsa ablatione universaliter, secundum hoc est privatio modi, speciei et ordinis in esse gratuito: habens enim malum [f] culpae mortalis nec habet modum nec speciem nec ordinem esse gratuiti, quod est a gratia gratum faciente. Si vero [g] sumatur privatio pro permutatione ab eo quod est magis in minus, secundum hoc dicitur esse [h] privatio modi, speciei et ordinis in quodam esse naturali.

[Ad obiecta]: 1-2. Ad obiecta autem respondendum quod quodam modo est simile in morbo corporali et spirituali, quodam modo dissimile. In hoc enim est simile quod utrobique est defectus sanitatis; sed in hoc est [i] dissimile quod morbus corporalis aliquando potest esse ex defectu modi [k], aliquando ex defectu [l] speciei, aliquando ex defectu ordinis; morbus vero spiritualis ponit defectum omnium horum, secundum quod de iis intendimus. Possent [m] tamen aliter considerari, et secundum hoc aliquando contingeret esse defectum in modo, ita quod non esset defectus in specie et ordine vel e converso, ut infra tangetur [3].

a-b. Ad id autem quod obicitur in contrarium, dicendum [n] quod modus, species et ordo accipi possunt dupliciter: vel prout inseparabiles sunt a natura animae rationalis in quantum huiusmodi, et secundum hoc non possunt privari per malum culpae altera duarum privationum, videlicet illa quae est [o] per omnimodam ablationem vel quae est per permutationem [p] ab eo quod est magis in minus; si vero accipiantur secundum quod disponunt habitudinem naturalem ad bonum, per malum culpae potest uno modo fieri privatio horum: possunt enim minui, sed [q] non usquequaque tolli. Unde per hoc potest solvi illud quod consequenter obiectum est: modus enim et species et ordo, prout adhaerent habitudini [r] naturali ad bonum, licet diminui possint, omnino tamen tolli non possunt.

35

CAPUT III.

UTRUM MODUS, SPECIES ET ORDO SIMUL PRIVENTUR PER MALUM CULPAE [4].

Tertio quaeritur utrum modus, species et ordo simul priventur per malum culpae.

Et videtur quod non 1. per simile in aliis [s] creaturis. Nam in animalibus [t] potest privari modus, cum non privatur ordo vel species; potest etiam privari ordo, ita quod non privetur modus vel species; et similiter [u] de specie; ergo non simul privantur ista; pari ergo ratione erit in ipso homine secundum animam rationalem quod unum poterit privari sine aliis duobus.

2. Praeterea, in aliis bonis spiritualibus contingit hoc quod unum potest [v] privari sine alio: verbi gratia, potest privari memoria, non privata imaginatione; potest privari imaginatio, non privata memoria, et haec etiam possunt privari manente quodam usu rationis intermedio, secundum quod diversae fiunt aegritudines, quibus

---

[a] Ita F, alii *qui*. [b] V *qui*. [c] Z om. [d] B *natura habitudinis*. [e] T om. [f] Ita FR, alii *modum*. [g] BT *enim*. [h] F om. [i] L om. [k] V *morbi*. [l] Z om. *e. d.* [m] V *possunt*. [n] Ita V, alii add. *est*. [o] T om. [p] B *mutationem*. [q] V om. [r] V add. *scilicet*. [s] T om. [t] Z *aliquibus*. [u] BT add. *est*. [v] Ita TZ, alii *poterit*.

1 Cf. Alex. Hal., *Summa theol.*, II, num. 32.
2 Cap. 15 (PL 41, 331).
3 Cf. infra, num. 35 sq.
4 Cf. S. Bonav., II *Sent.*, d. 35, a. 2, q. 1 (II, 828 sqq.).

fiunt laesiones in diversis capitis partibus; similiter contingit de aliis bonis naturalibus, sicut sunt castitas naturalis et pietas naturalis, et ita de aliis: potest enim unum esse sine alio; pari ergo ratione poterit privatio esse modi sine privatione [a] speciei et ordinis vel e converso.

Contra [b]: *a.* Dicit Augustinus, in libro *De natura boni* [1]: « Ubi modus, species et ordo magna bona sunt [c], magnum bonum est; ubi parva, parvum bonum est; ubi vero mediocria, mediocre bonum est ». In quo vult designare quod per quamdam connexionem, ubi modus est magnum bonum, species est magnum bonum et ordo similiter et e converso.

b. Item [2], ista [d] sunt vestigia Trinitatis summae; sed in summa Trinitate est omnimoda aequalitas; ergo in hac trinitate, quae est vestigium, est suo modo aequalitas; ergo, si plus est de modo, plus erit de specie et [e] ordine, et si minus, minus; ergo simul privantur.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod modus, species et ordo, si dicerentur secundum illum modum secundum quem accipiuntur in animalibus, in quantum sunt animalia, non dico in quantum sunt [f] creaturae, posset esse privatio modi sine privatione speciei et ordinis. Sed non sic accipiuntur hic [g], sed secundum hoc quod modus, species et ordo in qualibet creatura repraesentant quodam modo summam Trinitatem [3]; et ideo, cum privatur modus, privantur species et [h] ordo et e converso.

[Ad obiecta]: 1. Per hoc potest solvi quod obiectum est per simile in animalibus. Modus enim, species et ordo aliter [i] accipiuntur secundum quod conveniunt animali in quantum est creatura: sic enim [k] simul sunt; aliter [l] secundum quod conveniunt animali [m] in quantum est [n] animal: sic enim modus potest esse sine specie et ordine in ipsa compositione membrorum animalis. In anima vero rationali, prout malum culpae dicitur privatio modi, speciei et ordinis, secundum quod intelligit Augustinus [4], simul est privatio omnium. Cum enim amatur creatura ut Deus vel plus Deo, est defectus modi sive mensurae; existente [o] autem defectu isto, exit voluntas ab extremis, extrema autem dico Deum, ut est principium et ut est finis; ergo est defectus rectitudinis, et ita per consequens speciei: rectitudo enim est forma sive species ipsius extensionis mediae. Cum autem exit voluntas ab extremis, non amat Deum propter se et super omnia, propter quod est defectus ordinis. Simul ergo est privatio modi, speciei et ordinis per malum culpae mortalis.

2. Ad secundo obiectum dicendum quod aliter est [p] in iis bonis spiritualibus et in aliis quibusdam. Quaedam enim sunt bona spiritualia quae non simul [q] tolluntur, quaedam vero sunt quae simul tolluntur: bona enim spiritualia, quae per se sunt gratiae gratum facientis, simul privantur; quae vero non sunt huiusmodi, sed sunt gratiae gratis datae, possunt non simul privari. Bona vero naturalia, quae sunt naturae ordinabilis ad bonum, nec omnino se habent sicut illa bona vel illa, sed minui possunt, omnino autem privari non possunt. Talia autem sunt modus, species et ordo [5]; simul tamen minuuntur propter supra dictam rationem [6], eo quod diminutio, quae est ipsius habitudinis ad efficientem, ponit diminutionem habitudinis ad causam [r] formalem et similiter ad [s] finalem et e converso.

CAPUT IV. 36

UTRUM MODUS, SPECIES ET ORDO AEQUALITER PRIVENTUR PER MALUM CULPAE [7].

Quarto quaeritur utrum modus, species et ordo aequaliter priventur.

Quod non, videtur: 1. Modus enim [t] appropriatur potentiae sive virtuti, species vero pulcritudini, ordo vero bonitati; sed contingit esse defectum in potentia, non existente defectu in pulcritudine vel bonitate, similiter [u] in pulcritudine contingit esse defectum, non [v] existente defectu in potentia aut bonitate, et [x] eodem modo contingit esse defectum in bonitate, non [y] existente defectu in pulcritudine aut potentia; contingit [z] ergo minui modum sine diminutione speciei et ordinis et e converso.

2. Praeterea, in virtutibus naturalibus contingit intensionem fieri unius sine intensione alterius et

---

[a] Z om. *s. p.* [b] BT *preterea.* [c] V add. *ubi.* [d] Z *ita,* quod F corr. [e] BTR add. *de;* F *esse* pro *erit.* [f] F om. [g] T om. [h] F om. [i] LZ *alicubi.* [k] Z *et sic* pro *s. e.* [l] Z *alicubi,* quod F corr.; V *insunt alicubi* pro *s. a.* [m] TL om. *in quantum... animali.* [n] VFLZ om. [o] V *exuto;* F om. *autem.* [p] V om. [q] V om. [r] Ita V, alii *ipsam.* [s] R add. *ipsam.* [t] F *autem.* [u] V *simpliciter.* [v] V *in.* [x] V om., in F est add. interl. [y] Z om. [z] Ita V, alii *continget.*

1 Cap. 3 (PL 42, 553).
2 Cf. Alex. Hal., *Summa theol.*, II, num. 37.
3 Cf. Alex. Hal., loc. cit., num. 36.
4 Cf. *De natura boni*, c. 3 (PL 42, 553).
5 Cf. Alex. Hal., loc. cit., num. 39.
6 Cf. supra, p. 52, ad *a-b.*
7 Cf. Alex. Hal., loc. cit., num. 38; S. Bonav., II *Sent.*, d. 35, a. 2, q. 2 (II, 830 sqq.).

diminutionem [a] unius sine diminutione alterius, ut castitas naturalis potest minui vel intendi sine pietate naturali vel [b] sine iustitia; pari ergo ratione, cum modus, species et ordo ad bona naturalia referantur, poterit minui modus sine specie vel ordine vel e converso.

Contra: *a.* Modus, species et ordo sunt ipsius habitudinis potentiae, prout ordinabilis est ad bonum gratiae. Quemadmodum ergo est in bono [c] gratiae quod secundum minoritatem gratiae est minoritas virtutum gratuitarum [d], et cum minor est fortitudo gratuita, minor est castitas gratuita, et ita de aliis, eodem modo videtur esse de modo, specie et ordine, ut, cum minuitur modus, minuantur [e] species et ordo.

b. Item, si minueretur modus per malum culpae non facta diminutione speciei et ordinis, cum ad diminutionem modi sequatur quod minus habilis sit anima ad bonum, non facta autem diminutione speciei et ordinis sit anima habilis ad bonum [f], esset simul habilis ad bonum et inhabilis: quod est inconveniens; non ergo per malum culpae fit privatio sive diminutio modi quin insimul fiat diminutio speciei et ordinis et e converso.

c. Item, cum voluntas humana conformat se voluntati divinae, rectitudinem habet in sua operatione; cum autem habet rectitudinem in sua operatione, ordinatur debito modo ad suum finem et e converso; ergo defectu existente in aliquo horum est defectus in aliis; sed habitudo naturalis refertur ad omnia ista et potest recipere intensionem et diminutionem; ergo, cum diminuitur respectu unius istorum, diminuitur respectu aliorum [g] et e converso.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod simul et aequaliter [h] fit omnium istorum diminutio per malum culpae mortalis.

[Ad obiecta]: 1. Ad primo autem obiectum [i] in contrarium dicendum [k] quod, licet modus approprietur potentiae sive virtuti, et ita de aliis, tamen, quia potentia dicitur dupliciter, uno modo appropriatur hic modus potentiae, alio modo non appropriatur. Si enim accipiatur hic potentia pro ipsa habitudine naturali voluntatis ad summam bonitatem, secundum hoc modus appropriatur potentiae et contingit ipsam [l] minui secundum quod minuitur illa [m] habitudo naturalis. Si vero accipiatur potentia pro fortitudine naturali, quia contingit fortitudinem naturalem esse sine pulcritudine vel bonitate, et etiam in ipsa anima, secundum hoc modus hic non appropriatur potentiae, et secundum hoc non dicitur per malum culpae fieri privatio modi, speciei et ordinis. Eodem modo dicendum est de aliis, scilicet [n] specie et ordine.

2. Ad secundum dicendum quod secus est in bonis naturalibus quae dicuntur virtutes, et in bonis naturalibus quae dicuntur modus, species et ordo. Potest enim una virtus naturalis inesse sine alia et e converso; modus autem, species et ordo sic se habent quod unum non potest inesse [o] sine aliis nec e converso, eo quod sunt unius conditionis; et propter hoc [p], cum unum intenditur, alia duo intenduntur [q], cum unum minuitur, alia duo minuuntur [r]. Attendendum est autem quod loquimur hic de modo, specie et ordine prout horum privatio non est ipsa essentia mali culpae, sed est defectus consequens [s] malum culpae.

---

[a] L *diminutio est.* [b] F *et.* [c] V *bonis.* [d] LZ add. *etc.*; V *cuius* pro *cum.* [e] B *minuatur.* [f] V om. *non... bonum.* [g] T *aliquorum.* [h] Ita Z (interlin.), alii om. *e. a.*; VR *sit* pro *fit.* [i] Ita V, alii *obiectum autem* pro *p. a. o.* [k] BTRZ add. *est.* [l] Ita V, alii om.; Z *contingit* pro *contingit.* [m] FLZ *ipsa.* [n] BR add. *de.* [o] VB *esse.* [p] V add. *quod.* [q] L add. *et.* [r] B om. *cum... minuuntur.* [s] V *conveniens.*

TRACTATUS TERTIUS

DE TRIPLICI DIFFERENTIA MALI CULPAE

QUAESTIO I.

DE MALO CULPABILI EX GENERE ACTUS [1].

Completo tractatu de malo et de primis differentiis mali [2], transitum facientes ad considerationem peccati, primo dicemus [a] dispositionem quamdam materialem [b] ad peccatum secundum quamdam mali culpabilis divisionem. Malum enim culpabile aut est malum ex genere actus aut ex [c] circumstantia actus aut ex [d] intentione finis indebiti.

Quia vero prior est in hac consideratione malitia ex genere actus,

deinde vero malitia ex circumstantia,

tertio vero malitia ex [e] intentione — potest enim actus esse bonus in genere et circumstantiae bonae, nihilominus tamen malus [f] ex intentione, bonitas vero intentionis non potest esse nisi fundetur super bonitatem ex genere et ex [g] circumstantiis — ideo primo dicendum est de malo in genere. Circa quod est consideratio:

Primo, quid sit [h] malum in genere vel ex genere;

secundo, de oppositione mali in genere respectu boni in genere, utrum sit oppositio contrarietatis et oppositio immediata [i];

tertio [k], de comparatione malitiae in proportionalitate ipsius habitus ad actum;

quarto, de comparatione proportionalitatis malitiarum inter se respectu bonitatum.

CAPUT I. 37

QUID SIT MALUM EX GENERE ACTUS.

Circa primum sic procedendum est: Quaeritur utrum malum in genere sive ex genere dicitur illud quod nullo modo per circumstantiam formari potest ut sit bonum.

Et hoc videtur: 1. Fornicari enim est tale malum quod per nullam circumstantiam potest formari ut sit bonum [l]; et Philosophus dicit [3]: « Quaedam statim nominata [m] mox coniuncta sunt malo, ut adulterium ». Si ergo hoc modo dicitur malum in genere, tunc malum in genere [n] continebit in se malum ex circumstantia: nullum enim malum est omnino informabile ad bonum nisi contineat in se defectum circumstantiae vel circumstantiarum; sed hoc non videtur, cum malum in genere dividatur contra malum ex circumstantia.

2. Praeterea, non dicitur [o] malum in genere quod genus est malorum: secundum hoc enim non connumeraretur malum in genere cum speciebus mali; genus enim non connumeratur cum suis speciebus [4]; relinquitur ergo quod malum in genere dicetur [p] malum quod est ex genere actus, quando

---

[a] BTR *dicamus;* Z om. *primo.* [b] V *naturalem.* [c] T om. [d] V om. [e] L om. *circumstantia... ex.* [f] Ita F, alii *malum.* [g] VR om. [h] Ita V, alii om. [i] B om. *utrum... immediata.* [k] Ita VL, alii add. *vero.* [l] L om. [m] V *ut nominat.* [n] V om. *t. m. i. g.* [o] Ita VF, alii *dicetur.* [p] V *dicatur.*

1 Cf. S. Bonav., II *Sent.*, d. 36, dub. 5 (II, 858).
2 Cf. supra, num. 16-17.
3 *Ethica ad Nicom.*, II, c. 6 (II, 20).
4 Cf. Aristot., *Topic.*, IV, c. 1 (I, 206).

in ipso actu, secundum se ipsum considerato [a], invenitur defectus; sed in nullo [b] actu, secundum se ipsum considerato, invenitur [c] ita defectus quin possit cum aliqua [d] materia coniunctus dici bonum. Verbi gratia, odire, si respiciat personam, dicit [e] malum; si respiciat peccatum, secundum quod dicitur in Psalmo [f] [1]: *Iniquitatem odio habui,* dicit [g] bonum; ergo [h] odire, secundum se ipsum consideratum, aut dicit bonum aut malum [i] aut nec bonum nec malum. Similiter est de hoc quod est 'irasci': irasci enim, si sit ex odio personae [k], malum est; si vero sit ex odio vitii [l], bonum est. Similiter iste actus 'occidere', si fit [m] auctoritate legis et [n] ab eo ad quem spectat et respectu eius materiae quae debita est, bonum est; si vero alio modo, malum est; ergo occidere, secundum se ipsum consideratum, erit indifferens; et similiter est in aliis actibus. Ergo malum in genere non dicetur ex genere actus; quo ergo modo dicetur malum in genere? Si autem dicatur genus pro subiecta materia, quae non convenit actui, secundum hoc dicetur 'occidere hominem' malum in genere. Sed hoc qualiter dicetur malum, cum praecipiatur in Lege [2] occidere maleficum? Occidere autem maleficum est occidere hominem, et ita malum implicatur [o] in bono. Similiter [p], praecepit Dominus Abrahae immolare filium suum [3]; et immolare filium [q] est occidere hominem; ergo in bono meritorio implicatur malum: quod non videtur; non ergo malum in genere dicetur secundum hunc modum.

3. Dicunt [r] aliqui [4] quod interficere hominem est malum in genere, quoniam [s] est malum in se, sed non secundum se. Sed quae [t] est ista differentia? Si enim aliquid est malum in se, ergo de se importat malitiam; sed quod de se importat malitiam, dicitur esse malum secundum se aut per se; ergo interficere hominem est malum secundum se.

[Solutio]: 1. Ad quod dicendum [u] [5] quod, licet multis modis possit dici malum in genere, ut quod per nullam circumstantiam potest formari ut [v] sit bonum, ut fornicari vel adulterari, vel quod dicit genus malorum, specialiter tamen hic accipitur malum in genere, quando [x] actus dicit defectum boni et respicit materiam [y] indebitam, ut genus subiectum dicatur ipsa materia indebita, nomen vero actus determinet defectum. Sicut enim bonum in genere multis modis potest dici, vel quod est genus bonorum, sicut est [a] virtus, quae dicitur bonum in genere, vel quod per circumstantiam nullatenus potest fieri malum, sicut habere caritatem, vel quod dicit bonum in genere actus et respicit materiam debitam, ut dare eleemosynam vel pascere esurientem — et quod ita sit, dicit Augustinus, in [b] libro *De Baptismo contra Donatistas* [6], ostendens quod bona opera in genere non sufficiunt sine caritate: « Quidquid boni in orationibus et eleemosynis habebat, prodesse illi non poterat nisi per vinculum christianae societatis et pacis [c] incorporaretur Ecclesiae »; et Augustinus [d], *De spiritu et littera* [7]: « Sicut non impediunt a vita aeterna iustum quaedam peccata venialia, sine quibus vita ista non ducitur, sic ad salutem aeternam nihil prosunt impio bona opera, sine quibus vita cuiuslibet impii vix invenitur » — dare enim dicit bonum in genere actus, eleemosyna [e] vero dicit convenientem materiam, sicut habetur in dist. 36 II libri *Sententiarum,* cap. *Satis diligenter* [8], sic ex opposito dicetur malum in genere secundum tot modos. Hic autem specialiter contrahimus malum in genere, quando actus in se dicit defectum et coniungitur cum materia indebita.

2. Si vero obiciatur quod tale potest bene fieri vel male [f] fieri, et ita erit indifferens: dicendum est quod illud quod dicitur bene fieri vel male fieri [g], hoc refertur ad circumstantiam vel ad intentionem. Cum [h] autem circumstantia additur quae bona est, trahitur [i] malum extra rationem suam, sicut bonum in genere trahitur extra rationem [k] suam, quando additur circumstantia mala. Unde non est dicendum quod malum sit pars boni: eo enim dicebatur malum, quia dicebat defectum in se et coniungebatur cum materia indebita nec addebatur circumstantia per quam ad bonum traheretur. Unde occidere maleficum, licet importet in se occidere hominem, occidere autem hominem sit prohibitum [l] in Decalogo [m], cum dicitur [9]: *Non occides,* non tamen ille peccat qui maleficum occidit, transgrediendo praeceptum Decalogi, si auctoritate legis faciat et ad eum spectet. Unde Augustinus, in libro *De libero*

---

[a] V add. *non.* [b] F *illo.* [c] VBL om. *defectus... invenitur,* in R est add. mg. [d] VLZ *alia.* [e] Ita VL, alii *dicet.* [f] V *dicit Psalmus* pro *d. i. P.* [g] Ita VL, Z *scit,* alii *dicet.* [h] Z *sed.* [i] Ita V, alii om. *a. m.* [k] BT *nature.* [l] Z *virtutis;* BT om. *sit.* [m] Z add. *ex.* [n] Z *est.* [o] Ita V, alii *implicabitur,* item infra. [p] V *In Genesi.* [q] B add. *suum.* [r] F *Item dicunt.* [s] V *quod.* [t] L om. *s. s. s. q.* [u] Ita V, alii add. *est.* [v] Z *ni.* [x] B *quoniam.* [y] BT *naturam.*

[a] F om. [b] F add. *I.* [c] Z om. [d] V add. *in libro.* [e] Ita BT, alii *eleemosinam;* FLZ om. *vero.* [f] F add. *potest;* L om. *v. m. f.* [g] B om. [h] L *quod.* [i] V *contrahitur.* [k] R *regulam.* [l] L *sic prohibitum sit* pro *s. p.* [m] R add. interl. *Exodi.*

1 Psalm. 118, 163.
2 Cf. Exod. 22, 18.
3 Gen. 22, 2.
4 Cf. Guil. Altissiod., *Summa,* III, tr. 26, q. 1 (f. 245b).
5 Cf. Guil. Altissiod., loc. cit., tr. 8, q. 1 et tr. 24, q. 1 (f. 184b, 240b).
6 Lib. I, c. 8, n. 10 (PL 43, 115).
7 Cap. 28 (PL 44, 230).
8 Cap. 6 (p. 504).
9 Exod. 20, 13.

arbitrio, I libro [a] [1]: « Si homicidium est hominem occidere, potest accidere [b] aliquando sine peccato: nam et miles hostem et iudex vel minister eius nocentem si occidit [c], non mihi videtur [d] peccare ». Tamen non dicitur recte homicidium nisi extenso vocabulo; unde sequitur ibi: « Non mihi videntur ii homicidae dici ». Unde occidere hominem tunc proprie dicitur malum in genere, quando non additur [e] circumstantia trahens ad bonum. — Similiter intelligendum est de eo quod obicitur de immolatione. Licet enim oblatio in holocaustum sive immolatio ex praecepto Domini sit bonum, in eo autem intelligatur occidere [f] hominem, non intelligitur ibi secundum rationem mali: addita enim est circumstantia, per quam illud quod, sibi relictum, esset malum, per additionem circumstantiae formatum dicit bonum.

3. Nec est distinguendum quod aliquid dicatur in se malum, sed non secundum se malum: non enim haec distinctio ex intentionibus vocabulorum per se elicitur nec expositores Sacrae Scripturae istis utuntur differentiis.

CAPUT II. 38

DE OPPOSITIONE MALI EX GENERE ACTUS RESPECTU BONI EX GENERE ACTUS.

Secundo quaeritur de oppositione mali in genere respectu boni in genere.

I. Videtur enim esse contrarietas: 1. Contraria enim dicuntur quae, sub eodem genere posita, maxime distant [2]; sed bonum in genere, malum in genere communicant in intentione generis et differunt secundum bonum et malum, quae sunt maxime distantia; ergo bonum in genere et malum in genere sunt contraria.

2. Item, eidem actioni impossibile est [g] simul inesse malum in genere et bonum in genere; ergo malum in genere et [h] bonum in genere sunt contraria vel ad minus opposita.

Contra: *a.* Contraria sunt quae [i] nata sunt fieri circa idem subiectum [3]; sed bonum in genere et malum in genere non sunt nata fieri circa idem subiectum; ergo bonum in genere [k] et malum in genere non sunt contraria. — Quod autem non sint nata fieri circa idem subiectum, patet per hoc quod eadem actio non potest esse secundum diversa tempora bona in genere et mala in genere, sed quae semel est mala in genere, semper est huiusmodi.

b. Item, malum in genere et bonum in genere genera sunt malorum et bonorum nec habent commune genus; contraria vero proprie dicta habent commune genus [4]; ergo malum in genere et bonum in genere non sunt contraria.

c. Item, malum in genere per additionem potest fieri bonum, et bonum in genere per additionem circumstantiae malum; ergo bonum in genere et malum in genere non sunt contraria, cum possint [l] oppositam rationem communicare: non enim album, manens album, potest communicare rationem nigri nec e converso [m].

II. Hac [n] de causa quaeritur cuiusmodi differentiae sint malum in genere et bonum in genere respectu actionis, utrum sint differentiae essentiales vel accidentales [5].

1. Essentiales non videntur esse. Bonum enim et malum accidunt actioni et similiter agenti: potest enim actio intelligi praeter intellectum boni et praeter intellectum mali, secundum quod nos dicimus bonum in genere et malum in genere; differentia vero essentialis est praeter cuius intellectum non intelligitur illud cuius est differentia essentialis; ergo bonum in genere et malum in genere non sunt differentiae essentiales actionis.

2. Quod autem non sint accidentales, videtur ex hoc quod non possunt inesse uni et [o] eidem actioni, accidentia vero opposita ad minus possunt intelligi secundum prius et posterius inesse.

Forte diceretur quod essent accidentia inseparabilia [p], quae, licet possint adesse et abesse per intellectum, tamen non absunt a suis subiectis nisi sint talia accidentia inseparabilia quae insunt [q] alicui rei separabili, ut corvus dicitur niger ratione pennarum et cygnus albus, ablatis autem pennis potest cygnus dici niger et corvus albus [6]. — Non sic autem [r] videtur dici de iis differentiis 'bonum in genere' et 'malum in genere': actio enim mala in genere non intelligitur haec [s] actio sine ipsa [t] malitia generis nec actio bona in genere intelligitur haec [u] actio sine bonitate

---

[a] VBTR om.; FLZ om. *si.* [b] Ita BT, VRL *occidere*, FZ *autem homo occidere.* [c] Ita V, alii *occiderit.* [d] Ita FL, alii *videntur.* [e] B add. *aliqua*; Z om. *trahens.* [f] T om. [g] R om. [h] T *ergo.* [i] V om. *s. q.* [k] LZ om. *i. g.*, in F est add. mg. [l] BT *possent.* [m] V om. *n. e. c.* [n] R *sed hac.* [o] L add. *est.* [p] V *separabilia.* [q] Ita VB, alii *insint.* [r] BT *enim.* [s] V *hic.* [t] T om. [u] V *hic.*

1 Cap. 4, n. 9 (PL 32, 1226), ubi et sequens.
2 Aristot., *De categor.*, c. 4 (I, 9).
3 Cf. Aristot., loc. cit., c. 8 (I, 21).
4 Cf. Aristot., loc. cit., cc. 4 et 8 (I, 9, 21).
5 Cf. S. Bonav., II *Sent.*, d. 41, a. 1, q. 2 (II, 939sqq.).
6 Cf. Aristot., *Topic.*, IV, c. 1 (I, 206); Boeth., *In Porphyr.*, dialog. 2, *De accidenti* et *In Porphyr. Comment.*, IV, *De accidenti* (PL 64, 55sq., 132sq.).

generis; ergo non se habent sicut accidentia: subiectum enim intelligitur [a] sine accidentibus quae sunt in subiecto.

[Solutio]: I. Ad quod dicendum [b] quod oppositio est inter bonum in genere et malum in genere [c] et est oppositio disparationis: disparata enim sunt, ubi separantur, ad invicem secundum rationem sive formam et subiectum.

[Ad obiecta]: 1. Ad id autem quod obiectum est in contrarium, ubi ostenditur [d] quod 'bonum in genere et malum in genere sunt contraria': dicendum [e] quod non proprie sumendo contraria, nec eis convenit definitio contrariorum, quae est quod posita sub eodem genere maxime distant[1]; genus enim ibi non [f] dicitur materia subiecta, sed genus praedicabile; bonum autem in genere et malum in genere non sunt in uno genere praedicabili [g]: ens enim in actione non dicit genus respectu boni et mali.

2. Ad secundum dicendum [h] quod, licet malum in genere et bonum in genere sint incompossibilia simul inesse eidem, non tamen [i] ex hoc sequitur quod sint contraria, quia non sunt nata fieri circa idem subiectum, sed erunt opposita [k] ut disparata. Sicut enim bonitas et malitia disparata sunt inter se, ita et actiones, quibus conveniunt, sunt inter se disparatae.

II. Item [l] respondendum est ad hoc quod secundo quaerebatur 'cuiusmodi differentiae essent bonum in genere et malum in genere [m] circa actionem'. Dicendum enim [n] est quod distinguunt actiones sicut proprietates distinguunt ea quorum sunt proprietates: appropriatur enim bonitas in genere suae actioni et malitia in genere suae actioni [o].

[Ad obiecta]: 1-2. Nec est hoc contrarium quod bonum et malum possunt accidere eidem actioni: hoc enim non est de bonitate et malitia generis, sed de bonitate et malitia intentionis, quae extrinseca est a bonitate generis. Bona enim actio in genere potest esse mala ex intentione vel bona, simpliciter autem non potest eadem actio numero esse [p] bona et mala. Unde [q] aliter se habent bonum et malum circa actionem et circa agentem. Circa agentem enim [r] sic se habent quod possunt uni et eidem agenti numero inesse bonum et malum, sed non simul; uni vero et eidem actioni numero non possunt simul neque [s] secundum prius et posterius inesse bonum et malum. Ratio autem est quia agens numeratur [t] propria numeratione praeter [u] bonum et malum, quae ei accidunt [v]. Actio vero, cum non sit in se stans, sed [x] transiens, numeratur cum suis conditionibus; unde alia numero est actio bona et alia numero est actio mala.

CAPUT III.

DE COMPARATIONE MALITIAE IN PROPORTIONALITATE HABITUS AD ACTUM.

39

ARTICULUS I.

Utrum habitus sit deterior actu vel e converso.

Consequenter quaeritur de comparatione malitiae in proportionalitate habitus ad actum, scilicet utrum habitus sit deterior actu vel e converso.

Quod autem actus sit deterior in genere, videtur: 1. Opponitur enim bono in genere actus malum in genere actus[2]; sed bonum in genere actus [a] plus coniungit fini; ergo malum in genere actus plus [b] disiungit a fine; ergo malum in genere actus deterius est malo in genere habitus.

2. Item, posito malo in genere actus ponitur malum in genere habitus: malum enim [c] in genere actus est causa mali in genere habitus; ergo malum in genere actus est deterius malo in genere habitus, cum sit causa propria illius [d].

Contra: *a.* Quod diuturnius est malum, deterius est malum; sed diuturnius est malum [e] in genere habitus; ergo malum in genere habitus est deterius malum [f]: actus enim transit, sed remanet habitus, ratione cuius est etiam [g] reatus.

b. Item, bonum in habitibus melius est bono in actibus; ergo per oppositum, malum in habitibus erit deterius malo in genere actus. Sicut enim se habent per oppositionem [h] malum in genere habitus et bonum in genere habitus, ita malum in genere actus et bonum in genere actus; ergo permutatim, sicut se habet bonum in genere

---

[a] T add. *hic.* [b] TR add. *est.* [c] V om. *e. m. i. g.* [d] BT *obicitur.* [e] Ita VT, alii add. *est.* [f] B om. *i. n.* [g] VT *predicamentali.* [h] Ita V, alii add. *est.* [i] Ita V, alii om. [k] L *disposita.* [l] V *idem.* [m] T om. *i. g.* [n] B om. [o] T om. *et... actioni.* [p] T add. *et.* [q] V *id est non.* [r] Z *autem.* [s] BTR om. [t] T om. [u] T *potest;* B *vel* pro *et.* [v] BT *acciderunt.* [x] V *vel.*

[a] V om. *s. b. i. g. a.;* Z om. *i. g. a.;* L om. *plus.* [b] B om. *coniungit... plus.* [c] V *autem.* [d] B *ipsius.* [e] Z om. *s. d. e. m.* [f] BT *malo.* [g] B *esse,* T om. [h] Z *oppositum.*

[1] Cf. Aristot., *De categor.*, c. 4 (I, 9).

[2] Cf. supra, num. 38.

habitus ad bonum in genere [a] actus, ita se habet malum in genere habitus ad malum in genere actus; ergo, cum bonum in genere habitus sit melius bono in genere actus, malum in genere habitus [b] erit deterius malo in genere actus.

c. Item, malum in genere habitus est ratio multiplicandi malum in actu; ergo est illo deterius.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod malum in genere actus quoad quid est deterius malo in genere habitus, quoad quid est minus malum. Quoad hoc enim quod malum in genere actus est causa mali in genere habitus, ratione causalitatis est deterius. Attendendum autem quod malum in genere actus potest accipi dupliciter: potest enim accipi pro malitia generis actus vel potest accipi generaliter pro quacumque malitia existente in ipso actu, et sive sic sive sic accipiatur, prima malitia in genere actus causat malitiam in genere habitus. Nec tamen malum in genere actus simpliciter est deterius malo in genere habitus, sed e converso, in hoc quod [c] plus adhaeret ipsi animae, a qua privatur bonum.

[Ad obiecta]: 1. Ad primo autem obiectum [d] dicendum [e] quod non est simile ex parte malorum et ex parte bonorum. Ex parte enim bonorum est quod bonus habitus generat bonum actum universaliter, nisi fieret sermo de habitu consuetudinali in quantum huiusmodi; ex parte vero malorum actus malus primo generat habitum malum. Licet ergo actus bonus [f] immediatius coniungat habentem fini, in malis tamen habitus malus immediatius disiungit a fine: non enim eadem est lex in bonis et in malis, sed contingit fieri e contrario. — Et si dicatur quod malum in genere actus immediatius disiungit, quia posito per impossibile quod malum in genere habitus non sequeretur, nihilominus disiungeret [g] a fine, malum autem in genere habitus non disiungit a fine nisi praecedente malo in genere actus: dicendum est quod haec non est ratio eius quod est [h] immediatum, sed eius quod est primum; unde malum in genere actus primo disiungit, sed malum in genere habitus proximius disiungit.

2. Ad secundo obiectum dicendum [i] quod, licet malum in genere actus sit causa mali in genere habitus, tamen non est simpliciter deterius. In malis enim e contrario est quam in bonis in parte et in parte simile. In hoc enim est dissimile quod bonum in genere habitus causat bonum in genere actus primo, malum vero in genere actus primo causat malum in genere habitus. In hoc autem est simile quod habitus utrobique melior est actu. — Et si dicatur quod actus bonus magis coniungit fini, et ideo est melius: dicendum [k] quod non sequitur. Habitus enim gratuitus in parvulo, qui non operatur, coniungit cum fine; actus autem nunquam coniungit fini sine habitu.

ARTICULUS II. 40

Utrum omnia mala ex genere actus sint aeque mala.

Quaeritur etiam [l] huius gratia utrum omnia mala in genere actus sint aeque mala.

Et videtur quod sic: 1. Quia omnia obligatoria [m] sunt poenae aeternae; et omnia quae sunt obligatoria poenae aeternae, in genere aeque mala sunt; ergo omnia mala in genere aeque mala sunt [n].

Contra: *a.* Fornicatio [o] est malum in genere, adulterium est aliud malum in genere; fornicatio autem non est aeque malum sicut adulterium; ergo non omnia mala in genere sunt aeque mala.

b. Similiter [p] homicidium est malum in genere et adulterium est malum in genere [q]; homicidio autem debetur maior poena quam adulterio; ergo maior est reatus; ergo homicidium est maius malum; non ergo omnia mala in genere sunt aeque mala.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod esse aeque malum in genere dicitur dupliciter [r]. Dicitur enim aeque malum, quia aeque deformat suum genus, et secundum hunc modum omnia mala in genere sunt aeque mala. Sicut enim malitia homicidii deformat suum actum, ita malitia adulterii deformat suum actum, et haec aequalitas dicitur esse aequalitas generis et huic respondet meritum poenae aeternae. — Vel potest dici aeque malum, quia aequaliter deformat ipsam animam, et secundum hoc non omnia mala in genere sunt aeque mala: plus enim deformat animam homicidium perpetratum quam adulterium perpetratum, omnibus aliis paribus. — Hoc autem notandum quod malum in genere dicitur multipliciter. Uno enim modo dicitur adulterium malum in genere et alio modo dicitur malum ex circumstantia. Si enim

---

[a] T om. *habitus... genere.* [b] T om. *ergo... habitus.* [c] V *enim.* [d] Ita V, alii *obiectum vero primo* pro *p. a. o.* [e] FRLZ add. *est.* [f] B *malus.* [g] R *disiungeretur.* [h] BTR om. [i] Ita V, alii *obiectum vero secundo dicendum est* pro *s. o. d.* [k] Ita V, alii add. *est.* [l] F *autem.* [m] Z *obligata,* quod L corr.; item infra. [n] V om. *ergo... sunt.* [o] T add. *vero.* [p] V *sic.* [q] B om. *et... genere.* [r] Ita BT, alii *multipliciter.*

comparetur adulterium fornicationi, dicuntur esse duo mala in genere luxuriae. Alio modo dicitur esse malum ex circumstantia, secundum quod coire cum non sua est malum in genere, coire autem cum non sua [a], coniugata alterius, est [b] malum ex circumstantia: in hoc enim quod dicitur 'coniugata alterius' dicitur circumstantia [c], et similiter coire cum soluta [d], et secundum hoc fornicatio et adulterium cadunt sub eo quod est malum ex circumstantia ratione sui; ratione vero eius quod est 'coire cum non sua', cadunt sub eo quod est malum in genere.

41 ARTICULUS III.

Utrum aliquis possit facere praecise tantum malum quantum est aliquod malum in genere [1].

Adhuc etiam quaeritur utrum aliquis possit praecise facere tantum malum quantum est aliquod malum in genere.

Quod videtur, 1. quia potest aliquis perpetrare malum in genere, non addendo aliquam circumstantiam malam; sed si non additur circumstantia mala vel intentio [e] mala, non contrahitur malitia nisi [f] ex genere actus; ergo potest aliquis perpetrare praecise tantum malum quantum est malum in genere.

Contra: *a.* Malitia, qua quis malus est, ex actu particulari contrahitur; ergo, nisi addatur super malum in genere aliquid, nullus ex hoc [g] dicetur malus; ergo non sufficit malitia in genere nisi fiat additio.

[Solutio]: Ad hoc dicendum [2] quod malum in genere dicitur dupliciter: uno modo secundum quod malum in genere dicitur quod generaliter dicitur malum, et secundum hoc non est comparabile ad malum particulare, maxime cum particulare fuerit eiusdem generis: et [h] secundum hunc modum nulla est quaestio, si quaeratur utrum aliquis [i] possit facere tantum malum quantum est malum in genere; alio vero [k] modo dicitur malum in genere, secundum quod malum in genere [l] dividit contra malum ex circumstantia [3]: et secundum hoc potest aliquis perpetrare malum in genere, non addita aliqua circumstantia aggravante, et hoc modo potest aliquis tantum malum facere quantum est malum in genere. — Et per hoc solvitur quod obiectum est.

42 ARTICULUS IV.

Si aliquis appetat fornicari cum muliere in genere et alius intendat fornicari cum aliqua determinate, quid sit illorum deterius [4].

Adhuc etiam quaeritur, si aliquis appetat fornicari cum muliere in genere et alius intendat fornicari cum aliqua [m] determinate, quod illorum [n] sit deterius.

Et videtur quod ille qui intendit fornicari cum aliqua determinate, *a.* quia malitia speciei addit super [o] malitiam generis; ergo qui [p] intendit fornicari determinate cum aliqua, plus peccat quam ille qui intendit fornicari [q] cum aliqua indeterminate.

Contra: 1. Nulla circumstantia additur super malitiam generis: quod enim dicitur 'cum ista' non dicit circumstantiam; ergo non magis peccat qui intendit fornicari cum ista quam ille qui intendit fornicari indeterminate cum aliqua.

2. Praeterea, si diceretur quod per demonstrationem intelligeretur aliqua circumstantia, illa posset diminuere, et ita minus posset peccare qui intenderet [r] fornicari cum ista quam qui intenderet fornicari indeterminate cum aliqua.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod, cum dicitur 'fornicari cum [s] ista', potest intelligi 'ista' [t] substantia mulieris sine [u] circumstantiis quae aggravant vel minuunt: et secundum hoc non comparantur ad invicem secundum magis et minus fornicari cum aliqua muliere et fornicari cum ista; non enim malum in genere comparabile est cum hoc individuo; nec est ibi [v] additio mali propter individuationem, sed est additio indifferentis. Si vero virtute demonstrationis intelligatur circumstantia, vel circumstantia est aggravans vel diminuens. Si est aggravans, tunc maius est peccatum; si est [x] diminuens, secundum [y] hoc minus est peccatum.

---

[a] V om. *n. s.* [b] V *dicitur.* [c] V om. *in hoc... circumstantia.* [d] B *solita.* [e] V add. *est.* [f] V *nec.* [g] Z *hac.* [h] Ita F, alii om. [i] BT *quis.* [k] V om. [l] B om. *alio... genere.* [m] T om. *c. a.*, Z *alia.* [n] BT *istorum.* [o] FLZ *supra.* [p] Z *cum.* [q] B om. *determinate... fornicari.* [r] V *intendit,* item infra. [s] Z om. *f. c.* [t] Ita F, Z om., alii *illa.* [u] V *multis* pro *m. s.* [v] Z *etiam.* [x] B *vero.* [y] V *et.*

1 Cf. Guil. Altissiod., *Summa,* II, tr. 17, c. 3 (f. 80d).
2 Cf. Guil. Altissiod., loc. cit., tr. 29, q. 5 (f. 111b).
3 Cf. supra, num. 37, et infra, num. 45.
4 Cf. Guil. Altissiod., loc. cit. (f. 111a sq.).

CAPUT IV. 43

DE COMPARATIONE PROPORTIONALITATIS MALITIARUM INTER SE RESPECTU BONITATUM.

Quarto quaeritur de proportionalitate malorum inter se respectu bonorum in genere. Et est quaestio utrum omne bonum sit magis bonum quam aliquod malum sit malum.

Quod videtur, *a.* per hoc quod dicitur super illud Psalmi[1]: *Bonum mihi lex oris tui super millia auri et argenti;* dicit B. Augustinus[2]: « Magis diligit caritas legem Dei quam cupiditas *millia auri et argenti* ». Hoc autem intelligitur de interiori motu — de exteriori enim [a] non posset, quia aliquis malus ferventius [b] operatur mala quam aliquis bonus bona — ergo interior motus boni magis est intensus quam interior mali; ergo aliquod bonum in genere magis est bonum quam aliquod malum malum [c].

b. Item, per bonum in genere est meritum vitae aeternae, per malum vero est meritum poenae aeternae; sed vita aeterna magis bona est quam poena aeterna sit mala [d]; ergo bonum est magis bonum quam malum sit malum.

c. Item, dicit B. Gregorius[3]: « Absit quod tanta delectatio sit in vitiis quanta est in virtutibus ». Sed secundum quantitatem delectationis est quantitas boni vel mali; ergo bonum [e] est magis bonum quam malum sit malum.

d. Item, bonum omnino aufert malum; sed malum non omnino aufert bonum; ergo bonum est magis bonum quam malum sit malum [f].

Contra: 1. Dicit Apostolus, Rom. 6, 19: *Sicut* [g] *exhibuistis membra vestra servire iniquitati ad iniquitatem, ita exhibete membra vestra servire iustitiae in sanctificationem.* Ergo tantum potest servire aliquis bono [h] propter bonum, quantum servivit malo propter malum sive apparens bonum; ergo aliquod malum tantum est malum quantum aliquod bonum est bonum [i].

2. Item, maior est inclinatio ad malum quam ad bonum; et fortiori existente inclinatione vehementior erit motus; ergo aliquod malum est magis malum quam aliquod bonum sit [k] bonum: et intelligitur hoc de ipsis motibus.

3. Item, malum et bonum sunt opposita; ergo quantum ponit unum, tantum demit [l] aliud; sed quantum ponit unum, tantum est ibi de bonitate, quantum demit [m] aliud, tantum est ibi de malitia; ergo non est bonum magis bonum quam malum malum, sed videntur adaequari.

4. Item, aliquis [n] malus ferventior est ad malum quam sit bonus ad bonum; et respectu cuius dicitur ferventior, dicitur potentior; ergo malus est potentior respectu mali quam bonus respectu boni; ergo aliquod malum dicitur magis malum quam aliquod bonum bonum. Quod [o] etiam videtur in aliquo haeretico et aliquo fideli: haereticus enim ferventior est ad sustinentiam [p] mortis pro causa indebita quam fidelis aliquis pro causa debita.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod potest fieri comparatio secundum genus boni et mali, et secundum hoc aliquod bonum est magis bonum in genere quam aliquod malum sit malum, eo quod aliquid est [q] summe bonum, quo melius excogitari non potest, nihil autem est summe malum. Et ratione huius intelligitur quod dicitur in Glossa[4] super [r] Psalmum quod « magis diligit caritas » etc. Alio vero modo potest fieri comparatio ratione fervoris in motu, et secundum hoc potest aliquid esse magis [s] malum in genere quam aliquod bonum bonum, non universaliter, sed particulariter.

[Ad obiecta]: 2-4. Ad hoc autem quod obicitur in contrarium, dicendum est quod, licet plures sint inclinationes in malum, non [t] tamen ipse motus, in quantum procedit a propria radice, est magis malum, sed potest esse ferventior vel natura corrupta pronior, et hoc non est ex parte radicis, sed ex parte subiecti.

1. Ad aliud vero dicendum [u] quod, cum dicitur ad Rom. 6, 19: *Sicut exhibuistis* etc., intelligitur illa comparatio aequalitatis secundum aequalitatem quantum ad motum liberi arbitrii et ratione liberi arbitrii [v], non ex ratione boni in genere vel mali in genere.

3. Et per hoc idem solvitur quod consequenter obiectum est.

---

[a] RZ *autem.* [b] BT *frequentius.* [c] L om. [d] Z om. [e] Z *bene.* [f] V om. *Item... malum.* [g] Z *sic.* [h] B *homo.* [i] Z om. *e. b.* [k] LZ add. *magis,* quod F exp. [l] Z om., FL *destruit,* F add. mg. *vel demit;* V om. *tantum.* [m] B om., V *ponit.* [n] Z *quis.* [o] Z *ergo.* [p] V *instantiam.* [q] BT *adest* pro *a. e.* [r] VBT om. *G. s.,* in R est add. interl. [s] R *maius.* [t] F om. [u] Ita VB, alii add. *est.* [v] R om. *e. r. l. a.*

1 Psalm. 118, 72.

2 *Enarr. in Psalm. 118,* sermo 17, n. 10 (PL 37, 1550).

3 Cf. Gaufredus, *Declam. de colloquio Simonis cum Iesu,* c. 53, n. 64 (PL 183, 470).

4 Cf. supra, nota 2.

QUAESTIO II.

DE MALO CULPABILI EX CIRCUMSTANTIA.

Consequenter dicendum est de malo ex circumstantia. Ad hoc autem sciendum est [a] quod circumstantia dicitur proprietas personae vel actus pertinens ad diminutionem [b] vel aggravationem peccati. Circumstantiae autem notantur hoc versu [1]: Quis, quid, ubi, quibus auxiliis, cur, quomodo, quando.

Primo ergo quaeritur de malo circumstantiae in communi;
deinde, de malo circumstantiae [c] in particulari.

MEMBRUM I.

De malo circumstantiae in communi.

De malo vero circumstantiae in communi quaeruntur [d] tria:

Primo, utrum malum ex intentione dicatur malum ex circumstantia;

secundo, utrum malum ex genere dicatur malum ex circumstantia;

tertio, de comparatione mali ex circumstantia respectu mali ex intentione et mali ex genere.

44 CAPUT I.

UTRUM MALUM EX INTENTIONE DICATUR MALUM EX CIRCUMSTANTIA.

Ad primum sic: 1. Malum ex intentione dicitur malum ex defectu finis debiti; sed malum ex defectu finis debiti dicitur malum ex circumstantia finis: qua enim de causa fecit, dicitur circumstantia finis; ergo malum ex intentione dicitur malum ex circumstantia.

2. Item, sicut actio habet causam efficientem, ita habet causam materialem et formalem et finalem; sed causa efficiens et [e] materialis et formalis ad circumstantias reducuntur; ergo causa finalis eodem modo, cum causa finalis sit principalior respectu actionis prout est in genere moris [f].

Contra: *a.* Malum ex intentione est malum quod formatur ex nobis; malum vero ex [g] genere vel circumstantia formatur ex ipsis rebus; ergo malum ex intentione contra [h] alia duo distinguitur.

b. Item, cum dicitur [2] quod intentio finem operi imponit, intentio dividitur contra omnia quae materialia sunt in opere; sed quaecumque sunt in opere, quasi dispositio quaedam materialis sunt respectu ipsius finis; ergo malum ex intentione dividitur contra malum ex circumstantia et ex genere.

c. Praeterea, in genere causarum finalis dividitur [i] contra formalem et materialem [3]; sed finis est causa finalis, circumstantia operis est causa formalis, ipsum genus est causa materialis; ergo malum, quod accipitur ex defectu istorum, habebit propriam divisionem; malum ergo ex intentione, cum respiciat finem, malum ex circumstantia, cum respiciat formam, malum ex genere, cum [k] respiciat materiam, dividentur inter se secundum differentias proprias mali.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod malum ex intentione, secundum quod hic accipimus, dividitur contra malum ex circumstantia. Circumstantiae autem dicuntur quae sunt circa ipsum actum superadditae ipsi generi actionis, quae disponunt ad finem, ut quidquid est inter initium actionis et finem actionis dicatur circumstantia: secundum hunc [l] modum malum ex circumstantia [m] dividitur contra malum ex intentione. Alio vero modo dicitur circumstantia quidquid circumstat essentiam actionis: et secundum hoc finis dicitur circumstantia. Quaeritur enim qua de causa aliquis fecit, et 'qua de causa aliquis fecit' [n] hoc dicitur esse finis sive utilitas.

---

[a] FLZ om. [b] Z *imminutionem.* [c] B om. *in... circumstantiae.* [d] F *inquiruntur.* [e] V om. [f] V *mortis.* [g] B *in.* [h] BT *qua.* [i] B *dicitur.* [k] V om. [l] FLZ add. *ergo.* [m] T om. *secundum... circumstantia.* [n] BTR om. *et... fecit;* T om. *hoc.*

1 Cf. Pseudo-Augustin., *Princip. Rhetor.*, c. 4 (PL 32, 1442).
2 Cf. Ambros., *De officiis*, I, c. 30, n. 147 (PL 16, 66).
3 Cf. Aristot., *Phys.*, II, c. 3 et *Metaph.*, IV, c. 2 (II, 264, 515).

[Ad obiecta]: 1. Per[a] hoc patet solutio ad primum.

2. Ad secundum autem dicendum quod circumstantia uno modo dicitur generaliter quidquid pertinet ad actionem secundum se ipsam: et secundum hunc modum malum ex intentione continebitur sub malo ex circumstantia. Alio vero modo, prout dividuntur causae actionis[b] inter se, dividuntur et defectus[c] consequenter, et sic non continetur.

CAPUT II.

UTRUM MALUM EX GENERE DICATUR MALUM EX CIRCUMSTANTIA. 45

Deinde quaeritur utrum malum ex[d] genere dicatur[e] malum ex circumstantia.

Quod videtur 1. per hoc quod dicit Tullius[1]. Dicit enim quod proprietas negotii dividitur in sex: in genus actionis[f], finem, facultatem, locum, tempus et[g] modum. Genus autem actionis appellatur ipsa[h] actio considerata respectu materiae suae, ut 'quid egit'[i]: secundum hoc, sicut ipsum genus pertinet ad circumstantiam, ita malum ex genere erit malum ex circumstantia.

2. Praeterea, attributa personae sive circumstantiae[k] personae dividuntur contra attributa sive circumstantias negotii; sed attributa sive circumstantiae personae continentur sub circumstantia, secundum quod dicitur malum ex circumstantia; ergo multo fortius malum ex genere actionis continebitur sub malo[l] ex circumstantia.

Contra: *a.* Circumstantia dicitur respectu alicuius existentis ante circumstantiam; ergo alius[m] defectus est ex defectu ipsius in se et ex[n] defectu circumstantiae ipsius; ergo malum ex circumstantia dividetur contra malum ex genere.

b. Praeterea, in omni genere materia[o] dividitur contra formam; ergo et[p] in genere actionis; ergo, cum circumstantia dicat formam actionis, genus vero dicat materiam[2], malum ex circumstantia distinguetur a malo ex genere et e converso.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod malum ex circumstantia aliter accipitur hic et aliter prout determinat Tullius. Secundum enim quod accipit Tullius, malum ex circumstantia continet in se omnia pertinentia ad negotium sive[q] actionem. Hic vero dicuntur tantum circumstantiae, quae sunt[r] inter initium et finem actionis[3]: dico autem initium actionem relatam ad suam materiam, et hoc vocatur genus actionis. Ratio autem est, quia Tullius dividit circumstantias secundum duo quae sunt in ipsa causa, scilicet persona et negotium sive actus; et propter hoc dicuntur « attributa[s] » sive circumstantiae ex parte personae et ex parte[t] negotii. Hic autem dividimus secundum quod maior deformitas et minor est in ipsa actione ex diversis causis principalibus ipsius actionis[4].

Si vero quaerat aliquis propter quid efficiens causa non distinxit quoddam genus mali[u] sicut et aliae causae: dicendum est quod circumstantiae ex parte efficientis non dicunt nisi aggravationem super malum actionis in genere. In hac enim parte primo quaeritur cuius generis sit actio, et hoc est 'quid sit'; secundo, 'cui insit', et in illo comprehenduntur circumstantiae personae. Unde in hac consideratione tam circumstantiae personae quam actionis adiacent generi actionis; et propter hoc malum, quod provenit ex defectu circumstantiae ex parte personae, continetur sub malo ex circumstantia.

[Ad obiecta]: 1-2. Ex iam dictis patet qualiter[v] respondendum est ad obiecta[x].

CAPUT III.

DE COMPARATIONE MALI EX CIRCUMSTANTIA RESPECTU MALI EX GENERE.

Quaeritur[y] tertio de comparatione mali ex circumstantia respectu mali ex genere et mali ex intentione. Et primo respectu mali in genere. Circa quod quaeritur in hunc modum:

Primo, utrum circumstantia addita super genus actionis aggravet peccatum;

secundo[z], utrum malum ex circumstantia sit deterius malo ex genere vel e converso.

---

[a] F *Et per*; T om. *hoc*. [b] BT om. [c] VF (corr.) *effectus*; V *ut* pro *et*. [d] Ita V, alii *in*. [e] VR *sit*. [f] B add. *in*. [g] VT om. [h] V add. *quando*; R *malitie* pro *materiae*. [i] R add. *et*. [k] Z *sine circumstantia* pro *s. c.* [l] F add. *quod est*; V *parte* pro *genere*. [m] B *aliquius*. [n] L exp. [o] B om., in L est add. mg.; Z *dividetur* pro *dividitur*. [p] VBTR om. [q] F add. *ad*. [r] F *fiunt*, add. mg. *vel sunt*; Z om. *tantum*. [s] BTFL add. *persone*. [t] T om. *e. e. p.* [u] R om. [v] FLZ *quomodo*. [x] BFLZ *preobiecta*, R *primo obiecta*. [y] F add. *autem*. [z] T add. *queritur*.

1 *Rhetor.*, I, c. 25, n. 26.
2 Cf. supra, p. 62, sub litt. *c*.
3 Cf. supra, p. 62, *Solutio*.
4 Cf. supra, p. 62, *Solutio*.

46 ARTICULUS I.

Utrum circumstantia addita super genus actionis aggravet peccatum [1].

I. Videtur autem quod circumstantia aggravet peccatum, *a.* quia dicit Gregorius [2]: « Ubi maius [a] est donum scientiae, ibi transgressor maiori subiacet culpae ». Ergo circumstantia personae aggravat ratione scientiae; eodem modo ratione aliarum conditionum; restat ergo quod circumstantia potest aggravare super malum [b] generis.

b. Quod etiam videtur per hoc quod plus peccat qui committit adulterium vel [c] loco sacro vel [d] tempore sacro [e] quam qui committit adulterium simpliciter; ergo circumstantia potest aggravare super malitiam generis.

Contra: 1. Bona circumstantia non auget meritum apud Deum; ergo nec mala aggravabit demeritum; ergo malum ex circumstantia non aggravabit malitiam super malum generis actionis.

2. Item, pronior est Deus ad miserendum [f] quam ad puniendum; sed bona circumstantia non auget effectum miserationis; ergo mala circumstantia non auget effectum punitionis. — Quod autem bona circumstantia non augeat, patet ex hoc quod ex caritate est meritum; ex maiori ergo caritate maius est [g] meritum et ex minori minus; sed circumstantia non facit ad hoc quod [h] sit caritas maior vel minor; ergo circumstantia bona non auget meritum [i]. Praeterea, opus virtutis est opus perfectum; sed opus perfectum est quod attingit suae virtuti [3], attingit autem suae virtuti, cum nulla circumstantia deest; ergo, ubi est opus factum ex caritate, nulla deest circumstantia; ergo circumstantia bona, cum non [k] requiratur ad esse meriti, non auget ipsum meritum.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod circumstantia mala potest augere demeritum, eo quod circumstantia mala addit [l] quamdam deformitatem super deformitatem [m] generis, et secundum hoc aggravatur malum culpae.

[Ad obiecta]: 1. Ad obiectum autem in contrarium dicendum [n] quod aliter est in circumstantia bona et [o] circumstantia mala. Circumstantia enim bona requiritur ad esse ipsius meriti: bonum enim, quod meritorium est, ponit quod perfectum est; perfectum autem dicitur cui nihil deest [4]; ergo bonum meritorium dicetur quod est bonum ex genere et circumstantia et intentione. Non sic autem est ex parte mali: malum enim dicit defectum [5] quem contingit esse ex pluribus causis, sicut dicit Dionysius, in libro *De divinis nominibus* [6]: « Boni est causa una, mali vero sunt [a] causae multae ».

2. Ad id vero quod obicitur secundo [b], dicendum est quod, licet Deus sit pronior [c] ad miserendum [d] quam ad puniendum [e], nihilominus tamen ad miserendum in adultis, ubi cooperatur liberum arbitrium, requiruntur plura ad hoc quod sit bonum meritorium quam ad hoc quod sit malum ei oppositum. Ad malum enim sufficit [f] defectus unius circumstantiae, ad bonum vero concursus omnium quae necessaria sunt requiritur. Nec hoc tollit quin Deus pronior [g] sit ad miserendum, sed ad hoc facit quod [h] ostendatur] Dei iustitia et respectu bonorum et respectu malorum: respectu bonorum, ut perfectioni [i] in merito respondeat perfectio in praemio, defectioni autem in merito respondeat defectio [k] in praemio.

II. Adhuc [l] etiam quaeritur de comparatione circumstantiae malae ad bonam [7].

1. Si enim circumstantia mala non facit ad meritum, sed magis destruit, per oppositum [m] circumstantia bona non faciet ad demeritum, sed magis tollet; ergo virtus vel scientia in ipsa persona non facient ad demeritum [n].

Contra: *a.* Quanto maius est donum, tanto magis peccat qui abutitur eo [o].

b. Praeterea, iste scienter peccat et alius ignoranter; paribus omnibus aliis, minus peccat [p] qui ignoranter quam qui scienter peccat [q]: ignorantia enim in quibusdam excusat, scientia vero in nullo excusat; ergo bona circumstantia plus aggravat quam mala.

[Solutio]: 1. Ad quod dicendum quod bona circumstantia non dicitur aggravare malitiam per se, sed occasionaliter, mala vero circumstantia per se auget demeritum. Quod autem bona

---

[a] LZ *magis.* [b] T *illud.* [c] FLZ add. *in.* [d] Z add. *in.* [e] L om. *v. t. s.* [f] LZ *miserandum,* quod FR corr. [g] Z om. [h] V *ut.* [i] L om. [k] Ita V, alii om. [l] BT *addat.* [m] V om. *s. d.* [n] BTR add. *est.* [o] Z add. *in.*

[a] Z om. [b] V *Ad secundo autem obiectum* pro *Ad... secundo.* [c] FRLZ *promptior.* [d] Z *miserandum,* quod F corr., item infra. [e] B om. *q. a. p.* [f] R *sufficiat.* [g] FL *promptior,* F add. mg. *vel pronior.* [h] BT *ut.* [i] R *perfectiori.* [k] V add. *que.* [l] LZ add. *autem;* L exp. *etiam.* [m] B *oppositionem.* [n] Z om. *sed... demeritum.* [o] VBT om. [p] Z om. [q] TFLZ om.

1 Cf. Guil. Altissiod., *Summa,* II, tr. 30, c. 1, q. 1 (f. 112a sq.).
2 Cf. *Moral.,* XVIII, c. 12, n. 19 (PL 76, 48).
3 Cf. Aristot., *Phys.,* VII, c. 3; *Metaph.,* IV, c. 16 (II, 337, 527); *De anima,* II, c. 4 (III, 448).
4 Cf. Aristot., *Phys.,* III, c. 6 (II, 282).
5 Cf. supra, num. 2.
6 Cap. 4, § 31 (PG 3, 731, PL 122, 1145).
7 Cf. Guil. Altissiod., loc. cit., q. 3 (f. 114c).

circumstantia augeat demeritum, hoc est ratione contemptus vel ingratitudinis. Quanto enim maius est donum, tanto maior est[a] ingratitudo in illo qui non bene utitur. Nec est simile de mala circumstantia respectu meriti et de[b] bona respectu demeriti: mala enim circumstantia nec per se nec per occasionem[c] est causa meriti, eo quod malum non stat cum bono perfecto, quod est bonum meritorium; bonum vero, quod est gratis datum, stat cum malo, quod est demeritorium: et ideo potest esse occasio, licet non sit causa aggravationis in demerito.

ARTICULUS II. 47

Utrum malum ex circumstantia sit deterius malo ex genere.

Consequenter quaeritur de comparatione mali ex circumstantia respectu mali ex[d] genere, quod illorum sit deterius altero, *a.* ratione cuiusdam verbi quod dicitur, II Petri 2, 9-10, super illo verbo: *Iniquos vero in die iudicii reservare cruciandos, magis autem eos*[e] etc., Beda[1]: « Fornicatores dicit[f], qui pro reatu foedae corruptionis maiora in iudicio patientur tormenta quam generales iniqui ». Et alia Glossa[2], ibidem: « Superbos dicit et[g] arrogantes, qui et ipsi graviora generalibus luituri sunt supplicia ». Sed qui sunt generales iniqui, nisi qui in genere peccant? Fornicatores vero sunt qui peccant[h] ex circumstantia. Ergo qui faciunt malum ex circumstantia, gravius punientur illis qui faciunt malum ex genere; ergo malum ex circumstantia est deterius quam malum ex[i] genere.

b. Praeterea, super illud[3]: *Iniquos vero* etc. dicit Glossa[4]: « Sicut diabolum et originalem mundum ». Ergo videtur quod ipsi fornicatores magis peccent illis iniquis, inter quos computatur diabolus.

Contra: 1. In generalibus iniquis intelliguntur diabolus et eius sequaces; sed malum in genere, quod pertinet ad illos[k], est deterius malo ex circumstantia, quod est in fornicatoribus; ergo deterius est malum in genere quam sit malum ex circumstantia.

[Solutio]: Ad quod dici potest quod generales iniqui dicuntur illi qui peccant communibus peccatis; fornicatores vero dicuntur qui addunt circumstantiam enormem, « sicut illi[l] qui peccant contra naturam », sicut videtur Interlinearis[5] dicere: et secundum hunc modum non dicitur iniquus generalis qui tantum perpetrat malum in genere, sed qui in communibus peccatis delinquit. Hoc ergo modo non fit comparatio inter malum in genere et malum ex circumstantia, sed inter malum ex circumstantia secundum unum modum et malum ex circumstantia[m] secundum alium modum. — Aliter tamen exponitur ut generales iniqui dicantur qui perpetrant aliquam iniquitatem in[n] genere, non addendo[o] deformitatem ex circumstantia, ut qui cognoscit non suam nec superaddit aliquam circumstantiam aggravantem. Fornicatores autem vocat coeuntes, qui superaddunt malo in genere malum ex circumstantia. Secundum hoc ergo concedendum[p] quod deterius est malum ex circumstantia quam malum ex genere, eo quod hoc ponit illud et superaddit et non e converso.

[Ad obiecta]: 1. Nec hoc est verum quod obicitur in contrarium[q]. Quod enim dicitur de diabolo et sequacibus eius, non refertur ad statum generalium iniquorum, sed ad statum quorumcumque qui reservantur in die iudicii cruciandi. Quod enim non ad generales iniquos pertineat illa Interlinearis, patet per hoc quod sequitur[6]: *Ubi*[r] *angeli, fortitudine et virtute cum sint maiores, non portant*[s] *adversus se execrabile iudicium.*

CAPUT IV. 48

DE COMPARATIONE MALI EX CIRCUMSTANTIA RESPECTU MALI EX INTENTIONE.

Postmodum dicendum est de comparatione mali ex circumstantia respectu mali ex intentione; et quaeritur utrum malum ex circumstantia dicatur demeritorium praeter hoc quod addatur[t] malum ex intentione.

Quod videtur. 1. Malum enim[u] ex circumstantia est cui debetur poena, non tantum in praesenti, sed etiam in futuro, sicut debetur malo in genere: potest enim esse quod aliquis adulteretur et non intendat se adulterari; sed sic adulterando peccat; ergo malum ex circumstantia, nec adiecto[v] malo per intentionem, est demeritorium.

2. Et[x] Gen. 4, 23 legitur[y] quod Lamech interfecit Cain, et non intendebat interficere ipsum; et punitus est gravissime; ergo malum ex circumstantia est demeritorium, non adiecto malo per intentionem.

---

[a] VBTR om. [b] F om. [c] Z *actionem.* [d] F *in.* [e] V om. [f] BT om. [g] L om. [h] Z *peccaverant*, quod V corr. [i] VF *in.* [k] BT *alios.* [l] Ita V, alii *in illis.* [m] V *genere.* [n] B *ex.* [o] FZ *attendendo*, quod L corr. [p] B add. *est*, Z *attenditur.* [q] Z om. *i. c.* [r] L om.; V om. *et.* [s] B *important*, LZ *parcant.* [t] V *additur.* [u] V *videtur enim quod malum* pro *m. e.* [v] LZ *addito*, quod F corr. [x] Ita V, alii add. *in.* [y] Ita V, alii om.

[1] *In II Petri*, c. 2 (PL 93, 77).
[2] Bedae, loc. cit.
[3] II Petri 2, 9.
[4] *Interlin.*, in h. l., ap. Lyran.; cf. Beda, in h. l. (PL 93, 75).
[5] Loc. cit.
[6] II Petri 2, 11.

Contra: *a.* Intentio nomen operi imponit, sicut dicit Ambrosius[1]; si ergo non adest intentio ipsi operi, nec dicetur esse meritorium nec demeritorium.

b. Item, Matth. 12,35: *De bono thesauro* etc., Glossa[2]: « Thesaurus est cordis intentio, ex qua Dominus iudicat opera ». Sed [a] ex quo iudicatur opus, ex eo [b] dicitur meritorium vel demeritorium; ergo ex intentione dicetur opus meritorium vel demeritorium; si ergo non adest malum ex intentione, non dicetur opus demeritorium.

c. Item, Beda[3]: « Ex merito intentionis discernuntur opera an sint lucis an [c] tenebrarum[4] ». Praeter ergo malum intentionis non dicetur opus tenebrosum; sed ad opus pertinet genus operis cum circumstantia; ergo malum ex circumstantia non erit [d] demeritorium nisi addatur malum ex intentione.

[Solutio]: Ad quod respondendum [e] quod intentio dicitur dupliciter. Dicitur enim intentio [f] generalis sive indeterminata et dicitur intentio determinata et [g] specialis. Intentio generalis est, cum intendit percutere vel aliquod [h] huiusmodi opus agere [i]. Intentio specialis et determinata est, cum intendit agere hoc vel in hunc vel sic agere, et ita de aliis circumstantiis. Cum ergo dicitur quod demeritum non est praeter malum ex intentione, hoc est quod non est praeter malum ex intentione generali aut [k] speciali, sed non semper est ex intentione speciali.

Ad obiecta ergo respondendum [l]. 1. Ad primum scilicet, quod ille qui adulteratur, licet non intendat [m] adulterari, intendit tamen illud quo existente est adulterium. Intendit enim [n] cognoscere hanc mulierem, qua cognita est adulterium, sicut aliquis non intendit peccare mortaliter, intendit tamen illud, quo facto est peccatum mortale.

2. Ad id vero quod [o] obicitur de Lamech, dicendum [p] quod, licet non intenderet interficere Cain, sed interficere feram, intendebat tamen sagittam emittere praeter considerationem cum diligentia adhibita, et ideo peccavit mortaliter.

Sed adhuc posset obici: Si minus erat in intentione ipsius [q] Lamech quam in [r] intentione Cain — Cain enim intendebat non tantum [s] occidere, sed occidere fratrem suum Abel, Lamech vero intendebat percutere sive occidere, sed non ipsum Cain[5] — cum ergo minus esset in intentione istius et plus in intentione illius, maior poena debebatur [t] ipsi Cain quam Lamech; sed e contra [u] videtur accidisse, quia Lamech punitus fuit septuagies septies [v], Cain vero septies. Dicitur enim Gen. 4, 24: *Septuplum ultio dabitur de Cain, de Lamech vero septuagies septies.*

Ad quod dicendum quod Lamech amplius punitus fuit [x] non propter hoc quod malum ex intentione, additum malo ex genere et ex circumstantia, esset deterius — quoad peccatum homicidii maius erat homicidium [y] Cain quam [z] Lamech in genere peccati — sed hoc fuit, quia Lamech coniunxit homicidium bigamiae[6], Cain vero tantum perpetravit homicidium.

MEMBRUM II.

De malo circumstantiae in particulari.

Dicto de malo ex circumstantia in [a] communi, dicendum est de malo ex circumstantia in particulari. Sed duplex [b] est consideratio: uno [c] modo secundum quod singulae circumstantiae dicuntur aggravare vel minuere peccatum, et secundum hunc modum agetur infra, cum fiet Tractatus de conditionibus peccati actualis [d 7]; alio modo est agere de iis, secundum quod faciunt ad malum ex circumstantia, et per hunc modum hic agendum est.

49 CAPUT I.

QUALITER A DIVERSIS DISTINGUUNTUR CIRCUMSTANTIAE.

Distinguuntur autem circumstantiae a diversis differenter. Dicitur enim, in *Morali Philosophia*[8], de istis circumstantiis, quae sic enumerantur: quis agit et quid agit [e] et in quid agit et quo agit et propter quid agit et qualiter agit [f]. Quod iis verbis designatur: « Oportet agentem determinare

---

[a] Z *licet.* [b] L *ipso.* [c] Z *aut.* [d] Z *est.* [e] V *dicendum;* FLZ add. *est.* [f] Z om. [g] LZ om., in F est add. interl. [h] R *aliud.* [i] R *facere.* [k] V *vel.* [l] T add. *est.* [m] V *intendit.* [n] Z *tamen.* [o] F add. *dicitur vel.* [p] Ita LZ, alii add. *est.* [q] FLZ om. [r] TLZ om. [s] V *tantummodo.* [t] Z *debetur;* R *ipsius* pro *illius.* [u] V *contrario.* [v] Ita F, VT om.; BRLZ *septuagesies* pro *s. s.* [x] V add. *sed.* [y] BTFL add. *ipsius.* [z] BTFR add. *ipsius,* LZ add. *illius.*

[a] L om., in Z est add. interl. [b] V *dupliciter.* [c] FLZ add. *enim.* [d] Z om. [e] V *agitur.* [f] FLZ om.

1 Cf. *De officiis,* I, c. 30, n. 147 (PL 16, 66).
2 *Ordin.*, in h. l. (PL 114, 127).
3 *In Lucam,* IV, 11 (PL 92, 482).
4 Cf. Luc. 11, 34.
5 Cf. P. Comest., *Hist. schol., Lib. Gen.*, c. 28 (PL 198, 1079).
6 Cf. Guil. Altissiod., *Summa,* II, tr. 29 c. 6 (f. 111b sq.).
7 Hunc tractatum omittit auctor. Cf. infra, p. 79, nota 2.
8 Cf. Aristot., *Ethica ad Nicom.*, III, c. 1 (II, 25).

ea quae agit et scire quae sunt et quot[a] sunt: qui[b] scilicet agit et quid est illud quod agit et in quid agit[c] et quo agit, verbi gratia instrumento, et propter quid agit, ut[d] propter finem, et qualiter agit, verbi gratia remisse aut intense ». Sic ergo erunt sex circumstantiae.

Secundum alium vero modum assignantur septem circumstantiae, quae in praedicto versu notantur[1]: Quis, quid, ubi etc., et notantur[e] ibi locus et tempus, quae non nominantur[f] in praedicta distinctione.

Tertio vero modo enumerantur circumstantiae iuxta attributa personae et negotio[2]. Quae sunt ex parte personae undecim: « nomen, natura, convictus, fortuna, habitus, affectio, studium, consilium, casus, facta, orationes. Nomen, quod unicuique personae attribuitur[g] », et sub nomine intelligitur cognomen et agnomen. Natura continet in se speciem, ut quod homo est; sexum, ut quod vir aut[h] mulier; nationem, ut quod Latinus aut Barbarus; patriam, ut quod Gallicus vel Hispanus; cognationem: « quibus maioribus, quibus consanguineis; aetatem: puer aut adolescens; commoda et[i] incommoda a natura data animo[k] aut corpori, ut quod valens est aut[l] imbecillis, formosus aut deformis, acutus aut hebetior, memor aut obliviosus. In convictu[m] autem considerare oportet apud quos et quo more sit educatus et quos magistros artium, quos vivendi praeceptores, quo in negotio, quaestu aut artificio sit occupatus, in qua consuetudine domestica sit. In fortuna vero quaeritur an[n] servus sit aut liber, pecuniosus aut pauper, privatus aut cum potestate », nobilis aut ignobilis. « Habitum vero dicimus animi aut corporis constantem et absolutam in aliqua re[a] perfectionem aut virtutis aut artis perceptionem », ut quod[b] pugil sit, quod civilem[c] scientiam noverit, quod bonus sit aut malus. « Affectio est animi aut corporis ex tempore aliqua de causa commutatio, ut laetitia, cupiditas, metus[d], molestia, morbus, debilitas et alia[e] huiusmodi. Studium est animi[f] assidua et vehemens ad aliquam rem applicata cum magna voluntate occupatio », ut quod studeat in medicina vel artibus vel iure civili aut canonico aut divino. « Consilium est aliquid faciendi vel non faciendi[g] excogitata ratio. Facta, casus, orationes ex tribus temporibus considerantur: quid fecerit, quid sibi acciderit, quid dixerit vel[h] quid faciat[i], quid sibi accidat, quid dicat », et ita de futuro. — Circumstantiae vero[k] sumptae iuxta attributa negotio sunt hae: prima est ipsum genus actionis, ut « parentis occisio »; secunda est « cuius rei causa factum sit »; tertia est locus, quarta tempus, quinta modus, sexta occasio[l], septima facultas, octava eventus, nona quae consequuntur ipsum factum. « Locus consideratur in quo res gesta sit, utrum sit sacer an[m] profanus, publicus aut privatus », et ita de aliis conditionibus loci. Tempus, ut dies aut nox, solemnis aut ferialis, ieiuniorum aut extra ieiunium[n]. Modus est in quo[o] consideratur quemadmodum factum sit, utrum vi aut suasione, et ita de aliis conditionibus. « Occasio est pars temporis, habens in se alicuius rei idoneam faciendi vel non faciendi opportunitatem ». Facultas est quo aliquid « facilius fit aut sine quo aliquid fieri non potest. Eventus est exitus alicuius negotii, in quo quaeri solet quid ex[p] qua re evenerit, eveniat eventurumque sit ».

CAPUT II. 50

UTRUM HAE DIVISIONES MALI EX CIRCUMSTANTIA SINT SUFFICIENTES.

His notificationibus positis, quaeritur[q] de comparatione istarum divisionum[r] inter se et uniuscuiusque per se ipsam et utrum omnia ista conferant ad malum ex circumstantia, ut dicatur esse unum malum vel multa mala.

Videtur enim quod insufficiens sit illa divisio: 1. Prima, eo quod non fit in ea mentio de loco et tempore; locus autem et tempus sunt circumstantiae quae faciunt maxime ad augmentum ipsius mali: gravius enim delinquit qui in loco sacro perpetrat mala[s] quam qui in non sacro, et similiter in tempore, cum est dies solemnis quam cum est dies ferialis, et cum est tempus ieiunii quam cum non est; maius enim est tunc peccatum crapulae. — Praeterea, haec circumstantia 'quibus auxiliis' non designatur ibi, cum sit ratio voluntarii, « cuius principium est in ipso cognoscente

---

[a] Z *quod.* [b] V *quid*, F *quare.* [c] BT om. *e. i. q. a.* [d] V *et.* [e] VFLZ *notatur*, BT *nominantur*; F om. *ubi.* [f] V *notantur.* [g] Ita V, alii *tribuitur.* [h] V *vel.* [i] F *vel*, Z *aut.* [k] V *anime.* [l] R *vel.* [m] Ita VR (corr.), alii *victu.* [n] RLZ om., F *aut.*
[a] Z *aliquam* pro *a. r.* [b] V *preceptionem ut cum* pro *p. u. q.* [c] V *scutilem.* [d] B *motus.* [e] VR *ista.* [f] B om. [g] Codd. add. *vere.* [h] Ita B, alii *et.* [i] L add. *et.* [k] FRLZ om. [l] RL *actio*, quod FZ corr. [m] FLZ *aut.* [n] FZ *ieiunia.* [o] R om. *e. i. q.* [p] F *de.* [q] Z *queretur.* [r] Z *conditionum.* [s] B *malum.*

1 Cf. supra, p. 62.
2 Cf. Cicero, *Rhetor.*, I, cc. 25 seq., unde plura sequentium verbotenus desumuntur, multis tamen aliis omissis; S. Bonav., IV *Sent.*, d. 16, p. 1, dub. 9 (IV, 400).

singula in quibus est operatio[1] »; ' singula '[a] autem dicuntur singulae circumstantiae[2]; hae autem sunt circumstantiae actionis quae dictae sunt.

2. Similiter obicitur de secunda divisione. In secunda enim divisione non ponitur circumstantia facultatis aut occasionis[b] sive eventus, quae omnes circumstantiae pertinent ad actionem, secundum quas potest dici actio deterior vel aggravata[c].

3. Ratione etiam[d] tertiae divisionis quaeritur. Ponuntur enim[e] circumstantiae nomen et facta et casus et orationes; sed nomen non est de attributis personae[f], quod faciat ad malitiam actionis sicut nec ad bonitatem; similiter facta et dicta, quae praecesserunt ex parte personae, cum sint separata ab ipso facto quod dicitur malum; sicut autem sunt separata facta, ita sunt separatae malitiae; ergo non erunt circumstantiae conferentes ad malum ex circumstantia ipsius actionis.

4. Item, quod omnino separatum[g] est ab actione nec facit ad esse ipsius actionis, non dicitur augere malitiam sicut nec facit ad bonitatem; ergo eventus sequens non confert ad malitiam actionis ex circumstantia.

5. Praeterea, istae circumstantiae ut in pluribus bonae sunt; bonum autem, secundum quod huiusmodi, sicut nec est causa mali per se, ita nec augmenti; ergo nec malum ex circumstantia colligetur ex bonis circumstantiis.

[Solutio]: 1. Ad quod dicendum quod prima divisio circumstantiarum attenditur penes ea quae essentialiter se habent ad actionem; sunt enim quatuor causae: efficiens, formalis, materialis et[h] finalis[3]. Efficiens autem dicitur per se vel per alterum; forma vero actionis dicitur vel ipsa species actionis in se vel[i] secundum quod refertur ad agentem. Propter quod sex dicuntur[k] in universo: nam per ' quis ' denotatur[l] efficiens per se; per hoc autem[m] quod dicitur ' quo agit ' notatur causa efficiens media, per quam agit[n]; per ' quid ' vero notatur forma ipsius actionis in se ipsa; per ' qualiter ' forma quam ponit agens in actione; per ' in quid ' vel ' in quo ' notatur materia[o] subiecta; per ' cuius gratia ' sive ' cuius causa ' notatur finis[p]. — Hoc autem attendendum est et[q] in hac divisione et in aliis quod ipsum genus actionis[r] dicitur circumstantia, sed hoc est supra actionem in se consideratam. Cum enim dicitur quod aliquis agit, quaeritur quid agit; prout autem dicimus[s] malum ex circumstantia vel bonum contra malum in genere vel bonum in genere, non intelligimus hoc ipsum ' quid ' dicere circumstantiam nec hoc ipsum ' in quo ' in sua generalitate, nisi cum sit determinatio. — Ad id[a] vero quod obicitur de loco et tempore, dicendum[b] quod locus et tempus non pertinent ad essentiam actionis, sed concomitantur[c] ipsam actionem, et ideo non ponebantur in praedicta divisione, licet faciant[d] ad aggravationem malitiae et secundum ea distinguatur[e] malum ex circumstantia. — Ad id vero quod quaeritur de illa circumstantia ' quibus auxiliis ', dicendum est quod illa potest intelligi in generalitate huius circumstantiae ' quo agit '.

2. Ad secundam vero divisionem[f] dicendum quod in ea exprimuntur[g] et ea quae essentialiter se habent ad actionem et quae se habent ut proprietates inseparabiles. Praeter enim causam efficientem, quae in duo dividitur, cum dicitur ' quis ', ' quibus auxiliis ', et causam formalem, quae notatur per ' quo modo ' et in parte per ' quid ', intelligitur causa materialis per hoc quod dicitur ' quid ': concernitur enim materia; et intelligitur causa finalis per hoc quod dicitur ' cur '; superadduntur autem duae proprietates per hoc[h] quod dicitur ' locus ' et ' tempus ', sine quibus non individuatur actio. — Ad id vero quod obicitur quod multae circumstantiae ponuntur, quae[i] non in iis intelliguntur, sicut sunt facultas vel[k] occasio: dicendum quod facultas et occasio[l] intelliguntur per has duas[m] circumstantias ' quibus auxiliis ' et ' quo tempore '[n] sive ' quando '.

3. Ad id vero quod obicitur de illis attributis, quae sunt ' nomen, facta, casus[o], orationes ', dicendum[p] quod non sunt circumstantiae per se facientes ad divisionem mali ex circumstantia. Aliae vero circumstantiae personae, ut natura, convictus, fortuna, habitus, affectio, studium, consilium, conferunt ad distinguendum malitiam actionis, quae est ex circumstantia ratione personae agentis et non tantum ad[q] aggravandam malitiam, immo ad minuendam[r] ratione oppositarum conditionum, sicut suo loco determinabitur[4]. Et accipiuntur secundum hoc quod circumstantiae aggravantes vel minuentes accipiuntur vel ratione naturae vel ratione animae voluntarie operantis vel ratione eorum quae accidunt sive extrinsecus contingunt. Ex parte vero naturae duae[s] accipiuntur, scilicet natura proprie dicta et convictus:

---

[a] V om. *i. q. e. o. s.* [b] B *actionis;* R *aut* pro *sive.* [c] F add. *circumstantia.* [d] B *vero.* [e] V om. [f] T om. [g] L *separandum.* [h] L om. [i] BT *et.* [k] R *sunt.* [l] V *denominatur.* [m] R om. [n] BTF add. *scilicet;* Z add. *sed.* [o] T *notitia.* [p] BT *finalis.* [q] T om. [r] Z add. interl. *id est quod agit;* V add. *non.* [s] LZ *dicitur.*

[a] F *secundo.* [b] BTFR add. *est.* [c] Z om. [d] R *faciat.* [e] V *distinguitur.* [f] FLZ *Ad illud vero quod obicitur de secunda divisione* pro *Ad... divisionem.* [g] Z *est quod in illa possunt intelligi* pro *q. i. e. e.* [h] F add. *autem.* [i] V *et.* [k] Ita VZ, alii om. [l] Z *actio.* [m] Z om., R *alias,* F add. mg. *alias.* [n] Z *quomodo* pro *q. t.* [o] V add. *et.* [p] Ita V, alii add. *est.* [q] Z om. [r] R *diminuendam;* Z om. *oppositarum.* [s] Ita TZ, alii *duo;* B om. *scilicet.*

1 Aristot., *Ethica ad Nicom.*, III, c. 1 (II, 26).
2 Cf. Damasc., *De fide orthod.*, II, c. 24 (PG 94, 954).
3 Cf. Aristot., *Phys.*, II, c. 3 et *Metaph.*, IV, c. 2 (II, 264, 515).
4 Cf. infra, p. 79, nota 2.

convictus enim ad educationem pertinet, quae est altera natura. Vel aliter, ut natura per se includat omnes circumstantias naturales. — Ratione vero animae voluntarie operantis sunt duae differentiae: vel in quantum recipit ab aliis, et secundum hoc dicuntur circumstantiae ex convictu; vel secundum ea quae habet in se, et hoc est vel[a] comparatione passionum vel operationum. Si comparatione operationum[b], duplex est differentia: ex parte rationis consilium, ex parte voluntatis habitus. Si ratione passionum, similiter est duplex: vel respectu eius quod est in cognitiva, et sic dicitur studium; vel[c] quod est in motiva, et sic dicitur affectio. Vel aliter, ut sic accipiatur differentia[d] ex parte animae secundum se ipsam: ad patiendum dicitur affectio; ad operandum vero aut est[e] ex parte ipsius rationis aut est ex parte ipsius voluntatis. Si ex parte[f] voluntatis, dicitur habitus: habitus enim dicitur perfectio constans et absoluta animi vel corporis ex animo. Si vero fuerit[g] ex parte rationis, hoc contingit dupliciter: vel ad contemplandum sive cognoscendum, et tunc dicitur[h] studium; vel ad bene[i] operandum in iis quae pertinent ad mores, et secundum hoc dicitur consilium[k]. — Circumstantiae vero quae sunt ex parte actionis, quae faciunt ad aggravandum vel minuendum, in tertia divisione secundum hanc rationem accipiuntur, ut ex parte efficientis sumantur hae duae: occasio et facultas, sed facultas in dispositionibus quae per se efficiunt, occasio vero in iis quae secundum accidens efficiunt. Ex parte vero finis 'cuius rei causa sive gratia'; ex parte vero formae 'modus'; ex parte vero materiae vel formae in materia ipsum 'genus'; conditiones vero individuantes, quae superadduntur, sunt locus et tempus.

4. Quod dicitur de eventu, hoc non est circumstantia per se[l] aggravans nisi cum eventus potuit praevideri: unde eventus non est de primis circumstantiis, sed de circumstantiis consequentibus.

Ex iam dictis ostenditur quae et quot sunt circumstantiae quae faciunt ad hoc quod sit malum ex circumstantia vel aggravatum vel diminutum et quae faciunt ad divisionem mali ex circumstantia. Hoc autem attendendum quod finis, large accipiendo circumstantiam, inter circumstantias computatur; stricte vero accipiendo, illae circumstantiae dicuntur quae sunt inter genus operis et finem operis[1], et[m] hoc modo dividitur malum ex circumstantia contra malum ex genere et contra malum ex intentione finis. Et quod hae distinguantur ab aliis, patet ex Philosopho[2] dicente: « 'Quid'[n] et 'cuius gratia' si ignorat, nullus excusabitur »; in aliis vero contingit esse excusationem.

QUAESTIO III.

DE MALO EX INTENTIONE.

Deinde procedendum est ad malum ex intentione. Et ad huius[o] evidentiam:

Primo, considerandum est de intentione in genere;

et postea de intentione bona, ut per hoc cognoscatur melius id quod pertinet ad intentionem malam: malum enim per bonum cognoscitur;

tertio, subiungendum est de intentione mala sive de malo ex intentione.

MEMBRUM I.

De intentione in genere.

Circa intentionem vero in genere quaeritur:

Primo, quid sit intentio;

deinde[p], utrum intentio sit idem quod voluntas aut differens a voluntate;

tertio, utrum attendatur meritum vel demeritum secundum intentionem;

quarto, utrum intentio vel voluntas pro facto reputetur.

---

[a] B add. *in.* [b] F *actionum.* [c] Z add. mg. *ex parte eius.* [d] F add. *aut.* [e] F om.; Z om. *rationis.* [f] FZ add. *ipsius;* B om. *s. e. p. v.* [g] F *sumatur.* [h] F *est.* [i] VBT *bonum.* [k] Z nota mg. *hic videtur deficere 3m membrum scil. circumstancie accepte ratione eorum que extrinsecus accidunt, et forte potest dici quod comprehenditur sub fortuna.* [l] V om. *p. s.*, in F est add. mg. [m] B om. [n] Z *quod.* [o] FLZ *eius.* [p] FLZ add. *queritur.*

[1] Cf. supra, p. 62, *Solutio.* [2] Aristot., *Ethica ad Nicom.*, III, c. 1 (II, 25).

51

CAPUT I.

QUID SIT INTENTIO [1].

Ad primum sic: 1. Super illud Matth. 6, 23: *Si ergo* [a] *lumen* etc., Glossa [2]: « Intentio, qua bonum quodcumque facimus, lumen est ». Sed lumen est cognitivae partis; ergo rationis; ergo intentio est rationis; intentio ergo erit aspectus [b] rationis; sed nonnisi respectu [c] finis, quod accipitur ex hoc quod intentio nomen operi imponit [3]; sed non imponitur nomen operi nisi a fine; ergo intentio respicit finem; erit ergo intentio aspectus rationis in finem.

2. Item, Damascenus [4]: « Intelligentia est [d] primus motus; quae vero circa aliquid est [e], intentio dicitur ». Ergo intentio addit super intellectum; sed intellectus est ipsius rationis; ergo intentio erit [f] ipsius rationis et respectu alicuius determinati, sicut dictum est [5]; nonnisi respectu optimi; optimum autem dicitur finis [6]; ergo intentio est motus ipsius rationis in finem.

Sed videtur contrarium: *a.* Dicit enim B. Bernardus, in libro *Ad Eugenium* [7]: « Ut *oculus* sit *simplex* [8], duo sunt necessaria: caritas [in] intentione, veritas in electione ». Sed electio est ipsius rationis praeeligentis [g] bonum vel quod melius est; intentio ergo, cum dividat [h] contra electionem, erit in altera parte liberi arbitrii, scilicet in voluntate; erit ergo intentio inclinatio voluntatis in bonum vel quod videtur.

[Solutio]: 1. Ad quod dicendum quod intentio dicitur ab eo quod est 'tendere' et 'in'. Sed quia tendere in finem, quod est bonum vel apparens bonum, dicitur communiter de voluntate et de [i] ratione — utraque enim tendit in bonum [k] vel quod videtur — ideo nomen intentionis uno modo communiter [l] dicitur, et secundum hoc potest dici quod intentio imponit nomen operi, et illud quod dicitur [9] Matth. 12, 35: « *Thesaurus* est cordis intentio, ex qua Dominus iudicat opera ». Alio vero modo potest appropriari vel rationi vel voluntati, secundum quod diversimode tendit utraque in bonum vel quod videtur. Tendit enim ratio praecognoscendo [m] bonum et definiendo et praeeligendo; tendit ipsa voluntas in appetendo non habitum vel in perseverando sive [n] continuando in iam habito. — Illud [o] ergo quod 'intentio dicitur esse oculus', magis ad rationem pertinet, cuius est praevidere et dirigere. Unde Augustinus [10] dicit quod « fides dirigit intentionem », intentio vero ulterius dirigit in finem: et hoc ad rationem videtur pertinere.

2. Quod autem dicit Damascenus quod 'intentio est intelligentia circa aliquid determinata', intelligitur ex parte cognitivi intellectus [p]. Quod patet per hoc quod sequitur [11]: « Quae [q] autem permanens et figurans animam ad id quod intelligitur, excogitatio dicitur; excogitatio vero in eodem manens et se ipsam examinans et diiudicans, sapientia nominatur ». Ex praedictis ergo et consequentibus patet quod intentio accipitur ibi ex parte virtutis cognitivae; hic autem accipimus intentionem ex parte virtutis practicae.

a. Illud autem quod dicit B. Bernardus de intentione, ad intentionem voluntatis refertur.

Ex iam dictis patet qualiter intentio se habeat ad voluntatem. Uno enim modo intentio non est aliud nisi voluntas tendens in bonum vel quod videtur, alio vero modo differt.

Volebant autem quidam [12] voluntatem et intentionem sic differre [r] ut voluntas esset rationalis appetitus in se consideratus, idem autem rationalis appetitus cum consideratione finis diceretur intentio. — Sed videmus in utroque nomine respectum esse respectu finis sive respectu [s] boni vel apparentis boni; propter quod non videtur haec [t] esse differentia intentionis et voluntatis.

Item, in 37 dist. II libri *Sententiarum*, cap. *Solet quaeri quid distet inter voluntatem et intentionem* [13], dicitur quod « intentio respicit illud propter quod volumus, voluntas vero illud quod volumus [u]. Verbi gratia, si velim esurientem reficere ut habeam vitam aeternam, voluntas est qua volo reficere esurientem, intentio vero qua sic ad

---

[a] Z *ego* pro *s. e.* [b] Z *respectus.* [c] BTR *respectus;* V *qui* pro *quod.* [d] Z om. [e] R add. interl. *intelligentia.* [f] F *est.* [g] BT *eligentis.* [h] FR *dividatur.* [i] FLZ om., in B est add. interl. [k] B *donum.* [l] Z *convenire.* [m] BT add. *in.* [n] F *vel.* [o] R *ad illud.* [p] Z *intelligit.* [q] BT *quod;* VR om. *autem.* [r] Z *deveniri.* [s] F om. [t] T *non.* [u] BL om. *voluntas... volumus.*

1 Cf. S. Bonav., II *Sent.*, d. 38, a. 2, qq. 1-2 (II, 889 sqq.).
2 *Ordin., In Luc.* 11, 35, ap. Lyran., ex Augustino, *De sermone Domini in monte*, II, c. 13, n. 46 (PL 34, 1289 sq.).
3 Cf. supra, p. 66, sub litt. *a.*
4 *De fide orthod.*, II, c. 22 (PG 94, 942 sq.).
5 Cf. supra, sub n. 1.
6 Cf. Aristot., *Moral. Eudem.*, II, c. 1 (II, 192).
7 Rectius *De praec. et dispensat.*, c. 14, n. 36 (PL 182, 881).
8 Cf. Matth. 6, 22.
9 *Glossa ordin.*, in h. l. (PL 114, 127).
10 *Enarr. in Psalm. 31*, sermo 2, n. 4 (PL 36, 259).
11 Loc. cit.
12 Cf. Lombard., II *Sent.*, d. 38, c. 4 (p. 513).
13 Lombard., loc. cit. (p. 514).

vitam pervenire volo ». Unde[a] videtur dicere quod voluntas respicit id quod est ad finem, intentio vero respicit ipsum finem. — Sed haec differentia non videtur esse, nisi per quamdam appropriationem. Sicut enim dicit Philosophus[1], voluntas est finis et eius quod est ad finem et magis ipsius finis; ergo intentio non sic differt a voluntate, secundum quod utrumque respicit finem.

CAPUT II. 52

UTRUM MERITUM VEL DEMERITUM ATTENDATUR SECUNDUM INTENTIONEM.

Deinde quaeritur utrum meritum vel demeritum[b] attendatur penes intentionem.

Quod sic, videtur. *a.* Dicit enim[c] Isidorus[2]: « Ex intentione aut[d] probatur bonum aut reprobatur indignum; uniuscuiusque opus bonum, quod agit intentione bona, apparet, quoniam pro[e] mala intentione plerumque bonum opus, quod agimus, perdimus ». Ergo penes intentionem consistit meritum.

b. Item, Beda[3]: « In merito intentionis discernuntur opera an sint lucis an tenebrarum ». Ergo penes intentionem residet meritum.

Contra: 1. Intentio rationis est; sed quod rationis est non sufficit ad meritum sine voluntate; ergo penes intentionem non mensuratur meritum vel demeritum.

2. Item, Augustinus[4]: « Non diuturnitas temporum, non immensitas operum, sed sola caritas et voluntas meritum facit ». Non ergo tantum residet mensura meriti vel demeriti penes intentionem.

3. Praeterea, praeter bonum vel malum ex intentione est bonum in genere vel malum, et malum ex circumstantia vel bonum; ergo non tantum residet mensura meriti vel demeriti penes intentionem.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod mensura meriti vel demeriti attenditur penes intentionem[f], secundum quod uno modo accipitur[g] intentio. Prout enim intendere est tendere[h] in aliquid per aliquid, intentio non tantum respicit finem, sed etiam[i] respicit illud per quod[k] venitur in finem, et ita complectitur genus operis cum circumstantiis, secundum hunc modum mensura meriti vel demeriti[l] attenditur penes intentionem. Si vero intentio respiciat tantum finem, non omnino attenditur mensura meriti vel[m] demeriti penes intentionem, sed principaliter.

[Ad obiecta]: 1. Ad id vero quod obicitur quod 'intentio respicit rationem' etc.: dicendum est quod, cum dicitur 'meritum vel[n] demeritum est penes intentionem', non excluditur voluntas, sed datur cointelligi[o]; sed hoc attenditur, ut dicatur ratio meriti ex parte rationis, sicut ratio meriti est in voluntate ex parte illius potentiae, vel ut intentio communiter se habeat ad rationem et voluntatem.

2. Similiter, cum dicitur quod[p] 'sola caritas et voluntas facit meritum', hoc intelligitur principaliter; nec ex hoc excluditur intentio, quia in voluntate cointelligitur intentio, sed hoc datur intelligi quod penes genus operis vel diuturnitatem operis non tota residet ratio meriti vel non principaliter.

CAPUT III. 53

UTRUM INTENTIO VEL VOLUNTAS PRO FACTO REPUTETUR[5].

Quaeritur postmodum I. utrum intentio vel[q] voluntas pro facto reputetur.

Quod sic, videtur, *a.* per hoc quod dicitur super illud Psalmi[6]: *Et tu*[r] *remisisti impietatem peccati mei*[s], Glossa[7]: « Votum pro operatione iudicatur ». Sed votum accipitur pro desiderio; ergo desiderium pro facto reputatur.

b. Item, super illud[8]: *Manus vestrae concinnant*, Glossa[9]: « Quidquid vis et non potes, Dominus factum imputat ». Ergo voluntas sive intentio apud Dominum pro facto iudicatur[t].

---

[a] BTZ *ubi*; V om. *dicere*. [b] Ita T, alii om. *v. d.* [c] T om. [d] R *autem*. [e] F *ex*. [f] Z om. *Ad... intentionem*. [g] V *attenditur*. [h] Z add. *etiam*; BT *tendere* pro *intendere* [i] Ita V, alii om. [k] FRL *quo* pro *p. q.*; F add. interl. *vel per quod*; Z *quod vertitur* pro *p. q. v.* [l] L om. *v. d.* [m] BTL *et*. [n] L *et*. [o] V *intelligi*. [p] V om. [q] Z *et*. [r] B om. [s] V add. *unde*. [t] Z *reputatur*.

1 Aristot., *Ethica ad Nicom.*, III, c. 2 (II, 27).
2 *Sentent.*, II, c. 28 (PL 83, 628).
3 *In Lucam*, IV, 11 (PL 92, 482).
4 *Sex quaest. c. paganos* (epist. 102), q. 4, n. 26 (PL 33, 381).
5 Cf. S. Bonav., II *Sent.*, d. 40, a. 1, q. 3 (II, 924sq.).
6 Psalm. 31, 5.
7 Lombardi, in h. l. (PL 191, 321), ex Cassiodoro, in h. l. (PL 70, 220).
8 Psalm. 57, 2.
9 Lombardi, in h. l. (PL 191, 535).

c. Item, Augustinus, in libro I *De libero arbitrio*[1]: « Si cui non contingat facultas concumbendi cum coniuge aliena, planum autem sit aliquo modo id eum cupere et, si[a] potestas datur, esse facturum, non minus reus est quam si in ipso facto deprehenderetur[b] ». Ergo voluntas sive intentio in malis[c] pro facto reputatur et similiter in bonis; unde super illud[2]: *In mandatis eius volet nimis,* « sufficit velle, si perficiendi mandata desit facultas[3] ».

Ex iis ergo accipitur[d] quod voluntas sive intentio pro facto reputatur.

Contra: 1. Super illud II Cor. 8, 10: *Velle facere coepistis,* Glossa[4]: « Nunc facto perficite, ut non solum velitis, sed opere perficiatis ». Ergo praeter voluntatem requiritur opus.

2. Item, II Cor. 9, 6: *Qui parce seminat, parce et metet.* Ergo ipsum seminare, secundum quod minus est vel magis, facit ad meritum maius vel minus; non ergo sola voluntas vel intentio.

3. Item, Iac. 2, 17: *Fides sine operibus mortua est.* Ergo ex fide viva est meritum; ergo non sufficit ipsa intentio directa ex fide, nisi adsint opera.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod duplex est voluntas, sicut dicit Augustinus, in libro *Confessionum*[e 5]: plena et semiplena. Plena dicitur, quando nihil deest ex parte volentis quin faceret, si posset; et tunc voluntas pro facto reputatur ad meritum vel demeritum, si non potest facere; si autem potest facere[f], principaliter imputatur ei ad meritum voluntas vel intentio tamquam radix operis, non quod ipsum opus non faciat ad[g] meritum vel demeritum. Illa ergo[h] auctoritas quae sumitur ex Psalmo, ubi dicitur quod « votum pro operatione iudicatur », et illa similiter: « Quidquid vis et non potes, Deus factum iudicat », et aliae quae sequuntur, referuntur ad voluntatem plenam, ubi non est facultas perficiendi; ubi vero est facultas perficiendi, ibi[i] praeter voluntatem opus facit ad meritum vel demeritum, et sic intelligitur illud II Cor. 8 et II Cor. 9 et Iac. 2. Si vero est voluntas semiplena, tunc illa sola non[k] facit meritum vel demeritum.

II. Huius gratia quaeritur de aliquo, qui habuit voluntatem plenam et defuit facultas, et de alio, qui habuit voluntatem plenam exeuntem in opus, utrum ad paria iudicentur in merito poenae vel praemii.

Quod non, videtur: 1. Qui enim voluntatem plenam habuit exeuntem in opus, recipiet similiter ratione voluntatis et ratione actus; qui vero habuit tantum voluntatem, non recipiet nisi pro voluntate: non enim recipiet pro eo quod non habuit; ergo ii duo non ad paria in merito iudicantur.

2. Quod etiam apparere potest in eo qui vult sustinere martyrium et sustinet: remuneratur enim et ratione voluntatis et ratione sustinentiae; unde non tantum habet auream, sed etiam aureolam[6]; qui vero tantum habet voluntatem, auream consequitur tantum; ergo non ad paria iudicantur. — Similiter potest intelligi in eo qui solam habuit voluntatem occidendi, cum non posset, et in eo qui voluit et occidit.

Contrarium[l] **videtur haberi** *a.* in libro *De Baptismo contra Donatistas*[7]. Dicitur enim ibi: « Quid valeat et quid agat in homine[m] corporaliter adhibita sanctificatio sacramenti, sine qua tamen[n] latro ille non fuit, quia non eius accipiendae voluntas defuit, sed non accipiendae necessitas[o] affuit, difficile est dicere ». Ubi datur intelligi quod latro ille effectum habuit sacramenti ratione voluntatis plenae cum impossibilitate. Et ita videtur quod tantum valeat ipsa voluntas plena cum impossibilitate actus quantum voluntas plena cum actu, cum utrobique sit dimissio culpae et poenae.

b. Item, super illud Iudic. 2, 7: *Qui longe post eum vixerunt*[p], Glossa[8]: « Solius Dei est nosse inter seniores, quis[q] eorum longiorem post se lucem emisit, utrum Paulus an Petrus, Bartholomaeus an Ioannes »; sed I Cor. 15, 10 habetur in Glossa[9] quod Paulus plus omnibus laboravit, sicut etiam ex textu accipitur. Si ergo secundum opera addita voluntati determinaretur praemium, certum esset quod Paulus plus haberet[r] de praemio; ergo videtur quod mensura meriti non attendatur nisi secundum intentionem aut voluntatem, quam[s] solus Deus novit, et ita tantam remunerationem recipiat[t] ipsa voluntas plena, cum non adest facultas, quantam cum adest facultas[u] et opus.

c. Item, ex parte mali videtur similiter, quia[v] tanta fuit delectatio libidinosa quanta voluntas; ergo, cum aequalis erat voluntas, aequalis[x] erat delectatio libidinosa; sed secundum quantitatem delectationis libidinosae mensuratur poena; ergo

---

[a] R add. interl. *non.* [b] Codd. *comprehenderetur.* [c] RZ *malum.* [d] V *accidit.* [e] F *De confessionibus.* [f] V om. *s. a. p. f.* [g] T om. [h] V *vero.* [i] FZ om.; T om. *ubi... perficiendi.* [k] T om. [l] Ita V, alii *contra.* [m] Z om. *l. h.* [n] Ita BT, alii *tantum.* [o] B *voluntas.* [p] BT *lugerunt,* FRZ *luxerunt,* quod L corr. [q] Codd. *qui.* [r] V *habuit.* [s] BT *in qua.* [t] BT *recipiet.* [u] L om. *q. c. a. f.* [v] LZ *quod.* [x] Ita FR, Z *econtra,* alii *equa.*

1 Cap. 3, n. 8 (PL 32, 1225).
2 Psalm. 111, 1.
3 Lombard., in h. l. (PL 191, 1012).
4 Lombardi, in h. l. (PL 192, 58).
5 Lib. VIII, c. 10, n. 22 (PL 32, 759).
6 De aurea et aureola cf. S. Bonav., IV *Sent.*, d. 33, a. 2, q. 3 (IV, 756 sqq.).
7 Lib. IV, c. 23 (PL 43, 174).
8 *Ordin.*, in h. l., ap. Lyran., ex Origene, *In Iudic.*, hom. 1, n. 3 (PG 12, 954); cf. S. Bonav., II *Sent.*, p. 931a, nota 2.
9 Lombardi, in h. l. (PL 191, 1676).

tanta poena est illius qui voluit plene et non potuit, quanta illius qui voluit et fecit; et fit sermo de aeterna poena; ergo aequale demeritum utrobique attenditur.

Solutio: Ad quod dicendum quod in bonis et in [a] malis est differenter quodam modo et quodam modo similiter. In bonis enim sic est quod est praemium substantiale et principale [b], quod consistit in visione, et est praemium adiunctum, quod consistit in gaudio de aliquo bono praecedenti perpetrato vel aliquo in praesenti superaddito. Quantum ad praemium substantiale et principale parificatur voluntas plena, ubi deest facultas, voluntati plenae, ubi adest facultas cum actu, dummodo sit par caritas sive par gratia gratum faciens. Quantum vero ad praemium adiunctum [c] plus meretur voluntas plena cum actu quam voluntas plena sine actu, et non tantum [d] quantum ad [e] adeptionem boni, sed etiam quantum ad dimissionem mali poenae. In malis vero sic est quod ratione voluntatis plenae et ratione etiam actus debetur poena; et propter hoc qui habuit voluntatem plenam cum actu, plus punitur quam ille qui habuit voluntatem plenam, sed non cum actu, quantum ad afflictionem actualem; sed quantum ad poenam carentiae visionis Dei aequales sunt in poena.

[Ad obiecta]: Per iam dicta possunt solvi ea quae obiecta sunt.

1. Quod enim primo dicitur de illo qui vult bonum et non potest et de illo qui vult bonum et facit, et utrumque ex caritate fit: dicendum [f] quod aequale debetur praemium substantiale et primum, sed non aequale praemium quod est adiunctum.

2. Et per hoc idem patet solutio ad [g] illud quod secundo obicitur de illo qui vult sustinere martyrium et non sustinet et de illo qui vult sustinere et sustinet. Volenti enim plene, facultate deficiente, debetur aurea; cum autem adest actus, superadditur aureola [h], et ita ad paria iudicantur quantum ad primum, sed non ad paria quantum ad secundum.

a. Ad id vero quod opponitur [i] in auctoritate Augustini, in libro *De Baptismo contra Donatistas,* dicendum [k] quod ibi non definit Augustinus quantum efficiat voluntas plena Baptismi, cum deest facultas, sed hoc tantum quod latro ille bonus, qui quodam modo sustinuit martyrium, non fuit sine sanctificatione, ad quam disponit sacramentum Baptismi. Unde, licet non esset baptizatus, nihilominus tamen sanctificationem gratiae obtinuit.

b. Ad id vero quod obicitur [l] ratione Glossae super illud Iudic. 2, 7: *Qui longe* etc., dicendum quod ex virtute Glossae habetur quod solius Dei est cognoscere quantum est meritum ex parte ipsius intentionis, sed non ex hoc negatur quin aliquod meritum sit ex parte boni operis.

c. Ad id vero quod obicitur ex parte mali, dicendum [m] quod ubi est aequalis voluntas libidinosa, aequalis debetur poena carentiae visionis Dei, sed ubi superadditur actus mortalis, maior debetur poena afflictionis actualis. Solet enim libidinosa voluntas in ipso actu libidinis augmentari; de hoc autem amplius dicetur inferius [1]. Quod ergo dicitur in auctoritate Augustini, in libro [n] *De libero arbitrio* [2], quod «non minus reus est» etc., intelligendum est quantum ad reatum poenae in futuro, non autem quantum ad reatum poenae in praesenti. Adulter enim plus punitur qui actu adulter est, poena in praesenti quam qui est adulter sola voluntate; et, si crescit libido vel delectatio in ipso actu, plus punitur etiam poena in futuro.

MEMBRUM II.

De intentione bona.

Consequenter quaeritur de iis quae pertinent ad intentionem bonam:

Primo [o], utrum qualitas boni operis addat in bonitate et in merito consequenter super bonitatem intentionis;

secundo, utrum operum numerositas addat in merito [p] super bonitatem intentionis;

tertio, utrum quantitas ex parte materiae operis addat in merito super bonitatem [q] intentionis.

---

[a] B om. [b] R *principaliter.* [c] BT *ad meritum.* [d] V *solum;* BT om., in L est add. mg. [e] BZ om. [f] BT om., in Z est add. interl. [g] Ita V, alii om. *s. a.;* BT om. *illud.* [h] FRLZ *superaddit aureolam* pro *s. a.* [i] BT *proponitur.* [k] Ita VT, alii add. *est.* [l] R add. *de.* [m] Ita V, alii add. *est.* [n] Ita VR, alii om. *i. l.* [o] FR *Et primo.* [p] R *numero.* [q] R *materiam.*

[1] Cf. infra, *De peccato ex amore male accendente.*

[2] Cf. supra, p. 72a, sub litt. *c.*

54 CAPUT I.

UTRUM QUALITAS BONI OPERIS ADDAT SUPER BONITATEM INTENTIONIS [1].

Ad primum sic: *a.* Qualitas operis dicitur, cum opus est privilegiatum, sicut est martyrium vel praedicatio; sed huiusmodi operibus debetur speciale praemium, sicut habetur ad Ephes. 1, 19, super illud: *Quae sit supereminens magnitudo virtutis,* ubi dicit Glossa [2]: « Quoddam incrementum gloriae habebunt summi doctores ultra illud quod communiter habebunt [a] ». Similiter patet de martyrio, sicut habetur super illud Exodi 25, 25 [3], ubi [b] loquitur de aureola. Ergo qualitas operis addit super ipsam bonitatem intentionis.

Contra: 1. Super illud II [c] Cor. 8, 15: *Qui multum non* [d] *abundavit,* dicit Glossa [4]: « Si aequalis [e] sit voluntas, aequalem habet mercedem ». Ergo aequalis est merces eius qui aequalem habet voluntatem [f] sustinendi martyrium vel praedicandi [g], cum non [h] adest facultas, ei cui adest facultas. — Ad idem dicit Isidorus [5]: « Si bonum in factis appareat, bonum non est, quia ex intentione aut probatur bonum aut reprobatur ». Unde innuitur quod tota bonitas operis sit ex intentione. — Item, sicut [i] dicit B. Bernardus [6]: « Intentio sufficit ad meritum, actio ad exemplum ».

2. Deinde quaeritur de duobus, quorum unus ex minori caritate facit opus privilegiatum, alius ex maiori caritate facit [k] minus opus, quis illorum plus mereatur? Et videtur quod [l] qui ex maiori caritate: Secundum quantitatem enim caritatis attenditur meritum; ergo qui facit ex maiori caritate, plus meretur. — Contra: Maius est meritum martyrii quam alterius operis non privilegiati; ergo qui facit huiusmodi opus, plus meretur, licet fiat ex minori caritate.

3. Item, ponatur quod aliquis incipiat opus privilegiatum ex minori caritate et postea consummet ex maiori, quaeritur secundum meritum cuius intentionis, aut primae aut posterioris, debeat attendi retributio? Si enim secundum meritum primae intentionis formatae in caritate, cum illa intentio minor sit ratione minoris caritatis, debetur ei minus praemium; sed altera caritas fuit finalis; ergo magis secundum eam debet attendi.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod est meritum ex intentione formata per caritatem et est meritum ex opere formato caritate et est meritum ex opere privilegiato formato [m] caritate. Quantum est de primo, ubi maior est caritas, maius est praemium quod ei respondet. Si vero respectus habeatur ad opus, ubi maius est opus, maius [n] est meritum quod respondet ex parte operis. Cum ergo quaeritur utrum qualitas operis addat, respondendum est quod addit, sed non quantum ad quantitatem primi praemii et substantialis praemii, quod consistit in visione Dei, sed addit quantum ad praemium superadditum, sicut supra dictum est [7].

[Ad obiecta]: 1. Et per hoc potest patere qualiter respondendum est ad hoc quod dicitur in Glossa II Cor. 8, 15. Aequalis [o] enim voluntas habet aequalem mercedem in principali praemio, quod est in delectatione summae bonitatis.

2. Ad secundum vero [p], cum sit comparatio, dicendum [q] quod sunt excedentia et excessa. Cum enim aliquis facit ex maiori caritate, excedit in quantitate principalis praemii [8]; cum autem facit quod maius est, verbi gratia, opus privilegiatum, maius est praemium, vel in praesenti vel in futuro, quod ei respondet.

3. Ad tertium dicendum [r] quod, cum aliquis incipit ex minori [s] caritate opus privilegiatum et postea consummat in maiori, cum illud opus sit divisibile, prima pars operis mensuratur in merito secundum quantitatem minoris caritatis, secunda vero pars secundum quantitatem maioris; probabile autem est quod in huiusmodi operibus crescat caritas. Unde illud quod dicit Augustinus [9], ibi maxime [t] videtur habere locum: « Caritas meretur augeri [u], ut aucta mereatur et perfici »; et illud quod dicitur I Cor. [v] 10, 13: *Fidelis est Deus, qui non patietur vos tentari supra id quod potestis* [x], *sed faciet cum tentatione etiam proventum.*

---

[a] L om. *summi... habebunt.* [b] BT om. [c] V om. [d] R om., Z exp., in F est add. interl. [e] Ita FR, alii *equa.* [f] LZ *voluptatem.* [g] T *predicationem.* [h] Ita FR add. interl., alii om. [i] BT om., in F est add. mg. [k] T om. *opus... facit.* [l] L om. [m] Z *formata.* [n] V om. *e. o. m.* [o] Ita VF, alii *equa.* [p] Ita V, alii add. *dicendum quod.* [q] Ita V, alii add. *est.* [r] Ita V, alii *vero dicendum est.* [s] BT *maiori.* [t] BT *magnum.* [u] V *agens.* [v] V *Iac.* [x] V vacat.

1 Cf. S. Bonav., II *Sent.*, d. 40, a. 2, q. 1 (II, 926 sqq.).
2 Lombardi, in h. l. (PL 192, 177).
3 Cf. *Glossa ordin.*, in h. l., ap. Lyran., ex Beda, *De tabernaculo et vasis eius,* c. 6 (PL 91, 409).
4 Lombardi, in h. l. (PL 192, 60).
5 *Sentent.*, II, c. 27, n. 1 (PL 83, 628).
6 *De grat. et lib. arbit.*, c. 14, n. 46 (PL 182, 1026).
7 Cf. supra, p. 73, *Solutio.*
8 Cf. hic, in *Solutione.*
9 Cf. *Epist.* 186, n. 10 (PL 33, 819).

CAPUT II. 55

UTRUM OPERUM NUMEROSITAS ADDAT SUPER BONITATEM OPERIS [1].

Postea quaeritur de multitudine operum, utrum addat in merito supra bonitatem intentionis.

Videtur [a] **quod non.** 1. Dicit enim Augustinus[2]: « Non [b] diuturnitas temporum, non multitudo operum, sed sola caritas et voluntas meritum facit ». Ergo multitudo operum illud non facit; ergo multitudo operum non facit [c] ad meritum.

2. Item [d], voluntate meremur visionem Dei, opere vero [e] meremur praemium operativae [f]; sed, cum neutra stolarum multiplicetur per multiplicationem operum, non videtur multitudo operum [g] multiplicare meritum.

Respondeo: Numerositas facit ad quoddam gaudium. Sicut enim ex parte malorum, qui multa mala fecerint [h], plus angustiabuntur verme conscientiae, ita ex parte altera numerositas bonorum operum facit augmentum in gaudio de operibus bonis, sed illud praemium non est de primo praemio.

CAPUT III. 56

UTRUM QUANTITAS DATI ADDAT SUPER BONITATEM INTENTIONIS [3].

Postea quaeritur de quantitate dati: posito quod iste ex compassione det maius, ille minus, additurne praemio?

Videtur quod non. 1. Tob. 4, 9: *Si multum tibi fuerit* etc., Glossa[4]: « A Deo voluntas dantis, non quantitas dati pensatur ». Item, Marc. 12, 43 habetur in Glossa[5], ubi loquitur de paupercula vidua: « Non quantum, sed ex quanto desiderio, considerat Deus ». Item, ibidem[6]: « Deus non offerentium substantiam considerat [i], sed conscientiam, nec perpendit quantum offeras, sed ex quanto ». Item, Eccli. 35, 14: *Noli offerre* etc., Glossa[7]: « Apud Deum non est quantitas muneris ». Ergo quantitas muneris non facit ad meritum.

Contra: *a.* II Cor. 9, 6: *Qui parce seminat, parce et metet.* Ergo qui parum dat, parum [k] metet, et qui multum [l] dat, multum metet.

b. Item [m], Tob. 4, 9: *Si multum tibi fuerit, abundanter tribue.* Ad quid enim hoc diceret, si aequalitas esset in maiori dato et minori?

Respondeo: Bona opera in caritate facta valent ad augmentum gratiae; unde Augustinus[8]: « Caritas meretur augeri » etc. — Item, ad habilitationem [n] ad bonum opus; unde II Cor. 9, 8: *Ut abundetis in omne opus bonum.* — Item, ad [o] dimissionem poenae debitae vel iniunctae, Tob. 12, 9: *Eleemosyna a* [p] *morte liberat, et ipsa est quae purgat peccata;* et Luc. 11, 41: *Date eleemosynam, et ecce omnia munda sunt vobis.* — Item, ad celeriorem transitum purgatorii, Prov. 13, 8: *Redemptio animae viri propriae divitiae;* Glossa[9]: « Qui animam suam vult redimere ab ira futura, congreget divitias bonorum operum [q] »; ira enim dicitur poena purgatoria [r][10]. — Item, valent ad diminutionem cuiusdam poenae in gehenna, scilicet vermis, ut scilicet tolerabilior sit damnatio. — Item, ad peccati recordationem in praesenti [s]. Dicendum [t] ergo quod, dummodo procedat maius donum [u] ab intentione formata caritate, magis valet ad praedicta quam minus.

[Ad obiecta]: 1. Ad hoc autem quod obicitur [v] quod 'non pensat Deus [x] quantum, sed ex quanto': dicendum quod hoc est verum principaliter, sed non est verum propter hoc quod omnino non attendat.

---

[a] V add. *enim*, FR *Et videtur.* [b] Z om., in L est add. mg. [c] V om. *e. m. o. n. f.* [d] BT om., in L est add. mg. [e] B om. [f] L *corporale*, V *sive operatione*, T *operatione;* B *premissum operatione* pro *p. o.* [g] V om. *n. v. m. o.* [h] V *fecerunt;* Z om. *mala.* [i] V om. *Deus. Item... considerat.* [k] R add. *et.* [l] FRL *multa.* [m] BT om. *m. i;* V om. *metet.* [n] V *habilitudinem.* [o] T om. [p] B om. [q] BFLZ om. [r] BT *purgatorii.* [s] BT om. *i. p.* [t] R *dicitur;* T om. *ergo.* [u] B *damnum.* [v] V *dicitur.* [x] BT *Dominus.*

1 Cf. S. Bonav., II *Sent.*, d. 40, a. 2, q. 3 (II, 931 sqq.).

2 Cf. de hac sententia, Augustino attributa, S. Bonav., II *Sent.*, p. 931, nota 3.

3 Cf. S. Bonav., II *Sent.*, d. 40, a. 2, q. 2 (II, 929 sq.).

4 *Interlin.*, in h. l., ap. Lyran.

5 *Ordin.*, in h. l. (PL 114, 226), ex Beda, in h. l. (PL 92, 258).

6 Loc. cit.

7 *Ordin.*, in h. l. (PL 113, 1218), ex Rabano, in h. l. (PL 109, 1015).

8 Cf. supra, p. 74, nota 9.

9 *Ordin.*, in h. l., ap. Lyran.

10 Cf. Augustin., *Enarr. in Psalm.* 6, 1 et 37, 1 (PL 36, 92, 397); Gregor. M., in h. l. (PL 79, 553, 568).

MEMBRUM III.

De intentione mala.

Consequenter quaedam quaeruntur circa illud: utrum intentio in malo [a] pro facto reputetur.

Primum est utrum intentio illa idem sit quod credulitas, cum credit [b] scilicet hoc esse peccatum;

secundum est [c] utrum quantulacumque intentio [d] pro facto reputetur, ut semiplena vel progressiva;

tertium [e], si actus additus intentioni facit duo peccata;

quartum, si punitur pro intentione et pro actu, quae poena utrique respondet;

quintum, si actus peior, additus minus malae [f] intentioni, facit maius peccatum quam minus malus actus additus peiori intentioni;

sextum, propter quid ab intentione ad actum tenet argumentum in genere peccati mortalis, non in specie, et quare in specie venialis non tenet, sicut in specie mortalis.

57 CAPUT I.

UTRUM INTENTIO MALA IDEM SIT QUOD CREDULITAS.

Circa primum sic: 1. Aliquis simplex credit hunc actum esse magnum peccatum; sed « quantum quis intendit, tantum facit », sicut habetur Matth. 12,35 in Glossa [1] super illud: *Bonus homo de bono thesauro;* ergo, si secundum credulitatem est intentio et secundum intentionem mensuratur delictum, quanta est eius credulitas, tantum erit eius peccatum.

Contra: *a.* Potest contingere quod credit [g] illud esse maius peccatum et non velit illud secundum quod maius; cum ergo secundum quantitatem voluntatis mensuretur, non mensurabitur secundum quantitatem credulitatis; ergo credulitas non est idem quod intentio.

Respondeo: Credulitas non est [h] intentio nec e converso; aliquis enim cito aliquid credit et tamen non vult illud vel [i] intendit: credulitas enim est pure in cognitiva, intentio autem in motiva. Contingit autem [k] saepe quod perversa intentio sequitur ex [l] perversa credulitate; unde Bernardus [2]: « Sicut ad bonum oculum [m] exiguntur veritas et caritas, ita malum constituunt error et [n] perversa voluntas ».

[Ad obiecta]: 1. Ad hoc ergo quod [o] quaeritur 'an mensuretur quantitas delicti secundum quantitatem credulitatis': dicendum quod, quando [p] est error intentionis vel voluntatis, ex quantitate erroris in credendo tunc mensuratur, sed non semper [q] hoc attenditur.

58 CAPUT II.

UTRUM QUANTULACUMQUE INTENTIO PRO FACTO REPUTETUR.

Ad secundum sic proceditur: 1. Dicit Augustinus, in libro *Confessionum* [3], quod quandoque [r] habuit semiplenam voluntatem, quandoque plenam. Quaeritur ergo utrum quantulacumque voluntas pro facto reputetur.

Quod non videtur de [s] semiplena sive [t] progressiva non perfecta [u]. *a.* Unde Augustinus, in libro *De Trinitate* [4]: « Si sola cogitationis delectatione sine voluntate perficiendi teneatur [v], mulier sola comedit, et non vir, cuius auctoritate cohibenda est voluntas, ne ad opus perveniat; si vero adsit voluntas [x] ut, si adsit facultas, perficiatur, tunc vir comedit et est damnabile peccatum ». Ergo semiplena voluntas vel progressiva non plena non reputatur pro facto.

---

[a] B *malis.* [b] R add. *quis.* [c] T om. [d] V add. *sive voluntas.* [e] FR add. *est.* [f] Z (corr.) *malum.* [g] BT *credat.* [h] V add. *idem quod.* [i] V *quod.* [k] BT *tamen.* [l] V om. [m] Z om. [n] V *errorum* pro *e. e.* [o] Z *idem.* [p] Z *non.* [q] V add. *ad.* [r] FR *quoniam.* [s] R om. [t] Ita VR, alii add. *de.* [u] Z *per semiplenam sive per progressivam non perfectam* pro *de... perfecta.* [v] R *perficienda* pro *p. t.* [x] B om. *ne... voluntas.*

1 *Interlin.*, in h. l., ap. Lyran.
2 *De praecepto et dispensat.*, c. 14, n. 37 (PL 182, 881).
3 Cf. lib. VIII, c. 10, nn. 22-24 (PL 32, 759 sq.).
4 Cf. lib. XII, c. 12, n. 17 (PL 42, 1007 sq.).

Sed contrarium videtur. 1. Super illud Psalmi[1]: *Etenim in corde operamini iniquitates*, Glossa[2]: « Quidquid vis et non potes, Dominus factum reputat ». Sed potest aliquis velle voluntate semiplena vel progressiva non plena, et[a] tamen non habet facultatem; ergo Dominus factum reputat.

2. Item, Levit.[b] 15, 25 super illud: *Mulier, quae patitur fluxum sanguinis* etc., Glossa[3]: « Cogitationes et voluntates, quamvis opere non compleantur, apud Deum pro factis habentur et puniuntur ».

[Solutio]: 1-2. Ad hoc dicendum quod, cum dicitur ' voluntas pro facto reputatur ', de voluntate plena intelligitur. Nihilominus tamen ille qui habet voluntatem semiplenam vel progressivam[c], peccat et quoad aliquid reputatur ei pro facto, sed non omnino. Illae vero[d] auctoritates, quae dicuntur in Psalmo et in Levitico, de voluntate perversa et plena intelliguntur. Utrique ergo voluntati, et non plenae et plenae, debetur poena, sed in gradu.

II. Adhuc etiam quaeritur, cum diversae sint voluntates sive intentiones — quaedam enim sunt[e] respectu peccati spiritualis, quaedam respectu peccati corporalis — utrum similiter in iis et[f] illis voluntas pro facto reputetur[4].

Quod videtur. 1. Similiter enim est haec voluntas radix sui actus sicut et[g] illa sui actus; ergo in quacumque comparatione se habebit haec[h] voluntas ad suum actum, in illa se habebit illa[i] voluntas ad suum; sed haec, quae est in spiritualibus, reputatur pro facto: voluntas enim superbiendi pro superbia universaliter reputatur; ergo sic erit in voluntate et actu peccati corporalis.

Contra: *a.* Ex voluntate homicidii non contrahitur poena irregularitatis vel alia poena, ex actu vero contrahitur; ergo voluntas in huiusmodi non pro facto reputatur[k].

[Solutio]: Ad quod dicendum quod aliter est in peccatis spiritualibus et corporalibus. Voluntas enim in peccatis spiritualibus sufficiens est ad suum actum interiorem, in quo magis consistit peccatum; voluntas vero in peccatis corporalibus non omnino sufficiens est[l] ad suum actum exteriorem, in quo magis consistit[m] peccatum, et ideo differenter sunt radices peccatorum. Similitudo tamen est in parte, quoad hoc scilicet quod haec voluntas est radix sui actus et illa voluntas est radix sui actus. Differentia autem est in ipsis actibus, quia in actu corporali, praeter hoc quod homo iniuriatur Deo vel sibi, iniuriatur etiam proximo; in actu vero spirituali iniuriatur[n] tantum Deo vel sibi. Poena ergo statuta est in ipsis actibus corporalibus, qui manifesti sunt in iudicio hominum, et propter hoc aliter[o] iudicatur de istis actibus et de illis quoad poenam in praesenti[p]; quoad poenam vero in futuro consimilis in genere determinatur poena: sicut enim uni determinatur[q] ignis vel vermis, ita et alii.

CAPUT III. 59

UTRUM ACTUS ADDITUS INTENTIONI FACIT DUO PECCATA[5].

Tertio quaeritur si actus additus intentioni facit duo peccata.

Videtur[r] quod sic. 1. Exod. 20,14: *Non moechaberis*, Glossa[6]: « Qui opus adicit voluntati, iniquitatem addit iniquitati ». Ergo sunt duo peccata.

Contra: *a.* Omne peccatum ex contemptu, contemptus autem in[s] affectu, affectus vero operi nomen imponit, et ita idem est peccatum actus et intentionis.

Respondeo: Peccatum habet duas rationes: est enim peccatum actus incidens ex defectu boni; item, peccatum est malum voluntarium. Secundum[t] primam definitionem dico quod duplex est peccatum, quia est defectus duplicis boni; et praeterea, utrobique est actus, sed unus exterior[u], alius interior. Bonitas enim actus exigit quod sit in debita materia et debitis circumstantiis, et quando non sic ordinatur, dicitur defectus boni: cum enim[v] dicitur coire cum uxore alterius, dicitur defectus boni, quia deest materia debita actui; item, voluntas[x] deficit in bono per aversionem a summo bono. Secundum vero secundam definitionem, in qua attenditur radix peccati, est unum peccatum: et hoc est intelligendum de voluntate, quae non distinguitur tempore ab actu; planum est autem[y] de voluntate praecedente tempore peccatum actus.

---

[a] L om. [b] VLZ *Ierem.* [c] RL add. *non plenam.* [d] V *ergo.* [e] VZ add. *in.* [f] F add. interl. *in.* [g] F *est.* [h] Z *illa.* [i] R *hec.* [k] V *reputabitur.* [l] BTZ om., in L est add. mg.; T om. *suum.* [m] Ita V, alii *existit.* [n] V om. *i. a. v. s. i.* [o] V *ab ipsis.* [p] V add. *non* et om. *vero.* [q] R *determinantur*, quod F corr. [r] FR *Et videtur.* [s] Z om. [t] R add. *ergo*, F add. *igitur.* [u] V add. *et*, T add. *etiam.* [v] BT om., in L est add. mg. [x] R *veritas.* [y] B om.

1 Psalm. 57, 2.
2 Lombardi, in h. l. (PL 191, 535).
3 *Ordin.*, in h. l. (PL 113, 340).
4 Cf. Guil. Altissiod., *Summa*, II, tr. 29, c. 7 (f. 112c).
5 Cf. Lombard., II *Sent.*, d. 42, c. 1 (p. 527 sq.); Guil. Altissiod., loc. cit. (f. 112a sq.); S. Bonav., II *Sent.*, d. 42, a. 1, q. 1 (II, 960 sqq.).
6 *Interlin., In Psalm.* 68, 28, ap. Lyran.

60 CAPUT IV.

SI PUNITUR PECCATOR PRO MALA INTENTIONE ET ACTU, QUAE POENA RESPONDEAT UTRIQUE.

Quarto quaeritur, si punitur peccator pro mala intentione et actu, quae poena respondet utrique.

Cum enim sit [a] alterum peccatum actus et alterum intentionis sive voluntatis, differens debet eis [b] poena respondere.

Respondeo: Est poena vermis, et ipsa [c] potest esse duplex sive differens pro voluntate et pro [d] actu malo addito voluntati. Sed poena afflictionis gehennalis utrique debetur, aut una communis, indistincta. Unde [e], sive peccat actu sive non, nihilominus tam corpus quam anima punientur in futuro, si sic decedunt.

61 CAPUT V.

UTRUM ACTUS PEIOR ADDITUS MINUS MALAE INTENTIONI FACIAT MAIUS PECCATUM [1].

Quinto quaeritur [f]: I. Iste intendit adulterari, et fornicatur, alter intendit fornicari, et adulteratur, quod istorum debeat dici maius peccatum.

a. Quantum enim quis intendit, tantum facit; ergo qui intendit adulterari, magis peccat.

Contra: 1. Iste non adulteratur, et alter adulteratur; ergo magis peccat.

Respondeo: Haec sunt excedentia et [g] excessa. Ubi enim est deterior intentio, quantum ad radicem culpae deterius est peccatum et [h] maior erit culpa, quae [i] respondet intentioni vel voluntati. Ubi autem deterior est actus, deterius est peccatum quantum ad genus peccati [k], quod attenditur secundum genus operis [l].

II. Postea quaeritur quo modo intelligitur hoc [m] 'quantum intendis, tantum facis' et utrum 'tantum' et [n] 'quantum' teneantur nominaliter vel adverbialiter. [2]

Respondeo [o] [3]: Dicendum quod hae dictiones determinant radicem. Unde sensus est [p]: ex quam mala intentione intendis [q] aliquid, ex tam mala intentione diceris reus reatu voluntatis in illo actu, non quod ille actus in se [r] sit adeo malus.

62 CAPUT VI.

IN QUIBUS AB INTENTIONE AD ACTUM TENEAT VEL NON TENEAT ARGUMENTUM [4].

Sexto quaeritur: 1. 'Iste intendit peccare mortaliter, ergo peccat mortaliter', bene sequitur; sed non sequitur: 'iste intendit adulterari, ergo adulteratur simpliciter', licet adulteretur in corde.

2. Item, 'iste intendit peccare mortaliter, ergo peccat mortaliter'; non tamen sequitur: 'iste intendit peccare [s] venialiter, ergo peccat venialiter'. Et [t] quare hoc?

Respondeo: 1. Mortale peccatum, in eo quod est mortale, radicatur in intentione; quod autem sit secundum genus hoc vel illud, non est ex ipsa voluntate, sed ab ipso actu. Esse [u] ergo mortale est ab intentione; unde bene sequitur [v]: 'intendit mortaliter peccare, ergo mortaliter peccat'. Sed adulterari proprie se extendit ad actum exteriorem; unde non sequitur: 'intendit adulterari, ergo adulteratur'.

2. Ad aliud dicendum quod mortale peccatum [x] est secundum duas differentias: vel quando intendit id quod est mortale in genere, ut si intendit peccare mortaliter vel adulterari vel aliquid huiusmodi; vel quando [y] intendit aliquid quod est mortale, quod tamen [z] non credit esse mortale. Utroque autem modo dicitur esse intentio mortalis: mortale enim peccatum in intentione radicatur, et sufficit ad rationem mortalis quod alterum sit mortale, vel intentio vel opus; ad hoc autem quod sit veniale, requiritur utrumque esse veniale, intentionem scilicet et genus operis.

---

[a] B om. [b] R *ei.* [c] B *illa.* [d] B om. [e] B *cum.* [f] V add. *si actus peior additus minus male intentioni facit maius peccatum quam minus malus actus additus peiori intentioni;* BTLZ *Item quinto* pro *quinto.* [g] B om. [h] V add. *ita.* [i] R *qua.* [k] R om. [l] FR *operationis.* [m] R *hec.* [n] R om. [o] FR *ad quod.* [p] V om.; VBT *qua* pro *quam.* [q] V *tendis in,* RZ *tendis,* quod FL corr. [r] V om. [s] L om. *mortaliter ergo... peccare.* [t] FRL *queritur.* [u] V *non.* [v] B add. *iste.* [x] Z om. [y] B *qui.* [z] V *quando.*

1 Cf. Guil. Altissiod., *Summa,* II, tr. 29, c. 5 (f. 110c sqq.).
2 Cf. Guil. Altissiod., loc. cit. (f. 110b sqq.)
3 S. Bonav., II *Sent.,* d. 40, c. 1, q. 2 (II, 922 sqq.).
4 Cf. Guil. Altissiod., loc. cit. (f. 110b sq.).

INQUISITIO SECUNDA

DE PECCATO ANGELI ET HOMINIS

TRACTATUS PRIMUS

QUID SIT PECCATUM

Habita consideratione de malo secundum differentias mali [1], consequenter dicendum [a] est de peccato.

Primo ergo quaeritur quid sit peccatum;

secundo, quae divisio peccati et quae species peccati [b] materiales sive formales [2];

tertio, quae causa peccati;

quarto, de gradibus peccati;

quinto, de effectibus propinquis peccati;

sexto, de comparatione peccati ad peccatum in quantitate;

septimo, de oppositione peccati;

octavo, de reditu [c] peccati sive peccatorum;

nono, utrum peccatum sit causa peccati;

decimo, de conditionibus aggravantibus peccatum [d];

undecimo, de poena peccati.

Definitur autem peccatum [3], secundum quod dicit Augustinus, in libro *De vera religione* [e 4]: « Peccatum est malum voluntarium »; et similiter in libro *Retractationum* [5].

Dicitur etiam peccatum « carentia debitae iustitiae »; et hanc ponit Anselmus [6].

Dicitur etiam peccatum « privatio boni », sicut habetur ab Augustino, in libro *De natura boni* [7] et in libro *De civitate Dei* [8].

Dicitur etiam peccatum « superfluitas concupiscentiae », sicut dicit Ioannes Damascenus, IV libro, cap. *De circumcisione* [9].

Iis rationibus positis, cum sint communes, videndum est:

Quae sit differentia istarum inter se;

deinde, quae sit explanatio uniuscuiusque.

---

[a] R *considerandum* pro *c. d.* [b] V om. *e. q. s. p.*; B exp. *quae.* [c] BTR *reatu.* [d] FRLZ *peccati.* [e] FL (mg.) add. *sic.*

1 Cf. supra, num. 16, 37-61.

2 Auctor solum duo prima quaesita exponit, de sequentibus non agit ex professo.

3 Cf. Lombard., II *Sent.*, d. 35, c. 2 (p. 492 sq.); S. Bonav., II *Sent.*, d. 35, dub. 6 (II, 838 sq.).

4 Cf. c. 23 (PL 34, 133).

5 Cf. lib. I, c. 13, n. 5 (PL 32, 604).

6 Cf. *De conc. virgin.*, c. 3; *De casu diaboli*, c. 9 (PL 158, 337, 435 sq.).

7 Cap. 34 (PL 42, 562) et passim.

8 Lib. XI, c. 9 (PL 41 325).

9 *De fide orthod.*, IV, c. 25 (PG 94, 1214).

63

CAPUT I.

DE DIFFERENTIA ISTARUM DEFINITIONUM PECCATI INTER SE.

Ad primum dicendum est quod hae quatuor definitiones assignantur in comparatione ad quatuor causas.

In [a] comparatione enim causae efficientis, assignatur illa definitio: « peccatum est malum voluntarium »; voluntas enim causa est efficiens omnis [b] peccati. Unde Anselmus, in libro *De casu diaboli*[1]: « Voluntas nullam habet aliam causam, qua impellatur aut trahatur, sed ipsa efficiens sibi causa potest esse [c], si dici [d] potest, ad effectum ». Et [e] dicit Augustinus, in libro *De civitate Dei,* XII[2]: « Voluntatis malae causa efficiens si quaeratur, nihil invenitur [f]; ipsa enim voluntas causa est ». Similiter habetur in libro *De libero arbitrio*[3]: « Quid opus est quaerere unde motus ille existat quo voluntas avertitur ab incommutabili bono, cum eum [g] nonnisi voluntarium esse dicamus? » Ex quibus elicitur quod prima definitio data est secundum causam efficientem.

Secunda vero [h] definitio data est secundum causam formalem. Quid enim est [i] iustitia nisi rectitudo voluntatis a principio usque in finem[4]? Defectus autem istius formae sive carentia nihil aliud est nisi peccatum[5]. Restat ergo quod ex parte causae formalis sumitur haec definitio, non quia peccatum habeat causam formalem, sed defectum formae.

Tertia vero definitio data est ex defectu finis sive finalis causae. Bonum enim et finis idem[6]; privatio ergo boni privationem dicit finis.

Quarta vero definitio sumitur in comparatione ad causam materialem. Causa enim materialis, in qua est peccatum, est ipsa concupiscentia; et propter hoc dicitur prima « superfluitas concupiscentiae ». Cum enim concupiscit homo quod concupiscendum est, modus est concupiscentiae; cum autem concupiscit quod non est concupiscendum [k], superfluitas est concupiscentiae. Haec autem concupiscentia est appetitivae generalis, de qua dicitur, in libro *Hypognosticon*[7], quod concupiscentia mala [l] *radix est omnium malorum*[8]. Et dicit Ioannes Damascenus[9]: « Impossibile est aliquem nequaquam concupiscere vel finaliter sine gustu [m] voluptatis esse »; sed inutilis concupiscentia et voluptas hoc est peccatum. Haec concupiscentia non habuit necessitatem sive pronitatem ante lapsum primorum parentum, sed post lapsum primorum parentum [n] quamdam habuit pronitatem sive necessitatem, qua *caro concupiscit adversus spiritum,* sicut habetur ad Gal. 5 [o], 17.

CAPUT II.

EXPLANATIO SINGULARUM DEFINITIONUM PECCATI.

64

ARTICULUS I.

Explanatio primae definitionis.

Visis definitionibus, primo quaerenda est explanatio primae definitionis.

Videtur enim quod non conveniat omni peccato, 1. eo quod non convenit peccato [p] originali, quod est in parvulis, ubi non viget voluntas.

2. Similiter aliqui perpetrant peccata coacti, in quibus non videtur voluntarium esse peccatum.

3. Praeterea, Rom. 7, 15-17 dicitur: *Quod nolo* [q] *malum, hoc ago, non autem ego* [r]*, sed quod habitat in carne mea, peccatum.* Ex quo videtur quod, cum loquatur ibi de peccatis, quod non omne peccatum sit voluntarium.

[Solutio]: 1. Ad quod dicit Augustinus, in libro *Retractationum*[10]: « Iis verbis potest videri falsa haec definitio, sed, si diligenter discutiatur,

---

[a] Ita FR, alii om.; V om. *ad... in.* [b] R om. [c] Ita V, alii om. [d] VR *duci.* [e] Z *ut.* [f] B *inveniatur,* quod Z corr. [g] R *enim.* [h] V om. [i] Z om. [k] R om. *modus... concupiscendum.* [l] BT *malum.* [m] V *gestu.* [n] T om. [o] V *Col 2* pro *G. 5.* [p] B om. *e. q. n. c. p.* [q] B add. *peccatum.* [r] Ita V, alii om. *n. a. e.*

1 Cap. 27 (PL 158, 360).
2 Cap. 9, n. 1 (PL 41, 356).
3 Lib. III, c. 1, n. 2 (PL 32, 1272).
4 Cf. Anselm., *De verit.*, c. 12 (PL 158, 480 sqq.).
5 Cf. supra, p. 79, nota 6.
6 Cf. Aristot., *Ethica ad Nicom.*, I, c. 2 (II, 1).
7 Cap. 5, n. 6 (PL 45, 1642).
8 I Tim. 6, 10.
9 *De fide orthod.*, IV, c. 25 (PG 94, 1214).
10 Lib. I, c. 13, n. 5 (PL 32, 603).

invenietur[a] esse verissima ». Et post sequitur[1]: « Quod in parvulis dicitur[b] originale peccatum, cum adhuc non utantur arbitrio voluntatis, non absurde vocatur voluntarium, quia ex prima hominis mala[c] voluntate contractum, factum est quodam modo hereditarium ». — Et sic solvitur illud quod primo obiectum est.

2. Ad secundum[d] dicendum per hoc quod ibidem additur[2]: « Ea, quae non voluntaria peccata dicuntur, quia a nescientibus vel a[e] coactis perpetrantur, non omnino[f] possunt sine voluntate committi, quoniam et ille qui peccat ignorans, voluntate utique facit quod, cum faciendum non sit, putat esse faciendum »; et qui cogi dicitur, ex comparatione dicitur velle, sicut dicit Philosophus[3]; quod enim[g] simpliciter est non voluntarium, secundum quid est voluntarium.

3. Similiter respondetur ibidem[4] ad id quod ultimo obiectum est. Dicitur enim quod « ille qui[h], concupiscente carne *adversus spiritum*[5], peccat faciendo non ea quae vult, concupiscit quidem nolens, et ideo non facit quod vult; sed si vincatur, concupiscentiae consentiens, volens dicitur ».

ARTICULUS II. 65

Explanatio secundae definitionis.

Explanatio vero secundae definitionis, quae est: « Peccatum est carentia debitae iustitiae », sic est:

Videtur enim primo quod illa definitio non sit in omni peccato. 1. Non enim videtur convenire veniali peccato: debita enim iustitia habetur[i] ex perfectione gratiae; sed gratia gratum faciens potest stare cum veniali peccato; ergo debita iustitia potest stare cum veniali peccato; non ergo[k] peccatum veniale est carentia debitae iustitiae.

2. Praeterea, si haec ratio communis est omni peccato, ergo convenit tam originali[l] quam actuali; sed non videtur convenire utrique secundum unum modum: alia est enim[m] iustitia quae tollitur in originali peccato et alia quae tollitur in actuali.

3. Praeterea, alia est iustitia, qua tenebatur angelus ad Deum et qua tenetur[n] homo; ergo non videtur haec ratio communis[o] peccato angeli et peccato hominis.

[Solutio]: 1. Ad quod dicendum quod haec definitio communis est et convenit veniali peccato. Sed attendendum est quod duplex est iustitia. Est enim iustitia rectitudo naturalis, quae fuit hominis conditi a principio, prout dicitur Eccle. 7,30: *Dominus*[p] *ab initio fecit hominem rectum;* et[q] haec iustitia deest in omni peccato vel ratione ipsius personae vel ratione actus. Est iterum iustitia generalis, quae provenit ex[r] gratia gratum faciente, et haec iustitia deest in actu venialis peccati, etsi non desit in persona. Sic ergo convenit praedicta ratio actuali peccato veniali.

2. Ad id vero quod obicitur de originali et actuali, dicendum[s] quod utrobique est carentia iustitiae debitae, sed in originali peccato est carentia iustitiae debitae aliunde contracta, sicut est in parvulis, in actuali vero peccato mortali est carentia debitae iustitiae quam homo sibi facit. Nihilominus tamen ratio iustitiae communis est; unde et ratio carentiae iustitiae communis erit[t], licet ex diversis principiis veniat: haec enim ratio « iustitia est rectitudo voluntatis propter se servata », quam ponit Anselmus[6], communis est utrobique.

3. Similiter dicendum[u] de peccato hominis et angeli. Licet enim differens sit quodam modo iustitia angeli et hominis, quia ad plura tenetur homo ad quae non tenetur angelus, nihilominus tamen quaedam est communis iustitia, quae est scripta in mente utriusque; carentia autem istius[v] debitae iustitiae, hoc[x] est rectitudinis voluntatis, utrobique communis est. Patet ergo ex praedictis ratio supra dicta.

ARTICULUS III. 66

Explanatio tertiae definitionis.

Tertia vero definitio est: « Peccatum est privatio boni ».

Circa quam[y] **obicitur:** Quaeritur enim quid sit illud bonum, utrum bonum quod est finis an[z]

---

[a] V *invenitur.* [b] V add. *esse.* [c] Ita BT, alii om.; VF *primi* pro *prima.* [d] Ita V, alii add. *vero.* [e] V om., B *ultra.* [f] Ita B, T *omni modo,* alii *enim omni modo.* [g] B om. [h] R om., in L est add. mg.; TFL *adversum* pro *adversus.* [i] T add. *enim.* [k] B om. *debita... ergo.* [l] V add. *peccato.* [m] V om. [n] V *tenebatur;* VZ om. *non.* [o] Z *convenit,* B add. *cum.* [p] BTF *Deus.* [q] V *sed.* [r] B *de.* [s] Ita VT, alii add. *est.* [t] B om. *unde... erit.* [u] Ita V, alii add. *est.* [v] V *illius.* [x] V *hec.* [y] Ita BT, alii *quod.* [z] B *aut.*

1 Loc. cit. (PL 32, 604).
2 Augustin., loc. cit.
3 Cf. Aristot., *Ethica ad Nicom.*, III, c. 1 (II, 24).
4 Augustin., loc. cit.
5 Cf. Gal. 5, 17.
6 *De veritate*, c. 12 (PL 158, 482).

bonum gratuitum an [a] bonum naturale. Si enim dicatur esse privatio boni naturalis, tunc non erit ipsa essentia [b] peccati, sed erit poena peccati. Si vero est privatio boni gratuiti, cum bonum gratuitum non tollatur a subiecto in omni peccato, non videtur dici privatio boni gratuiti. Restat ergo quod dicetur esse privatio boni, id est finis, summi scilicet boni, a quo privatur agens sua actione, vel, si nulla est actio, sicut est [c] in originali peccato, privatur [d] summo bono quoad effectum [e] gratiae, sive iustitiae quae est ex gratia.

[Solutio]: Quod concedimus, dicentes quod omne peccatum est privatio boni, scilicet finis, sed differenter, scilicet vel [f] privando actum fine [g], et sic omne peccatum, scilicet mortale et veniale, est privatio boni, scilicet finis; vel [h] privando personam fine, et sic solum mortale est privatio finis, scilicet [i] summi boni, sicut tactum est [1], quantum ad effectum gratiae sive iustitiae.

67 ARTICULUS IV.

Explanatio quartae definitionis.

Circa quartam vero [k] definitionem obicitur: Videtur enim [l] quod illa definitio non conveniat omni peccato, quae est: « Peccatum est superfluitas concupiscentiae ».

1. De concupiscentia enim dicitur in libro Augustini, *Ad Valerium* [2], quod est vulnus a diabolo inflictum humano generi; ergo videtur appropriari peccato hominis.

2. Item, Augustinus, *De lapsu mundi* [3]: « Concupiscentia, cum qua nati sumus, finiri non potest quamdiu vivimus, quotidie minui potest ». Ergo videtur esse propria hominis.

3. Praeterea, loquitur ibi Ioannes Damascenus [4] de circumcisione, quae est in remedium illius concupiscentiae; sed remedium illud non est commune angelo et homini; videtur ergo quod nec vulnus sit commune utrique. Ergo haec definitio « peccatum est superfluitas concupiscentiae » non convenit communiter angelo et homini.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod concupiscentia accipitur pluribus modis. Accipitur enim aliquando pro poena, quae est inflicta homini propter peccatum: et secundum hunc modum non est communis angelo et homini. Alio vero modo [m] sumitur concupiscentia, secundum quod [n] est nomen culpae: et secundum hoc dicit Augustinus, in libro *De spiritu et littera* [5]: « Nullum peccatum nisi concupiscendo committitur »; et haec est concupiscentia generalis, haec autem convenit communiter angelo et homini; unde haec prohibitio [6]: *Non concupisces,* est illius legis naturae qua ligatur non tantum homo, sed etiam [o] angelus.

[Ad obiecta]: 1-3. Auctoritates [p] vero quae inducuntur [q] attenduntur quantum ad concupiscentiam quae est poena, de qua dicitur [7] super illud ad Gal. 5, 17: *Caro concupiscit* etc.: « Ipsius carnalis concupiscentiae causa non est in anima sola nec in carne sola; ex utraque [r] enim fit, quia sine utraque delectatio nulla sentitur ».

---

[a] BF *aut.* [b] T add. *boni.* [c] V om. [d] Ita B, alii add. *ipsa.* [e] Ita BT, alii add. *qui est.* [f] V *ut.* [g] R *finem* pro *a. f.* [h] V *id est.* [i] F *id est.* [k] B om. [l] T om. [m] R om.; V om. *vero,* in F est add. mg. [n] BT *que* pro *s. q.* [o] V *et.* [p] V *Ad auctoritates.* [q] V add. *dicendum quod;* B om. *attenduntur.* [r] Ita V, alii *utroque,* item infra.

1 Cf. hic, parum supra.
2 *De nuptiis et concup.*, I, c. 23, n. 26 (PL 44, 428).
3 *Sermo* 151, c. 5 (PL 38, 817).
4 Cf. supra, p. 79, nota 9.
5 Cap. 4 (PL 44, 204).
6 Deuter. 5, 21.
7 Lombardi, in h. l. (PL 192, 158).

TRACTATUS SECUNDUS

DE PECCATO ANGELI

SECTIO I. — De peccato angeli et pertinentibus ad ipsum.

Consequenter dicendum est de divisione peccati. Et primo accipienda est illa divisio materialis, quae fit secundum diversitatem subiectorum: peccatum aliud est angeli, aliud[a] hominis. Ratio autem est, quia in angelo primo fuit peccatum, et per suggestionem angeli consequenter in homine, sicut habetur super illud: Eccli. 10, 14: *Initium superbiae hominis* etc., Glossa[1]: « Non est maior apostasia quam creaturam a Creatore recedere, quae merito adscribitur superbiae; superbia enim est, si creatura velit assimilari Creatori: haec diabolo et homini fuit initium perditionis ». Exponitur etiam[b] illud[2]: *Initium omnis peccati est superbia,* de peccato ipsius diaboli, quia illud fuit initium omnium peccatorum, secundum unam expositionem[3], et ideo dicit Isidorus[4] quod « malum a diabolo fuit inventum ».

Ratio autem divisionis huius haec est: creatura intellectualis vertibilis est secundum electionem, sicut dicit Ioannes Damascenus[5]; quod autem vertibile est secundum electionem, potest verti in malum; quod[c] autem vertitur in malum, peccat; creatura ergo[d] intellectualis, cum vertitur in malum[e] secundum electionem, peccat; cum ergo tam angelus quam homo fuerit creatura intellectualis, erat[f] utraque creatura vertibilis secundum electionem.

Forte diceret aliquis quod haec non debet esse prima divisio, quia utraque pars sub actuali peccato continetur; unde videtur illa esse prima 'peccatum aliud originale, aliud actuale'. — Sed attendendum est quod originale processit ex actuali primi parentis, actuale vero primi parentis processit ex suggestione diaboli. Prima ergo multiplicatio peccati fuit secundum[g] haec diversa subiecta, sequens vero multiplicatio in homine fuit per actuale et originale. Unde, licet divisiones sint excedentes et excessae, tamen[h], quia originale originem sumpsit aliunde, volentibus investigare[i] peccatum secundum originem peccati, primo occurrit dicere de peccato angeli sive angelorum.

Circa quod quaeruntur duo:

Primo, de[k] peccato eius et pertinentibus ad ipsum;

secundo, de peccato eius in comparatione ad hominem, quo[l] scilicet invidens homini tentavit ipsum et adhuc tentare non cessat.

Ad cognitionem vero primi peccati, primo considerandum est de ipso peccato in se;

deinde, de ipsa poena peccati.

Peccatum vero angeli aut fuit peccatum Luciferi aut aliorum angelorum[m], ei in peccato consentientium.

Primo ergo dicendum est de peccato Luciferi;

deinde, de peccato aliorum.

---

[a] V add. *est.* [b] B *enim,* R *et.* [c] V *cum.* [d] Z *vero.* [e] Ita V, alii om. *i. m.* [f] L *erit.* [g] V *per.* [h] R om. [i] BT *intelligere.* [k] T add. *primo.* [l] FRL *quomodo.* [m] FRLZ *singulorum.*

[1] *Ordin.*, in h. l. (PL 113, 1194 sq.). [2] Eccli. 10, 15. [3] Augustin., *De Gen. ad litt.*, XI, c. 15, n. 19 (PL 34, 436 sq.). [4] *Sentent.*, I, c. 9, n. 5 (PG 83, 552). [5] Cf. *De fide orthod.*, I, c. 3 (PG 94, 795).

QUAESTIO I.

DE PECCATO ANGELI IN SE.

TITULUS I.

DE PECCATO LUCIFERI.

Circa peccatum vero Luciferi primo quaeritur ex parte subiecti, quis fuerit ille angelus, hoc est de quo ordine[a], utrum fuerit supremus angelorum, et cetera quae spectant ad ipsum subiectum;

secundo, quod fuit eius peccatum;

tertio, quod fuit[b] motivum;

quarto, de qualitate peccati, utrum scilicet[c] remediabile vel irremediabile, et utrum posset esse veniale vel tantum mortale;

quinto, utrum adhuc peccet illo genere peccati;

sexto, si peccatum illud est causa peccati et quo modo;

septimo, de hoc quod diabolus dicitur caput malorum, videlicet de capite et corpore;

octavo, quare Scriptura non fecit mentionem expresse[d] de hoc peccato, sicut facit[e] de peccato secundo, quo hominem tentavit;

nono, utrum illi peccato statim annexum esset aliud, scilicet peccatum invidiae, aut non statim;

decimo, quae sunt peccata diaboli secundum se ipsum, videlicet quae sunt peccata quae conveniunt spirituali naturae et quae non conveniunt;

undecimo, utrum statim peccavit, cum factus fuit, aut[f] non statim.

CAPUT I.

QUIS FUERIT LUCIFER.

Circa primum haec sunt quaerenda:

Primo[g], utrum fuerit de superiori ordine vel non;

secundo, si fuit supremus;

tertio, utrum fuerit malus creatus aut non creatus[h], sed factus a se ipso, propter haeresim quorumdam[1] qui dicebant ipsum fuisse creatum malum.

68 ARTICULUS I.

Utrum Lucifer fuerit de superiori ordine angelorum[2].

Quaeritur ergo primo utrum Lucifer fuerit de superiori ordine angelorum.

Et videtur quod non. 1. Ioannes Damascenus[3]: « Ex iis angelicis virtutibus, quae praeerant terrestri ordini et cui a Deo custodia commissa erat, non natura malus factus, sed bonus existens, et nequaquam in se ipso a Conditore malitiae semitam habens, liberi sui[i] arbitrii electione versus est ex eo quod est secundum naturam in id quod est praeter naturam ». Ex quo videtur quod non fuerit de superiori ordine: illi enim quibus per appropriationem commissa est custodia terrae, dicuntur illi de inferiori ordine.

2. Praeterea, dicit Augustinus, *Super Genesim ad litteram*, XI[4]: « Dicere de aliquibus angelis quod in suo genere beati esse possint futurae iniquitatis vel salutis incerti, quibus nec etiam spes[k] subesset, vix ferenda est praesumptio, nisi forte dicatur ita creatos illos angelos

[a] BT add. *et.* [b] FRLZ *fuerit.* [c] F *sit.* [d] BT *expressam.* [e] F *fecit.* [f] R *an.* [g] Ita VB, alii om. [h] V om. [i] V om. [k] BF *species.*

1 Scilicet Manichaeorum; cf. infra, p. 87, nota 6.
2 Cf. S. Bonav., II *Sent.*, d. 6, a. 1, q. 1 (II, 161 sq.).
3 *De fide orthod.*, II, c. 4 (PG 94, 874 sq.).
4 Cap. 19, n. 25 (PL 34, 439).

mundanis ministeriis distributos, ut pro recte gestis praeposituris accipiant illam vitam beatam, de qua possint certissimi esse[a], cuius spe gaudentes possunt dici beati. Ex quorum numero si diabolus cecidit[b] cum sociis iniquitatis suae, simile hoc est ei quod cadunt a iustitia fidei etiam homines simili superbia praevaricati, vel se ipsos seducendo vel seductori[c] consentiendo ». Ex quo videtur innuere quod angelus[d] ille primus, qui cecidit cum suis complicibus, fuerit de inferiori ordine, cui commissa est administratio rerum terrenarum.

E contrario videtur Augustinus dicere quod fuerit[e] de superiori ordine, in libro *Quaestionum Veteris Testamenti*[1], ita dicens: « Lucifer erat quasi princeps multorum, inter quos clarior erat, quorum societate ad impium descendit certamen ».

b. Item, B. Gregorius, XXXII *Moralium*[2]: « Creatum primum angelum Deus reliquis angelis, quorum novem ordines inveniuntur, eminentiorem fecit ». Sed non poterat esse eminentior novem ordinibus nisi esset de superiori ordine; ergo fuit de superiori ordine.

c. Similiter[f] videtur per hoc quod alibi dicit, exponens illud Ezech. 28, 14[g]: *Tu Cherub extentus*[h] *et protegens in monte sancto Dei,* XXXII *Moralium*[i 3]: « Quia comparatione claritatis suae ceterorum obumbrasse claritatem creditur, ipse *extentus et protegens* perhibetur; reliquos enim[k] quasi obumbrando operuit, qui magnitudinem aliorum excellentia maiori transcendit ». Sed non potuit magnitudinem aliorum excellentia maiori transcendere nisi esset de superiori ordine; ergo fuit de superiori ordine[l].

d. Item, *Moralium,* XXXII[4], exponens illud[5]: *In medio lapidum ignitorum perfectus ambulasti,* dicit[m]: « *In medio lapidum ignitorum perfectus*[n] ambulavit, quoniam inter angelorum corda, caritatis igne succensa, clarus[o] gloria extitit conditionis ». Cum ergo angeli incendentes vel incensi dicantur Seraphim, videtur quod esset de illo ordine.

e. Et ipsa littera in Ezech. 28, 14 videtur dicere quod esset de ordine Cherubim, ad quos[p] pertinet plenitudo scientiae. Unde B. Gregorius[6]: « Idcirco ille Cherub dicitur, quia[q] transcendisse cunctos scientia non dubitatur ».

Ex iis videtur quod fuerit angelus ille de aliquo superiorum[r] ordinum, vel de Cherubim vel de Seraphim.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod, sicut videntur auctoritates Sanctorum dicere, fuit de superiori ordine.

[Ad obiecta]: 1. Ad id vero quod dicit Ioannes Damascenus respondendum est quod non per hoc tollitur quin fuerit de superiori ordine, quia habuit custodiam hominum et eorum quae geruntur in terra: *omnes enim spiritus* ordinati erant ut essent *administratorii,* sicut habetur Hebr. 1, 14. Unde, licet aliqui dicantur Seraphim vel Cherubim ex praeeminentia scientiae vel caritatis, nihilominus tamen, cum vult Dominus, mittuntur et ii in ministerium[7]. Sed, si intendebat[s] dicere quod ille esset de infimis[t] angelis, dicendum est cum Augustino, *Super Genesim,* XI libro[8]: « Mihi fateor unde hoc secundum Scripturas asseram, non interim occurrit. Asserant qui potuerint[u] haec duo genera bonorum angelorum, unum supercaelestium, in quibus nunquam[v] fuit qui cadendo diabolus factus est, alterum mundanorum, in quibus fuit ». Unde hanc opinionem reprobat vel ex Scriptura non esse certam affirmat.

2. Similiter respondendum ei quod introducit, tamquam aliorum recitando opinionem, in libro[x] *Super Genesim,* XI. Adhaerendum est ergo ipsi expressioni Scripturae.

ARTICULUS II. 69

Utrum Lucifer fuerit supremus inter angelos.

Deinde quaeritur utrum ille angelus fuerit supremus.

Quod sic[y], **videtur.** *a.* Dicitur enim Iob 40, 14: *Ipse est principium viarum Dei;* per vias autem operationes Dei intelliguntur; ergo fuit primus inter opera; ergo supremus inter angelos, cum haec prioritas non attendatur nisi dignitate.

b. Similiter in[z] Ezech. 28, 13: *Omnis lapis pretiosus operimentum tuum,* et enumerat ibi novem

---

[a] Ita V, alii om.; V om. *cuius.* [b] V *cotidie;* B om. *si.* [c] V *seductioni.* [d] Z om. [e] B om. [f] L om. *fuit... similiter.* [g] VT add. *Moralium,* quod L exp. [h] V *extensus,* item infra. [i] Z om. [k] R om., in F est add. interl. [l] V om. *ergo... ordine,* in F est add. mg. [m] B *dicit.* [n] Z om. *ambulasti... perfectus,* in R est add. mg. [o] L *corus.* [p] R *quod.* [q] V *quod,* RLZ om., in F est add. interl. [r] FRLZ *superiori.* [s] Ita V, alii *intelligebat;* T om. *si.* [t] Z *infinitis.* [u] VTFRZ *asserunt qui voluerunt* pro *a. q. p.* [v] V *unquam.* [x] B om. *l l.* [y] Ita V, alii om. [z] V om.

1 Quaest. 2 (PL 35, 2216).
2 Cap. 23, n. 47 sq. (PL 76, 664 sq.)
3 Loc. cit., n. 48 (PL 76, 666).
4 Loc. cit.
5 Ezech. 28, 14.
6 Cf. supra, nota 3.
7 Cf. Alex. Hal., *Summa theol.,* II, num. 196.
8 Cap. 19, n. 25 (PL 34, 439).

genera lapidum, per quae novem ordines angelorum intelliguntur, sicut dicit B. Gregorius[1]. Cum ergo ille cuius est operimentum, dicatur dignior operimento, angelus ille dignior erat natura aliis angelis. Unde B. Gregorius: « Ille primus angelus[a] ideo ornatus et opertus[b] extitit illis, quia eos quasi vestem ad ornamentum sui[c] habuit, et dum cunctis agminibus angelorum praelatus eorum claritatem transcenderet, ex eorum comparatione clarior fuit ».

c. Item, Ezech. 31, 8: *Cedri non fuerunt altiores illo in*[d] *paradiso Dei, abietes non adaequaverunt summitatem eius, omne lignum paradisi non est ei assimilatum et pulcritudini eius.* Quod sic exponit B.[e] Gregorius[2]: « Quid per cedros et abietes nisi virtutum caelestium procerae celsitudinis agmina, quae, quamvis excelsa sint condita, huic tamen nec sunt praelata nec aequata? Tanta species illum pulcriorem reddidit quanta et supposita angelorum multitudo decoravit ». Ex quo accipitur quod fuit supremus, cum nullus esset ei aequatus nec praelatus.

d. Item, in libro[f] *Quaestionum Veteris Testamenti*[3]: « Vidit infra se multas spirituales creaturas, quippe cum in paradiso Dei praestantior esset cognitione mysterii[g] caelestis ».

e. Similiter, sicut in[h] Isai. 14, 12 habetur, ille angelus dictus est Lucifer; sed non est dictus Lucifer nisi ex quadam similitudine: sicut enim Lucifer mane oritur et vicinior est soli, ita et[i] ille vicinior erat natura supremo Soli, scilicet Deo: unde et[k] *signaculum similitudinis* dicitur[l], Ezech. 28, 12. Quod exponit B.[m] Gregorius[4]: « *Signaculum similitudinis*[n] dicitur, ut quo subtilior est natura, eo in illum similitudo Dei plenius[o] creditur expressa ». Per quod videtur quod plenissime expressa similitudo secundum naturam diceretur ille angelus, sicut contingit in pura creatura.

f. Praeterea, videtur hoc ex suo inordinato appetitu, sicut dicitur Isai. 14, 13: *Ascendam*[p] *in caelum;* et constat quod fuit in caelo empyreo[5]; ergo de illo caelo non intelligitur; sed, si esset de inferioribus angelis, sufficeret ei in perverso appetitu parificari superiori angelo; sed iste voluit quodam modo parificari Deo, qui intelligitur per illud caelum quod est Trinitatis, ad quod dixit se ascensurum, Isai. 14, 13; ergo fuit supremus angelus.

Sed obicitur in contrarium: 1. Si supremus erat angelus, supposito quod angeli conditi sint in naturalibus et gratuitis[6], eminentiorem habuit naturam, eminentiorem etiam gratiam; ergo plura habuit inclinantia liberum arbitrium eius ut converteretur ad Deum quam inclinantia ut averteretur; ergo magis ordinatus erat ut converteretur quam ut averteretur; sed, cum aversus sit magis aliis qui aversi sunt, habuit plus de inclinatione ad avertendum; ergo non fuit supremus.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod fuit supremus, sicut ex praedictis auctoritatibus accipitur.

[Ad obiecta]: 1. Ad id vero quod obicitur in contrarium [dicendum] quod, licet haberet plura inclinantia ad conversionem[q] et magis esset inclinatus ad hoc, tamen, quia super alios[r] erat, et respexit ad inferius, considerando se esse super alios, plus aestimavit de se ut praeesset et nulli subesset. Unde dicit B. Gregorius[7]: « Relicto eo principio, cui inhaerere[s] debuit, suum sibi quodam modo esse principium appetiit; relicto eo qui vere poterat ei sufficere, se sibi posse sufficere iudicavit ».

70 ARTICULUS III.

Utrum Lucifer creatus fuerit malus vel non[8].

Postmodum quaeritur utrum creatus fuerit malus vel non creatus, sed factus a se ipso.

Quod videtur. 1. Dicitur enim in Iob 40, 14, secundum aliam litteram[9]: *Hoc*[t] *est initium figmenti Domini, quod fecit ut illudatur ab angelis eius.* Et in Psalmo[10]: *Draco iste quem finxisti*[u] *ad illudendum ei.* Si ergo fuit *initium figmenti,* ergo fuit figmentum; sed figmentum non dicitur ipsa natura per se, sed aliquid quod fictum est; fictio autem dicitur malitiae; ergo malus creatus fuit. Quod etiam videtur propter hoc quod sequitur: *Ut illudatur ab angelis eius;* non enim illusio est ab angelis bonis ratione naturae, sed ratione malitiae; ergo creatus fuit malus.

2. Item, Ioan. 8, 44: *Ab initio in veritate non stetit;* sed quid est '*ab initio*' nisi ab instanti

---

[a] T om. [b] Z *aptus.* [c] V *suum;* V *de,* R *cum* pro *dum.* [d] B om. [e] F om. [f] L add. interl. *II.* [g] F *ministerii.* [h] V om. [i] B om. [k] V *tu.* [l] V *Dei,* Z *dicit.* [m] B om. [n] B om., T om. *similitudinis... similitudinis.* [o] T add. *dicitur vel.* [p] FLZ *conscendam.* [q] B *conservationem.* [r] B *super aliquos* pro *q. s. a.* [s] V *adherere.* [t] V *hic.* [u] B *fecisti.*

1 Cf. *Moral.,* XXXII, c. 23, n. 48 (PL 76, 665), ubi et sequens.
2 Loc. cit., n. 47 (PL 76, 665).
3 Quaest. 2 (PL 35, 2216).
4 *Moral.,* loc. cit.; *In Evang.,* hom. 34, n. 7 (PL 76, 1250).
5 Cf. Alex. Hal., *Summa theol.,* II, num. 102.
6 Cf. Alex. Hal., loc. cit., num. 100.
7 *Moral.,* XXXIV, c. 21, n. 40 (PL 76, 740).
8 Cf. Lombard., II *Sent.,* d. 3, c. 4 (p. 319sqq.); S. Bonav., II *Sent.,* d. 3, a. 1, q. 1 (II, 112sqq.).
9 Secundum Septuaginta.
10 Psalm. 103, 27.

conditionis? Ergo in instanti conditionis fuit malus; sed in[a] instanti conditionis non potuit esse a se malus, cum prius sit esse quam velle; ergo fuit malus creatus.

Contra: *a.* A summo bono non procedit primo quod dissimile est[b] bonitati; sed malum est dissimile; ergo a summo bono non procedit primo malum[c]; sed angelus ille, sicut habitum est[1], *principium* fuit *viarum Domini;* ergo primo fuit[d] creatus; ergo non fuit ex creatione malus.

b. Item, sicut habetur in Luc. 10, 18: *Videbam Satanam sicut fulgur de caelo cadentem;* cecidit ergo; sed non cecidit, si talis est factus[e]; unde Augustinus, *Super Genesim*[2]: « Quod putatur nunquam diabolus in veritate stetisse nunquam cum angelis beatam vitam duxisse, non sic accipiendum est ut non propria voluntate depravatus, sed malus a bono Deo creatus putetur, alioquin non ab initio cecidisse diceretur: non[f] enim cecidit, si talis est factus, sed factus continuo se a luce veritatis[g] avertit ».

c. Item, Augustinus, XI *De civitate Dei*[3], accipiens illud verbum Ezech. 28, 13-14: *Ambulasti perfectus in viis tuis a diebus conditionis tuae, donec est inventa iniquitas*[h] *in te,* dicit: « Intelligitur ex hoc fuisse aliquando sine peccato »; unde hanc litteram ponit[4]: *Ambulasti in diebus tuis sine vitio*[5].

[Solutio]: Ad quod dicendum quod angelus ille non fuit malus ex creatione sive[i] conditione, sed propria voluntate depravatus[6].

[Ad obiecta]: 1. Ad id vero quod obicitur primo in contrarium, dicendum quod[k] dicitur *initium figmenti,* « non quia ab initio malum eum condidit, sed quia, cum sciret eum ad hoc propria voluntate malum futurum ut bonis noceret, creavit illum ad hoc ut de[l] illo bonis ipse prodesset. Hoc enim est *ut*[m] *illudatur ab angelis eius,* quoniam sic[n] illuditur, cum sanctis prosunt tentationes eius, quibus eos depravare conatur, ut malitia, in qua ipse esse voluit, eo nolente, sit utilis servis Dei », sicut dicit Augustinus[7]. Figmentum autem dicitur ibi pro factura, non sicut idola dicuntur figmenta vel peccata. Et per hoc patet qualiter respondendum est ad primo obiectum.

2. Ad secundum vero dicendum[o] quod illud Ioan. 8, 44: *Ab initio in veritate non stetit,* non intelligitur quod in instanti conditionis fuerit malus, sed post. Unde Augustinus, in libro *De correptione et gratia*[8]: « Dictum est de diabolo '*in veritate non stetit*', quia fuit ibi, sed non permansit ». Et XI *De civitate Dei*[9]: « Quod dicitur '*ab initio diabolus peccat*'[p], non ab initio peccare putandus est, sed[q] ab initio peccati, quod ab ipsius superbia coeperit[r] esse peccatum ».

CAPUT II. 71

QUOD FUERIT LUCIFERI PECCATUM[10].

Consequenter quaeritur quod fuit eius peccatum.

Et videtur quod superbia. *a.* Dicit enim Augustinus, *Super Genesim*[11]: « Factus continuo se a luce veritatis avertit, superbus, tumidus[s] et suae potestatis delectatione[t] depravatus ».

b. Item, Albinus, *Super Genesim*[12]: « Ad se ipsos conversi sunt et sua propria sunt delectati potestate; et iste[u] est primus defectus et prima inopia rationalis creaturae, et hoc vitium quid aliud nisi superbia nuncupatur? »

c. Item, Augustinus, XII *De civitate Dei*[13]: « Habentes elationis fastum pro excellentissima aeternitate, vanitatis astutiam pro certissima veritate, studia partium pro individua caritate, superbi, fallaces, invidi effecti sunt ». In hac autem serie primum est superbia; ergo superbia fuit primum peccatum.

d. Item, Augustinus, in libro *De vera religione*[14]: « Superbia quemdam appetitum unitatis

---

[a] Z om. [b] R om., in F est add. interl. [c] Z *malus.* [d] Ita V, alii om. [e] B *defectus.* [f] BT *neque.* [g] V om. [h] T add. *etiam;* V om. *dicit.* [i] F add. *ex.* [k] Ita V, alii *est quod ob hoc.* [l] V om.; B om. *ipse,* in F est add. mg. [m] Z om. *e. u;* BTRL om. *est,* in F est add. interl.; V *hic enim illuditur* pro *Hoc... illudatur.* [n] BT *sicut.* [o] Ita V, alii *obiectum dicendum est.* [p] R add. *et.* [q] Z *hoc.* [r] V *cepit.* [s] V *invidus.* [t] BT *delectione.* [u] B om.

1 Cf. supra, num. 69; Iob 40, 14.
2 *De Gen. ad litt.*, XI, c. 23, n. 30 (PL 34, 441).
3 Cap. 15 (PL 41, 330).
4 Augustin., loc. cit. 5 Ezech. 28, 13.
6 Inter errores, iam anno 1241 Parisiis damnatos quintus est: « quod malus angelus in principio suae creationis fuit malus et numquam fuit nisi malus ». Cf. Denifle-Chatelain, *Chartul. Univ. Paris.*, I, p. 171; S. Bonav., II *Sent.*, p. 547.
7 *De Gen. ad litt.*, XI, c. 22, n. 29 (PL 34, 440); cf. *De civit. Dei,* XI, c. 15 (PL 41, 330).
8 Cap. 6, n. 10 (PL 44, 922).
9 Cap. 15 (PL 41, 330).
10 Cf. S. Bonav., II *Sent.*, d. 5, a. 1, q. 1 (II, 145 sqq.).
11 *De Gen. ad litt.*, XI, c. 23 (PL 34, 441).
12 Interrog. 93 (PL 100, 526).
13 Cap. 1, n. 2 (PL 41, 349).
14 Cap. 45, n. 84 (PL 34, 160).

et omnipotentiae habet ». Sed hoc [a] fuit in primo angelo: appetiit enim non subesse et super alios esse; ergo peccavit peccato superbiae.

e. Item, Augustinus, in libro [b] *De vera religione* [1]: « Angelus magis se ipsum quam Deum diligendo subditus ei esse noluit et intumuit per superbiam ».

f. Item, Luc. 10, 18: *Videbam Satanam* etc., Glossa [2]: « Qui singulariter [elatus] erat [c], ut in eius ruina discerent quid de elatione timerent ». Ergo manifestum est quod eius ruina fuit superbia.

g. Item, Isidorus [3]: « Lucifer, eminentiam naturae et profunditatem scientiae suae perpendens, in Creatorem suum superbivit in tantum quod etiam Deo aequari voluit ».

Sed contra: 1. Videtur quod cupiditas fuit initium sui peccati. Anselmus [4] distinguit duo appetibilia, scilicet honestum et commodum; Hugo de S. Victore [5] loco honesti ponit iustitiam; unde dicit duo esse [d] appetibilia: iustitiam et commodum. Sed aliquando deseritur iustitia vel honestum propter commodum; sed [e] sic fecit angelus qui primo peccavit: deseruit enim honestum vel [f] iustitiam et appetiit quod sibi videbatur commodum; sed appetitus commodi fixus est in cupiditate, et ita videtur quod eius peccatum fuit cupiditas. — Item, Augustinus, *Super Genesim ad litteram* [6]: « Avaritia radix [g] omnis mali [7], hac diabolus cecidit; huic morbo contraria est *caritas,* quae *non quaerit quae sua sunt* [8] ». Et ibidem dicit quod ista avaritia est, non qua amatur pecunia, sed qua amatur propria potestas. Si ergo diabolus avaritia [h] primo cecidit, patet [i] quod avaritia sive cupiditas eius primum peccatum fuit.

2. Item, videtur quod omissio fuit [k] primum peccatum ipsius. Ideo enim cecidit primus angelus, quia consideravit pulcritudinem suam et non contulit; ergo tenebatur conferre. — Praeterea, illud [l] idem probatur sic: Iste enim tenebatur [m] vitare motum, et non poterat nisi conferendo vel ratiocinando; ergo tenebatur conferre; et non contulit; ergo omisit. — Praeterea, tenebatur vitare, et non vitavit; ergo omisit.

3. Item, videtur quod primum peccatum angeli fuerit peccatum infidelitatis. Nihil enim appetitur quod non aestimetur bonum; quando ergo angelus appetiit praeesse et [n] non subesse, aestimavit sibi illud esse bonum; ergo credidit quod hoc bonum erat sibi, quia regula est quod [a] aestimatio praecedit appetitum [9]; sed vera fides dicit quod creatura debet esse subiecta Creatori; et iste credidit se posse non subici Creatori, etiam antequam illud appeteret; ergo primum peccatum suum fuit peccatum infidelitatis.

Respondeo: 1. Concedendum est [b] quod primum peccatum diaboli fuit superbia et radix eius avaritia vel cupiditas. Nec est oppositio inter haec ad invicem sic se habentia. Superbia enim, quod est speciale peccatum, est amor sive appetitus propriae excellentiae, ita quod hoc quod [c] dico 'propriae' sonet in culpam, quia potest aliquis amare praeesse propter Deum, quod non est apostatare, nec tunc amat propriam excellentiam, sed excellentiam quasi communem, quia propter communem [d] utilitatem appetit praeesse; sed apostatare est, cum homo proprium [e] praeesse appetit: et sic dicitur superbia amor propriae excellentiae, et sic fuit in primo peccato diaboli, et ideo eius primum peccatum fuit superbia. Tamen eius radix fuit cupiditas, secundum quod in eo fuit appetitus propriae excellentiae. Et hoc est quod dicebatur in auctoritate Augustini [10], scilicet quod cupiditas ista est, non qua amatur pecunia, sed qua amatur potestas propria. — Sed notandum [f] quod superbia specialiter accipitur modo praedicto, secundum quod dicitur esse [g] primum peccatum angeli. Alio enim modo accipitur superbia generaliter: et sic dicitur quod est initium cuiuslibet peccati [11] et etiam superbiae diaboli specialiter acceptae. Et cupiditas similiter dicitur dupliciter: potest enim dici cupiditas amor inordinatus cuiuscumque [h] rei, et sic accipitur generaliter; vel amor inordinatus pecuniae vel honorum [i] vel huiusmodi rerum transeuntium, et sic [k] accipitur specialiter.

2. Ad id vero quod obicitur de omissione, dicendum [l] quod omissio accipitur dupliciter: uno modo generaliter, et secundum hoc dicitur desistentia a bono; alio modo [m] specialiter, secundum quod addit [n] actum impeditivum debiti actus, ut cum quis [o] facit contrarium actum ei ad quem tenetur. Primo [p] modo omissio non est species peccati, sed est concomitans peccatum, et sic superbiam etiam concomitatur [q] omissio: et hoc modo potuit omittere diabolus, secundo vero modo non omisit.

---

[a] V *hec.* [b] Ita V, alii om. *i. l.* [c] Ita BT, alii add. *et.* [d] T om. [e] B *et.* [f] B *et;* V om. *et.* [g] R add. *est.* [h] T add. *autem.* [i] R add. *ergo,* quod F exp. [k] BT *fuerit.* [l] R om. [m] T om. [n] V *vel.*

[a] Ita V, alii *quia.* [b] B om. [c] T om. [d] V om. *q. p. c.* [e] BT add. *precise.* [f] Ita V, alii add. *est.* [g] R om., in F est add. mg. [h] B *cuiuslibet.* [i] B *bonorum.* [k] R *si.* [l] Ita B, alii add. *est.* [m] B om. [n] RL *addat,* quod FZ corr. [o] Ita V, alii *aliquis.* [p] F add. *enim.* [q] VL *comitatur;* B om. *etiam.*

1 Cap. 13 (PL 34, 133).
2 Cf. Gregor. M., *Moral.*, XXIII, c. 6, n. 13 (PL 76, 259).
3 Cf. *Sentent.*, I, c. 10, nn. 6-8 (PL 83, 555), sed verbotenus apud Lombard., II *Sent.*, d. 6, c. 1 (p. 330).
4 Cf. *De casu diaboli,* c. 4 (PL 158, 332 sq.).
5 Cf. *De sacram. christ. fid.*, I, p. 7, c. 11 (PL 176, 291).
6 Lib. XI, c. 15, n. 19 (PL 34, 437), ubi et sequens.
7 Cf. I Tim. 6, 10. 8 I Cor. 13, 5.
9 Cf. Aristot., *Ethica ad Nicom.*, III, c. 3 (II, 26).
10 Cf. supra, nota 6. 11 Cf. Eccli. 10, 15.

3. Ad id vero quod obicitur de infidelitate, dicendum [a] quod, licet appeteret praeesse et non subesse alicui, non oportet ex hoc quod crederet utrumque se posse, scilicet praeesse et non subesse. Dicit enim Augustinus[1]: Ambitiosa voluntas non quid [b] possit, sed quid velit, attendit; voluntas enim impossibilium est[2].

Ad id vero quod posset obici de hoc quod dicitur Isai. 14,14: *Dixisti in corde tuo, similis ero Altissimo,* ubi videtur credere se posse aequiparari Deo: respondendum est[3] quod dicitur aequiparantia simpliciter, et hoc modo non appetiit esse sicut Deus, secundum quorumdam[4] expositionem; sed [c] appetiit praeesse et non [d] subesse, quod si esset, esset Deus: et haec est aequiparantia quantum ad aliquid. Nec sequitur 'appetiit huiusmodi aequiparantiam, ergo appetiit esse Deus'; nec sequitur 'appetiit [e] aequiparantiam divinam, ergo credidit se posse attingere'. Cum verbo enim 'appetitus' non tenet argumentatio [f] ab uno appetibili ad suum convertibile nec a verbo 'appetendi' ad verbum 'credendi'. Credere tamen multipliciter dicitur. Uno enim modo dicitur 'credere' a fide: et sic non credidit. Alio vero [g] modo dicitur 'credere' a simplici aestimatione boni: et hoc modo potuit credere aequiparantiam esse bonum sibi, et fuit aestimatio erronea, non praecedens peccatum, sed in ipso peccato, secundum quod liberum arbitrium dicitur « facultas voluntatis et rationis[5] », et haec credulitas erronea non opponitur [h] fidei: non enim respicit complexum.

CAPUT III.

QUOD FUERIT LUCIFERO MOTIVUM AD PECCANDUM[6].

ARTICULUS I. 72

Utrum Lucifer appetiit aequiparantiam ad Deum.

Quaeritur consequenter quod fuerit [i] motivum ad peccandum. Et dicitur quod [k] aequiparantia ad Deum.

Quod videtur, 1. per hoc quod dicitur Isai. 14,14: *Ascendam in caelum* etc.; sed tunc angelus ille erat in caelo empyreo; ergo non appetebat ascendere in caelum empyreum; sed supra illud caelum non est nisi caelum Trinitatis, quod est ipse Deus[7]; ergo appetebat ascendere ad aequalitatem Dei.

2. Item, in Psalmo[8]: *Quae non rapui, tunc exsolvebam,* Glossa[9]: « Rapuit Eva [l] divinitatem praesumens ut diabolus; et quia rapere voluerunt divinitatem, amiserunt felicitatem ». Sed Christus illud exsolvit, non rapiendo divinitatem, Philip. 2,6: *Non rapinam arbitratus est* [m] *esse se aequalem Deo;* ergo diabolus voluit rapere divinitatem.

3. Item, Augustinus, in *Quaestionibus* [n] *Veteris Testamenti*[10]: « Ipsa elatione inflatus voluit dici Deus ».

4. Item, Gregorius[11]: « Angelus [o] iste, celsitudinis divinae culmen aspiciens, ius perversae libertatis appetiit, ut praeesset ceteris et nulli subesset ». Sed praeesse ceteris et nulli subesse est proprium Dei; ergo appetiit aequalitatem Dei.

5. Item, Anselmus[12]: « Non solum voluit esse aequalis Deo, quia praesumpsit habere propriam voluntatem, sed maior voluit esse, volendo quod Deus ipsum nolle volebat ». Ergo voluit [p] esse aequalis Deo, praesumendo aequiparantiam in habendo propriam voluntatem, quod est Dei solius.

Contra: *a.* Certissimum est creaturam non posse adaequari suo Creatori; et hoc scivit angelus, cum haberet perspicacissimam rationem; ergo nunquam appetiit aequalitatem Dei.

b. Item, Anselmus[13]: « Appetebat illud ad quod ascendere potuisset et pervenisset, si ordinate appetivisset ». Sed nunquam potuisset [q] pervenire ad hoc quod esset aequalis Deo; ergo nunquam hoc appetiit.

c. Item, Anselmus sic opponit: Si Deus non potest cogitari nisi ita ut ei similis cogitari non possit, non est aestimandum quod diabolus esset ita [r] obtusae mentis quod appeteret illud quod non poterat cogitare; ergo nunquam appetiit se esse aequalem Deo. — Quod [s] autem aequalis

---

[a] Ita V, alii add. *est.* [b] R *quis.* [c] L add. interl. *non quod.* [d] T om. [e] R om. *huiusmodi... appetiit.* [f] B *ratio.* [g] V om., in F est add. interl. [h] V *oppositio.* [i] B *fuit;* Z *quid* pro *quod.* [k] V *de.* [l] T om. [m] FRLZ om. [n] V *civitate,* T *libro Quest.* [o] V om. [p] V *volebat.* [q] Ita B, alii *potuit.* [r] R om. [s] BT *Item quod.*

1 Cf. Anselm., *De casu diaboli,* c. 4 (PL 158, 333).
2 Aristot., *Ethica ad Nicom.,* III, c. 2 (II, 26).
3 Cf. infra, num. 72.
4 Cf. Anselm., *De casu diaboli,* c. 4 (PL 158, 332 sq.).
5 Cf. supra, p. 12, nota 6.
6 Cf. S. Bonav., II *Sent.,* d. 5, a. 1, q. 2 (II, 148 sqq.).
7 Cf. Alex. Hal., *Summa theol.,* II, p. 128, *ad 1.*
8 Psalm. 68, 5.
9 Lombardi, in h. l. (PL 191, 629), ex Augustino, *Enarr. in Psalm. 68,* sermo 1, n. 9 (PL 36, 848).
10 Quaest. 2 (PL 35, 2216 sq.).
11 *Moral.,* XXXIV, c. 21, n. 40 (PL 76, 740).
12 *De casu diaboli,* c. 4 (PL 158, 333).
13 Loc. cit., cc. 4 et 6 (PL 158, 332 sq.), ubi et sequens.

creatura excogitari non possit, patet per hoc quod dicitur in Psalmo[1]: *Deus, quis similis erit tibi?* Simile enim accipitur ibi pro similitudine aequiparantiae. Et Isai. 40, 18: *Cui similem fecistis Deum?* Et in Psalmo[2] dicitur de Christo homine: *Mirabilis facta est scientia tua ex me, confortata est, et non potero ad eam.* Ergo creatura non potuit ad aequalitatem Creatoris, cum hoc non posset humana natura in Christo.

[Solutio]: Ad quod dicendum[3] quod non appetiit aequalitatem divinam in hac ratione vel esse sicut Deus in hac ratione[a] simpliciter, sed appetiit illud quod, si obtinuisset eo modo quo appetiit, esset aequalis Deo[b] vel sicut Deus. Praeesse enim[c] omnibus et nulli subesse hoc est proprium Dei; similiter habere beatitudinem ex nullo merito suo vel alieno est conveniens soli Deo: unde appetere hoc, est appetere illud ex quo consequitur aequalitas. Sed cum verbo 'appetendi' non tenet: 'ergo appetiit aequalitatem'.

[Ad obiecta]: 1. Ad primo ergo obiectum respondendum est quod illud 'ascendere' Luciferi, de quo dicitur in Isaia[d], non fuit nisi ascendere per appetitum; appetitus vero[e] ille fuit respectu illius rei, sicut dictum est[4], quae propria est Dei, et ita quoad hoc esset sicut Deus; nec tamen sequitur 'ergo appetebat ascendere ad aequalitatem Dei'. — Similiter intelligitur illud quod dicitur ibi in Glossa[5]: «Ubi est solium Dei, cupiebat ascendere». Solium autem Dei dicitur ibi divina maiestas: divinae maiestatis est omnibus praeesse et nulli subesse.

2. Ad secundum dicendum[f] quod diabolus appetiit similitudinem potentiae divinae, sicut dictum est[6], in praeesse et[g] non subesse, sicut habetur a B. Bernardo, exponente illud Psalmi[7]: *Domine, ne in furore tuo arguas me,* 69 cap. *Expositionis Canticorum*[8]: «*Non arguas me in furore,* sicut angelum extollentem[h] se in caelo; *neque in ira tua corripias me,* sicut hominem in paradiso. Ambo *iniquitatem meditati*[9] sunt altitudinem affectantes, iste potentiae, ille scientiae».

3. Ad tertium dicendum quod velle dici Deus vel esse non est nisi per quamdam interpretationem, quia voluit quod si haberet, quasi Deus diceretur.

4. Ad illud vero Gregorii dicendum[i] quod suum appetere non fuit primo et principaliter eum esse Deum, sed esse sicut Deus in hoc quod praeesset aliis et non subesset. Unde praemittitur in auctoritate B. Gregorii[10]: «Ita Deus supra[k] omnia est, ut ipse sub nullo sit; sic autem appetiit, dicens[l][11]: *Ascendam super altitudinem nubium, similis ero Altissimo*».

5. Ad id vero quod dicit Anselmus similiter respondendum est, quia appetere beatitudinem sine omni merito suo vel alieno est proprium Dei: unde appetendo hoc, ex consequenti dicitur appetiisse esse sicut Deus[12]. Praeterea, habere propriam voluntatem illud est proprium Dei uno modo et alio modo[m] potest extendi. Si[n] enim 'habere propriam voluntatem' dicitur habere voluntatem[o] non sub alio ordinatam, sed ad quam aliae debent ordinari, secundum hoc solus Deus habet propriam voluntatem; et praesumendo[p] sic habere propriam voluntatem[q] est velle illud in quo consistit aequalitas cum Deo. Alio vero modo 'habere propriam voluntatem' potest dici habere voluntatem[r] non conformatam divinae voluntati; unde Anselmus, in libro *De incarnatione Verbi*[13]: «Propria voluntas angeli sive hominis est quae contra voluntatem Dei est. Cum enim vult aliquid quod Deus velle prohibet, nullum habet auctorem suae voluntatis nisi se ipsum, et ideo sua propria est». Et hoc modo peccator dicitur habere propriam voluntatem. Secundum hunc modum praesumendo habere propriam voluntatem, non est praesumere aequalitatem divinam.

73 ARTICULUS II.

Utrum Lucifer appetiit esse similis Deo[14].

Adhuc etiam quaeritur de hoc quod dicitur Isai. 14, 14: *Ero similis Altissimo.*

Videtur enim quod non in hoc peccaverit appetendo esse similis Deo. 1. Appetere enim similitudinem Dei est appetere bonum; quod patet per hoc quod dicitur I Ioan. 3, 2: *Cum apparuerit, similes ei erimus.*

2. Item, unaquaeque creatura rationalis naturaliter appetit Deo assimilari[s], quia ad hoc creata

---

[a] L om. *vel... ratione.* [b] Ita V, alii om. [c] T om. [d] V *Psalmo.* [e] F *enim,* Z *vere.* [f] Ita V, alii *vero dicendum est.* [g] Z add. *in.* [h] TR *excolentem,* quod L corr. [i] Ita F, alii add. *est;* B om. *vero.* [k] VF *super.* [l] B *docens.* [m] V om. *e. a. m.* [n] V *sic.* [o] L om. *d. h. v.* [p] V *sumendo* pro *e. p.;* R om. *et.* [q] V *proprium* pro *h. p. v.;* B om. *propriam.* [r] R om. *p. d. h. v.* [s] V *similari;* Z om. *D. a.*

1 Psalm. 34, 10.
2 Psalm. 138, 5.
3 Cf. supra, p. 89a.
4 Hic, in *Solutione.*
5 *Ordin., In Isai.* 14, 13 (PL 113, 1253).
6 Cf. hic, in *Solutione.*
7 Psalm. 6, 1.
8 Sermo 69, n. 2 (PL 183, 1113).
9 Psalm. 35, 5.
10 *Moral.,* XXXIV, c. 21, n. 40 (PL 76, 740).
11 Isai. 14, 14.
12 Cf. hic, in *Solutione.*
13 Potius *De fide Trinitatis,* c. 5 (PL 158, 277).
14 Cf. Praeposit., *Summa,* II (f. 89b).

est ut ei similis efficiatur; sed non peccat[a] liberum arbitrium appetendo quod dictat natura; ergo nec peccavit appetendo[b] similitudinem Altissimi.

3. Praeterea, cum ipse esset super omnes, sicut dicit B. Gregorius[1], ita conditus[c] fuerat ut ceteris angelorum legionibus emineret; ergo similis erat Altissimo in potentia; appetendo ergo illud, non appetiit inordinate.

4. Praeterea, sicut[d] dicit B. Gregorius, pervenisset ad celsitudinem, si stetisset. Unde dicit[e] Gregorius[2]: «Celsus nimirum esset, si participatione celsitudinis verae contentus esset; celsus esset, si ei, qui vere celsus est, inhaerere voluisset». Ex quo videtur quod non peccaverit appetendo huiusmodi celsitudinem.

5. Item, appetitus primo et per se in finem ordinatur; sed beatitudo erat finis; ergo, si appetiit beatitudinem primo et per se, et in hoc appetiit esse similis, non peccavit sic appetendo.

6. Sed[f] forte dicetur quod in hoc peccavit, quia fugit ministerium. — Contra: Potest appeti finis, licet non appetatur omne[g] illud quod est ad finem; ergo, si Lucifer appetiit beatitudinem et non appetiit ministerium, non propter hoc peccavit sic appetendo.

[Solutio]: 1. Ad quod respondendum quod est multiplex similitudo. Prima similitudo dicitur naturae, de qua dicitur Ezech. 28, 12: *Tu signaculum similitudinis.* Secunda est gratiae: sicut enim peccatum facit[h] esse dissimilem Deo, ita gratia similem. Tertia similitudo est gloriae, de qua dicitur[3]: *Cum apparuerit, similes ei erimus.* Quarta[i] est similitudo aequiparantiae, qua dicitur Filius similis Patri vel Spiritus Sanctus similis Patri. Appetendo ergo[k] aliquam trium similitudinum eo[l] modo quo debet appeti vel congruit appeti, non est peccatum; appetendo vero quartam vel id ex quo sequitur, est peccatum in creatura. Unde Lucifer, appetendo similitudinem Altissimi illo modo vel illud ex quo consequebatur, peccavit.

2. Ad secundum dicendum quod hanc ultimam similitudinem appetere non dictat natura, et ideo non fuit voluntas ipsius angeli conformis naturae sic appetendo.

3. Ad tertium dicendum quod appetendo similitudinem, ad quam ordinatus erat ex natura, non peccavit: hoc autem fuit praeesse aliis; sed appetere nulli subesse, fuit appetere similitudinem supra se, et ideo in hoc peccavit: appetiit enim[m] similitudinem non in mensura sibi determinata.

4. Ad id vero quod quarto obicitur, dicendum[n] quod est quaedam celsitudo gratiae sive gloriae super omnes alios angelos, et ad hanc similitudinem in celsitudine pervenisset, si stetisset, sed haec non fuit illa quam appetendo peccavit.

5. Ad quintum vero[o] dicendum quod, secundum Anselmum[4], appetiit ipse finem, sed non eo modo quo debuit: appetiit enim beatitudinem[p] sine merito praecedenti; hoc autem in creatura est inordinate appetere beatitudinem.

6. Ad sequens vero dicendum quod, si tantum esset appetitus ipsius finis, non excludendo debitum ordinem ad finem, non in hoc peccasset; sed appetendo finem, debitum ordinem exclusit: unde sic appetendo peccavit.

ARTICULUS III. 74

Utrum Lucifer peccaverit considerando ex parte superiori vel inferiori.

Deinde quaeritur de hoc quod Lucifer positus erat in medio inter Deum, cui subesse debebat, et inter angelos, quibus praeerat; si ergo peccavit, aut peccavit ex parte superiori considerando aut ex parte inferiori.

1. Ex parte inferiori non videtur: praeerat enim aliis angelis[q]; ergo appetendo hanc praeeminentiam vel sic praeesse, non peccavit.

2. Ex parte vero superiori non videtur quod peccavit: non enim a Deo poterat accipere aliquod motivum unde peccaret. Ex illa etiam parte non est error sive erroris causa: omnis enim[r] rectitudo ex illa parte accipitur. — Praeterea, Ezech. 28, 15: *Ambulasti perfectus in viis tuis;* considerando autem istam perfectionem dicitur ipse peccasse; ex parte vero superiori, si consideraret, inveniret se imperfectum comparatione Dei; ergo ex illa parte non fuit motivum peccati; ergo nec peccatum[s]. — Praeterea, Ezech. 28, 5: *Elevatum est cor tuum in robore tuo;* sed comparatione Dei non consideravit se

---

[a] Z om. *s. n. p.* [b] T om. *quod... appetendo.* [c] T om. [d] BT om. [e] Z add. *beatus.* [f] BT om. [g] BTRZ *esse.* [h] F add. *hominem.* [i] BT add. *vero.* [k] B om. [l] R *eodem,* quod F corr. [m] V om. [n] Ita V, alii add. *est.* [o] V om. [p] F *similitudinem,* quod R corr. [q] BT om. [r] VR om., in L est add. mg., in FZ add. interl. [s] V *ipsum.*

1 Cf. *Moral.*, XXXII, c. 23, n. 47 (PL 76, 665).
2 *Moral.*, XXXIV, c. 21, n. 40 (PL 76, 740).
3 I Ioan. 3, 2.
4 Cf. *De casu diaboli*, c. 4 (PL 158, 333).

habere robur vel fortitudinem; ergo ex illa parte considerando, non peccavit. — Similiter dicitur ibidem[1]: *Elevatum est cor tuum in decore tuo;* comparatione vero Dei minus habuit decoris; ergo ex illa parte non fuit initium superbiae; ergo considerando ex illa parte non peccavit.

[Solutio]: Ad hoc respondendum[a] quod duplex erat consideratio: una eius quod habuit, altera eius quod appetiit. Consideratio vero eius quod habuit fuit quod praeeminebat ceteris angelis[b], scilicet in fortitudine sive decore: et hoc fuit[c] inductivum sive inclinativum ad peccatum; hoc non accipiebatur ex parte superiori, sed ex parte inferiori. Consideratio vero eius[d] quod appetiit fuit a parte superiori, non ab ipso superiori[e], sed a se: et in illo fuit consummatio peccati.

[Ad obiecta]: 1. Ad id ergo quod primo obiciebatur quod 'a parte inferiori non peccavit': dicendum[f] quod ipsum esse peccati non fuit in respectu ad inferius, sed inductio peccati. Conversio enim ad mutabile bonum est initium peccati, aversio vero ab incommutabili bono, quae fuit in appetendo similitudinem aequiparantiae[2], hoc[g] fuit in quo consummatur peccatum: et sic peccavit angelus a Deo aversus, ad se conversus.

2. Ad id autem quod[h] dicitur quod 'a parte superiori non fuit motivum ad peccatum': dicendum[i] quod hoc verum est ex[k] parte rei superioris, sed non[l] ex parte rei inferioris. Ipse enim angelus, sicut dicit Augustinus, in libro *De civitate Dei*[3], propria potestate est[m] delectatus; et hoc idem dicit Albinus, *Super Genesim*[4].

CAPUT IV.

DE QUALITATE PECCATI LUCIFERI.

75 ARTICULUS I.

Utrum peccatum Luciferi sit remediabile vel irremediabile[5].

Postmodum[a] quaeritur de qualitate peccati primi angeli, utrum scilicet sit remediabile vel irremediabile[b].

Et videtur quod sit irremediabile, *a.* per hoc quod dicit B.[c] Gregorius[6] super illud Iob 10,9: *Memento, quaeso, quod sicut lutum feceris me*[d]: « Unde venialis est in homine culpa, cum sit irremediabilis[e] in angelo, qui robustus fuit ».

b. Item, super illud Iob 3,3: *Pereat dies, in qua natus sum!* Gregorius[f][7]: « Homo redimitur, quia, cum caro et spiritus sit, infirmum habuit aliquid ut peccaret, quod non angelus ».

c. Praeterea, angelus propria, homo aliena periit malitia: et hoc est dictu quia homo alio[g] suggerente peccavit, diabolus vero per se, nullo suggerente.

d. Item, Augustinus, in libro *De mirabilibus*[8]: « Angelus fuit in sublimissimo statu, et ideo resurgere non potuit, quod non[h] homo »; et iterum: « Resurgere non[i] potuit, quia per semetipsum mandati transgressum[k] reperit ».

Contra: 1. Peccatum angeli non excedit in malitia peccatum hominis in infinitum. — Quod sic probatur: Sicut se habet poena ad poenam, ita culpa ad culpam; sed poena angeli non excedit in infinitum poenam hominis acerbitate; ergo nec culpa in[l] infinitum excedit culpam; sed irremissibile[m] in infinitum excedit remissibile[n], cum sit ei improportionale; ergo peccatum angeli non fuit irremissibile[o].

2. Praeterea, si propter hoc diceretur irremissibile, quia ex se et non ex imitatione alterius peccavit, sed tale fuit peccatum minorum angelorum, quia ex imitatione peccaverunt: ergo illud esset remissibile; sed non fuit remissibile[p]; ergo haec non fuit causa.

3. Praeterea, scientia angeli non in infinitum excedebat scientiam hominis ante peccatum; ergo ratione status in cognitione sive scientia non

---

[a] Ita V, alii add. *est.* [b] Ita V, alii add. *quod preeminebat;* T om. *in,* in Z est add. interl. [c] Z *habuit* pro *h. f.* [d] V om. [e] V om. *n. a. i. s.* [f] Ita V, alii add. *est.* [g] FRLZ *hec.* [h] Ita V, alii *Quod autem* pro *A. i. a. q.* [i] Ita V, alii add. *est.* [k] B *a.* [l] Ita V, alii om. [m] R *eius.*

[a] B *postea.* [b] Z om. *v. i.* [c] R om. [d] F add. *et in pulverem.* [e] BT *irremissibilis;* B om. *in.* [f] B *quod,* T *tunc.* [g] VFLZ *a.* [h] V *si.* [i] V om., in L est add. mg.; B *ideo* pro *iterum.* [k] Z add. mg. *vel dampnum.* [l] L om. [m] Ita BT, alii *irremediabile.* [n] V *remediabile.* [o] V *irremediabile;* item infra. [p] L om. *s. n. f. r.*

1 Ezech. 28, 17.
2 Cf. supra, num. 72.
3 Cf. lib. XI, c. 13 (PL 41, 329).
4 Interrog. 93 (PL 100, 526).
5 Cf. S. Bonav., II *Sent.*, d. 7, p. 1, a. 1, q. 1 (II, 173 sq.).
6 Verbotenus in *Glossa ordin.*, in h. l. (PL 113, 786); cf. Gregor. M., *Moral.*, IX, c. 50 (PL 75, 900).
7 Verbotenus in *Glossa ordin., In Iob* 3, 4, ap. Lyran.; cf. Gregor. M., *Moral.*, IV, c. 3 (PL 75, 642).
8 Lib. I, c. 2 (PL 35, 2153), ubi et sequens.

diceretur peccatum angeli irremissibile, peccatum vero hominis remissibile.

4. Praeterea, si propter hoc diceretur peccatum hominis remissibile sive veniabile[a], quia homo est fragilis, quia ex limo constitutus, secundum hoc anima, si separata esset[b] et peccaret, peccatum eius esset irremissibile; sed supposito hoc quod anima separata peccaret et postea coniungeretur corpori, sicut dixerunt quidam haeretici[1], secundum hoc esset peccatum ipsius animae iam existentis in corpore irremissibile; quod cum non sit verum, relinquitur quod non est ratio irremissibilitatis[c] ipsa separatio a corpore.

5. Praeterea, dicit B. Gregorius[2]: « Idcirco peccans[d] sine venia est damnatus, quia magnus sine comparatione fuerat creatus ». Sed secundum hoc minores angeli, qui non erant creati magni sine comparatione, non peccassent irremissibiliter[e].

6. Praeterea, angelus de natura sua vertibilitatem habet in bonum et in malum; sed quod est a natura, non potest tolli: a nullo enim posset nisi a Deo; sed Deus non vult; ergo semper permanet illud, cum sit[f] naturale in angelo; ergo post peccatum primum ipsius; ergo potuit tunc verti in bonum; sed, si potuit verti in bonum[g], potuit tolli peccatum ipsius; ergo peccatum eius[h] non fuit irremissibile.

7. Item, aut Deus potuit post peccatum[i] dare ei gratiam aut non. Si non potuit ei dare gratiam, ergo non est omnipotens. Si potuit Deus dare ei[k] gratiam, ergo iste potuit habere; et si potuit habere[l], potuit ei[m] dimitti peccatum; et si potuit ei dimitti peccatum, non fuit peccatum eius[n] irremissibile; ergo peccatum eius[o] fuit remissibile.

8. Item, Origenes[3] sic ostendit peccatum eius esse remissibile: Misericordia Dei infinita est respectu cuiuslibet mali in rationali creatura; magis enim bona est quam quodlibet malum sit[p] malum. Unde Bernardus[q 4], exponens illud Gen. 4, 13: *Maior est iniquitas mea quam ut veniam merear:* « Immo debuit dicere 'maior est[r] misericordia Dei quam mea iniquitas' ». Sed maxima misericordia manifestatur in delendo maximum malum; cum ergo maximum[s] malum sit peccatum angeli, vel non manifestabitur[a] in summo misericordia Dei vel illud aliquando remittetur.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod irremissibile dicitur dupliciter: vel quod non[b] remittetur vel quod non potest remitti, quantum est de potentia remittentis. Primo modo dicitur peccatum angeli irremissibile, quia[c] non remittetur. Sed adhuc distinguitur. Dicitur enim irremissibile quod[d] non remittetur, eo quod non est liberum arbitrium in statu receptibili remissionis, sicut est de anima post mortem: peccatum enim sic dicitur esse irremissibile[e]; post mortem enim[f] non est locus merendi de congruo vel demerendi[g]. — Dicitur iterum irremissibile peccatum, quod scilicet non remittetur, quia, licet sit in statu liberi arbitrii, in quo possit demereri, non tamen est in statu in[h] quo possit petere veniam propter mentis indurationem et propter desperationem. Unde dicit Augustinus, in libro *De mirabilibus*[5]: « Ad cumulum peccati sui desperavit ». Hoc autem modo est peccatum ipsius angeli irremissibile. Unde dicit Isidorus[6]: « Diabolus non petit veniam, quia non compungitur ad poenitentiam ». Poenitere autem non potuit, quia in eo qui poenitet est dolor de peccato et gaudium de dolore; haec autem non sunt in ipso angelo: adhuc enim est in eo gaudium de peccato; nec est in eo dolor de[i] peccato, quia, sicut dicit Gregorius[7]: « Appetitum celsitudinis vertit in rigorem mentis, ut iam per duritiam se male esse non sentiat, qui praeesse per gloriam quaerebat ». — Praeterea, dicitur irrremissibile peccatum ipsius ratione excellentiae status angelici. Sicut enim[k] dicitur Gen. 6, 3: *Non permanebit spiritus meus in homine in aeternum, quia caro est,* ita per oppositum videtur argui: permanebit spiritus indignationis divinae in aeternum in spiritu, quia spiritus est. Ratione etiam excellentiae sui status: angelus enim, cum adhaesit bono vel malo, immutabiliter adhaesit. Sicut enim dicit B. Gregorius[8]: « Angeli natura mutabiles[l] erant, quatenus aut sua[m] sponte caderent aut ex arbitrio starent, sed hanc mutabilitatem standi immutabilitate[n] vicerunt »; et loquitur de bonis; ergo per oppositum, sicut illi acceperunt immutabilitatem in bono, quia steterunt in bono, ita per oppositum alii

---

[a] V *veniale.* [b] Z add. mg. *a corpore.* [c] V *remissibilitatis.* [d] V *peccatis,* quod Z corr.; B *primus angelus.* [e] Ita F, alii *irremediabiliter.* [f] V *est* pro *c. s.* [g] VRL om. *sed... bonum,* in FZ est add. mg. [h] BT *suum.* [i] T om. *p. p.* [k] Ita V, alii om. [l] VT om. *e. s. p. h.* [m] R add. *etiam.* [n] VFRL om. [o] T add. mg. *non.* [p] Ita V, alii om. [q] V *Boethius.* [r] FR om. *m. e.,* in L est add. mg. [s] T *magnum.* [a] R *manifestatur;* V *summa* pro *i. s.* [b] V om. [c] T *quod.* [d] T *quia.* [e] R *remissibile,* quod FLZ corr. [f] L (corr.) *quia.* [g] F add. *item.* [h] F om. [i] F *pro.* [k] V om. [l] T *unibiles.* [m] F add. *potestate vel.* [n] T *in unitate,* R *in vagabilitate.*

1 Origenes et Priscillianistae. Cf. Denzinger-Bannwart, *Enchir.*, nn. 203 et 236; Augustin., *De civit. Dei,* XI, c. 23, n. 1 (PL 41, 336); S. Bonav, II *Sent.*, p. 449, nota 8.

2 Cf. loc. cit. et *Moral.*, IX, c. 50, n. 76 (PL 75, 900).

3 Cf. *Contra Celsum,* III, n. 71 (PG 11, 1014). Origenis opinionem refert Augustinus, addens: « Sed illum et propter hoc et propter alia nonnulla... non immerito reprobavit Ecclesia ». *De civit. Dei,* XXI, cc. 17 et 23 (PL 41, 731, 735).

4 Cf. *In Cantica Cantic.*, sermo 11, n. 2 (PL 183, 825).

5 Lib. I, c. 2 (PL 35, 2154).

6 *Sentent.*, I, c. 10, n. 9 (PL 83, 555).

7 *Moral.*, XXXIV, c. 21, n. 41 (PL 76, 741).

8 *Moral.*, XXV, c. 6, n. 11 (PL 76, 325).

obtinuerunt immutabilitatem in malo, quia conversi sunt ad malum. Est ergo peccatum diaboli irremissibile[a] ratione status supra dicti. — Notandum autem quod propter aliud dicitur irremissibile et propter aliud irremediabile. Irremissibile[b] enim dicitur, quia non habet causam motivam ex parte sui ad remissionem; irremediabile vero, quia nec per se nec per alium receptibile est remedii. Peccatum enim originale remediabile[c] fuit per alium: sicut enim homo contraxit illud aliunde, ita per alium fuit remedium. Actuale vero hominis remediabile[d] est per poenitentiam: sicut enim homo per se delinquit, ita homo per gratiam sibi datam satisfacit. Habet enim homo duplicem vertibilitatem: vertibilitatem primam, quae est in[e] bonum et malum[1], et vertibilitatem secundam, quae est a bono in malum et a malo in bonum, et hoc est quia anima rationalis est spiritus creatus unitus carni.

[Ad obiecta]: 1. Ad id ergo quod primo obicitur, dicendum[f] quod peccatum angeli in quantitate non excedit in infinitum peccatum hominis; secundum autem quantitatem peccati debetur quantitas poenae. Sed dicitur improportionale, non sicut infinitum est improportionale finito, sed quia hoc est irremissibile, illud vero remissibile, et hoc dicitur respectu quantitatis in durationeg, non quantitatis in intensione, de qua dictum est[2]. Quod enim remissibile est, potest finem habere; quod autem irremissibile est, non potest finem habere[h], prout huiusmodi, vel ad minus finem non habebit. Unde in hac via dicetur improportionale, sicut[i] infinitum durationerespectu finiti vel quod potest finiri.

2. Ad secundum vero dicendum[k] quod peccatum hominis non dicitur remissibile quia peccaverit per imitationem, sed quia[l] per suggestionem. Hanc enim rationem assignat cum aliis B. Gregorius, sicut supra habitum est[3]. Unde quod peccatum sit irremissibile, hanc assignat rationem B.[m] Gregorius, in libro *Moralium*, IV[4]: « Angelorum spiritus idcirco irremissibiliter peccaverunt, quia nimirum angelus sua[n] malitia cecidit, hominem vero aliena prostravit. Nec ulla spe veniae revocatur nec unquam lumen pristini status recipit, quoniam hoc etiam non suasus amisit; sic illum perpetrare caecitas superbiae gravat, ut nequaquam ulterius ad lucem poenitentiae per divini respectus memoriam resurgat ».

3. Ad tertium dicendum quod, licet scientia angeli non excedat in quantitate in infinitum scientiam hominis in primo statu, tamen differens est modus sciendi, secundum quem dicitur esse improportionalitas[o]. Et ideo dicit Dionysius, in libro *De divinis nominibus*[5]: « Daemonis malum est contra intellectum deiformem[p] esse, animae vero contra rationem, corpori vero contra naturam ».

4. Ad quartum dicendum quod una ratio, quare peccatum hominis est remissibile, angeli vero non, est quia angelus est spiritus solummodo, homo vero est spiritus et caro. Unde Gregorius[6]: « Angelorum spiritus[q] ideo irremissibiliter peccaverunt, quia tanto robustius stare poterant quanto carnis fragilitas eos non gravabat; homo vero post culpam idcirco veniam[r] meruit, quia per carnale corpus aliquid, quo[s] semetipso minor esset, accepit; et ideo dicitur in Psalmo[7]: *Recordatus est quia caro sunt* » etc. — Ad id ergo quod obicitur de anima separata, dicendum[t] quod, si peccaret separata, peccatum eius esset, quantum est de illo statu, irremissibile[u]. Et hoc videtur haberi ex hoc quod dicit Ioannes Damascenus[8]: « Quod hominibus est mors, hoc est angelis casus »; post casum enim non est eis poenitentia, quemadmodum nec hominibus post mortem. Idem enim videtur esse iudicium de anima separata sive ante coniunctionem sive post. — Ad id vero quod dicitur[v] quod 'tunc peccatum animae coniunctae carni esset irremissibile[x] secundum praedictam positionem': dicendum est quod aut intelligitur de peccato quod ante coniunctionem contraxit, et tunc simile videtur iudicium; aut de peccato contracto in carne, et tunc non est simile. Quibusdam[9] tamen videtur quod, sive ante peccaret quam coniungeretur[y] carni sive post, peccatum eius esset irremissibile.

5. Ad quintum dicendum quod illa ratio B. Gregorii non est universalis, sed intelligitur de Lucifero per quamdam excellentiam; quae tamen ratio per consimilem comparationem posset extendi ad alios angelos, qui similiter peccaverunt. Sicut enim primus angelus sine comparatione in bonis naturalibus erat creatus, ita angelus

---

[a] V *irremediabile*. [b] T *irremediabile*; V om. *enim*. [c] F *remissibile*. [d] V om. *fuit per... remediabile*. [e] B om., in L est add. mg., in Z est add. interl. [f] Ita V, alii add. *est*. [g] LZ *induratione*. [h] T om., B om. *quod... habere*. [i] T add. *in*. [k] Ita VL, alii add. *est*. [l] Ita V, alii om. [m] F om. [n] B om. [o] V *improportionabilitas*. [p] VTRL *deformem*. [q] T om. [r] B om. [s] R *quod*. [t] Ita V, alii add. *est*. [u] V *irremediabile*. [v] R *obicitur*. [x] Ita F, alii *irremediabile*. [y] R *contageretur*, quod FLZ corr.

1 Cf. Alex. Hal., *Summa theol.*, II, num. 507.
2 Cf. supra, sub n. 1.
3 Cf. supra, num. 6, p. 11 sq.
4 Capp. 3 et 4, n. 8 sq. (PL 75, 642); cf. IX, c. 50, n. 76 (PL 75, 990).
5 Cap. 4, § 32 (PG 3, 734, PL 122, 1145).
6 *Moral.*, IX, c. 50, n. 76 (PL 75, 990 sq.).
7 Psalm. 77, 38.
8 *De fide orthod.*, II, c. 4 (PG 94, 878).
9 Cf. supra, p. 93, nota 1.

in comparatione ad hominem; et ideo[a] singuli angeli qui peccaverunt, propter eminentiam illius[b] naturae spiritualis, quae nullam habuit infirmitatem ex parte carnis, irremissibiliter peccaverunt.

6. Ad sextum dicendum quod, licet habeat[c] vertibilitatem in bonum et malum, tamen ex merito culpae datur ei quaedam invertibilitas in bonum nec aufertur ei quod naturale est, sicut animae damnatae non aufertur[d] potentia naturalis, sed ex merito culpae non exit in actum aliquem, in quem exiret si anima non esset damnata: et ideo sicut anima damnata[e] non vertitur in bonum, ita nec angelus iam damnatus[f] vertitur in bonum.

7. Ad septimum dicendum quod, licet Deus possit dare gratiam de virtute potentiae, non tamen congruit dare gratiam ad poenitentiam angelo iam damnato: damnatus autem dicitur cum immutabiliter se habet in malo culpae. Et ideo differens est ex parte ipsius agentis et ex parte recipientis: Deus enim potest dare gratiam, sed diabolus non est paratus ad recipiendum.

8. Ad ultimum dicendum[g] quod, licet misericordia Dei sit in dimittendo culpam, nihilominus tamen misericordia Dei habet suum summum cum adiungitur iustitiae[1]: et hoc modo non est misericordiae Dei dimittere peccata in iis qui[h] finaliter peccant. Cum ergo angelus[i] in suo primo casu finaliter peccet et homo etiam in[k] morte, non est misericordiae Dei in summo cum adiunctione iustitiae dimittere peccatum: iustitiae enim est ut sicut peccavit in suo aeterno, ita puniatur in aeterno Dei; et licet non ostendatur summum misericordiae in hoc actu respectu talium personarum, nihilominus ostenditur summum misericordiae in aliis actibus.

ARTICULUS II. 76

Utrum peccatum Luciferi sit in Patrem aut in Filium aut in Spiritum Sanctum.

Adhuc ratione istius[l] quaesiti quaeritur utrum peccatum diaboli sit in Patrem aut in Filium aut in Spiritum Sanctum.

Et non videtur esse in Patrem, quia illud quod fit ex infirmitate, quae est poena, est[m] peccatum in Patrem; sed hoc peccatum non est ex infirmitate, quae est poena, cum nulla praecesserit culpa; ergo non est peccatum in Patrem. — Nec[n] est peccatum in Filium, quia illud fit ex ignorantia poenali, hoc autem non fuit ex ignorantia poenali[o] praecedente. — Nec videtur esse peccatum in Spiritum Sanctum. Peccatum enim in Spiritum Sanctum est ex praesumptione divinae misericordiae vel ex desperatione; neutro autem istorum modorum fuit hoc peccatum — ista enim contingunt post perpetrationem peccati — nec ex impugnatione supernae gratiae vel veritatis agnitae — hae enim species peccati in Spiritum Sanctum respiciunt illud quod est in proximo, illo autem genere peccati in Spiritum Sanctum non videtur peccasse — nec ex obstinatione sive finali impoenitentia, cum ista dicant dispositiones peccati praecedentis. Non ergo fuit illud peccatum in Spiritum Sanctum.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod, licet hoc peccatum dicatur irremissibile, et peccatum in Spiritum Sanctum dicatur irremissibile, tamen ex differenti ratione. Peccatum enim illud dicitur irremissibile, maxime propter statum ipsius personae; peccatum vero in Spiritum Sanctum dicitur irremissibile ratione conditionis ipsius peccati, et ideo peccatum in Spiritum Sanctum dicitur peccatum ex certa malitia. Illae enim differentiae peccati, cum dicitur 'peccatum in Patrem' etc., sunt differentiae non primae peccati, sed cum superadduntur aliquae conditiones[p] malae inclinantes ad peccatum, sicut sunt ignorantia ex parte intellectus, malitia ex parte affectus et infirmitas ex parte carnis, vel infirmitas contra potentiam, ignorantia contra scientiam, malitia contra bonitatem. Et si inveniatur quod peccavit peccato praesumptionis, sicut habetur in libro *De vera religione*[2], quod de vanitate sua[q] praesumpserit, tamen non[r] omnis praesumptio ad peccatum in Spiritum Sanctum reducenda[s] est, sed illa praesumptio quae est de Dei misericordia meritis exigentibus contrarium. Unde, cum nulla mala merita praecessissent in diabolo, non dicitur secundum hunc modum peccatum in Spiritum Sanctum. Sed si inveniatur quod huiusmodi peccatum dicatur in Spiritum Sanctum, hoc[t] magis est ratione circumstantiarum quam ratione generis peccati.

---

[a] F *ita*. [b] V om. [c] V *haberet*. [d] T add. *ei*. [e] V om. *e. i. s. a. d.* [f] Ita BT, alii *condemnatus;* T om. *angelus*. [g] B add. *est*. [h] BT *que*. [i] BT om. [k] V om. [l] BZ *illius*. [m] V om., in FRLZ est add. interl. [n] B *non*. [o] BT om. *hoc... poenali*. [p] VZ om. [q] F om. [r] VR om., in FLZ est add. interl.; BT om. *tamen*. [s] R *reddenda*. [t] T add. *etiam*.

[1] Cf. Alex. Hal., *Summa theol.*, I, num. 282. [2] Cap. 13 (PL 34, 133).

77 ARTICULUS III.

Utrum diabolus potuit vel possit peccare peccato veniali.

Deinde quaeritur utrum diabolus potuit vel possit peccare peccato veniali.

Quod videtur. 1. Peccatum enim veniale in hoc distinguitur a peccato mortali quod peccatum veniale est in dilectione boni mutabilis inordinata sub Deo, peccatum autem mortale in dilectione boni [a] mutabilis inordinata supra Deum vel contra Deum; sed quod potest plus recedere a Deo, potest minus recedere [b]; ergo, cum diabolus potuit plus recedere vel potest, potest in illud peccatum in quo est minor recessus; sed hoc est peccatum veniale; ergo potest in peccatum veniale; ergo potest peccare venialiter.

2. Praeterea, quanto maius erat motivum, tanto magis erat excusatione dignum, sicut in illo qui fornicatur cum pulcra muliere et cum turpi; cum ergo maximum motivum [c] haberet, per quod inclinabatur ad peccatum, magis erat excusatione dignum; et quod magis est excusatione dignum, magis est veniale; ergo potuit peccare venialiter.

Contra: *a.* Nulla fuit infirmitas in eo vel ignorantia; et hae sunt dispositiones, per quas redditur peccatum veniale; ergo peccatum eius non fuit veniale.

b. Item [d], peccatum mortale fit vel ex genere peccati vel ex intentione peccantis vel ex [e] circumstantiis aggravantibus; cum ergo in diabolo fuerit perversa intentio circumstantia maxime aggravans, eo quod in sublimissimo statu fuit, in quo potuit stare, erit peccatum suum mortale; unde dicit Albinus, *Super Genesim* [1]: « Quanto sublimior angelus in gloria, tanto maior in ruina ».

c. Praeterea, ex praedictis patuit quod diabolus primo peccato irremediabiliter peccavit [2]; sed illud peccatum, quod est irremediabile, est mortale; ergo fuit mortale primum [f] peccatum quo potuit peccare. Unde dicit B. Ambrosius [3]: « Diabolus inventor mali fuit », et ideo non redimebatur sicut homo; per quod designatur quod inventio primi mali non potest fieri sine peccato mortali.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod diabolus non potuit primo peccare venialiter nec consequenter, primo propter excellentiam sui status, deinceps propter animi malignitatem.

[Ad obiecta]: 1. Ad id vero quod obicitur in contrarium, dicendum est quod, licet peccatum mortale maius sit quam veniale in genere peccati, non tamen, si potest in illo statu mortaliter peccare, in illo statu potuit [g] venialiter peccare. Eo enim quod in tanta erat claritate ut immediate posset Deo adhaerere, si claritatem suae cognitionis directa voluntas esset consecuta, ideo recedens primo, maximo recessu [h] recessit; maximus autem recessus est recessus per mortale peccatum; et ideo non potuit peccare nisi mortaliter. Primus enim homo ratione status sui [i], in quo fuit primo, non potuit primo peccare venialiter; unde multo fortius id [k] actum est de primo angelo.

2. Ad secundum vero dicendum quod non erat maius motivum ad peccatum, sed maius motivum ad contrarium: eo enim quod in tanta proximitate [l] erat ad Deum, magis debuit adhaerere; motivum autem maius dicitur esse causa maioris excusationis, quando vel est maior infirmitas vel est maior ignorantia; sed quando maior est scientia, est conditio magis aggravans; unde, cum ita esset in Lucifero, non fuit [m] peccatum eius veniale sive [n] veniabile.

78 CAPUT V.

UTRUM DIABOLUS ADHUC PECCET EODEM GENERE PECCATI [4].

Postea quaeritur utrum adhuc peccet eodem genere peccati.

Quod videtur, 1. per hoc quod dicitur in Psalmo [5]: *Superbia eorum, qui te oderunt, ascendit semper.* Sed superbiam ascendere nihil aliud est quam ipsos daemones magis erigi contra suum Creatorem; magis autem erigi contra suum Creatorem est magis superbire; ergo diabolus adhuc peccat eodem genere peccati.

---

[a] BTF om. [b] V add. *a Deo.* [c] V *metum.* [d] R *ergo.* [e] B om. [f] RL om., in F est add. mg. [g] R om. [h] B *recursu.* [i] V om. [k] V om., T *ad.* [l] V *pronitate.* [m] R add. *sicut,* quod LZ exp. [n] VRL *fuit,* quod Z corr.

1 Interrog. 4 (PL 100, 517).
2 Cf. supra, num. 75.
3 *In Psalm. 118,* sermo 16, n. 12 (PL 15, 1428).
4 Cf. S. Bonav., II *Sent.,* d. 7, p. 1, a. 1, qq. 2 et 3 (II, 178sqq.).
5 Psalm. 73, 23.

2. Item, Isidorus[1]: « Diabolus non solum in hoc contentus est quod se Deo aequalem existimans[a] cecidit, insuper etiam superiorem Deo se dicit, secundum illud Apostoli dictum[2], qui ait de Antichristo: *Qui adversatur et extollitur supra omne quod dicitur Deus aut quod colitur* ». Ex quo videtur quod eodem genere peccati peccet.

Contra: *a.* Non iam praelatus est omnibus aliis angelis, sed est inferior ipsis bonis; ergo illud motivum, quod tunc movit ipsum, non nunc potest movere; ergo non illo genere peccati potest peccare.

b. Praeterea, secundum quod dicit Anselmus[3], tunc potuit eum movere apprehensio beatitudinis, ad quam pervenisset, si stetisset, nunc autem cecidit in desperationem. Unde dicit Augustinus, *De mirabilibus Sacrae Scripturae*[4]: « Ad cumulum peccati accidit quod desperationem incurrit. Si suo[b] delicto non desperasset veniam, nunquam consentienti homini[c] damnum suae salutis intenderet ». Istud igitur motivum, quod tunc habuit, non nunc potest habere; ergo non[d] illo genere peccati potest peccare.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod genus peccati dicitur dupliciter: uno modo, quod est generalissimum peccatum, quo[e] modo superbia dicitur esse generalissimum peccatum, et hoc modo potest peccare eodem genere peccati; dicitur autem alio modo genus peccati, cum determinatur in specie propinqua, et secundum hoc non eodem genere peccati potest peccare.

[Ad obiecta]: 1. Ad id vero quod primo[f] obicitur in contrarium, dicendum[g] quod superbia dicitur ascendere, non quia illa species peccati crescat, sed quia quantitas determinata secundum genus generalissimum intenditur[5]. Unde dicitur superbia eorum ascendere, quia magis et magis eriguntur contra Creatorem ratione impugnationis membrorum corporis mystici. Sicut enim dicitur superbia hostis ascendere magis et magis, cum magis et magis impugnat, ita ex illa prima superbia maior et maior est impugnatio hostis.

2. Ad secundum[h] dicendum quod aliud est motivum nunc quam prius. Tunc enim movebatur ex consideratione potentiae sive praeeminentiae, quam habuit super angelos ex conditione naturae; nunc autem movetur ratione praeeminentiae, quam habet super malos. Praeterea, aliter movebatur a principio et aliter movebitur[i] in Antichristo. Primo enim movebatur in hoc quod voluit praeesse et non subesse; in Antichristo vero movebitur, ut videatur Antichristus praeeminere in apparenti bonitate et potentia signorum; et ita aliud et aliud fuit primum motivum et illud[k] motivum quo movebitur in Antichristo[l].

CAPUT VI. 79

UTRUM PECCATUM ILLUD SIT CAUSA PECCATI.

Consequenter quaeritur si peccatum illud est causa peccati.

Et videtur quod sic, 1. per hoc quod dicitur Tob. 4, 14: *Superbiam in animo tuo dominari nunquam permittas: in ipsa enim initium sumpsit omnis perditio.* Sed omnis perditio sumpsit initium ex peccato primi angeli; ergo peccatum angeli fuit causa omnis peccati.

2. Item, Ambrosius[6]: « Diabolus fuit inventor mali ». Sed invenire malum est invenire causam mali: malum enim mali causa est; ergo principium omnis mali fuit ex peccato primi angeli.

3. Item, Habac. 3, 13: *Percussisti caput de domo impii,* ibi dicit Glossa[7] quod « diabolus est caput omnium malorum ». Sed non dicitur esse caput nisi ratione peccati; ergo primum peccatum est causa omnis peccati[m].

Contra: *a.* Non omnia peccata proveniunt ex suggestione diaboli: circumscripto enim fomite et suggestione diaboli, potest liberum arbitrium hominis peccare. Cum enim liberum arbitrium sit de se vertibile, ex sua defectibilitate[n] potest peccare; et liberum arbitrium[o] hominis non dependet a libero arbitrio diaboli; ergo peccatum ipsius diaboli non dicitur esse causa omnis peccati. Quod videtur per hoc quod[p] dicitur Isai. 51, 23, super illud: *Incurvare, ut transeamus,* Glossa[8]: « Debilis est hostis, qui non potest vincere nisi volentem ». Ergo voluntas humana, quantum est

---

[a] V *estimans.* [b] V *sed si* pro *s. s.* [c] VRZ *huiusmodi,* quod L corr. [d] Z add. *in.* [e] BT *alio.* [f] BT om. [g] Ita V, alii add. *est.* [h] Jta V, alii add. *vero.* [i] R *movebatur.* [k] V *aliud.* [l] BF *antichristus* pro *i. A,* quod Z corr.; T om. *in.* [m] T om. *ergo... peccati.* [n] B vacat. [o] L om. *sit... arbitrium.* [p] V om.

1 *Sentent.,* I, c. 10, n. 8 (PL 83, 555).
2 II Thessal. 2, 4.
3 Cf. *De casu diaboli,* cc. 4 et 13 (PL 158, 333, 344).
4 Lib. I, c. 2 (PL 35, 2154).
5 Cf. supra, in *Solutione.*
6 *In Psalm. 118,* sermo 16, n. 12 (PL 15, 1428).
7 *Ordin.,* in h. l., ap. Lyran.
8 *Interlin.,* in h. l., ap. Lyran.

de se, non est subiecta voluntati diaboli; ergo peccatum primum ipsius non est causa omnis peccati [a].

[Solutio]: Ad quod dicendum quod peccatum ipsius dicitur esse causa per occasionem, non per necessitatem. Liberum enim arbitrium hominis ita liberum est quod in voluntate eius fuit peccare et non peccare, et ita sequi suggestionem diaboli vel non sequi [b].

[Ad obiecta]: 1. Ad id vero quod obicitur in contrarium, dicendum est [c] quod illud quod dicitur Tob. 4, 14: *In ipsa sumpsit initium omnis perditio*, vel intelligitur per se de superbia primi parentis vel occasionaliter de superbia Luciferi.

2. Ad secundum dicendum [d] quod, licet diabolus fuerit inventor mali, tamen [e] non dicitur per se causa mali nisi in ipso, sed non dicitur per se causa mali in alio, sed occasionaliter. In hoc enim quod angelus vel homo concordat primo peccato, in hoc dicitur esse causa peccati. — Quod autem dicitur 'inter apostasiam primi peccati et ultimam poenam ignis gehennae media sunt peccata et poenae peccatorum, et sic videtur quod prima apostasia sit causa omnis [f] peccati': respondendum est quod prima apostasia dicitur illa qua primus parens apostatavit a Deo, secundum [g] illud Eccli. 10, 14: *Initium superbiae hominis apostatare a Deo, quoniam ab eo qui fecit illum, recessit cor eius.* Illa enim apostasia dicitur esse causa omnis peccati per se [h] vel per inclinationem; apostasia vero diaboli dicitur esse causa omnis peccati per consensum vel suggestionem.

3. Ad id vero quod dicitur Habac. 3, 13, dicendum [i] quod caput dicitur, id est principium, altero dictorum [k] modorum, et ita causa est quodam modo peccati aliorum angelorum vel per imitationem vel per consensum.

CAPUT VII.

DE HOC QUOD DIABOLUS DICITUR CAPUT MALORUM [1].

Occasione praecedentis Quaestionis, quaeritur de capite malorum. Et quaeruntur octo in universo:

Primo [l], utrum diabolus sit caput malorum;

secundo, utrum diabolus cum corpore suo sit una persona;

tertio, utrum sit caput daemonum sicut malorum hominum;

quarto, utrum sit caput malorum [m] hominum secundum omnia peccata;

quinto, quid [n] sit unitivum membrorum cum capite diabolo;

sexto, utrum membrum Christi possit fieri membrum diaboli;

septimo, utrum iidem homines possint esse membra Christi et membra diaboli;

octavo, quae sit differentia secundum quod diabolus dicitur caput malorum et Antichristus, et utrum Antichristus sit caput.

80

ARTICULUS I.

Utrum diabolus sit caput malorum hominum.

Circa primum sic [o]: videtur enim quod sit caput. *a.* Dicitur enim I Thessal. 2, 4, super illud: *Ostendens se tamquam ipse sit Deus*, Glossa [2]: « In ipso erit caput omnium [p] malorum, scilicet diabolus, qui *est rex super omnes filios superbiae* [3] ». Ergo diabolus est caput omnium malorum: omnes enim mali dicuntur filii superbiae.

b. Item, super illud Iob 18, 17: *Memoria illius pereat de terra*, Glossa [4]: « Sic [q] de unoquoque iniquo dicitur ut ad caput, id est diabolum, vertatur ».

c. Similiter super illud Iob 41, 6: *Corpus eius quasi scuta fusilia*, Glossa [5]: « Corpus Leviathan, id est omnes iniqui [r] ». Ergo diabolus est caput omnium malorum.

Contra. 1. Dicitur [s 6] ad Ephes. 1, 22 super illud: *Ipsum dedit caput* etc.: « Caput habet virtutem influendi sensum in membra vel motum ».

---

[a] B *mali.* [b] T om. *v. n. s.* [c] V om. *d. e.* [d] Ita V, alii add. *est.* [e] V om. [f] VT om. [g] T *super.* [h] V om. *p. s.* [i] Ita V, alii add. *est.* [k] BT *istorum.* [l] BT *primum est.* [m] T om. [n] VBZ *quod.* [o] F add. *proceditur.* [p] F *hominum.* [q] BT *sed.* [r] V *impii.* [s] Ita V, alii *sicut dicitur.*

[1] Multa, quae in hoc capite occurrunt, verbotenus in cod. Assisiensi 138, f. 64d-65c, inveniuntur. Ad eumdem codicem etiam remisimus in tom. I et II.

[2] Lombardi, in h. l. (PL 192, 317).

[3] Iob 41, 25.

[4] *Ordin., In Iob* 18, 18 (PL 113, 807), ex Gregorio M., *Moral.*, XIV, c. 21 (PL 75, 1052).

[5] *Ordin.*, in h. l., ap. Lyran., ex Gregorio M., *Moral.*, XXXIII, c. 28, n. 49 (PL 76, 705).

[6] Cf. Lombard., in h. l. (PL 192, 178).

Sed diabolus non habet potestatem influendi aliquam malitiam, quae dicitur [a] sensus vel motus aliquis spiritualis; ergo non dicitur caput malorum.

2. Item, caput habet convenientiam in natura cum membris, sicut habetur [b] ibidem in Glossa[1]; sed diabolus non habet convenientiam in natura cum malis hominibus: in ipso enim est [c] natura angelica, in ipsis [d] est natura humana; ergo non dicitur convenienter caput malorum hominum.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod diabolus dicitur caput malorum hominum [e] propter duplicem proprietatem capitis. Prima proprietas est, quia [f] caput primum est et supremum in corpore; unde est quasi initium corporis, sicut diabolus fuit initium malitiae, cum [g] primo peccavit per superbiam; et ideo dicit Isidorus [h 2], quod « malum inventum fuit a diabolo »: ante enim superbiam diaboli nullum fuit peccatum; sed tamen si post illam malitiam non essent secutae malitiae hominum per suggestionem vel aliorum daemonum per consensum, non adhuc diceretur caput. Nec propter hoc dicitur Adam caput malorum: non enim fuit primus malus, sed primus inter homines malos. Secunda proprietas est, quia quodam modo influxit in membra per suggestionem. Unde Iob 40, 11: *Fortitudo eius in lumbis eius,* Glossa[3]: « Nimirum eius proprie corpus fiunt qui, suggestionum [i] turpium blandimentis decepti, ei per luxuriae fluxa succumbunt ».

[Ad obiecta]: 1. Ad id vero quod primo in contrarium obicitur, dicendum [k] quod, licet diabolus non influat malitiam per immissionem proprie dictam, influit tamen per suggestionem. Unde Beda[4]: « Diabolus [l] non est immissor cogitationum, sed incentor ».

2. Ad secundum dicendum quod, licet non habeat convenientiam in natura cum membris, eo quod haec est natura spiritualis, membra vero sunt pertinentia ad naturam corporalem, nihilominus tamen in ipsis membris est natura spiritualis, ratione cuius naturae recipitur influentia [a] suggestionis ab ipso capite; et ideo quoad hoc dicitur [b] convenientia in natura capitis et membrorum.

Forte diceretur quod non est caput ratione suggestionis malorum hominum, quia secundum hoc esset etiam caput bonorum: tam enim suggerit malum bonis quam malis. — Ad quod dicendum [c] quod sola suggestio non [d] sufficit ad hoc quod sit caput, sed consensus sequens effectum suggestionis; iste autem consensus non est in bonis, sed tantum in malis. Unde Iob 40, 11, super illud[5]: *Fortitudo eius in lumbis eius:* « Eius [e] proprie corpus fiunt qui, suggestionum turpium blandimentis decepti, ei per luxuriae fluxa succumbunt ».

Sed [f] adhuc posset quaeri quod [g] nec ratione suggestionis nec consensus dicatur [h] esse caput malorum hominum. In parvulis enim, in quibus est originale peccatum solum, est ratio membri [i] ad caput, cum sint *filii irae*[6], nec tamen ibi est suggestio ex parte ipsius diaboli vel consensus ex parte [k] parvuli. — Propter quod videtur universaliter dicendum quod ratio capitis ad membra videtur esse per suggestionem propinquam vel remotam et consensum, qui est in ipsis vel in parentibus. Parvuli ergo, licet non recipiant suggestionem vel consentiant, suggestio tamen facta est primis parentibus et consensus secutus est in eis, ex quibus facta est quaedam [l] convenientia consequenter ipsorum parvulorum in deformitate peccati ad ipsum diabolum, qui est origo peccati.

ARTICULUS II. 81

Utrum diabolus sit una persona cum malis.

Secundo quaeritur utrum diabolus, qui est caput malorum, sit una persona cum eis.

Quod non, videtur. 1. Persona enim est [m] « individua hypostasis intellectualis naturae[7] »; sed inter diabolum caput et malos [n], qui sunt membra eius, est distincta hypostasis [o]: alia enim persona est [p] malus homo et ipse diabolus est alia [q] persona; ergo diabolus non est una persona cum ipsis malis [r].

---

[a] VBT add. *motus vel.* [b] T om. [c] F om., in L est add. interl. [d] F add. *enim,* quod L exp.; RZ (mg.) add. *vero.* [e] Ita V, alii om. [f] T *quod.* [g] V *et.* [h] V om., RL *dicitur Y. secundum* pro *d. I.,* quod FZ corr. [i] VB *suggestionem.* [k] Ita VB, alii add. *est.* [l] BT om.; T om. *est.*

[a] V *recipit influentiam* pro *r. i.;* Z add. *ipsius.* [b] B add. *esse.* [c] Ita VB, alii add. *est.* [d] B *que.* [e] V om. [f] F om., in Z est add. mg. [g] V *quia.* [h] F *dicetur.* [i] BT om. [k] R *consensu.* [l] T om. [m] B om. [n] F add. *homines.* [o] V *persona.* [p] V om. [q] FRL *aliqua.* [r] FRLZ om.

1 Loc. cit. (PL 192, 179).
2 Cf. *Sentent.,* I, c. 9, n. 1 (PL 83, 552).
3 *Ordin.,* in h. l. ap. Lyran., ex Gregorio M., *Moral.,* XXXII, c. 14 (PL 76, 648).
4 Cf. *In Marcum* 7, 21 (PL 92, 201); verbotenus ap. Isidor., *Sentent.,* III, c. 5, n. 7 (83, 661).
5 Cf. supra, nota 3.
6 Ephes. 2, 3.
7 Boeth., *De una pers. et duab. nat.,* c. 3 (PL 64, 1343).

2. Forte diceretur quod distinctae sunt personae in esse naturali, sed non sunt distinctae in esse morali. — Contra quod sic obicitur: Aliud est peccatum mali hominis et aliud est peccatum ipsius diaboli; ergo distincta sunt peccata; et distinctae sunt voluntates, secundum quod in voluntate [a] est prima ratio peccati [1]; ergo malus homo distinguitur in esse morali ab ipso diabolo; ergo nec est una persona quantum ad esse naturale nec est una persona quantum ad esse morale.

Contra: *a.* Caput et membra, ut proprie accipiuntur, unius personae sunt, sicut caput hominis et membra hominis; ergo per similitudinem caput et membra, ubi translative accipiuntur, ad eamdem personam secundum translationem referentur [b]; ergo diabolus, qui est caput, et mali, qui sunt membra, sunt una persona.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod diabolus et ipsi mali dicuntur una persona, non in esse naturali, sed in esse morali secundum quemdam modum. Unde super illud Iob 9,24: *Vultum iudicum* [c] *eius operit*, Glossa [2]: « Quia diabolus cum suis sequacibus una persona est, saepe sic [d] Scriptura de eo loquitur ut ad corpus eius derivetur ».

[Ad obiecta]: 1. Ad id vero quod obicitur in contrarium, dicendum [e] quod non sunt una persona in esse naturali, nec [f] in esse morali nisi quoad hoc quod quaedam est conformitas sive convenientia voluntatum in deformitate, per quam receditur a summe [g] uno. In hoc ergo quod a summe uno dividuntur, in hoc inter se conveniunt et uniuntur, et propter hoc una persona dicuntur.

2. Ad id vero quod obicitur quod 'alia est voluntas hominis mali quam diaboli': dicendum [h] quod alia est secundum quod numeratur ex parte volentis; secundum autem quod numeratur ex parte voliti, potest esse una, quia malus homo vult id quod vult diabolus, et hoc accipitur [i] ex suggestionis effectu [k].

82 ARTICULUS III.

Utrum diabolus sit caput daemonum.

Tertio quaeritur utrum sit caput daemonum sicut malorum hominum.

Videtur [l] **quod non.** 1. Est enim caput malorum hominum per suggestionem; sed non est caput daemonum per suggestionem, nec alia videtur esse influentia. — Si enim diceretur quod est caput daemonum per imperium – contra hoc sic obicitur: Prius est uniri in esse membrorum cum capite quam quod membra recipiant motum a capite; sed recipere imperium diaboli non est aliud quam recipere motum; ergo oportet quod alia sit unio ipsius diaboli capitis et ipsorum daemonum, si sunt membra eius, quae sit unio quasi in esse morali; non ergo dicetur esse caput ratione imperii, et daemones membra, eo quod recipiant imperium, sed propter aliam rationem.

2. Praeterea, videntur secundum illam rationem dici filii aut ministri: ministri, quia [m] sequuntur imperium vel voluntatem ipsius; filii, quia imitantur. Unde super illud Psalmi [3]: *Facti sunt in adiutorium filiis Loth*, Glossa [4]: « Filii Loth sunt angeli apostatae, qui sunt filii declinationis, qui [n] a veritate declinando, in satellitium diaboli discesserunt ». Ex praedicta ergo ratione dicuntur ipsi esse ministri vel filii propter imitationem; ex alia ergo ratione dicentur esse membra, si sunt membra ipsius.

Quod autem sint membra, patet *a.* per hoc quod ipse dicitur [o] caput eorum, sicut habetur Habac. 3, 13, super illud: *Percussisti caput de domo impii*, Glossa [5]: « Sicut *Ecclesiae* et *omnis viri Christus est caput* [6], ita cunctorum daemonum, qui in hoc saeculo dimicant [p], caput est Beelzebub ». Ex quo accipitur quod daemones alii sunt membra ipsius diaboli et ipse [q] caput illorum.

b. Item, super illud Iob 40,28: *Videntibus cunctis, praecipitabitur* [r], Glossa [7]: « Aeterno iudice terribiliter apparente, astantibus [s] legionibus

---

[a] Ita V, alii *voluntatibus*. [b] L *referuntur*. [c] VRZ *iudicium*; B *operuit* pro *operit*. [d] V *enim*. [e] Ita V, alii add. *est*. [f] T add. *etiam*. [g] F *summo*. [h] Ita V, alii add. *est*. [i] V *habetur*, BT *accipit*. [k] B *affectu*. [l] B *Et videtur*. [m] V *enim*. [n] L *quid*. [o] B *dicit*; V om. *ipse*. [p] T *dimittant*. [q] BT add. *est*. [r] B *precipibatur*. [s] V *circumstantibus*.

1 Cf. supra, pp. 12-14.

2 *Ordin.*, in h. l., ap. Lyran., ex Gregorio M., *Moral.*, IX, c. 28 (PL 75, 883).

3 Psalm. 82, 9.

4 *Ordin.*, in h. l. (PL 113, 984); Lombardi, *In Psalm.*

5 *Ordin.*, in h. l., ap. Lyran.; cf. Gregor. M., *Moral.*, IV, c. 11, n. 18 (PL 75, 647).

6 Ephes. 5, 23 et I Cor. 11, 3.

7 *Ordin.*, in h. l., ap. Lyran., ex Gregorio M., *Moral.*,

angelorum atque electis, ad hoc spectaculum deductis, belva crudelis in medium captiva ducetur et cum corpore suo, id est [a] cum reprobis omnibus, aeternis incendiis mancipabitur [b] ». Ex quo accipitur quod omnes reprobi sunt corpus eius, qui tradentur aeterno incendio; sed daemones in hac generalitate intelliguntur; ergo diabolus [c] dicitur esse caput daemonum sicut et malorum hominum.

c. Similiter potest haberi ex hoc quod dicitur Apoc. 19, 20, ubi dicitur: *Apprehensa est bestia, et cum ea pseudo-propheta* [d] *et qui acceperunt caracterem bestiae, et qui adoraverunt imaginem eius, et missi sunt vivi in stagnum ignis ardentis.* Qui enim sunt illi qui accipiunt [e] caracterem bestiae nisi qui imitantur ipsum? Ii autem sunt membra eius, Sap. 2, 25: *Imitantur* [f] *illum, qui sunt ex parte illius.* Ergo, cum daemones imitati sint ipsum et imitentur, et similiter mali homines, et ii et illi dicentur esse membra ipsius diaboli capitis.

[Solutio]: 1. Ad quod dicendum quod ii et illi dicuntur esse membra, sed differenter in parte. Daemones enim facti sunt membra eius eo quod ad imitationem ipsius peccaverunt, recedentes a summa aeternitate, veritate et caritate. Unde dicit Augustinus, in libro *De civitate Dei* [1]: « Habentes elationis [g] fastum pro excellentissima aeternitate, astutiam pro certissima veritate, studia partium pro individua caritate, superbi, fallaces, invidi effecti sunt ». Mali vero homines dicuntur esse membra eius propter consensum suggestionis [2] et quia succumbunt eius tentationi.

2. Ad hoc ergo quod obicitur quod 'propter hoc dicuntur [h] filii et non membra': dicendum est quod ex alia ratione dicuntur [i] membra et ex [k] alia ratione dicuntur filii. Filii enim dicuntur, quia similia opera ei faciunt, sicut habetur Ioan. 8, 41; membra vero dicuntur, quia esse deformitatis in voluntate acceperunt secundum posterius ab ipso. — Ad sequens vero similiter dicendum [l] quod ob aliud dicuntur esse ministri eius et ob aliud membra. Membra enim dicuntur propter praedictam rationem, sed ministri [m] dicuntur, quia eius voluntatem faciunt vel imperium.

ARTICULUS IV. 83

Utrum diabolus sit caput malorum hominum secundum omnia peccata.

Quarto quaeritur utrum diabolus sit caput malorum hominum secundum omnia peccata.

Quod non, videtur. *a.* Non enim peccat quovis [n] genere peccati; ergo ratione cuiuslibet peccati non dicetur esse caput malorum: caput enim prius [o] habet in se quam det membris.

b. Praeterea, non videtur esse caput ratione omnium peccatorum. Dicitur enim in Psalmo [3], super illud: *Ab occultis meis munda me, Domine* etc., Cassiodorus [4]: « *Occulta* sunt originalia vel etiam quae secreta voluntate oriuntur; *aliena* sunt quae suadentibus vel malis hominibus vel diabolo fiunt ». Ergo non omnia peccata fiunt suadente diabolo; sed ratione suasionis sive suggestionis dicebatur esse caput [5]; ergo non est caput malorum ratione quorumlibet peccatorum.

Contra: 1. Omnibus reprobis praeest ad movendum et in hac ratione caput se habet ad membra in quolibet peccato; ergo diabolus est caput quorumlibet [p] malorum in quibuslibet peccatis.

[Solutio]: 1. Ad quod dicendum quod 'esse caput malorum' potest dici dupliciter: vel ratione praeeminentiae in malo vel ratione suggestionis mali, cui praebetur consensus. Ratione prima potest dici caput omnium malorum in quolibet peccato: in omni enim peccato mortali efficitur peccator subditus diabolo, et quoad hoc potest dici caput. Non tamen dicetur esse [q] caput omnium malorum in omni genere peccati per suggestionem sive imitationem: per imitationem non dicetur esse caput in omni genere peccati, eo quod non [r] omni genere peccati peccat; per suggestionem non dicetur esse caput universaliter, quia non omne peccatum in homine procedit per suggestionem eius, sicut dictum est supra a Cassiodoro [6]. Et licet diabolus suggerat aliquod genus peccati, homo tamen propter hoc non peccat illo genere peccati, sed suo proprio motu. Nec sic dicetur diabolus esse caput per suggestionem in illo genere peccati, licet dicatur esse caput eo quod peccator facit illud quod vult diabolus et prius volebat ipsum velle.

---

[a] R om. *i. e.* [b] R *nuncupabitur.* [c] VFRL om., in Z est add. mg. [d] V *pseudo-prophete.* [e] F *accepere.* [f] V add. *ipsum.* [g] BTRZ *electionis.* [h] BZ (mg.) add. *esse.* [i] BT add. *esse.* [k] BT om. [l] V add. *est.* [m] F add. *eius.* [n] B add. *in.* [o] VZ *plus.* [p] B om. [q] V *tunc.* [r] B add. *in.*

1 Lib. XII, c. 1, n. 2 (PL 41, 349).
2 Cf. supra, p. 99, in *Solutione*.
3 Psalm. 18, 12.
4 In h. l. (PL 70, 142 sq.); Lombard., in h. l. (PL 191, 213).
5 Cf. supra, num. 82.
6 Cf. supra, sub litt. *b*.

84 ARTICULUS V.

Quid sit unitivum membrorum cum capite diabolo.

Quinto quaeritur quid[a] sit unitivum membrorum cum capite diabolo.

Et videtur 1. quod non sit ibi unitivum ex comparatione capitis in bono et membrorum in bono. Unitivum enim ex illa parte est caritas, quae una est in capite et[b] membris; sed hic nihil unum est in capite et membris[c]; nam, si dicatur quod hoc est peccatum, non videtur: peccatum enim est causa divisionis, sicut habetur[d] Isai. 59, 2; sed quod est causa divisionis non est causa unitatis; ergo peccatum non est unitivum capitis et membrorum malorum.

2. Si forte diceretur quod peccatum ab alio dividit et cum alio unit: dividit enim a Deo et unit cum diabolo – contra hoc obicitur[e] sic: Quodlibet peccatum mortale dividit a Deo et ad hoc tendit, et non est unum principium malorum, sicut dicitur unum bonorum; ergo ex ratione peccati non provenit unio[f]; non ergo videtur aliquod esse unitivum capitis et membrorum.

3. Praeterea, ex parte bonorum[g] dicitur esse unum unitivum, quia una vita et unus spiritus, sicut habetur I Cor. 12, 13: *In uno spiritu omnes nos in unum corpus baptizati sumus.* Sed non sic est[h] ex parte malorum: non enim est unus spiritus communis diabolo et membris eius; non ergo sic dicetur esse unitivum ex parte malorum sicut ex parte bonorum.

Contra. *a.* Augustinus, in libro *De civitate Dei*[1]: Duae sunt civitates, Ierusalem et Babylonis; sed civitatem Dei facit amor Dei cum contemptu sui; ergo, per oppositum, civitatem Babylonis faciet[i] amor sui cum contemptu Dei; sed amor Dei est unitivum in corpore bonorum; ergo, per oppositum, amor sui erit[k] unitivum in corpore malorum.

b. Praeterea, per gratiam fit homo civis sursum, per gratiae privationem fit homo civis deorsum: est enim civitas *sursum, Ierusalem*[2], civitas deorsum, Babylon; sicut ergo per gratiam uniuntur membra in bono, ita per privationem gratiae unientur[l] membra in malo.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod unitivum capitis et membrorum malorum est ipsum peccatum mortale, ratione cuius est convenientia in deformitate voluntatis. Et si quaeratur in iis qui utuntur libero arbitrio, dicetur unitivum amor sui.

[Ad obiecta]: 1. Ad obiectum vero ex altera parte dicendum[m] quod, licet peccatum mortale dividat a Deo, tamen conformat diabolo, et quoad hoc quod conformat[n] diabolo, dicitur esse[o] unitivum. Nec refert si non sit similiter unum principium malorum sicut unum est bonorum. Licet enim naturaliter non sit unum principium malorum, sicut dixerunt Manichaei[3], nihilominus est unum principium malorum, ante quod non est malum et ad quod quodam modo[p] ordinantur.

2. Ad id vero quod obicitur quod 'non est unus spiritus, a quo procedat unitas ex parte malorum, sicut est ex parte bonorum': dicendum[q] quod, licet non sit unus spiritus ex parte malorum sicut est ex parte bonorum[r], nihilominus tamen est unio[s] capitis et membrorum malorum propter unionem voluntatis: conformat enim membrum se capiti in sequendo voluntatem ipsius. Et sicut dicitur[4]: *Qui adhaeret Deo, unus spiritus est,* propter unitatem voluntatis, ita potest dici 'qui adhaeret diabolo, unus spiritus dicitur cum eo' propter unitatem voluntatis[5]. Haec enim unitas significatur in Gen. 34, 3, ubi dicitur quod *conglutinata*[t] *est anima eius cum ea:* Sichem enim significat diabolum, Dina vero significat animam peccatricem[6].

Sed iterum obicitur: Nonne completio peccati est in aversione? Ergo ex parte aversionis a Deo magis debet sumi ratio unitionis quam ex parte conversionis[u] ad inferius, quod est per amorem sui. — Ad quod dicendum quod magis debet sumi ratio unitionis[v] ex parte conversionis, quia aversionis causa est conversio. Unde a conversione[x], tamquam ab eo quod est principium peccati, convenienter sumitur ratio unitionis[y]: illud autem est amor sui inordinatus. Nihilominus tamen aversio generalius est propter rationem originalis peccati, in quo est aversio ab incommutabili bono et non est conversio[z], sed convertibilitas sive concupiscibilitas. Unde etiam ex illa parte potest sumi generalius ratio unitivi.

---

[a] F *igitur quo* pro *q. q.* [b] BT add. *in.* [c] T om. *sed... membris,* in FR est add. mg. [d] B add. *in.* [e] Ita V, alii om. [f] BTZ *unitio.* [g] R *beatorum.* [h] R om. [i] Ita V, alii *facit.* [k] V *erat;* RL *cum* pro *in.* [l] BT *uniuntur.* [m] Ita VB, alii add. *est.* [n] R *conformatur;* T om. *et... diabolo.* [o] BT om. [p] B add. *et.* [q] Ita V, alii add. *est.* [r] T om. *dicendum... bonorum.* [s] BT *unitio.* [t] BT *aglutinata.* [u] BT *aversionis;* T om. *ad.* [v] B *unionis.* [x] VBTR *ab aversione* pro *a. c.,* quod FLZ corr. [y] V *imitationis,* B *unionis.* [z] BT *aversio,* quod L corr.

1 Cf. lib. XIV, c. 28 et XVII, c. 16, n. 2 (PL 41, 436, 550).
2 Cf. Gal. 4, 26.
3 Cf. Alex. Hal., *Summa theol.,* II, num. 3 sqq.
4 I Cor. 6, 17.
5 Cf. Lombard., in h. l. (PL 191, 1582).
6 Cf. *Ordin.,* in h. l. (PL 113, 160 sq.).

ARTICULUS VI. 85

Utrum membrum Christi possit fieri membrum diaboli.

Sexto quaeritur utrum membrum Christi possit fieri membrum diaboli.

Videtur quod non, 1. per hoc quod dicitur ad Ephes. 4, 4, super illud: *Unum corpus, unus spiritus,* Glossa[1]: « Sicut humani corporis membrum praecisum formam quidem, qua cognoscitur, retinet, sed nequaquam spiritus sequitur, quo praeter unitatem vivat, sic[a] quicumque a praedictae pacis unitate divisus est, sacramentum quidem tamquam formam retinet, sed spiritu[b] praeter unitatem non vivit ». Ex hac similitudine sic arguitur: membrum materiale quamdiu retinet formam, quam habuit in corpore, a quo abscissum est, non potest fieri membrum alterius corporis; ergo membrum spirituale similiter, quamdiu retinet formam corporis Ecclesiae sive corporis Christi, non potest fieri membrum diaboli; sed[c] postquam semel baptizatus est, semper retinet formam sacramenti; ergo non potest fieri membrum diaboli[d], licet cadat in mortale peccatum.

Sed contrarium[e] **apparet,** *a.* quia[f] de iustis fiunt quotidie peccatores; ergo de membris Christi fiunt membra diaboli.

[Solutio]: 1. Ad quod dicendum quod non est simile de membro materiali et membro spirituali omnino. Membrum enim spirituale Christi duplicem habet formam: formam[g] scilicet sacramenti baptismalis, et illa indelebilis est[h], scilicet caracter; et formam gratiae gratum facientis, et illa delebilis est, et, cum cadit per peccatum, de membro Christi fit membrum diaboli, manente etiam forma praecedenti. Membrum vero materiale non ita habet duplicem formam, sed alio[i] modo. Habet enim formam, secundum quam ordinatur ad vitam, et habet[k] formam, secundum quam potest operari sive secundum quam ordinatur ad actum, et utraque potest tolli, una etiam potest tolli sine altera; sed, licet illa, qua[l] ordinatur ad vitam, tollatur, non propter hoc statim efficitur membrum alterius corporis, et ideo quoad hoc est dissimilitudo.

ARTICULUS VII. 86

Utrum idem homo possit simul esse membrum Christi et membrum diaboli.

Septimo quaeritur utrum idem homo possit simul esse membrum Christi et membrum diaboli.

Quod videtur, 1. quia mali, qui sunt membra diaboli, dicuntur esse in Ecclesia, quae est corpus Christi, sicut habetur Matth. 13, 47, super illud: *Simile est regnum caelorum sagenae missae in mare et ex omni genere piscium congreganti,* Glossa[2]: « Ecclesia inter caelum et infernum indiscrete bonos et malos colligit ». Et Ioan. 21, 3, ubi fit sermo de piscatione Petri, Glossa[3]: « Alia fuit piscatio Christi hic, alia post resurrectionem. Hic enim boni et mali capti sunt, sicut nunc habet Ecclesia; ibi vero, impleta resurrectione mortuorum, boni in Ecclesia erunt in aeternum ». Ex quo videtur quod mali, qui sunt membra diaboli, sint in corpore Ecclesiae, et ita videntur esse membra Christi.

Contra: *a.* Amor sui cum contemptu Dei facit membrum diaboli, amor Christi cum contemptu sui facit membrum Christi[m][4]; sed ii duo amores opponuntur et simul stare non possunt; ergo simul non potest aliquis esse membrum Christi et membrum diaboli.

[Solutio]: 1. Ad quod dicendum quod aliud est dici membrum Ecclesiae et aliud[n] dici membrum Christi. Membrum enim Christi proprie est[o] per caritatem, membrum vero Ecclesiae per fidem: est enim Ecclesia congregatio fidelium, fideles autem[p] dicuntur qui fidei sacramentum susceperunt. Membrum autem Ecclesiae dicitur duobus modis: vel merito vel numero; merito dicitur simpliciter, numero secundum quid. Per fidem enim formatam est membrum Ecclesiae merito, et sic quod est membrum Ecclesiae, est membrum[q] Christi et e converso. Membrum Ecclesiae

---

[a] B *sicut.* [b] Ita BT, alii *spiritus.* [c] B *et.* [d] T om. *sed... diaboli,* in Z est add. mg. [e] Ita V, alii *contra.* [f] TR *quod.* [g] RL om., in F est add. mg.; B om. *f. s.* [h] R om., in F est add. interl. [i] V *alieno.* [k] B om. [l] RL *que.* [m] T *Dei.* [n] V add. *est;* B om. *dici;* BTRLZ om. *et.* [o] Ita BT, alii om. [p] B *enim.* [q] V om. *E. e. m.*

[1] Lombardi, in h. l. (PL 192, 197); cf. Augustin., *Sermo* 268, n. 2 (PL 38, 1232).

[2] Cf. *Ordin.*, in h. l. (PL 114, 134); *Interl.*, in h. l. ap. Lyran.

[3] *Ordin.*, in h. l., ap. Lyran., ex Augustino, *In Ioan.*, tr. 122, n. 7 (PL 35, 1962 sq.).

[4] Cf. supra, p. 102, sub litt. *a.*

numero est per sacramentum fidei. Huiusmodi autem[a] membra non sunt in corpore Ecclesiae ut ibi remaneant, si obdurentur in peccato, sed tamquam mali humores, ut inde expellantur. Unde super illud I Ioan. 2, 19: *Ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis,* Augustinus, in originali[1]: « Sic facti sunt in Ecclesia quo modo mali humores in corpore[b], qui, quando evomuntur, relevatur corpus; sic quando exeunt mali, relevatur Ecclesia ». Si tamen membra numero fiant membra merito per fidem formatam[c], vere erunt tamquam membra in corpore.

87 ARTICULUS VIII.

Quae sit differentia secundum quod diabolus dicitur esse caput malorum et Antichristus.

Octavo quaeritur quae sit differentia secundum quod diabolus dicitur esse caput malorum et Antichristus.

Videtur enim quod Antichristus non sit caput. 1. Nihil enim secundum idem est membrum et caput; sed Antichristus membrum est diaboli; non ergo est caput in genere malorum.

2. Item, in uno corpore est unum caput[d], non plura; sed in corpore malorum caput est diabolus; non ergo est caput Antichristus.

Contra. *a.* II Thessal. 2, 4: *Ostendens se tamquam sit Deus,* ibi dicit Glossa[2]: « Sicut in Christo *omnis plenitudo divinitatis inhabitavit*[3], ita in Antichristo plenitudo malitiae ». Sed ratione huius plenitudinis quae est in Christo[e], dicitur Christus caput bonorum; ergo ratione alterius plenitudinis dicitur Antichristus caput malorum.

b. Item, super illud Iob 34, 30: *Qui regnare facit hypocritam,* Glossa[4]: « Omnium hypocritarum caput Antichristum designat ». Et 21, 29: *Interrogate quemlibet de viatoribus,* Glossa[5]: « Dum de omnium malorum corpore loqueretur, subito ad omnium iniquorum caput Antichristum verba convertit ».

[Solutio]: Ad quod dicendum[f] quod uterque est caput, sed differenter. Sicut enim Christus secundum divinitatem dicitur habere rationem capitis et iterum secundum humanitatem, sicut habetur[6] ad Ephes. 1, 22, super illud: *Ipsum dedit caput super*[g] *omnem Ecclesiam,* ita suo modo, licet non omnino simili[h], dicitur diabolus caput, quia fuit primum initium malitiae et suo modo influit malitiam suggerendo[i] vel incendendo, sed non convenit in natura cum hominibus. Antichristus autem, licet non sit initium malitiae, habet tamen convenientiam in natura et quasi plenitudinem malitiae habebit respectu aliorum hominum, licet non eo modo quo Christus habuit plenitudinem. Christus enim habuit ipsam divinitatem in se per essentiam, Antichristus vero ipsum diabolum per effectum. Unde Ioannes Damascenus[7]: « Non quod ipse diabolus sit homo secundum humanationem[k], sed homo ex fornicatione generatus suscipere omnem actum Satanae; praesciens enim Deus iniquitatem eius futurae voluntatis, concedit in eo habitare diabolum ». Item, Glossa[8], super illud II Thessal. 2, 9: *Cuius adventus est secundum operationem Satanae:* « Diabolo instigante et cooperante, qui illum possidebit totum, non tamen sine sensu, ut phrenetici, qui culpam non habent ».

[Ad obiecta]: 1. Ad id vero quod obicitur, dicendum[l] quod, licet Antichristus sit caput malorum, nihilominus tamen potest esse membrum ipsius diaboli principale, eo quod quasi in ipso habitat plenitudo malitiae et potentius operabitur ad seductionem.

2. Ad aliud vero dicendum quod, licet Antichristus dicatur[m] caput et diabolus caput[n], non tamen sunt duo capita: unum enim est propter alterum. Antichristus enim dicitur[o] caput, quia in eo habitat diabolus per malitiae plenitudinem, et ita a diabolo habet quod sit caput.

88 ARTICULUS IX.

Utrum Antichristus sit caput malorum hominum qui praecesserunt ipsum.

Sed adhuc quaeritur, ratione illius differentiae, si Antichristus sit caput malorum hominum qui praecesserunt ipsum, cum diabolus non dicatur caput[p] aliquorum praecedentium.

---

[a] Z om. [b] Z om. *i. c.* [c] R *formata.* [d] BT add. *et.* [e] R *antichristo.* [f] T add. *est.* [g] BT *supra.* [h] V om., BTZ *similiter.* [i] Z *segregando.* [k] VZ *humanitatem.* [l] V om. [m] Z add. *esse.* [n] V om. *e. d. c.* [o] Z *dicitur esse* pro *e. d.* [p] B om.

1 *In Epist. Ioan. ad Parthos,* tr. 3, c. 2, n. 5 (PL 35, 1990); *Ordin.,* in h. l. (PL 114, 697).
2 Lombardi, in h. l. (PL 192, 317). 3 Col. 2, 9.
4 *Ordin.,* in h. l., ap. Lyran., ex Gregorio M., *Moral.,* XXV, c. 16 (PL 76, 343).
5 *Ordin.,* in h. l., ap. Lyran., ex Gregorio M., *Moral.,* XV, c. 58 (PL 75, 1117).
6 Cf. Lombard., in h. l. (PL 192, 178sq.).
7 *De fide orthod.,* IV, c. 26 (PG 94, 1218).
8 Lombardi, in h. l. (PL 192, 521).

Et videtur quod non [a] **sit caput praecedentium,** 1. quia respectu eorum non habuit rationem dominationis; nec ratione imitationis, quod est respectu exemplaris prius positi: imitatio enim sequitur exemplar; ergo non videtur habere rationem capitis respectu praecedentium.

2. Praeterea, si non esset fides Christi, quae praecessit incarnationem Christi, non diceretur Christus caput respectu antiquorum fidelium qui praecesserunt adventum eius; sed Antichristus [b] nihil tale habet praeexistens; ergo non dicetur caput malorum praecedentium.

Contra: *a.* I Ioan. 2,18: *Nunc* [c] *sunt multi Antichristi,* Beda [1]: « Antichristi [d] sunt omnes haeretici et qui [e] fidem, quam confitentur, destruunt actibus; et omnes contrarii Christo, qui venturo [f] suo capiti reddunt testimonium ». Et super illud [2]: *Novissima hora est,* dicit Glossa [3]: « Huius nequissimi capitis iam multa membra praemissa sunt, a quibus est cavendum ». Item, super illud Psalmi [4]: *Quoniam ecce inimici tui, Domine,* Glossa [5]: « Antichristi membra, quae modo premuntur [g] metu, in liberam vocem erumpent ». Ergo Antichristus est caput malorum qui praecesserunt.

Respondeo: 1. Dicendum [h] quod Antichristus est caput respectu praecedentium propter hoc quod *mysterium* [i] *iam operatur iniquitatis* [6] in suis membris, sicut dicitur in Glossa Bedae [7], I Ioan. 2,18. Nec dicitur propter hoc caput, quia membra ista accipiant ab ipso, sed propter praeeminentiam malitiae, quae erit [k] in ipso respectu aliorum, sicut praeeminentia est in capite ratione originis motuum.

2. Nec est simile, cum dicitur Christus caput et Antichristus caput [l]. Christus enim dicitur caput in fide ipsorum fidelium qui praecesserunt; dicitur etiam caput propter hoc quod fideles, qui praecesserunt, apertionem [m] ianuae per ipsum acceperunt. Antichristus vero non dicitur caput, quia in [n] ipsum credant mali qui praecesserunt vel quia per ipsum claudatur eis ianua, sed per proprium peccatum; sed, sicut dictum est [8], dicitur caput ratione praeeminentiae in malitia et convenientiae [o] in natura.

CAPUT VIII. 89

QUARE SCRIPTURA NON FACIT MENTIONEM DE PRIMO PECCATO LUCIFERI.

Consequenter quaeritur [p] de peccato primi angeli, quare Scriptura non facit mentionem de primo ipsius peccato in principio Geneseos, sicut facit de secundo, quo scilicet tentavit hominem.

Videtur enim quod debeat fieri mentio de ipso, 1. cum ibi fuerit origo peccatorum.

2. Praeterea, Scriptura non facit mentionem de isto peccato nisi sub quibusdam figuris, sicut sub figura regis [q] Babylon, Isai. 14, et sub figura principis Tyri, in Ezech. 28, de peccato autem hominis facit mentionem manifeste.

[Solutio]: Ad quod dicendum per hoc quod dicit Albinus, *Super Genesim* [9]: « Angelicum peccatum silentio in Genesi absconditum est et hominis patefactum, quia angelicum vulnus Deus non praedestinavit curare, hominis vero vulnus, peccatum scilicet [r], sanare praedestinavit ». Praeterea, per magnitudinem poenae voluit deterrere hominem: propter peccatum enim unius punitum est totum [s] genus humanum; propter peccatum vero primi angeli ipse solus punitus est a principio. Unde eius poena quasi a principio fuit praeparata [t], sicut habetur Isai. 30,33: *Praeparata est ab heri* [u] *Topheth,* id est a conditione mundi. Unde Augustinus [10]: « Carcer [v] in illa conditione creaturarum praeparatus est ». Nihilominus tamen implicite dictum est peccatum illius [11], cum dictum est [12]: *Divisit Deus lucem a tenebris.* Illa enim divisio designat ipsam [x] poenam, quae immediate secuta est ad culpam.

[Ad obiecta]: 1. Ad id vero quod obicitur, dicendum [y] quod, licet peccatum diaboli primum esset, tamen ratione illius non processisset [z] morbus nec secuta esset medicina, cum illud sit irremediabile [13]. Tota autem Scriptura alterum

---

[a] Z om. [b] RZ *avertitur,* quod FL corr.; BT *nec* pro *nihil;* B om. *eius.* [c] T *non.* [d] V om. *B. A.* [e] V *nisi.* [f] BT *venturi.* [g] Z *premittuntur.* [h] Ita V, alii add. *est.* [i] Ita RZ, alii *ministerium;* Z exp. *hoc.* [k] B *inerit.* [l] V om. *e. A. c.* [m] FRLZ *aperitionem.* [n] V om. [o] BT *convenientia.* [p] T om. [q] V *regni.* [r] BT om. *p. s.;* V *id est peccatum* pro *p. s.;* Z *saciare* pro *sanare.* [s] R om. [t] VBT *parata,* F *perpetrata.* [u] R *uberi* pro *a. h.;* L om. *ab.* [v] R vacat. [x] B *illam.* [y] Ita V, alii add. *est.* [z] VZ *precessisset,* B *processit;* B *ipsius* pro *illius.*

1 In h. l. (PL 93, 94); *Ordin.,* in h. l. (PL 114, 697).
2 I Ioan. 2, 18.
3 *Ordin.,* in h. l. (PL 114, 697).
4 Psalm. 82, 2.
5 Lombardi, in h. l. (PL 191, 781).
6 II Thessal. 2, 7.
7 Cf. supra, sub litt. *a.*
8 Cf. hic, parum supra, et num. 87.
9 Interrog. 3 (PL 100, 517).
10 *De mirabil. S. Script.,* I, c. 2 (PL 35, 2153).
11 Cf. Augustin., *De Gen. ad litt.,* I, c. 17, n. 33 (PL 35, 258sq.); *De civit. Dei,* XI, c. 33 (PL 41, 346).
12 Gen. 1, 4.
13 Cf. supra, num. 75.

istorum [a] declarat: vel quod pertinet ad morbum vel quod pertinet ad [b] medicinam.

2. Ad id vero quod secundo obicitur dicendum [c] quod peccatum hominis manifeste erat dicendum, ut sic expresse sciretur qualiter initiatus est morbus vel exortum est vulnus, ut sic consequenter convenientissima adhiberetur [d] medicina ab ipsa summa Sapientia, ad Rom. 5, 20: *Ubi abundavit peccatum, superabundavit et gratia.* Peccatum vero diaboli sub figuris est velatum ne propter sui immanitatem homo [e] acciperet exemplum desperationis: attendens enim homo peccatum diaboli [f] non remissum nec remissibile, posset desperare, idem credendo de suo.

90

CAPUT IX.

UTRUM PECCATO LUCIFERI STATIM ANNEXUM FUERIT ALIUD PECCATUM.

Nono quaeritur [g] de peccato primi angeli I. utrum illi peccato statim annexum fuerit aliud peccatum, scilicet peccatum invidiae.

Quod non, videtur. 1. Supposito enim quod creatus esset homo non simul tempore cum angelo, sed secundum [h] prius et posterius, sicut distinguuntur dies in principio Geneseos, ut homo in die sexto sit creatus, angelus vero in primo vel ante omnem diem [1], secundum hoc, si peccavit angelus statim post creationem, sicut videtur ex quibusdam Scripturis [i 2] elici, non erat nisi unicum eius peccatum, scilicet peccatum superbiae ex delectatione suae potestatis; non enim erat tunc creatura rationalis cui invideret: respectu enim rei nondum existentis nondum [k] est invidia, invidia autem dicitur esse respectu superioris vel respectu paris ne fiat superior [3].

2. Forte diceretur quod respectu boni angeli erat invidia. — Sed hoc non contingit, quia invidia est respectu illius qui aestimatur occupare bonum alterius [l] vel minuere bonum illius [4]; sed prima [m] aestimatio non fuit respectu boni angeli: bonus enim angelus non occupavit locum Luciferi, sed locum sibi determinatum; unicuique enim angelo in suo gradu determinatum fuit bonum in suo gradu; nec fuit illa [n] aestimatio, qua [o] minueretur bonum ipsius per bonum alterius angeli; ergo respectu angeli boni non fuit motus invidiae.

3. Praeterea, sicut dicit B. Gregorius, boni angeli purgati erant et territi, apostata angelo cadente. Unde videtur quod boni angeli confirmati sint per lapsum ipsorum malorum. Dicit enim B. Gregorius [5]: « Huius lapsus eos terruit et purgavit; terruit, ne Conditorem suum superbi despicerent; purgavit, quia, reprobis exeuntibus, actum est ut electi solum remanerent ». Et iterum [6]: « Sancti angeli, dum in aliis naturae suae damna conspiciunt, in se ipsis cautius robustiusque consistunt ». Ex quibus videtur quod cadentibus malis angelis boni sint confirmati; ergo primo fuit peccatum, deinde casus, deinde confirmatio. Quod si sic esset, tunc [p] invidia non esset respectu boni angeli immediate [q] post peccatum superbiae, quod erat primum peccatum [7].

4. Item, supposito quod homo simul creatus fuerit cum angelo, sicut videtur B. Augustinus [8] dicere, non videtur quod immediate post peccatum superbiae esset peccatum invidiae ei annexum respectu hominis. Invidia enim respectu superioris vel paris dicitur, sed non respectu inferioris; cum ergo humana natura esset inferior ipsa angelica, non erat motus invidiae in angelo respectu hominis; sed constat quod respectu alterius creaturae non fuit invidia; ergo peccatum invidiae non fuit in angelo immediate post peccatum superbiae.

Contra. *a.* Augustinus, in libro *De virginitate* [9]: « Superbiam sequitur invidia, tamquam filia pedissequa; eam enim [r] continuo parit nec unquam est sine tali prole atque comite, quibus duobus malis, superbia scilicet et invidia, diabolus [s] est diabolus ». Ex hoc arguitur, cum invidia sit proles continuo et [t] comes superbiae, quod peccavit immediate peccato invidiae.

b. Item, Bernardus, *Super Canticum* [10]: « *Lucifer* ille, *qui mane oriebatur* [11], sed propere elevabatur, antequam reverteretur in tenebras, generi nostro invidit [u] ». Sed quid aliud significatur [v] per reversionem in tenebras nisi casus eius? Ergo

---

[a] V om., B *illorum.* [b] V om. *morbum... ad.* [c] Ita V, alii add. *est.* [d] FR *adhibeatur.* [e] V *hic.* [f] B om. [g] V *ergo.* [h] Z om. [i] B *creaturis.* [k] T om. [l] V *illius.* [m] Ita V, alii *hec.* [n] V *secundo non quia* pro *in... illa.* [o] V om., FRL *ista.* [p] R om. [q] V add. *vel.* [r] B *vero.* [s] V *diu;* Z *invidentia* pro *invidia;* L om. *et.* [t] V *est.* [u] L *inviderit.* [v] T *significat.*

1 Cf. Alex. Hal., *Summa theol.*, II, num. 99.
2 Cf. infra, num. 92.
3 Cf. Gregor. M., *Moral.*, V, c. 46, n. 84 (PL 75, 728).
4 Cf. Gregor. M., loc. cit., n. 86 (PL 75, 729).
5 Cf. *Moral.*, XXXIV, c. 7, n. 13 (PL 76, 724 sq.).
6 Loc. cit.
7 Cf. supra, num. 71.
8 Cf. *De Gen. ad litt.*, IV, c. 34, n. 53 (PL 34, 319); *De civit. Dei*, XI, c. 9 (PL 41, 324). Cf. Alex. Hal., loc. cit.
9 Cap. 31 (PL 40, 413).
10 Sermo 17, n. 5 (PL 183, 857).
11 Cf. Isai. 14, 12.

peccatum invidiae fuit ante casum; sed casus immediate fuit post peccatum; ergo peccatum invidiae simul fuit cum peccato superbiae.

II. Adhuc etiam quaeritur ratione illius verbi quo dicitur quod diabolus « iis duobus peccatis est diabolus [1] ».

1. Quid enim aliud est esse diabolum nisi deorsum fluentem [2]? Sed per peccatum superbiae voluit ascendere; ergo per illud peccatum non fuit deorsum fluens.

2. Praeterea, per peccatum invidiae non videtur similiter; ergo non [a] iis peccatis diabolus est diabolus [b].

3. Si vero dicatur diabolus, id est deorsum fluens, per conversionem indebitam ad mutabile bonum, secundum hoc per quodlibet peccatum diabolus esset diabolus; non ergo magis per ista peccata quam per alia.

[Solutio]: I. Ad quod [c] dicendum quod, licet peccatum invidiae non esset simul cum peccato superbiae, nihilominus cito post secutum est [3]. Si vero quaeratur respectu cuius fuit motus ille invidiae: dicendum [d] quod respectu hominis, quem aestimavit participaturum gloriam a qua cecidit. Nec fuit motus ille respectu alterius angeli, qui non erat occupaturus locum eius, sed locum proprium. Respectu ergo hominis, simul creati vel post cito creati, fuit ille motus, ne eamdem gloriam participaret; unde suggessit ei illud per quod cecidit. Unde Augustinus, in *Quaestionibus Veteris Testamenti* [4]: « Ex transgressione illis divinitatem [e] spopondit, a qua ipse, dum affectatur, deiectus est ».

[Ad obiecta]: 1. Ad id vero quod obicitur quod 'homo sexto die creatus fuit, et ita [f] non statim post primum peccatum superbiae invidit' [g]: dicendum [h] quod hoc verum esset, si non intercidisset morula inter conditionem ipsius angeli et lapsum ipsius; sed quia fuit morula aliqua, sicut dicit [i] Magister, in libro *Sententiarum* [5], ideo potuit esse quod creato homine fuit ille [k] motus invidiae. Si vero simul creatus fuit homo, sicut videtur Augustinus sentire [l] [6], secundum hoc statim post fuit peccatum ipsius [m] invidiae, et hoc modo videtur illa auctoritas Augustini, in libro *De virginitate* [7], sentire, cum dicitur quod superbia invidiam « continuo parit ».

a. Ad id vero quod in [n] eadem auctoritate dicitur quod 'invidia est comes': dicendum quod [o] non intelligendum est [a] quod a principio fuit simul invidia cum superbia, ut quam cito peccavit peccato superbiae, peccaverit [b] peccato invidiae, sed sicut pedissequa dicitur comitari dominam suam, cum eam sequitur immediate, sic [c] invidia comes est superbiae; et quia nullum aliud peccatum immediate secutum est, ideo bene dicitur superbia continuo parere [d] invidiam, non quia non possit intercidere tempus inter instans quo peccavit peccato superbiae et instans quo peccavit peccato invidiae.

4. Ad id vero quod obicitur quod 'non debebat [e] esse motus invidiae respectu hominis, quia homo erat inferior creatura': dicendum est per hoc quod dicit Augustinus, *Super Genesim ad litteram* [8], quod [f] invidia non tantum est respectu superioris qui excellit, sed etiam respectu paris ne excellat et inferioris ne aequetur. Quantum ergo ad duas differentias poterat esse motus invidiae: par enim erat quoad hoc quod participaturus erat [g] eamdem gloriam, quam participaturus esset ipse, si stetisset; inferior vero erat ratione naturae corporalis vel spiritualis in quantum unibilis erat vel unita corporali. Si vero peccatum invidiae ipsius fuit post casum, sicut videtur Augustinus, XI *Super Genesim*, dicere, iis verbis [9]: « Propter excellentiam delectatus sua potestate, tumuit superbia, propter quam cecidit a beatitudine [h] spiritalis paradisi, et invidia contabuit [i] », tunc potuit etiam [k] esse motus invidiae ratione status sui vel [l] respectu superioris, quia iste iam lapsus erat, homo vero adhuc stetit [m]. Hoc idem videtur dicere, in *Quaestionibus Veteris Testamenti*, B. Augustinus [10]: « Praevidit quia ad accusationem eius factus est homo; unde sua subtilitate id egit ut in eamdem illum praevaricationem, in quam ipse ruit, induceret, ut accusatorem suum participem suae damnationis efficeret ». Unde ex hoc praesumitur quod prius peccavit et post damnatus est et damnatus invidit.

II. 1-2. Ad id vero quod post [n] obicitur per auctoritatem Augustini quod [o] 'iis duobus peccatis factus est [p] diabolus', videtur ratio esse, quia angelus habebat Creatorem [q] suum supra se et creaturam rationalem iuxta se. Primo ergo movebatur inordinate respectu illius qui erat supra se, deinde inordinate respectu illius qui erat iuxta se,

---

[a] BT *nec*, L add. *in*. [b] V om. *e. d*. [c] R *secundam*, quod LZ corr. [d] Ita V, alii add. *est*. [e] Ita VT, alii *deitatem*. [f] R *ideo*. [g] Codd. *superbivit* pro *s. i*. [h] Ita V, alii add. *est*. [i] R *dicitur*. [k] TR *iste*. [l] FRLZ *consentire*. [m] BT om. [n] F om. [o] Ita V, alii *d. q*. [a] RL om. [b] RL *peccavit*. [c] V *ita* et om. *est*. [d] V *ponere*, Z *pene*, quod L corr. [e] BR *debeat*. [f] L *quia*. [g] RLZ *erit*. [h] L *ab altitudine* pro *a. b*., quod F corr. [i] V *concubuit*. [k] FRL om. [l] Ita F (corr.), alii *etiam*. [m] T om. *sui... stetit*. [n] V om. [o] V *de*. [p] Ita BF (mg.), alii om. [q] B *conditorem*.

1 Cf. supra, p. 106, nota 9.
2 Cf. Isidor., *Etymol.*, VIII, c. 11, n. 18 (PL 82, 316).
3 Cf. S. Bonav., II *Sent.*, d. 5, a. 1, q. 1, sub *Respondeo* (II, 146b).
4 Quaest. 2 (PL 35, 2217).
5 Lib. II, d. 3, c. 4 (p. 322).
6 Cf. supra, p. 106, nota 8.
7 Cf. supra, p. 106, nota 9.
8 Cf. lib. XI, c. 14 (PL 34, 436).
9 Cap. 13 (PL 34, 436).
10 Cf. supra, nota 4.

nec erat ulterior differentia intellectualis naturae respectu cuius moveretur inordinate: et propter hoc iis duobus generibus peccatorum factus est diabolus. Sicut enim homo fit deiformis [a] vel angelus per dilectionem Dei et proximi, Dei [b] supra se, proximi iuxta se [c], sic fit deformis et difformis vel dissimilis [d] Deo per superbiam et per [e] invidiam, ut superbia opponatur debito ordini quoad Deum, invidia debito ordini quoad proximum; 'deorsum autem fluens' dicitur et per culpam et per poenam.

3. Ad id vero quod obicitur in contrarium, dicendum [f] quod, licet per superbiam vellet ascendere, nihilominus tamen ille ascensus fuit casus, et ita sic ascendendo, deorsum fluxit, Prov. 16, 18: *Ante ruinam exaltatur* [g] *cor;* immo ipsa [h] exaltatio indebita est ruina. Similiter dicendum est de motu invidiae. Et, licet peccet aliis generibus peccatorum, tamen haec [i] fuerunt prima peccata ab ipso inventa, et ideo iis dicitur ipse potius [k] diabolus quam aliis.

91 CAPUT X.

QUAE PECCATA CONVENIANT SPIRITUALI NATURAE ET QUAE NON.

Decimo quaeritur quae sint peccata diaboli secundum se ipsum, id est quae peccata conveniant spirituali naturae et quae non.

Videtur quod non tantum peccata superbiae et invidiae sint secundum se peccata ipsius diaboli, immo etiam [a] **peccata, quae ab iis nascuntur,** 1. sicut inobedientia, quae nascitur ex superbia, et praesumptio et odium, quae nascuntur [b] ex invidia.

2. Praeterea [c], acidia et ira et cupiditas spiritualia peccata sunt, sicut dicit B. Gregorius [1]. Si ergo sunt spiritualia peccata, possunt convenire ipsis spiritibus secundum se; ergo dicentur peccata diaboli, sicut peccatum superbiae vel invidiae.

3. Praeterea, suasor est et [d] suggestor [e] omnium peccatorum, et sic suadendo quodcumque peccatum, efficitur peccator; ergo quodlibet peccatum dicetur esse peccatum diaboli.

Contra. *a.* Augustinus, in XIV *De civitate Dei* [2]: « Si diabolus fornicator vel ebriosus, vel si quid [f] huiusmodi mali est quod ad carnis pertinet voluptatem, non potest dici, cum sit [g] talium peccatorum suasor et instigator occultus, est tamen [h] superbus atque invidus; quae illum vitiositas sic obtinuit, ut [i] propter hanc esset in carceribus caliginosi huius aëris aeterno supplicio destinatus ». Ergo ista [k] duo videntur specialiter esse peccata diaboli, carnalia vero peccata et iis similia non peccata diaboli, sed peccata hominis.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod haec duo dicuntur [l] specialiter peccata diaboli. De iis enim habetur in Sacra Scriptura expressum, videlicet Isai. 14, 11-13 de superbia ipsius, et Sap. 2, 24 de invidia, ubi dicitur: *Invidia diaboli intravit mors in orbem terrarum.* Haec etiam praecesserunt peccatum hominis; recte ergo dicuntur peccata diaboli.

[Ad obiecta]: 1. Ad id vero quod obicitur de nascentibus ex superbia et invidia: dicendum [m] quod de generibus peccatorum intelligitur; per genera vero intelliguntur ea quae ex ipsis generibus [n] nascuntur.

2. Ad id vero quod obicitur de ira et [o] acidia, dicendum [p] quod, licet ira possit convenire diabolo, magis tamen [q] proprie convenit spirituali naturae unitae corporali. Appetere enim vindictam proprie est propter irrogationem iniuriae; irrogatio vero [r] iniuriae per se fit creaturae humanae, non [s] creaturae angelicae. Nihilominus tamen, quia diabolus aestimat sibi iniuriam fieri cum eripitur [t] ab eo peccator, quem aestimat possessionem suam, incidit in peccatum irae, appetendo vindictam, Apoc. 12, 12: *Descendit ad nos diabolus habens iram magnam.* Peccatum vero acidiae, quod dicitur peccatum tristitiae, ex diversis causis oriri potest, et propter hoc [u] quia una est propria spiritualis naturae secundum se [v] ipsam, altera vero ipsius spiritualis naturae [x] in quantum coniungitur corporali, dicitur commune peccatum angelo et homini. Creatura enim spiritualis per se ipsam tristatur ex [y] existimatione tristabilis; spiritualis [z] coniuncta ex complexione corporis, cui coniuncta est, quandoque tristatur. Cupiditas vero, etsi sit spirituale peccatum, prout est rerum temporalium, est ipsius hominis. Recte ergo superbia et invidia dicuntur esse peccata

---

[a] Z *deformis.* [b] V om. *e. p. D.* [c] B add. *sic sui,* T add. *sic fui.* [d] B om. *v. d.* [e] V om. [f] Ita V, alii add. *est.* [g] Z *exaltabitur.* [h] V *illa.* [i] Ita BT, alii *non;* T *cum* pro *tamen.* [k] T *prius.*

[a] V *et.* [b] Ita VB, alii *quod nascitur* pro *q. n.* [c] B *item.* [d] Ita V, alii om. [e] F add. interl. *est.* [f] R *aliquid* pro *s. q.;* Z *malitie* pro *mali est.* [g] BT *et.* [h] V *et cum* pro *e. t.;* B *aut* pro *atque.* [i] Ita BTL (interl.), alii om.; Z *hoc* pro *has.* [k] FRL *illa.* [l] T add. *esse;* V om. *duo;* B *essentialiter* pro *specialiter.* [m] Ita V, alii add. *est.* [n] B om. [o] V add. *in;* B *dicitur* pro *obicitur.* [p] Ita V, alii add. *est.* [q] T om. [r] V om.; RZ *nature* quod FL corr.; RZ *arrogatio* pro *irrogatio,* quod L corr. [s] V *non fit* pro *f. c. h. n.* [t] V *recipitur;* T om. *fieri.* [u] V *hec.* [v] RL om., in F est add. interl. [x] T om. *secundum... naturae.* [y] Ita BT, alii om. [z] V om.

[1] Cf. *Moral.,* XXXI, c. 45, n. 88 (PL 76, 621). | [2] Cap. c. 3, n. 2 (PL 41, 406).

diaboli, alia vero tria[a] spiritualia magis propria ipsius animae rationalis.

3. Ad id vero quod obicitur quod 'diabolus est suasor sive suggestor omnium peccatorum': dicendum[b], quod non propter hoc quodlibet peccatum dicitur diaboli per inhaerentiam, sed per causalitatem in hoc genere causae, non quod omne peccatum fiat suggestione diaboli, sed fit omne[c] peccatum hominis vel suggestione diaboli vel proprio defectu.

Adhuc etiam obici potest: Videtur enim Augustinus dicere, *Contra Faustum*[1], quod fallacia et superbia sint principalia vitia diaboli. Dicit enim: « Non mirum est si praevaricatores angeli, quorum duo maxima sunt vitia superbia et fallacia, per hunc aerem volitantes, quod uni vero Deo deberi noverant, hoc sibi a suis cultoribus exegerunt ». Ex quo accipitur quod haec sunt principalia peccata, non superbia et invidia.

Ad quod respondendum quod aliter et aliter dicuntur illa principalia sive maxima et ista. Superbia enim et invidia dicuntur maxima sive principalia propter primam oppositionem contra[d] duplicem ordinem debitum, respectu Dei et respectu proximi[e]. Fallacia autem et superbia dicuntur esse[f] maxima peccata et principalia in tentando hominem, ut dupliciter cadat homo: quoad intellectum per fallaciam, quoad[g] affectum per superbiam. Sic ergo aliter et aliter dicuntur illa maxima et ista.

CAPUT XI. 92

UTRUM LUCIFER STATIM PECCAVIT, CUM FACTUS FUIT, AUT NON STATIM[2].

Undecimo quaeritur I. utrum statim post instans conditionis peccavit.

Quod videtur, 1. per hoc quod dicitur I[h] Ioan. 3,8: *Ab initio diabolus peccat;* sed constat quod hoc non fuit in eodem instanti in quo fuit conditus, sicut supra ostensum est[i][3]; ergo '*ab initio*' dicitur, id est statim post initium; ergo statim post initium conditionis peccavit.

2. Item, Augustinus, XI libro *Super Genesim*[4]: « Factus[k], continuo se a luce veritatis avertit, superbia tumidus[l] et propriae potestatis delectatione corruptus ».

3. Item, Ioan. 8,44: *Ab initio in veritate non stetit;* sed, sicut videtur Augustinus innuere, XI *Super Genesim*[5], *ab initio* suae conditionis *in veritate non stetit;* sed quid est *ab initio,* nisi post initium immediate? Hoc etiam patet per hoc quod sequitur[6]: « Non dixit Dominus 'a veritate alienus fuit', sed *in veritate non stetit,* ubi a veritate lapsum intelligi voluit ».

4. Item, Isidorus[m], I libro *De summo bono*[7]: « Mox ut factus est, in superbiam[n] erupit ». Ex iis videtur quod statim post initium peccavit.

5. Hoc etiam videtur: Cum enim Lucifer creatus fuerit perfectus[8], sicut dicitur Ezech. 28,14: *Ambulasti perfectus in viis tuis,* perfecta autem intelligentia cum potest intelligere, nihil deest ei ex parte sui quin intelligat, et[o] cum potest velle, nihil deest ei ex parte sua quin velit; ergo si non statim voluit, aliqua causa fuit quare non statim voluit. Sed[p], sicut dicit Augustinus, in libro *Retractationum*[9]: « Nihil ita est in voluntate hominis[q], sicut ipsa voluntas »; et[r] B. Bernardus, in libro *De libero arbitrio*[10]: « Nihil ita liberum est homini sicut ipsa voluntas ». Multo fortius ergo in angelo, ubi est expedita intelligentia. — Praeterea, habuit cognitionem Dei, qui est supra ipsum, et inferiorum angelorum sub ipso; potuit ergo considerare se esse eminentiorem ceteris angelis[s], et ex hoc poterat esse motivum peccati sui; qua ergo ratione postea movebatur[t] ex huiusmodi consideratione, eadem ratione[u] potuit a principio moveri; ergo secundum hanc rationem statim post principium conditionis peccavit.

Contra: *a.* Dicitur in[v] Ezech. 28,14: *Ambulasti perfectus in viis tuis a die conditionis tuae, donec inventa est iniquitas in te.* Sed ambulatio in perfectione non est nisi aliquantulum perseveraverit in perfectione; ergo aliquantulum perseveravit sive stetit.

b. Item, Origenes[11]: « Hostis *serpens antiquus*[12] contrarius est veritati, non tamen a principio

---

[a] R add. *peccata.* [b] Ita V, alii om. [c] VZ *commune.* [d] Ita V, alii *ad.* [e] V *Christi.* [f] F om. [g] Z add. *ad;* V om. *per.* [h] V om. [i] R om. [k] B add. *est.* [l] V *intumidus.* [m] LZ *Isa.,* quod VFR corr. [n] Ita BT, alii om. *i. s.* [o] RL *vel,* quod F corr. [p] V *et.* [q] RL om., in F est add. mg. [r] B *sed.* [s] Ita BT, alii *aliis.* [t] R om. [u] V om. *postea... ratione.* [v] V om.

1 Cf. lib. XXII, c. 17 (PL 42, 409).
2 Cf. Lombard., II *Sent.,* d. 3, c. 4 (p. 319sqq.); S. Bonav., II *Sent.,* d. 3, p. 2, a. 1, q. 2 (II, 115sqq.).
3 Cf. supra, num. 70 et p. 107, *ad 1.*
4 Cap. 23 (PL 34, 441).
5 Cf. c. 16 (PL 34, 437sq.); *De civit. Dei,* XI, c. 13 (PL 41, 329).
6 *De civit. Dei,* XI, c. 13 (PL 41, 330).
7 Cap. 10, n. 7 (PL 83, 555).
8 Cf. supra, num. 70.
9 Lib. I, c. 22, n. 4 (PL 32, 620).
10 Cf. c. 1 (PL 182, 1003).
11 *In Ezech.,* hom. 1, n. 3 (PG 13, 671).
12 Apoc. 12, 9.

neque statim supra pectus et ventrem suum ambulavit, sicut Adam et Eva non statim peccaverunt ». Ex quo videtur quod aliqua morula interposita cecidit.

c. Praeterea, Ioannes Damascenus[1] dicit[a]: « Non natura malus factus, sed bonus existens et in bono genitus[b], nequaquam in se ipso a[c] Conditore malitiae semitam habens, non ferens illuminationem et honorem, quae ipsius Conditoris largita fuerant bonitate, liberi sui arbitrii[d] electione versus est ex eo quod secundum naturam in[e] id quod praeter naturam ». Ex quo accipitur quod non determinatur utrum statim ceciderit vel etiam morula interposita fuerit.

d. Praeterea, videtur ex verbis Augustini, XI *De civitate Dei*[2], quod statim post conditionem peccaverit, per oppositum de bonis angelis. Dicitur enim de illis ibi[f]: « Simul ut facti sunt, lux facti sunt; non tamen ita tantum creati, ut quoquo modo essent et quoquo modo viverent, sed etiam illuminati, ut sapienter beateque[g] viverent; ab illuminatione aversi quidam[h] angeli non obtinuerunt excellentiam sapientis beataeque vitae ». Ex quo videtur quod sicut boni angeli, statim ut facti sunt, lux facti sunt, ita et angeli, qui postea facti sunt mali, statim facti sunt[i] tenebrae.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod utrumque[k] opinando dictum est: non enim ex Scriptura alterum illorum est omnino manifestum. Verumtamen, secundum opinionem Magistri, in libro *Sententiarum*[3], dicendum est quod aliqua morula interposita ceciderunt per peccatum.

[Ad obiecta]: Ad ea vero quae in contrarium obiciuntur[l] secundum hoc responderi potest.

1. Primo ad id quod dicitur I Ioan. 3, 8: *Ab initio diabolus peccat.* Sic enim exponit illud Augustinus, XI *De civitate*[m] *Dei*[4], dicens: « Illud[n] quod *ab initio diabolus peccat*, non ab initio ex quo creatus est, peccasse putandus est, sed ab initio peccati, quia ab ipsius superbia coepit esse peccatum[o] ».

2. Ad id vero quod dicit Augustinus, XI *Super Genesim*, dicendum[p] quod continuo dicitur avertisse se a luce veritatis, quia non perseveravit[q] in luce veritatis[r] vel quia non diu fuit in ea.

3. Ad tertium vero[s] dicendum quod 'non stare in veritate' hunc potest habere intellectum: quia non perseveravit[a] in veritate; et quod dicitur *ab initio*, intelligendum est: id est post initium. Et hoc videtur per verba[b] Augustini, in libro *De civitate Dei*[5]: « In qua veritate si stetisset, eius particeps factus, beatus cum sanctis angelis permaneret ».

4. Ad id vero quod dicit Isidorus, dicendum[c] secundum hoc quod postea subiungit[d 6]: « Fuit in veritate conditus, sed non stando confestim a veritate[e] est lapsus ». Unde totum refertur ad id quod dicitur « non stando », id est non perseverando.

5. Ad id etiam quod deinceps obicitur, potest responderi quod, licet statim potuit velle bonum vel[f] malum et sufficiens erat voluntas quantum ad alterum illorum, in ipsa tamen voluntate fuit aliquantulum stare vel non stare; et quia voluntas in huiusmodi non est ratio secundum tempus determinata, ideo non est rationem assignare propter quam statim peccaverit[g] post instans conditionis vel non statim. Sicut enim[h] in voluntate hominis est, cum adiutorio tamen gratiae, aliquamdiu[i] stare in bono, et in voluntate eius[k] statim cadere vel non statim, ita fuit in voluntate angeli.

a. Si vero diceret quis quod statim post conditionem lapsus est, sicut videntur quaedam auctoritates designare: responderi posset[l] quod illud Ezech. 28, 14: *Ambulasti perfectus* etc. non est contrarium. Non enim aliud[m] designatur nisi quod perfectio bonitatis naturae fuit in eo usque ad lapsum peccati, ambulatio autem illa non est nisi motus ex eo quod est secundum naturam.

b. Ad id[n] vero quod videtur dicere Origenes, dicendum[o] quod loquitur de illo peccato quo diabolus tentavit hominem, quod non[p] ita cito factum fuit. Et hoc potest ex ipsis verbis[q] auctoritatis haberi, cum dicitur: « Serpens, contrarius veritati, non statim super pectus[r] » etc. Poena enim illa, de qua dicitur Gen. 3, 14: *Pectore et ventre repes*, ad poenam illius peccati, quo tentavit hominem, referri videtur; quod videtur ex serie ipsius litterae.

II. Sed adhuc quaeritur utrum peccaverit[s] ante conditionem hominis.

---

[a] R om. [b] Ita V, alii add. *et*. [c] V om. [d] R om. [e] Z om. [f] V *ita*. [g] Ita RL, alii *beneque*. [h] V om., FRL *quidem*, quod Z corr. [i] V add. *sicut*. [k] V *uterque*. [l] Ita V, alii *id vero quod obicitur in contrarium* pro *ea... obiciuntur*. [m] F om., in L est add. mg. [n] R om. [o] Ita BT, alii *factum*. [p] Ita V, alii add. *est*. [q] FRL *perseveraverit*. [r] T om. *quia... veritatis*. [s] V om.

[a] RL *perseveraverit*, quod F corr. [b] R *verbum*; T *quod* pro *per*. [c] Ita V, alii add. *est*; V *quod* pro *secundum*. [d] R *subiungitur*. [e] V *cum festinatione* pro *c. a. v.*; FRL *elapsus* pro *lapsus*. [f] BT *et*, R *velle*. [g] BT *peccaverat*. [h] B om. [i] V *aliquando diu*. [k] BT add. *est*. [l] T *potest*; Z *per* pro *quod*. [m] BT *illud*. [n] BT *aliud*. [o] Ita V, alii add. *est*. [p] F om.; T om. *cito*. [q] Z *illis*. [r] B add. *et ventrem*. [s] V *peccavit*, BT *peccaverat*.

1 *De fide orthod.*, II, c. 4 (PG 94, 875).
2 Cap. 11 (PL 41, 327).
3 Cf. II *Sent.*, d. 3, c. 4 (p. 322).
4 Cap. 15 (PL 41, 330).
5 Loc. cit., c. 13 (PL 41, 330).
6 Cf. *Sentent.*, I, c. 10, n. 7 (PL 83, 555).

Quod videtur, *a.* per hoc quod dicit Isidorus, in libro *De summo bono*[1]: « Prius de caelo cecidit diabolus quam homo conditus fuit ». Sed casus non fuit nisi post peccatum; ergo prius peccavit quam homo conditus esset.

b. Praeterea, homo conditus fuit sexta die; divisio autem lucis a tenebris fuit prima die; ergo praecessit peccatum: per tenebras enim significatur [a] peccatum [2].

Contra: 1. Dicit Augustinus[3] quod statim postquam superbivit, invidit; unde invidia ibi fuit comes superbiae; sed non invidit nisi rei existenti; et invidit homini; ergo homo iam fuit [b]; non ergo prius peccavit quam homo [c] conditus esset.

2. Praeterea dicitur Iob 40, 10: *Ecce Behemoth, quem feci tecum* [d]; sed si factus fuit simul cum homine, et peccatum facturam eius [e] secutum est, ergo prius erat conditus homo quam Lucifer peccaret.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod, secundum sententiam illorum qui successionem dierum ponebant, prius peccavit Lucifer quam homo conditus esset; in hac autem sententia erant Hieronymus et Gregorius[4]. Secundum autem sententiam illorum qui dicebant omnia simul esse [f] creata, non tantum in materia, sed etiam in forma, prius erat conditus homo quam peccaret diabolus; illa autem distinctio dierum ad ordinem naturae rerum et illuminationis angelicae refertur.

TITULUS II.

DE PECCATO ALIORUM ANGELORUM.

Finito Tractatu de primo peccato angeli [g], consequenter dicendum est [h] de peccato aliorum angelorum. Circa quod quaeruntur haec [i]:

Primo, quod fuit genus peccati;
secundo, quod fuit motivum ad peccandum;
tertio, qui erant peccantes sive de quo ordine;
quarto, utrum plures peccaverunt quam steterunt vel e converso;
quinto, quo tempore peccaverunt, utrum simul cum Lucifero vel post;
sexto, de comparatione peccati ipsorum;
septimo, de irremissibilitate;
octavo, quare non perseveraverunt sicut nec Lucifer.

CAPUT I. 93

QUOD FUERIT GENUS PECCATI ANGELORUM [5].

Circa primum sic proceditur: videtur quod peccatum eorum non fuerit superbia. 1. Sicut enim habetur in II *Sententiarum,* minores angeli peccaverunt [k] consentiendo; dicitur enim dist. 6[6]: « Lucifer aliis maior non [l] solus cecidit, sed cum eo alii multi, qui ei in malitia consenserunt ». Peccaverunt ergo peccato consensus; sed peccatum consensus [m] distinguitur a peccato affectionis; superbia vero est peccatum affectionis; ergo non peccaverunt peccato superbiae.

2. Hoc idem videtur ratione ostendi. Minores enim angeli non habuerunt illam praeeminentiam, ut omnibus angelis praeferrentur; sed ex isto tamquam inclinativo [n] contigit quod primus angelus, Lucifer scilicet, voluit esse sicut Deus, et in hoc peccavit peccato superbiae[7], alii vero [o] angeli, cum non haberent idem motivum, non illo peccato [p] peccaverunt: eorum enim erat subesse, non superesse; ex consideratione autem eius quod est subesse non nascitur superbia.

---

[a] V *significavit.* [b] V *dicit.* [c] F om.; L om. *esset.* [d] FRL add. *etc.* [e] V add. *eius fuerit aut* pro *f. e.* [f] FRL om. [g] Z add. interl. *scilicet Luciferi.* [h] F om. [i] V *ista.* [k] V *peccaverint.* [l] F *sed.* [m] BT add. *non.* [n] V add. *quo.* [o] T om. [p] V om.

1 Lib. I, c. 10, n. 7 (PL 83, 555).
2 Cf. supra, num. 89, *Solutio.*
3 Cf. *De virginit.,* c. 31 (PL 40, 413).
4 Cf. Alex. Hal., *Summa theol.,* II, num. 99 et 260.
5 Cf. Lombard., II *Sent.,* d. 4, c. 1 (p. 326); S. Bonav., II *Sent.,* d. 5, a. 2, q. 1 (II, 150sqq.).
6 Cap. 2 (p. 330).
7 Cf. supra, num. 71.

3. Item, Apoc. 12, 4 dicitur quod draco traxit *tertiam partem stellarum.* Quid [a] autem fuit iste tractus nisi per hoc quod consenserunt? Ergo peccaverunt peccato consensus.

4. Item [b], dicit Hugo de S. Victore[1]: « Quia in una simul malitia consenserunt, omnes quasi unum ordinem perversae societatis effecerunt ».

Apparet contrarium *a.* per hoc quod dicitur in Epistola Iudae [c] 1 cap., super illud: *Vinculis aeternis* etc., Glossa[2]: « Superbia et corde impoenitenti peccaverunt ». Item, ibidem, super illud[3]: *Dereliquerunt Deum,* Glossa[4]: « Per superbiam »; Gregorius, *Moralium,* libro II[5]: « Tanto magis homines ad caelestia ascendere invident, quanto se a caelestibus per elationis immunditiam proiectos vident ».

b. Item, ibidem, super illud[6]: *Non servaverunt suum principatum* [d], Interlinearis[7]: « Per inobedientiam ». Ergo peccaverunt [e] per inobedientiam; sed inobedientia filia est superbiae et ad eam reducitur; ergo peccaverunt peccato superbiae.

c. Item, videtur quod peccaverunt peccato cupiditatis. Dicit enim Glossa[8] super illud[9]: *Vinculis aeternis* etc.: « Vincula dicuntur cupiditas infimarum [f] rerum, qua vincti ad superiora non possunt reverti ».

d. Item, videtur quod peccaverunt peccato praesumptionis, II Petri 2, 4: *In tartarum tradidit* [g] *cruciandos,* Glossa[10]: « Magnitudine poenarum territi, a iudicio praesumptionis desistunt ». Ergo prius peccaverunt iudicio [h] praesumptionis.

Respondeo [i]: 1. Dicendum quod peccaverunt peccato superbiae et nihilominus peccaverunt peccato consensus. Appetierunt enim propriam excellentiam, et sic peccaverunt peccato affectionis; consenserunt etiam peccato ipsius Luciferi, imitando ipsum in peccato. Iste autem consensus non ponit propriam speciem peccati, sed ad idem genus peccati reducitur: consensus enim determinatur per imitationem, imitatio autem [k] per illud in quo fit imitatio.

b. Ad id vero quod obicitur quod 'peccaverunt peccato inobedientiae': dicendum [l] quod peccatum inobedientiae non fuit nisi ex concomitantia. Eo enim quod peccaverunt peccato superbiae, non obedierunt Domino in [m] praecepto debitae humilitatis, cum essent creaturae intellectuales, sicut suberant in esse Deo, ita subesse debebant voluntate.

c. Ad id etiam quod opponitur de peccato cupiditatis, dicendum [n] quod cupiditas ibi large accipitur, secundum quod dicitur appetitus inordinatus rei mutabilis: et hoc modo est in peccato superbiae nec distinguitur ab ipsa in genere peccati.

2. Ad id vero quod obicitur quod 'non peccaverunt peccato superbiae, quia non habuerunt idem motivum cum Lucifero': dicendum [o] quod, licet non haberent idem motivum omni modo, nihilominus habebant idem motivum sive inclinativum in genere; unde in [p] omnibus amabatur propria excellentia, licet non tanta.

d. Ad id vero quod obicitur de peccato praesumptionis, dicendum [q] quod, si loquitur ibi de praesumptione, qua praesumebant [r] efferri super se sive super debitam mensuram, secundum hoc non destiterunt a peccato praesumptionis nec desistunt, sicut dicit Isidorus[11]. Si vero accipiatur praesumptio impunitatis, secundum hoc terror magnitudinis poenae facit desistere a praesumptione.

94

CAPUT II.

QUOD FUERIT ANGELIS MOTIVUM AD PECCANDUM.

Secundo quaeritur quod fuit motivum in peccato minorum angelorum.

a. Dicit [s] Anselmus, in libro *De casu diaboli*[12], quod appetierunt beatitudinem, non servando iustitiam, et ideo ceciderunt a beatitudine et a iustitia; ergo idem motivum fuit ipsius Luciferi et minorum angelorum qui peccaverunt [t].

Sed videtur contrarium. 1. Lucifer [u] motivum habuit praeeminentiam super omnes angelos[13]; sed [v] hoc motivum non potuerunt habere alii [x]; ergo non fuit idem motivum Luciferi et aliorum.

---

[a] Ita V, R *quod,* alii *quis.* [b] VBTZ *idem.* [c] Z add. *de.* [d] V *principium.* [e] B *peccavit.* [f] R *infirmarum;* B om. *qua.* [g] VRLZ *tradit.* [h] B *peccato,* F *peccato vel iudicio.* [i] F *responsio.* [k] V add. *est.* [l] Ita V, alii add. *est.* [m] V om. [n] Ita V, alii add. *est.* [o] Ita V, alii add. *est.* [p] Ita BTL (mg.), alii om. [q] Ita V, alii add. *est.* [r] Z *presumebat.* [s] BT add. *enim.* [t] B om. *q. p.* [u] F add. *enim;* BT *motivam* pro *motivum.* [v] B *et.* [x] V add. *angeli.*

1 *De sacram. christ. fid.,* I, p. 5, c. 30 (PL 176, 270).
2 *Ordin.,* in h. l. (PL 114, 707).
3 Iudae v. 6.
4 *Interlin.,* in h. l., ap. Lyran.
5 Cap. 47, n. 74 (PL 75, 590).
6 Iudae v. 6.
7 In h. l., ap. Lyran.
8 *Ordin.,* in h. l. (PL 114, 707).
9 Iudae v. 4.
10 *Ordin., In II Petri* 2, 11 (PL 114, 692).
11 Cf. *Sentent.,* I, c. 10, n. 8sq. (PL 83, 555).
12 Cap. 6 (PL 158, 334).
13 Cf. supra, num. 71.

2. Praeterea, Lucifer voluit esse sicut Deus [1]; sed hoc non legitur de aliis; ergo non fuit idem motivum in peccato [a] Luciferi et aliorum.

[Solutio]: Aliqui dicunt quod in hoc peccaverunt quod appetierunt non sibi ipsis principatum, sed ipsi, et ita ex quadam dependentia ad ipsum peccaverunt, et ideo, ipso cadente, ceciderunt, delectati ex [b] eo quod ipse appetiit. Sed ex quo Scripturae loco hoc accipiant, non invenio; in dubiis autem nihil est [c] definiendum. Forte tamen [d] posset accipi ex illo verbo Ioannis Damasceni [2] vel illo Gregorii, in *Moralibus* [3]: Apostata angelus se Deum per superbiam angelicis potestatibus ostentavit et se super ceteros quasi in potentia divinitatis exaltavit; concidit [e] cum ipso infinita multitudo eorum, qui sub ipso erant, angelorum [f]. Sicut enim aliqui inferiores aliquo praelato appetunt bonum praelati sui — in praelatione enim eius quodam modo et ipsi praeferuntur — ita isti, qui sub ipso [g] erant, praeferri se aestimabant in praelatione ipsius.

Ad quod dicendum, secundum Anselmum [h], quod appetierunt beatitudinem, non servando iustitiam. Unde Anselmus [4]: «Illi angeli qui maluerunt illud plus, quod nondum Deus illis dare volebat, quam stare in iustitia, in qua facti erant, eadem iustitia iudicante, et illud, propter quod illam contempserunt, nequaquam obtinuerunt et quod tenebant bonum amiserunt». Sic autem appetendo, inordinate appetierunt suam excellentiam; sed iste appetitus excellentiae inordinatus ex imitatione Luciferi poterat esse, non tamen tantum peccaverunt [i] quantum ipse, quia appetierunt excellentiam in gradu suo. Idem ergo poterat esse motivum in genere, sed non idem omnino. Sicut enim beatitudo unum quid est [k], sed singulis distribuitur secundum gradum sive mensuram, ita [l] inordinatio istius appetitus fuit in quadam mensura, non quod peccarent in hoc quod appetebant beatitudinem, sed in hoc quod non iuste appetierunt. Sive ergo isto modo dicatur sive illo quo supra tactum est [5], non erat aequale peccatum istorum et Luciferi, sed illo modo diceretur esse idem motivum, non tantum in genere, isto vero modo idem motivum in genere, sed non omnino idem.

CAPUT III. 95

DE QUO ORDINE FUERINT ANGELI PECCANTES [6].

Tertio quaeritur utrum de omni ordine angelorum fuerunt aliqui peccantes.

Quod videtur. *a.* Homo enim creatus est ad restaurationem angelicae ruinae, sicut habetur [m] in *Enchiridion* [7], et ab Anselmo, in libro *Cur Deus homo* [8], licet haec non esset tota ratio [9], et videtur accipi ex illo verbo in Cantico Deuter. [10] secundum aliam translationem: *Constituit terminos populorum iuxta numerum angelorum Dei.* Sed aliqui homines restaurabuntur ad singulos ordines angelorum: aliqui enim restaurabuntur ad ordinem Seraphim, aliqui ad ordinem Cherubim, et ita de aliis; ergo de quolibet ordine ceciderunt aliqui: si enim aliqui homines ad ordinem Seraphim pertinebunt, multo magis ad ordines inferiores, qui non in tanta claritate [n] Deum contemplantur.

b. Item, Hugo de S. Victore [11]: «De quolibet ordine ceciderunt» et unum ordinem contrarium fecerunt, *ubi nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat* [12].

Si hoc concedatur, quaeritur 1. quare in Scriptura Sacra non fit mentio quod aliquis ceciderit [o] de ordine Seraphim aut de ordine [p] Thronorum, sicut legitur de Cherubim, Ezech. 28, 16 [13], et de Principatibus et Potestatibus, sicut habetur ad Eph. 6, 12, ubi dicitur: *Non est nobis* [q] *colluctatio adversus carnem et sanguinem, sed adversus principatus et potestates.*

[Solutio]: Ad hoc videtur respondendum quod, etsi [r] de quolibet ordine aliqui ciderunt et aliqui homines restituantur ad quemvis ordinem, tamen de Seraphim et Thronis non fit mentio in Scriptura, licet fiat de Cherubim et de aliis. Hoc enim [s]

---

[a] B om. *i. p.* [b] T om. [c] B om. [d] V *tunc.* [e] BT *cecidit.* [f] BT om. [g] R *eo.* [h] T om. *s. A.* [i] B add. *ipsi.* [k] V add. *ita unum quid est;* R *quidem* pro *quid.* [l] R *quia.* [m] V om. [n] R *quantitate,* quod FL corr. [o] V *cecidit.* [p] L om. *a. d. o.* [q] Z om. [r] Ita Z (corr.), alii *si.* [s] Ita BT, alii *etiam,* quod L corr.; F *et hoc* pro *hoc.*

1 Cf. supra, num. 72.
2 Cf. *De fide orthod.*, II, c. 4 (PG 94, 875).
3 Cf. *Moral.*, XXIX, c. 9, n. 8 (PL 76, 487).
4 Cf. *De casu diaboli*, c. 6 (PL 158, 334).
5 Cf. hic, parum supra.
6 Cf. Lombard., II *Sent.*, d. 6, c. 1 (p. 329sq.); S. Bonav., II *Sent.*, d. 6, a. 1, q. 2 (II, 163).
7 Cf. c. 29 (PL 40, 246).
8 Cf. lib. I, cc. 16-18 (PL 158, 381sqq.).
9 Cf. Alex. Hal., *Summa theol.*, II, num. 330.
10 Cap. 32, 8, sec. Veterem Latinam.
11 *De sacram. christ. fid.*, I, p. 5, c. 30 (PL 176, 260).
12 Iob 10, 22.
13 Cf. supra, p. 85, sub lit. *c.*

videtur esse ratione nominationis, a qua denominantur [a] ordines [1]. Seraphim enim ab intensione [b] caritatis dicuntur: hoc autem non potest esse [c] commune bonis [d] et malis; Throni vero ab [e] hoc quod Deus in eis sedeat et sua iudicia decernat: nec haec ratio similiter communis est bonis et malis. Sed ratio scientiae communis est bonis et malis [f], et ideo dictus est Cherub primus [g] angelus qui cecidit, non propter hoc quod fuerit de illo ordine, sed supremus inter angelos, sicut videntur Sancti et Scriptura dicere [2]; similiter Principatus et Potestates sunt [h] nominationes quae possunt convenire bonis et malis; eodem modo Virtutes, Archangeli et [i] Angeli. Ex hac ergo ratione Scriptura, cum loquitur de malis angelis, designat sub illis nominationibus [k], quae sunt communes, non sub nominationibus propriis, quae appropriantur ipsis bonis angelis. Nec intelligendum est quod *principatus et potestates,* ad Eph. 6, 12, sumantur tantum pro illis qui fuerunt de illis ordinibus, sed indifferenter: nominationes enim illae sunt communes.

96 CAPUT IV.

UTRUM PLURES ANGELI PECCAVERUNT QUAM STETERUNT.

Quarto quaeritur utrum plures peccaverunt quam steterunt.

Ad quod sic: 1. Gregorius [3], super illud Deuter. 32, 8: *Constituit terminos populorum* etc.: « Dei civitas constat ex hominibus et angelis, ad quam tanti ascendunt [a] hominum, quanti ibi remanserunt angelorum ». Ergo numerus bonorum [b] angelorum qui steterunt non [c] est maior quam hominum salvandorum; sed numerus malorum angelorum videtur maior esse: mali enim angeli dantur ad exercitium; ergo unusquisque homo cum habeat proprium angelum malum ad exercitium, tot erunt mali angeli quot [d] homines; vel si non tot, videtur excedere numerus malorum angelorum numerum bonorum, sicut numerus malorum hominum excedit numerum bonorum; ergo plures fuerunt mali angeli quam boni; plures ergo peccaverunt quam steterunt.

2. Quod etiam videtur per hoc quod maior est facilitas [e] liberi arbitrii ad cadendum quam ad standum, et hoc apparuit in primo angelo et in primo homine; numerus ergo peccantium, cum sequatur facilitatem ad malum, et numerus stantium facilitatem [f] ad bonum, maior fuit numerus peccantium quam [g] in bono permanentium.

Contra. *a.* IV Reg. 6, 16 legitur quod [h] respondit Elisaeus: *Noli* [i] *timere, plures enim nobiscum sunt quam cum illis.* Et Hugo de S. Victore [4] exponit hoc de bonis angelis et malis, quasi diceret: plures angeli boni sunt nobis parati ad adiuvandum [k] quam mali angeli ex parte adversariorum ad nobis nocendum. Sed constat quod omnes angeli boni sunt parati ad adiuvandum et omnes mali ad nocendum; sic dicit Haymo [5]: « Sicut mali angeli parati sunt [l] ad impugnandum, ita boni ad resistendum ». Ergo plures fuerunt angeli boni qui steterunt quam mali qui [m] ceciderunt.

[Solutio]: 1. Ad quod potest responderi quod plures steterunt quam ceciderunt. Nec hoc est contrarium quod unusquisque homo habet [n] proprium angelum malum ad exercitium. Potest enim [o] idem malus angelus successive dari pluribus hominibus ad exercitium, quoniam ex parte hominum est mortalitas, angeli vero sunt immortales. Nec est simile de angelis et [p] hominibus. Homines enim, propter corruptionem originalis concupiscentiae quam habent, proniores sunt ad peccandum quam ex natura adiuta cum gratia ad faciendum bonum, et ideo plures [q] sunt mali homines quam boni. Angeli vero in primo suo statu plus ordinati erant ad standum in bono quam ad peccandum. Unde congruenter [r] videtur dici quod plures fuerunt qui steterunt quam qui per peccatum ceciderunt.

2. Ad id autem quod dicitur quod 'liberum arbitrium de se est vertibile in malum, sed in bonum nonnisi per gratiam, et ita maior sit [s] facilitas ad malum quam ad bonum': dicendum [t] quod in primo statu maior fuit facilitas ad bonum, quia, cum ex natura esset inclinatus ad bonum nec [u] deesset gratia, si [v] adesset voluntas, maior fuit inclinatio ad bonum quam ad malum, et ideo non est mirum si [x] plures steterunt in bono quam peccaverunt.

---

[a] T add. *ordinantur.* [b] FR *incensione.* [c] Z om. [d] B add. *angelis.* [e] Ita B, alii *ad*; R *ut* pro *quod.* [f] V om. *sed... malis.* [g] T add. *est.* [h] F add. *nomina communia vel.* [i] V om. [k] FRL *denominationibus.* [a] BTZ *conscendunt.* [b] R *beatorum.* [c] F om. [d] B *quam* pro *a. q.* [e] B om. [f] BT om. [g] B add. *numerus.* [h] V om. [i] Ita B, alii *nolite*; T om. *enim.* [k] V *iuvandum.* [l] V om. *ad nobis... sunt.* [m] R om., in L est add. interl.; VZ om. *m. q.* [n] T om. [o] BTZ om. [p] T *etiam* pro *d. a. e.* [q] VRZ *plus,* quod FL corr. [r] VZ *convenienter.* [s] B *fuit.* [t] Ita VB, alii add. *est.* [u] BT *non.* [v] V *sed.* [x] Z *sed,* quod L corr.

1 Cf. Lombard., II *Sent.*, d. 9, c. 2 (p. 346); Isidor., *Etymol.*, VII, c. 5, n. 21 (PL 82, 275).
2 Cf. supra, num. 69.
3 *In Evang.*, hom. 34, n. 11 (PL 76, 1252).
4 Cf. *De sacram. christ. fid.*, I, p. 5, c. 31 (PL 176, 261).
5 Cf. *In Epist. ad Ephes.*, c. 7 (PL 117, 732 sq.).

CAPUT V. 97

UTRUM ANGELI PECCAVERINT SIMUL CUM LUCIFERO VEL POST [1].

Quinto quaeritur quo tempore peccaverunt, utrum simul [a] cum Lucifero vel post.

Et videtur quod simul cum Lucifero peccaverunt, *a.* per hoc quod dicit Ioannes Damascenus [2]: « Simul cum illo evulsa [b] est et consecuta est et concidit cum ipso infinita multitudo » etc.

b. Praeterea, qua ratione primus angelus delectationem habuit in sua praeeminentia, ea ratione inferiores angeli in suo gradu praeeminentiae [c]; sicut ergo primus angelus movebatur ad elationem, ita et alii et [d] in eodem tempore moveri poterant.

c. Praeterea, videtur ex verbis Augustini, *Ad Orosium* [3]: « Omnes angeli aequales creati sunt, sed, cadentibus per superbiam quibusdam, ceteri Domino pia obedientia cohaeserunt ». Ex quo videtur quod simul ceciderunt, et ita sicut fuit simultas in poena, quod etiam fuerit [e] simultas in culpa.

d. Praeterea, si prius peccasset Lucifer, ex peccato autem secuta fuisset deformitas, alii tunc vidissent eum [f] deformatum et ita non ei consensissent; cum ergo ei consenserunt, habuit [g] claritatem, propter quam eis praeeminebat; ergo non secundum prius et posterius peccaverunt, immo simul cum ipso Lucifero, ut sicut prius erant simul claritates spirituales, ita consequenter essent simul deformitates.

Contrarium videtur, 1. per hoc quod ipsi peccaverunt per consensum; consensus autem est respectu rei prius existentis, maxime in huiusmodi ubi non praecedit dispositio aut consilium; ergo peccatum ipsius Luciferi praecessit peccatum minorum angelorum.

2. Praeterea, si simul peccassent et eodem genere peccati, non magis attribueretur peccatum uni quam alteri; sed magis attribuitur Lucifero quam aliis: dicitur enim quod *traxit secum tertiam partem stellarum* [4], id est magnam partem angelorum; ergo peccatum Luciferi praecessit peccatum aliorum.

[Solutio]: Ad quod dicendum [h], secundum opinionem Praepositini [5], quod quam cito Lucifer peccavit, alii cognoverunt voluntatem eius, « sicut quam cito fit coruscatio in Oriente, tam cito apparet in Occidente [6] ». Et nihilominus erat ibi aliqua distantia, sed imperceptibilis, et quam cito perceperunt eius voluntatem, subito ei consenserunt. — Aliis [7] autem [i] videtur quod simul peccaverunt; quod [k] praesumunt ex hoc quod simul ceciderunt. Quod videtur ex Scriptura, quae non distinguit, cum dicitur II Petri 2, 4: *Deus angelis peccantibus non pepercit, sed rudentibus [l] inferni in tartarum tradidit cruciandos.* Item, videtur [m] illud ex comparatione bonorum: sicut enim de bonis angelis dicitur quod simul steterunt, ita videtur de malis [n] quod simul ceciderunt. Unde dicit B. Gregorius [8]: « Istis cadentibus, illis datum est in munere ut omnino non [o] possint cadere ».

[Ad obiecta]: Si ergo dicatur quod simul peccaverunt, potest responderi iis quae obiecta sunt in contrarium.

1. Ad primum de consensu, dicendum est [p] quod consensus potest esse in rem prius existentem vel in rem [q] futuram vel in rem praesentem; in angelis vero non est necessaria [r] dispositio praecedens vel consilium [s], sed conversio ad unum.

2. Ad secundum [t] dicendum quod, etsi simul peccaverunt, non tamen par erat peccatum, sicut nec par erat appetitus sive delectatio: respectu enim unius et eiusdem rei possunt diversi differenter moveri secundum magis et minus.

CAPUT VI. 98

DE COMPARATIONE PECCATI PRIMI ANGELI ET ALIORUM.

Sexto quaeritur de comparatione peccati primi angeli et aliorum.

Videtur enim quod maius fuerit peccatum Luciferi quam peccatum aliorum angelorum,

---

[a] V *vel.* [b] B *emula.* [c] R (corr.) *preeminenti.* [d] BT om. [e] B *fuerat.* [f] B *ipsum.* [g] V *habuerunt.* [h] V add. *quod.* [i] B *etiam;* T om. *videtur;* R *quidem* pro *quod,* quod FL corr. [k] R *et.* [l] T *mentibus.* [m] V *videtur etiam,* BZ *et videtur* pro *I. v.* [n] V add. *angelis.* [o] RZ om., in FL est add. interlin. [p] F *dicitur* pro *d. e.* [q] V om. *v. i. r.* [r] R om. [s] R *consimilium.* [t] Ita V, alii add. *vero.*

1 Cf. S. Bonav., II *Sent.*, d. 5, a. 2, q. 2 (II, 152sqq.).
2 *De fide orthod.*, II, c. 4 (PG 94, 875).
3 *Quaest. 65 ad Orosium.*, q. 17 (PL 40, 739).
4 Apoc. 12, 4.
5 Cf. *Summa,* II (f. 89c); Guil. Altissiod., *Summa,* II, tr. 2, c. 5 (f. 42c).
6 Cf. Matth. 24, 27.
7 Cf. Praeposit., loc. cit.; Guil. Altissiod., loc. cit.
8 *Moral.*, XXXIV, c. 7, n. 13 (PL 76, 724sq.).

a. per hoc quod dicitur in Psalmo [1], super illud: *Draco iste, quem formasti ad illudendum ei* etc., Glossa [2]: « Qui ceteris in esse erat excellentior [a], factus est in malitia maior ».

b. Praeterea, quanto maior fuit claritas ipsius, tanto maius fuit peccatum, cum ab illa claritate cecidit; ergo maius fuit peccatum ipsius quam aliorum.

Contra, videtur quod maius fuerit peccatum aliorum, 1. eo quod consenserunt in hoc quod ipse esset princeps eorum et non alius; Lucifer vero peccavit in hoc quod voluit praeesse et non subesse: unde singulariter voluit praeesse [3]; unde Iob 32, 1, ubi loquitur de praesumptione, qua [b] aliquis vult singulariter videri, Gregorius [4]: « Haec species quarta vicinius proximat diabolo, qui [c] praeesse angelis voluit. Ob hoc [d] Dominus discipulos arguit ne de [e] singularitate miraculorum gauderent, dicens [5]: *Videbam Satanam tamquam fulgur de caelo cadentem* ». Ex hoc videtur quod Lucifer voluit singulariter praeesse et illi [f] inferiores appetebant hoc ei, qui non tantum movebantur quantum ipse; ergo plus peccabant illud appetendo.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod maius fuit peccatum Luciferi quam aliorum, quia libido in appetitu erat maior nec habuit ante se exemplar aliquod: ad nullius enim [g] peccantis imitationem peccavit, sed inventor peccati fuit, sicut dicit Isidorus [h 6]. Non sic autem fuit de aliis, qui ex consideratione ipsius ad eius imitationem peccaverunt.

[Ad obiecta]: 1. Ad id vero quod obiectum est in contrarium, dicendum [i] quod, licet maior claritas fuerit in eo sive eminentia, unde occasionem peccati sumpsit, tamen non ex hoc minuitur eius peccatum, sed magis augetur. Bonitas enim naturalium non minuit peccatum, sed infirmitas; unde, cum in eo nulla esset infirmitas naturae, unde minueretur peccatum, non ex hac consideratione in eo peccatum minuebatur.

99

CAPUT VII.

UTRUM PECCATUM ANGELORUM FUERIT IRREMISSIBILE [7].

Septimo quaeritur utrum peccatum eorum [k] fuerit irremissibile.

Quod non [l], videtur, 1. per hoc quod dicit Augustinus, in libro *De mirabilibus Sacrae Scripturae* [8]: « Irremediabili vindicta angelus summus percussus est, et ideo surgere non potuit, quia a sublimissimo statu sui ordinis cecidit ». Sed minores angeli a sublimissimo statu non ceciderunt; ergo per hanc rationem surgere potuerunt [m].

2. Item, peccatum hominis dicitur remissibile, quia peccavit alio movente sive suggerente; sed minores angeli peccaverunt Lucifero movente [n] eos ad peccatum sive ad peccandum: quod patet; unde Apoc. 12, 4: *Cauda eius trahebat tertiam partem stellarum secum,* Glossa [9]: « Illexit alios ad amorem terrenorum ». Ergo peccatum eorum fuit remissibile.

Contra: *a.* Gregorius [10]: « Homo venialiter peccavit, quia caro fuit, angelus vero irremediabiliter, quia spiritus ». Sed hoc fuit commune Lucifero et aliis; ergo omnes irremissibiliter peccaverunt.

b. Praeterea, statim post peccatum cecidit; hoc autem « quod est angelo casus, hoc [o] est homini mors [11] »; sed post mortem peccatum hominis est irremissibile; ergo angelorum post casum peccatum est irremissibile [p].

c. Item [q], Anselmus, *De casu diaboli* [12]: « Tunc conditione naturae non poterant habere iustitiam ex ipsa natura, nunc merito culpae non debent habere. Nullo igitur modo possunt a se habere iustitiam, quia nec antequam eam acciperent nec postquam deseruerunt ». Sed, si non potuerunt [r] habere iustitiam nec possunt, peccatum eorum est irremissibile; ergo etc.

d. Item, Anselmus, in libro [s] *Cur Deus homo* [13], ostendit quod peccatum eorum est irremediabile [t] dicens: « Sicut homo non potuit reconciliari nisi per hominem Deum qui mori posset, per cuius iustitiam Deo restitueretur quod per peccatum hominis perdiderat, ita [u] angeli damnati salvari

---

[a] R *excelsior;* BT *essentia* pro *esse.* [b] T *quia.* [c] R *quod.* [d] BT *ab hac* pro *o. h.;* L *hanc.* [e] V om.; R add. *sui.* [f] BT *alii.* [g] B om. [h] VR *Isa.* [i] Ita V, alii add. *est.* [k] FRLZ *ipsorum;* T *sit* pro *fuerit;* V *irremediabile* pro *irremissibile.* [l] VZ om., FL exp. [m] BFRL *poterunt.* [n] T *monente.* [o] Z om. [p] R om. *ergo... irremissibile;* T om. *peccatum.* [q] V *unde.* [r] FRLZ (corr.) *poterunt.* [s] B om. *i. l.* [t] Ita B, alii *irremissibile.* [u] L om.

1 Psalm. 103, 26.
2 Lombardi, in h. l. (PL 191, 941).
3 Cf. supra, num. 71.
4 *Moral.,* XXIII, c. 6, n. 13 (PL 76, 259).
5 Luc. 10, 18.
6 *Sentent.,* I, c. 10, n. 4 et III, c. 5, n. 7 (PL 83, 554, 661).
7 Cf. supra, num. 75. S. Bonav., II *Sent.,* d. 7, p. 1, a. 1, q. 1 (II, 173 sqq.).
8 Lib. I, c. 2 (PL 35 2153).
9 *Interlin.,* in h. l., ap. Lyran.
10 Cf. *Moral.,* IX, c. 50, n. 76 (PL 75, 901).
11 Damasc., *De fide orthod.,* II, c. 4 (PG 94, 878).
12 Cap. 17 (PL 158, 349).
13 Lib. I, c. 22 (PL 158, 430 sq.).

non possunt nisi per angelum Deum qui mori possit et qui per suam iustitiam Deo reparet quod aliorum peccata abstulerunt. Et sicut homo per alium hominem, qui non esset eiusdem [a] generis, quamvis esset eiusdem naturae, non debuit relevari [b], ita nullus angelus per alium angelum salvari [c] debet, quamvis omnes sint unius [d] naturae, quoniam non sunt eiusdem [e] generis sicut homines: non enim sic omnes angeli de uno angelo quemadmodum omnes [f] homines de uno homine. Hoc etiam removet eorum restaurationem, quia sicut ceciderunt nullo alio movente [g] ut caderent, ita nullo alio adiuvante surgere debent: quod est illis impossibile. Quapropter, si quis [h] opinatur Salvatoris nostri redemptionem usque ad illos debere extendi, rationabiliter convincitur quod [i] irrationabiliter decipitur, non quia pretium mortis eius omnium [k] hominum et angelorum peccatis sua magnitudine non praevaleat, sed quoniam perditorum angelorum relevationi [l] immutabilis ratio repugnat».

e. Item, Augustinus, in *Enchiridion* [1]: «Placuit universitatis creatori atque moderatori [m] Deo ut, quoniam non tota multitudo angelorum Deum [n] deserendo perierat, ea, quae perierat, in perpetua perditione remaneret, quae autem cum Deo, illa deserente [o], perstiterat, de sua certissime cognita felicitate semper secura gauderet. Alia vero creatura rationalis, quae in hominibus erat [p], quoniam peccatis atque suppliciis et originalibus et [q] propriis tota perierat, ex eius parte reparata, quod angelicae societati ruina illa diabolica minuerat, suppleretur [a]». Ex quo accipitur quod, quia tota humana natura, quantum est de se, perierat, reparanda fuit per gratiam Mediatoris, ne aliqua creatura tota periret, et ita peccatum eius esset [b] remediabile; quia vero [c] angelica natura non tota perierat, sed ex parte et proprio suo [d] motu, peccatum ipsorum cadentium esset [e] irremediabile.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod sicut peccatum Luciferi fuit irremissibile et [f] irremediabile, ita et peccatum aliorum angelorum malorum, sicut supra dictae ostendunt [g] rationes [2].

[Ad obiecta]: 1. Ad id vero quod primo obicitur in contrarium, dicendum [h] quod, licet non de sublimissimo statu alii angeli ceciderint, ceciderunt tamen de sublimi statu in ordine creaturae intellectualis. Ille enim est [i] status qui plus naturaliter Deo approximavit [k], et ideo cadentes a tali statu irremissibiliter ceciderunt.

2. Ad secundum vero [l] dicendum quod 'peccare alio movente' dicitur duobus modis: vel quod [m] accipiatur exemplar peccati ab alio vel motivum peccati, et, sive sic sive sic, non est ratio remissibilitatis peccati; vel dicitur 'peccare [n] alio movente', id est suggerente, et sic peccavit homo suggerente diabolo, et haec est una ratio quare peccatum hominis dicitur remissibile. Sed illi moti fuerunt ad appetendum [o] quod non debuerunt appetere, quia viderunt quod Lucifer illud appetiit; unde exemplar peccati vel motivum ad peccandum ab ipso [p] acceperunt.

CAPUT VIII. 100

QUARE MALI ANGELI NON PERSEVERAVERUNT IN BONO INNOCENTIAE.

Octavo quaeritur quare angeli qui ceciderunt non perseveraverunt in bono innocentiae.

1. Supposito enim quod habuerint gratiam gratum facientem, cum gratia gratum faciens non sit sine omnibus virtutibus, habuerunt ergo virtutem perseverantiae; si ergo habuerunt virtutem perseverantiae, quare non perseveraverunt?

2. Si vero non habuerunt gratiam gratum facientem a principio, sed habuerunt iustitiam, id est rectitudinem naturalem, sicut dicit Anselmus [3], cum maior esset inclinatio liberi arbitrii in eis ad bonum quam ad malum — ad malum enim nulla erat inclinatio, ad bonum vero ex rectitudine naturali erat inclinatio — ergo potius debebant stare quam cadere; sed si stetissent, perseverantiam habuissent; ergo magis ordinati erant ad perseverantiam; quare ergo non perseveraverunt?

3. Item, I Cor. 4, 7: *Quid habes, quod non accepisti?* Aut ergo Deus dedit eis perseverantiam aut non dedit. Si Deus non dedit eis perseverantiam, non acceperunt perseverantiam [4]; et si non acceperunt perseverantiam, non est imputandum eis quod non perseveraverunt, sed Deo qui non dedit.

---

[a] V *eius*, item infra. [b] B *revelari*. [c] VTRLZ *sanari*. [d] B *eiusdem*; R *qui* pro *quoniam*. [e] F *unius*, quod L corr. [f] R *sicut* pro *q. o.* [g] Ita BT, alii *nocente*. [h] Z *aliquis*. [i] B *commetitur et* pro *c. q.* [k] BT *omnibus*. [l] VTRZ *revelationi*. [m] RZ *mediatori*. [n] Ita VF, alii *Deo*. [o] V *de serpente*. [p] RLZ *erit*; V *tantum* quo *quoniam*. [q] V om.

[a] B *supplere*. [b] V om. *e. e.* [c] V om. [d] BT om. [e] T om. [f] BT om. *i. e.* [g] VLZ *ostenderunt*. [h] Ita V, alii add. *est*. [i] V om., in Z est add. mg. [k] V *proximavit*. [l] V om. [m] R *quia*. [n] V add. *vel*. [o] T *petendum*; B add. *illud*. [p] B *illo*.

1 Cap. 29 (PL 40, 246).
2 Cf. supra, sub litt. *a-e*.
3 Cf. *De casu diaboli*, c. 6 (PL 158, 334).
4 Cf. Anselm., loc. cit., c. 3 (PL 158, 328).

4. Item, si affirmatio est causa affirmationis, negatio erit causa negationis, maxime in propriis causis[1]; ergo, si datio[a] perseverantiae a Deo est causa acceptionis perseverantiae in angelis stantibus et propter hoc perseveraverunt, per oppositum non-datio perseverantiae erit causa non-acceptionis perseverantiae in angelis cadentibus[2]; ergo imputandum est Deo quod non perseveraverunt. — Forte diceretur quod non est ibi consequentia in ipso, sed consequentia e contrario, ut non-datio non sit causa non-acceptionis, sed non-acceptio sit causa non-dationis. – Contra quod sic obicitur per simile in causis naturalibus: Habere enim pulmonem est causa respirationis et per oppositum non habere pulmonem est causa non-respirationis. Et[b] similiter solem lucere vel aliud luminare est causa[c] illuminationis domus et per oppositum[d] solem vel aliud luminare non lucere est causa non-illuminationis[e]: hoc autem est in causis propriis; sed secundum hunc modum videtur[f] in proposito: datio enim est causa acceptionis propria; ergo non-datio non-acceptionis. — Item, si debet esse consequentia e contrario, ut[g] quia angelus vel homo non accipit, ideo Deus non dat, quae ergo erit causa quod angelus non accipit[3]? Cum enim nihil esset repugnans in natura ipsius angeli, non fuit in ipso causa non-acceptionis; ergo causa fuit in alio; nonnisi in Deo; ergo non accepit, quia Deus non dedit.

5. Praeterea, si angelus non accepit perseverantiam, « aut hoc fuit[h] quia non potuit accipere aut quia non voluit[4] ». Si quia non potuit: sed quod[i] non potuit non ei imputari debuit; ergo ob hoc non peccavit. Si[k] quia non voluit: sed « voluntatem accipiendi perseverantiam vel potestatem accipiendi perseverantiam[l] non potuit habere nisi dante Deo. Quid ergo peccavit, si non accepit quod Deus non dedit illi posse vel velle[m] accipere? » Si ergo habuit « potestatem accipiendi perseverantiam et[n] voluntatem » a Deo, ergo angelus non defuit gratiae Dei; quare nec gratia defuit ei; accepit ergo et habuit perseverantiam; sed, si habuit perseverantiam, perseveravit; non ergo cecidit[o]. — Praeterea, si habuit voluntatem accipiendi perseverantiam, aut perseveravit in illa voluntate aut non. Si perseveravit in voluntate[p]: sed perseveranti in voluntate bona datur quod desideratur; ergo dabatur[a] ei perseverantia[5]. Si ergo non dabatur ei[b] perseverantia, non fuit causa in ipso, sed in Deo.

Ad contrarium sic proceditur, *a.* scilicet quod causa fuit in ipso quare non accepit perseverantiam, non in Deo. Cum enim Deus sit causa omnis boni, non accipere autem perseverantiam, cum debet vel cum expedit, est malum, ergo Deus non est causa illius; et est aliqua causa; ergo est in creatura defectibili[c]; quod ergo angelus non accepit perseverantiam, causa fuit in ipso. Quaeritur[d] ergo quae sit illa causa. Et dicetur fortasse quia[e] ideo non accepit perseverantiam, quia « deseruit iustitiam[6] ». Desertio autem iustitiae aut fuit quia noluit tenere iustitiam aut ideo noluit tenere iustitiam, quia voluit eam deserere. Sed[f] videtur quod 'non velle tenere' sit prius quam 'velle deserere'. « Carbonem enim ignitum in manu nuda[7] » prius est non velle tenere quam velle deserere: prius enim quam teneas, vis non tenere, velle autem[g] deserere non potes, nisi cum tenes; ergo prius fuit non velle tenere iustitiam quam velle deserere. — Sed videtur contrarium: « Avarus enim, cum vult tenere nummum et mavult panem, quem nequit habere nisi nummum det, prius vult deserere nummum quam non velit tenere; non enim illum ideo vult dare, quia non vult tenere, sed ideo non vult tenere, quia, ut panem habeat, necesse est dare[8] »; ergo « velle deserere prius est quam non velle tenere ». A simili videtur hic esse: non voluit tenere iustitiam et deseruit iustitiam; aliqua ergo causa fuit in voluntate, propter quam utrumque voluit[h]; nonnisi quia aliquid aliud voluit; ergo volendo aliquid aliud, quod tunc velle non debebat, « deseruit iustitiam et deserendo iustitiam, non tenuit eam »; sed nihil potuit velle nisi aut rectum aut commodum[9]; sed noluit rectum sive iustum: « iustitiam enim volendo, peccare non potuit; peccavit ergo volendo aliquid commodum quod nec habebat nec tunc habere debebat[10] ». Quaerendum est ergo quod sit illud commodum, ex cuius voluntate deseruit iustitiam et non accepit perseverantiam.

Respondeo: 1. Ad primum dicendum[i] quod, licet diceretur quod habuissent[k] gratiam gratum

---

[a] T *creatio.* [b] V om. [c] R add. interl. *non.* [d] TFRLZ add. *non.* [e] B add. *domus;* V *hec* pro *hoc;* R om. *non,* in L est add. mg. [f] B om.; V *opposito* pro *proposito.* [g] Ita BT, alii *vel.* [h] T om. [i] V *quia.* [k] T *sed.* [l] BT om. *a. p.* [m] T *ille.* [n] B *vel.* [o] BT *in illa* pro *n. e. c.* [p] T om. *aut non... voluntate.*

[a] V *dabitur.* [b] BFRZ om. [c] V *de necessitate.* [d] Ita V, alii *querenda est.* [e] Ita V, alii om. [f] Ita V, alii *et.* [g] V *sed* pro *v. a.*; R *vis* pro *potes.* [h] F *noluit.* [i] T om. [k] Ita VB, alii *habuisset.*

1 Cf. Aristot., *Anal. Poster.*, I, c. 13 (I, 133).
2 Cf. Anselm., *De casu diaboli*, c. 3 (PL 158, 328).
3 Cf. Anselm., loc. cit. (PL 158, 328, 331).
4 Anselm., loc. cit. (PL 158, 329), ubi et sequentia.
5 Cf. Anselm., loc. cit.
6 Anselm., loc. cit. (PL 158, 332).
7 Anselm., loc. cit., c. 3 (PL 158, 331).
8 Anselm., loc. cit., ubi et sequentia.
9 Cf. Anselm., loc. cit., c. 4 (PL 158, 332).
10 Anselm., loc. cit., (PL 158, 333).

facientem, datam a Deo[a] a principio, ut si essent conditi in gratuitis, tamen non acceperunt perseverantiam: perseverantia enim nomen aequivocum est ad virtutem per se, ex qua potest aliquis perseverare, et ad statum perseverantiae. Virtutem quidem acceperunt, si[b] acceperunt gratiam gratum facientem, sed non propter hoc perseverantiam, secundum quod est status virtutis; sicut aliquis homo, qui accipit gratiam gratum facientem a Deo, accipit cum hoc virtutem, ex qua potest perseverare, non tamen accipit perseverantiam, secundum quod est status virtutis.

2. Ad secundum vero dicendum[c], supposito quod conditi erant cum iustitia naturali, quod, licet esset maior inclinatio ad bonum quam ad malum vel simpliciter inclinatio ad bonum, nihilominus in voluntate liberi arbitrii est utrumque et ipsa voluntas est sufficiens causa ad malum.

3. Ad tertium vero dicendum quod, licet consequentia ista[d] sit necessaria ex utraque parte: 'Deus dedit, ergo angelus accepit; Deus non dedit[e], ergo angelus non accepit', non sic tamen[f] est in habitudine causali[1]. Datio enim est causa acceptionis perseverantiae, non-datio vero, licet sit inferens non-acceptionem, non tamen est causa non-acceptionis[g], sed non-acceptio in huiusmodi est causa non-dationis. Ex parte enim bonorum semper ponitur causalitas[h] in Deo, ex parte vero malorum sive defectuum non ponitur[i] primo causalitas in ipso, sed in creatura intellectuali defectibili et ex sua voluntate deficiente.

4. Ad id vero quod obicitur per simile in causis naturalibus, dicendum est quod[k] aliter est in causis naturalibus et causis voluntariis. In causis enim naturalibus, quae propriae sunt[l], affirmatio est[m] causa affirmationis et negatio est[n] causa negationis. In causis vero voluntariis non sic est, ubi ex parte negationis possunt diversae rationes adhiberi. Praesentia enim nautae est causa salutis in navi, absentia nautae est una causa periculi, sed possunt etiam esse aliae causae, ut confractio navis vel inundatio aquarum vel ventorum impulsio. Cum autem dicitur quod non-acceptio perseverantiae causatur, non ex hoc primo[o] causatur quod Deus non dat — Deus enim quantum est de se offert[p] — sed hoc est ex parte ipsius voluntatis, quae mutabilis est, et hoc[q] duobus modis: vel non tenendo quod habet vel convertendo se indebite ad id quod non habet. Hoc autem modo[r] fuit in angelis: non tenuerunt quod habuerunt, scilicet naturalem iustitiam, sed converterunt se indebite ad id quod non habuerunt.

5. Ad sequens vero dicendum quod et acceperunt potestatem perseverandi et voluntatem perseverandi, nec[s] tamen habuerunt perseverantiam; nec fuit causa ex parte Dei, sed in ipsis, sicut dicit Anselmus[2], quia non pervoluerunt, id est[t] perfecte voluerunt.

a. Ad id vero quod consequenter obicitur, dicendum[u] quod 'non velle tenere iustitiam' non fuit ibi causa eius quod fuit 'velle deserere iustitiam', sed 'velle deserere iustitiam'[v] fuit causa eius quod est 'non velle tenere': voluerunt autem deserere iustitiam, quia voluerunt aliquod[x] commodum indebite, quo existente, non servaretur iustitia[y], et ita per consequens voluerunt deserere iustitiam, non quod hoc esset primum volitum, sed consequens ad primum.

---

[a] V om. *a. D.* [b] V *sed.* [c] B add. *quod;* V om. *vero.* [d] B om. [e] R *dividit.* [f] Z om., in F est add. mg. [g] T delev. *non.* [h] F add. *ipsa.* [i] V add. *ergo;* B *prima* pro *primo.* [k] V om. *e. q.* [l] F add. interl. *ubi.* [m] V *est proprie affirmatio* pro *q. p. s. a. e.* [n] BT om. [o] V om. [p] BT *affert.* [q] Ita F, alii om. *e. h.;* V *mutatur,* R *commutabilis* pro *mutabilis;* V *in* pro *est.* [r] R add. *non.* [s] BT *non.* [t] B *scilicet* pro *i. e.* [u] Ita V, alii add. *est.* [v] V add. *non.* [x] V *non voluerunt* pro *v. a.* [y] V *servaverunt iustitiam,* Z *servare iustitiam* pro *s. i.*

[1] Cf. Anselm., *De casu diaboli,* c. 3 (PL 158, 329). | [2] Loc. cit., c. 3 (PL 158, 329).

QUAESTIO II.

DE POENA PECCATI ANGELORUM.

TITULUS I.

DE POENA SPIRITUALI DAEMONUM.

Expedito Tractatu de primo peccato Luciferi et de peccato aliorum angelorum, quo primo peccaverunt, consequenter dicendum est de poena quae notabatur[a] in casu eorum. Erat autem eorum[b] duplex casus: unus spiritualis, alter vero localis sive in poenam a corpore, scilicet igne gehennae, inflictam.

Casus autem spiritualis sive poena multiplex fuit:
ex parte potestatis, alligatio sive cohibitio;
ex parte cognitionis, obscuratio;
ex parte motivae quoad rationem, vermis;
quoad voluntatem respectu boni apparentis, quod tamen est[c] malum, gaudium;
respectu vero mali in praesenti, dolor;
respectu mali in futuro, timor.

MEMBRUM I.

De poena daemonum quae est ligatio potestatis.

CAPUT I.

DE LIGATIONE POTESTATIS DIABOLI QUOAD TENTANDUM.

Primo autem dicendum est de casu spirituali quoad ligationem[d] potestatis et cohibitionem.

Et primo quaeritur utrum ligata fuerit potestas diaboli, qui prius erat Lucifer;

secundo, utrum per adventum Christi magis fuerit alligata;

tertio, utrum aliquando vincatur a bonis, ita quod ulterius tentare non possit;

quarto, si victus[e] est super aliquo peccato, utrum ligata sit potestas ut ulterius de illo tentare non possit;

quinto, utrum sic[f] ligata sit potestas eius vel aliorum ut aliquam personam determinatam tentare non possint[g].

101

ARTICULUS I.

Utrum ligata fuerit potestas diaboli.

Circa primum sic: quod ligata sit eius potestas, 1. dicitur Apoc. 20, 1-3: *Vidi alterum angelum descendentem de caelo, habentem clavem abyssi et catenam magnam in manu sua. Et apprehendit draconem, serpentem antiquum, qui est diabolus et Satanas, et ligavit eum per annos mille; et misit in abyssum et signavit super eum, ut non amplius decipiat, donec mille anni consummentur.* Et Matth. 12, 29: *Quomodo quisquam potest intrare in domum fortis, nisi prius*

---

[a] VT *vocabatur.* [b] V om. *e. a. e;* R om. *autem.* [c] BTLZ add. *ad.* [d] V *diligationem.* [e] V *vinctus.* [f] VB om.; F om. *sit.* [g] BT *possit.*

alligaverit fortem? et tunc domum eius diripiet. Quid per hunc *fortem* designatur nisi ipse [a] diabolus, qui alligatus est per Christum? Ergo alligata est potestas diaboli.

2. Praeterea, dicitur Ioan. 12, 31: *Nunc [b] princeps huius mundi eicietur foras.* Sed quid est eici [c] foras de mundo, nisi de cordibus amatorum mundi? Sed in aliis non habet possessionem; ergo ligata est eius potestas.

Sed contrarium videtur. *a.* Dicitur enim in Psalmo [1], super illud: *Misit in eos iram indignationis suae* etc., Glossa [2]: « In malis hominibus potest diabolus ut in suo pecore [d] ». Adhuc ergo respectu malorum non est ligata potestas diaboli.

b. Item, Augustinus, in libro *De sermone Domini* [e 3]: « Fiunt tentationes per Satanam, non potestate eius, sed permissu Dei ».

c. Item, Isidorus, in libro *De ecclesiastica institutione* [4]: « Tentationum diabolicarum initia fragilia sunt, quae, si non [f] caveantur, per consuetudinem in novissimis fortiter convalescunt, ita ut [g] aut nunquam aut cum [h] difficultate vincantur ».

d. Praeterea, dicitur in Apoc. 12, 13: *Postquam vidit draco quod proiectus est in terram, persecutus est mulierem, quae erat paritura masculum.* Ex quo habetur quod diabolus adhuc persequitur tentando bonos. Et II Cor. 12, 7: *Datus est mihi angelus Satanae, qui me colaphizet.* Et B. Gregorius, *Super Ezechielem* [5]: « Antiquus adversarius, qui de caelo lapsus est, invidet et insidiari amplius incipit, acriores, quam consueverat, tentationes admovet, ut plerumque sic resistentem animum tentet, sicut ante nunquam tentaverat quando possidebat ». Et hoc significatur [i] Marc. 9, 25, ubi dicitur de diabolo quod *clamans et multum decerpens [k] exivit ab eo, ita ut multi dicerent quia mortuus est.*

[Solutio]: Ad quod dicendum quod dicitur potestas diaboli [l] ligata, non quia non possit tentare, sed quia [m] non tantum tentat quanta est eius voluntas. Unde Augustinus, in libro [n] *De civitate Dei* [6]: « Alligatio diaboli est non permitti exercere totam [o] potestatem quam potest, vel vi vel dolo, ad seducendos homines, in partem suam cogendo violenter vel fraudulenter fallendo ». Non ergo dicitur [p] alligatio potestatis diabolicae, quia non possit tentare, sed quia non potest tentare in effectu quantum vult.

Articulus II. 102

Utrum per adventum Christi fuerit potestas diaboli magis alligata quam prius.

Secundo quaeritur utrum per adventum Christi fuerit potestas diaboli magis alligata quam prius.

Ad quod sic: *a.* Apoc. 20, 1-2: *Angelus descendit, qui apprehendit draconem* etc. Angelus enim iste quis alius est nisi Christus, qui *apprehendit draconem,* id est [q] diabolum, *et ligavit eum* [r]?

b. Item, super illud Psalmi [7]: *Vidi impium superexaltatum* [s], Glossa [8]: « Hoc maxime ante adventum Christi, tempore ante Legem et sub Lege, cum homines velut gregem post se trahebat; sed tertio tempore, scilicet tempore gratiae, et tertio die, scilicet resurrectionis Christi, humiliatus est superbus ».

c. Praeterea, ad Rom. 5, 20: *Ubi superabundavit delictum, superabundavit et gratia.* Sed haec superabundantia gratiae non ob aliud est nisi ut alligetur potestas diaboli; ergo amplius ligata est potestas diaboli quam prius.

d. Item, Matth. 8, 31: *Mitte nos in gregem porcorum* [t]. Sed quid est haec missio nisi permissio? Ergo potestas diaboli amplius ligata est: videtur enim ex hoc quod non habeat potestatem tantam, cum ad liberationem [u] hominum petat mitti in gregem porcorum. Ibi enim dicit Augustinus [9]: « Dignior homo bestiis, cum propter salutem duorum hominum duo millia porcorum [v] perierunt; permittit, ut sit occasio salutis hominum per interfectionem porcorum ».

Sed videtur contrarium, 1. per hoc quod dicitur Apoc. 12, 12: *Descendit ad nos [x] diabolus habens iram magnam.* Ergo, cum descensus eius

---

[a] Z om. [b] V *tunc.* [c] V *dici.* [d] V *suo corpore* pro *i. s. p.*; F *peccatore*, quod Z corr. [e] B *Dei.* [f] V *nisi* pro *s. n.* [g] V *quod vix.* [h] R add. *magna.* [i] BT *legitur*; L om. *et*; T om. *ubi.* [k] V *deterrens.* [l] T om. [m] V om. [n] Ita VT, alii om. *i. l.* [o] Ita LZ (correcti), alii *tantam*; Z *tentationem* pro *potestatem.* [p] VFZ *dicit*; V *cum* pro *non.* [q] B *scilicet*, Z *et*; V om. *etc... draconem.* [r] B om. [s] B add. *etc.* [t] T om. [u] B *deliberationem.* [v] B *pecorum.* [x] BF *vos.*

1 Psalm. 77, 49.

2 Lombardi, in h. l. (PL 191, 739) ex Augustino, in h. l. (PL 36, 1002).

3 *De sermone Domini in monte*, II, c. 9, n. 24 (PL 34, 1284).

4 *Sentent.*, III, c. 5, n. 15 (PL 83, 663).

5 Lib. I, hom. 12, n. 24 (PL 76, 929).

6 Lib. XX, c. 8, n. 1 (PL 41, 670).

7 Psalm. 36, 36.

8 Lombardi, *In Psalm.* 36, 38 (PL 191, 376), ex Augustino, *De Trinit.*, IV, cc. 4-6 (PL 42, 892sqq.).

9 Cf. *Ordin.* et *Interlin.*, in h. l., ap. Lyran.

sit per tentationem, maior est tentatio ipsius diaboli nunc quam prius.

2. Praeterea, dicit B. Gregorius[1] quod « acriores, quam consueverat, tentationes admovet ».

[Solutio]: Ad quod dicendum quod dupliciter dicitur potestas diaboli ligata: vel ex parte gratiae Dei per Christum mediatorem vel ex parte[a] bonitatis in ipsis qui tentantur. Quantum ergo[b] est ex parte ipsius gratiae Dei, magis ligata est potestas[c] diaboli post adventum Christi quam prius. Quantum autem est ex parte eorum qui tentantur, in quibusdam magis ligata est, in quibusdam vero amplius est soluta: quanto enim maior est gratia Dei, tanto contemptus illius est maior. Et ideo dicitur Hebr. 10, 28-29: *Irritam quis faciens legem Moysi sine ulla miseratione duobus aut tribus testibus moritur; quanto magis deteriora meretur supplicia, qui Filium Dei conculcaverit et sanguinem Testamenti pollutum duxerit et spiritui gratiae contumeliam fecerit?*

[Ad obiecta]: *a-d.* Ad id vero quod obiectum est, dicendum[d] quod primae rationes ad hoc innituntur quod per adventum Christi, quantum est[e] ex parte gratiae, facta sit[f] cohibitio potestatis diaboli.

1. Illa[g] vero ratio, quae primo ponitur in contrarium, ad hoc tendit quod vehementior erit[h] appetitus diaboli in fine mundi propter temporis brevitatem. Unde tunc erit quasi[i] quaedam solutio tempore Antichristi. Unde dicit Augustinus, in[k] XX *De civitate Dei*[2]: « Si permitteretur in tam[l] longo tempore et tanta infirmitate multorum[m], plurimos tales, quales Deus id perpeti non vult, et fideles deiceret[n] et ne crederent alii impediret[o]; quod ne faceret, alligatus est; tunc autem solvetur, quando tempus breve erit ».

2. Ad secundum vero[p] dicendum quod acriores insurgunt tentationes, secundum illud Luc. 11, 26: *Assumpsit septem spiritus nequiores se.* Primo enim fiebant tentationes per genera peccatorum communium, nunc autem fiunt per quasdam adinventiones peccatorum. Praeterea, nunc magis tentat per simulationem boni: in hoc enim genere tentationis facilius homo decipitur. Praeterea, tempore martyrum manifeste saeviebat, nunc autem occulte insidiatur[3], et[q] gravior est tentatio et magis timenda[r], cum occulte quam cum manifeste. Unde, super illud Psalmi[4]: *Expectans expectavi Dominum*, Glossa[5]: « Magis timendus est diabolus, cum fallit ut draco, quam cum saevit ut leo; illic[s] enim cogit, hic docet negare Christum ».

103 ARTICULUS III.

Utrum diabolus aliquando vincatur a bonis, ita ut ulterius tentare non possit[6].

Tertio quaeritur utrum diabolus aliquando vincatur a bonis, ita[a] ut ulterius tentare non possit.

Quod videtur, 1. per hoc quod dicitur Iosue 11, 21, super illud: *In tempore illo venit Iosue et interfecit* etc., Adamantius[7]: « Sancti, contra istos[b] incentores peccatorum pugnantes et vincentes unumquemque[c], minuunt exercitum daemonum et velut plurimos equos interimunt[d] ».

2. Similiter[e] dicitur ibi[8]: « Singuli victi[f] in abyssum vel in[g] exteriores tenebras[9] abducuntur a iusto iudice Christo ».

Ex quibus accipitur quod, cum victi sunt, ulterius tentare non possunt. Quid enim est interficere, nisi potestatem tentandi auferre? Quid etiam[h] est mitti in abyssum, nisi tentationis potestatem auferre et magnitudini poenae subiacere?

Contrarium haberi videtur ratione. *a.* Tentatio enim diaboli[i] permittitur a Domino[k] ad probationem electorum et ad poenam reproborum; sed utraque istarum utilitatum ex misericordia vel iustitia Dei necessaria est usque ad finem mundi; ergo a nullo auferenda est potestas tentandi; sicut enim dicitur[10] ibidem, scilicet Iosue 11, 19: « Quidam spiritus tentant de peccato irae, quidam de alio peccato ». Si ergo auferretur potestas tentandi alicui daemonum[l], videretur quod alicui homini auferretur vel tentatio ad probationem vel ad punitionem; non ergo alicui aufertur[m] potestas tentandi.

---

[a] B om. *v. e. p.* [b] Z om. [c] F add. *ipsius.* [d] FRLZ add. *est.* [e] V om. [f] L *est.* [g] BT *alta;* L om. *i. v.* [h] Ita VB, alii *est.* [i] R om. [k] F om. [l] B *tanto.* [m] T add. *plures vel.* [n] BT *deicerent.* [o] B *impediri.* [p] V om. [q] L *unde.* [r] V add. *est.* [s] Z *illis.*

[a] V *vel.* [b] V *istorum.* [c] Ita R (mg.), alii om.; V *exercittum* pro *exercitum.* [d] Ita R (mg.), alii om. *et velut... interimunt.* [e] V *simile.* [f] VR *vincti.* [g] V om. [h] B om. [i] R om. [k] V *ad nunc* pro *a. D.* [l] BT *demoni;* V *videtur* pro *videretur.* [m] B *aliter* pro *a. a.;* L *alicuius* pro *alicui.*

1 Loc. cit., p. 122, nota 5.
2 Cap. 8, n. 1 sq. (PL 41, 670).
3 Cf. infra, nota 5.
4 Psalm. 39, 2.
5 Lombardi, *In Psalm.* 39, 1 (PL 191, 399), ex Augustino, in h. l. (PL 36, 432).
6 Cf. Lombard., II *Sent.*, d. 6, c. 7 (p. 333).
7 *In Iosue*, hom. 15, n. 5 (PG 12, 903).
8 Loc. cit.
9 Cf. Matth. 22, 13.
10 Cf. *Ordin.*, in h. l., ap. Lyran., ex Origene, loc. cit.

b. Praeterea, diabolus tentando servit Domino, sicut habetur super illud Iob 40, 23: *Numquid accipies eum servum sempiternum?* Ubi dicit Glossa[1]: « Servus sempiternus est, dum Dei laudibus nesciens servit ». Si ergo Deus non vult minui servitium suum, non vult quod omnino auferatur potestas tentandi: nam si auferretur[a], non iam serviret tentando; restat ergo quod permissio divina est ut quivis[b] tentet.

c. Praeterea, si victus esset et non posset ulterius tentare, non acrius insurgeret; sed acrius insurgit, cum homo fortius resistit, sicut dicit B. Gregorius[2], super illud Iob 3, 8: *Qui parati sunt suscitare Leviathan:* « Qui in ipsa blanda suggestione insidias suggestoris deprehendunt, contra se amplius suscitant Leviathan; aliis, quos secure possidet, dormit, sed iis evigilat ad omnem pugnam ». Ex quo accipitur quod fortius insurgit diabolus contra fortius resistentes.

[Solutio]: Ad quod dicendum per hoc quod dicitur ab Adamantio[3]: « Qui pudice vivendo fornicationis spiritum superavit, non ultra fas est illum spiritum, qui ab eo victus est, alium hominem impugnare ». Sed[c] hoc opinando dicit. Potest tamen esse ut, si plene victus esset, non[d] ulterius tentaret illo genere tentationis; sed, quia in hac vita non est plena victoria, ut[e] dicit B. Gregorius[4], victis vitiis aliquid minimum remanet quod vinci non potest, ideo verisimile est quod semper remanet aliqua materia tentationis, et ideo non usquequaque desistit tentare.

[Ad obiecta]: 1. Ad id vero quod obiectum est, dicendum[f] quod non est simile de interfectione et de[g] victoria tentationis. Post interfectionem enim non resurgit hostis ad pugnandum; post victoriam vero tentationis potest hostis surgere[h] ad tentandum, nisi ab eo auferatur potestas vel cohibeatur; minui autem exercitum[i] daemonum est vincere varietatem tentationum.

2. Ad id vero quod obicitur de missione in abyssum, dicendum[k] quod abyssus vocatur profunditas poenae, in quam mittentur post diem iudicii, sicut dicit B. Ambrosius[5]: « Sciebant daemones per adventum Domini se aliquando in abyssum mergendos ».

Articulus IV. 104

Utrum diabolus, victus super aliquo peccato, habeat ligatam potestatem ut non possit ulterius tentare de illo.

Quarto quaeritur utrum diabolus, victus super aliquo peccato, habeat ligatam potestatem ut non possit ulterius tentare de illo.

Quod videtur, 1. per[l] supra dictam auctoritatem Adamantii[6].

2. Videtur etiam per simile in pugna corporali, quae dicitur monomachia. Cum enim victus est aliquis, non ulterius conceditur ei ex iustitia potestas bellandi[m]; quare similiter videtur ex iustitia divina quod sic sit in bello spirituali; ergo victo in aliquo genere peccati, non conceditur ulterius potestas pugnandi.

Sed videtur contrarium, *a.* per hoc quod dicitur in libro Iudic. 2, 21: *Non delebo gentes, quas dimisit Iosue;* et 3, 4: *Dimisit eos, ut in ipsis experiretur Israel*[n], ubi dicit Augustinus[7]: « Patet causa quare[o] Iesus non delevit gentes, ut essent in quibus probarentur ». Cum ergo sint necessaria bella, sicut ibidem dicitur, necessariae sunt tentationes.

[Solutio]: 1. Ad quod dicendum quod ex praedicta auctoritate non habetur[p] quod non possit tentare, sed quod non habeat audaciam tentandi. Et, si sic esset, non est[q] contrarium illud quod dicitur in libro Iudicum; non enim dicitur determinate de aliquo peccato, sed in genere, quod tentationes peccatorum valent ad exercitium iustorum.

2. Ad aliud vero dicendum quod non est simile in bello materiali et[r] bello spirituali. Victus enim in bello materiali, quod dicitur[s] monomachia, non habet ex iustitia ulterius potestatem pugnandi, quia reputatur infamis, quasi[t] de periurio convictus; in bello vero spirituali, quia tentationes prosunt electis, permittitur potestas diaboli tentare, non propter bonum ipsius tentantis, sed propter[u] utilitatem eius qui tentatur.

---

[a] B add. *potestas.* [b] V *quemvis.* [c] V *quod.* [d] F *ne.* [e] V *unde,* alii *et.* [f] Ita V, alii add. *est.* [g] F om. [h] Z *resurgere.* [i] VBT *exercitium.* [k] Ita V, alii add. *est.* [l] Z add. *illam.* [m] V *substandi.* [n] B *istud,* quod T corr. [o] F *qualiter.* [p] T *habet.* [q] Z *esset.* [r] B add. *in;* RL om. *bello.* [s] T om. [t] T *quia.* [u] Ita B, alii om.

1 *Ordin.,* in h. l., ap. Lyran., ex Gregorio M., *Moral.,* XXXIII, c. 15 (PL 76, 691).
2 Cf. *Moral.,* IV, c. 22 et c. 23, n. 42 (PL 75, 657).
3 *In Iosue,* hom. 15, n. 5 (PG 12, 903).
4 Cf. *In Ezech.,* II, hom. 5, n. 22 (PL 76, 997).
5 Cf. *In Luc.,* 8, 31 (PL 15, 1080).
6 Cf. supra, nota 3.
7 *Quaest. in Heptat.,* VII, c. 17 (PL 34, 798).

105 ARTICULUS V.

Utrum sic ligata sit potestas diaboli, ut personam determinatam tentare non possit.

Quinto quaeritur utrum ita sit ligata potestas diaboli vel aliorum, ut aliquam personam determinatam tentare non possit.

Quod videtur. 1. Si enim victus in aliquo genere tentationis ab aliquo, non tentat de eodem, multo fortius victus [a] in quolibet genere tentationis non tentabit eumdem; sed in quo est extinctus fomes peccati, habet potestatem vincendi in quolibet genere tentationis; si ergo vincat, ulterius diabolus non habet potestatem tentandi illum.

2. Quod etiam videtur in Christo, ubi nullus erat fomes: diabolus enim, cum tentavit [b] eum triplici tentatione, non ultra legitur ipsum ullo genere tentationum talium [c] tentasse.

Sed contrarium videtur, *a.* quia semper est voluntas diaboli ad tentandum et semper talibus proficit tentatio qui confirmati sunt in bono, qui proficere possunt; ergo a Domino non cohibetur potestas tentandi talem; non ergo respectu alicuius personae determinatae est potestas diaboli ligata: neque enim ex parte eius, cum semper velit, nec ex parte Domini, cum semper proficiat in quibus proficere potest.

[Solutio]: 1-2. Ad quod dicendum quod non est potestas diaboli ligata respectu alicuius personae [d] quin possit tentare et [e] tentet, sed quod non tentet usque ad casum vel quousque succumbat tentationi, in [f] hoc est ligata potestas ipsius. Praeterea, est quaedam tentatio exterior et est [g] quaedam tentatio interior. A tentatione interiori cohibetur in illis in quibus est fomes [h] extinctus vel ubi non est fomes, sicut fuit in Christo; a tentatione vero [i] exteriori non cohibetur: si enim in aliquo esset cohibitio a tentatione exteriori, multo magis videretur [k] in Christo quam in aliquo alio.

CAPUT II.

DE LIGATIONE POTESTATIS DIABOLI QUOAD ALIA OPERA.

Determinatum est de prima poena, quae est in ligatione potestatis quoad tentandum sive vincendum. Sequitur de ligatione potestatis quantum ad opera alia, quae possent esse [l] ex eminentia naturae suae.

Et quaeritur primo utrum cohibita sit potestas eorum ut non possint aliqua mira facere sive mirabilia [m] secundum veritatem, sed tantum secundum fictionem sive mendacium;

secundo, si possint aliqua mira facere ex eminentia naturae suae, utrum possint in res corporales, utpote animalia et plantas, ex potestate naturae aut [n] quoad illas etiam res sit cohibita potestas eorum [o];

tertio, utrum aliquam potestatem [p] habeant circa rationalem creaturam transmutandi ex parte corporis;

quarto, utrum habeant potestatem tam in bonis quam in malis hominibus, an quoad bonos sit ligata, quoad malos libera;

quinto, utrum aliquid possint facere in creaturis corporalibus nisi permissi [q], et sic universaliter sit ligata eorum potestas in poenam eorum;

sexto [r], utrum potestas eorum sit tantum [s] ligata sive cohibita a Deo an etiam ligata vel cohibita a bonis angelis vel hominibus.

106 ARTICULUS I.

Utrum cohibita sit potestas daemonum quoad mira facienda secundum veritatem [1].

Ad primum sic: videtur enim [t] quod cohibita est potestas eorum quoad mira sive mirabilia [u] facienda secundum veritatem. Unde Augustinus, in libro *83 Quaestionum* [2]: « Divina lex tamquam publica vincit privatam licentiam, quae, nisi universalis potestatis permissione, nulla

---

[a] BT om. [b] BT *tentaret.* [c] Ita VB, alii add. *ipsum.* [d] F add. *determinate.* [e] T *etiam.* [f] BT *et,* quod L corr. [g] BT om. [h] T add. *illius.* [i] BT *ergo.* [k] BT *videtur.* [l] T om. [m] V *miracula.* [n] B *sue an.* [o] BT *illorum.* [p] BZ om., in F est add. mg. [q] V *permissa.* [r] F add. *queritur.* [s] B *omnino.* [t] V om. [u] V *miracula,* quod Z corr.

[1] Cf. Alex. Hal., *Summa theol.,* II, num. 244sq.

[2] Quaest. 79, n. 1 (PL 40, 91).

esset ». Ergo, cum non possint mali angeli nisi ex privata licentia, non possunt mali angeli mira facere: universalis enim semper vincit privatam.

2. Item, super illud Psalmi [1]: *Immissiones per angelos malos,* Glossa [2]: « Ea, quae mirabiliter fiunt de creaturis, malis angelis tribuere non audemus ».

3. Item, II Thessal. 2, 9, dicitur de Antichristo: *Cuius adventus secundum operationem Satanae in omni virtute et signis et prodigiis mendacibus.* Erunt ergo signa et prodigia mendacia quae fient ab ipso diabolo per Antichristum; sed, si ex eminentia naturae suae libere posset facere mira vel mirabilia secundum veritatem, tempore Antichristi faceret, quia tunc operatio *Satanae* erit [a] *in omni virtute;* non ergo daemones faciunt mira in veritate.

4. Item, Augustinus, in *Sexta quaestione contra paganos* [3]: « Daemones nonnulla faciunt angelis sanctis similia, non veritate, sed specie, non sapientia, sed plane fallacia [b] ». Ex quo accipitur propositum.

5. Item [c], Hieronymus, *Ad Damasum Papam* [4]: « Non est mirandum patri [d] eum ausum esse mentiri [e], qui fratri potuit invidere, maxime cum in die iudicii quidam impudentius mentiantur [5]: *Nonne in nomine tuo prophetavimus et virtutes multas fecimus et daemonia eiecimus?* » Si ergo mentiebantur, non faciebant mira secundum veritatem, sed secundum phantasiam.

Contra. *a.* Sicut habetur in Iob [6], ignis de caelo descendit et familiam Iob cum tot gregibus uno impetu consumpsit et turbo irruens, domum deiciens, filios eius occidit. De quo dicit Augustinus, in XX *De civitate Dei* [7]: « Non illa fuerunt phantasmata, quae facta fuerunt de igne vel de [f] turbine, fuerunt tamen opera Satanae, cui Deus dederat hanc potestatem ». Ergo possunt facere mira ex eminentia suae potestatis permissione divina.

b. Item, Augustinus, in *83 Quaestion.* [8]: « Cum talia faciunt Magi, qualia nonnunquam [g] Sancti faciunt, diverso fine et diverso iure fiunt. Illi enim quaerunt gloriam suam, alii vero gloriam Dei; illi [h] faciunt per quaedam potestatibus concessa in ordine suo quasi privata commercia vel beneficia, illi autem publica ministratione, iussu eius cui cuncta creatura subiecta est ». Si ergo Magi faciunt per potestates daemonum quae faciunt, et illi faciunt mira secundum veritatem [i], ergo daemones ex potestate sua cum [k] permissione divina possunt facere mira.

c. Hoc etiam videtur haberi per hoc quod dicitur [l] ab Augustino, III libro *De Trinitate* [9], ubi loquitur de mirabilibus quae facta sunt a Magis Pharaonis.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod daemones possunt facere mira ex eminentia naturae suae et [m] permissione divina, quae tamen mira aliquando sunt [n] mira secundum veritatem, aliquando mira secundum phantasiam. Miracula autem proprie dicta facere non possunt ex sua natura, sed [o] si fiunt aliqua, potestate divina fiunt, ministerio tamen angelico.

[Ad obiecta]: 1. Ad id ergo quod primo obicitur dicendum [p] quod hoc intelligitur per auctoritatem Augustini, in libro *83 Quaestionum,* quod mali angeli mira possunt facere [q] privata potestate, sed superveniente divina lege tamquam publica, etiam ab illis [r] cohibentur. Unde Augustinus, in eodem [10]: « Potentior est parte universitas sive universitatis causa, quoniam et illud [s], quod ibi privatim agit, tantum agere sinitur quantum lex universitatis sinit ». Non ergo vult dicere quod privata licentia nulla sit, sed nulla est [t] nisi permissione universalis potestatis, quae divina est.

2. Ad id vero quod secundo obicitur per illud [u] quod dicitur in Glossa [v] super Psalmum, dicendum est [11] quod loquitur ibi de illis mirabilibus quae facta erant in decem plagis Aegypti. Unde vult innuere quod illa ministerio bonorum angelorum facta fuerunt secundum quaedam [x] illorum; ratione vero mortis pecorum aut primitivorum, quae etiam alio modo naturaliter poterant fieri, attribuuntur ipsis malis: et ita distinguitur inter diversa genera illorum mirabilium.

3. Ad id vero quod tertio obicitur de hoc quod dicitur Thessal. 2,9 dicendum [y] quod signa et prodigia mendacia dici possunt ex pluribus rationibus, sicut ibidem tangit [z] Glossa [12], et accipitur ex libro Augustini, XX *De civitate Dei* [13]. Possunt enim dici mendacia, quia per magicam

---

[a] Ita V, alii *est;* BT om. *tunc.* [b] R *falsa.* [c] BTZ om., in F est add. mg. [d] V om. [e] Codd. *mentitum.* [f] F om. [g] T *nunquam.* [h] V *illa;* L om. *suam... gloriam.* [i] BT add. *suam.* [k] Z *non.* [l] V om. *p. h. q. d.;* BT *in* pro *III.* [m] BT add. *ex.* [n] BT add. *improprie;* T *alii* pro *aliquando.* [o] T om. [p] Ita V, alii add. *est.* [q] V add. *et.* [r] B *aliis.* [s] R om. [t] B om. [u] BT *hoc;* V om. *vero.* [v] V add. *P.* [x] V *quoddam.* [y] Ita V, alii add. *est.* [z] V *dicit.*

1 Psalm. 77, 49.
2 Lombardi, *In Psalm.* 77, 54 (PL 191, 740).
3 *Epist.* 102, q. 6, n. 32 (PL 33, 383).
4 *Epist.* 21, n. 34 (PL 22, 391).
5 Matth. 7, 22.
6 Cap. 1, 16, 19.
7 Cap. 19, n. 4 (PL 41, 687).
8 Cf. q. 79, n. 4 (PL 40, 92); *De divinat. daemon.,* c. 6, n. 10 (PL 40, 586).
9 Cap. 7 (PL 42, 875).
10 *De div. quaest. 83,* q. 79, n. 1 (PL 40, 90).
11 Cf. Alex. Hal., *Summa theol.,* II, num. 243.
12 Lombardi, *In II Thess.,* 2, 8-16 (PL 192, 320 sq.).
13 Cap. 18, n. 4 (PL 41, 687).

artem et[a] non naturam fiant, vel possunt dici mendacia, quia, etsi vera sint, Dei permissione ad mendacium trahent: tunc enim solvetur Satanas et[b] per illum Antichristus in omni sua virtute mirabiliter quidem, sed mendaciter, operabitur.

4. Ad quartum vero[c] dicendum quod illud Augustini[d], *Sex Quaestionum contra paganos*, intelligitur de illis miris quae per magicam artem fiunt, ubi non est veritas, sed species veritatis[e], non sapientia, sed fallacia[f].

107 ARTICULUS II.

Utrum cohibita sit potestas diaboli quoad res corporales.

Secundo quaeritur, supposito quod daemones possint aliqua mira facere ex eminentia suae naturae, utrum possint in res corporales, ut animalia et plantas, an etiam quoad illas res sit cohibita eorum potestas.

Quod enim habeant potestatem super res corporales, videtur, 1. per hoc quod dicit Augustinus, in libro *83 Quaestionum*[1]: « Unaquaeque res visibilis in hoc mundo habet potestatem angelicam sibi praepositam ». Et[g] hoc idem dicitur in libro *Super Genesim ad litteram*[2] et in libro *De Trinitate*[3]. Cum ergo mali angeli habeant potestatem angelicam, mali angeli praeponuntur potestate rebus visibilibus. Et postea subiungit quod illis utuntur privato iure aliquando. Sed privatum ius vocatur potestas naturae; ergo mali angeli possunt ex potentia naturae[h] super huiusmodi animantia sive vegetabilia.

2. Item, super illud Iob 1, 19: *Ventus vehemens* etc., Glossa[4]: « Latenter contra eum dicitur elementa movisse ille cuius nutu[i] mota sunt. Licet diabolo[k], semel a Deo accepta potestate, ad usum nequitiae suae elementa concutere, ut et[l] damnatis in metallo ad usum ignis et aqua[m] servit ». Ergo diabolus habet potestatem super elementa.

Contra[n]. *a.* Super illud Matth. 8, 32: *Mitte nos in gregem porcorum*, Glossa[5]: « Nota multo minus[o] daemones sua potestate nocere hominibus, qui nec pecoribus possunt ».

b. Item, Luc. 8, 33: *Intraverunt in porcos*, Glossa[6]: « Notandum quod si nec porcis, nisi permissa, daemonia nocere possunt, multo minus hominibus nocere possunt, nisi occulta Dei iustitia permittantur ». Ergo potestas daemonum naturalis cohibita est quoad huiusmodi creaturas auctoritate divina.

[Solutio]: 1. Ad quod dicendum quod, licet ex prima potestate sibi data possent angeli illi super huiusmodi creaturas ex ordine naturali, tamen in poenam illorum et bonum[p] hominum cohibetur eorum potestas. Unde Augustinus, in libro *De civitate Dei*[7]: « Daemones[q] non omnia quae volunt, facere possunt, nisi quantum illius ordinatione sinuntur, cuius plene iudicia nemo comprehendit[r], iuste nemo reprehendit[s] ».

2. Ad id[t] vero quod obicitur in contrarium, dicendum quod loquitur de ordine naturali qui est inter spiritualem creaturam et corporalem ratione esse et posse.

108 ARTICULUS III.

Utrum daemones habeant aliquam potentiam circa creaturam rationalem transmutandi ex parte corporis[8].

Tertio quaeritur utrum daemones habeant aliquam potentiam circa creaturam rationalem transmutandi ex[u] parte corporis.

Quod videtur. 1. Si enim habent potestatem super res visibiles — quod videtur ex illo verbo quod dicitur ab Augustino, in libro

---

[a] T *vel*; V *veram* pro *naturam*. [b] T om. [c] V om. [d] B add. *ij*. [e] Ita R, alii om. [f] Z add. al. manu: *Ad ultimum argumentum non videtur respondere*. [g] V *de*. [h] T om. *ergo... naturae*. [i] T *motu*. [k] Ita BT, alii *diabolus*. [l] R om. [m] V *aque*. [n] BT *item*. [o] T om. [p] B *bonorum*; V *prohibetur* pro *cohibetur*. [q] F add. *enim*. [r] BT *apprehendit*. [s] V om. *i. n. r.* [t] F *aliud*. [u] RL *a*.

1 Quaest. 79, n. 1 (PL 40, 90).
2 Cf. lib. VIII, c. 24 (PL 34, 390).
3 Cf. lib. III, c. 8, n. 13sq. (PL 42, 876).
4 *Ordin.*, in h. l. (PL 113, 755), ex Gregorio M., *Moral.*, II, c. 16 (PL 75, 568); cf. Augustin., *De Trinit.*, III, c. 8 (PL 42, 875).
5 *Ordin.*, in h. l. (PL 114, 114).
6 *Ordin.*, in h. l., ap. Lyran., ex Beda, in h. l. (PL 92, 439).
7 Cf. lib. XVIII, c. 18, n. 2 et XX, c. 19, n. 4 (PL 41, 574, 687).
8 Cf. Alex. Hal., *Summa theol.*, II, num. 245.

83 Quaestionum [1], quod creatura corporalis subdita est [a] spirituali creaturae — videtur ergo [b] quod mali angeli habeant potestatem super corpus humanum, cum ipsum sit visibile.

2. Praeterea, superiora corpora habent potestatem faciendi immutationem in corporibus humanis [2]; maior autem potestas est angelorum quam sit corporum supercaelestium; multo ergo fortius habent potestatem immutandi in corporibus humanis.

3. Praeterea, dicit Augustinus, in libro XVIII *De civitate Dei* [3], qualiter recitatur in litteris humanis [4] quod homines aliquando in lupos convertebantur, quod etiam aliqui in aves commutabantur, et ita de aliis huiusmodi monstris: videbatur enim aliquibus quod portarent [c] onera iumentorum. Ex quibus colligitur quod potestatem aliquam habeant angeli mali faciendi [d] immutationes in corporibus humanis: non enim a Deo fiebant ista nec ab ipsis sanctis angelis, quorum non est facere immutationem in deterius.

4. Praeterea, idem dicit [5]: « Quanto in haec [e] ima potestatem daemonum maiorem [f] videmus, tanto tenacius Mediatori est inhaerendum, per quem de imis ad summa ascendimus. Si enim dixerimus ea non esse credenda, non desunt nunc qui eiusmodi quaedam vel certissima audisse vel expertos [g] se esse asseverent. Nam nos, cum essemus in Italia, audiebamus talia de quadam regione, ubi stabularias mulieres imbutas malis artibus in caseo dare solebant quibus vellent seu possent viatoribus, unde in iumenta illico verterentur et necessaria quaeque [h] portarent, postque [i] perfecta opera iterum [k] ad se redirent, nec tamen in eis mentem fieri bestialem, sed rationalem humanamque servari ». Ex quo videtur quod per operationes [l] daemonum possit fieri immutatio in corporibus humanis.

Contrarium videtur *a.* ex hoc quod corpus humanum nobilius [m] est aliis corporibus, tamquam coniunctum animae rationali [6]; anima autem rationalis, in statu in quo est, superior est ipsis malis angelis, in quantum obstinati sunt in malo; ergo corpus humanum, quod unitum est ei, non convenit [n] esse in subiectione daemonum.

b. Praeterea, Augustinus, XVIII [o] libro *De civitate Dei* [7]: « Non solum animum, sed nec corpus ulla [a] ratione crediderim daemonum arte vel potestate in membra et [b] lineamenta bestialia posse converti, sed phantasticum [c] hominis, quod cogitando sive somniando per rerum innumerabilium genera variatur, cum corpus non sit, corporum tamen similes mira celeritate formas capit, sopitis autem et [d] oppressis corporeis hominum sensibus, ad aliorum sensum, nescio quo ineffabili modo, figura corporea posse perduci, et videtur [e] sibi portare onera, quae onera, si vera sunt corpora, portantur a daemonibus, ut illudatur hominibus ». Ex quo accipitur quod non habent potestatem angeli mali ex natura sua ad immutationem faciendam in corporibus humanis, sed quod faciunt, ex permissione divina faciunt in phantastico [f] hominis.

[Solutio]: Quod concedendum est, nec est possibile in humano corpore tales fieri immutationes quales videntur. Et hoc est quod dicitur, in libro *De anima et spiritu* [8]: « Haec solus spiritus patitur infidelis, ut non in animo, sed in corpore, haec opinentur [g] venire. Idcirco nimis stultus et hebes est qui haec omnia, quae in spiritu fiunt, accidere arbitratur in corpore. Fiunt autem in spiritu diversarum personarum species ac similitudines, et mentem, quam captivam tenet, in somnis deludens, modo laeta, modo tristia, modo cognitas, modo incognitas personas ostendens, per devia quaeque deducit ».

[Ad obiecta]: 1. Ad primum autem [h] obiectum dicendum quod, licet ex potentia naturae possint super res visibiles, cohibetur tamen potestas eorum respectu corporis humani, ut non in illo corpore faciant quod volunt. Praeterea, non habent talem potentiam super res visibiles, ut possint species transmutare; possunt tamen facere [i] aliquid ad quod ex divina virtute sequatur specierum transmutatio: eius enim est species rerum condere [9]. Hanc autem [k] transmutationem, quae est corporis humani in speciem asini vel alterius bruti, nullatenus possunt facere nec secundum [l] se nec ratione [m] dispositionis antecedentis [n].

2. Ad secundum [o] dicendum quod immutatio, quae est in corpore humano a corporibus supercaelestibus, naturaliter est secundum calidum et frigidum et huiusmodi dispositiones consequentes [10],

---

[a] T om. [b] T om., Z *enim*. [c] V *portabant*. [d] V *faciendo*. [e] F om. *i. h.*; V *una* pro *ima*. [f] B *iniquiorem*. [g] B *expertes*. [h] VZ *quecumque*. [i] V *post quasi*, alii *post queque*. [k] BT *interim*. [l] BT *operatione* pro *p. o.*: VZ om. *per*, in F est add. interl. [m] B add. *coniunctum*. [n] B *contingit*. [o] V *in*.

[a] R *nulla*. [b] F *vel*. [c] V *phantasticam*. [d] TFRZ om., in L est add. interl.; T om. *corporeis*. [e] BT *videatur*. [f] V *phantastica*. [g] V *non obtinentur* pro *h. o.* [h] T om. [i] V om. [k] T om. [l] BT *per*. [m] V *rationem*. [n] BT *precedentis*. [o] Ita V, alii add. *vero*.

1 Cf. q. 79, n. 1 (PL 40, 90).
2 Cf. Alex. Hal., *Summa theol.*, II, num. 430.
3 Cf. c. 17 sq. (PL 41, 574 sqq.).
4 Scilicet ap. Varronem; cf. loc. cit., c. 16 (PL 41, 573).
5 Loc. cit., c. 18, n. 1 (PL 41, 574).
6 Cf. Alex. Hal., loc. cit., num. 455.
7 Cap. 18, n. 2 (PL 41, 574 sq.).
8 Cap. 28 (PL 40, 799); *De civit. Dei*, XVIII, c. 18 (PL 41, 575).
9 Cf. Alex. Hal., loc. cit., num. 244.
10 Cf. Alex. Hal., loc. cit., num. 430.

non autem quantum ad specierum transmutationem nec ad ea quae sunt animae [a] rationalis. Unde nec daemones habent huiusmodi potestatem, quae est super ipsam animam rationalem [b] vel super specierum essentialium [c] transmutationem. Nihilominus tamen ex permissione divina ministerio daemonum fiunt quidam morbi in corpore humano, sicut dicit Hieronymus, in *Expositione super XII Prophetas* [1]. Immiscet etiam [d] se rebus sensibilibus [e] per effectum, ut sic sequatur corruptio delectationis in parte sensibili et per [f] partem sensibilem in rationali. Unde Augustinus, in libro *83 Quaestionum* [2]: « Agite nunc, miseri mortales, ne unquam [g] polluat hoc domicilium malignus spiritus, ne sensibus immixtus infestet animae sanctitatem lucemque mentis obnubilet! Serpit hoc malum per omnes aditus sensuales, dat se figuris, accommodat se coloribus, adhaeret sonis, odoribus se subicit, infundit se saporibus ac turbidi motus illuvie [h] tenebrosis affectionibus [i] tenebrat sensus ». Ex quo accipitur quod aliquod posse ex permissione divina habet in immutatione sensuum illorum qui sibi subiciuntur per peccatum.

3-4. Ad illud vero quod dicit Augustinus, in libro *De civitate Dei,* dicendum [k] quod nec sic acciderunt secundum veritatem, sed sic facta est immutatio in phantasia, ex qua aestimabantur [l] talia fieri secundum veritatem ab hominibus utentibus sensu et imaginatione.

109 ARTICULUS IV.

Utrum daemones habeant potestatem tam in bonis hominibus quam in malis.

Quarto quaeritur utrum daemones habeant potestatem tam in bonis hominibus [m] quam in malis, an quoad bonos sit cohibita, quoad malos sit [n] libera.

Et videtur quod habeant potestatem super bonos sicut super malos, 1. per hoc quod tantam potestatem habuit Satan, ut non tantum flagellaret [o] Iob in rebus suis et in prole, sed in proprio corpore; tantum enim excepit Dominus [p] animam, cum dixit [3]: *Verumtamen animam* [q] *illius serva,* quasi diceret 'non do tibi potestatem in animam'. Sed maiorem non videtur habere ex se in ipsis malis: super rationalem enim animam non habet ex natura sua potestatem; ergo tam in bonis quam in malis habet diabolus potestatem, et videtur secundum unum modum.

Sed contra hoc habetur *a.* in Glossa [4] super illud [5]: *Immissiones per angelos malos:* « In malis hominibus potest diabolus ut in suo pecore, nisi prohibeatur a maiori, scilicet a Deo; in bonis autem non potest, nisi permittatur ad probandum, non ad perdendum, sicut homo ut de pecore alieno faciat quod vult, potestatem sibi expetit dari ab eo cuius est ».

b. Hoc etiam videtur ratione: Si enim boni homines sive [r] sancti potestatem habent super daemones ratione sanctitatis, non erit e converso ut daemones possint super homines bonos sive sanctos.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod in malis hominibus ratione malitiae conceditur potestas: *A quo enim quis superatus est, eius et servus est,* II Petri 2, 19. Sed hoc non est quia diabolus meruerit [s] hanc potestatem sibi dari, sed hoc est quia peccator meruit ei subici tamquam tortori, non tamquam [t] domino. In malis ergo et in bonis habet potestatem, sed in malis habet potestatem ad seducendum et ad perdendum, nisi prohibeatur a Domino; « in bonis autem non habet potestatem ad perdendum, sed ad probandum [6] ». Et ideo dictum est [u] in Iob [7]: *Ecce omnia, quae habet, in manu tua sunt, verumtamen animam illius serva.*

[Ad obiecta]: 1. Ad id vero quod obiectum est in contrarium, scilicet quod 'tantam habuit potestatem' etc.: dicendum [v] quod non est aequalis potestas. Ex una enim parte est potestas ad perdendum, nisi prohibeatur; ex altera vero parte non est potestas ad perdendum. Item, ex una parte dat se homo malus in eius [x] potestatem; e contra [y] vero bonus homo eximitur ab eius potestate.

b. Ad aliud vero dicendum quod aliter habet potestatem malus angelus in hominem bonum et aliter habet potestatem bonus homo vel sanctus super daemonem. Malus enim angelus ratione

---

[a] T om. [b] R om. [c] V *aquatilium.* [d] V om., Z *enim.* [e] R add. *et.* [f] BT *in.* [g] T *inquam.* [h] Ita BT, V *imminet,* alii *ingluvie.* [i] R *affectationibus,* Z *actionibus.* [k] FRLZ add. *est.* [l] V *estimaverant.* [m] R om. [n] BT om. [o] F *flagellant.* [p] LZ *Deus.* [q] V om. *cum... animam.* [r] Z *scilicet enim.* [s] B *meruit,* Z *metuerit.* [t] V om. *t. n. t.* [u] T om. [v] Ita V, alii add. *est.* [x] Ita BT, alii om. [y] V *converso.*

1 Cf. *In Nahum,* c. 3, 9sqq. (PL 25, 1255).
2 Quaest. 12 (PL 40, 14).
3 Iob 2, 6.
4 Lombardi, in h. l. (PL 191, 739).
5 Psalm. 77, 49.
6 Lombard., *In Psalm.* 77, 49 (PL 191, 739).
7 Cap. 1, 12 et 2, 6.

status, in quo homo[a] est dum est in via, habet potestatem ad tentandum ex permissione divina; hoc autem est ad probationem, sicut dicitur Tob. 12, 13: *Quia acceptus eras Deo, necesse fuit ut tentatio probaret*[b] *te.* Sancti vero homines habent potestatem super daemones, non ratione naturae, sed ratione virtutis seu gratiae: in hoc enim sunt superiores; ratione autem[c] ipsius gratiae datur eis potestas maior vel minor a Domino.

ARTICULUS V. 110

Utrum daemones aliquid possint facere in creaturis corporalibus nisi permissi.

Quinto quaeritur utrum daemones aliquid possint facere in creaturis corporalibus nisi permissi et sic universaliter sit ligata potestas in poenam ipsorum.

Et videtur quod sic, 1. per hoc quod dicitur in Glossa[1] super illud[2]: *Immissiones per angelos malos:* « Angeli boni et mali utuntur eisdem elementis prout cuique potestas est, quae est eis amplior quam hominibus et maior bonis quam malis ». Ex quo habetur quod hâbent potestatem utendi istis elementis.

2. Item, Augustinus, in XXI libro[d] *De civitate Dei*[3]: « Angelicas naturas terrenis animantibus potentiores condidit ». Sed, si potentiores sunt terrenis animantibus, multo fortius potentiores sunt aliis terrenis quae inanimata[e] sunt.

3. Item, Iob 41, 24: *Non est potestas super terram quae ei comparetur,* Glossa[4]: « Omnia[f] humana superat », multo fortius terrena et visibilia. Ex iis accipitur quod habeat[g] potestatem super ista terrena visibilia.

4. Praeterea, Augustinus, XXI[h] *De civitate Dei*[5]: « Illiciuntur daemones ad inhabitandum per[i] creaturas, quas[k] non ipsi, sed Deus condidit, delectabilibus pro sua diversitate diversis, non ut[l] animalia cibis, sed ut spiritus signis, quae cuiusque delectationi congruunt, per varia genera lapidum, herbarum, lignorum, animalium, carminum, rituum ». Ex quo videtur quod potestatem habeant daemones super istas creaturas visibiles.

Sed videtur contrarium, *a.* per hoc quod dicitur in Iob[6] super illud: *Mitte manum tuam,* ubi[m] dicit Glossa[7]: « Nihil potest nisi permissus ». Ex quo habetur quod nec etiam in[n] creaturis visibilibus habet potestatem nisi quatenus a Domino conceditur.

b. Praeterea, Augustinus, in libro *De civitate Dei*[8]: « Si aliquid in rebus daemones possunt, tantum possunt quantum secreto Omnipotentis arbitrio permittuntur[o] ».

[Solutio]: Ad quod dicendum quod potestas diaboli cohibita est quantum ad omnes creaturas, in quantum relatae sunt ad seducendum creaturam rationalem per delectationem. Contingit tamen quod solvitur haec potestas vel propter bonum eorum qui tentantur[p] vel propter poenam eorum qui[q] meruerunt. Non negatur ergo quin habeant ex ordine naturali potentiam super istas res visibiles, quantum eis a Domino conceditur; cohibetur tamen ista potestas sive restringitur propter bonum rationalis creaturae. Moderatur autem Deus operationes malorum[9] « termino naturaliter collatae potestatis, miraculo mirabiliter illatae impossibilitatis », ut de manu regis arefacta, III Reg. 13, 4, « obstaculo contradicentis occultae difficultatis », sicut habetur Exod. 8, 18 de sciniphibus, « iudicio operantis intrinsecus dispositionis ».

ARTICULUS VI. 111

Utrum potestas daemonum sit ligata tantum a Deo.

Sexto quaeritur utrum potestas daemonum sit ligata tantum a Deo an[r] etiam a bonis angelis et hominibus bonis.

Et videtur quod non sit ligata ab angelis et a sanctis hominibus, 1. sicut habetur Matth. 24, 24: *Surgent pseudo-prophetae et facient signa et*

---

[a] BT om. [b] BZ *probatio tentaret* pro *t. p.* [c] R *enim.* [d] R om., in L est add. interl. [e] V *animata.* [f] V *anima.* [g] BT *habent.* [h] Ita BT, alii *xij.* [i] R om. [k] R *quasi.* [l] V *tamen.* [m] T *ut,* RL *ibi.* [n] V om. [o] V *promittitur.* [p] V *tentat.* [q] Ita V, B om., alii *si;* BT *negantur* pro *negatur,* quod F corr. [r] BT *aut;* V *scilicet* pro *etiam.*

1 Lombardi, in h. l. (PL 191, 739).
2 Psalm. 77, 49.
3 Cap. 6, n. 2 (PL 41, 718).
4 *Ordin.,* in h. l., ap. Lyran., ex Gregorio M., *Moral.,* XXXIV, c. 20 (PL 76, 740).
5 Cap. 6, n. 1 (PL 41, 717).
6 Cap. 2, 5.
7 *Ordin.,* in h. l. (PL 113, 757), ex Gregorio M., *Moral.,* III, c. 4, n. 5 (PL 75, 601 sq.).
8 Lib. II, c. 23, n. 2 (PL 41, 71).
9 Hugo de S. Vict., *De sacram. christ. fid.,* I, p. 4, c. 28 (PL 176, 259), ubi et sequentia.

prodigia multa, ita ut in errorem inducantur, si fieri potest, etiam electi. Super quod [a] dicit Augustinus, *83 Quaestionum*[1]: « Admonet ut intelligamus quaedam miracula sceleratos homines facere, qualia sancti facere non possunt ». Sed, si scelerati homines facere possunt quaedam mirabilia, multo fortius daemones possunt facere mirabilia, quae non possunt facère sancti homines; ergo maior videtur potestas quorumdam daemonum in iis mirabilibus quam sanctorum hominum; sed, si maior est potestas, maior autem non cohibetur a minori, non cohibetur potestas daemonum a sanctis hominibus.

2. Praeterea, mali angeli ex potentia suae naturae potentiores sunt quam aliqui angeli ex potentia suae naturae [b]; sed eminentior potestas non cohibetur a minori, in quantum huiusmodi; ergo aliqui mali angeli non coercentur ab aliquibus bonis.

Sed videtur contrarium de sanctis hominibus, *a.* per hoc quod dicitur Act. 19, 13-16, ubi loquitur de quibusdam exorcistis qui invocabant [c] nomen Domini Iesu Christi super eos qui habebant spiritus malos, dicentes: *Adiuro vos per Iesum, quem Paulus praedicat.* Et [d] post sequitur[2]: *Respondens spiritus nequam, dixit* [e] *eis: Iesum novi et Paulum scio, vos autem qui estis? Et insiliens homo in eos, in quo erat daemonium pessimum, et dominatus amborum, invaluit contra eos.* Ex quo habetur quod, si signa Christi et sanctorum hominum habuerunt maius posse super ipsos daemones, multo fortius ipsi sancti homines.

b. Hoc etiam ibidem videtur per hoc quod dicitur[3]: *Super languidos deferebantur sudaria et semicinctia* [f] *et recedebant ab eis languores et spiritus nequam egrediebantur* [g]. Similiter de sanctis angelis. Unde Augustinus, *Super Genesim*[4]: « Habent boni angeli et mali opera similia, sicut Moyses et Magi Pharaonis, sed boni sunt potentiores, nec mali possunt quidquam taliu operum nisi quod per bonos Deus permiserit [h]

[Solutio]: Ad quod dicendum per [i] hoc quo dicit Augustinus, in III libro *De Trinitate*[5] « Daemones quaedam possunt facere, si permi tantur ab angelis potentioribus ex imperio De quaedam vero non possunt, etiam [k] si ab eis pe mittantur, quia ille non permittit, a quo illis e talis naturae modus, qui etiam per angelos [l] suc illa plerumque non permittit quae concessit ut po sint ». Dicendum est ergo quod cohibitio fit daem num aliquando per bonos angelos, aliquando a ipso Deo, licet permittantur ab ipsis bonis angeli

[Ad obiecta]: 1. Nec est contrarium quo obiectum est. Licet enim mali homines vel etia daemones quaedam possint facere quae non co ceduntur sanctis hominibus, non tamen omnin potentiores sunt simpliciter, sed quantum ad i quod a Domino conceditur, non in comparatione virtutis ad malitiam.

2. Ad aliud vero [n] dicendum quod, licet aliqui angeli mali potentiores sint ex natura aliquibus b nis, tamen boni angeli potentiores sunt simplicit malis angelis. Unde Augustinus, in libro *D moribus Ecclesiae*[6]: « Non est angelus, cum i haeremus Deo, nostra mente potentior; nam virtus hic nominata est quae aliquam potestate in hoc mundo habet, toto mundo omnino subl mior est mens inhaerens Deo ».

Ad id vero quod dicitur Iob 41, 24[7]: *Non e potestas super terram* etc., dicendum [p] quod f cienda est vis in hoc quod dicitur '*potestas sup terram*'; unde [q] Glossa[8]: « Omnia humana s perat, etsi meritis sanctorum subiaceat ». Nec i telligitur per hoc quod habeat potestatem libera in iis terrenis, sed quod ex potentia suae natura praeemineat istis, operatur autem in istis quantu Dominus permittit.

MEMBRUM II.

De poena daemonum quae est obscuratio intellectus.

Consequenter dicendum est de poena daemonum quae est ex obscuratione intellectus sive privatione alicuius cognitionis quam habuerunt vel habituri essent, si stetissent. Et quaeruntur quatuor in universo:

Primo [r] quaeritur de privatione cognitioni quoad Deum;

secundo, quantum ad se;

tertio, quantum ad virtutes;

quarto, quantum ad res in proprio genere.

---

[a] Ita VZ, alii *quo.* [b] L om. *potentiores... naturae.* [c] V *invocant.* [d] T *vel.* [e] R *ait.* [f] V *seminaria,* RZ *seminantia,* quod L co
[g] Z *egrediebatur.* [h] V *promiserit.* [i] VR *quod.* [k] Z *et.* [l] L add. *malos.* [m] V *incongrue* pro *i. c.* [n] V om. [o] V *aliquand*
[p] Ita R, alii add. *est.* [q] V om. [r] TFRLZ *et primo.*

1 Quaest. 79, n. 3 (PL 40, 92).
2 Act. 19, 15sq.
3 Act. 19, 12.
4 *De Gen. ad litt.,* XI, c. 29, n. 37 (PL 34, 445).
5 Cap. 9, n. 19 (PL 42, 879).
6 Cap. 11, n. 19 (PL 32, 1319).
7 Cf. supra, num. 110, n. 3.
8 Cf. supra, p. 129, nota 4.

CAPUT I.

DE PRIVATIONE COGNITIONIS DAEMONUM QUOAD DEUM [1].

ARTICULUS I. 112

Utrum daemones priventur cognitione Dei.

Quantum ad primum sic: videtur enim quod daemones non [a] **sint privati cognitione Dei.**

1. Non enim [b] privantur cognitione naturali quam habuerunt. Quod videtur per hoc quod dicitur [c], in libro *De summo bono*, ab Isidoro [2]: « Praevaricatores angeli, sanctitate amissa, non amiserunt creaturae angelicae sensum ». Sed sensus angelicae creaturae nihil aliud est quam cognitio naturalis angelorum; ergo habent cognitionem naturalem quam habuerunt [d]; sed naturali cognitione potuit cognosci Deus; ergo daemones non privantur cognitione divina.

2. Ad idem, Iob 1, 6: *Cum venissent filii Dei, ut assisterent* [e] *coram Domino, affuit etiam inter eos* [f] *Satan.* Ergo Satan fuit in conspectu Domini cum filiis Dei; ergo praesens fuit Deus ipsi; sed quibus Deus est praesens, ab illis cognoscitur; ergo cognovit Satan Dominum [g]; ergo daemones non sunt privati cognitione divina.

3. Praeterea, dicitur in Evangelio, Matth. 8, 29: *Ut* [h] *quid venisti ante tempus torquere nos?* et Luc. 4, 34: *Scio quod sis* [i] *Filius Dei.* Ergo cognoverunt Filium Dei; ergo cognoverunt [k] Deum; non ergo sunt privati cognitione divina.

Contra. *a.* Deus non videtur nisi [l] ab iis qui habent munditiam [m] cordis [3]; sed diabolus et angeli eius privati sunt munditia cordis; ergo privati sunt cognitione divina.

b. Praeterea, cognoscitur Deus aut per fidem aut per speciem [4]; sed daemones non habent cognitionem per fidem, cum fides sit donum gratiae, donum autem gratiae non datur eis; nec cognoscunt [n] per speciem, cum haec cognitio sit beatorum; ergo daemones privantur cognitione divina [o].

c. Item, cognitio divina est cognitio matutina, de qua loquitur Augustinus, *Super Genesim* [5]; sed cognitione matutina privati sunt daemones [6]: prius enim facta fuit divisio lucis a tenebris quam sequeretur distinctio inter vespere et mane, sicut habetur [p] Gen. 1, 4-5; dicitur enim ibi: *Divisit lucem a tenebris, appellavit lucem diem et tenebras noctem, factumque est vespere et mane dies unus.* Si ergo angeli cadentes facti sunt tenebrae et ita per consequens nox, sicut dicit Ioannes Damascenus [7], ad eos non pertinet cognitio matutina; ergo privati sunt cognitione divina.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod duplex est cognitio divina. Una est per hoc quod est lumen incommutabile, in quo cognoscuntur causae cardinales [q] rerum et quo illuminantur corda piorum: et hac cognitione non cognoscunt daemones, sed [r] ea privantur. Est alia [s] cognitio, quae est per effectus temporales virtutis divinae: et hac cognitione possunt cognoscere quae quodam modo sunt signa vel vestigia ducentia ad cognitionem ipsius Creatoris vel Redemptoris [8]. Praeterea, est quaedam cognitio per effectus ipsius iustitiae: et hoc modo cognoscunt ipsi Deum tamquam iudicem. Iis ergo modis possunt daemones cognoscere Deum, altera vero cognitione privantur. Et hoc est quod dicit Augustinus, in IX *De civitate Dei* [9]: « Innotuit daemonibus, non per id quod est vita aeterna et lumen incommutabile, quod illuminat pios, sed per [t] quaedam temporalia suae virtutis effecta et occultissimae signa praesentiae, quae angelicis sensibus malignorum spirituum potius quam infirmitati hominum [u] possunt esse conspicua ». Item, in eodem [10]: « Daemones non aeternas temporum causas et cardinales in Dei sapientia contemplantur, sed quorumdam signorum nobis occultorum maiore experientia multo plura quam homines cognoscunt ».

---

[a] V vacat, T om., in BRLZ est add. interl. [b] F *si enim non* pro *n. e.* [c] T om. [d] BT add. *angeli.* [e] B om. *u. a.* [f] B add. *et.* [g] V om. [h] V *ad.* [i] V om. [k] V om. *F. D. e. c.* [l] V om. [m] V *in munditiam.* [n] V *cognoscit.* [o] V *Dei.* [p] V add. *in* et om. *I.* [q] V *originales.* [r] T add. *ab.* [s] BT *autem.* [t] T om. [u] BT *habeant.*

1 Cf. Alex. Hal., *Summa theol.*, II, num. 128.
2 *Sentent.*, I, c. 10, n. 17 (PL 83, 556), ex Augustino, *De civit. Dei*, XII, c. 1, n. 37 (PL 34, 278).
3 Cf. Matth. 5, 8.
4 Cf. Alex. Hal., loc. cit., I, num. 12 et 22.
5 Cf. *De Gen. ad litt.*, IV, c. 30 (PL 34, 316 sq.).
6 Cf. Alex. Hal., loc. cit., II, num. 123.
7 *De fide orthod.*, II, c. 4 (PG 94, 875).
8 Cf. Alex. Hal., loc. cit., II, num. 140.
9 Cap. 21 (PL 41, 274); cf. Alex. Hal., loc. cit., II, p. 173, nn. 3, 4, ubi et sequens.
10 Loc. cit., c. 22 (PL 41, 274).

[Ad obiecta]: 1. Ad id ergo quod primo obiectum est, dicendum [a] quod daemones non amiserunt omnino cognitionem naturalem, quam habuerunt angeli, sicut dicit Isidorus; nihilominus tamen est obscurata illa cognitio naturalis boni, sicut etiam in hominibus malis [1].

2. Ad secundum dicendum [b] quod, licet Satan esset in conspectu Dei vel coram Deo inter filios Dei, bonos scilicet angelos, non tamen ideo cognovit eum quemadmodum et boni angeli. Aliud enim est venire in conspectu Dei et aliud Deum venire [c] in conspectu eorum [2]. In conspectu ergo Dei sunt daemones, quia nihil latet ipsum quod est in daemonibus; Deus autem non est in conspectu eorum, quia [d] non manifeste vident ipsum, sed per istas creaturas quoquo modo ipsum cognoscunt. Unde Gregorius [3], super illud Iob [4]: « Deus eo intuitu [e] quo omnia spiritualia conspicit, etiam Satan in ordine subtilioris naturae videt, non tamen Satan Deum videt, qui *mund corde* videtur [5], sicut caecus [f] lumen non vide quo illustratur [g] ». Ponit autem Augustinus [h] tale exemplum super illud Ioan. 1, 5: *Lux in te nebris lucet* etc. de caeco existente in lumine solis sol enim, si cognosceret vel videret, caecum vi deret, caecus autem non videret solem.

3. Ad tertium dicendum quod illa cognitio qua cognoverunt Filium Dei existentem in carne magis dicenda est suspicio, secundum Hilarium quam vera notitia. Unde Hilarius [7], super illud [8] *Venisti ante tempus* etc.: « Magis suspicari quam nosse credendi sunt ». Praeterea, cognoverunt eum in poena praesenti vel in futuro [i] eis determinata Unde dicit Augustinus [k 10]: « Tantum eis innotui quantum voluit; tantum voluit [l], quantum oportui non sicut angelis per hoc quod est vita et lux sed [m] eis terrendis » per quemdam virtutis effec tum, per quem potentiam eius timent ad poenam

113 ARTICULUS II.

Utrum diabolus modo possit habere cognitionem in praescientia Dei [11].

Adhuc etiam quaeritur [n] de quadam cognitione, quam videtur B. Bernardus attribuere diabolo in libro *De gradibus humilitatis* [12], sic dicens: « Puto per *aquilonem* reprobandos homines fuisse designatos, per *sedem* potestatem in illos. Quos utique [o] in praescientia Dei, quanto [ei vicinior, tanto] ceteris perspicacior praevidens, nullo sapientiae radio coruscantes, nullo spiritus amore ferventes, velut vacuum repereris [p] locum, affectasti super illos [q] dominium ». Si ergo aliqua cognitio fuit in praescientia Dei huiusmodi hominum, quaeritur utrum talem possit diabolus modo habere cognitionem.

Quod non, videtur, *a.* quia ratio illius cognitionis fuit eo quod erat vicinior Deo [r], et propter hoc perspicacior [13]; cum ergo ceciderit ab hac vicinitate, cecidit per consequens ab illa perspicacitate; ergo modo non habet illam cognitionem.

Sed videtur contrarium, 1. quia illud, quod naturae erat, non est ei ablatum; ergo, si hoc erat ei ex natura primitus instituta, adhuc convenit ei [s]; ergo huiusmodi habet cognitionem.

2. Praeterea, multo magis praeest ipsis repro bis modo quam tunc; ergo quod est in eis, v detur magis cognoscere nunc quam tunc si erg tunc cognovit eos non coruscantes radio sapien tiae, et modo potest cognoscere vel cognoscit [t]

[Solutio]: Ad quod respondendum quod, si al quam habuit angelus ille cognitionem de rebu in praescientia Dei quantum ad primum statu eius, non credo quod nunc habeat illum modu cognitionis, sed quod cognoscit, a parte inferio cognoscit et non a parte superiori. Cuiusmo autem fuerit illa cognitio, non plene ex Scrip turis video.

[Ad obiecta]: 1. Ad id vero quod obicitur quo 'si illa cognitio aliqua fuit, fuit [u] naturae prim tus institutae, naturam autem primitus institutae adhuc habet' etc. [v]: dicendum est quod natura eamdem habet adhuc, sed non omni modo co gnoscendi quo tunc cognovit. Tunc enim potu cognoscere a parte superiori et a parte [x] inferio nunc autem conversa est cognitio, ut principiu cognoscendi sit a parte inferiori et privetur parte superiori.

---

[a] Ita VR, alii add. *est;* Z *obicitur* pro *obiectum est.* [b] Ita V, alii *vero dicendum est.* [c] T *invenire;* V *est* pro *Deum.* [d] V *quonia* Z *quod;* T *non etiam* pro *non.* [e] T add. *in.* [f] V *corpus;* BT om. *non.* [g] V *illuminatur;* R om. *autem.* [h] R add. *ibi.* [i] VZ *futu* [k] Ita R (corr.), alii *Ambrosius.* [l] BT om. *t. v.* [m] Ita BT, alii add. *scilicet.* [n] V om.; BT om. *etiam.* [o] V *usque.* [p] VZ *reper* [q] BTR *illo,* alii *illa.* [r] V om. [s] V om. [t] Z *cognovit.* [u] V om. [v] V om. [x] B om. *s. e. a. p.*

1 Cf. infra, p. 134, *ad 2.*
2 Cf. Augustin., *Epist.* 147, c. 11, n. 25 (PL 33, 607 sq.); Alex. Hal., *Summa theol.*, I, p. 25 b, *ad 3.*
3 Cf. *Moral.*, II, c. 4, n. 4 sq. (PL 75, 557).
4 Iob 1, 6.
5 Cf. Matth. 5, 8.
6 *In Ioan.*, tr. 1, n. 19 (PL 35, 1388).
7 Cf. *In Matth.*, c. 3, n. 1 (PL 9, 928); *Ordin., Matth.* 8, 29 (PL 114, 114).
8 Matth. 8, 2
9 Cf. Alex. Hal., loc. cit., I, p. 25 b, *ad 3.*
10 *De civit. Dei,* IX, c. 21 (PL 41, 273 sq.).
11 Cf. Alex. Hal., *Summa theol.*, II, num. 128.
12 Cap. 10, n. 36 (PL 182, 961); cf. Isai. 14, 13.
13 Cf. Alex. Hal., loc. cit., II, num. 141.

Utrum daemones cognoverint sacramentum humanae redemptionis [1].

Adhuc etiam quaeritur propter illud [a] verbum Apostoli I Cor. 2, 8: *Si cognovissent* etc., ubi dicit Glossa [2]: « Daemones non cognoverunt sapientiam de redemptione humani generis per Christi mortem implendam ». Et alibi [3]: « Non sciebant sacramentum incarnationis et passionis ».

Sed videtur contrarium. 1. Cognoverunt enim ipsum Filium Dei esse, Luc. 4, 34; cognoverunt etiam ea quae dicta erant per Prophetas; sed per Prophetas dictum erat de incarnatione et redemptione humani generis; ergo cognoverunt hoc sacramentum.

2. Hoc [b] etiam videtur per hoc quod dicitur super illud Exod. 1, 8: *Surrexit interea rex novus*, Glossa [4]: « Mihi videtur ex iis quae Prophetis et Patriarchis de adventu Christi indicata fuerant, quia sentit venturum qui exuat [c] *principatus* eius *et potestates* et cum fiducia triumphet eos et affigat in ligno crucis [5] ». Sed quid aliud est sentire venturum nisi cognoscere sacramentum redemptionis? Ergo cognoverunt sacramentum humanae redemptionis.

[Solutio]: 1. Ad quod dicendum quod daemones non [d] tunc cognoverunt certitudinali cognitione ipsum esse Deum sive Filium Dei. Unde dicitur in Glossa [6], super illud I Cor. 2, 8: « Si daemones Deum factum hominem non intellexerunt, quanto magis homines! » Et post: « Magis ex suspicione [e] quam ex cognitione dixisse credendi sunt [7]: *Quid nobis et tibi, Fili Dei?* »

2. Ad id vero quod obicitur in contrarium, dicendum [f] quod illud sentire, de quo loquitur Origenes, in Glossa, non est aliud quam conicere ex iis quae [g] dicta erant in Lege et Prophetis. Non enim sic cognoverunt quemadmodum sancti Prophetae: sancti enim [h] Prophetae ex revelatione sibi facta [i] cognoverunt, daemones ex dictis in Lege et Prophetis haec [k] coniecerunt. Vel si aliqua certitudo fuit quod Filius Dei esset per potentiam signorum, non praevidit tamen eius morte se esse damnandum vel potestatem sibi esse auferendam. Unde super illud I Cor. 2, 8: *Si cognovissent* etc., Glossa [l 8]: « Non suggereret illum diabolus crucifigi, per quem ius suum se perdere sciret »; et super illud Luc. 4, 41: *Exibant daemonia* etc., Glossa [m 9]: « Non ideo illum crucifigit, quia Filium Dei ignoret, sed quia eius morte se damnandum non praevidit; hoc enim *mysterium* est *a saeculis absconditum. Si enim cognovissent, nunquam Dominum gloriae crucifixissent* [10] ».

CAPUT II. 115

DE PRIVATIONE COGNITIONIS DAEMONUM QUANTUM AD SE IPSOS.

Secundo quaeritur de privatione cognitionis daemonum quantum ad se ipsos.

Et videtur quod non cognoscant se ipsos secundum [n] eminentiam naturae suae. 1. Si enim cognoscerent eminentiam naturae suae, ex ipsa cognitione sequeretur delectatio: delectatio enim est apprehensio convenientis [11]; si ergo non est in eis delectatio ex apprehensione boni, non est in eis ista cognitio.

2. Hoc etiam videtur per hoc quod dicit Dionysius, in libro *De divinis nominibus* [12]: « Data [o] ipsis angelica dona nequaquam ipsa mutata esse dicimus, sed sunt integra et [p] splendidissima, quamvis ipsi non videant, claudentes ipsorum boni conspectivas virtutes ». Si ergo ipsi non vident dona eis data, licet ipsa integra sint, quia ipsi praecludunt sibi inspectionem boni, privantur ergo mali angeli cognitione ipsius status innocentiae.

Contra. *a.* Cognitio sui ipsorum est cognitio naturalis; sed cognitio naturalis non aufertur per peccatum; ergo non privantur cognitione naturali de se ipsis.

---

[a] V om.; BT om. *etiam.* [b] V *sed.* [c] VRLZ *exuit*, quod F corr. [d] BT *nisi.* [e] V *suspicacione.* [f] Ita V, alii add. *est.* [g] BT add. *iam.* [h] T om. [i] BT add. *hoc.* [k] F *qui hoc.* [l] F om. [m] V om.; B om. *non.* [n] V *scilicet.* [o] V add. *enim.* [p] V add. *etiam.*

1 Cf. Alex. Hal., *Summa theol.*, II, num. 140.
2 Lombardi, in h. l. (PL 191, 1548).
3 Loc. cit. (PL 191, 1549).
4 *Ordin.*, in h. l. (PL 113, 184), ex Origene, *In Exod.*, hom. 1, n. 5 (PG 12, 302 sq).
5 Cf. Col. 2, 14 sq.
6 Lombardi, in h. l. (PL 191, 1549), ubi et sequens.
7 Matth. 8, 29.
8 Lombardi, in h. l. (PL 191, 1548 sq).
9 *Ordin.*, in h. l., ap. Lyran., ex Beda, *In Marc.* 1, 34 (PL 92, 143).
10 I Cor. 2, 8.
11 Cf. Avicenna, *Metaph.*, tr. 8, c. 7 (f. 101 b).
12 Cap. 4, § 23 (PG 3, 726, PL 122, 1142).

b. Praeterea, ostenditur illud per simile: mens enim naturaliter cognoscit se ipsam; si vero cadat anima in peccatum mortale, non aufertur quin possit se ipsam cognoscere[1]; ergo a simili in[a] daemonibus per peccatum non aufertur quin possint se ipsos cognoscere cognitione naturali.

[Solutio]: Respondendum est ad hoc quod duplex est cognitio naturalis, secundum quod natura dupliciter accipitur sive bonum naturale[2]. Accipitur enim aliquando natura pro illo bono quod non potest diminui per peccatum, aliquando[b] pro illo quod potest diminui. Si primo modo accipiatur cognitio naturalis, non privatur per peccatum ipsius angeli: non enim ignorat angelus malus se esse spiritum a corpore[c] separatum. Si vero accipiatur cognitio naturalis quoad secundum modum, non videtur cognitio naturalis esse in daemonibus, nisi dicamus eam esse diminutam, ut sic cedat in poenam.

[Ad obiecta]: 1. Ad id vero quod primo obiectum est ad[d] primam partem, dicendum est quod loquitur ibi de cognitione naturali secundum quod cognitio naturalis dicitur cognitio natu rae bene ordinatae in eminentia bonorum n turalium: hoc enim modo non habent ipsi da mones cognitionem naturalem. Ad cognitione enim naturalem huiusmodi sequeretur delectati ad cognitionem vero naturae deformatae non s quitur[e] delectatio, sed tristitia.

2. Ad id vero quod dicit Dionysius de d nis angelicis datis, intelligendum est quod non d cuntur dona gratiae gratum facientis — talia eni ablata sunt, si qua fuerunt — sed sunt dona gr tiae gratis datae, quae spectant ad bonitatem n turae primitus institutae. Haec autem, si non su omnino ablata, nihilominus tamen sunt[f] dim nuta; non ergo mutata, id est ablata omnino, s mutata sunt, id est[g] plurimum diminuta. Quo autem dicitur[h] quod 'quaedam dona sunt i tegra', intelligitur de potentia intelligendi et h bitu intellectivo[i] eorum quae naturaliter insun Quod etiam dicitur de claritate, intelligitur acumine sive perspicacitate intelligentiae.

CAPUT III.

DE PRIVATIONE COGNITIONIS DAEMONUM QUANTUM AD VIRTUTES.

116 ARTICULUS I.

Utrum daemones possint cognoscere virtutes[3].

Tertio quaeritur de privatione cognitionis daemonum quantum ad virtutes.

Videtur[k] enim quod possunt cognoscere virtutes. *a.* Cognitio enim virtutum potest esse per se vel per suos actus; per se autem virtutes cognoscere non possunt, cum virtutes eis non insint; per actus autem cognoscere possunt: actus enim virtutum aliquando mediante corpore fiunt; sed ea, quae fiunt per corpus[l], possunt cognosci a daemonibus; ergo et[m] actus virtutum et ipsae virtutes mediantibus actibus.

b. Praeterea, dicit Augustinus[4] quod ipsas cogitationes per se non cognoscunt daemones, sed quibusdam indiciis certum est eas cognoscere; si ergo aeque spirituales vel spiritualiores[n] sunt ipsae virtutes et habent sua indicia, suis indiciis possunt cognosci virtutes: sicut enim cogitationes sunt in mente, ita affectiones sunt in voluntate et[o] multo fortius habent affectiones indicia qua ipsae cogitationes.

Contra. 1. Virtutes secundum essentiam n sunt in daemonibus; ergo per suam essentia non possunt cognosci.

2. Item, similitudines virtutum non sunt ap eos: similitudines enim a rebus accipiuntu sed ipsae virtutes, sive in angelis bonis si in[p] hominibus, non formant suas similitudin in daemonibus nec daemones habent potest tem accipiendi, cum ratione status peccati si inferiores; ergo daemones non cognoscunt vi tutes per speciem sive similitudinem habita apud intellectum; non ergo cognoscunt vi tutes[q].

3. Item, dicit Augustinus, *Super Genesim*[r] « Si daemones virtutes[s] cernerent in ipsis homi bus, non tentarent[t], sicut illam in Iob nobile ac mirabilem patientiam proculdubio si[u] poss

---

[a] V *de.* [b] BT add. *vero.* [c] T *ipsum a corpore spiritum* pro *s. a. c.* [d] F *quoad.* [e] Z *sequeretur.* [f] L om. [g] FR *et* pro *i.* T om. *sunt.* [h] R *dicit.* [i] VR *intellecto.* [k] V *dicitur.* [l] T om. *p. c.* [m] L om. [n] BT om. *v. s.* [o] F add. *etiam.* [p] BT repet. *per speciem... virtutes.* [r] Ita BT, alii om. *S. G.* [s] R *virtutem,* quod L corr. [t] V om. *n. t.* [u] V om.; BT *potenti* pro *patientiam.*

1 Cf. supra, num. 20 et 21.
2 Cf. Alex. Hal., *Summa theol.*, II, num. 124, p. 169b.
3 Cf. Alex. Hal., loc. cit., II, num. 132.
4 Gennadius, *De eccl. dogmat.*, c. 48 (PL 58, 99 cf. Augustin., *De divinat. daem.*, c. 4, n. 8 (PL 40, 58
5 *De Gen. ad litt.*, XII, c. 17, n. 34 (PL 34, 467).

diabolus cernere, nollet a tentato utique superari ». Eadem autem est ratio de aliis virtutibus; ergo daemones non cognoscunt virtutes in hominibus, multo fortius nec in angelis sanctis [a]; ergo non cognoscunt virtutes.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod cognoscere virtutem dicitur multipliciter. Est enim quaedam cognitio virtutis per suam essentiam et est [b] quaedam cognitio virtutis per [c] suum effectum et [d] est quaedam cognitio virtutis per suam speciem et [e] est quaedam cognitio virtutis per privationem. Cognitio virtutis per privationem et per [f] effectum potest esse in daemonibus, cognitio autem per essentiam vel per speciem sumptam ex essentia non est in eis.

Ad obiecta [g] **1-2.** autem per iam dicta respondendum est quod, licet daemones non cognoscant virtutes per essentiam, cognoscunt tamen per privationem et per effectum.

3. Nec [h] est contrarium quod dicit [i] Augustinus. Intelligit enim de cognitione certitudinali, quae est rei per essentiam, non de cognitione quae est per effectum. Illa enim non est cum certitudine, sed potest sic contingere et potest aliter contingere; cognitio vero quae est per privationem, illa est per certitudinem apud ipsum.

ARTICULUS II. 117

Utrum privatio huiusmodi cognitionis sit poena in daemonibus.

Huius etiam gratia quaeritur si privatio huiusmodi [k] cognitionis dicatur esse poena in daemonibus.

1. Si enim esset poena in daemonibus, a principio non haberent huiusmodi non-cognitionem [l]; sed a principio non habuerunt [m] cognitionem virtutum per essentiam, supposito quod non essent conditi cum gratuitis; ergo carentia huius cognitionis non est poena in eis: quod enim a principio est eis datum, non cedit in poenam, cum nulla praecesserit culpa.

E contra, videtur quod sit poena in eis. *a.* A principio enim potuerunt virtutes cognoscere per essentiam, nunc autem non possunt; ergo defectus huiusmodi cognitionis est poena apud eos, cum illud sit defectus cuiusdam [n] perfectionis ad quam nati sunt.

[Solutio]: Ad quod patet responsio [o] ex praemissa distinctione [1]. Est enim cognitio virtutum per effectum, et ista [p] cognitio potuit esse a principio, cum natura erat bene instituta, et potest esse adhuc, cum natura sit corrupta. Cognitio autem, quae est [q] per essentiam [r], illa potuit esse a principio in ipsis angelis qui postea ceciderunt, sed nunc non potest esse [s]. Licet ergo a principio non habuerint cognitionem virtutum per essentiam, hoc supposito quod non sint conditi in gratuitis [2], non tamen fuit in eis poena [t], sed modo carentia ista efficitur eis poena: per peccatum enim meruerunt ut carerent ipsis virtutibus et [u] cognitione virtutum per essentiam.

CAPUT IV. 118

DE PRIVATIONE COGNITIONIS DAEMONUM QUANTUM AD RES.

Quarto quaeritur de privatione cognitionis rerum in proprio [v] genere.

Et videtur quod sint privati perfecta cognitione rerum in suo genere. 1. Cognitio enim rerum in proprio genere perfecta dicitur, *In Genesim*, ab Augustino [3] cognitio vespertina; sed cognitio vespertina determinatur ibi post discretionem tenebrarum a luce [4]; ergo cognitio vespertina non est in angelis qui tenebrae dicuntur; sed cognitio perfecta rerum in proprio genere dicitur vespertina [x]; ergo angeli, qui dicuntur tenebrae, privati sunt perfecta cognitione rerum in proprio genere.

2. Praeterea, duplex erat cognitio bonorum angelorum: matutina et vespertina; sed matutina privati sunt omnino daemones; ergo vespertina vel omnino est ablata ab eis vel diminuta.

Contra. *a.* Videtur quod cognitio rerum in proprio genere creverit in daemonibus: plurium enim habent nunc daemones cognitionem quam a principio habuerunt, et [y] hoc videtur per hoc quod dicit Isidorus, in libro *De summo bono* [5]: « Triplici acumine scientiae vigent daemones,

---

[a] V *bonis.* [b] T om. [c] B om. *suam... per.* [d] V om.; FRLZ om. *quaedam.* [e] Ita BT, alii om. [f] T om.; Z om. *et.* [g] BT *obiectum.* [h] Ita V, alii add. *hoc.* [i] BT add. *beatus.* [k] R *huius.* [l] VB om. *non*, in T est add. interl. [m] V *haberent.* [n] V *alicuius.* [o] Ita V, alii *dicendum* pro *p. r.* [p] R *ita.* [q] V *Est cognitio* pro *c. a. q. e.* [r] V add. *et.* [s] T *potuit* pro *p. e.* [t] BT om. [u] T *in.* [v] V *suo.* [x] Codd. *perfecta.* [y] T om.

1 Cf. supra, num. 116, in *Solutione*.
2 Cf. Alex. Hal., *Summa theol.*, II, num. 100.
3 Cf. *De Gen. ad litt.*, IV, cc. 24, 29sqq. (PL 34, 313, 315sqq.); Alex. Hal., loc. cit., num. 123 et 128.
4 Cf. Gen. 1, 4; Augustin., loc. cit.; *De civit. Dei*, XI, c. 33 (PL 41, 346).
5 *Sentent.*, I, c. 10, n. 17 (PL 83, 556); cf. Lombard., II *Sent.*, d. 7, c. 5 (p. 336).

subtilitate naturae, experientia temporum, revelatione supernorum spirituum ». Si ergo viget acumen [a] scientiae in eis experientia temporum [b], plura cognoscunt modo daemones quam prius cognoverunt.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod non sunt privati cognitione rerum in proprio genere. Sed est duplex cognitio rerum in proprio genere: una, quae data fuit a principio, cum res in propriis generibus erant creatae; alia, quae augetur per experientiam temporum. Prima vero duplex est: una est naturalis sive cum natura primitus instituta; altera vero ex gratia. Cognitio autem vespertina dicitur illa quae est cognitio rerum in proprio genere ex gratia: et secundum hunc modum [c] habuerunt boni angeli cognitionem rerum in proprio genere [d] [1]. Alio vero modo habuerunt cognitionem rerum in proprio genere angeli ex suo primo statu. Tertio vero modo sibi acquirunt mali angeli cognitionem [2].

[Ad obiecta]: 1. Cum ergo obicitur quod cognitio rerum in proprio genere fuit [e] vespertina, hoc intelligitur de cognitione appropriata bonis angelis; si autem [f] loquimur de cognitione alia, illa hab remanere in damnatis. Si vero communiter acc piatur cognitio vespertina, nihil prohibet mal angelos habere cognitionem vespertinam, et tu non distinguuntur [g] a bonis nisi in hoc quod bo habent cognitionem matutinam, mali vero ea pr vantur. Et secundum hunc modum cognitio v spertina non esset data bonis angelis post [h] d visionem lucis a tenebris.

2. Ad aliud [i] dicendum quod nihil prohib uno modo cognitionem rerum in proprio gene crescere in daemonibus. Illo vero modo [k] nc crescit, quo cognitio rerum in proprio genere d citur cognitio generum vel specierum; sicut eni non augetur numerus generum aut specierum sed idem est modo qui fuit a principio [3], ita nec crescit cognitio. Sed individuorum in generibu et speciebus contentorum potest crescere cognit et [n] effectuum qui procedunt ex coniunctionibu rerum diversis. Si autem [o] poena aliqua dicitu in eis ratione cognitionis rerum in proprio g nere, hoc non est quia pauciora cognoscant, se quia non ita clare cognoscunt.

MEMBRUM III.

De poena daemonum quae est vermis conscientiae.

Deinde dicendum est de poena in daemonibus ex parte motivae potentiae, scilicet rationabilis, quae dicitur vermis conscientiae. Et quaeruntur quatuor:

Primo, utrum poena vermis sit in daemonibus;

secundo, quantum ad quid attendatur in eis;

tertio, utrum illa poena in illis sit gravior ali duabus quas sustinent, scilicet poena carenti visionis divinae et poena afflictionis in ig gehennae;

quarto, utrum puniantur simul an successiv poena vermis pro omnibus peccatis ab ipsis pe petratis.

119

CAPUT I.

UTRUM POENA VERMIS SIT IN DAEMONIBUS.

Ad primum sic: videtur quod poena vermis sit in daemonibus. *a.* Habent enim conscientiam peccatorum suorum et ex hoc affliguntur et irremediabiliter cruciantur; sed ex iis accipitur ratio vermis conscientiae, secundum quod dicit B. Bernardus, *Ad Eugenium* [4]: « Vermis ille innatus est conscientiae per peccatum et haeret firmiter nequaquam avellendus [p] nec cessat rodere ». Cum ergo haec sint in daemonibus, erit vermis conscientiae in daemonibus.

b. Praeterea, per contrarium potest argui. Sic enim gaudium in conscientia est ipsis bonis a gelis, ita poena in conscientia [q] ipsis impiis; s in bonis est huiusmodi gaudium; ergo in mal est [r] huiusmodi poena; haec autem est poena vermis; ergo in daemonibus est poena vermis.

c. Item, angelus peccans, cum sit nobilior status in naturalibus quam homo, non est nob lioris conditionis cum peccat; sed homo, cu peccat [t], incidit in triplicem poenam: respec

---

[a] Z *acumine;* B *vigent acumine* pro *v. a.* [b] V om. *revelatione... temporum.* [c] F add. interlin. *non.* [d] T add. *angeli.* [e] B *si* [f] BT *enim;* FR *loquamur* pro *loquimur.* [g] V *distinguitur,* L *distinguunt.* [h] T *prius.* [i] Ita V, alii add. *vero.* [k] B om. [l] V o *sicut... specierum.* [m] V *non.* [n] B om., in Z est add. mg. [o] BT *enim.* [p] Z *evellendus.* [q] Ita BT, alii *conscientiis.* [r] B add. [s] R om. [t] L om. *s. h. c. p.*

[1] Cf. Alex. Hal., *Summa theol.*, II, num. 128; infra, *ad 1.*
[2] Cf. Alex. Hal., loc. cit., II, p. 174, in *Solutione.*
[3] Cf. Alex. Hal., loc. cit., II, num. 258.
[4] *De considerat.*, V, c. 12, n. 25 (PL 182, 803).

Dei, cuius visionis carentiam habet; respectu sui, ratione cuius habet vermem conscientiae de peccatis; respectu eius quod exterius est, ratione cuius habet afflictionem gehennalem [a]. Angelus ergo [b] malus similiter habebit hanc triplicem poenam, cum sit ad unamquamque possibilis [c].

d. Praeterea, cognitio peccatorum non deletur apud spiritum [d] peccantem nisi per poenitentiam; sed poenitentia non est in angelis malis; ergo cognitio peccatorum remanentium in eis cedit eis in afflictionem; sed cognitio peccatorum cedens in afflictionem est vermis; ergo vermis conscientiae est in daemonibus.

Contra. 1. Dicitur in Glossa[1] super illud Eccli. 7, 19: *Vindicta carnis impii ignis et vermis* [e]*:* « Vermis est sera scelerum poenitentia, quae in tormentis conscientiam peccatorum mordere non cessat ». Sed sera poenitentia scelerum non est in daemonibus; ergo vermis conscientiae non est in eis.

2. Item, Ioannes Damascenus[2]: « Conscientia est lex mentis nostrae, quae repugnat legi carnis[3] ». Sed vermis est in conscientia; cum ergo [f] conscientia mentis vel spiritus repugnans legi carnis non sit [g] in daemonibus, non erit conscientia in eis; ergo nec vermis conscientiae [h].

3. Item, dicitur ad Rom. 2, 15: *Testimonium reddente illis conscientia cogitationum* etc. Sed istud testimonium non est in angelis malis, cum iam damnati sint; ergo vermis conscientiae, qui provenit ex testimonio huiusmodi [i] conscientiae, non est in damnatis; ergo non est in ipsis daemonibus.

4. Item, conscientia est ex duplici scientia: hoc enim designat nomen conscientiae; est enim cognitio faciendorum vel non faciendorum et collatio ad particularia [k 4]. Si ergo collatio cum particularibus [l] non est in angelis, cum non utantur ratione secundum proprietatem rationis, non erit conscientia proprie dicta in angelis [m].

[Solutio]: Ad quod dicendum quod vermis conscientiae est in angelis malis, sed non secundum omnem actum, sed secundum illum actum [n] qui competit eis.

[Ad obiecta]: 1. Ad obiectum autem in contrarium dicendum [a] quod illud quod dicitur in Glossa super illud Eccli. 7, 19 quod « vermis est sera scelerum poenitentia », non intelligitur de verme qui est in daemonibus, sed de verme secundum quod est in hominibus malis iam damnatis, de quibus dicitur Sap. 5, 3: *Tunc dicent intra se, poenitentiam agentes et prae angustia spiritus gementes.*

2. Ad secundum [b] dicendum quod est conscientia quae est lex intellectus, quae dictat quid est faciendum et quid non: et secundum hunc modum conscientia potuit [c] esse in angelis. Conscientia autem, prout est lex mentis repugnans legi carnis, in hac ratione non est in angelis, sed hoc non est nisi secundum quemdam actum [d]: conscientia enim habet multiplicem actum; actus autem [e] iste est in hominibus, ubi est ista repugnantia: ante enim lapsum hominis fuit conscientia in ipso, et tunc [f] non erat repugnantia legis mentis respectu legis carnis; unde non est de essentia ipsius conscientiae huiusmodi [g] actus. Unde, licet conscientia secundum huiusmodi actum non sit in daemonibus, nihilominus tamen vermis conscientiae, qui attenditur secundum remorsum peccatorum in ipso spiritu permanentium [h], est in illis.

3. Ad tertium dicendum quod, licet iam damnati sint, nihilominus adhuc quantum ad aliqua peccata damnandi sunt, et quoad illa testimonium reddit conscientia[5] contra illos, prout dicitur Sap. 4, 6: *Ex iniquis omnes filii qui nascentur testes erunt nequitiae.*

4. Ad quartum dicendum [i] quod, licet conscientia in homine [k] sit ex collatione duplici, in angelis tamen non est secundum omnem modum. Est tamen in angelis malis collatio universalis, quod [l] est in mente, ad particularia, ut cum [m] peccant secundum rationem universalis in mente, dicatur [n] esse peccatum, et secundum hoc sunt remorsus conscientiae vel in faciendo vel in iam facto.

CAPUT II. 120

QUANTUM AD QUID ATTENDATUR POENA VERMIS IN DAEMONIBUS.

Secundo quaeritur quantum ad quid attendatur poena vermis in daemonibus.

Dicitur enim quod sit quantum ad arguitionem [o] peccati, *a.* secundum illud in Psalmo[6]:

---

[a] F *gehenne.* [b] VR *vero* › quod LZ corr. [c] V *passibilis.* [d] RZ (corr.) *ipsum*; V *debetur* pro *deletur.* [e] BT *vermes.* [f] R add. mg. *lex.* [g] Z (corr.) *sic* pro *n. s.* [h] BT om. [i] R *huius.* [k] V *particularium.* [l] BTZ *partibus.* [m] V add. *malis*; L om. *proprie.* [n] V om. [a] Ita VF, alii add. *est.* [b] Ita V, alii add. *vero.* [c] B *ponit.* [d] B *modum*; V *autem* pro *enim.* [e] Z *enim*; V *ille* pro *iste.* [f] B om. *fuit... tunc.* [g] BT *respectu.* [h] B om. *i. i. s. p.*; RL *ipsis* pro *illis.* [i] Ita V, B *vero dicendum est*, alii *vero dicendum*; V om. *licet.* [k] B *hoc*; V *fit* pro *sit.* [l] V *que.* [m] T om. [n] RLZ *dictetur*; T *tantum* pro *esse.* [o] B *cognitionem.*

1 *Ordin.*, in h. l. (PL 113, 1192), ex Rabano, in h. l. (PL 109, 806).
2 *De fide orthod.*, IV, c. 22 (PG 94, 1199).
3 Cf. Rom. 7, 23.
4 Cf. Aristot., *Ethica ad Nicom.*, VII, c. 3 (II, 79).
5 Cf. Rom. 2, 15.
6 Psalm. 49, 21.

Arguam te, et statuam contra te[a] *faciem tuam.* Facies autem nihil aliud dicitur nisi ipsa conscientia remordens.

b. Similiter, super illud Eccle. 7, 23: *Scit conscientia tua* etc., Glossa[1]: « Qua iudice, nemo absolvitur nocens ». Sed constat quod habent naturale iudicatorium, quod non aufertur per peccatum; ergo, cum sint nocentes, in iudicio conscientiae non absolvuntur; ergo vermis conscientiae est ad condemnationem[b] ipsius peccatoris, et ita angeli mali[c].

c. Praeterea, daemones sunt spiritus separati a corporibus; sed spiritibus separatis a corporibus magis convenit poena spiritualis quam corporalis; ergo, cum vermis conscientiae sit poena spiritualis, magis conveniet[d] angelis malis quam ignis gehennae; sed ignis gehennae congruit[e] eis ad poenam; ergo vermis conscientiae congruet[f] eis ad poenam interiorem.

d. Item, super illud Isai. 14, 11: *Subter te sternetur tinea* etc., Glossa[2]: « *Tinea et operimentum* vermium poenae aeternae sunt, quas propria gignit conscientia ». Sed propria conscientia non gignit nisi poenam vermis per se; ibi autem loquitur de diabolo sub figura Nabuchodonosor, unde et dicitur ibi *Lucifer;* ergo poena vermis competit sibi.

Sed videtur quod poena vermis non conveniat eis. 1. Vermis enim de carne nascitur et carnem consumit; si ergo transfertur nomen vermis, transferetur ubi erit ratio carnis spiritualiter; sed ratio carnis spiritualiter non est nisi[g] ubi viget concupiscentia carnalis, quae est fomes vel ex fomite; haec autem non est in daemonibus; ergo vermis conscientiae non est in daemonibus tamquam poena.

2. Praeterea, in Evangelio et in Prophetis, ubi loquitur de poenis, coniungit vermem cum aliis poenis, quae debentur homini damnato; unde in poenam[h] hominum damnatorum assignatur vermis, sicut dicitur Isai. ultimo[i], 24: *Vermis eorum non morietur et ignis eorum non extinguetur;* et Marc. 9, 46-47: *Bonum*[k] *est luscum intrare in regnum Dei quam duos oculos habentem mitti*[l] *in gehennam, ubi vermis eorum non moritur et ignis non extinguitur;* et Iudith[m] ultimo, 21: *Dabit ignes et vermes in carnes eorum, ut urantur et sentiant usque in sempiternum;* similiter[n], Eccli. 7, 19: *Vindicta carnis impii ignis et vermis*[o]. Ubi autem loquitur de poena diaboli, tantum fit mentio de igne, non de verme, Matth. 25, 41: *Ite, maledicti, in ignem aeternum, qui paratus est diabolo et angelis eius.* Ex quo videtur quod non ex ipsius vermis conscientiae punire spiritus separatos, scilicet daemones.

3. Praeterea, si vermis ad litteram est rodere vel consumere lignum aut vestem aut carnem de qua oritur, oportet quod in daemonibus inveniatur aliquid quod semper rodi vel consumi possit; illud non erit nisi aliquod bonum, quod potest minui in daemonibus; si ergo nullum est bonum[p] infinitum in eis, non potest ibi esse vermis quantum ad hunc effectum[q]. — Quod autem iste sit effectus istius vermis, patet per hoc quod dicitur Isai. 51, 8: *Sicut vestimentum, sic comedet eos vermis,* ubi dicit Glossa[3] « Conscientia, quae nunquam moritur ». Sed qualiter potest comedere nisi consumat?

[Solutio][4]: 1-2. Ad quod dicendum quod poena illa conscientiae super peccatis quae nunquam delentur, est in ipsis daemonibus, et dicit rem illius poenae, quae dicitur vermis. Ratio tamen vermis quantum ad aliquem actum magis proprie convenit animabus damnatis quam ipsis daemonibus; quoad aliquem autem effectum communiter est in iis et in[s] illis. Quantum enim ad hoc quod gignitur ex remorsu conscientiae, commune est utrobique; quantum autem ad hoc quod vermis proprie dictus gignitur ex corpore et per similitudinem ex re conformante se corpori, in animabus damnatis dicitur esse vermis. Et ideo Scriptura, quando loquitur de poenis damnatorum, universalius loquitur de poena vermis in hominibus sive in animabus, minime[t] autem de poena vermis in daemonibus.

3. Ad id vero quod deinceps quaeritur 'quis rodatur ab illo[u] verme': dicendum[v] quod ipsa habilitas conscientiae ad bonum, quae semper magis et magis[x] consumitur nec tamen omnino tollitur, quia illa habilitas est naturalis et est in natura immortali; unde, manente natura illa, semper manet conscientia peccati et minuitur bonum conscientiae: et illud commune est in daemonibus et animabus damnatis. Et, licet bonum illud non sit infinitum magnitudine sive virtute, est tamen infinitum in diminuendo[5]. — Vel potest dici quod illa[y] infinitas est quantum ad durationem et quod non consumitur magis et minus sed semper ipsa conscientia roditur, nulla facta abiectione[z] alicuius boni, et quia escam suam

---

[a] Z exp. [b] V *damnationem.* [c] R om. [d] BT *convenit.* [e] BT *convenit.* [f] VL *congruit,* quod F corr. [g] BT om. [h] F *poena* [i] BT om. [k] V *lumen.* [l] T om. [m] BT *Luc.* [n] V om. [o] Ita RL, alii *vermes.* [p] B om. [q] T *modum effectus.* [r] V *rationem* F *ipsius* pro *illius.* [s] T *ipsis et iis et* pro *i. e. i.* [t] Ita V, alii *rarissime.* [u] BT *isto.* [v] Ita V, alii add. *est;* RL *quod est* pro *quod* [x] VL om. *e. m.* [y] R om. [z] VZ *obiectione.*

1 *Interlin.*, in h. l., ap. Lyran.
2 *Ordin.*, in h. l., ap. Lyran.; cf. *Interlin.* in h. l.
3 *Interlin.*, in h. l., ap. Lyran.
4 Cf. S. Bonav., IV *Sent.*, d. 50, p. 2, a. 2, qq. 1-3 (IV, 1050sqq.).
5 Cf. supra, num. 22.

invenit perpetuam, nunquam moritur; esca autem sua est ipsum peccatum, quod est in conscientia. Unde dicit B. Bernardus[1]: « Hic vermis est qui non moritur memoria praeteritorum; semel iniectus per peccatum, firmiter haesit, nequaquam deinceps avellendus, nec[a] cessat rodere conscientiam, eaque pastus esca inconsumptibili, perpetuat vitam ».

CAPUT III. 121

UTRUM ILLA POENA GRAVIOR SIT ALIIS DUABUS POENIS DAEMONUM.

Tertio quaeritur utrum illa poena gravior sit aliis duabus poenis quas sustinent, scilicet carentia visionis divinae et afflictione in igne gehennae.

Et videtur quod illa poena sit gravissima. 1. Dicit enim Isidorus, in libro *De institutione ecclesiastica*[2], quod nulla poena gravior est poena conscientiae; cum ergo haec sit in daemonibus, erit illa poena gravissima.

Sed videtur contrarium. *a.* Dicit enim Chrysostomus[3] quod nulla poena maior est quam separari a visione Dei; ergo carentia visionis Dei est maxima[b] poena: cum enim illud sit[c] summum bonum, carentia ipsius[d] erit maximum malum.

b. Sed videtur quod poena gehennae sit eis maxima poena: nihil enim est, quod ita actualiter[e] affligit. — Praeterea, spiritum[f] subesse corpori poenaliter est maxime afflictivum ipsius spiritus; sed daemones sunt spiritus, ignis vero gehennae corpus; ergo daemones subesse poenaliter igni gehennae est eis maxima poena[g].

[Solutio]: Ad quod dicendum quod poena potest dici maxima secundum diversos modos: vel quoad damnum vel quoad sensum vel quoad[h] maximam adhaerentiam in punito. Primo modo est maxima[i] carentia visionis Dei: si enim intelligeremus per impossibile quod homo[k] haberet visionem Dei et tamen ceteris poenis puniretur, non tantum damnificaretur sicut in sola carentia visionis Dei damnificatur[l]. Secundo modo dicitur ignis gehennae maxima poena, cum maxime affligat[m] et maxime sentiatur. Tertio modo dicitur vermis interior, cum sit poena immediate inhaerens ipsi spiritui. Et haec fuit ratio Isidori; unde subdit[4]: « Mens enim malae conscientiae proprie iis stimulis agitatur ».

CAPUT IV. 122

UTRUM DAEMONES POENA VERMIS PUNIANTUR SIMUL AUT SUCCESSIVE PRO OMNIBUS PECCATIS SUIS.

Quarto quaeritur utrum daemones puniantur poena vermis simul aut successive pro omnibus peccatis ab ipsis perpetratis.

Et videtur quod successive puniantur. 1. Poena enim est secundum conscientiam peccati, et poena actualis est, cum est actualis cognitio peccati; sed una et eadem cognitione[n] actuali non cognoscit[o] hoc peccatum et illud; cum ergo actuales cognitiones non sint simul, sed[p] secundum prius et posterius, non erunt cognitiones actuales huius peccati et illius simul; et poena actualis sequitur cognitionem; ergo poena sequens actualem cognitionem unius peccati non erit simul cum poena consequenti actualem[q] cognitionem alterius peccati; ergo non simul puniuntur daemones hoc genere poenae pro diversis peccatis.

Contra. *a.* Cum dicitur Iob 24, 19: *Transibunt ab aquis nivium ad calorem nimium,* transitus ille non attenditur secundum successionem, sed secundum poenarum variationem pro diversis peccatis. Est enim quoddam peccatum ex timore male humiliante, et ei respondet illa poena quae significatur per aquam nivis; et est peccatum ex amore male accendente[r], et ei respondet poena ignis. Et sicut peccata continuantur in subiecto, ita et poenae debitae pro peccatis; sic ergo sicut simul sunt istae poenae, ita[s] poena vermis pro uno peccato et poena vermis pro alio peccato simul erunt[t].

b. Praeterea, Iob 10, 22, super illud: *Ubi umbra mortis et nullus ordo,* Glossa[5]: « In mente damnatorum per[u] praemissam umbram caecitatis magna erit confusio, quae intus eos cruciet, sicut

---

[a] BT *non.* [b] BT *magna.* [c] F add. *in.* [d] BT *illius;* V *summum* pro *maximum.* [e] T *accidentaliter.* [f] V om. [g] T om. [h] B om. *damnum... quoad.* [i] V om. [k] V *non.* [l] V om. *sicut... damnificatur.* [m] Z *affligatur.* [n] V add. *peccati.* [o] T *cognoscitur.* [p] B *licet.* [q] BT *actualiter;* V om. *poena.* [r] B *accedente.* [s] F add. interl. *et.* [t] VBT *erit.* [u] Ita BT, alii *secundum.*

1 *De considerat.*, V, c. 12, n. 25 (PL 182, 803).
2 *Synonym.*, II, n. 61 (PL 83, 859).
3 Cf. *Adhort. ad Theodor. lapsum,* p. 1, n. 12 (PG 47, 292).
4 Loc. cit.
5 *Ordin.*, in h. l., ap. Lyran., ex Gregorio M., *Moral.*, IX, c. 65, nn. 97, 99 (PL 75, 912, 914).

flamma foris ». Sicut ergo flamma foris [a] simul affligit pro diversis peccatis, ita et haec confusio intus cruciabit simul pro diversis peccatis.

[Solutio]: Quod concedendum est. Unde poena conscientiae pro omnibus peccatis simul affliget.

[Ad obiecta]: 1. Nec est hoc contrarium quod supra obiectum est [b]. Sicut enim peccatum simul est [c] cum peccato, ita conscientia huius peccati simul cum conscientia illius. Manebit ergo in eis ad cumulum poenae aspectus diversorum peccatorum simul. Et sicut cedit ad cumulum gloriae in sanctis quod simul possunt aspicere diversa quae delectant, ita ad cumulum poenae in damnatis erit quod simul poterunt aspicere diversa quae [d] tristant. — Ad id ergo quod [e] obicitur quod 'non erunt actuales cognitiones [f] simul' etc. respondendum est per interemptionem.

MEMBRUM IV.

De poena daemonum ex parte voluntatis.

CAPUT I.

DE POENA DAEMONUM QUAE EST GAUDIUM.

Deinde quaeritur de poena daemonum ex parte voluntatis.

Et primo de gaudio, de quo quaeruntur duo:

Primo, utrum gaudium aliquod sit in ipsis daemonibus;

secundo, si est aliquod gaudium in eis, utrum cedat in poenam.

123 ARTICULUS I.

Utrum gaudium aliquod sit in daemonibus.

Et videtur quod non sit in eis gaudium. 1. Gaudium enim est ex apprehensione convenientis [1]; apprehensio autem convenientis vel est in praesenti vel in praeterito vel in futuro. Sed apprehensio convenientis in praeterito non adgenerat in eis gaudium: ab illo enim convenienti in praeterito privati sunt; apprehensio autem [g] convenientis in praeterito [h] cum privatione non adgenerat gaudium, sed dolorem; ergo non habent huiusmodi gaudium. — Nec habent ex apprehensione boni [i] in praesenti, cum a bono [k] in praesenti gratuito sint privati et naturali, quod ordinatur ad gratuitum; ergo non habent ex illo gaudium: licet enim habeant bonum naturae, quod non potest auferri, et illud cognoscant, non tamen ex illo sequitur gaudium. Unde Augustinus, XIX *De civitate Dei* [2]: « Ipse dolor testimonium est boni adempti [l] et boni relicti; nisi enim bonum relictum esset, de bono amisso dolere non posset ». Licet ergo habeant huiusmodi bonum naturae, tamen, quia ab illo fuit [m] privatio boni gratuiti, non consequitur gaudium, sed dolor. — Nec habent gaudium ex apprehensione boni [n] in futuro, cum spes evasionis a poena tollatur ab eis, sicut dicitur Iob 40, 28: *Spes eius frustratur*. Non ergo habent daemones gaudium.

Sed videtur contrarium, *a.* per hoc quod dicit Augustinus, *Adversus Manichaeos* [3]: « Diabolus potestatem habet in eos [o] qui praecepta Dei contemnunt, et de hac tam infelici potestate laetatur qui solebat, antequam caderet, de sublimi veritate gaudere, in qua non stetit [4] ». Ergo daemones habent aliquod gaudium.

b. Praeterea, a peccatore, dum potest peccare non aufertur gaudium peccati, secundum quod omne peccatum ex libidine est, et ita in omni peccato est delectatio. Cum ergo daemones sint in statu, in quo possunt peccare et peccant, habent delectationem peccati, et ita gaudium.

[Solutio]: Ad quod dicendum [p] quod gaudium potest esse in daemonibus, sed illud non est gaudium verum, sed omni amaritudine respersum. Hoc autem non est nisi quia adhuc habent statum, in [q] quo possunt demereri [5]; cum autem omnino erunt in statu retributionis pro omnibus peccatis, auferetur ab eis omnino gaudium.

---

[a] B om. *s. e. f. f.* [b] V om. [c] T om. [d] V om. *delectant... quae.* [e] Ita VR, alii *ad quod igitur* pro *a. i. e. q.* [f] RLZ *cogitatione* [g] VF *enim.* [h] B om. *i. p.* [i] T om. [k] V *aliquo* pro *a. b.* [l] V *accepti.* [m] B *fit.* [n] V om. [o] VFL *eis.* [p] Ita VB, alii add. *es* [q] L om.

1 Cf. Avicenna, *Metaph.*, tr. 8, c. 7 (f. 101b).
2 Cap. 13, n. 2 (PL 41, 641).
3 *De Gen. c. Man.*, II, c. 17, n. 26 (PL 34, 209).
4 Cf. Ioan. 8, 44.
5 Cf. infra, num. 172

[Ad obiecta]: 1. Ad id vero quod obicitur in contrarium, dicendum [a] quod gaudium illud est, non [b] ex apprehensione convenientis simpliciter, sed quod videtur sibi conveniens. Videtur autem conveniens sive delectabile ipsis daemonibus habere « potestatem in eos qui praecepta Dei contemnunt », et ita videtur esse gaudium ex illo quod videtur bonum esse in praesenti.

ARTICULUS II. 124

Utrum gaudium in daemonibus cedat in poenam.

Secundo quaeritur utrum gaudium, si est in daemonibus, cedat in poenam.

Videtur quod non, 1. per hoc quod dicit Augustinus, in libro *De libero arbitrio* [1]: « Poena [c] est affectio involuntaria et e converso ». Sed gaudium dictum [d] non est affectio involuntaria: non enim vellent non gaudere daemones; ergo gaudium non est poena in daemonibus.

Sed contra hoc est *a.* quod dicit Augustinus, *Super Genesim* [2]: « Poena est diabolo ut in potestate habeat peccatores: et inde [e] maior est ei [f] poena, quia de tam infelici potestate laetatur [g] ». Ergo gaudium est poena daemonum.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod gaudium, in ratione gaudii, non sonat in poenam, sed magis in peccatum. Quod autem dicitur esse poena, hoc intelligitur effective vel materialiter: effective [h], quia gaudium inordinatum meretur poenam; materialiter vero, quia de hoc quod gaudium habuit, consequenter affligitur.

CAPUT II. 125

DE POENA DAEMONUM QUAE EST DOLOR.

Consequenter quaeritur de poena daemonum quae est dolor, et hoc respectu mali praesentis.

Et videtur quod non [i] habeant dolorem pro poena in praesenti, sed quod [k] reservetur in futuro, 1. propter hoc quod dicitur Exod. 20,5: *Visitans* [l] *peccata patrum* etc., Glossa [3]: « Diabolus, quia iam peccandi modum excessit, tamquam vestimentum concretum [m] sanguine non erit mundus, in hoc saeculo non flagellatur pro peccato: *omnia* enim *servantur in futurum* [4] ». Si ergo non [n] flagellatur in praesenti pro peccato, sed servatur in futurum [o], cum dolor in praesenti sit flagellum pro peccato, non habent dolorem in praesenti.

2. Praeterea, gaudium et dolor sunt opposita; cum ergo gaudium de potestate continuetur in praesenti, dolor, qui opponitur gaudio, non inerit in praesenti; non ergo dolor erit [p] poena in praesenti.

Sed contrarium videtur, *a.* per hoc quod dicitur, in libro *De civitate Dei,* XIX [5]: « Sicut laetitia deserti boni in peccato testis est voluntatis malae [q], ita dolor amissi boni in supplicio testis est naturae bonae ». Et loquitur ibi de statu daemonum; ex quo accipitur quod dolorem habent de amisso bono.

b. Praeterea, delectationem habuerunt in primo peccato; delectationi autem conveniens poena respondet afflictio sive dolor; ergo dolorem habent in praesenti pro poena.

[Solutio]: Ad quod respondendum quod dolorem habent in praesenti tamquam poenam pro bono amisso, quod consequi potuerunt.

[Ad obiecta]: 1. Ad id vero quod obicitur in contrarium, dicendum [r] quod est quaedam poena corrigens in praesenti: et hac poena non flagellatur diabolus pro peccato, quia « non erit mundus in hoc saeculo »; et est poena condemnans: et illa, licet inchoetur in praesenti, consummabitur in futuro, et ratione illius dicitur: *Omnia servantur in futurum,* id est consummatio [s], non quod in praesenti non puniatur [t].

2. Ad secundum vero [u] dicendum quod gaudium et dolor, cum ad eamdem rem referuntur, sunt opposita, cum autem ad diversa referuntur, non

---

[a] Ita V, alii add. *est.* [b] V om., in F est add. interl. [c] V om. [d] Ita V, alii om. [e] V *tamen.* [f] V om. [g] V *letantur.* [h] V om. *v. m. e.* [i] Z om. [k] V *quia.* [l] V *vindicant.* [m] R *contectum.* [n] B om. [o] Ita V, alii *futuro.* [p] RZ add. *in.* [q] V *magne.* [r] FRL add. *est.* [s] BT *a summo.* [t] V *puniantur* pro *n. p.* [u] V om.

1 Cf. lib. III, c. 9, n. 26 (PL 32, 1284).
2 *De Gen. c. Man.,* loc. cit. (PL 34, 209).
3 *Ordin.,* in h. l. (PL 113, 253sq.).
4 Eccle. 9, 2.
5 Cap. 13, n. 2 (PL 41, 641).

sibi opponuntur. Unde dolor de casu a sublimi veritate et laetitia de infelici potestate in[a] praesenti non sibi opponuntur; propter quod nihil prohibet haec duo simul inesse daemonibus; in futuro vero erit dolor sine gaudio. Unde Augustinus[1]: « In extremo supplicio recte fit ut impii naturalium bonorum damna in cruciatibus defleant, sentientes ablatorem eorum iustissimum Deum, quem contempserunt benignissimum largitorem ».

126 CAPUT III.

DE POENA DAEMONUM QUAE EST TIMOR.

Postmodum quaeritur de poena daemonum quae dicitur timor, et quaeritur utrum timeant[b] poenam.

Quod videtur. *a.* Servi enim peccati est timere; sed diabolus servus est peccati, Ioan. 8, 34: *Qui facit peccatum, servus est peccati;* ergo eius est timere poenam.

b. Praeterea, *daemones credunt et contremiscunt,* Iac. 2, 19; sed quid[c] est illud 'credere' nisi certitudo de poena? Ex certitudine autem poenae futurae sequitur timor; ergo daemones timent; sed timor ille non est nisi potentiae divinae punientis; ergo habent timorem potentiae[d] Dei punientis; ergo habent timorem poenae[e].

c. Praeterea, Matth. 8, 29: *Quid nobis et tibi, Iesu, Fili Dei? Venisti ante tempus torquere nos?* Ergo certi erant de poena futura[2]; sed ex certitudine mali in[f] intellectu sequitur timor in affectu; ergo habuerunt timorem in affectu; sed timor poenae secum habet poenam adiunctam, secundum quod dicitur I[g] Ioan. 4, 18: *Timor poenam habet;* ergo habent timorem poenalem.

Contra. 1. Iob 41, 24: *Factus est ut nullum timeret,* super quo B. Gregorius, libro XXXIV *Moralium*[3]: « *Nullum timeret*[h], videlicet quia nec Deum, sed neque[i] hoc, quod passurus est, metuit, cui[k] nimirum felicius fuerat timendo[l] supplicia vitare quam non timendo tolerare ». Et alibi[4]: « Nunc omnino non[m] timens omnibus suppliciis subiacet, qui elementis etiam superesse poterat, si unum, quem debuit, timere voluisset. Unde profecto timeret omnia possidens, qui nunc unum non timens omnia patitur ». Ex quibus colligitur quod daemones non habent timorem poenae, quam sustinent, sed nec Dei poenam infligentis.

2. Praeterea, timor servilis[n] facit abstinere ab[o] actu peccati; sed daemones nullatenus abstinent ab actu peccati; ergo non videtur esse in eis timor servilis.

3. Praeterea, Gregorius[5], super illud Iob 3, 11: *Quare non in vulva mortuus sum*[p]*?* « Cum poena timetur, sed facies Dei non amatur, timor ex tumore[q] est, non ex humilitate, quia superbit qui peccatum[r], si liceat non puniri, non deserit ». Ergo videtur quod habens[s] timorem servilem ex consideratione poenae non peccet; sed hoc non est in diabolo; ergo in diabolo[t] non est huiusmodi timor poenalis.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod uno modo est timor in diabolo, alio modo non. Timor enim[u], secundum quod comes est humilitatis, non est in ipso, cum superbia maxime sit[v] in ipso, quae opponitur humilitati et per consequens timori, et hoc modo intelligitur illud[6]: *Factus*[x] *est ut nullum timeret.* Ex superbia enim est in eo arrogantia et praesumptio, propter quam non timet illum quem timere deberet, et ex hoc peccat. Ex alia vero parte timor sonat in poenam, et secundum hoc est in diabolo. Sed adhuc distinguendum est, quia timor poenalis aliquando revocat hominem a peccato vel cohibet ab actu peccati: et hoc modo non est timor poenalis in eo. Alio vero modo est in augmentum poenae inflictus pro peccato praecedenti: et secundum hoc timor poenalis est in eo[y].

[Ad obiecta]: Per hoc potest responderi ad obiecta. *a-c.* Cum enim dicitur quod timor est in eo, intelligitur de timore poenali, non cohibente ab actu peccati, sed affligente pro peccato.

1. Quod autem dicitur Iob 41, 24: *Factus est ut nullum timeret,* intelligitur de timore cohibente a peccato. Ex superbia enim est quod non cohibet se a peccato per timorem Dei[z], sicut est de illo

---

[a] V *pace* pro *p. i.* [b] VFRL *timeat.* [c] BTFRZ *quod,* quod L corr. [d] T *pene.* [e] L om. [f] T *ex.* [g] V om. [h] F *timent.* [i] V *in.* [k] V *meruit sibi* pro *m. c.,* quod FL corr. [l] V *merendo.* [m] V om., in F est add. interl. [n] V *servum.* [o] V *de.* [p] T om. [q] VB *timore,* quod FL corr. [r] B *peccat.* [s] V *ex hiis* pro *q. h.* [t] V om. *e. i. d.* [u] V om. *t. e.* [v] Z *est;* BT *sed* pro *quae.* [x] T *factum;* L om. *illud.* [y] R *ipso.* [z] B om.

1 *De civit. Dei,* XIX, c. 13, n. 2 (PL 41, 641).
2 Cf. *Ordin.,* in h. l., ap. Lyran.
3 Cap. 21 (PL 76, 741).
4 Loc. cit. (PL 76, 740 sq.).
5 *Moral.,* IV, c. 27, n. 50 (PL 75, 662).
6 Iob 41, 24.

qui ex audacia sive temeritate delinquit. — Similiter illud quod dicit B. Gregorius quod 'non timet Deum', intelligitur de timore servili qui cohibet a peccato.

2-3. Quod etiam[a] dicit ipsum non timere poenam, hoc similiter intelligitur quod non ita timet quod propter hoc a peccato desistat. Unde[b] est duplex timor servilis: unus cohibitorius a peccato, et hoc modo intelligitur illud B. Gregorii, quod dicitur super Iob 3, 11; et quod alibi dicitur[1]: « Vivit in eo voluntas peccandi, et sequeretur peccandi libertas, si speraretur[c] impunitas ». In diabolo vero[d] vivit voluntas peccandi, et timor in ipso est ex tumore[e], sed non desistit a peccato propter timorem poenae, immo in praesenti magis exardescit ad culpam.

b. Illud autem[f] quod dicitur Iac. 2, 19, quod[g] *daemones credunt et contremiscunt*[h], intelligitur de timore servili quo[i] timetur iustitia Dei et non amatur, qui non procedit ex fide, secundum quod est virtus informis, sed ex quadam certitudine poenae.

TITULUS II.

DE POENA LOCALI DAEMONUM.

Deinde procedendum est post determinationem poenae spiritualis ad considerationem ipsius poenae localis, quae fuit casus in aerem caliginosum de caelo empyreo vel[k] in infernum; unde dicitur in[l] Luc. 10, 18: *Videbam Satanam tamquam fulgur*[m] *de caelo cadentem.* Et quaeruntur quatuor:

Primo, utrum sit[n] eis poena esse in isto aëre caliginoso;

secundo, quo modo ibi puniantur;

tertio, utrum tantum[o] ille casus localis sit eis poena an sint etiam alii casus locales eis in poenam;

quarto, utrum omnes ceciderint in habitationem aëris caliginosi aut quidam ceciderint in habitationem aëris caliginosi, quidam vero in infernum.

CAPUT I. 127

UTRUM DAEMONIBUS SIT POENA ESSE IN ISTO AËRE CALIGINOSO.

Ad primum sic: videtur quod non sit eis poena. 1. Sunt enim in isto aëre caliginoso ad tentandum genus humanum; sed tentare genus humanum est eis voluntarium; ergo locus conveniens[p] ad tentandum placet eis; non ergo est eis[q] poenalis.

2. Praeterea, dicit Augustinus[2] quod « daemones dicuntur aërea animalia, quoniam corporum aëreorum natura vigent, nec per mortem dissolvuntur, quia praevalet in eis elementum aptius ad faciendum quam ad patiendum: ad patiendum enim sunt humor et humus, ad faciendum vero aer et ignis ». Si ergo sunt in aëre caliginoso assumentes corpus aëreum, assumunt corpus activum[r], non passivum; assumentes autem[s] corpus activum non patiuntur poenam ex hoc, sed magis inferunt; ergo esse in aëre caliginoso non est[t] eis poena.

3. Praeterea, dicit Apostolus ad Ephes. ultimo, 12, quod sunt *rectores tenebrarum harum;* ergo dominantur; sed quod dominatur, ab illo non patitur cui[u] dominatur; daemones ergo non patiuntur ab aëre; nec ab alio corpore ibi puniuntur; ergo non[v] puniuntur.

Quod autem sit poena, videtur *a.* per hoc quod dicit Augustinus, *Super Genesim*[3]: « Caliginosa aëris tantum tenere permissi sunt, qui eis quasi carcer est usque ad tempus iudicii ». Sed esse

---

[a] V *autem.* [b] V *quoniam.* [c] T *separaretur.* [d] V *ergo.* [e] RL *timore,* quod F corr.; V *eo* pro *ipso.* [f] Ita V, BTRL *illud,* Z (corr.) *id,* F *ad* pro *i. a.* [g] V om. [h] T om. *e. c.* [i] V add. *timore.* [k] VF om.; B *et.* [l] V om. [m] T om. [n] V add. *in.* [o] T om. [p] V *aeris.* [q] F om. [r] F add. *et.* [s] Z *etiam.* [t] TF om. [u] V *appetitur qui* pro *n. p. c.* [v] V om.

[1] Cf. Augustin., *Contra duas epist. Pelagian.,* I, c. 9, n. 15 (PL 44, 558).

[2] *De Gen. ad litt.,* III, c. 10, n. 14 (PL 34, 284).

[3] Loc. cit., n. 15 (PL 34, 285).

in carcere, est poena incarcerato; ergo ipsis daemonibus est poena esse in aëre caliginoso.

b. Praeterea, si habebant angeli corpora per assumptionem, antequam caderent habebant corpora sumpta de aethere luminoso[1] vel nulla habebant; sed post casum habent corpora assumpta de aëre caliginoso; ergo quoad hoc mutantur in statum deteriorem; sed mutari in statum deteriorem est poena; ergo daemones, ex hoc quod in aëre caliginoso sunt, poenam habent.

c. Praeterea, dicitur XX libro *De civitate Dei*[2]: « In hoc aëreo caelo et in terris et[a] daemonum et hominum miserrima est vita, erroribus aerumnisque plenissima ». Sed miserrima vita non est sine poena; ergo poena est ipsis daemonibus esse in hoc aëreo caelo.

[Solutio]: Ad quod dicendum[b] quod datum est eis in poenam esse in aëre caliginoso. Locus enim, in quo conditi sunt, erat caelum empyreum[3], quod est luminosum et quasi locus connaturalis eis; esse ergo perpetuo in loco tenebroso vel caliginoso inflictum est[c] eis, quia noluerunt tenere habitationem luminosam, non quod poena esset angelo bono esse in loco tenebroso, ut si angelus bonus mittatur ad has partes inferiores, sed ideo cedit eis in poenam, quia reverti non possunt ad regionem luminis sibi connaturalem. Deferunt etiam secum tenebras interiores, quae magis sunt eis in poenam quam tenebrae exteriores. Sic ergo est poena ipsorum daemonum.

[Ad obiecta]: 1. Ad primo autem obiectum in contrarium, dicendum[d] quod, licet gaudeant de tentatione hominis, non tamen gaudent[e] de dispositione loci in quo tentant, cum illa dispositio loci disconveniens sit naturae primitus institutae.

2. Ad secundum vero dicendum quod, licet aer[f] sit de corporibus activis respectu aquae et terrae, habere tamen aëreum corpus tenebrosum cedit in rationem passibilis, non quod aer ipse agat in ipsos daemones inferendo eis poenam, sed ipsi ex innaturali[g] sibi habitatione poenam accipiunt.

3. Ad tertium dicendum[h] quod, licet dominentur ipsis peccatoribus, qui per tenebras designantur[4], nihilominus tamen hoc dominium concomitatur quaedam poena. Unde dicit Augustinus, *Super Genesim adversus Manichaeos*[5]: « Poena est diabolo ut in potestate habeat eos[i] qui Dei praecepta contemnunt, sicut esset de aliquo qui esset de familiaribus alicuius regis et post factus esset carcerarius ad custodiendum malefactores et cum ipsis malefactoribus puniretur ».

128 CAPUT II.

QUO MODO DAEMONES IN AËRE CALIGINOSO PUNIANTUR.

Secundo quaeritur quo modo daemones in aëre caliginoso puniantur.

1. Si enim angelis sanctis non est gaudium esse in corpore luminoso quocumque — ut si essent in aëre illuminato, non propter hoc esset eis maius gaudium — ergo per oppositum non erit poena ipsis daemonibus quod sunt in corpore caliginoso.

2. Praeterea[k], corpus naturaliter inferius est spiritu; ergo non agit in spiritum; aer autem caliginosus est corpus; ergo non agit in spiritum daemonis; ergo nulla passio infertur[l] ab ipso corpore; et omnis poena passio est; ergo nullo modo poena ex corpore caliginoso infertur ipsis daemonibus.

Sed contrarium videri potest, *a.* quia poena dicitur affectio involuntaria[6]; affectio autem involuntaria in daemonibus est esse in aëre caliginoso, videlicet contra voluntatem primitus institutam; ergo est poena in illis.

b. Praeterea, ignis gehennae, licet corporeus sit, nihilominus[m] affligit ipsos spiritus delinquentes ex Dei ordinatione; ergo pari ratione, cum aer caliginosus sit corpus, non impeditur quin possit esse in poenam daemonibus.

[Solutio]: Ad quod videtur dicendum quod, cum status daemonum in praesenti mediam rationem teneat inter statum innocentiae quem habuerunt, et statum poenae aeternae, cui deputati sunt, congruebat ut, dum essent in statu medio, haberent aliquid de potentia et aliquid de passibilitate[n]: unus enim status ad potentiam[o] pertinebat, alter vero status ad miseriam, et distant loca iis statibus congruentia, scilicet caelum empyreum et infernus. Convenit ergo ut locum medium teneant duobus congruentem, scilicet

---

[a] Z add. *in.* [b] Ita V, alii add. *est.* [c] T om. [d] Ita V, alii add. *est.* [e] T *gaudeant.* [f] V om. [g] V *materiali* F *cohabitatione* pro *habitatione.* [h] Ita VB, alii add. *est.* [i] T om. [k] L *item*, VSTR om., in Z est add. mg. [l] Z *refertur.* [m] F om. [n] Z *possibilitate.* [o] V *peccatum.*

1 Cf. Alex. Hal., *Summa theol.*, II, p. 241b, sub *Respondeo.*
2 Cap. 1, n. 2 (PL 41, 659).
3 Cf. Alex. Hal., loc. cit., II, num. 102.
4 Cf. Lombard., *In Epist. ad Ephes.* 6, 12 (PL 192, 219).
5 Lib. II, c. 17, n. 26 (PL 34, 209).
6 Cf. supra, num. 124, n. 1.

ut possint agere et possint pati, et[a] ideo in aëre sunt et caliginoso, ut esse in aëre et de parte aëris facere quod sibi permissum est pertineat ad agere, esse vero in caliginoso pertineat ad pati.

[Ad obiecta]: 2. Ad id vero quod obicitur in contrarium, dici potest quod, licet aer corpus sit, corpus autem de sua[b] natura non agat in spiritum, nihilominus, quia non servavit[c] ordinem suum ipse spiritus, in hoc cecidit ut a corpore pateretur vel sibi inde assumeret corpus.

1. Ad aliud vero dicendum[d] quod non est simile. Angeli enim boni naturaliter praeeminent corporibus, et ideo de essentia gaudii eorum non est dispositio corporis; sed angeli mali, quia spiritus sunt ex natura[e], in hoc habent poenam quod a corporibus vel in corporibus patiuntur.

CAPUT III. 129

UTRUM TANTUM LOCALIS CASUS IN AEREM CALIGINOSUM SIT DAEMONIBUS IN POENAM [1].

Tertio quaeritur utrum localis casus in aerem caliginosum sit tantum daemonibus in poenam an etiam sint alii casus locales.

a. Si enim sunt alii casus locales, et alia poena non debetur nisi pro alio peccato, essent diversa peccata in genere, pro quibus inflictae essent poenalitates illorum locorum; videmus autem pro primo peccato inflictam poenalitatem aëris caliginosi et inferni; ergo non videtur quod poenalitas diversorum locorum diversis peccatis respondeat.

b. Praeterea, sicut dicit Beda[2], cum est in aëre caliginoso, poenam ignis gehennalis secum defert ubicumque movetur, et ponit exemplum tale de febricitante: quocumque[f] transferatur, poenam caloris febrilis secum defert; ergo nec localiter distinguuntur poenae, ut una poena sit in uno loco et alia in alio, nec distinguuntur peccata, propter quae diversi casus locales inferantur[g].

Sed videtur contrarium 1. per hoc quod dicitur in libro *Collectionum de sententiis Sanctorum*[3], et videtur esse verbum Ambrosii[4]: De tribus locis diabolus cecidit; primo, de caelo per superbiam; secundo, de paradiso per homicidium Adae[h]: unde *homicida* dictus est *ab initio,* Ioan. 8, 44; tertio, de terra, qui per invidiam humani generis cecidit in infernum. Et ita non tantum erat casus unus daemonibus in poenam, sed plures.

[Solutio]: Ad quod dici potest quod illud dictum est per quamdam coaptationem. Secundum hoc enim[i], si diversi isti casus essentialiter responderent diversis peccatis dictis, tunc pro primo[k] peccato superbiae non cecidisset in infernum; dicitur autem in[l] Isai. 14, 12: *Quo modo cecidisti, Lucifer?* etc.; et post sequitur[5]: *Verumtamen ad infernum detraheris*[m] *in profundum laci.* Ubi notatur quod pro primo[n] peccato superbiae inflictus est[o] casus gehennae. Per quamdam tamen appropriationem dici videtur de aptatione locorum. Eo enim quod peccavit in caelo, de caelo cecidit per superbiam; eo autem quod[p] peccavit in paradiso, suggerendo primis parentibus, dicitur de paradiso cecidisse per homicidium; eo autem[q] quod quotidie peccat in terra tentando homines ad seductionem, dicitur de terra cecidisse communi hominum habitatione. Sic ergo, quantum ad terminum a quo est casus, tria loca distinguuntur; quantum autem[r] ad terminum in quem est casus, non distinguuntur nisi duo loca, aer[s] scilicet caliginosus, qui est locus ad tentandum, et infernus, qui est locus ad recipiendum poenam ignis aeterni.

CAPUT IV. 130

UTRUM UTERQUE LOCUS SIT DETERMINATUS OMNIBUS DAEMONIBUS IN POENAM [5].

Quarto quaeritur utrum uterque locus sit determinatus omnibus daemonibus in poenam aut unus quibusdam et alius aliis.

Et videtur quod unus quibusdam et alius aliis. 1. Non enim par erat omnibus peccatum; sed, impari existente peccato, impar debet esse

---

[a] VFL om. [b] B om. [c] R *servat.* [d] Ita V, alii add. *est.* [e] F om. *e. n.*; V *ex* pro *in.* [f] V *ubicumque.* [g] B *inferuntur.* [h] V om. [i] R om. [k] Z *proprio* pro *p. p.* [l] V om. [m] V *traheris;* BT *loci* pro *laci.* [n] Z om. [o] B add. *ei.* [p] L om. *e. a. q.* [q] F om. [r] F om. [s] FRLZ *aeris.*

1 Cf. S. Bonav., II *Sent.*, d. 6, a. 2, q. 2 (II, 165sq.).
2 Cf. *In Epist. Iac.* 3, 6 (PL 93, 27).
3 Cf. Cassian., *Collat. de coenob. instit.*, XII, c. 4 (PL 49, 427sqq.)
4 Cf. *De paradiso,* c. 2, n. 10sq. (PL 14, 279).
5 Isai. 14, 15.
5 Cf. Lombard., II *Sent.*, d. 6, c. 5 (p. 332); S. Bonav., II *Sent.*, d. 6, a. 2, q. 1 (II, 164sq.).

poena; sed poena fuit casus localis; ergo inaequalis debet esse[a] casus; sed haec inaequalitas non fuit eo quod quidam daemones in superiori parte aëris caliginosi[b] ceciderint, alii vero in media parte, alii in infima[c]; ergo in hoc attenditur inaequalitas, quod quidam ceciderunt in aerem caliginosum, quidam vero in infernum.

Sed obicitur in[d] **contrarium,** *a.* per hoc quod dicitur[e] in Evangelio, cum dicitur Matth. 25, 41: *Ite, maledicti, in ignem aeternum, qui paratus est diabolo et angelis eius*[f]. Cum enim dicitur *et angelis eius*[g], nullus excipitur; ergo ignis inferni omnibus deputatur in poenam. Similiter dicitur Apoc. 19, 20 et 20[h], 9 quod diabolus *missus est in stagnum ignis et sulphuris,* et qui habebant[i] *caracterem bestiae.* Et B. Augustinus dicit, in libro *De fide ad Petrum*[1]: « Firmissime crede diabolum et angelos eius in ignem aeternum a Christo esse mittendos, ubi nunquam carebunt poena, quam eis praeparavit divina iustitia ». Ergo poena ignis[k] infernalis communis est omnibus daemonibus.

b. Similiter poena aëris caliginosi est eis communis; unde dicitur Isai. 24, 21: *Visitabit Dominus super militiam*[l] *caeli in excelso;* militia[m] autem designat ibi daemones, qui in aëre militant ad homines seducendos. Similiter dicitur Isai. 34, 4: *Plicabuntur*[n] *sicut liber caeli, et omnis militia eorum defluet sicut defluit*[o] *folium de vinea,* ubi nulla fit distinctio, quod quidam militent in aëre caliginoso, quidam non, sed indifferenter omnes; ergo[p] illa etiam poena communis est omnibus.

c. Praeterea, B. Gregorius, exponens illud II Petri 2, 4: *Deus angelis peccantibus non pepercit, sed* etc., dicit, in *Moralibus,* libro VIII et XIII[2]: « Quantum ad sublimitatem caeli aer iste caliginosus non immerito potest infernus dici, sicut quantum ad eiusdem aëris altitudinem, terra[q], quae inferius iacet, infernus[r] potest intelligi. Malignus itaque spiritus, de superioribus in haec inferiora deiectus, ne ad caelestia valeat evolare, poenae suae pondere[s] coarctatur, et hic quasi in carcere constringitur[t], quia tentare bonos, quantum desiderat, prohibetur, et ut[u] implere mala, quae appetit, nequeat, superna districtione[v] religatus angustatur ». Ex quibus verbis colligitur quod esse in aëre caliginoso est poena indifferenter[x] omnibus daemonibus; loquitur enim de *diabolo et angelis eius*[3], et ita indifferenter uterque locus est poena daemonum. — Quod concedendum est.

[Ad obiecta]: 1. Respondendum autem est ad obiectum[a] in contrarium quod, existente inaequali peccato, inaequalis fuit poena; sed illa inaequalitas poenae attenditur secundum maioritatem et minoritatem afflictionis in igne gehennae, qui est ignis gehennalis, et secundum maioritatem caliginis[b] et minoritatem, quam sibi suo peccato effecerunt, non quod quidam habeant pro poena perpetuum[c] carcerem aëris caliginosi[d], alii vero ignem infernalem.

Videtur autem aliquibus[4] quod poena aëris caliginosi sit poena eorum usque ad diem iudicii, poena vero ignis gehennalis post iudicium. — Sed quod poena gehennalis sit poena eorum in praesenti, patet per hoc quod dicit Beda[5] in auctoritate supra dicta. — Praeterea, primum peccatum fuit maius peccatum quam consequentia peccata daemonum; ergo maior poena debebatur; sed maior poena est ignis gehennalis; ergo, cum iam iudicati sint pro illo peccato, eis illa poena est inflicta. — Praeterea, in iudicio ultimo, cum proponitur sententia iudicis respectu damnatorum, nulla mentio fit ibi de iudicio ferendo in angelos malos, sed de iudicio ferendo in homines malos. Ex quo accipitur quod iam latum est iudicium; sed pro malis angelis fuit ille ignis gehennae, sicut dicitur Matth. 25, 41; ergo iam latum est iudicium ipsorum daemonum respectu huiusmodi poenae.

Quod autem alia poena, scilicet aëris tenebrosi, non sit poena eorum principalis[e], videtur. Quod enim remaneant in hoc aëre tenebroso, hoc est quia[f] hic est eis locus tentandi humanum genus; sed post iudicium non erit tentatio nec habebunt potestatem tentandi; ergo nec poena[g] concomitans huiusmodi potestatem secundum modum illum erit tunc in daemonibus: aer enim, qui nunc est caliginosus, tunc erit illuminatus; ergo tunc non erit eis poena esse in illo[h] tamquam in caliginoso. — Ad quod ultimum dicendum quod etiam illa poena, quae est tenebrositas aëris, non auferetur ab ipsis daemonibus post iudicium. Licet enim non habeant tenebrositatem huius aëris, habebunt tamen tenebrositatem quae est in inferno; et licet auferatur ab eis potestas tentandi et esse in loco superiori aëris caliginosi, non tamen esse in loco infimo, ubi erit etiam eis tenebrositas in poena.

---

[a] V add. *pena.* [b] V om. [c] V om. *a. i. i.* [d] FRLZ om.; BT *ostenditur* pro *o. i.* [e] B *dicit.* [f] R om. [g] V om. *cum... eius* [h] BT om. *e. 20.* [i] FL *habebat.* [k] V om. [l] V *malitiam,* quod R corr. [m] V *umbra.* [n] Ita V, alii *applicabuntur*; T *libri* pro *liber* [o] V om. *s. d.* [p] F add *et.* [q] FRLZ *et terra,* B *terram,* T *tria.* [r] BT *inferius.* [s] Z *pendere,* quod FL corr. [t] Z *restringitur* [u] T om. [v] BT *distinctione.* [x] V *indifferens.*

[a] F *obiecta.* [b] L *caliginositatis.* [c] Z (corr.) *perpetua.* [d] V *caliginosum.* [e] V *principaliter.* [f] V om. *h. e q.*; B om. *hic* V om. *eis.* [g] T om. [h] B *loco*; R om. *esse.* [i] B om.

1 S. Fulgentius, c. 28 (PL 40, 774).

2 Lib. VIII, c. 23, n. 39; XIII, c. 48, n. 53 (PL 75, 824, 1040); Alulf., in h. l. (PL 79, 1388).

3 Matth. 25, 41.

4 Cf. Pseudo-Hugo, *Summa Sent.*, tr. 2, c. 4 (PL 176, 84) P. Pictav., *Sent.*, II, c. 5 (PL 211, 951).

5 Cf. supra, p. 145, nota 2.

SECTIO II. — De peccato angeli in comparatione ad hominem seu de tentatione.

QUAESTIO I.

DE TENTATIONE IN COMMUNI.

TITULUS I.

DE TENTATIONE ACTIVA.

Completo Tractatu de primo peccato malorum angelorum [a] et de poena consequente, dicendum est de peccato tentationis, quo tentavit primum parentem et adhuc tentat humanum genus: ratione enim illius dicitur esse *homicida ab initio,* sicut habetur Ioan. 8, 44.

Primo autem dicendum est de tentatione in communi;
secundo, de tentatione facta primis parentibus.

De tentatione [b] in communi, primo dicendum est de tentatione activa;
secundo, de tentatione passiva.

Circa tentationem vero activam ipsius diaboli consideranda sunt haec:
Primum [c], quid sit tentatio;
secundum [d], a quo sit tentatio;
tertium [e], cuius sit tentatio;
quartum [f], ex qua causa fit tentatio;
quintum [g], qua de causa permittit Deus [h] tentationes fieri;
sextum [i], quae sint differentiae sive species tentationis;
septimum [k], quo modo unaquaeque fiat;
octavum [l], de remedio tentationis;
nonum [m], utrum diabolus semper tentet;
decimum [n], utrum aliquando crescat eius [o] appetitus ad tentandum.

CAPUT I.

QUID SIT TENTATIO.

ARTICULUS I. 131

Definitio tentationis secundum Cassiodorum.

Circa primum sic proceditur: Dicit Cassiodorus[1] quod tentatio est assimilatio [p] boni ad fallendum.

Sed videtur quod haec ratio non conveniat omni tentationi diaboli. 1. Tentatur enim aliquis quandoque a diabolo de fide, et tunc est de non

---

[a] V om. [b] Ita LFZ (correcti), alii *secundo;* BT add. *vero.* [c] BT *primo.* [d] Ita VR, alii add. *est.* [e] B add. *est,* F *tertio.* [f] BT add. *est.* [g] BT add. *est.* [h] T *diabolus.* [i] Ita BT, alii add. *est.* [k] Ita V, alii add. *est.* [l] BT add. *est.* [m] BT add. *est.* [n] T add. *est.* [o] F *eis.* [p] Z *assimulatio.*

1 Cf. *Exposit. in Psalter.,* psalm. 134, 11 (PL 70, 964); S. Bonav., II *Sent.,* p 497, nota 8.

vero sub specie veri, quando angelus Satanae *transfigurat se in angelum lucis*[1], ut faciat consentire falso sub specie veri; aliquando autem [a] transfigurat se, ut homo eligat malum sub specie boni; non ergo in omni tentatione diaboli est assimilatio boni ad fallendum, sed quandoque assimilatio veri ad fallendum [b].

2. Item, Gregorius, in *Moralibus*[2]: « Diabolus quosdam decipit, ut sapientes, sub specie boni, sed alios aperte ducit in peccatum ». Ergo respectu eorum non est tentatio assimilatio boni ad fallendum, cum aperte ducuntur [c] in malum: quidam enim scienter malum faciunt.

Sed in contrarium sic obicitur: *a.* Terminus tentationis [d] diaboli est peccatum; ergo ad hoc tendit tentatio eius ut homo perpetret peccatum; sed nullus vult malum in quantum huiusmodi; ergo sub specie boni procedit ad tentandum; ergo tentatio [e] est assimilatio etc.

b. Hoc etiam videtur per hoc quod dicitur in Glossa[3] super illud Psalmi[4]: *Proba me, Domine, et tenta me:* « Diabolus tentat, ut seducat ». Sed seducere est a bonitate ad malitiam ducere vel in malitiam magis profundare; ergo tentatio diaboli est per apparentiam boni ad hoc quod a bono ducatur ad malum: hoc enim quodam modo tenet rationem medii; ab extremo autem ad extremum non venitur directe nisi per medium.

[Solutio]: Ad quod respondendum quod praedicta ratio Cassiodori convenit omni tentationi diaboli.

[Ad obiecta]: 1. Ad obiectum autem primum [f] in contrarium, dicendum [g] quod tentatio quae est de fide, est etiam [h] huiusmodi. Est enim ibi assimilatio [i] boni in genere illo: verum enim est bonum intellectui et affectui [k] secundum quod consensus fertur super illud.

2. Ad secundum dicendum [l] quod, licet quosdam decipiat occulte, quosdam aperte ducat, nihilominus in omnibus est deceptio: appetunt [m] enim illud quod non est appetendum; et licet cognoscant quodam modo illud esse malum, quod appetunt, tamen alio modo aestimant esse bonum, et ita semper est ibi assimilatio boni ad fallendum. Sed propter hoc dicitur aperte ducere quosdam, quia habent in se scientiam, secundum quam possunt cognoscere et cognoscunt quoniam illud est malum simpliciter, id est a Deo prohibitum.

132 ARTICULUS II.

Definitio tentationis secundum Hugonem de S. Victore.

I. Hugo de S. Victore[5] ponit aliam definitionem: « Tentare est callide experiri et quasi quibusdam blandis conatibus ante violentam pulsationem probare ».

Circa [n] quam definitionem sic obicitur: videtur [o] enim quod nulla sit violenta pulsatio. *a.* Dicit enim Gregorius[6]: « Non est timendus hostis qui non potest vincere nisi volentem ».

b. Item, Isai. 51, 23: *Incurvare, ut transeamus,* in persona daemonum ipsi animae dicitur [p]; ubi Glossa[7]: « Nisi te ipsum subdideris, daemones non nocebunt tibi ».

c. Praeterea, Philosophus[8] assignat differentiam inter violentum et voluntarium, dicens: « Violentum est cuius principium est extra, eo nihil conferente qui agit vel qui patitur; voluntarium autem est [q] cuius principium est in ipso ». Sed omne peccatum est ita voluntarium quod, si non est [r] voluntarium, non est peccatum[9]; ergo nullum est violentum; non ergo est violenta pulsatio in aliquo peccato.

Contra. 1. Dicit B. Gregorius[10] quod aliquando saevit [s] diabolus ut leo et aliquando tentat [t] ut draco. Cum autem saevit ut leo, tunc [u] videtur esse violenta tentatio; cum autem tentat ut draco, non violenta, et ita non in omni progressu tentationis est violentia. Hoc etiam videtur per hoc quod [v] dicit B. Gregorius alibi[11]: « Prius, quasi consulens blanda, ad animum [x] loquitur, sed

---

[a] R *etiam.* [b] F om. *sed... fallendum.* [c] Z *ducantur.* [d] V *deceptionis.* [e] T add. *autem.* [f] Ita V, alii om. [g] Ita V, alii add. *est.* [h] V om. [i] F *assimulatio.* [k] V *intellectu et affectu* pro *i. e. a.* [l] Ita V, F *vero dicendum,* alii *vero dicendum est.* [m] V *appetit.* T *est exceptio* pro *i. o. e. d.* [n] B *contra.* [o] V *dicitur.* [p] T om. [q] R om. [r] RZ om. [s] Ita V, alii *tentat.* [t] R add. *diabolus.* [u] L om. [v] F om. [x] V *animam.*

1 II Cor. 11, 14.
2 Cf. *Moral.*, XXXIII, c. 24, n. 44 (PL 76, 702) et V, c. 17, n. 43 (PL 75, 702).
3 Lombardi, in h. l. (PL 191, 362).
4 Psalm. 25, 2.
5 *Allegor. in Nov. Test.*, II, c. 13 (PL 175, 786).
6 Cf. *Moral.*, V, c. 22, n. 43 (PL 75, 702); cf. supra p. 97, nota 8.
7 *Interlin.*, in h. l., ap. Lyran.
8 *Ethica ad Nicom.*, III, c. 1 (II, 24).
9 Cf. Augustin., *De vera relig.*, c. 14, n. 27 (PL 34, 133).
10 Cf. *Moral.*, V, c. 22, n. 43 (PL 75, 702).
11 *Moral.*, XXXII, c. 19, n. 33 (PL 76, 655).

cum semel dentem delectationis infixerit, violenta post consuetudine [a] fere vel pene insolubiliter [b] innodatur ». Et iterum [1], super illud Iob 20, 16: *Caput aspidis* [c] *suget, et occidet eum lingua viperae*: « Quid per linguam nisi violenta daemonum tentatio designatur? Prius enim leniter subrepit, postmodum vero violenter trahit. *Caput* vero [d] *aspidis sugit,* quia initium suggestionis occultae pravum prius in corde nascitur; sed occidit eum *lingua viperae,* quia postmodum capta mens veneno violentae [e] tentationis necatur ».

2. Praeterea, tentare est experiri; sed experiri est de re ignota, ut fiat nota; si ergo notum sit diabolo de aliquo quod sit in mortali, de illo [f] non erit experientia; ergo [g] nec tentatio: a quo enim removetur genus, ab eo removetur species; ergo, si in huiusmodi est etiam [h] tentatio, non erit tentare « callide experiri » etc.

II. Huius etiam gratia quaeritur, cum [i] tentare dicatur de Deo et dicatur [k] de diabolo et dicatur de [l] homine, sicut habetur in Glossa [2] super illud [3]: *Proba me, Domine, et tenta me*, quaeritur in quo sit convenientia et utrum sit communis ratio?

Quod non, videtur. 1. Tentat enim Deus ut erudiat vel probet, homo vero ut sciat, diabolus ut seducat; sed istae sunt rationes differentes; ergo non videtur esse communis ratio [m], cum ista non habeant commune.

2. Praeterea, et diabolus et homo potest experiri de re ignota, sed Deus non: nihil enim est ei ignotum, sed, antequam fiat, est notum; unde, cum dicitur Deuter. 13, 3: *Tentat nos Dominus Deus noster, ut palam fiat hoc,* non est ut ei fiat palam, sed ut homini fiat palam, vel sibi ipsi vel alteri. Restat ergo quod 'experiri' secundum unam rationem non erit in tentatione dicta de diabolo et in tentatione dicta de Deo.

In contrarium sic obicitur *a.* per similitudinem in tentationibus artificum. Tentat enim medicus quis sit effectus alicuius herbae per experientiam, similiter tentant et alii artifices quotidie; sic ergo videtur quod tentare hic dicatur experiri. Cum enim diabolus tentat, experientiam sumit de homine ad malum; cum Deus tentat, experientiam sumit de homine ad [n] bonum; cum homo tentat, experientiam sumit ad verum. Ergo 'experiri' videtur esse commune omni tentationi, et quod per huiusmodi differentias distrahatur.

[Solutio]: I. Ad quod dicendum quod illa ratio Hugonis intelligitur de tentatione quoad initium motus in peccatum. Accidit enim diabolo aliquando sicut accidit caeco, qui primo tentat baculo utrum inveniat viam per quam possit incedere [a], postquam autem invenerit [b] viam, quasi incedit secure. Sic [c] diabolus primo tentat hominem, et si inveniat eum fortem ad resistendum, blande conatur et paulatim, si vero inveniat viam paratam, quasi violentus pulsat. Et hoc modo intelligitur ipsa [d] ratio supra dicta.

[Ad obiecta]: 1. Ad obiectum autem primum [e] de violenta tentatione sive pulsatione, dicendum est quod nunquam [f] est omnino violenta, sed dicitur in respectu violenta, quia quasi quadam necessitate consuetudinis vel alicuius alterius rei ducitur ad peccatum vel ad hoc quod in peccato profundetur: et hoc modo inducuntur auctoritates B. Gregorii non de violenta tentatione simpliciter, sed in respectu.

2. Ad secundum vero [g] dicendum quod, licet tentare sit experiri, non tamen semper est de re incognita, sed tunc [h] proprie est de re incognita [i] vel sibi vel alii, quando finis experientiae terminatur in notitia intellectus; quando vero non sistit in intellectu finis tentationis vel experientiae, sed progreditur ad affectum vel effectum, tunc potest esse experientia de re ignota et de re [k] nota: experitur enim ut fiat malum vel [l] ut fiat bonum sive manifestetur.

II. Ad id vero quod obicitur de convenientia tentationis diaboli cum tentatione Dei et hominis, dici potest quod non est convenientia ex parte finis, sed convenientia est [m] ex parte actus et subiecti in genere. Tentatio enim est experientia liberi arbitrii; sed Deus experitur [n] liberum arbitrium ad bonum, diabolus experitur [o] liberum arbitrium ad malum. Ex parte ergo boni et mali non est accipere commune, sed ex parte actus et materiae.

Si vero quaeratur quae sit differentia inter tentationem diaboli et consilium et suggestionem, potest haec assignari differentia, ut tentatio sit respectu liberi arbitrii, consilium vero sit respectu [p] ipsius rationis vel intelligentiae, suggestio vero respectu voluntatis. Sicut enim Spiritus Sanctus suggerit bona [q] voluntati, sicut habetur Ioan. 14, 26, sic spiritus malignus suggerit mala ipsi voluntati [r]. Sic ergo differre possunt tentatio, consilium et suggestio.

---

[a] FL add. *vel.* [b] BT *insalubriter.* [c] Ita V, alii *aspidum;* R *surget* pro *suget,* quod F corr. [d] BTR *ergo.* [e] VL *violentiae;* T *capta mens* pro *tentationis;* V *notatur* pro *necatur.* [f] BT *isto.* [g] B om. [h] V *non est* pro *e. e.* [i] BT *secundum quod* pro *q. c.* [k] F om. [l] L om. *d. e. d. d.* [m] VZ add. *ergo,* quod RL exp. [n] T om. *malum... ad.*

[a] T *incidere.* [b] Ita V, alii *invenit.* [c] Z *sicut,* quod L corr. [d] F om. [e] Ita V, alii om. [f] V *non.* [g] V om. [h] T om. [i] V om. *sed... incognita,* in RL est add. mg. [k] L om. [l] BT *et.* [m] F om. [n] BT *experientia.* [o] B *experientia.* [p] R om.; B om. *liberi... sit.* [q] V *bonum.* [r] B *ipsius voluntatis* pro *i. v.;* V *malum* pro *mala.*

[1] *Moral.*, XV, c. 15, n. 19 (PL 75, 1090). [2] Lombardi, in h. l. (PL 191, 262). [3] Psalm. 25, 2.

133

CAPUT II.

A QUO SIT TENTATIO.

Secundo quaeritur a quo sit tentatio, et quaeritur utrum sit a solo diabolo [a].

Quod non, videtur. 1. Dicitur enim [b] Iob 40, 23, super illud: *Numquid accipies eum servum sempiternum?* Ibi dicitur [1] quod diabolus servit Domino in tentationibus; sed illud quod fit a servo ministerio [c], fit a Domino auctoritate; ergo tentatio, quae fit a diabolo tamquam a servo, est a Domino auctoritate; non ergo solius diaboli est tentare ista tentatione.

2. Praeterea, homo etiam tentat ad deceptionem, sicut habetur in Evangelio, cum dicitur: *Accessit quidam legislator [d] tentans eum,* sicut habetur Matth. 22, 35 et Luc. 10, 25; tentabat enim eum ut deciperet; ita etiam multi homines tentant alios ad deceptionem; ergo non est solius diaboli tentare hoc genere tentationis.

3. Item, Iac. 1, 14: *Unusquisque tentatur a concupiscentia sua abstractus et illectus.* Ergo concupiscentia hominis tentat ipsum; sed quid aliud est dicere quod concupiscentia tentat [e], nisi quod est quaedam causa tentationis, differens a causa tentationis quae est diaboli? Ergo non a solo diabolo fit huiusmodi tentatio, quae est ad seductionem peccati.

Contra. *a.* Iac. 1, 13: *Neminem Deus tentat; Deus enim intentator malorum est [f].* Ergo huiusmodi tentatio, quae est ad seducendum, non est a Deo.

b. Item, Augustinus, in libro *De bono perseverantiae* [2]: « *Deus neminem tentat,* tentatione scilicet noxia; nam est utilis, quando non decipimur, sed probamur; noxia vero est, quam significat Apostolus, I ad Thessal. 3, 5: *Ne forte tentaverit is [g] qui tentat, et inanis sit labor noster [h]* ».

c. Item, cum assignatur ratio tentationis humanae, dicitur quod homo tentat ut sciat; si ergo finis tentationis humanae est scire, non est finis [i] tentationis humanae decipere; ergo proprium est tentationis diabolicae tentare ut decipiat vel seducat: sic enim distinguitur tentatio [k] a tentatione ex parte finis.

d. Praeterea, tentans distinguitur a tentato in substantia et habet in se principium experiendi; sed concupiscentia non distinguitur omnino ab homine tentato in substantia nec habet in se principium experiendi [l]: illud enim est principium experiendi [m] quod habet in se potentiam cognoscendi; ergo concupiscentia non est principium tentandi illo modo quo dicitur diabolus tentare.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod tentare, secundum quod est callide experiri ad malum, est officium diaboli, sicut dicitur in Glossa [3] I Thessal. 3, 5 super illud: *Ne forte tentaverit is qui tentat.*

[Ad obiecta]: 1. Ad hoc autem quod obicitur quod Dei est tentare [n] ista tentatione tamquam auctoris [o]: dicendum est quod tentatio-actus, in quantum procedit a potestate, sic est Dei ut auctoris, in quantum autem tentatio [p] procedit a voluntate, non est eius ut auctoris: « potestas enim iusta est, sed voluntas est iniusta », sicut dicit B. Gregorius [4]. Cum ergo dicitur servus, proprie dicitur ex parte potestatis; nihilominus tamen servit etiam Deo sua [q] mala voluntate, quia actum illius malae voluntatis ordinat Deus ad bonum. Unde Gregorius [5]: « Inde obtemperat nutibus divinae potentiae, unde exercet iram nequissimae voluntatis suae ». Et iterum: « Servus ex pacto est, quia dum voluntatem suam implere permittitur, a superni consilii voluntate ligatur, ut [r] electos Dei nolens tentet et tentando nesciens probet ». Et dicit Isidorus [6]: « Diabolus tentando sanctorum profectibus servit ».

a. Cum autem dicitur Iac. 1, 13: *Deus neminem tentat,* sensus est ' non habet voluntatem tentandi ad seductionem '. Et Augustinus, in libro *De bono perseverantiae* [7], ita exponit ibi [s]: « *Neminem tentat,* id est in tentationem [t] inducit; nam tentari et in tentationem non [u] induci non est malum ». Beda [8] vero ita distinguit quod exteriorem

---

[a] L add. interl. *non a Deo.* [b] Ita V, alii om. [c] L (corr.) *ministro.* [d] T *legum lator.* [e] RZ add. *ipsum.* [f] L om. [g] L *vos.* [h] BTFRL *vester.* [i] BT om. [k] T om. [l] V om. *sed... experiendi.* [m] B om. *illud... experiendi.* [n] V *decipere.* [o] Ita B, alii *auctore.* [p] L add. *et,* quod VR exp.; V om. *autem.* [q] VR *suo.* [r] Z *et.* [s] BT om. [t] V *tentatione* pro *i. t.* [u] T om.

1 *Glossa ordin.*, in h. l., ap. Lyran., ex Gregorio M., *Moral.*, XXXIII, c. 14 (PL 76, 690 sq).
2 Cap. 6, n. 12 (PL 45, 1000).
3 Lombardi, in h. l. (PL 192, 297).
4 Cf. *Moral.*, II, c. 10, n. 16 (PL 75, 564).
5 *Moral.*, XXXII, c. 14, n. 28 (PL 76, 690), ubi et sequens.
6 *Sentent.*, III, c. 5, n. 3 (PL 83, 660).
7 Cap. 6, n. 12 (PL 45, 1000).
8 Cf. *In Epist. Iacobi,* c. 1 (PL 93, 13).

tentationem immittit Deus [a] ad tentationem suorum, interiorem vero, qua saepe concipitur [b] malum, non immittit Deus.

2. Ad secundum vero [c] quod obicitur de tentatione hominis, dicendum [d] quod, licet aliquando tentet homo ad deceptionem, et in hoc minister sit [e] diaboli, hoc [f] tamen non est universale in tentatione hominis, sed ad hoc tentat ut sciat. Unde, cum dicitur in Evangelio [1] quod *surrexit quidam tentans* etc., hoc dupliciter exponitur ab Augustino, in libro *De concordia Evangelistarum* [g 2]: « Fieri potest ut, quamvis tentans accesserit, Domini tamen responsione [h] correctus sit; aut certe tentationem non accipiamus malam, tamquam volentis decipere inimicum, sed cautam [i] potius, tamquam experiri volentis ignotum ».

3. Ad tertium vero [k] dicendum quod aliter dicitur tentatio esse a diabolo et aliter a concupiscentia. Ab ipso enim diabolo est tamquam a patre, ab ipsa vero concupiscentia tamquam a matre, Ezech. 16, 3: *Pater tuus Amorrhaeus et mater tua Cethaea* [3]. Unde dicitur ibidem illud Iac. 1, 15: *Concupiscentia, cum conceperit, parit peccatum*, et dicitur in Interlineari [4]: « Vel cum [m] diabolus incentiva immittit vel cum caro suavia sibi quaerit ». Vult ergo quod incentivum sit ab ipso diabolo tamquam primo movente, ab ipsa concupiscentia tamquam a proximo.

CAPUT III.

CUIUS SIT TENTARI.

Tertio quaeritur cuius sit tentatio.

Et primo quaeritur utrum tentatio sit tantum hominis tamquam tentabilis [n] vel etiam angeli aut etiam Dei;

secundo [o], si tentatio est hominis, utrum mali tantum aut etiam boni et mali;

tertio, si boni, utrum [p] Christi aut tantum alterius hominis;

quarto, si est tentatio alterius boni [q] hominis, utrum similiter dormientis et vigilantis;

quinto, quaeritur utrum eodem modo sit tentatio existentis in saeculo et renuntiantis saeculo;

sexto, utrum similiter sit perfectorum et imperfectorum;

septima [r] quaestio est ex parte malorum — sunt enim quidam qui aliquando resistunt, quidam vero qui non resistunt — utrum similiter sit tentatio respectu horum et illorum;

octavo, quaeritur utrum similiter sit [s] tentatio respectu credentium et non credentium;

nono, utrum [t] similiter respectu existentium in communione Ecclesiae et respectu separatorum a communione Ecclesiae.

ARTICULUS I. 134

Utrum tentari sit tantum hominis vel etiam angeli aut Dei.

Ad primum sic: videtur enim quod tentatio non sit tantum hominis, sed etiam angeli. 1. Si enim tentatur Deus, sicut habetur Deuter. 6, 16: *Non tentabis Dominum Deum tuum* [u], Glossa [5]: « Deum tentat qui, habens quod faciat, sine ratione committit se periculo, experiens utrum possit liberari a Deo ». Si ergo Deus potest tentari, multo fortius angelus.

2. Praeterea, tentatio est experientia ad bonum vel ad malum; sed alterum horum potest convenire angelo; ergo angelus potest tentari.

Contra [v]. *a.* Angeli determinati sunt ad bonum vel ad malum; ergo, cum tentatio, de qua loquimur, sit rei possibilis [x] ad bonum vel ad malum, ut, si in bono sit, possit cadere vel probari, istae autem rationes non conveniunt angelo, ergo tentatio non erit angeli ut tentabilis.

b. Praeterea, differt ratio tentantis et rei tentandae; sed officium est angeli mali tentare [6]; ergo eius non est tentari [y]: non enim se ipsum tentat nec ab alio tentatur ut cadat; ergo non est [z] angeli mali tentari; nec angeli boni, cum impossibilis

---

[a] BT *Dominus.* [b] Ita BT, alii *accipitur;* V om. *non.* [c] BT add. *dicendum.* [d] L add. *est.* [e] Ita RL, V *est,* alii om. [f] BT *non.* [g] VF (corr.) Z *evangeliorum,* BT *evangelica.* [h] V *dominica respectione* pro *D. t. r.* [i] V *inimici sed cautum* pro *i. s. c.* [k] V om. [l] B *dicit interlinearis* pro *d. i. I.* [m] Ita R, alii om. *v. c.* [n] T *reptilis;* V *vel* pro *aut.* [o] T add. *queritur.* [p] Ita BT, alii om. *b. u.* [q] B om. [r] B *septimo,* T *septimo scilicet.* [s] LZ om. [t] VF om. [u] B *etc. in.* [v] V *preterea.* [x] FZ *passibilis.* [y] T *tentare.* [z] T om.

1 Luc. 10, 25.
2 *De consensu Evangel.*, II, c. 73, n. 141 (PL 34, 1146).
3 Cf. S. Bonav., II *Sent.*, d. 21, a. 2, q. 2, n. 5 (II, 500b).
4 In h. l., ap. Lyran.
5 *Ordin.*, in h. l. (PL 113, 459).
6 Cf. Lombard., *In I Thessal.* 3, 5 (PL 192, 297).

sit ad casum et manifesta sit eius probatio vel approbatio.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod tentari proprie est ipsius hominis, secundum quod loquimur hic de tentatione. Cum enim dicitur quod Deus tentatur, aliud est genus tentationis: hoc[a] enim est experientia potestatis divinae ad subveniendum; hic autem fit sermo de experientia potestatis ad permanendum vel ad cadendum.

[Ad obiecta]: 1. Ad id ergo quod obicitur de angelo per hoc quod obicitur de Deo: dicendum[b] quod non est huiusmodi genus tentationis, sicut dictum est[1]. Unde, si tentaretur angelus illa via, hoc non esset nisi experiri[c] utrum angelus vellet subvenire; sed de huiusmodi tentatione non loquimur hic. — Si vero quaereretur fortasse utrum Deus a principio tentaret angelum ad probandum, videtur dicendum quod nomen tentationis non convenit ibi. Tentatio enim proprie fit, cum aliquid exigitur unde potest esse probatio vel casus: hoc autem modo non tentat Deus angelum; nec invenitur quod Deus tentaverit[d] hominem nisi post casum, non in statu innocentiae. Unde, cum angelus tunc fuisset in statu innocentiae, non conveniebat ei tentatio.

2. Ad secundum[e] dicendum quod, licet experiri ad bonum vel[f] ad malum posset esse ipsius angeli in primo statu, non tamen nomen tentationis conveniret. Tentatio enim[g] videtur esse quasi inter duo, non solum ex parte tentati, et ideo tentatio non est ipsius angeli.

135 ARTICULUS II.

Utrum tantum mali homines tententur.

Secundo quaeritur, si tentatio est hominis, utrum sit mali tantum aut[h] boni et mali secundum eumdem modum[i].

Et videtur quod sic. 1. Cum enim officium diaboli sit tentare[2], nec, quantum est de voluntate sua, cesset a tentatione, indifferenter pulsat bonos et malos; ergo similiter se habet ad tentandum hos et illos.

Contra. *a.* Mali sunt in potestate diaboli; cum ergo plus intendat trahere ad suam potestatem bonos quam[k] malos detinere, maior est intentio ipsius ad tentandum ipsos bonos quam ad tentandum ipsos malos.

b. Item, dicitur in Psalmo[3], super illud: *Immissiones per angelos malos,* Glossa[4]: « In malis potest diabolus sicut in pecore suo[l], in bonis vero non potest nisi[m] sicut in pecore alieno ». Ergo dissimiliter se habet ad tentandum hos et illos.

c. Praeterea, super illud Iudic. 6, 3: *Cum sevisset Israel, ascendebat Madian* etc., Glossa[5]: « Non dicuntur invaluisse Madianitae contra populum Dei, dum praecepta custodivit; cum autem negligere coepit, mox invalere coepit[n] hostis adversum nos, qui Israel secundum spiritum dicimur ». Ex quo designatur quod aliter est tentatio respectu bonorum et respectu malorum. Dicitur enim ibi de bonis[6]: « Daemones non possunt accedere ad spirituales campos », ubi[o] per spirituales campos designantur boni. Est autem[p] quando sata nostra corrumpuntur: *Qui enim seminat in carne, de carne metet corruptionem*[7] et hoc intelligitur de malis. Ergo ad malos possunt ascendere, ad bonos vero non. Dissimiliter ergo se habent respectu bonorum et malorum in tentatione.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod respectu horum et illorum est tentatio similiter quantum est ex parte appetitus ipsius tentantis: et hos enim et illos appetit tentare; non tamen est aequalis appetitus ad trahendum iustos et ad detinendum peccatores. Potest etiam esse[q] dissimilitudo, non tantum[r] ex parte tentantis, sed etiam ex parte eius qui tentatur. In malis enim est amplior habilitas[s] ad recipiendum tentationem quam sit in bonis: mali enim inclinantur ad tentationem diaboli, boni vero non, in quantum huiusmodi. Item, mali veniunt ad diabolum ut ab eo tententur; diabolus autem ad iustos venit ut eos tentet, non quod se offerant tentationi. — Ex iis possunt patere ea quae obiecta sunt.

---

[a] Ita VB, alii *hec.* [b] Ita V, alii add. *est.* [c] V *experimentum.* [d] BT *tentat.* [e] Ita V, alii add. *vero.* [f] Z *et.* [g] T om. [h] BT *an.* [i] V om. *s. e. m.* [k] Ita V, alii add. *etiam.* [l] R *scilicet*; T *pectore* pro *pecore*, quod Z corr.; B *autem* pro *vero.* [m] R om. [n] V om. *m. i. c.* [o] T *nist*, quod Z corr. [p] R *enim.* [q] B om. [r] R *tamen.* [s] B *habundancia.*

1 Cf. hic, in *Solutione.*
2 Cf. supra, p. 151, nota 6.
3 Psalm. 77, 49.
4 Lombardi, in h. l. (PL 191, 739).
5 *Ordin.*, in h. l., ap. Lyran., ex Origene, *In Iudic.* hom. 7, n. 1 (PG 12, 979).
6 Loc. cit.
7 Gal. 6, 8.

ARTICULUS III. 136

Utrum tentari sit Christi aut tantum alterius hominis.

Tertio quaeritur, si est tentatio hominis boni, I. utrum Christi aut [a] tantum alterius hominis.

Et videtur quod non sit tentatio Christi. 1. Tentatio enim in bonis dicitur esse ad profectum; in Christo autem nullus erat profectus; ergo non erat in ipso tentatio.

2. Item, nihil iuris habebat in eo[1]; sed in quo nihil habebat iuris, non conveniebat potestas tentandi; ergo non habuit potestatem tentandi Christum.

3. Praeterea, Christus maior fuit quocumque angelo; ergo, si tentatio non cadit in angelum, multo fortius tentatio non fuit Christi.

Sed in contrarium videtur *a.* quod dicitur in Glossa[2], super illud Matth. 4, 3: *Si Filius Dei es:* « Non indignum fuit Christum tentari, qui venerat occidi, ut tentationem superando, nobis potestatem daret superandi tentationes ».

b. Item, dicitur in ipso Evangelio Matth. 4, 1: *Ductus est Iesus in desertum a Spiritu, ut tentaretur a diabolo.*

c. Item, super illud Psalmi[3]: *Educes me de laqueo* [b] *quem absconderunt mihi,* Glossa[4]: « Duae sunt portae mortis, et per utramque tentavit diabolus Christum: per portam cupiditatis, sicut habetur Matth. 4, 9; per portam timoris in passione, secundum quod dicitur Matth. 26, 37: *Coepit Iesus pavere et taedere* ». Ex quo accipitur quod tentatio fuit Christi [c].

II. Praeterea, si Christus tentatus fuit, aut tantum tentatus fuit [d] tentatione exteriori aut etiam tentatione interiori.

Quod autem tentatione interiori, videtur. 1. Tentatus enim fuit tentatione timoris; timor autem est [e] interior; ergo fuit tentatus tentatione interiori.

Sed videtur contrarium, *a.* per hoc quod dicitur super illud[5]: *Educes me de laqueo* etc., ubi videtur dici quod non fuit tentatus [f] nisi tentatione exteriori.

b. Praeterea, tentatio interior, quae est a carne, non fit sine peccato; peccatum autem nullatenus fuit in Christo nec potuit esse; ergo non tentabatur tentatione interiori; tentabatur ergo sola tentatione exteriori.

c. Quod etiam videtur per hoc quod dicitur super illud[6]: *Et accedens tentator* etc., Glossa[7]: « Christus sola suggestione [g] tentatus fuit, delectatio vero peccati mentem eius non momordit ».

[Solutio]: I. Ad quod dicendum quod tentatio fuit Christi, sicut legitur [h] in Evangelio.

[Ad obiecta]: 1. Ad primum autem obiectum [i] in contrarium, dicendum [k] quod, licet tentatio sit ad profectum, hoc non fuit ut ipse proficeret in se, cum haberet summam perfectionem, sed ut membra proficerent: propter nos enim fuit huiusmodi tentatio.

2. Ad secundum vero dicendum quod, licet nihil iuris haberet in eo, cum non [l] haberet peccatum, nihilominus tamen permisit Dominus [m] ipsum tentare [n] et ipse permisit se tentari et alia ratione quam permisit Adam tentari [o]. Permisit enim Adam tentari in statu innocentiae, ut experiretur in eo obedientiam, quam tamen scivit ipsum non observaturum [p]. Permisit autem Christum tentari, de cuius [q] obedientia constabat et constantia, sed ut nos exemplo illius et [r] constantes et obedientes essemus [8].

3. Ad tertium dicendum [s] quod, licet Christus, etiam secundum quod homo, tanta gratia praeditus, fuerit [t] maior angelo, nihilominus tamen tentatus fuit, quod non de angelo legitur, quia [u] Christus, cum sit caput nostrum, multa attribuuntur ei propter nos [v 9], non quia ipse indigeret. Angelus autem bonus nec [x] ratione sui nec ratione aliorum dicitur tentari, cum angelus non dicatur habere membra ad modum illum secundum quem Christus dicitur habere membra. Praeterea, quaedam passibilitas [y] fuit in Christo assumpta, ex qua parte videbatur similis aliis hominibus, et ideo tentavit ipsum diabolus: si enim scivisset ipsum esse Filium Dei [z], omnino non tentasset. Unde habetur in quadam

---

[a] BTR *an.* [b] Z add. *hoc.* [c] V *ibi.* [d] B om. *a. t. t. f.* [e] Z *fuit.* [f] FRL *tentatio,* quod Z corr. [g] R add. *diaboli.* [h] Z *loquitur;* T om. *Christi.* [i] Ita V, L *obiectum,* alii *obiectum autem* pro *p. a. o.* [k] Ita V, alii add. *est.* [l] R *enim.* [m] R *Deus.* [n] FZ *tentari.* [o] V om. *et ipse... tentari;* R *qua* pro *quam.* [p] V *observandam,* Z *servaturum.* [q] V *Dominus de* pro *d. c.;* FL *ipsum* pro *Christum;* V om. *constabat.* [r] V om. [s] Ita V, F *vero dicendum,* alii *vero dicendum est.* [t] L add. mg. *quod fuerit.* [u] R *quare.* [v] V om. *p. n.;* T om. *non.* [x] V *non.* [y] V *possibilitas.* [z] R om., in Z est add. mg.

1 Cf. Ioan. 14, 30.

2 *Ordin.*, in h. l. (PL 114, 84); cf. Gregor. M., *In Evang.*, homil. 16, n. 1 (PL 76, 1135).

3 Psalm. 30, 5.

4 Lombardi, in h. l. (PL 191, 302), ex Augustino, *Enarr. in Psalm. 30,* II, n. 10 (PL 36, 236).

5 Psalm. 30, 5. Cf. nota 4.

6 Matth. 4, 3.

7 *Ordin.*, in h. l. (PL 114, 84), ex Gregorio M., *In Evang.*, hom. 16, n. 1 (PL 76, 1135).

8 Cf. Damasc., *De fide orthod.*, III, c. 20 (PG 94, 1082).

9 Cf. Augustin., *De doctr. christ.*, III, c. 31 (PL 34, 82).

Glossa[1] Matth. 4, 3, super illud [a]: *Si Filius Dei es:* « Aliud tentantis est, aliud explorantis, dum [b] Deum confiteri videtur et homini illudere conatur [c]. Sic enim tentat, ut exploret quod veretur; sic explorat, ut tentando decipiat ». Non ergo ausum tentandi haberet nisi [d] in eo humanam naturam consideraret, non sciendo divinam.

II. Ad illud vero quod obicitur consequenter cuiusmodi tentatione tentatus fuisset: dicendum [e] [2] quod tentatus fuit tentatione exteriori secundum quod ad invicem dividuntur tentatio quae est a carne et tentatio quae est [f] ab hoste; tentatio enim quae est ab hoste [g] dicitur exterior; quae vero interior, a carne. Est tamen quaedam ab hoste interior, et illa tentatione non fuit tentatus Christus [h]. Cum enim sint tres gradus tentationis — sicut dicit B. Gregorius[3] quod diabolus pulsat exterius, palpat interius, trahit ad consensum [i]: pulsat sine peccato, palpat cum veniali, trahit cum mortali — primus gradus tantum erat circa Christum, scilicet pulsare, alii vero duo non conveniebant nec convenire poterant.

[Ad obiecta]: 1. Si vero dicatur, sicut habetu in Evangelio[4], quod tentavit eum [k] tentation timoris, de timore quidem legitur in Evangelio de tentatione autem non legitur. Quod si fui ibi [l] tentatio, sicut dicitur in Glossa supr dicta[5]: dicendum est ad praesens quod duplex est timor. « Est enim timor naturalis, nolente divid anima a corpore secundum naturam[6] », et iste timor fuit in Christo: ratione huius [o] timoris no dicitur [p] proprie Christus tentatus. Est alius timo qui dicitur propassio, non dico passio [q], qua est perturbatae mentis[7]: talis enim non potera convenire Christo, sed propassio, et hoc mod assumpsit ipse nostram infirmitatem quae nostra redemptioni competebat. Et dicitur esse motu subitus ex parte ipsius sensualitatis, non e parte rationis deiformis, cui nihil erat subitum Et per hunc modum poterat esse tentatio [r] ti moris, non quia diabolus haberet potestatem in cutiendi [s] huiusmodi timorem, nisi [t] quatenus ips Filius Dei voluit et secundum quod Deus et se cundum quod homo[8].

137 ARTICULUS IV.

Utrum diabolus tentet similiter bonos dormientes et vigilantes.

Quarto quaeritur utrum diabolus tentet similiter bonos [a] dormientes et vigilantes.

Et videtur quod nulla sit tentatio respectu dormientium [b]. 1. Scit enim diabolus quod in dormientibus non est usus liberi arbitrii; ubi autem non est usus liberi arbitrii, nec [c] est meritum nec demeritum; ubi autem non est meritum vel demeritum, nullus est effectus tentationis; ergo tentatio nullum habet effectum in dormiente: non enim consentire potest tentationi, et ita non est demeritum, nec resistere tentationi, et ita non est meritum.

2. Praeterea, super illud Iob 7, 14: *Terrebis me per somnia,* distinguitur[9] quot modis tangunt animum [d] imagines somniorum, quorum unus est quod « aliquando fiunt illusione, aliquando cogitatione simul et illusione », et iis duobus modis [e] interponit diabolus partes suas. Sed istae illusio nes non fiunt nisi in parte imaginativa [f]; in ill vero parte nec [g] est meritum nec [h] demeritum Licet enim appareant prospera dormientibus, qua possent allicere animum [i] ad indebitam cupidita tem, vel adversa [k], quae possent deicere per ti morem, tamen nec tunc mens timore deprimitu nec indebita spe sublevatur. Ergo tentatio diabol cum non aliter fiat, nullum habet effectum; pr nihilo ergo fit tentatio huiusmodi.

Sed videtur contrarium, *a.* per hoc quod dici B. Gregorius[10]: « Haec maligne [l] agere supern dispensatio benigne permittit, ne in electorum cordibus ipse saltem a passionis praemio somnu vacet ».

b. Item, super illud Iob [m] 7, 14: *Terrebis m per somnia* etc., Glossa[11]: « Sanctos quo [n] minu valet vigilantes, gravius tentat dormientes ».

---

[a] R om. *s. i.* [b] V add. *autem.* [c] V *illuditur* pro *i. c.* [d] V *si.* [e] Ita V, alii add. *est.* [f] V om. *a... est.* [g] T om. *t. e. q. e. a.* [h] L om. [i] VF *sensum,* quod L corr. [k] L *cum.* [l] V om. [m] V om. [n] T *ipse.* [o] R *unius.* [p] R *fuit.* [q] VR *propassio,* quo FL corr. [r] V *tempus.* [s] BT *intuendi.* [t] V *si.*

[a] V om. [b] V *dormientis.* [c] V *non.* [d] V *animam.* [e] L om. [f] V *imaginaria.* [g] B *non.* [h] FRLZ *vel.* [i] V *animam* [k] V *ad diversa.* [l] VFL *maligna.* [m] V om. [n] R *quos.*

1 *Ordin.,* in h. l. (PL 114, 84), ex Ambrosio, *In Luc.* 4, 3 (PL 15, 1618).

2 Cf. Hugo de S. Vict., *De sacram. fid. christ.,* p. 7, c. 9 (PL 176, 290); Lombard., II *Sent.,* d. 21, c. 6 (p. 407).

3 *In Evang.,* hom. 16, n. 1 (PL 76, 1135); *Moral.,* IX, c. 28 n. 44 et XV, c. 15, n. 19 (PL 75, 882sq., 1090).

4 Matth. 26, 37.

5 Cf. supra, nota 1.

6 Cf. Damasc., *De fide orthod.,* III, c. 23 (PG 94, 1087sqq.)

7 Cf. Damasc., loc. cit.; *Ordin., In Matth.,* 5, 28, ap Lyran.; S. Bonav., III *Sent.,* d. 15, dub. 4 (III, 342).

8 Cf. Damasc., loc. cit.

9 Cf. Gregor. M., *Moral.,* VIII, c. 24, n. 42 (PL 75, 827)

10 *Moral.,* VIII, c. 24, n. 43 (PL 75, 828).

11 *Ordin.,* in h. l., ap. Lyran., ex Gregorio M., *Moral.* VIII, c. 24, n. 43 (PL 75, 827).

c. Ex hoc etiam eodem [a] videtur quod gravius tententur boni in somno quam in vigilia; sed hoc videtur falsum, quia in vigilia boni tentantur aliquando usque ad casum, in somno vero nunquam tentantur usque ad casum; ergo gravior est tentatio in vigilantibus quam in dormientibus.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod tentatio est in ipsis dormientibus.

[Ad obiecta]: 1. Ad obiectum autem respondendum [b] quod, licet tentatio non habeat effectum tempore dormitionis, ut consentiatur ei vel omnino repellatur, nihilominus aliquem habet effectum. Ex concepto enim in somnis [c], consequenter, cum advertit ratio, vel [d] sequitur tentationem vel repellit: et tunc habet effectum tentatio [e] vel non habet effectum. Nulla ergo esset tentatio diaboli, si sciret nullum effectum secuturum, sed quia conicit aliquem effectum posse sequi, ideo tentat in somnis [f]. Ratio autem quare tunc tentat in illa parte imaginativa sive phantastica est [g], quia tunc plus viget: ex illa enim parte semper [h] intendit tentare, ex qua parte [i] maiorem credit esse effectum.

a. Ad id vero quod dicit B. Gregorius quod 'Dominus [k] permittit in somno tentare, ne somnus [l] vacet a praemio passionis': dicendum est quod hoc non dat intelligere quod in somno sit meritum; sed, cum fit [m] vigilia, et placet ipsis bonis quod sic torquentur in somno nec alicui [n] consentiunt delectationi, tunc est meritum. Occasio ergo [o] meriti poterat esse in ipso somno, sed non ipse effectus meriti.

c. Ad id vero quod obicitur 'utrum gravior sit tentatio in somno quam in vigilia vel e converso', dicendum est quod gravior potest dici dupliciter: vel ratione occasionis, ubi nulla est resistentia, et hoc modo gravior est in somno; vel [p] ratione effectus immediate consequentis, et sic gravior est in vigilia. Unde gravior potest dici ratione damni quod consequitur, et sic est in vigilantibus; vel quia non est resistentia ex parte eorum qui tentantur, et sic est gravior in dormientibus.

ARTICULUS V. 138

Utrum diabolus similiter tentet existentes in saeculo et renuntiantes saeculo.

Quinto quaeritur utrum diabolus similiter tentet existentes in saeculo et renuntiantes saeculo.

Et videtur quod gravior sit tentatio renuntiantibus saeculo, *a.* per hoc quod dicit B. Gregorius[1]: « Gravis [a] moeror unicuique in [b] initio conversionis suae, cum, sua peccata considerans, curarum saecularium vult compedes rumpere et viam Domini [c] incedere, desideriorum temporalium grave onus abicere et iugum Domini leve libera servitute portare ». Item[2]: « Quem pugna moeroris [d] superare non valuit, ne ipsa [e] securitas sternat, dispensante Deo permittitur ut post conversionem [f] suam tentationum stimulis fatigetur ». Ex iis accipitur quod graviores sunt tentationes a saeculo recedentium quam ipsorum saecularium.

b. Item, super illud Exodi 14, a, 2: *Reversi castra metentur* etc., Glossa[3]: « Multa offendicula et multae tentationes occurrunt volentibus agere quae Dei sunt ». Ex quibus derelinquitur quod graviores sunt tentationes istorum quam illorum.

c. Item, super illud: *Tunc Iesus ductus est in desertum,* Matth. 4, 1, Glossa[4]: « In deserto fit tentatio, quia non ante se hostis erigit quam homo de mundo exit; tenet enim [g] eum sub legibus suis ».

d. Item, super illud Iob 40, 18: *Absorbebit* [h] *fluvium* etc.[5]: « Antiquus hostis pro magno non habet, cum sub iure suae tyrannidis terrena quaerentes tenet, qui [i] per ipsa vitae suae studia deorsum currunt, sed illos magnopere [k] rapere nititur, quos despectis terrenis studiis iam iungi caelestibus contemplatur ».

Sed contra videtur, 1. per hoc quod dicit B. Gregorius[6]: « De Aegypto exeuntibus e vicino bella subtrahuntur [l], quia relinquentibus saeculum quaedam prius tranquillitas ostenditur,

---

[a] BT om. [b] Ita V, alii add. *est.* [c] Ita VZ, alii *somniis.* [d] V *averterit ratio* pro *a. r. v.* [e] V om. [f] T *somniis.* [g] Ita VL (mg.), alii om. [h] R om. [i] T om. *semper... parte.* [k] B *Deus.* [l] T *somniis.* [m] Ita TF, alii *sit.* [n] R *naturali cui* pro *n. a.* [o] BT *vero.* [p] F *et;* T om. *est.*

[a] T *gravior;* VFL *verior* pro *moeror.* [b] B om. [c] BTRZ *Dei.* [d] V *memores,* quod FL corr. [e] Z add. mg. *postmodum.* [f] FRZ *aversionem;* Z *tempus non* pro *tentationem.* [g] T om. [h] V *absorbetur.* [i] V *que.* [k] Ita Z (corr.), alii *magno opere.* [l] V *subtrahunt.*

1 *Moral.,* XXIV, c. 11, n. 26 (PL 76, 300).
2 Loc. cit., n. 27 (PL 76, 301).
3 *Ordin.,* in h. l. (PL 113, 223), ex Origene, *In Exod.,* hom. 5, n. 3 (PG 12, 328).
4 *Ordin.,* in h. l., ap. Lyran.
5 *Ordin.,* in h. l., ap. Lyran., ex Gregorio M., *Moral.,* XXXIII, c. 6, n. 13 (PL 76, 679).
6 *Moral.,* loc. cit., n. 29 (PL 76, 302).

ne ipsa teneritate et inchoatione turbati, ad hoc quod reliquerant, redeant ».

2. Item, super illud Iob 41, 4: *Quis revelabit faciem indumenti eius?* Gregorius [a] [1]: « Aliter Leviathan religiosos tentat, aliter [b] huic mundo deditos. Nam pravis mala, quae desiderant, aperte obicit, bonis autem latenter insidians, sub specie sanctitatis illudit [c] ». Cum ergo plura sint genera malorum quae desiderant mali quam illa per quae possit [d] bonis illudi, multiplicior est tentatio qua tentantur huic mundo dediti quam illa qua tentantur ab hoc mundo separati.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod gravior est tentatio recedentium a mundo. Sed distinguitur diversus status illorum. Est enim quidam status in ipso accessu ad religionem, et in [e] illo statu occurrunt tentationes: Pharao [f] enim derelictus surgit in scandala vel, ne omnino derelinquatur, nititur retinere [2]. Est alius status in initio conversionis, et in illo statu ex divina misericordia aliquando mitigantur tentationes apud infirmas mentes et datur quaedam suavitas sive mentis iucunditas post evasionem laqueorum. Est iterum tertius status, qui est in progressu religionis [g], et in illo, ne sit [h] negligentia ex securitate, occurrunt tentationes. Et de iis dicit B. Gregorius [3]: « Ne conversus securitatis negligentia dissolvatur, impulsu tentationis afficitur »; saepe autem [i] tam diutina sunt tentationum certamina quam longa fuerunt inchoantium blandimenta. Est autem quartus status in perfectione, et tunc divin consolatione roborantur. Unde dicit [k] B. Grego rius [4]: « In inchoatione inveniunt blandiment dulcedinis, in medio certamina tentationis, a extremum vero perfectionem plenitudinis ». Cur ergo tot sint status, in primo statu gravior es tentatio diaboli [l], eo quod nititur retinere, et [m] a hoc facit illa Glossa [5] quae est Matth. 4, Quantum vero ad secundum statum minus es gravis tentatio. Quantum ad tertium vero statur uno modo dicitur esse [n] gravior, alio modo mi nus gravis. Nam in hoc minus gravis, quia [o] no sunt tot differentiae tentationum, quot in saecul existentium; in hoc [p] gravior, quia ad cognoscen dum [q] difficilior; in ultimo vero statu, etsi gra vissimae sint in se tentationes, alleviantur tame propter robur sustinentium.

[Ad obiecta]: Per hoc patet qualiter respon dendum est ad obiecta.

1. Illud enim quod [r] obicitur de secundo stat recedentium [s] a saeculo, concludit quod quoa hoc minus gravis est tentatio.

2. Illud [t] autem quod secundo obicitur con cludit quod multiplicior est tentatio existentiu in saeculo, et ita quasi ad idem tendunt, sed e causa differenti.

a-d. Aliae vero rationes ostendunt graviore esse tentationes a saeculo recedentium.

139 ARTICULUS VI.

Utrum diabolus similiter tentet perfectos et imperfectos.

Sexto quaeritur utrum diabolus similiter tentet perfectos et imperfectos.

Et videtur quod gravior sit tentatio diaboli respectu proficientium aut perfectorum, 1. per hoc quod dicit B. Gregorius [6]: « Crescentibus virtutibus, magis saevit diabolus ad tentandum ». Sed non est crementum in virtutibus nisi quoad proficientes vel [u] perfectos; ergo gravius tentat proficientes et perfectos.

2. Hoc idem videtur per hoc quod dicitur super illud Iob 3, 8: *Qui parati sunt suscitare Leviathan,* Glossa [7]: « Aliis, quos secure possidet, dormit; iis vero, qui contra se suscitant Levia than, evigilat ad omnem pugnam ». Sed evigilar ad pugnam est evigilare ad tentationem amplio rem; ergo [v] gravior est tentatio in proficientibu et perfectis: ii enim sunt qui contra se susc tant Leviathan.

Contra, videtur quod gravior sit tentatio im perfectorum, *a.* per hoc quod dicitur [8] Iac. 1, super illud: *Unusquisque tentatur* etc.: « Cu *super fundamentum lignum, foenum et stipulam* aedificamus, diabolus supponit incendium; aedif cemus *aurum, argentum et lapides pretiosos,* tentare non audet nec tamen omnino desistit

[a] BT om. [b] V add. *hunc.* [c] VF om., in L est add. mg. [d] BT *possint.* [e] Z om. [f] BT *philosophus.* [g] Ita BT, alii add. *q* [h] V *nescit* pro *n. s.*, quod FL corr. [i] T om., F *tamen.* [k] T om. [l] V om. [m] VFL om. [n] T om. [o] BT *quod* pro *m. g.* [p] BT add. *autem est,* R add. *autem.* [q] BTR add. *est.* [r] L add. interl. *primo.* [s] B *credentium.* [t] R *ad illud.* [u] T *et.* [v] T om.

1 *Moral.*, XXXIII, c. 24 (PL 76, 701).
2 Cf. *Ordin., In Exod.* 14, 17 (PL 113, 225).
3 *Moral.*, loc. cit., n. 27 (PL 76, 301), cetera ad sensum.
4 Loc. cit., n. 28 (PL 76, 302).
5 Cf. supra, p. 155, nota 4.
6 Cf. *Moral.*, XXXIV, c. 1, n. 1 (PL 76, 717).
7 *Ordin.*, in h. l., ap. Lyran., ex Gregorio M., *Mora* IV, c. 23 (PL 75, 657).
8 *Glossa ordin.*, in h. l. (PL 114, 672), ex Beda, h. l. (PL 93, 14). 9 I Cor. 3, 1

Sed imperfecti sunt, qui *aedificant lignum, foenum, stipulam;* diabolum autem supponere incendium non aliud est quam tentare; qui vero *aedificant aurum* [a], *argentum et lapides pretiosos,* sunt proficientes et [b] perfecti [1]; cum ergo istos intendat tentare, illos autem non audeat tentare vel non sic audet, ergo gravior est tentatio imperfectorum quam perfectorum.

b. Praeterea, ubi magis invenit aditum tentationis, ibi magis tentat; sed in imperfectis [c] invenit magis aditum tentationis; ergo magis tentat; ergo fortior est tentatio ex parte imperfectorum quam ex parte [d] perfectorum.

c. Quod videtur per hoc quod dicit B. Gregorius [2]: « Perfecti magis resistunt tentationi, sed contra resistentes est diabolus debilis ut formica, contra consentientes est fortis ut leo ». Imperfecti autem magis appropinquant consensui; ergo fortior est respectu illorum.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod ferventior est tentatio respectu proficientium aut perfectorum, potentior tamen est respectu imperfectorum [e]. Maior ergo tentatio dicitur duobus modis: vel ratione fervoris in ipso tentante vel ratione efficaciae in eo qui tentatur. Primo modo dicitur respectu perfectorum tentatio diaboli maior, secundo vero modo respectu imperfectorum.

[Ad obiecta]: 1. Cum ergo dicitur quod plus saevit diabolus ad tentandum, cum est maius [f] crementum virtutum, hoc ad fervorem refertur: magis enim appeteret deicere perfectum quam imperfectum.

2. Ad secundum vero dicendum quod sicut accidit de aliquo principe terreno quod magis insurgit contra illum qui plus aufert de iure suo vel qui plus nocet regno suo, ita est de diabolo, qui insurgit plus contra perfectum, quia plus nocet regno suo [g], quam contra imperfectum qui minus nocet; unde, si contingat aliquando vinci vel resistentiam [h] invenire, plures sibi adiungit ad expugnationem hostis [i], ita etiam facit diabolus. Sic ergo dicitur maior esse [k] tentatio, quia ex maiori fervore appetitus.

a. Ad id vero quod obicitur ex alia parte, dicendum [l] quod maior dicitur esse ratione efficaciae [m]. Ubi enim aedificatur *lignum, foenum et* [n] *stipula,* materia praeparatur tentationi, et ita in hoc audacior efficitur ad tentandum et facilius consequitur effectum.

b. Quod autem dicitur 'non audere contra eos qui *aedificant aurum et argentum*' etc., hoc est quia non sibi invenit materiam aptatam; nec [o] tamen omnino desistit, cum amplius ferveat contra ipsum, sed latentius [p] persequitur ut sic facilius decipiat.

c. Ad aliud [q] dicendum quod ubi invenit maiorem aditum tentationis, ibi est efficacior tentatio, sed non ferventior [r].

ARTICULUS VII. 140

Utrum diabolus similiter tentet malos resistentes et non resistentes.

Septimo quaeritur de tentatione diaboli ex parte malorum — cum sint quidam quandoque [s] resistentes, quidam vero non resistentes [t] — utrum similiter sit tentatio respectu horum et illorum.

Quod enim magis tentet resistentes, videtur, *a.* per hoc quod dicit B. Gregorius [3]: « Hostis noster nos in hac vita positos quanto magis sibi rebellare conspicit, tanto amplius expugnare contendit ».

b. Item, Gregorius, in homilia 12 *Super primam partem Ezechiel* [4]: « Antiquus adversarius, qui de caelo lapsus est, invidet et insidiari amplius incipit acrioresque quam consueverat tentationes admovet, ita ut plerumque resistentem animum tentet, sicut [u] nunquam ante tentaverat, quando possidebat ». Unde Eccli. 2, 1: *Fili, accedens ad servitutem Dei, praepara animam tuam ad tentationem;* et dicitur Marc. 9, 25, de daemoniaco, qui a Domino sanabatur, quod *clamans et multum discerpens* [v] *eum exiit ab eo.* In quo notat B. Gregorius [5] acriorem esse tentationem ipsius diaboli in eo qui reluctatur tentationi.

c. Item, Gregorius [6]: « Cum membra plus ad Deum proficiunt [x], tunc acriores tentationum insidias tolerare non desistunt ». Et iterum [7]: « Cum

---

[a] Z add. *et;* BTL om. *et.* [b] BT om. [c] RZ *non perfectis* pro *i. i.* [d] B om. *e. p.* [e] T *perfectorum,* quod BL corr. [f] T *magis.* [g] VF om. *q. p. n. r. s.* [h] V *resistentem,* quod FL corr. [i] V om. [k] T om.; V om. *sic.* [l] Ita V, alii add. *est.* [m] T *efficientie,* L *materie.* [n] V om. [o] V *non.* [p] V *attentius.* [q] BTRZ add. *vero;* V om. *dicendum.* [r] V om. *s. n. f.* [s] R om. [t] V om. *q. v. n. r.* [u] F add. *enim.* [v] BT *discrepans.* [x] Z *prospiciunt.*

1 Cf. Lombard., IV *Sent.*, d. 21, cc. 4 et 5 (p. 881 sq.).
2 *Moral.*, V, c. 22, n. 43 (PL 75, 702).
3 *Moral.*, XXIV, c. 11, n. 27 (PL 76, 301).
4 Num. 24 (PL 76, 929).
5 Alulf., *In Marc.* 9, 24 (inter opp. Gregorii M., PL 79, 1190).
6 *Moral.*, XXIV, c. 11, n. 27 (PL 76, 301).
7 *Moral.*, XXXI, c. 41, n. 81 (PL 76, 617).

videt diabolus sanctae mentis studium contra se et aliis prodesse, multiplicata satagit tentatione confundere ». Ex quibus omnibus colligitur quod acrius tentat diabolus sibi resistentes.

Sed videtur contrarium, 1. per hoc quod dicit B. Gregorius[1]: « Qui enim non resistunt tentationi, sequuntur tentationem; qui autem sequuntur tentationem, vento tentationis quatiuntur[a] ». Magis ergo tentantur qui omni vento tentationis cedunt.

2. Praeterea, plus potest diabolus in suo pecore quam in alieno[2]; sed peccator, dum est in peccato, est quasi proprium pecus diaboli; ergo plus potest in illo quam in resistente; magis ergo tentat non resistentes quam resistentes.

3. Item, dicit Hieronymus[3]: « Quanto pluries[b] suae voluntati subicit, tanto eos pluribus tentationibus[c] concutit ». Sed qui cedunt tentationi, subiciunt se voluntati diaboli; ergo magis tentationibus concutiuntur.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod acriore sunt tentationes respectu resistentium, sive etia bonorum sive malorum: aliquando enim ipsi ma quibusdam etiam tentationibus resistunt. Rati autem est ex parte bonorum, quia maior videtur sibi victoria: superbi autem est nolle vinci, se velle vincere; ex parte vero[e] malorum ratio es ne a potestate sua evadant. Respectu vero no resistentium dicitur esse multiplicior tentatio, se non gravior: aliquando enim respectu illorum d sistit a tentatione. Unde dicit B. Gregorius « Antiquus hostis, postquam tentationes infixit ad tempus recedit, non ut malitiae finem pra beat, sed ut corda, quae[g] per quietem secura re diderit, repente rediens facilius irrumpat ». Et dic B. Gregorius alibi[5]: « Illos inquietare negligi quos quasi quieto iure se possidere sentit ». Si ver contingat quod non pluribus tentationibus sibi c dentem invadat, hoc accidit ne per violentiam tentationum eum ad refugium Dei ire compella

141 ARTICULUS VIII.

Utrum diabolus similiter tentet credentes et non credentes.

Octavo quaeritur utrum similiter sit tentatio diaboli respectu credentium et non credentium.

Videtur enim quod magis sit tentatio contra credentes, 1. per hoc quod dicit B. Gregorius[6]: « Non pro magno diabolus habet quod infideles tulerit, sed toto nisu in illorum mortem se erigit, quos contra se regnaturos[i] cognoscit ». Ex quo accipitur quod maior est tentatio respectu credentium quam non credentium[k].

2. Item, Isidorus[7]: « Quia non in credentibus intrinsecus regnat, contra eos extrinsecus pugnat; et qui interius amisit dominium, contra eos exterius commovet bellum ».

3. Item, ad idem, super illud Iosue[l] 11, 1: *Cum audisset Iabin rex Asor* etc., Glossa[8]: « Antiqui possessores ad pugnam provocantur, et si oppugnantur primi, multo plures consurgunt et in malum conspirant ». Sed qui sunt antiqui possessores nisi daemones, qui possederunt animas antequam reciperent fidem vel fidei sacramentum? Illi ergo post susceptionem fid ad pugnam provocantur, et, si contingat e opprimi, cum maiori multitudine tentationu consurgunt. Sic ergo arguitur quod daemon magis provocantur ad tentandum contra ips fideles.

4. Praeterea, fide, sicut dicit B. Petrus in C nonica sua prima 5[m],9, fit resistentia contra tent tiones diaboli; sed contra sibi resistentes acri insurgit[n]; ergo contra fideles acrius insurgit[o].

5. Hoc etiam[p] designatur per hoc quod dic tur Exod. 1[q], 10, cum dixit rex Aegypti: *Venit sapienter opprimamus eum, ne forte multipl cetur* etc.; Origenes, in Glossa[9]: « Hic e diabolus, qui *dixit in corde suo: Non est Deus*[10] qui[r] genti suae, id est apostatis angelis, dici *Ecce populus filiorum Israel,* eorum scilicet qui possunt mente Deum videre, *potentior e nobis, venite, sapienter opprimamus eum* ».

Ex quibus omnibus colligitur quod fortius i surgit ad tentandum diabolus contra ipsos fidele

---

[a] R *concutiuntur.* [b] Ita V (corr.), alii *plures.* [c] R om. [d] R om. [e] RZ *ergo.* [f] B *infixerit.* [g] V om. [h] FRLZ *molestia* [i] Ita V, alii *regeneratos.* [k] L om. *q. n. c.* [l] V *Iacob.* [m] Ita R, VFLZ *1;* BT om. *p. 5.* [n] Ita B, alii *insurgunt.* [o] FRLZ *insurgu* V om. *ergo... insurgit.* [p] Z *autem.* [q] V *in Exod.* pro *E. 1.* [r] B om. *dixit... qui.* [s] V *id est* pro *e. s.;* FL om. *eorum.*

[1] Cf. *Moral.,* II, c. 49, n. 77 et XIII, c. 18 (PL 75, 592, 1027).
[2] Cf. supra, p. 152, nota 4.
[3] Potius Gregor. M.; cf. infra, p. 159, sub litt. *b.*
[4] *Moral.,* III, c. 28, n. 56 (PL 75, 627).
[5] *Moral.,* XXIV, c. 11, n. 27 (PL 76, 301).
[6] *Moral.,* XXXIII, c. 6, n. 12 (PL 76, 678).
[7] *Sentent.,* III, c. 5, n. 18 (PL 83, 663).
[8] *Ordin.,* in h. l., ap. Lyran., ex Origene, *In Iosu* hom. 14, n. 1 (PG 12, 893), reliqua ad sensum.
[9] *Ordin.,* in h. l. (PL 113, 184), ex Origene, *In Exo* hom. 1, n. 5 (PG 12, 302).
[10] Cf. Psalm. 13, 1 et 52, 1.

Sed contrarium videtur, scilicet quod magis tentet infideles [a], *a.* per hoc quod dicit Augustinus, in libro *De anima et spiritu* [1]: tentat enim non tantum vigilando, sed etiam dormiendo, graviter animam infidelem. Unde Augustinus [2]: « Cum mentem mulierculae sibi per infidelitatem subiugaverit, diversarum rerum species aut [b] similitudines imprimit, et mentem, quam captivam tenet, deludens, modo laeta, modo tristia ostendens, per devia quaeque deducit [c] ». Ergo ratione infidelitatis plures fiunt illusiones; ergo plures tentationes; ergo plus tentat infideles quam fideles [d].

b. Item, Gregorius, libro *Moralium*, XIII [3]: « Facile inimico resistitur, si non ei vel in multis lapsibus vel in uno diutius consentiatur; si vero eius suasionibus anima subesse consueverit, quanto se crebrius ei subicit, tanto eum sibi intolerabilem facit, ut ei reluctari non possit ». Sed quanto magis est intolerabilis, tanto plus tentat et e converso; ergo, « cum infideles crebrius se subiciant, eis est magis intolerabilis, et ita [e] pluribus eos tentationibus concutit ».

c. Item, qui non habet scutum quo se defendat ab adversario, facilius ab eo impugnatur; sed ipsa fides est scutum, sicut habetur ad Ephes. 6, 16: *Accipite* [f] *scutum fidei* etc.; sed infideles non habent huiusmodi scutum; ergo diabolus facilius tentat eos; et voluntatem habet tentandi; ergo plus tentat infideles quam fideles.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod acrius et cum maiori astutia tentat fideles quam infideles; infideles autem plus tentat [g], id est pluribus tentationibus pulsat.

[Ad obiecta]: Et per hoc possunt solvi ea quae ex utraque parte obiciuntur.

1. In prima enim obiectione dicebatur quod non multum reputat infideles, sed toto nisu contra fideles [h] exardescit, et hoc est quia iam evaserunt regnum diaboli et subiecti sunt regno Christi; si tamen contingat fideles esse negligentes, iam iterum ad regnum eius revertuntur. De quibus Apostolus dicit ad Titum, 1, 16: *Confitentur verbis se nosse Deum, factis autem negant;* et in prima Canonica Ioan. 2, 4: *Qui dicit se nosse Deum et mandata eius non custodit, mendax est.* Qualibus autem tentationibus tentet [i] ipsos fideles, dicit [k] B. Gregorius [4]: « Acrius post Redemptoris adventum quosdam, qui Baptismatis sacramento sunt renati, deglutire se posse confidit; alios namque sub christianitatis nomine positos devorat, quia [l] in ipso eos fidei errore supplantat; alios a rectitudine fidei nequaquam deviat, sed ad usum pravae actionis inclinat; alios in operatione immunditiae inflectere non valet, sed apud semetipsos intus in studio contentionis intorquet, ut [m], cum a caritate mentem dividant [n], rectum non sit quidquid exterius operantur ».

2-5. Et per hoc [o] idem solvuntur etiam alia argumenta consequentia.

a-c. Argumenta vero, quae obiecta sunt in contrarium, ad hoc tendunt ut infideles pluribus tentationibus a diabolo pulsentur.

ARTICULUS IX. 142

Utrum diabolus magis tentet existentes in communione Ecclesiae quam separatos ab ea.

Nono quaeritur **I.** utrum magis tentet diabolus existentes in communione Ecclesiae quam separatos ab ea.

Et videtur quod magis tentet existentes in communione Ecclesiae. 1. Qui enim sunt in communione [p] vel unitate Ecclesiae, quoad hoc sunt de acie Christi [q]; sed contra illos, qui sunt de acie Christi [r], est pugna diaboli; pugna autem diaboli [s] est per tentationem; ergo diabolus plus impetit [t] tentationibus existentes in unitate Ecclesiae. Illi enim qui sunt separati, traditi sunt potestati diaboli, et cum sint in potestate diaboli, eos quasi secure possidet [5]; non ergo tentationibus impugnat.

2. Item, Gregorius [6]: « Ubi sibi resistere fortem considerat, illic [u] contra vires procul dubio dolos parat ». Sed qui sunt in unitate Ecclesiae plus habent fortitudinis; ergo contra tales diabolus dolos parat [v]; sed doli illi non sunt nisi tentationes dolosae; ergo tentationibus dolosis impetit [x] existentes in unitate Ecclesiae.

3. Item, in arca erant animalia munda et immunda [7]; sed [y] per munda et immunda animalia significantur peccatores et iusti, qui tamen sunt in arca, id est in unitate Ecclesiae [8], per aquas

---

[a] F add. *ita*, quod L exp. [b] B om. [c] V *seducit*. [d] F *infideles*. [e] Z add. *in*. [f] B *accipe*. [g] T vacat. [h] T *infideles*. [i] VL *tentat*. [k] V add. *enim*. [l] B *qui*. [m] Ita L (mg.), alii om. [n] R (corr.) *dividat et*. [o] VL add. *etiam*. [p] T om. *q. e. s. l. c.* [q] R *ecclesie*. [r] T om. *sed... Christi*. [s] Ita V, alii om. [t] VBT *impedit*, quod FL corr. [u] V *illis*. [v] V om. *sed... parat*. [x] VBT *impedit*. [y] VF *et*.

1 Cap. 29 (PL 40, 799). 2 Loc. cit., c. 28 (PL 40, 799).
3 Cap. 18 (PL 75, 1027).
4 *Moral.*, XXXIII, c. 6, n. 12 (PL 76, 677).
5 Cf. supra, p. 156, nota 7.
6 *Moral.*, XXXI, c. 41, n. 81 (PL 76, 617).
7 Cf. Gen. 7, 2 et 8.
8 Cf. Augustin., *De civit. Dei*, XV, cc. 26 sq. (PL 41, 472 sqq.); *Contra Faustum*, XII, cc. 15 sq. (PL 42, 262 sq.).

autem significantur tentationes[1]; dicitur autem Gen. 7, 17: *Quanto magis aquae multiplicabantur, tanto magis arca*[a] *elevabatur in sublime.* Ergo contra existentes in unitate Ecclesiae multiplicantur[b] tentationes, et multiplicatae inducunt profectum; sic ergo diabolus contra existentes in unitate Ecclesiae[c], sive bonos sive malos, magis inducit tentationes.

Sed e contra videtur. *a.* Separati enim a communione Ecclesiae traditi sunt potestati Satanae, I Cor. 5, 5, de corinthio fornicante[d]: *Tradidi huiusmodi hominem Satanae.* Cum autem traditi sint potestati Satanae, potestas autem eius est ad tentandum in anima et vexandum in corpore, ergo huiusmodi homines magis tentantur et vexantur a daemonibus.

b. Item, si daretur edictum a rege quod unusquisque faceret de bove suo quidquid vellet, tunc posset Iudaeus[e] [2], si haberet bovem, occidere; similiter, cum detur edictum a Rege caelesti per ministros Ecclesiae quod diabolus exerceat suam potestatem in ipso peccatore, potest diabolus, cum[f] sit permissus, pro voluntate sua tentare; non enim usquequaque habet potestatem occidendi: peccator enim est sicut pecus diaboli, sicut habetur in Glossa[3] super illud[4]: *Immissiones per angelos malos;* sed non habet tantam permissionem respectu illorum qui non sunt separati a communione, quantam habet respectu illorum qui separati sunt[g], nec tentat nisi quatenus permissus est[5]; ergo magis tentatur separatus a communione quam non separatus.

II. Huius etiam gratia potest quaeri: Cum diabolus odio habeat hominem inaestimabiliter et voluntatem omnimodam nocendi, quo modo potest esse quod, accepta licentia a Deo per ministros Ecclesiae de separatis a communione, parcat[h] eis? Si enim adest potestas et adest voluntas et astutia nocendi, non deest ipse actus, ergo continua[i] videtur tentatio esse et continua vexatio.

Respondeo[k]: I. 1. Ad primum dicendum quod maior est voluntas diaboli ad tentandum existentes in unitate Ecclesiae quam separatos ab Ecclesia; sunt tamen quidam in unitate Ecclesiae per caritatem, quidam vero per fidem informem tantum. Maior autem est voluntas deiciendi existentes in unitate Ecclesiae[l] tantum per fidem: quanto enim plus pertinent ad aciem Dei, tanto plus i tendit eos deicere[m] et reducere ad aciem sua

2. Illud autem quod dicit B. Gregoriu intelligitur de illis qui habent fortitudinem unitate caritatis, non tantum ex unitate fidei i formis. Illi enim, cum sint peccatores, ad acie diaboli pertinent, licet quoad quid ad unitate Ecclesiae pertineant.

3. Illud vero quod tertio obiciebatur de arc sic intelligendum est quod multiplicatio tentati num, quae per aquas designantur, non quoscun que[n] existentes in arca ducunt ad profectum, s bonos persistentes in unitate caritatis.

a. Ad ea vero quae obiecta sunt ex alia part dicendum est quod liberior est voluntas tentan et ipsa tentatio respectu separatorum ab unita Ecclesiae quam respectu existentium in unitat nec tamen est omnino libera. Licet enim fiat pe missio potestatis diabolicae ad tentandum vel a vexandum separatum a communione Ecclesia non tamen est omnimoda permissio, sed ad h *ut spiritus* eius *salvus* fiat[6], ad hoc scilicet ut p tribulationem in anima vel in corpore agnosca peccato se deliquisse, et agnoscens se[p] poenite et poenitens satisfaciat et sic ad unitatem Ecc siae redeat.

b. Ad id vero[q] quod secundo obicitur, s militer dicendum est quod non est omnino s mile quod inducitur de edicto regis terreni de edicto Regis caelestis facto per praecones Ecclesiae. Ibi enim licitum est occidere pecu suum, hic autem non est omnino licitum. Si eni permittat Dominus tentare usque ad casum pecca ulterioris, secundum illud Apoc. ultimo, 11: *Q in sordibus est, sordescat adhuc,* hoc est a quando ex misericordia, ut peccator[s], veniens a confusionem peccati, redeat ad unitatem a qu recesserat, secundum illud Mich. 4, 10: *Venie in Babylonem, ibi liberaberis*[7]; vel est ex iustiti ut, si noluerit redire ad unitatem, hic inchoet sua[t] damnatio, ut in futuro consummetur.

II. Ad id quod quaerebatur consequenter 'cu separatus a communione Ecclesiae tradatur in p testatem Satanae, quare non omni modo vexet ut sic modo vexetur excommunicatus sicut fu in primitivo[v] statu Ecclesiae': dici potest quo parcit eis et retrahit manum tentationis et vex tionis, ut plures sumant audaciam contumacia sive inobedientiae et praecidantur[x] a communion

---

[a] T om. [b] Z *multiplicabantur.* [c] T om. [d] BTR *fornicatore.* [e] V *videns.* [f] Z *tamen.* [g] FRLZ om. [h] V *pare*
[i] BT *contrahi,* item infra. [k] Ita V, alii om. [l] B om. *per... Ecclesiae.* [m] B *ducere.* [n] V *quascumque.* [o] V *cognoscat.* [p] BT o
[q] R om. [r] BT *preceptiones.* [s] Ita V, alii om. [t] Z *eius.* [u] V *necet;* Z *omnino* pro *omni modo.* [v] VF *primo.* [x] V *privantur.*

1 Cf. Gregor. M., *In Cant.* 8, 7 (PL 79, 542).
2 Cf. Abaelard., *Dialog. inter philos. iudaeum et christian.* (PL 178, 1619).
3 Lombardi, in h. l. (PL 191, 739).
4 Psalm. 77, 49.
5 Cf. supra, num. 101.
6 Cf. I Cor. 5, 5.
7 Cf. Hieronym., in h. l. (PL 25, 1193).

Ecclesiae. Potuit enim in primitivo [a] statu Ecclesiae percipere quod quidam per tentationem vel vexationem suam corrigebantur et timebant incidere in sententiam excommunicationis, et ita plures excommunicatorum per vexationem amittebat. *Mulctato* enim *pestilente, sapientior erit parvulus*, Prov. 21,11; et iterum: *Pestilente flagellato, stultus sapientior erit*, Prov. 19,25. Propter haec, licet potestatem habeat gravius tentandi vel vexandi, dissimulat, ut plures trahat ad interitum [b].

CAPUT IV. 143

EX QUA CAUSA FIT TENTATIO [1].

Completa consideratione tentationis ex parte eius qui tentatur, sequitur consideratio tentationis ex parte causae propter quam fit tentatio. Et potest quaeri utrum causa tentationis diaboli sit [c] ex invidia vel ex alia causa.

Et videtur quod ex invidia, *a.* per hoc quod dicit B. Gregorius [2]: « In paradiso diabolus, invidens homini, superbiae vulnus infixit », quia, amissa beatitudine, minorem se immortalitate illius agnovit [d], « ut qui mortem non acceperat conditus, mereretur elatus ».

b. Hoc etiam videtur per hoc quod dicit B. Augustinus [e], in XI libro *Super Genesim ad litteram* [3]: « Propter excellentiam delectatus, tumuit superbia, propter [f] quam cecidit a beatitudine spiritualis [g] paradisi et invidia contabuit ». Ergo causa tentationis humani generis fuit ex invidia.

Sed videtur contrarium. 1. Invidia enim est respectu superioris vel [h] respectu paris, ne fiat superior [4]; sed homo non fuit superior natura [i] nec etiam omnino par; ergo respectu eius non fuit invidia.

2. Praeterea [k], tentatio, secundum quod hic accipitur, est eius qui habet potestatem super alium; sed qui habet potestatem super alium [l], quoad hoc superior est alio [m]; ergo diabolus, cum habeat potestatem [n] super hominem, videtur esse superior ipso; non ergo competit ei invidia ad tentandum.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod ex invidia tentavit primum hominem.

[Ad obiecta]: 1. Ad obiectum autem in contrarium dicendum [o] quod, licet homo secundum naturam suam fuisset inferior, tamen [p] ratione status sui fuit [q] superior; habuit enim rectitudinem naturalem, a qua rectitudine naturali cecidit diabolus: unde quoad hoc invidit superiori. Par etiam fuit quoad hoc quod habuit imaginem Dei [r] naturaliter [5] et potuit ascendere ad dignitatem, a qua cecidit ipse diabolus, et ita potuit invidere ei tamquam pari, ne fieret superior.

2. Ad id vero quod secundo obicitur, dicendum est quod tentatio non ponit tentatum de necessitate inferiorem tentante; sed, si tentatus vincatur [s], ex tunc factus est inferior; si vero vincat, in hoc habet rationem superioris. Tentatio autem de sua ratione non ponit tentantem superiorem vel inferiorem, sed ponit quamdam experientiam de consensu aut dissensu; unde quoad hoc quod [t] ibi paritas esse potest tentavit [u].

CAPUT V. 144

QUA DE CAUSA PERMITTIT DEUS TENTATIONEM FIERI [6].

Quinto quaeritur **I.** qua de causa permittit Deus tentationem fieri.

1. Cum enim tentatio active dicta sit peccatum, peccatum autem contrarietur bono, Deus autem est summum bonum: eius ergo [v] est, cum sit summe potens, nullatenus concedere quod tentatio fiat, quae est magni mali occasio.

2. Item, tentatio diaboli fuit origo totius mali per quod genus humanum est corruptum originali peccato; cum ergo Deus praeviderit tantum malum futurum fore [x], cum sit summa sapientia,

---

[a] V *primo*. [b] LZ *intentum*. [c] BT *fuit*, RZ *fuerit*. [d] BT *cognovit*. [e] T *Gregorius*. [f] V *per*. [g] B *spirituali*. [h] V *et*. [i] T om. [k] RZ *propterea*, quod L corr. [l] Ita V, alii *alterum*. [m] Ita V, alii *altero*. [n] Ita BT, alii *tentationem*. [o] Ita V, alii add. *est*. [p] VZ *respectu*. [q] VLZ *sui*, R om. [r] T om. [s] V *vincitur*. [t] Ita F (interl.), VBTRZ om., L (corr.) add. *est*; RZ *peritos* pro *paritas*. [u] Ita F (corr.), VRZ *esse tentavit*, BT *esse cepit*, L (corr.) *vel imparitas potest ibi esse tentatio* pro *e. p. t.* [v] R *autem*. [x] V add. *cui*; Z *cui* pro *cum*.

1 Cf. S. Bonav., II *Sent.*, d. 21, a. 1, q. 1 (II, 492 sq.).
2 *Moral.*, XXXI, c. 1 (PL 76, 571).
3 Cap. 13, n. 17 (PL 34, 436).
4 Cf. Gregor. M., *Moral.*, V, c. 46, n. 84 (PL 75, 727).
5 Cf. Alex. Hal., *Summa theol.*, II, num. 336 sqq.
6 Cf. S. Bonav., II *Sent.*, d. 23, a. 1, q. 2 (II, 533 sq.).

non conveniebat[a] tantum malum esse futurum nisi maius[b] bonum inde consequeretur[c]; non videtur autem[d] tantum bonum inde secutum; non ergo decebat Deum permittere primam tentationem diaboli[e] fieri.

II. Item, quaeritur quare permittit Deus quotidie tentationes fieri, quibus diversi homines cadunt in peccatum, cum[f] multo nobilius videatur ex utraque parte esse, et ex parte tentantis et ex parte tentati, ut non esset tentatio: « Optimi enim », ut dicit Dionysius[1], « est optima[g] adducere ».

In contrarium sic obicitur: *a.* Sicut[h] dicitur Eccli. 15,14: *Deus reliquit*[i] *hominem in manu consilii sui.* Sed propria voluntate casurus erat homo in culpam; si ergo non permisisset ei[k] Dominus, abstulisset ei fluxibilitatem voluntatis et ita libertatem rationalis creaturae; sed[l] hoc esset inordinatum; summae autem sapientiae et bonitatis fuit nihil relinquere inordinatum. Unde Augustinus, XI *Super Genesim*[m] [2]: « Decebat[n] ut sineret tentari quem consensurum esse praesciebat, cum[o] id facturus esset homo propria voluntate per culpam et ordinandus esset divina aequitate per poenam, ut sic ostenderet animae superbae ad eruditionem futurorum sanctorum quam recte ipse uteretur animarum voluntatibus malis, cum illae perverse uterentur naturis[p] bonis ». Ex quo videtur quod decebat Deum permittere quod diabolus tentaret hominem.

b. Item, Gregorius[3]: « Mira nobiscum dispensatione agitur, ut mens nostra culpae nonnunquam pulsatione feriatur[q]. Nam esse se magnarum virium homo crederet, si nullum unquam[r] earumdem virium defectum intra mentis arcana sentiret; sed dum tentatione irruente quatitur[s] et quasi ultra vires fatigatur[t], ei munimen ostenditur humilitatis, et unde se pertimescit enerviter[u] cadere, inde accipit se fortiter stare ».

c. Item, Gregorius[4]: « Duobus modis tentatur homo, vitiis et flagellis. Vitia, dum tentant[v], proficientes in nobis virtutes humiliant; flagella, dum tentant, surgentes in corde huius mundi voluptates eradicant. Nemo vires suas in pace cognovit: si enim bella desunt, virtutum experimenta non prodeunt ».

d. Item, Gregorius[5]: « Superna dispensat nos, Deo servientes, carnis nostrae permittit te tationibus concuti, ne nostra mens in superbiam audeat praesumptione suae securitatis elevari Iob, 10,16: *Propter superbiam quasi leaenam c pies me;* et II ad Cor. 12,7: *Ne magnitudo r velationum extollat me, datus est*[b] *mihi stimul carnis meae, angelus Satanae*[c]*, qui me colaphiz*

Ex iis colligitur quod decet Dominum quo permittat tentationes diaboli fieri.

[Solutio]: I-II. Ad quod[d] respondendum p hoc quod dicit Augustinus, XI libro[e] *Sup Genesim*[6]: « Sic quidam[f] moventur de primi h minis tentatione, quod eam fieri[g] permiserit Deu quasi nunc non[h] videant universum genus h manum diaboli insidiis sine cessatione tenta Cur et hoc permittit Deus? An quia probat et exercetur virtus et est palma gloriosior n consensisse tentatum[i] quam non potuisse te tari? cum[k] etiam ipsi, qui, deserto Creatore, eun post tentatorem, magis magisque tentent[m] ec qui in verbo Dei permanent, praebeantque ill contra cupiditatem devitationis[n] exemplum incutiant contra superbiam timorem pium ». Co cedendum est ergo quod Deus permisit pr mam tentationem fieri et quotidie etiam permit fieri tentationem propter bonum quod inde e cit et ut salvetur[o] libertas arbitrii in rationa creatura.

[Ad obiecta]: 1. Ad primum autem obie tum[p] in contrarium, dicendum[q] quod non ess summi boni permittere in suo regno mala fie nisi ex illis malis eliceret bonum; hoc aute superius diffusius declaratum est in Tracta de malo[7].

2. Ad secundum vero dicendum[r] quod, cet maximum malum esset in creatura rationa corruptio totius[s] humani generis, tamen ex il malo secutum est maius bonum occasionalite scilicet incarnatio Filii Dei, per quem[t] humanu genus redimeretur. Sic ergo decebat divinam s pientiam permittere hoc malum fieri, quia pra sciebat maius bonum inde secuturum.

---

[a] Ita Z (corr.), B add. *autem*, alii add. *aut*. [b] Z *magis*. [c] B *sequeretur*. [d] V om. *n. v. a.* [e] BT om. [f] BT *cui*, quod RLZ co [g] BT *optimum*. [h] V om. [i] V *dereliquit*. [k] Ita V, alii om. [l] T om. [m] Ita R, V *Confessionum*, alii *De confessionibus* pro *S.* [n] BTR add. *ergo*. [o] Z *tamen*. [p] V *naturalibus*. [q] Z *flatur*, quod L corr. [r] F om., V *nunquam*, quod L corr. [s] R *concutit* [t] R add. *et;* T om. *et*. [u] B *enormiter*. [v] V *reputant*.

[a] BT om. *i. s.* [b] FL om.; R *datur* pro *d. e.* [c] R om. *a. S.*, in F est add. mg. [d] Ita V, alii add. *est*. [e] B om. [f] Ita F alii *quidem;* codd. *si* pro *sic*. [g] BT *si*. [h] V om., in F est add. interl. [i] T *tentant*, L (corr.) *tentanti*, Z *tentantur;* codd. *concessi* pro *consensisse*. [k] BTFR *cur*. [l] V *erunt*. [m] Codd. *tentat*. [n] BT *devitionis*, F *evitationis;* BT om. *et*. [o] V *servetur*. [p] Ita alii *obiectum autem* pro *p. a. o.* [q] Ita V, alii add. *est*. [r] Ita V, alii add. *est*. [s] B om. [t] V *quam*.

1 *De divin. nomin.*, c. 4, § 19 (PG 3, 715, PL 122, 1138).
2 *De Gen. ad litt.*, XI, c. 4 (PL 34, 431 sq.).
3 *Moral.*, II, c. 49, n. 79 (PL 75, 594).
4 *Moral.*, XXII, c. 25, n. 51 (PL 76, 283 sq.).
5 *Moral.*, IX, c. 56, n. 85 (PL 75, 906).
6 *De Gen. ad litt.*, XI, c. 6 (PL 34, 432).
7 Cf. supra, num. 12.

CAPUT VI.

DE DIFFERENTIIS SIVE SPECIEBUS TENTATIONUM.

Consequenter dicendum est de eo quod sexto quaesitum fuit: quae sint differentiae sive species tentationis.

Et ponuntur diversae differentiae. 1. Est enim una differentia, quae ponitur in Glossa super illud I ad Cor. 10,13: *Tentatio vos non apprehendat nisi humana.* Dicitur enim in Glossa[1]: « Tentatio humana est aliter sapere quam res se habeat [a] et cum bono animo; nimis autem amando sententiam suam vel invidendo melioribus usque ad praecidendae communionis et condendi schismatis vel haeresis sacrilegium pervenire, diabolica est praesumptio; in nullo autem aliter sapere quam res se habet, angelica est perfectio ». Item, ibidem[2]: « Humana tentatio est, cum [b] bono quis animo, secundum tamen humanam fragilitatem, in aliquo labitur consilio vel cum irritatur in fratrem studio corrigendi, plus tamen quam christiana tranquillitas postulat. Si [c] non est in nobis [d] perfectio angeli, non sit tamen praesumptio diaboli ». Sic ergo una differentia accipitur tentationis per hoc quod dicitur: alia est humana, alia diabolica.

2. Item, ponitur alia differentia tentationis. Est enim quaedam tentatio ab hoste et est alia tentatio a carne. Et haec differentia tentationis invenitur in II libro *Sententiarum,* 21 dist., cap. *Porro sciendum est*[3], ubi primo ponuntur duae species tentationis, quarum una est interior, altera [e] exterior; interior vero dividitur per tentationem ab hoste et tentationem a carne [f].

3. Est iterum alia differentia tentationis, quae notatur super illum versum[4]: *Quoniam ipse liberavit me a laqueo venantium et a verbo aspero* etc., et post sequitur[5]: *Non timebis a timore nocturno,* ubi notantur[6] « quatuor genera tentationum: levis et occulta, quae significatur per timorem nocturnum; levis et manifesta, quae significatur per sagittam volantem in die[7]; gravis et occulta, quae significatur per negotium ambulans in tenebris; gravis et aperta, quae accipitur per daemonium meridianum ».

4. Item, B. Gregorius [h][8] distinguit aliter genera tentationum, dicens: « Aliquando opprimendo rapit, aliquando insidiando circumvolat, aliquando minando terret, aliquando suadendo blanditur, aliquando desperando frangit, aliquando promittendo [i] decipit ». Sic ergo una differentia tentationis exprimitur.

5. Item [k], B. Gregorius[9] duo assignat genera tentationum: quaedam enim est tentatio per vitia, quaedam per flagella.

Cum ergo tot sint differentiae tentationis, potest quaeri qualiter eae differentiae inter se distinguantur;

de singulis etiam [l] differentiis per se sumptis possunt etiam aliqua inquiri.

ARTICULUS I. 145

Qualiter hae differentiae tentationis inter se distinguantur [10].

Et quantum ad primum sic potest obici: 1. Quinque assignantur differentiae tentationis et universaliter se habent ad omnem tentationem; ergo necesse est quod ex diversis rationibus accipiantur: unius enim ex una parte una est tantum divisio. Potest ergo quaeri, cum sint quinque divisiones, secundum quam rationem accipiantur. Si [m] enim acciperentur secundum causas, cum tentationis non sint nisi quatuor causae essentiales — scilicet causa efficiens, et illa est ex parte tentantis; et formalis, et illa est ex parte modi tentationis; et materialis, et illa est ex parte tentati vel materiae tentationis; et finalis, et illa est ex parte finis tentationis — nulla

---

[a] V *habeant.* [b] BT *cui.* [c] VBT *sed.* [d] R *verbis.* [e] F *alia.* [f] B om. *a. c.*; V om. *a. h. e. t.* [g] BTZ *de*; B om. *me.* [h] BT *unde b. Bernardus* pro *I. B. G.* [i] VZ *permittendo*; T om. *ergo.* [k] RL *iterum.* [l] BT *igitur.* [m] V *non*; L om. *acciperentur.*

1 Lombardi, in h. l. (PL 191, 1622), ex Augustino, *De Bapt. c. Donat.*, II, c. 5 (PL 43, 130).

2 Lombard., loc. cit., ex Augustino, *De serm. Domini in monte,* II, c. 9, n. 34 (PL 34, 1284).

3 Cap. 6 (p. 407), ex Hugone de S. Vict., *De sacram. fid. christ.*, I, p. 7, c. 9 (PL 176, 290).

4 Psalm. 90, 3.

5 Psalm. 90, 5.

6 *Glossa* Lombardi, in h. l. (PL 191, 850), ex Augustino, in h. l. (PL 37, 1153sq.).

7 Hic et in sequentibus alludit ad Psalm. 90, 6.

8 *Moral.*, XXXII, c. 11, n. 15 (PL 76, 644).

9 Cf. *Moral.*, XXIII, c. 25, n. 51 (PL 76, 283sq.).

10 Cf. Bonav., II *Sent.*, d. 21, dub. 3 (II, 510sq.).

autem praedictarum divisionum est ex parte finis tentationis; ergo remanebunt tantum tres divisiones vel ad plus quatuor.

2. Huius etiam [a] gratia quaeritur: Cum dicitur quod [b] tentatio alia est humana, alia [c] diabolica, penes quid accipiatur haec divisio? Si enim acciperetur ex parte efficientis, secundum hoc tentatio humana diceretur quae est ab homine, tentatio diabolica diceretur [d] quae est a diabolo; hoc autem [e] non est verum, cum utramque contingat esse a diabolo: « aliter enim sapere quam res se habet », licet non pertinaciter, potest esse a diabolo; ergo [f] non penes causam efficientem sumitur illa divisio. — Praeterea, non dicitur quod homo tentat se ipsum; sed in humanam tentationem potest homo cadere per se ipsum; ergo haec differentia tentationis non accipitur secundum differentiam tentantis.

3. Similiter potest obici de illa differentia, qua dicitur quod tentatio alia est ab hoste, alia a carne. Cum enim interior tentatio dividatur per tentationem ab hoste et a carne, exterior autem dividatur [g] contra interiorem, non videtur quod exterior sit ab hoste vel a carne. — Praeterea, haec est una differentia tentationis quod una est exterior, alia interior; cum ergo sit universalis divisio tentationis qua tentatur homo, secundum quam rationem accipietur?

4. Similiter potest quaeri de tertia divisione, qua dicitur quod [h] tentatio alia est gravis, alia levis, et iterum alia est occulta, alia manifesta, quae duae, si coniungantur, unam facient quadrimembrem divisionem, sicut supra dictum est [1]. Potest ergo quaeri secundum quid accipiatur illa divisio. Non enim videtur sumi ex parte tentantis; si vero sumatur ex parte tentati, tunc plures erunt differentiae ex illa parte.

5. Similiter potest quaeri de aliis differentiis, penes quid sumantur. Potest etiam quaeri de quadam divisione tentationum [i], quam ponit B. Bernardus [2], dicens quod per septem [k] capita draconis, de quibus habetur Apoc. 12, 3, septem genera tentationum significantur: « importuna, qua procaciter insistit; dubia, quae animum nubilo ambiguitatis involvit; subita, quae iudicium rationis [l] praevenit; occulta, quae deliberationis considerationem praeterfugit; violenta, quae vires mentis transcendit; fraudulenta, quae animum seducit; perplexa, quae variis vitiis animum impetit [m] ». Cum ergo sint hae differentiae tentationum secundum Bernardum, potest quaeri ex qua parte tentationis sumatur haec divisio.

[Solutio]: 1. Ad quod videtur dicendum quo quaedam differentiae sumuntur ex parte tentantis quaedam vero ex parte tentati. Ex parte ver tentantis sumitur illa divisio quam ponit B. [n] Bernardus [3] et illa similiter differentia [o] quam poni Gregorius [4], cum dicit quod « aliquando oppri mendo rapit », et illa qua dicitur quod tentati alia est per vitia, alia per flagella; illa etiar similiter quae ponitur in libro *Sententiarum*, cur dicitur quod alia est a diabolo, alia a carne. — Aliae vero tres sumuntur ex parte tentati, cur dicitur quod [p] alia est interior, alia exterior, ali humana, alia diabolica, et cum dicitur quod ali est levis, alia gravis etc. — Illae vero quae sur ex parte tentantis, aut sumuntur quantum ad ori ginem ex parte tentantis, et sic accipitur illa alia a diabolo, alia a carne; vel penes instru menta tentantis, et sic accipitur illa: alia pe vitia, alia per flagella; aut penes dispositione ad tentandum, et sic accipitur illa B. Gregorii « aut opprimendo rapit » etc.; aut penes modo in ipsa tentatione-actione, et sic accipitur divisi B. Bernardi, cum dicitur « importuna »: dubi enim dicitur effective, quia dubitatione [q] involvi — Illae vero quae sunt ex parte tentati ita distin guuntur, ut una sit in sustinendo tentationem, e hoc dupliciter: vel quoad intellectum, et sic di citur manifesta et occulta; vel quoad affectum et sic dicitur levis et gravis; altera in consen tiendo tentationi differenter, et [r] sic dicitur human vel [s] diabolica: haec enim est ex humana infir mitate vel [t] ex malignitate, in qua [u] conformatu diabolo; tertia est [v] in propinquando [x] tentation et secundum hoc dicitur interior vel exterior primo autem appropinquat tentatio magis ve minus, secundo sustinetur, tertio in consensur trahitur ab ipsis malis. Et sic possunt hae tre divisiones accipi ex parte eius qui tentatur.

2. Si vero obiciatur de illa divisione, quae est alia est [y] humana, alia diabolica, quod utraque es diabolica, hoc est a diabolo: dicendum est quo divisio non sumitur ex parte causae efficienti tentationem — utraque enim potest procurari diabolo — sed [z] sumitur secundum diversos modo consentiendi tentationi. Quidam enim ex infirmitat intellectus vel affectus cedunt tentationi, et ide dicitur [5] quod humana tentatio est « cum bono qui animo, secundum tamen humanam fragilitatem, i

---

[a] RL *Et huius*, FZ *et huius etiam* pro *H. e.* [b] B om. [c] V add. *est.* [d] T om. *quae... diceretur.* [e] V *etiam.* [f] T cur
[g] V om. *per... dividatur.* [h] T om. [i] B om.; BT om. *de.* [k] V *viij*, quod RL corr. [l] BT om., in FL est add. mg.; V *qua* pro *quo*
[m] V *impedit.* [n] T om. [o] Ita V, Z *dupliciter*, alii *duplex.* [p] V *cum.* [q] T *dubitative.* [r] Z om. [s] F *et.* [t] F *et.* [u] T o
[v] BT *dicitur.* [x] V *appropinquando.* [y] L om. [z] BT *si.*

1 Cf. supra, p. 163, n. 3.
2 Potius Richard. de S. Vict., *Adnotatio in Psalm. 90* (PL 196, 387 sqq.); cf. S. Bonav., loc. cit. (II, 511 b).
3 Cf. nota 2.
4 Cf. supra, p. 163, n. 4.
5 Cf. supra, p. 163, nota 2.

aliquo labitur consilio »; diabolica vero est, cum ad imitationem diaboli ex malignitate contendit vel aliud quid[a] facit. Videtur etiam per distinctionem Haymonis[1], quod unum referatur ad mortale peccatum, alterum vero ad veniale. Dicit enim: « Concupiscere est humana tentatio, adulterium vero vel fornicationem perpetrare diabolica est ». Et[b] loquitur de concupiscentia, quae est in inferiori parte rationis, non in superiori. Item, dicit Haymo[2]: « Tentatio humana est malum cogitare et in corde tentationes perpeti, diabolica vero est[c] certamine tentationis in opere superari ».

Item, tres differentiae ponuntur tentationis humanae in Glossa[3], quarum una est « aliter sapere quam res se habeat, cum bono tamen animo »; secunda est, « cum quis bono animo, secundum tamen humanam fragilitatem, in aliquo labitur consilio »; tertia est, « cum irritatur in fratrem studio corrigendi plus quam christiana tranquillitas postulat[d] ». Potest ergo quaeri in quo differant istae tres partes tentationis humanae.

Et videtur quod prima differentia pertineat ad intellectum, cum dicitur « aliter sapere quam res se habeat »; secunda pertinet ad rationem quae est de faciendo, « cum secundum humanam[e] fragilitatem in aliquo labitur consilio »; tertia vero pertinet ad affectionem, « cum irritatur in fratrem studio corrigendi ». Aliqui vero videntur distinguere, ut prima[f] sit in respectu ad Deum, cum quis habet non verum intellectum Scripturae, salva tamen fide et caritate; secunda vero quoad se ipsum; tertia vero sit[g] quoad proximum.

Articulus II. 146

De prima differentia tentationis.

Sed potest quaeri utrum prima tentatio[4] sit cum peccato.

Videtur enim quod non, 1. per hoc quod dicitur « cum bono animo »; ubi enim salvatur bonus animus, non videtur esse peccatum. — Praeterea[h], dicit Apostolus[5]: *Tentatio non apprehendat vos nisi humana;* Apostolus autem non desideravit eis nec consuluit de peccato veniali.

2. Praeterea, dicit B.[i] Augustinus[6]: « Aliud est induci in[k] tentationem, aliud tentari. Nam sine tentatione[l] probatus nullus esse potest, sive sibi ipsi, Eccli. 34, 9: *Qui non est tentatus, qualia scit?* sive aliis, sicut dicit Apostolus[7]: *Et tentationem vestram*[m] *in carne mea non sprevistis* ». Tentatio ergo, secundum ipsum, bonum[n] est, et de tali dicitur[8]: *Tentatio non apprehendat vos nisi humana.* Si ergo probatio hominis potest esse sine peccato, ergo[o] et tentatio humana potest esse sine peccato.

3. Item, Augustinus, in libro *Quaestionum Novi Testamenti*[9], ponit duplicem tentationem, divinam scilicet et humanam. Potest ergo quaeri quae differentia sit istius divisionis respectu illius quae ponitur in Glossa[10] I ad Cor. 10, 13, cum dicitur: 'alia humana, alia diabolica'. Numquid sunt tres tentationes, divina, humana, diabolica[p], et ita neutra divisio bimembris sufficiens est? vel, si utraque sufficiens, videtur illa[q], quae ex una parte dicitur diabolica, ex alia parte dici[r] divina: quod valde dissonum est a ratione.

4. Praeterea, dicit Apostolus[11]: *Tentatio non apprehendat vos nisi humana,* ubi, secundum Augustinum[12], excluditur divina. Sed videtur quod multo melius esset quod divina tentatio nos[s] apprehenderet: divina enim est ad probandum, sicut dicit Augustinus, in libro *De sermone Domini in monte*[13]; multo ergo melius esset quod divina tentatio nos apprehenderet quam humana.

5. Praeterea, tripliciter[t] exponitur tentatio humana[u]. Dicitur enim humana tentatio, quando est de iis sine quibus ista vita non agitur[14]; dicitur[15] iterum tentatio humana, cum quis « in necessitate vel[v] pressura[x] diffidit de Deo, auxilium humanum requirendo »; iterum[y] tentatio humana dicitur « cum quis aliter sapit quam res se habet, salvo tamen bono animo ». — Cum ergo sit haec triplex differentia humanae[z] tentationis, in quo distinguuntur hae tres differentiae? Ultima enim

---

[a] R *quidem*, Z *qui*. [b] V *cum*. [c] B om. [d] Z *postulet*. [e] V *humani generis*. [f] BTZ *primo*, quod RL corr. [g] F om., BT *fit*. [h] R *propterea*, quod L corr. [i] TR om. [k] Z om. [l] VZ *probatione*. [m] Ita F, L om., alii *nostram*; codd. *carnem meam* pro *c. m.* [n] V *bona*. [o] B om.; L om. *et*. [p] B om. *numquid... diabolica*. [q] V om. [r] VBTZ *dicitur*. [s] Z *vos*. [t] VZ *triplex*. [u] BT om. *Praeterea... humana*. [v] VZ add. *in*. [x] R nota mg. *aliqui libri habent non. Contra utramque litteram opponit*. [y] VB *item*; T om. *humana*. [z] BT om.

1 *In Epist. I ad Cor.*, c. 10 (PL 117, 563).
2 Loc. cit.
3 Cf. supra, p. 163, n. 1.
4 Cf. supra, p. 163, n. 1.
5 I Cor. 10, 13.
6 *De serm. Domini in monte*, II, c. 9, n. 30 (PL 34, 1282).
7 Gal. 4, 13sq.
8 I Cor. 10, 13.
9 Cf. *Quaest. ex utroque Testam.*, q. 99 (PL 35, 2299).
10 Cf. supra, p. 163, n. 1.
11 I Cor. 10, 13.
12 Cf. *De serm. Domini in monte*, II, c. 9, n. 34 (PL 34, 1284).
13 Loc. cit.
14 Cf. Augustin., *Enchir.*, c. 71 (PL 40, 265).
15 Lombard., *In I Cor.* 10, 12sqq. (PL 191, 1622), ubi legitur « *non diffidit* ».

videtur esse tentatio deceptionis, media vero dicitur tentatio diffidentiae, prima vero [a] dicitur tentatio infirmitatis, ut distinguantur [b] quod prima sit tentatio liberi arbitrii in quantum est facultas; secunda sit [c] tentatio propter voluntatem, cum humana voluntas diffidit; tertia vero sit [d] ex parte rationis, cum aliquo modo decipitur.

Sed videtur *a.* quod non sit tentatio, cum quis non diffidit de Deo humanum auxilium [e] requirendo: neque enim diffidit de Deo nec diffidit de homine. Propter hoc quidam libri habent quod 'tentatio humana est, cum quis diffidit de Deo auxilium humanum requirendo'. — Sed secundum hoc non esset vera sententia Apostoli, qua dicitur [1]: *Tentatio vos non apprehendat nisi humana;* concedit enim in hoc quod humana apprehendat; sed [f] humana est diffidere de Deo; ergo conceditur diffidere de Deo; sed hoc est [g] falsum: nullatenus enim de Deo diffidendum est. Praeterea, videtur Glossa [2] contradicere, sive sit ibi 'non' [h] sive non sit, ei quod dicit Augustinus [i 3] quod « humana tentatio est in Dei causa desperare de homine et promptum esse in fide Dei ». Si vero desperat de homine et confidit de [k] Deo, non est illa tentatio, de qua dicitur in Glossa [4] quod non diffidens de Deo vel diffidens [l] requirat humanum auxilium.

Respondeo [m]: 1. Ad primum dicendum [n] quod tentatio illa, quae est deceptionis, potest esse cum veniali peccato vel sine veniali peccato [o]. Nec optavit Apostolus vel [p] consuluit ipsos incidere in tentationem istam, sed quod non inciderent [q] in aliam; si vero in istam inciderent, quod ulterius non progrederentur [r].

2. Ad secundo vero obiectum dicendum [s] quod, licet tentatio resistenti [t] bonum sit, tamen, quantum est de se, disponit ad malum: loquimur [u] enim de tentatione quae est diaboli vel carnis. Cum ergo [v] dicitur quod 'bonum est tentari', hoc intelligitur cum conditione 'si non inducatur in tentationem': tunc enim est occasio boni [x].

3. Ad tertium dicendum [a] quod aliter accipitur tentatio humana, cum est in division contra diabolicam, et aliter, cum est in division contra divinam [b]. Cum enim dividitur tentatio humana a [c] divina, humanum et divinum accipiun tur ibi materialiter. Sicut enim dicit Augustinus [5], « divina tentatio est, cum sub lege De agens, ex alia parte ab idolis auxilium peta diffidens [d] de Deo ». Unde divina tentatio es cum de Deo diffiditur; « humana vero est, cur in causa Dei de homine desperatur ». Cum auter ponitur differentia tentationis humanae et diabo licae, non est ibi differentia secundum materian sed magis differentia secundum formam, et ide alia est haec divisio a praedicta. Nec oporte eamdem esse tentationem divinam et diabolican licet hoc accidat: cum enim desperatur de Dec simpliciter diabolica est tentatio. Divina ergo es materialiter, sed diabolica effective.

4. Ad quartum vero dicendum quod, si di vina tentatio sumeretur a Deo tamquam a caus effectiva, secundum hoc melius esset quod ten tatio divina apprehenderet quam humana.

5. Ad quintum vero dicendum quod ten tatio humana secundum medium modum dicitu cum non omnino homo confidit in Deo, sed confu git ad humanum auxilium in iis quae pertinent a Deum. Non enim tentare debet Deum nisi cum no habeat aliud refugium, secundum quod dicitur i II Paral. 20, 12: *Cum ignoramus quid agere de beamus* [e], *hoc solum residui habemus, ut oculo ad te, Domine, levemus.* Si vero in Glossa [6] ha beatur quod tentatio humana est, cum quis i necessitate vel pressura positus diffidit de [f] De humanum auxilium requirendo, potest sic ex poni: 'diffidit', id est non plene confidit; nun quam enim de Deo simpliciter est diffidendum Secundum autem quod invenitur ab Augustino in originali, non videtur Glossa habere verita tem, si [g] tunc dicatur humana tentatio, cum qui in iis quae sunt Dei desperat de homine.

147 ARTICULUS III.

De secunda differentia tentationis.

Deinde procedendum est ad secundam divisionem tentationis, quae est: alia [h] a diabolo, alia a carne.

Videtur autem I. quod haec divisio non sit con veniens. 1. Illa enim, quae est a carne, originalite est a diabolo; ergo non ex opposito dividuntur

[a] V om. [b] L *distinguatur.* [c] R *similiter.* [d] F *est.* [e] FLZ om., in R est add. mg. [f] V add. *tentatio.* [g] Ita VL (mg.) alii om. [h] V om. [i] L add. mg. *Dicit enim Augustinus,* F (mg.) Z repet. *dicit Augustinus.* [k] L om. [l] BT om. *d. D. v. d.* [m] Ita alii om. [n] FRLZ add. *est.* [o] F om. *v. p.* [p] B *et.* [q] VZ *incideret,* item infra. [r] VZ *progrederetur.* [s] Ita V, alii add. *es* [t] B *resistendi.* [u] BT *loquitur.* [v] Z *enim.* [x] BT *bona.*

[a] Ita V, Z *vero dicendum est,* alii *vero dicendum.* [b] T om. *et... divinam.* [c] T om. [d] Z *diffidat.* [e] Z add. *si.* [f] L o [g] BT *sed.* [h] BRL add. *est,* quod F exp. [i] T *dividitur;* V om. *ergo.*

1 I Cor. 10, 13.
2 Loc. cit.
3 Cf. *Quaest. ex utroque Testam.,* q. 99 (PL 35, 2300).
4 Loc. cit.
5 *Quaest. ex Novo Testam.,* q. 99 (PL 35, 2299).
6 Lombardi, loc. cit.
7 Loc. ci

2. Praeterea, ad idem dicit B. Gregorius[1] quod « diabolus in omni peccato partes suas interponit ».

3. Item [a], Osee 7, 4: *Omnes adulterantes quasi clibanus succensus a coquente; 'clibanus'* autem dicitur cor humanum, *'coquens'* autem [b] est diabolus[2]; ergo principium tentationis est a diabolo.

Sed contrarium videtur, *a.* per hoc quod dicitur super illud ad Gal. 5, 19 in fine: *Manifesta sunt opera carnis,* Glossa[3]: « Non omnia vitae iniquae vitia tribuenda sunt carni, ne ab iis omnibus mundemus [c] diabolum ». Sicut ergo videtur, quaedam sunt opera diaboli et quaedam carnis.

b. Item, Augustinus [d], *De ecclesiasticis dogmatibus*[4]: « Non omnes cogitationes malae semper diaboli instinctu excitantur, sed quaedam ex nostri arbitrii motu emergunt ». Ergo tentationes quaedam possunt procedere in nobis, quae non procedunt ab ipso diabolo immediate.

II. Item, dicitur in libro II *Sententiarum,* 21 dist.[5], et accipitur ex eo quod dicitur II ad Cor. 12, 7: *Datus est mihi angelus Satanae, stimulus carnis* [e] *meae, qui me colaphizet,* quod « tentatio, quae est a [f] carne, non fit sine peccato, quae autem [g] ab hoste, nisi ei consentiatur, non habet peccatum, sed est materia exercendae virtutis ».

Contra quod obicitur: 1. Tentatio quae est ex carne, est [h] in sensualitate; pars autem sensualis communis est nobis et brutis; ergo in illa non est peccatum; potest ergo tentatio, quae est ex carne, esse sine peccato sicut illa quae est ab hoste.

2. Praeterea, tentatio, quae est ab hoste, dicitur « materia exercendae virtutis[6] »; sed eodem modo potest dici tentatio quae est a [i] carne: nam si ratio ei non consentiat, dicetur [k] esse materia exercendae virtutis, et ita hoc est commune utrique tentationi.

3. Item, tentatio carnis, sicut ibidem dicitur [l][7] « difficilius vincitur »; sed hoc [m] non videtur verum, quia illa aliquando quiescit, sed illa, quae est ab hoste, non cessat, secundum illud Iob 30, 17: *Qui me comedunt, non dormiunt,* ubi comedentes dicuntur daemones[8], qui ipsam animam [n] tentationibus affligunt et ad interitum pertrahunt. Restat ergo quod tentatio, quae est ab hoste, difficilius vincitur quam illa quae est a carne.

III. Item, videtur quod non sit sufficiens divisio, cum dicitur quod tentatio alia est ab hoste, alia a carne. 1. Videtur enim quod sit [o] tertia tentatio, quae est a mundo. Sicut enim triplex est hostis, ita triplex videtur tentatio; ergo, cum mundus sit unus hostis, erit una tentatio a mundo, sicut est ab hoste vel a [p] carne.

2. Quod etiam videtur per hoc quod dicit Augustinus, in libro *De agone christiano*[9]: « Per illicitas delectationes et pompas et perniciosam curiositatem nobis dominari potest hic mundus et *diabolo atque angelis eius* [q][10] servire compellere ». Ex quo accipitur quod tentatio potest esse a mundo.

3. Et Sap. 14, 11: *Creaturae Dei factae sunt in odium et in muscipulam et* [r] *tentationem pedibus insipientium;* sed quid aliud designatur per creaturas [s] nisi *mundus* iste, cum *diliguntur* [t] *ea quae mundi sunt*[11] plus quam diligenda sint? Ergo una erit tentatio a mundo sicut est una a carne.

4. Praeterea, dicitur in praedicta dist. libri *Sententiarum*[12], quod [u] « ex carnis corruptione suboritur motus illicitus »; si ergo ex carnis corruptione est tentatio — in Adam enim, ubi non fuit carnis corruptio, non fuit haec tentatio — motus illicitus erit ex tentatione carnis; sed motus illicitus est in sensualitate; ergo ex tentatione carnis non tantum tentatur ratio, immo sensualitas.

Contra. *a.* Per motum in sensualitate intelligitur serpens, secundum quod dicit Augustinus, in libro *De Trinitate*[13]; sed serpens non dicitur tentari a diabolo, sed per serpentem mulier aut vir; ergo tentatio non est sensualitatis nec eius quod est [v] in sensualitate, sed per motum illicitum in sensualitate fit tentatio inferioris partis rationis aut superioris.

[Solutio]: I. Ad quod dicendum quod, licet omnis tentatio sit originaliter a diabolo, nihilominus accipitur haec divisio tentationis: alia est a diabolo, alia a carne; cum enim datur [x] haec divisio, intelligitur de proxima causa tentationis. Potest autem contingere quod caro, id est carnalis concupiscentia, sit principium tentationis ipsi rationi, et ita nihil prohibet, licet omne malum sit originaliter a diabolo, tamen quoddam esse ex [y] diabolo tamquam ex [z] propinqua causa, quoddam vero ex carnali concupiscentia.

---

[a] Z *consequenter.* [b] T om. [c] Z *condemus.* [d] V add. *in libro.* [e] V *carni.* [f] Ita VT (corr.), alii *ex;* Z *sit* pro *fit.* [g] Z *etiam.* [h] Z *illud.* [i] BT *ex.* [k] T *dicitur.* [l] V *dicit.* [m] V om. [n] VZ add. *in.* [o] Ita F (corr.), alii om. *q. s.* [p] B om. [q] B om. [r] V om. [s] Ita V, alii *creaturam;* T add. *Dei.* [t] T *distinguuntur.* [u] BT om. [v] T om. [x] RZ *dicitur.* [y] Z *erit a* pro *e. e.* [z] BR om.

1 Cf. *Moral.,* XIV, c. 13 (PL 75, 1048).
2 Cf. *Ordin.,* in h. l., ap. Lyran., ex Hieronymo, in h. l. (PL 25, 874).
3 Lombardi, in h. l. (PL 192, 159).
4 Gennadius, c. 82 (PL 58, 999).
5 Cap. 6 (p. 407).
6 Cf. supra, nota 5.
7 Lombard., loc. cit.
8 Cf. *Ordin.,* in h. l., ap. Lyran., ex Gregorio M., in h. l. (PL 76, 172).
9 Cap. 6 (PL 40, 294).
10 Matth. 25, 41.
11 I Ioan. 2, 15.
12 Loc. cit.
13 Cf. lib. XII, c. 12, n. 17 (PL 42, 1007).

II. Ad secundum vero dicendum [a] quod, licet tentatio, quae est ex carne, dicatur esse non sine peccato, tentatio vero, quae est ab hoste, potest fieri sine peccato, tamen illa, quae est ex carne, habet quemdam ordinem ad illam quae est ab hoste, et ita non excluditur quin tentatio, quae est [b] a carne, e diverso dividatur a [c] tentatione quae est [d] a diabolo. Illa vero, quae est ex carne, est cum peccato, et haec accidit ex corruptione originalis peccati, ex qua secuta est corruptio in carne. Non sic autem est in tentatione diaboli, ubi nullum ponitur adiutorium tentationis ex carne.

1. Ad id vero quod tertio loco obicitur de tentatione ex carne, quod 'non fiat cum peccato, eo quod sensualitas communis sit nobis et brutis': dicendum [e] quod, licet vis sensibilis sit communis nobis et brutis, non tamen sensualitas sub ista ratione: sensualitas enim dicit quamdam ordinationem respectu rationis. Sic ergo tentatio quae est ab hoste [f], licet communiter fiat ex motibus in sensualitate, non tamen est per se causa peccati, « tentatio tamen quae est ex carne, eo quod ponit motum sensualem illicitum, non fit sine peccato ». Et hoc est quod dicitur, in libro *Sententiarum* [2], quod « ex carnis [g] corruptione suboritur motus illicitus » et cogitatio prava.

2. Ad id vero quod quarto obicitur dicendum [h] quod, licet tentatio, quae est ab hoste, sit materia exercendae virtutis, hoc tamen non removetur a tentatione, quae est a [i] carne, sed differenter inest. Qui enim custodit se a peccato veniali, ordinat se ad usum virtutis et per consequens ad salutem, et ita tentatio huiusmodi materia est exercendae virtutis, sed non ita pro pinqua sicut est in tentatione ab hoste, ubi nullum ponitur medium [k].

III. Ad quintum dicendum [l] quod istae duae differentiae sufficiunt: tentatio ab hoste et a carne. Unde, cum obicitur de tentatione quae est a mundo, dicendum [n] quod uno modo posset dividere contra duo genera tentationum, a carne scilicet et [o] ab hoste, ut tria motivorum genera designarentur, secundum illud quod dicitur in I Ioan. 2, 16: *Omne, quod est in mundo, aut est concupiscentia carnis.* Si vero [q] attendamus rationem divisionis, tentatio quae est ab hoste non ita gravat nisi ei aliud adiungatur; tentatio vero carnis maxime gravat, « quia interius pugnans de nostro contra nos roboratur [s] [3] ». Si ergo accipiatur ratio divisionis secundum inclinationem exteriorem et interiorem, tunc bimembris erit divisio tentatio enim, quae est ab hoste, ad unam partem divisionis pertinebit, ad illam scilicet quae inclinat exterius; tentatio vero, quae est ex carne, ad illam quae interius. Et secundum hoc non oportet esse trimembrem divisionem: illa enim tentatio quae est a mundo, cum sit exterior, connumeratur cum [t] tentatione quae est ab hoste.

4. Ad ultimum vero obiectum dicendum quod, licet ex corruptione carnis procedat motus illicitus in sensualitate, non tamen dicitur sensualitas tentari, sed per motum sensualitatis, qui gerit vicem serpentis [4], fit tentatio rationis secundum inferiorem partem aut superiorem.

148 ARTICULUS IV.

De illa divisione tentationis: una interior, alia exterior.

Consequenter dicendum est de illa differentia tentationis, secundum quam [v] dicitur una interior et alia exterior [5].

Videtur enim quod omnis sit exterior quae non pervenit ad casum peccati. 1. Nam, cum non pervenitur ad casum peccati, cedit ad probationem; illa vero tentatio, quae cedit ad probationem, non est inter istas computanda; non ergo tentatio exterior, quae solum est exterior, divisionem facere debet cum interiori.

2. Praeterea, exterior tentatio dicitur 'ess « quando exterius malum nobis visibiliter sugg ritur [x] verbo vel signo aliquo, ut ille, cui fit, a consensum peccati declinet [6] »; sed verbum vel s gnum ad visum vel auditum videtur pertiner secundum hoc ergo tentatio exterior non dicer tur esse nisi quoad ea quae sunt visus vel au ditus, et ita secundum alios sensus non fier tentatio exterior.

3. Praeterea, dicitur [7] quod « tentatio exterior es cum malum visibiliter suggeritur »; sed, si malu

[a] FRLZ add. *est.* [b] Ita V, alii om. *q. e.* [c] Z om. [d] Ita V, alii om. *q. e.* [e] Ita V, alii add. *est.* [f] Ita L (corr.), alii *ex car* pro *a. h.* [g] Ita VF (corr.), alii *carne et.* [h] Ita V, alii add. *est.* [i] Ita VL, alii *ex;* T om. *quae.* [k] V om., FRZ *incendium,* quod L co [l] Ita V, B *vero dicendum,* alii *vero dicendum est.* [m] B om. [n] Ita V, alii add. *est.* [o] Z om. [p] T om. [q] V *etiam si* pro *S.* [r] B *dum.* [s] T *probatur;* F *sic* pro *si,* quod RL corr. [t] FR *in.* [u] Ita V, alii add. *est.* [v] R *quod.* [x] VL *suggerit.*

1 Hugo de S. Vict., *De sacram. fid. christ.*, I, p. 7, c. 9 (PL 176, 290).
2 Lib. II, d. 21, c. 6 (p. 407), ex Hugone, loc. cit.
3 Hugo de S. Vict., loc. cit.
4 Cf. Augustin., *De Gen. c. Man.*, II, c. 14, n. (PL 34, 207).
5 Cf. supra, p. 163, n.
6 Cf. Hugo de S. Vict., loc. cit.
7 Hugo, loc. cit.

visibiliter suggeritur, hoc non congruit nisi ex parte virtutis visibilis; ergo tantum [a] tentatio exterior fit per visum.

4. Item, tentatio exterior dicitur esse ad hoc ut ille, cui fit, ad consensum peccati declinet; si ergo aliqua fit tentatio verbo vel [b] signo et non ad hunc [c] finem, ergo non dicetur tentatio exterior, cum tentatio exterior ad hoc ordinetur.

5. Praeterea, obicitur de interiori tentatione. Interior enim tentatio dicitur esse, quando nobis invisibiliter malum intrinsecus suggeritur; sed quae [d] est ista suggestio invisibilis nisi per hoc quod plus appropinquat ad effectum suum? Sed secundum hoc videtur quod in [e] interiori tentatione non suggeritur malum nisi per exteriora aut [f] est aliqua via separata, per quam tentat diabolus tentatione interiori, praeter [g] illam viam quae est in acceptione [h] exteriori.

6. Praeterea, omnis tentatio videtur exterior, cum sit extra ipsum intellectum: si enim fiat illusio in sensibili interiori sive in motiva interiori, sive tentatio exterius, totum refertur ad tentationem exteriorem respectu ipsius intellectus; sic ergo videtur quod omnis tentatio debeat esse exterior.

Respondeo [i]: 1. Ad primum dicendum quod tentatio ad probationem non continetur sub altera istarum differentiarum, cum ex tentatione intenditur probatio: nam hae duae differentiae tentationis ad hoc tendunt ut declinet homo ad consensum [k] peccati. Nihilominus tamen tentatio, quae est ad probationem, potest esse exterior vel interior. Hae enim differentiae possunt esse communes tentationi quae est ad bonum et quae est ad malum; secundum autem quod hic accipiuntur, dividunt tentationem quae est ad malum. — Si vero obiciatur quod omnis tentatio debeat dici exterior, quae non pervenit ad consensum peccati – dicendum [l] quod non: potest enim et interior et exterior non pervenire ad consensum peccati. Sed exterior dicitur, cum fit tentatio virtuti exteriori; cum autem fit tentatio immediate virtuti interiori, dicitur interior: sicut cum fit tentatio ex parte ipsius imaginationis [a] vel intellectus vel ex parte motivae rationis, quae appropinquat [b] sensualitati.

2. Ad secundo obiectum dicendum [c] quod tentatio exterior « fit verbo vel signo ». Signum autem accipitur communiter non tantum pro eo quod visibile est, sed etiam quod sensibile [d] est in tactu vel in aliis sensibus. Per omnem enim sensum contingit esse tentationem exteriorem, maxime tamen per [e] visum mediante signo et per auditum mediante verbo.

3. Ad tertio [f] obiectum dicendum quod malum dicitur visibiliter suggeri in tentatione exteriori, non [g] a visu secundum quod est unus proprius sensus, sed a visu secundum quod est communis aliis sensibus. Sicut enim dicit Augustinus, *Super Genesim ad litteram* [1], videre communiter se habet ad alios sensus. Unde Exod. [h] 20, 18, dicitur quod *videbat* [i] *voces;* 'videre' tamen proprie dictum non convenit vocibus.

4. Ad quartum [k] dicendum quod, licet non omnis tentatio, quae fit verbo vel signo vel quae fit invisibiliter interius, perveniat ad consensum [l] peccati, nihilominus dicitur exterior vel interior. Aliud enim est tentationem esse tentationem et aliud est esse efficacem; tunc autem efficax est tentatio diaboli, quando pervenit ad consensum peccati.

5. Ad aliud [m] vero quod obicitur de tentatione interiori, dicendum [n] quod non propter hoc dicitur tentatio interior quia sit per essentiam in eo qui tentatur, sed quia mediante virtute interiori immediate tentatur per ea quae immediate movent ipsam vel [o] cognitivam vel affectivam.

6. Ad ultimo [p] obiectum dicendum [q] quod non ob hoc dicitur exterior tentatio, quia fit [r] extra rationem vel liberum arbitrium, quod tentatur: sic enim omnis tentatio exterior diceretur; sed exterior vel interior dicitur secundum rationes iam dictas.

ARTICULUS V. 149

De quadrimembri divisione tentationis.

Deinde quaeritur de illa quadrimembri divisione [2], quae ponitur super illud in Psalmo [s 3]: *Non timebis a timore nocturno.*

1. Cum enim prius enumeraverit duo genera tentationum, quae significantur per laqueum venantium et verbum asperum, videtur quod illa

---

[a] F om. [b] F *et.* [c] V om. *a. h.* [d] L *non autem* pro *s. q.* [e] L om. [f] T *ut.* [g] T *propter.* [h] T *a tentatione* pro *i. a.*; B om. *praeter... exteriori.* [i] Ita V, alii om. [k] Z *a consensu* pro *a. c.* [l] Ita V, alii add. *est.*
[a] F *imaginis.* [b] B *appropinquatur.* [c] Ita V, alii add. *est.* [d] V *insensibile,* quod L corr. [e] Z *secundum.* [f] Ita VF, alii add. *vero.* [g] R *nam.* [h] V om. [i] Z *videbit.* [k] Ita V, alii add. *vero;* B om. *dicendum.* [l] BT *sensum.* [m] Ita V, alii *id.* [n] Ita V, alii add. *est.* [o] R om. [p] B add. *vero.* [q] Ita V, alii add. *est.* [r] Ita TF, alii *sit.* [s] V *philosopho.*

[1] Cf. lib. XII, c. 6 (PL 34, 459); *Epist.* 147, c. 2 (PL 33, 599) et *Sermo* 112, c. 6, n. 7 (PL 38, 646 sq.).

[2] Cf. supra, p. 163, n. 3.

[3] Psalm. 90, 5.

quadrimembris divisio ad illam bimembrem debeat reduci.

2. Praeterea, si una est bimembris divisio [a] et alia quadrimembris, quaeritur secundum quam rationem utraque divisio accipiatur.

3. Praeterea, B. Bernardus[1] quatuor assignat tentationes, quae per timorem nocturnum et alia tria, quae sequuntur, designantur, ut per nocturnum timorem significetur timor [b] adversitatis; per sagittam vero, quae valde timenda est, vana gloriatio [c]; per negotium ambulans in tenebris, amor cupiditatis; per daemonium meridianum, praesumptio scientiae. Numquid haec [d] divisio tentationum omnia genera tentationum comprehendit? Quod videtur per hoc quod [e] Psalmista omnia genera tentationum intendebat comprehendere per illa quatuor.

Sed videtur contrarium: *a.* Tentatio enim quae est per carnalem voluptatem, nulla istarum videtur esse.

b. Praeterea, cum sint quatuor animi perturbationes, secundum quod dicit Augustinus, in libro *De civitate Dei*[2], secundum gaudium et dolorem, metum et cupiditatem [f], secundum unamquamque autem [g] contingit fieri tentationem, sicut ergo fit tentatio per timorem, ita contingit fieri tentationem [h] per cupiditatem et [i] gaudium et dolorem; non ergo omnia genera tentationum iis quatuor continentur.

[Solutio]: 1. Ad quod dicendum quod divisio [k] quadrimembris secundum alium modum accipitur quam bimembris, quae fit per verbum asperum et laqueum. Nam quadrimembris fit secundum modos tentationis comparatione ad eum qui tentatur, bimembris vero fit per instrumenta ex parte tentantis. Nam tentatio, quae fit per laqueum, designat tentationem quae fit per facta; tentatio vero quae fit per verbum asperum, designat tentationem quae fit per [l] verba. Licet enim videatur leve verbum, grave tamen est verbo tentari; facta autem et verba instrumenta sunt tentantis.

2. Ad id vero quod obicitur de comparatione unius divisionis ad aliam, dicendum [m] quod excedentes sunt et excessae; utraque tamen universaliter [n] continet omnem tentationem. Est enim tentatio, quae est per facta, aliquando levis aliquando gravis, aliquando occulta, aliquand manifesta; similiter tentatio, quae est per verba

3. Ad id vero quod [a] obicitur consequente de divisione tentationum, secundum B. Bernardum, dicendum [b] quod secundum aliam rationer assignatur haec divisio et illa. Nam haec divisi fit secundum modos tentationis in comparation ad eum qui tentatur, sicut dictum est[3]; divisi vero B. Bernardi attenditur secundum motiv in diversis viribus. Nam motivum in rationabili ad tentationem est scientia; in concupiscibili est illud quod concupiscitur, ut apparens delectabil mundi vel carnis; ex parte vero irascibilis terr bile est motivum ad tentationem timoris, hon vero vel excellentia ad tentationem vanae gloria tionis [e].

a. Per iam dicta potest [f] esse manifestum qua liter respondendum est ad obiectum. Non eni accipitur cupiditas secundum quod appropriatur ad illa quae exterius concupiscuntur, sed [h] se cundum quod communiter extendit se concup scentia [i] ad concupiscentiam carnis et concup scentiam oculorum[4].

b. Ad id vero quod postea obicitur, dicer dum [k] quod, licet secundum unamquamque per turbationem contingat fieri tentationem et dua comprehendantur in hac divisione, scilicet qua est secundum timorem et [l] cupiditatem, aliae ta men duae secundum propriam rationem non il comprehenduntur, sed dantur intelligi ex con sequenti. Secundum enim aliam rationem acc pitur haec divisio et illa: illa enim divisio a tenditur secundum differentias bonorum et ma lorum. Bonum enim apparens, quod movet [m], au est in praesenti aut in futuro [n]. Bonum eni apparens [o] in praesenti movet [p] ad tentationer gaudii; bonum apparens in futuro movet ad ter tationem cupiditatis; e contra malum apparens i praesenti movet ad tentationem doloris; malu apparens [q] in futuro ad tentationem timoris. I sic secundum aliam rationem attenditur haec d visio quam attendatur [r] illa quam ponit B. Ber nardus. Contingit tamen alternatim hanc d visionem comprehendere genera tentationum [s] illam.

---

[a] BT om. [b] B om. [c] B *gloria.* [d] V om., T *est.* [e] B add. *dicit;* VLZ *Psalmus* pro *Psalmista.* [f] BT add. *et.* [g] BT o
[h] F om. *c. f. t.* [i] BT add. *per.* [k] Ita V, alii *tentatio.* [l] L om. *verbum... per.* [m] Ita V, alii add. *est.* [n] BT om.
[a] T om. [b] Ita V, alii add. *est.* [c] B *rationabilem.* [d] B *concupiscibilem;* VB om. *est.* [e] B *glorificationis.* [f] V *pat*
[g] T add. *cupiditas.* [h] BT om.; V om. *secundum,* in Z est add. mg. [i] BT om. [k] Ita V, alii add. *est.* [l] V add. *per.* [m] Ita V, a
om. *q. m.* [n] Ita V, alii add. *quod movet.* [o] R add. *aut est.* [p] Ita V, alii om. [q] T om. *in praesenti... apparens,* in R est add. m
[r] F om. [s] V *tentationis.*

1 Cf. *In Cant.*, sermo 33, num. 11-13 (PL 183, 957 sq.).
2 Cf. lib. XIV, cc. 5 et 8 (PL 41, 408, 412).
3 Cf. supra, in *Solutione.*
4 Cf. I Ioan. 1, 16.

ARTICULUS VI.

De sextimembri divisione tentationis.

Deinde procedendum est ad illam divisionem tentationis [a], quam ponit B. Gregorius [1], quae sex membra continet.

Primo ergo quaeritur utrum omnis machinatio diaboli in aliqua illarum intelligatur; secundo, penes quid accipiatur illa divisio et qualiter [b] inter se distinguantur membra praedictae divisionis.

PROBLEMA I. 150

Utrum omnis machinatio diaboli in aliqua illarum intelligatur [2].

Ad primum obicitur 1. quod accusatio, de qua dicitur Apoc. 12, 10: *Proiectus est accusator fratrum nostrorum* [c] *qui accusabat eos die ac nocte,* est quaedam [d] machinatio sive tentatio; ergo sub aliqua praedictarum continebitur [e].

2. Item, est tentatio timoris et est tentatio amoris; quaeritur ergo sub quibus differentiis contineantur.

3. Praeterea, omnis tentatio diaboli vel est insidiosa vel [f] violenta; ergo sub duabus primis differentiis omnis tentatio continebitur [g].

[Solutio]: 1. Ad quod dicendum quod accusatio non est species tentationis vel machinationis, sed continet in se generaliter omnes tentationes. Accusatio enim diaboli nihil aliud est quam tentatio, qua hominem reddit accusabilem, cum consentit.

2. Ad secundum vero [h] dicendum quod duae tentationes, quae sunt timoris et amoris, quae dicuntur ab Augustino [3] duae portae mortis, non comprehenduntur sub aliquibus differentiis determinate, sed [i] diversas differentias circumeunt. Tentatio enim timoris continet illam differentiam secundum quam minando terret et secundum quam desperando frangit; tentatio vero amoris continet illam secundum quam suadendo blanditur et secundum quam promittendo decipit.

3. Ad tertium dicendum [k] quod, licet omnis tentatio diaboli sit per fraudulentiam vel per violentiam, tamen istae duae differentiae 'opprimendo rapere' et 'insidiando circumvolare' e diverso dividuntur contra alias quatuor. Nam istae duae videntur referri ad facta diaboli: aliquando enim per facta tentat, aliquando per verba, aliquando per ea quae intra sunt. Cum autem per facta, aliquando tentat ut draco, et tunc dicitur 'insidiando circumvolare'; aliquando saevit ut leo [4], et tunc dicitur saeviendo opprimere sive 'opprimendo rapere'; 'minari' [l] vero et 'suadere' ad ipsa verba potest pertinere; 'desperando vero frangere vel promittendo decipere' ad ipsa desideria quae intra sunt. Et secundum hoc duae primae differentiae ab aliis quatuor distinguuntur, licet in quadam generalitate sumptae possint omnes continere.

PROBLEMA II. 151

Penes quid accipiatur praedicta divisio.

Adhuc ad [m] evidentiam praedictae divisionis quaeri potest 1. quae sit differentia inter suadendo blandiri et promittendo decipere. Videtur enim quod, cum suadendo blanditur, tunc promittendo decipit. Suasio enim [n] fit per promissa sicut terror fit per comminata.

2. Praeterea, quidam [5] volunt ponere quatuor primas differentias pertinere ad praecipitationem in peccatum [o], duas vero ultimas ad profundationem in peccatum, duas vero primas differentias ad tentationem diaboli quae est per facta, duas vero consequentes ad tentationem diaboli quae est per verba, sicut iam dictum est [6]. — Sed potest obici in [p] contrarium: Sicut enim suadendo blandiri pertinet ad verba, ita promittendo decipere pertinet ad verba.

3. Praeterea, allocutio diaboli non est nisi [q] per signa exteriora vel secundum quod incendit

---

[a] F om. [b] V *aliter.* [c] Ita V, alii om. [d] T add. *autem.* [e] VZ *continebatur.* [f] T add. *est.* [g] RL *continetur,* quod F corr. [h] V om. [i] V *secundum.* [k] Ita V, B *vero dicendum est,* alii *vero dicendum.* [l] Z *imminari.* [m] T om. [n] V om. [o] V *principium.* [p] Z om. [q] V om., in Z est add. mg.

1 Cf. supra, p. 163, sub n. 4.
2 Cf. *Enarr. in Psalm. 30,* II, n. 10 (PL 36, 236).
3 Cf. Guil. Altissiod., *Summa,* II, tr. 2, q. 2 (f. 45asqq.).
4 Cf. supra, p. 148, nota 10.
5 Guil. Altissiod., loc. cit.
6 Cf. supra, num. 150, *ad 3.*

cogitationes interius; ergo non distinguitur[a] tentatio diaboli per verba a tentatione diaboli quae est per facta et desideria.

[Solutio]: Ad obiecta[b] sic potest responderi, prius intellecta ratione divisionis. Est enim quaedam tentatio ex respectu praesentium vel ex[c] respectu futurorum. Ex respectu vero praesentium duplex fit tentatio: nam illa sunt quae cogunt aut quae seducunt. Si cogunt, tunc opprimendo rapit: oppressio enim est quasi quaedam coactio. Si vero seducunt[d], est quaedam fraudulentia, et tunc insidiando circumvolat: quaedam enim sunt quae per se inducunt in peccatum, quaedam vero sunt quae quadam fraude inducunt. — Ex respectu vero futurorum contingit tentatio: est enim considerare futura imminentia et remota. Respectu imminentium contingit fieri duplicem tentationem: una est respectu malorum imminentium, et hoc modo[e] minando terret; alia est respectu apparentium bonorum, et hoc modo suadendo blanditur. Respectu vero futurorum remotorum similiter duplex fit tentatio: aut per desperationem futurorum bonorum quae vere[f] bona sunt, et hoc modo desperando frangit; aut promissione[g] futurorum bonorum, quae bona vere non sunt[h], ac si vera essent, et hoc mod promittendo decipit. Sic ergo ponuntur sex diff rentiae tentationis.

[Ad obiecta]: 1. Per quod potest patere qu differentia sit inter tentationem, qua suaden blanditur, et inter illam, qua promittendo decip Una enim respicit bona quae imminent, et tam vera non sunt; alia vero bona remota, quae t men vera non sunt.

2. Ad secundum vero dicendum[i] quod n in hoc distinguuntur ista duo secundum hunc m dum quod una differentia respiciat verba et[k] a tera desideria, sed utraque differentia potest es circa desiderata[l], quae tamen differunt, sicut ia dictum est[1]. Unde nec suasio nec promissio verba exteriora videntur referri, sed ad verba i teriora, quibus malignus spiritus loquitur anim peccatrici sive infirmae.

3. Ad tertium vero[m] dicendum quod s cunda differentia non in hoc distinguitur a prim secundum modum dividendi quod primus bin rius tentationis pertineat ad facta, secundus a verba: utroque enim modo loquitur diabolu vel exteriori tentatione vel interiori, ipsi anim peccatrici.

152 ARTICULUS VII.

De illa divisione: alia per vitia, alia per flagella.

Deinde quaeritur de illa divisione, quam facit B. Gregorius[2], quod 'alia est per vitia, alia per flagella'. Potest enim quaeri quae ratio attendatur[n] in hac divisione.

Videtur enim quod tentatio, quae est[o] per flagella, ducit ad vitia, et ita vitium sit terminus tentationis, non instrumentum tentandi.

Respondeo: Divisio ista accipitur penes hoc quod quaedam tentatio est per tristia, quaedam vero per delectabilia; tentatio[p], quae est per flagella, est per tristia, tentatio vero[q] per vitia e tentatio per delectabilia. Et ita[r] vitium non s mitur ibi formaliter, sed materialiter sive caus liter, scilicet[s] per ipsa delectabilia, quae alliciu ad vitia. — Vel aliter potest distingui, ut tentati quae est per flagella, attendatur per mala po nae, tentatio vero, quae est per vitia, quantu ad mala culpae. Potest enim homo[t] per ma poenae cadere in peccatum, cum non sustin prout oportet; potest iterum cadere in peccatu per mala culpae, cum non cavet prout oportet

153 ARTICULUS VIII.

De septimembri divisione tentationis.

Ultimo quaeritur de divisione tentationis septimembri[u] quam ponit B. Bernardus[3].

1. Videtur enim quod subita[v] et occulta sint[x] eadem tentatio. Nam[y] subita est, quae iudicium rationis praevenit; occulta, quae deliberationem rationis subterfugit; sed illa, quae subita est, d liberationem rationis subterfugit[z]; ergo subita e occulta.

2. Item, illa quae perplexa est, ratione perplex tatis animum in dubitationem ducit; ergo illa est d bia; ergo dubia et perplexa non differunt inter s

---

[a] RLZ *distinguuntur*, quod F corr. [b] V add. *autem*. [c] F om. [d] Z add. mg. *ita*. [e] V om., in Z est add. mg. [f] BT *vera*; V *do* pro *bona*. [g] R *per promissionem*; Z om. *futurorum*. [h] V add. *vera*. [i] Ita V, alii add. *est*. [k] V om. [l] B *considerata*; L o *sed... desiderata*. [m] V om. [n] Ita BTZ (corr.), alii *intendatur*. [o] T om.; R om. *per*. [p] T om.; VZ add. *vero*. [q] BT add. *q* [r] B *ibi*. [s] B *sed*. [t] V *divisio*. [u] VZ *septimembris*. [v] V *subdita*, quod Z corr. [x] FLZ *sit*. [y] V *vero*. [z] L om. *sed illa... s terfugit*; V om. *rationis*.

[1] Cf. supra, in *Solutione*. [2] Cf. supra, p. 163, sub n. 5. [3] Cf. supra, p. 164, sub n. 5.

3. Similiter, importuna videtur esse idem quod violenta: importuna enim est quae procaciter insistit; sed illa, quae procaciter insistit [a], est quae vires mentis transcendit; ergo videtur esse violenta.

[Solutio]: Ad quod dicendum, praemissa quadam ratione divisionis. Est enim quaedam tentatio ex parte cogitationis in se, et quoad hoc accipiuntur duae primae differentiae. Est alia tentatio, quae respicit rationem, quae deliberare debet de eligendo, et penes hoc accipiuntur duae differentiae sequentes. Est tertia tentatio, quae respicit affectionem sive voluntatem proximo, et quantum ad hoc sumuntur hae duae differentiae: alia violenta, alia fraudulenta [b]. Est quarta tentatio, quae [c] respicit operationem, et quantum ad hoc dicitur perplexa, quando ignoratur quid agendum est propter utriusque partis perplexitatem. Primae duae ergo [d] differentiae, scilicet importuna et dubia, respiciunt cogitationem: aliquando enim involvitur animus dubitatione, aliquando urgetur; et secundum hoc aliquando est dubia, aliquando importuna. Similiter penes rationem, cuius est deliberare, sumuntur [e] duae differentiae: aut enim non potest ratio plene deliberare propter ipsius rei occultationem aut propter ipsius temporis improvisionem. Si propter temporis improvisionem [f], dicitur subita; si propter rei absconsionem, dicitur occulta. Similiter ex parte affectionis sumuntur duae differentiae: nam aut per quamdam violentiam ducitur ad consensum aut per quamdam dolosam machinationem; primo modo dicitur violenta, secundo modo fraudulenta. Perplexa vero dicitur, cum alterum illorum malorum necesse est fieri, sed propter rationes nescitur quod minus malum sit.

[Ad obiecta]: 1. Ex iam dictis patet quod tentatio subita et occulta non sunt eadem tentatio. Nam tentatio occulta dicitur propter rei absconsionem, quae subterfugit rationis deliberationem; subita vero dicitur [g] propter improvisionem [1].

2. Ad secundum vero dicendum quod dubia et perplexa inter se differunt. Dubia enim dicitur, cum non [h] habetur ratio quae determinet; perplexa vero [i], cum est quasi quaedam paritas rationum hinc inde, ut ignoretur quid magis fiendum sit vel vitandum.

3. Ad tertium vero dicendum quod differt importuna a [k] violenta. Importuna enim dicitur quae gravat, sed tamen infra vires animi est; violenta vero supra [l] vires animi.

CAPUT VII.

QUO MODO FIAT UNAQUAEQUE TENTATIO.

Assignatis differentiis tentationis secundum modos differentes, consequenter quaerendum est:

quo modo fiat tentatio exterior quae est ab hoste;

et quo modo fiat interior quae est a carne;

quo modo etiam fiat interior quae est ab hoste.

De iis enim differentiis hic agendum est principaliter.

ARTICULUS I.

De tentatione exteriori quae est ab hoste.

Sicut enim [m] habetur in libro *Sententiarum* [2], « tentatio exterior est, quando extrinsecus [n] visibiliter malum suggeritur verbo vel signo aliquo, ut ille, cui fit, ad consensum peccati [o] declinet ». Quaerendum est ergo qualiter adversarius tentet tentatione exteriori:

Numquid nova signa facit vel signis iam existentibus aliter utitur quam eorum natura exigat aut [p] aliter immutat sensum quam requirat immutatio naturalis?

Item, numquid immiscet se rebus sensibilibus aut [q] sensibus ut ex eis eliciatur tentatio?

Item [r], numquid indifferenter tentat secundum quemlibet sensum aut magis secundum unum quam secundum alium?

---

[a] R *talis* pro *i. q. p. i.* [b] VF *importuna.* [c] V om. [d] B om. [e] B *sumentur.* [f] R *et sic* pro *s. p. t. i.* [g] R om. [h] V *quando* pro *c. n.* [i] B add. *dicitur.* [k] V *differunt importuna et* pro *d. i. a.* [l] R *super.* [m] Ita VR, alii *autem.* [n] F *intrinsecus.* [o] V om. [p] T *ut.* [q] F add. *ex;* FR *sensibilibus* pro *sensibus.* [r] T *iterum.*

[1] Cf. supra, in *Solutione.*

[2] Lombard., II *Sent.*, d. 21, c. 6, (p. 407).

154 PROBLEMA I.

Qualiter diabolus utatur rebus exterioribus ad tentandum.

Ad primum sic obicitur, 1. per hoc quod dicit Augustinus, in libro *83 Quaestionum*[1]: « Serpit hoc malum per omnes aditus sensuales[a]; dat sese figuris, accommodat coloribus, odoribus se subicit[b], infundit saporibus ». Ex quo accipitur quod non nova signa facit, sed signis factis utitur ad explendum tentationem. Sed, si utitur signis iam factis, quo modo dicitur se accommodare coloribus[c], infundere saporibus? Numquid aliquam facit immutationem in eis, quae non est in eis[d] secundum suam naturam? — Quod non videtur: Circumscripto enim diabolo per intellectum, nihilominus ex[e] immutatione colorum vel odorum vel saporum posset inclinari homo ad idem peccatum, ad quod modo inclinatur; ergo non videtur ipse tentator in hac parte cooperari. Si vero aliquid operatur praeter id quod sensibile habuit ex sua natura, secundum hoc quaerendum est quid sit illud.

2. Item[f], dicit B. Gregorius[2]: « Intuetur inimicus humani generis uniuscuiusque mores, cui vitio sint propinqui, et illud opponit ante faciem ad quod cognoscit facilius inclinari mentem, ut blandis ac laetis moribus saepe luxuriam vel vanam gloriam, asperis autem mentibus iram, superbiam vel[g] crudelitatem proponit ». Et post dicit generaliter ibi[3]: « Decipulam et periculum inserit deceptionis, ubi viam esse cognoverit[h] propinquam cogitationis ». Potest ergo quaeri: quid est 'diabolum ponere ante faciem'? Numquid rem sensibilem, quae est in uno loco, transfert ad alium locum, ut videatur? — Quod non, videtur, cum non videamus variationem fieri in rebus sensibilibus nisi secundum quod exigit earum dispositio naturalis.

[Solutio]: Ad quod videtur dicendum quod tentator utitur[i] rebus sensibilibus tamquam instrumentis ad tentandum; nec oportet quod nova signa faciat, sed signis inventis utatur, licet posse habeat quaedam signa faciendi.

[Ad obiecta]: 1. Ad id autem quod obicitur de verbo Augustini, in libro *83 Quaestionum*, dicendum[k] quod 'dare se figuris et accommodare coloribus' non est aliud quam ex iis illicitam delectationem provocare. Est enim quaedam delectatio naturalis in rebus sensibilibus, et illa bona est; est alia illicita, quae excedit naturalem, cum delectatur plus quam oportet vel quando non oportet[l] vel quo fine non oportet[m], et ita de aliis circumstantiis.

2. Ad id vero quod obicitur per verbum B. Gregorii, ubi dicit quod « illud ponit ante faciem, ad[n] quod cognoscit facilius inclinari mentem », facies potest dici ibi[o] vel facies interior coram qua ponitur aliquid, cum fit conversio super illam mediante similitudine sua; vel facies dicitur facies[p] exterior, coram qua ponitur, cum sensibile coram sensu ponitur ut ad illicitum trahatur. Praesumitur autem quod isti colores sophistici, qui sunt in faciebus mulierum vel capillis, fiant instinctu diaboli; similiter istae sophisticationes odorum et confectiones saporum, quae veniunt ex maiori studio quam necesse sit, non propter humanam necessitatem, sed ad provocandam voluptatem. Similiter contingit in istis ioculationibus[q] virorum vel mulierum, in melodiis etiam[r] ad lasciviam provocantibus, in supertincturis vestium et frequentibus balneationibus ubi non requirit necessitas, sed magis expetit voluptas; similiter in cantilenis mulierum ad lasciviam provocantibus, in choreis et huiusmodi

155 PROBLEMA II.

Utrum diabolus immisceat se sensibus[4].

1. Deinde[s] obicitur ratione illius quod dicit Augustinus, in libro[t] *83 Quaestionum*[5]: « Agite, miseri mortales, ne unquam polluat hoc domicilium malignus spiritus, ne sensibus immixtus infestet animae sanctitatem ». Videtur enim ex hoc quod spiritus malignus possit uniri cum sensibus nostris vel inesse eis.

2. Hoc etiam videtur per hoc quod dicitur Act. 5,3, secundum aliam[u] translationem, ubi nos habemus: *Cur tentavit Satanas cor tuum?* Ali

---

[a] RL *sensibiles.* [b] VFL *subito;* Z om. *odoribus,* in R est add. mg. [c] BT add. *et.* [d] R om. *i. e.* [e] F om. [f] BT om. [g] F *ac*
[h] BT *cognoverat.* [i] BTFZ add. *in,* quod RL exp. [k] Ita V, alii add. *est.* [l] L om. *v. q. n. o.* [m] R om. *vel quando... oportet*
[n] R *dicendum.* [o] B om. [p] B om. [q] Z *iaculationibus;* BT *ac* pro *vel.* [r] V om. [s] BT *Item deinde.* [t] V om. [u] F *istam.*

1 Quaest. 12 (PL 40, 14).
2 *Moral.,* XIV, c. 13 (PL 75, 1048).
3 Loc. cit.
4 Cf. S. Bonav., II *Sent.,* d. 8, p. 2, a. 1, qq. 1-
(II, 224 sqq.).
5 Quaest. 12 (PL 40, 14).

translatio[1] dicit: *Quare*[a] *implevit Satanas cor tuum?* Sed si implet cor, multo fortius potest implere sensum.

Quod autem non possit immisceri sensibus nostris[b] **vel esse in eis,** potest[c] argui *a.* per hoc quod dicitur Habac. 2, 20, super illud: *Dominus in templo sancto suo*, Glossa[2]: « Potest assidere simulacris spiritus immundus, sed intrinsecus esse non potest ». Si ergo intrinsecus esse non potest in corporibus, multo fortius non potest intrinsecus esse in ipsis sensibus, qui animales sunt.

b. Item, Beda[3], super illud Act.[d] 5, 3: *Cur tentavit Satanas*[e]*?* « Implet Satanas cor alicuius, non ingrediens sensum eius neque introiens aditum cordis, siquidem potestas haec solius Dei est ». Ergo malignus spiritus non ingreditur sensus nostros.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod non potest malignus spiritus inesse nostris sensibus per essentiam nec uniri per essentiam vel implere essentialiter; sed dicitur implere per effectum operationis, quando tentatio per sensus[f] ingreditur ad animam, secundum quod dicitur, Ierem. 9, 21: *Ingressa est mors per fenestras.*

[Ad obiecta]: 1. Ad id ergo quod obicitur in contrarium, dicendum est quod illud 'immisceri', de quo dicit Augustinus, non est sic fieri unum quemadmodum est[g] in miscibilibus, sed dicitur quadam[h] convenientia in actu. Sicut agens et instrumentum dicuntur esse unum in operatione, ita diabolus, cum[i] per sensus nostros tentat, unum[k] dicitur esse vel immisceri sensibus propter[l] effectum tentationis, in quo conveniunt.

2. Ad aliud dicendum[m] quod Satanas dicitur implere cor tantummodo per operationem et voluntatis instinctum, intus non intrando, sed[n] malitiae suae virus inserendo; et hoc modo potest dici de sensibus, quia virus tentationis per sensus inserit.

PROBLEMA III. 156

Utrum indifferenter tentet diabolus secundum quemlibet sensum.

Deinde quaeritur utrum indifferenter tentet diabolus[o] secundum quemlibet sensum.

Quod non, videtur. 1. Magis enim videtur tentare secundum tactum, et non secundum quemcumque, sed secundum illum qui est copula[p] carnalis et[q] iterum secundum quod[r] gustus est quidam tactus[4]. In iis enim duobus maxime tentatur homo, de gula scilicet[s] et luxuria: de gula, sicut tentavit primos parentes; de luxuria, sicut tentavit illos quos involvit diluvium.

2. Sed videtur quod magis tentet per visum: visus enim plurimas ostendit differentias, in quibus sunt multae occasiones peccatorum; ergo plus tentat per visum. — Ad idem etiam facit quod visus apprehendit de longe, tactus vero non.

[Solutio]: Ad quod potest dici quod[t] per quemlibet sensum potest tentare et tentat, gravius vero per tactum aut per gustum, quia fortiores sunt impressiones delectationum et ratione naturae[u] et ratione corruptionis inolitae[v] ex originali peccato; per visum[x] autem fiunt plures tentationes et pluribus modis, sed non ita fortis est impressio tentationis.

ARTICULUS II.

De tentatione interiori quae est ex carne.

Deinde quaeritur de tentatione quae est ex carne, quae est una species tentationis interioris, quo modo fiat:

Et primo quaeritur utrum caro tentet vel sit tentationis principium;

secundo, quid est illud quod[y] tentatur, hoc est secundum quam vim ipsa anima tentatur[z];

tertio, qualiter progrediatur tentatio;

quarto, utrum haec tentatio possit fieri sine peccato.

---

[a] V *cur.* [b] V om. [c] FRLZ add. *hoc.* [d] RZ om., in L est add. mg., in F add. interl. [e] BT add. *Glossa.* [f] B *sensum.* [g] V om. [h] Ita V, alii *quedam.* [i] V *in diabolo* pro *i. d. c.* [k] V add. *unde.* [l] T *per,* quod F corr. [m] Ita V, B *dicendum est,* alii *vero dicendum est.* [n] V *immittendo scilicet* pro *n. i. s.*; Z *iura* pro *virus.* [o] Ita V, alii om. [p] Ita VF, alii *copulatio.* [q] V om. [r] B add. *et.* [s] B om. [t] Z om. [u] Ita BTR, alii *corruptionis;* Z om. *et.* [v] V *solite.* [x] F *visus;* R *sunt* pro *fiunt.* [y] V *secundum quid* pro *q. e. i. q.* [z] Z *tentetur.*

[1] Scilicet Vetus Latina.
[2] *Interlin.*, in h. l., ap. Lyran.
[3] In h. l. (PL 92, 954).
[4] Cf. Aristot., *De anima,* II, c. 9 (III, 456).

157 PROBLEMA I.

Utrum caro sit tentationis principium[1].

Ad primum sic: *a.* Circumscribatur operatio ipsius diaboli in praesenti, nihil prohibet tentationem ex carne fieri, postquam caro nostra corrupta est corruptione vitiosa: non enim omnia peccata diabolo tribuenda sunt[a] tamquam proximo moventi; sed, si est aliqua tentatio[b] ex carne, necesse est aliquod esse principium tentationis; nonnisi ipsa caro; ergo caro potest esse principium tentationis[c].

b. Quod etiam videtur per hoc quod stimulus est in carne[2]; stimuli autem est stimulare; stimulare autem in hac parte non est aliud quam tentare; ergo caro ratione stimuli tentat.

c. Eodem modo potest argui de fomite: fomes enim est in carne; fomes autem est principium peccati; nonnisi per tentationem; ergo tentatio originem habet ex carne ratione fomitis.

d. Hoc etiam arguitur ex ipsa titillatione[d] carnis: ex titillatione enim tentatio carnis originem habet. Unde Augustinus, in libro *Hypognosticon*[3]: « Quid indicant folia fici, quibus non Deo auctore pudenda membra, sed per peccatum facta, texerunt[e], nisi quemdam pruritum[f] libidinis turpem, ex quo sequitur tentatio? »

Sed videtur contrarium. 1. Caro enim non agit in animam, sed e converso; tentatio autem actio quaedam est in ipsam animam tamquam[g] passibilem; ergo non est ab ipsa carne.

2. Item, nihil potest tentare[h] quod non potest experientiam sumere de re quam tentat[4]; sed caro non potest sumere experientiam de motu animae rationalis; ergo caro non potest tentare animam rationalem.

Respondeo: Cum dicitur tentatio esse ex carne, caro non sumitur ibi tantum pro ipso corpore, sed pro parte sensuali unita carni[i], prout dicitur: *Caro concupiscit adversus spiritum,* ad Gal. 5, 17. Unde dicit[k] Augustinus, in XII *De Trinitate*[5], loquens de hac tentatione: « Carnalis sensus vel animalis ingerit quamdam illecebram fruendi se, id est tamquam bono privato et proprio, non tamquam publico et[l] communi, quod est incommutabile bonum, et tunc velut serpens alloquitur feminam ». Allocutio autem ista nihil aliud est quam tentatio ducens ad peccatum, de quo subiungit[6]: « Huic illecebrae consentire est de fructu prohibito manducare ».

[Ad obiecta]: *a.* Ad id ergo[m] quod obicitur, dicendum[n] quod nihil prohibet tentationem ex carne fieri, circumscripta suggestione diaboli in praesenti; sed non fit tentatio ex carne nisi praecedente tentatione primorum parentum, quae facta est ab hoste.

1. Ad id vero quod obicitur quod 'caro non potest in animam agere': respondendum[o] quod caro, id est carnalis sensus sive concupiscentia, potest stimulare animam secundum partem rationis inferiorem, licet ipsa sit inferior. Inferius enim potest tentare superius, si forte inclinetur ad ipsum, sed non potest inducere in tentationem: inductio enim in tentationem[p] non fit sine consensu, consensus autem rationis est. Sic ergo potest inferius tentare superius, id est tentationis initium[q] dare.

2. Ad sequens vero dicendum est quod in carne sic dicta, id est in carnali sensu, est experientia utrum sibi consentiat ratio vel non consentiat, sed non in ipsa carne, prout caro sumitur pro corpore. — Vel dicendum quod ad tentationem non necessario requiritur experientia, sed sufficit impulsio, et haec convenit carni.

158 PROBLEMA II.

Secundum quam vim tentetur anima tentatione quae est ex carne.

Deinde quaeritur cui proprie convenit tentari hac tentatione, an inferiori parti rationis an superiori an alicui alteri, utpote sensualitati.

Quod autem conveniat sensualitati, videtur. 1. Tentatio enim est tum de veniali peccato tum de mortali; motus autem primus videtur esse in sensualitate; ergo de hoc potest esse tentatio sensualitatis[r]; ergo videbitur ex hac ratione tentari. — Contra: Tentationem esse ex carne non est aliud quam mediante sensualitate; ipsa autem[s] sensualitas non se ipsam tentat; ergo non est ipsius sensualitatis tentari.

---

[a] RLZ om., in F est add. interl. [b] B om. [c] T om. *nonnisi... tentationis.* [d] V *translatione,* item infra. [e] Z *dixerunt.* [f] BT *fructum.* [g] L om. [h] T om., in F est add. mg. [i] BT *quoniam.* [k] B om. [l] V om., BT *in.* [m] BT *vero.* [n] Ita VT, alii add. *est.* [o] BT *respondet,* F *dicendum,* RLZ add. *est.* [p] T om. *i. e. i. t.* [q] B *vitium.* [r] BTZ *sensualitas,* quod F corr. [s] V *ac.*

1 Cf. S. Bonav., II *Sent.,* d. 21, a. 2, q. 1 (II, 497 sqq.).
2 Cf. II Cor. 12, 7.
3 Lib. IV, c. 3, n. 3 (PL 45, 1641).
4 Cf. supra, num. 134.
5 Cap. 12, n. 17 (PL 42, 1007).
6 Loc. cit.

2. Item, superior pars rationis sic se habet sicut vir[1]; vir autem non tentatur per serpentem immediate[a]; ergo nec superior pars rationis potest immediate tentari a sensualitate. — Contra: Potuit Adam immediate[b] tentari a diabolo, non mediante muliere, licet[c] aliter tentatus fuerit; ergo pari ratione superior pars rationis, cum se habeat per modum viri, poterit tentari immediate a sensualitate.

3. Praeterea, inferior pars rationis immediate coniuncta est sensualitati; ergo potest tentari ab ea.

Quaeritur ergo utrum possit tentari tam tentatione venialis peccati quam mortalis.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod rationis est tentari tentatione quae est ex carne sive liberi arbitrii et non sensualitatis[d]. Est autem rationis tentari secundum unamquamque eius differentiam, secundum inferiorem scilicet partem et superiorem.

[Ad obiecta]: 1. Ad obiectum autem primum[e] in contrarium, dicendum quod non ad omne veniale peccatum est tentatio, hoc supposito quod primus motus sit[f] in sensualitate; si vero est in[g] inferiori parte rationis, tunc potest esse tentatio respectu ipsius. Sed credibilius est quod ad primum motum non sit tentatio, sed cum primo motu est tentatio: est enim quasi[h] quaedam necessitas ad hoc quod surgat primus motus; ibi autem non proprie dicitur tentatio.

2. Ad sequens vero dicendum quod aliter est de superiori parte rationis quantum ad nostrum[i] interiorem hominem quantum ad quid, quam fuit in primis parentibus. Potuit enim Adam tentari immediate a diabolo, sed superior pars rationis in nobis non potest tentari a carnali sensu nisi mediante inferiori parte rationis; et ideo quoad hoc ponit similitudinem Augustinus[2] in tentatione nostri interioris hominis respectu illius tentationis quae fuit in primis parentibus. Si ergo dicatur superior pars rationis tentari a carnali sensu, hoc est mediate, secundum quod tres ponuntur gradus in tentatione, suggestio, delectatio, consensus: ut suggestio sit in sensuali parte, delectatio in inferiori parte rationis, consensus in superiori secundum quamdam proprietatem.

PROBLEMA III. 159

Quo modo fiat tentatio a carne.

Deinde quaeritur quo modo fiat tentatio a carne, utrum fiat tantum per concupiscentiam an etiam per iram.

Et videtur quod per utrumque. *a.* Ex utraque enim parte movetur pars sensualis: secundum concupiscentiam respectu apparentis boni, secundum iram respectu apparentis mali.

Sed videtur contrarium, 1. per hoc quod medius gradus in[k] tentatione ponitur delectatio[3]; ergo suggestio, in quo est primus gradus, suggestio est delectationis, et ita eius cuius est concupiscentia, non cuius est ira. Eodem modo consummatio tentationis est in consensu, irae vero consummatio in dissensu; ergo non fit utroque modo tentatio quae est ex carne.

2. Praeterea, sicut in exteriori tentatione diabolus per serpentem allocutus est Evam, ita in interiori alloquitur inferiorem partem rationis. Sed quid per istam allocutionem designatur? Allocutio enim ista nihil aliud est quam tentatio; tentatio[l] vero per aliquid fit quod videtur esse delectabile tentato; aliud autem est delectabile secundum sensum[m] et aliud secundum rationem; ergo non videtur conveniens tentatio per delectabile[n] secundum sensum.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod in hac tentatione aliquando tentatur ratio per concupiscentiam, aliquando per iram, secundum quod proprie dicuntur; aliquando vero fit tentatio[o] per concupiscentiam tantum, ut concupiscentia sit generale ad utrumque.

[Ad obiecta]: 1. Cum ergo dicitur quod 'medius est[p] gradus in tentatione delectatio', intelligendum est de delectatione generaliter et non specialiter. Similiter de consensu intelligitur communiter ad consensum et dissensum, secundum quod consensus est complacentia dissensus[q].

2. Ad secundum vero dicendum quod, licet[r] aliud sit delectabile secundum sensum, aliud secundum[s] rationem, nihilominus tamen, quia idem potest esse delectabile secundum sensum et secundum rationem non rectam, ideo contingit tentationem rationis esse[t] circa huiusmodi delectabile, ut ratio non recta quiescat in[u] delectabili ut nunc, quod est delectabile secundum sensum.

---

[a] T om. [b] T om. [c] T *sed.* [d] V *sensualitate,* Z (corr.) *sensualitati.* [e] Ita V, alii om. [f] RL *fit.* [g] L om. [h] VZ om. [i] Z om. [k] B *a.* [l] V om. [m] Z (corr. mg.) *affectum.* [n] Z om. *p. d.* [o] B om. [p] V *sit.* [q] F add. interl. *non.* [r] T om. [s] BT *ad secundam* pro *a. s.* [t] Ita V, alii om. [u] Ita VR, alii om.

[1] Cf. Augustin., *De Gen. c. Man.*, II, c. 14, n. 21 (PL 34, 207); *De Trinit.*, XII, c. 12, n. 17 sqq. (PL 42, 1007 sq.).

[2] Cf. loc. cit., et Ambros., *De paradiso*, c. 15 (PL 14, 311).

[3] Cf. supra, num. 158, *ad 2.*

160 PROBLEMA IV.

Utrum tentatio ex carne possit fieri sine peccato.

Quarto quaeritur utrum tentatio ex carne fiat sine peccato.

Quod videtur. 1. Si enim tentationes aliae possunt fieri sine peccato [a], consimili ratione haec tentatio poterit fieri sine peccato.

2. Praeterea, Apostolus tentatus fuit tentatione hac[1]; et fuit haec tentatio ad probationem; non ergo congruit [b] eam esse cum peccato: actu enim venialis peccati nullus probatur ad bonum; tentatione ergo, quae est [c] ex carne, nullus probatur ad bonum.

Contra [d]. *a.* Dicitur II ad Cor. 12,7: *Datus est mihi stimulus carnis meae*, Glossa[2]: « Tentatio quae est a carne, est veniale peccatum ».

[Solutio]: 1. Ad quod dicendum quod non est simile de hac tentatione et de alia. Nam aliae duae sunt ex parte virtutis cognitivae, haec autem est ex parte virtutis motivae, in qua est peccatum ratione affectionis.

2. Ad aliud vero dicendum quod, licet Apostolus tentatus esset ad probationem, nihilominus potuit ibi esse veniale peccatum. Probatur enim homo, cum suboritur veniale peccatum et non deducitur ad consensum mortalis peccati.

ARTICULUS III.

De tentatione interiori quae fit ab hoste.

Consequenter dicendum est de tentatione interiori, quae fit ab hoste.

Et primo quaerendum est de tentatione interiori, quae fit in virtute phantastica sive imaginativa

secundo de tentatione interiori, quae fit circa intellectivam.

PROBLEMA I.

De tentatione interiori quae fit circa imaginativam.

Primo autem ostenditur quod tentatio fit per partem imaginativam;

secundo quaeritur quo modo fiat illa tentatio;

tertio, utrum illa sit cum peccato vel sine peccato

quarto, utrum haec tentatio in non cadentibus sit ad profectum.

161 PARTICULA I.

Utrum tentatio fiat per partem imaginativam.

Quod autem [e] **tentatio fiat secundum illam partem, sic ostenditur**: *a.* Super illud Iob 18,10: *Abscondita est in terra pedica eius*, dicit [f] Gregorius[3]: « Intuetur hostis mores cuiusque, cui vitio sint propinqui, et illa ponit ante faciem ad quae facilius noverit inclinari: ut blandis ac laetis moribus luxuriam, asperis autem mentibus [g] superbiam, iram et huiusmodi. Ibi [h] ergo decipulam deceptionis [i] inserit, ubi viam propinquae cogitationis invenerit ». Cum ergo facies non dicatur tantum facies exterior, sed etiam interior, ante faciem interiorem ponit similitudines illorum vitiorum quibus [k] sunt propinqui, et ita fit tentatio per imaginativam.

b. Item, Augustinus, in libro *De anima et spiritu*[4]: « Diversarum personarum species ac similitudines ostendit Satanas, et menti, quam captivam tenet, in somnis [l] deludens, modo laeta modo tristia ostendit ». Haec autem ostensio est ad tentandum; ergo tentatio fit per partem imaginativam.

c. Similiter habetur hoc Iob 7,14: *Terrebis me per somnia* etc., ubi dicitur[5] quod aliquando fiunt illusiones in parte phantastica.

Sed videtur contrarium. 1. Sicut enim habetur in *Ecclesiasticis dogmatibus*[6], una est anima [m] quae habet rationem et quae habet sensum [n]; sensum autem dicit non tantum interiorem, sed etiam

[a] T om. *Quod... peccato.* [b] V *contingit.* [c] RL om. [d] BT *preterea.* [e] BT *quando.* [f] Ita V, alii om. [g] Z *autem virtutibus* pro *a. a. m.*; V *vis* pro *asperis.* [h] R om. [i] R *tentationis.* [k] Ita V, alii *cui.* [l] V *somniis.* [m] Z *unam esse animam* pro *u. e.* [n] Ita V, alii *sensus*; Z *sensus* pro seq. *sensum.*

1 Cf. II Cor. 12, 7.
2 Lombardi, in h. l. (PL 192, 84).
3 *Moral.*, XIV, c. 13 (PL 75, 1048).
4 Cap. 28 (PL 40, 799).
5 Cf. Gregor. M., in h. l. (PL 75, 827).
6 Cap. 15 (PL 58, 984).

exteriorem; ergo una est substantia rationalis et quae potest sentire sensu interiori vel exteriori; si ergo malus angelus non habet potestatem super substantiam intellectualem [a], cum eadem sit substantia sensualis, non habebit potestatem supra partem [b] sensualem.

2. Praeterea, similitudines, quae sunt apud intellectum ipsius daemonis, sunt intelligibiles, quae vero sunt apud imaginativam, sunt sensibiles; ergo non convenit [c] ut istae per illas excitentur vel per illas imprimantur; non ergo tentatio fit per virtutem imaginativam.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod tentatio fit per partem imaginativam [d], sicut dictum est [1].

[Ad obiecta]: 1. Ad obiectum autem primum [e] in contrarium, dicendum [f] quod, licet sit una anima in homine, non oportet quod eadem sit substantia intelligibilis et sensibilis, et ita nihil prohibet habere diabolum posse super partem sensibilem, etsi sic non habeat super intelligibilem. Si vero una est substantia [g] quae potest intelligere et sentire, nihilominus inferior est una [h] potentia altera; propter quod potest etiam spiritus malignus aliquod posse habere super inferiorem potentiam, quod non habet super superiorem, in qua naturaliter imago divina resplendet.

2. Ad aliud vero dicendum quod, licet similitudines in intellectu diaboli sint intelligibiles, in imaginativa vero sint sensibiles, posse tamen est [i] istarum super illas; recipiens enim secundum possibilitatem suam recipit, non secundum modum immutantis aut offerentis [2].

Particula II. 162

Quo modo fiat tentatio in imaginativa.

Deinde quaeritur quo modo fiat tentatio in [k] parte imaginativa.

1. Aut [l] enim vis imaginativa species recipit ab immutatione diaboli, aut species, quas habet apud se, transformat, aut [m] ex transformatis inclinationem facit partis intellectivae per operationem ipsius hostis. Si [n] tantum esset receptio [o], non ex hoc videretur esse tentatio: receptio enim similitudinis indifferens est et ad bonum et ad malum. Si vero transformat diabolus ea quae sunt in imaginativa, posset pro voluntate sua quaecumque somnia ingerere, et ita anima in illa parte non haberet tranquillitatem. Si ergo [p] anima in illa parte aliquando habet tranquillitatem, non habet diabolus potestatem transformandi; sed si non habet potestatem transformandi [q], multo fortius non habet potestatem inclinandi, cum inclinare intellectivam sit excellentior operatio quam transformare similitudines in sensitiva.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod diabolus, sicut dicit Augustinus [3], repraesentat similitudines [r] modo prosperorum, modo adversorum, ex qua repraesentatione anima secundum partem imaginativam [s] negotiatur, et per consequens inclinat ipsam intellectivam vel disponit ad inclinationem. Unde Gregorius [4]: « Diabolus modo cupidis prospera, modo timidis adversa per somnia ingerit, ut magis afficiat ».

[Ad obiecta]: 1. Ad id vero quod obicitur in contrarium, dicendum est quod quaedam similitudines sunt indifferenter ad bonum et ad malum, et [t] per tales non tentat; quaedam vero magis determinatae sunt ad alterum, utpote ad apparens delectabile vel ad [u] apparens triste, et ex istis potest sequi inclinatio ad malum, et per huiusmodi fit [v] tentatio.

Particula III. 163

Utrum tentatio in imaginativa fiat cum peccato vel sine.

Deinde quaeritur si tentatio huiusmodi fiat cum peccato vel sine.

Et videtur quod fiat cum peccato. 1. Propinquior enim est tentatio ista parti rationali quam illa quae est ex carne; peccatum autem ortum habet a ratione; ergo tentatio haec magis est cum peccato quam illa quae est ex carne [x]; sed illa quae est ex carne, est cum peccato [5]; ergo et haec est cum peccato [y].

2. Item [z], phantasia inclinat rationem; cum autem inclinatur, per consensum est consummatio

---

[a] L add. interl. *et.* [b] RZ om. [c] Ita V, alii *conveniunt.* [d] Z om. *Ad... imaginativam.* [e] Ita V, alii om. [f] R add. *est.* [g] T om. [h] T *est* pro *i. e. u.*; B om. *inferior.* [i] VB om. [k] R *ex.* [l] V *cum.* [m] V om. [n] V *que.* [o] V *deceptio.* [p] Z *vero.* [q] L om. *sed... transformandi.* [r] V *similitudinem.* [s] V *imaginative.* [t] BT om. [u] T om. [v] Ita V, alii add. *eius.* [x] B om. *peccatum... carne;* T om. *illa.* [y] L om. *ergo... peccato.* [z] BT *preterea.*

1 Cf. supra, sub litt. *a-c.*
2 Cf. *Liber de causis,* § 9 (p. 174).
3 Cf. supra, p. 178, nota 4.
4 Cf. *Moral.,* II, c. 9; IV, c. 2 et XIV, c. 13 (PL 75, 563, 641, 1048); XXIX, c. 22, n. 45 (PL 76, 501).
5 Cf. supra, num. 160.

peccati; ergo haec tentatio est cum peccato, secundum quod primus motus dicitur esse peccatum.

Contra. *a.* Tentatio, quae fit tantum [a] ab hoste, non est necessario cum peccato; sed haec tantum est ab hoste; ergo non est necessario cum peccato.

[Solutio]: Respondendum est [b] quod haec tentatio non est necessario cum peccato. Haec enim tentatio est habens initium ex parte cognitivae, illa vero ex parte motivae, quae est ex carne; et ideo illa dicitur necessario cum peccato veniali propter corruptionem [c] motivae ex fomite. Si vero corruptio est in ipsa cognitiva, non dicetur esse nisi obscuratio quaedam, et haec corruptio non dicitur peccatum.

[Ad obiecta]: 1. Ad obiectum autem primum [d] in contrarium, dicendum [e] quod, licet haec tentatio sit propinquior rationi, a qua est origo peccati, non tamen propter hoc haec tentatio magis est cum peccato. Non enim haec propinquitas est ex parte qua ratio est motiva, sed ex parte qua est cognitiva; ex parte vero, qua est motiva, ratio est origo peccati.

2. Ad aliud vero [f] dicendum quod, licet tentatio in imaginativa, quantum est de se, incline rationem ad peccatum, in ipsa tamen ratione es inclinari vel [g] non inclinari, et propter hoc no est necessario haec tentatio cum peccato. Ne propter hoc dicitur tentatio, quae est ex carne esse [h] cum peccato propter fortitudinem inclinationis ad peccatum mortale, sed propter motun inordinatum venialem qui praecedit, ex quo sequitur inclinatio; talis autem motus venialis no praecedit in hac tentatione.

164 PARTICULA IV.

Utrum haec tentatio in non cadentibus sit ad profectum.

Deinde quaeritur utrum haec tentatio cedat ad profectum [i] bonorum.

Quod non, videtur, 1. quia haec tentatio fit in dormiente; in dormiente vero non est usus rationis; ergo nec profectus meriti; non ergo est ad profectum bonorum haec tentatio.

Contra: *a.* Dicit Gregorius[1]: « Sanctos, quo minus valet vigilantes, gravius tentat diabolus dormientes; quod Deus benigne permittit, ne saltem somnus a passionis [k] praemio vacet » Ergo tentatio huiusmodi cedit ad profectum bonorum.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod tentatio huiusmodi cedit ad profectum bonorum [l]; qu tamen profectus non est tempore dormitionis, se tempore vigiliae. Licet ipsa tentatio sit tempore dormitionis, sustinentia tamen tentationis est tempore dormitionis [m], sed perfecta repressio [n] es cum iam est usus rationis in ipsis vigilantibus

PROBLEMA II.

De tentatione interiori quae fit circa intellectivam.

Secundo quaeritur de tentatione interiori respectu virtutis intellectivae.

Et primo quaeritur si omnes cogitationes malae instinctu diaboli excitentur;

secundo, si non omnes, sed quaedam, utrun immittat diabolus cogitationes;

tertio, si non immittit cogitationes, utrum incendat;

quarto, quo modo dicatur incendere.

165 PARTICULA I.

Utrum cogitationes malae instinctu diaboli excitentur.

Circa primum sic proceditur: videtur quod omnes cogitationes malae instinctu diaboli excitentur. 1. Diabolus enim nunquam cessat a tentatione, secundum illud Iob 30,17-18: *Qui me comedunt, non dormiunt, et in multitudine horum consumitur vestimentum meum,* Gregorius[o 2]: « Maligni spiritus, qui carnales de Ecclesia consumunt, tanto magis quiescere a tentatione nesciunt, quanto nullo carnis pondere gravantur » Si igitur nunquam cessant a tentatione, nunquam cessant ab instinctu malarum cogitationum.

---

[a] V om. [b] R *respondetur* pro *R. e.* [c] V *corruptiones.* [d] Ita V, alii om. [e] Ita V, alii add. *est.* [f] V om. [g] B *et* [h] F om. [i] BT *profectui* pro *a. p.* [k] V *compassionis.* [l] B om. *Ad... bonorum.* [m] L om. *sustinentia... dormitionis,* in F est add. mg [n] V *depressio;* BT add. *tentationis.* [o] Z *Item Gregorius.*

1 Cf. *Moral.*, VIII, c. 24, n. 43 (PL 75, 827). | 2 *Moral.*, XX, c. 28 (PL 76, 172).

Contra. *a.* Dicitur in libro *De ecclesiasticis dogmatibus*[1]: « Non omnes cogitationes nostrae malae semper diaboli instinctu excitantur, sed aliquotiens ex nostri arbitrii motu emergunt ».

b. Item, potestatem habet homo, etiam[a] si non tentetur, cadendi in peccatum; sed casus in peccatum[b] ex cogitationibus malis originem habet; ergo non omnes cogitationes malae instinctu diaboli efficiuntur.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod non omnes cogitationes malae[c] fiunt instinctu diaboli.

Ad obiectum[d] 1. in contrarium dicendum est quod, licet non cesset diabolus a tentatione, non tamen omnis malae cogitationis est principium, sed coadiutor est, quantum est de se, ad casum in peccatum, non quia non possit esse sine eius tentatione peccatum, sed eius tentatione[e] ad peccatum facilius inclinatur[f]. Unde Gregorius[2], super Iob 16,14: *Convulneravit lumbos*[g]: « Convulnerare dicitur, quia quod[h] nobis male suggerit, nos sequentes ex propria voluntate implemus et quasi cum ipso nos pariter vulneramus[i] ».

PARTICULA II. 166

Utrum diabolus immittat malas cogitationes[3].

Secundo quaeritur si diabolus est immissor malarum cogitationum.

Quod videtur. 1. Iob 19,12: *Venerunt latrones*, Gregorius[k 4]: « Maligni spiritus, qui viam[l] sibi in afflictorum cordibus faciunt, inter adversa, quae exterius tolerantur, cogitationes pravas immittere non desistunt ».

2. Item, Augustinus, in libro *De consensu Evangelistarum*[5]: « Quo modo intrat in cor diabolus nisi immittendo[m] iniquas persuasiones cogitationibus iniquorum? » Ex quo accipitur quod diabolus immittit cogitationes malas.

Contra. *a.* Super illud Act. 5,3: *Cur tentavit Satanas?* Glossa[6]: « Implevit Satanas[n] cor avaritia, non intrando, sed malitiae suae[o] virus inserendo ». Ex quo colligitur quod daemones non sunt immissores malarum cogitationum.

b. Item, super illud Marc. 7,21: *Ab intus de corde hominum cogitationes malae procedunt*, Beda[7]: « Arguuntur ex hac sententia qui cogitationes a diabolo immitti putant, non ex propria nasci voluntate ». Ex quo accipitur quod diabolus non est immissor malarum cogitationum.

c. Praeterea, intellectus humanus non habet dependentiam ab intellectu angelico nec e converso, cum uterque immediate creatus sit[p] a Deo; ergo non est ipsius angeli pro voluntate sua immittere cogitationes ipsi homini, cum aequaliter sint liberi arbitrii, liberi vero arbitrii est cogitare vel non cogitare bonum vel malum.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod diabolus non est proprie immissor malarum cogitationum; immittere tamen dicitur dupliciter[q]: uno modo disponere ad hoc quod fiat, alio vero[r] modo facere. Secundum quod immittere est disponere quasi ab extrinseco, secundum hunc modum inveniuntur Sancti[8] qui dicant quod diabolus immittit cogitationes: offert enim animae similitudinem, in[s] ipsa vero anima est quod prosequatur vel fugiat ipsum oblatum. Non autem dicitur immissor cogitationum, id est factor: quod enim sint cogitationes malae, in quantum malae, est ab ipso homine; quod autem cogitationes, a Deo[9]. Et per hanc distinctionem possunt solvi ea quae obiciuntur.

[Ad obiecta]: 1. Illud enim quod dicit B. Gregorius de immissione, intelligitur communiter, prout immittere est disponere ad hoc ut fiat cogitatio.

2. Quod etiam dicit Augustinus de immissione cogitationis[t] malae in Iudam, non intelligendum est, sicut ipse exponit, quod non[u] sit prius possessus a diabolo, sed tunc plenius est possessus, quando voluntatem habuit in effectu tradendi Dominum. Et ponit Augustinus[10] tale exemplum: sicut de Apostolis, qui prius receperunt Spiritum Sanctum antequam missus esset Spiritus Sanctus[v] in Apostolos vel antequam insufflasset in eos Spiritum Sanctum, dicens[11]: *Accipite Spiritum Sanctum* etc. Missio ergo illa in cor Iudae non fuit missio per essentiam vel substantiam, sed fuit missio per operationem. Dicit igitur[x]

---

[a] Z *et.* [b] T om. *s. c. i. p.* [c] BT om. [d] BT add. *autem.* [e] L add. *homo.* [f] VRZ om. *Ad quod dicendum... inclinatur,* in FL est add. mg.; Z (manu multum posteriori) notat in mg. *Hic videtur deficere solutio huius questionis, ad quam videtur respondendum in partem negativam.* [g] V add. *meos.* [h] V om. [i] R add. mg. *quia ad perpetrandum ex libero scilicet arbitrio ducimur.* [k] Ita L, V *id est,* alii om. [l] T *tam;* B om. *sibi.* [m] R *immutando.* [n] L om. [o] F om. [p] Z *est.* [q] Z om. [r] B om. [s] T om. [t] R *cognitionis.* [u] V om. [v] L om. [x] BT *enim.*

1 Cap. 82 (PL 58, 999).
2 *Moral.*, XIII, c. 16 (PL 75, 1026).
3 Cf. Alex. Hal., *Summa theol.*, II, num. 210; S. Bonav., II *Sent.*, d. 8, p. 2, a. un., q. 4 (II, 230 sq.).
4 *Moral.*, XIV, c. 38 (PL 75, 1063).
5 Lib. III, c. 1, n. 4 (PL 34, 1159).
6 *Ordin.*, in h. l., ap. Lyran., ex Beda, in h. l. (PL 92, 954).
7 *In Marcum*, II, c. 7 (PL 92, 201).
8 Cf. hic, sub nn. 1-2.
9 Cf. supra, num. 10.
10 Loc. cit.
11 Ioan. 20, 22.

Augustinus, in libro *De anima et spiritu*[1], quod « solius Trinitatis est implere substantiam, quam condidit ». Unde super illud Habac. 2,20: *Dominus in templo sancto suo,* Glossa[2]: « Potest assidere [a] simulacris spiritus immundus, sed intrinsecus esse non potest ».

167 PARTICULA III.

Utrum diabolus sit incentor malarum cogitationum[3].

Tertio quaeritur I. utrum diabolus sit incentor [b] cogitationum.

Quod videtur, *a.* per hoc quod dicitur[4] Osee 7,4: *Omnes adulterantes quasi clibanus succensus a coquente;* per 'clibanum' significatur cor humanum; sicut ergo coquens [c] succendit ignem in clibano, ita diabolus ignem [d] concupiscentiae in corde; ergo diabolus est incentor.

b. Item, super illud Threnor. ultimo, 10: *Pellis nostra quasi clibanus exusta est,* Glossa[5]: « Diabolus, qui est fornax vitiorum, quotidie novis concupiscentiarum [e] incendit ustionibus ». Gregorius[6], super illud Iob 41, 12: *Flamma de*[f] *ore eius egreditur:* « Quidquid diabolus suggerit, ignis est, quo infructuosa ligna concremantur; igne autem terrenae [g] concupiscentiae eorum mens tangitur, qui nequaquam pretiosa metalla fieri concupiscunt ».

Contra. 1. Ignis concupiscentiae est penes ipsum hominem et potestas cogitationum malarum est penes ipsum; cogitationes autem malae sunt fomentum illius ignis; ergo ipse homo est incentor malarum cogitationum.

2. Item, incendere ignem vel est praebere materiam ipsi igni vel flatum; diabolus ergo, si est incentor, altero illorum modorum incendit. Sed non praebet materiam, cum materia sint ipsa desideria: in ipsis enim desideriis malis nutritur ignis concupiscentiae. Nec facit flatum: flatus enim [h] ex aliqua materia extrinseca accipitur, et ignem fervere facit quasi extinguendo [i]: flatus enim potest esse causa extinctionis; si vero resistere potest ignis, causa est augmenti; suggestio vero diaboli non habet hoc principaliter ut extinguat ignem [k] concupiscentiae, sed ut fervere faciat; ergo non se habet per modum flatus: ignis enim concupiscentiae non augetur resistendo suggestioni, sed cedendo [l] ipsi suggestioni.

II. Item, obicitur ratione cuiusdam verbi quod dicit Augustinus[7], quod « diabolus [m] est plenus incentivis vitiorum ». 1. Quaeritur enim [n] quid dicantur hic [o] incentiva vitiorum. Numquid cogitationes malae, quae sunt in eo, vel [p] affectiones vel aliquid aliud, quod motivum est ad cogitationem malam vel affectionem?

2. Praeterea, si « plenus est incentivis vitiorum », non videtur ei posse superaddi; ergo non potest habere plura incentiva [q] quam habet. — Sed videtur contrarium: potest enim augmentum recipere peccatorum et secundum [r] unumquodque peccatum est aliquod [s] incentivum; ergo potest habere plura incentiva vitiorum.

3. Praeterea, numquid homo peccator, ut Antichristus, dicitur « plenus incentivis vitiorum » aut hoc est proprium diaboli esse plenum incentivis vitiorum?

4. Item, si est « plenus incentivis vitiorum », quo modo est quod non [t] usquequaque incendit, vel qualiter cor aliquod ei resistit, quod incendi potest?

[Solutio]: I. Ad quod dicendum quod diabolus dicitur 'incentor vitiorum' secundum hoc quod dicit Beda[8], Matth. 7,21: « Diabolus incentor est malarum cogitationum, auctor autem esse non potest. Si autem in insidiis semper positus levem cogitationum nostrarum scintillam suis fomitibus inflammaverit, non debemus dicere eum cordis occulta rimari ».

[Ad obiecta]: 1. Ad id vero quod obicitur in contrarium, dicendum est quod aliter dicitur ipse homo incendere cogitationem malam et aliter diabolus. Homo enim dicitur incendere ut qui praebet pabulum igni, diabolus vero ut coadiutor. Per hoc enim quod videt nos pronos ad aliqua genera peccatorum, illa delectabilia procurat ante poni, ut ex illis inducatur intellectus ad cogitandum de illis illicito modo[9], et per hunc modum est coadiutor.

2. Nec dicitur proprie praebere materiam ipsi [u] igni concupiscentiae vel flatum omni modo, sed excitare secundum iam dictum modum interius vel exterius ad hoc quod cogitationes malae in effectum educantur.

---

[a] B *considerare*, T *considere*. [b] V *incensor*, Z *intentor*, item infra. [c] V *coquus*. [d] T om. *in.. ignem*. [e] V *concupiscentiam*. [f] V *ex*. [g] R om. *a. t*. [h] R *autem*. [i] Ita V, alii *resistendo*. [k] F om. [l] V *credendo*. [m] L om. [n] V om. [o] Z *hec*. [p] BT *iam*. [q] R add. *vitiorum;* V om. *habere*. [r] B *sed* pro *e. s*. [s] B *aliud*, R *aliquid*. [t] BT om. [u] V om.

1 Cap. 27 (PL 40, 799). 2 *Interlin.*, in h. l., ap. Lyran.
3 Cf. Alex. Hal., *Summa theol.*, II, num. 210; S. Bonav., II *Sent.*, d. 8, p. 2, a. un., q. 5 (II, 231 sq.).
4 Cf. *Ordin.*, in h. l., ap. Lyran.
5 *Ordin.*, in h. l., ap. Lyran.
6 *Moral.*, XXXIII, c. 39 (PL 76, 717).
7 Verbotenus ap. Bedam, *In Act. Apost.* 5, 3 (PL 92, 954) cf. Augustin., *De continentia*, c. 5, n. 13 (PL 40, 357).
8 *In Marcum*, II, c. 7 (PL 92, 201).
9 Cf. supra, num. 161, sub lit. *a*.

II. 1. Ad id vero quod obicitur de hoc quod dicit Augustinus quod « diabolus est plenus incentivis vitiorum »: dicendum [a] quod incentiva dicuntur motiva ad cogitandum malum [b], quae per quamdam originem sunt in ipsis daemonibus, qui pleni sunt malis cogitationibus et affectionibus et intendunt consimilia in aliis generare, et ideo incentiva dicuntur.

2. Ad secundum vero [c] dicendum quod ideo plenus dicitur incentivis [d], quia omnia genera suggestionum penes ipsum habent originem: ante enim quam [e] suggerat, vult suggerere, et ante voluntatem naturaliter est ipsa cogitatio, licet simul sint. Plenus ergo dicitur quoad causalitatem suggestionis in aliis, et plenus dicitur malitia in se, quia nullus est deterior, non quia non possit esse.

3. Ad tertium dicendum [f] quod homo peccator non dicitur plenus incentivis vitiorum, ut Antichristus, licet dicatur plenus malitia. Aliud enim est esse plenum effectu et [g] aliud est plenum esse causalitate. Plenus effectu malitiae sic potest dici Antichristus plenus malitia, quia illum diabolus totum possidebit; et dicit Glossa super illud [1]: *Ostendet se tamquam sit Deus,* Glossa [h 2]: « In Antichristo plenitudo malitiae habitabit ». Non tamen est ibi plenitudo quoad causalitatem. Hoc autem modo dicitur diabolus « plenus incentivis vitiorum ».

4. Ad ultimum dicendum est quod, licet sit plenus incentivis, non tamen habet sufficientem potestatem et efficacem incendendi omne cor humanum. Sicut enim non omnis materia obediens est igni, sic nec omne liberum arbitrium humanum sequitur incendium diaboli. Unde dicit Ioannes Damascenus [3] quod potens est diabolus immissiones facere, « in nobis autem est ea suscipere vel non suscipere ».

Particula IV. 168

Quo modo diabolus dicatur incendere cogitationes.

Quarto quaeritur I. quo modo diabolus incendat cogitationes.

Et videtur ex iam dictis [4] 1. quod incendere nihil aliud est quam disponere vel excitare ad hoc quod ipse intellectus cogitet de malo; sed haec dispositio intellectus ad cogitandum de malo, secundum quod [i] videtur Augustinus dicere, in libro *83 Quaestionum* [5], non est aliud quam « replere quibusdam nebulis meatus intelligentiae »; ergo hoc incendere nihil aliud est quam obscurare.

2. Quod etiam videtur per hoc quod dicitur [6] super illud [7]: *Manus tuae fecerunt me,* cum [k] exponitur qualiter angelus dat intellectum. Dicitur enim angelus dare intellectum ad modum illum quo aliquis [l] dicitur dare lumen, quando aperit fenestram [m]. Ergo per oppositum angelus malus dicitur auferre intellectum obscurando [n] meatus intelligentiae.

Sed secundum hoc posset quaeri *a.* quare diceretur potius tunc [o] incentor quam obscurator. Obscurare enim est dare impedimentum luminis, incendere vero [p] dare fomentum ardoris. Videtur autem ex hoc dici incentor, quia dat fomentum ardoris [q], per hoc quod dicit Beda [8]: « Cogitationum nostrarum scintillam suis fomitibus inflammat ». Ergo habet fomenta, per quae potest inflammare.

II. Potest ergo quaeri quae sint ista fomenta et qualiter adiciantur ad hoc ut fiant incendium [r] cogitationum malarum [s].

Videtur autem 1. quod haec [t] fomenta sumantur ex diversis generibus creaturarum, secundum quod dicit Augustinus, in libro *De civitate Dei* [9]: « Illiciuntur daemones ad inhabitandum per creaturas, quas [u] non ipsi, sed Deus condidit, delectabilibus pro sua diversitate diversis, non ut animalia cibis, sed ut spiritus signis, quae cuiusque delectationi [v] congruunt, per varia genera lapidum, herbarum, lignorum, animalium [x], carminum et rituum ».

a. Sed, si [y] incendere nihil aliud esset [z] quam praestare huiusmodi fomentum ex delectabilibus in creaturis, secundum hoc non fieret incendium cogitationum malarum nisi per praesentiam sensibilium. — Cuius contrarium videmus. Nam abstractis sensibilibus, ut in dormientibus, fiunt tentationes; circa etiam res non sensibiles, sed

---

[a] Ita V, alii add. *est.* [b] V add. *et.* [c] V om. [d] Ita V, alii om. [e] B add. *ipse.* [f] Ita V, alii add. *est.* [g] V om. [h] B om. [i] V *sicut* pro *s. q.*; B om. *sed... malo.* [k] BT *illud.* [l] BT *quis.* [m] F *fenestras.* [n] V *obtenebrando.* [o] Z *esse.* [p] BZ add. *est.* [q] V om. *videtur... ardoris.* [r] V *incendia.* [s] Ita BT, VFRZ *malorum,* L *malarum* pro *c. m.* [t] T om. [u] V *quasi.* [v] FRL *dilectioni;* FLZ *vana* pro *varia.* [x] B om. [y] B om. [z] B *est.*

1 II Thessal. 2, 4.
2 Lombardi, in h. l. (PL 192, 317).
3 *De fide orthod.*, II, c. 4 (PG 94, 878).
4 Cf. supra, num. 166.
5 Quaest. 12 (PL 40, 14).
6 *Glossa* Lombardi, in h. l. (PL 191, 1081).
7 Psalm. 118, 73.
8 *In Marcum*, II, c. 7 (PL 92, 201).
9 Lib. XXI, c. 6, n. 1 (PL 41, 717).

etiam intelligibiles, incendunt daemones cogitationes malas; non ergo incendium cogitationum malarum est tantum per delectabilia, quae sunt in rebus sensibilibus, vel per tristabilia eis opposita.

[Solutio]: I. Ad quod dicendum quod aliud est incendere cogitationem malam et aliud est obscurare cogitationem. Obscurare enim cogitationem est ne videat quid [a] agendum est vel eligendum, incendere vero est [b] movere ut eligat quod eligendum non est, et [c] per consequens appetat. — Ad id vero quod quaeritur 'quae sint illae nebulae, quibus replet meatus intelligentiae', dicendum [d] quod nebulae illae sunt quaedam poenalitates ex peccato contractae, ad quod peccatum inclinavit diabolus hominem. Et nebulae istae relinquuntur tum ex peccato originali, tum ex peccato actuali; et sunt hae nebulae quasi mediae, ne lumen, quod *illuminat omnem hominem*[1], mentem nostram illuminet. Has tamen nebulas non potest inducere nisi praecedente consensu liberi arbitrii.

II. Ad id vero quod quaeritur de fomentis incendii, dicendum est quod fomenta incendii trahuntur [e] tum ex apparentibus delectabilibus, quae sunt in rebus sensibilibus, tum ex apparentibus delectabilibus, quae sunt in rebus intelligibilibus [f]. Ex delectabilibus autem in rebus sensibilibus trahuntur, cum res sensibiles per species suas veniunt ad intellectum; ex intelligibilibus vero per quemdam modum occultum, secundum quem daemones [g] excitare possunt nostrum intellectum inspirando mentibus virus occultum, sicut dicit Augustinus[2]. Quo autem modo hoc fiat, nostrum excedit intellectum.

169

CAPUT VIII.

DE REMEDIO TENTATIONUM.

Completo Tractatu de differentiis tentationum [h] et quo modo fiant [i], octavo quaeritur de remedio tentationum. Et hoc attenditur dupliciter: vel de remedio quod est contra tentationes vel de remedio quod accidit [k] ex tentationibus.

I. Quod enim remedium accidat ex tentationibus, patet *a.* per hoc quod dicitur II ad Cor. 12, 7: *Ne magnitudo revelationum extollat me, datus est mihi angelus Satanae, stimulus carnis, qui me colaphizet.* Ergo Apostolo data fuit tentatio ad repressionem elationis. Unde in Glossa[3]: « Contra capitale vitium datum est mordax epithima, quo tumor curaretur ». Et dicit Haymo[4]: « Tentatione carnis tamquam tyriaca fugavit venenum superbiae, ipsamque tentationem sic disponit Dominus [l] ut qui elati perire poterant, in humilitatis gradu consistentes a praecipitatu [m] serventur ».

Sed videtur mirabile, 1. cum Apostolus obtinuerit tantam gratiam a Domino [n] ut raptus esset *usque ad tertium caelum*, qualiter tam graviter potuit tentatione urgeri.

[Solutio]: 1. Ad quod dicendum videtur per [o] hoc quod dicit B. Gregorius[5]: « Superna dispensatio carnis nostrae permittit nos impugnationibus concuti, ne nostra mens in superbiam audeat praesumptione securitatis elevari, ut, dum pulsata [p] trepidat, in solo auctoris adiutorio spem pedem robustius figat ». Unde Apostolus, qui ex parte spiritus tantam habuit ex gratia exaltationem, tantam ex parte carnis invenit humiliationem, ut de viribus suis non confideret, sed de solo Dei adiutorio speraret. Et ideo dictum est ei [q] a Domino[6]: *Sufficit tibi gratia mea.* Similiter Iob 10, 16 legitur [r]: *Propter superbiam quasi leaenam capies me,* ubi dicit Gregorius[7]: « Dum aliquis de virtutibus [s] praesumit, mira Dei [t] dispositio parat ei aliquid, quo delectatus corruit, unde per se non exit, sed cognita infirmitate quasi devinctum Deus educit [v]; propter superbiam ergo qua se extulit lapsus, in humilitate ligatur ».

II. Item, est remedium contra tentationem *a.* oratio. Unde dicit B. Gregorius[8]: « Restat ut a [x] malignis spiritibus mens adusta, ad orationis opem se sine intermissione convertat [y] flammam suggestionum [z] eius extinguat quam citius unda lacrimarum ».

---

[a] Ita V, alii *quod.* [b] L om. [c] Z *cum.* [d] Ita V, alii add. *est.* [e] Z *contrahuntur;* V om. *ex,* in R est add. interl. [f] BT *irrationabilibus.* [g] V *omnes;* Z *quemdam omnes* pro *q. d.* [h] Ita BT, alii *tentationis.* [i] L *fiat.* [k] B add. *ei.* [l] V *Deus;* B om. *ut.* [m] BT *precipitata.* [n] VR *Deo.* [o] V *quod.* [p] R *depulsata* pro *d. p.,* quod L corr. [q] R om. [r] V *loquitur.* [s] B *viribus.* [t] Ita V, alii om. [u] V add. *ventūm.* [v] VZ *eduxit.* [x] BT *in.* [y] B add. *ut.* [z] V *suggestionis.*

1 Ioan. 1, 9.

2 Cf. *De Gen. c. Man.,* II, c. 14, n. 20 (PL 34, 207).

3 Lombardi, in h. l. (PL 192, 85). Epithema (επίθημα) est medicamentum quod exterius imponitur, v. g. cataplasma vel emplastrum.

4 Cf. *Expositio,* in h. l.: « Antidotum tyriacum, quod de serpente conficitur qui vocatur Tyrus sive Tyriacus, a quo et tyriacum appellatur, et fugat venenum aliud » (PL 117, 665).

5 *Moral.,* IX, c. 56 (PL 75, 906).

6 II Cor. 12, 9.

7 Cf. *Moral.,* IX, c. 57 (PL 75, 907), verbotenus *Ordin.* in h. l., ap. Lyran.

8 *Moral.,* XXXIII, c. 39 (PL 76, 718).

b. Item, vigilantia [a] sive sollicitudo necessaria est contra tentationem. Unde B. Gregorius [1]: « Vigilandum semper est ut mens sollicita nunquam relaxetur ab intentione superna, semper contra occultas insidias cautela est providenda. Unde Habac. 2,1: *Super custodiam meam stabo et figam gradum meum;* Ierem. 31,21: *Statue tibi speculam* [b], *pone tibi amaritudinem;* et Cant. 3,8: *Uniuscuiusque ensis super femur suum propter timores nocturnos.* Ne ergo occultus timor, id est occulta et [c] repentina tentatio, subrepat, semper [d] necesse est ut femur nostrum superpositus custodiae ensis premat. Sancti enim viri sic de spe sunt certi, ut de tentatione semper sint suspecti ».

CAPUT IX. 170

UTRUM DIABOLUS SEMPER TENTET.

Nono quaeritur utrum diabolus semper tentet.

Quod videtur, 1. per hoc quod dicitur Iob 30,17, super illud: *Qui me comedunt, non dormiunt,* Glossa [2]: « Maligni spiritus tanto magis a tentatione quiescere nesciunt, quanto nullo pondere carnis gravantur ». Sed constat quod nullo carnis pondere gravantur; ergo non cessant a tentatione.

2. Item, super illud Iob 20,25: *Vadent et venient* [3]: « Maligni spiritus mentibus sunt horribiles; saepe namque [e] furore irae commovent, et, cum furor abscesserit, mentem luxuria devastat [f]; cum luxuria ad tempus intermittitur, elatio de continentia subrogatur ». Ex quo videtur quod daemones non cessent a tentatione.

3. Praeterea, causa tentationis actualis semper est in diabolo: non enim cessat invidere; invidere autem est causa tentationis; ergo diabolus non cessat a tentatione.

Contra. *a.* Iob 3,6 super illud: *Noctem illam tenebrosus turbo possideat,* Glossa [4]: « Aliis, quos secure possidet, dormit, sed iis evigilat ad omnem pugnam ».

b. Item, Luc. 4,13 [5]: « Antiquus hostis aliquando intermittit tentare ». Ergo non semper tentat.

[Solutio]: Ad quod dicendum [g], secundum quod dicit B. Gregorius [6]: « Licet hostis noster [h] afflictionem iustorum semper appetat, nisi ab Auctore nostro potestatem acceperit, ad tentationis articulum nullo modo convalescit ». Licet ergo de se intendat ruinam hominis, non tamen semper [i] tentat hunc vel tentat illum. Cessat enim aliquando [k] tentare bonos, tum quia non est ei concessa potestas [7], tum quia timet aliquando superari [8]; ut ergo securiores sint, a tentatione desistit. Respectu vero malorum aliquando cessat [l] a tentatione, ne nimis fatigati tentationibus, ad poenitentiam peccatorum provocentur [9].

CAPUT X. 171

UTRUM SEMPER CRESCAT DIABOLI APPETITUS AD TENTANDUM.

Ultimo quaeritur utrum crescat semper appetitus diaboli ad tentandum vel etiam aliquando plus quam in alio tempore.

Quod videtur. *a.* Apoc. 12,12: *Vae terrae et mari, quia descendit diabolus ad vos habens magnam iram!* Sed quid est vehemens ira nisi appetitus persequendi humanum genus [10]? Ergo magis saevit ad tentandum nunc quam prius.

b. Item, Haymo [11]: « Tanto ferventius tentat, quanto videt multos [m] in locum suum substitui ». Ergo ferventius tentabit in fine mundi.

c. Item, peccatum eius crescit, et quanto magis crescit malitia, tanto deterior est voluntas nocendi humano generi, et quanto deterior est voluntas, tanto maior [n] est appetitus nocendi; ergo semper crescit eius appetitus.

Sed videtur contrarium. 1. Quanto enim aliquis plus satiatur, tanto minus appetit; sed quanto plures trahit ad infernum, tanto plus satiatur vel ad satietatem accedit; ergo [o] tanto minus appetit.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod quanto magis videt appropinquare finem mundi, tanto magis crescit eius appetitus, secundum quod habetur

---

[a] VR *vigilia.* [b] BT *speculationem.* [c] T om. [d] R om. [e] BT *enim.* [f] V *devastant.* [g] Ita BTR, alii add. *est.* [h] T *videtur.* [i] V om. [k] V *aliquos;* B om. *enim.* [l] V om. *Respectu... cessat.* [m] VZ *multas.* [n] V *magis.* [o] Z om.

1 *Moral.*, XX, c. 3, n. 8 (PL 76, 139sq.).
2 *Ordin.*, in h. l., ap. Lyran., ex Gregorio M., *Moral.*, XX, c. 28 (PL 76, 172).
3 *Ordin.*, in h. l., ap. Lyran., ex Gregorio M., *Moral.*, XV, c. 27 (PL 75, 1098).
4 *Ordin.*, in h. l., ap. Lyran.; cf. Gregor. M., *Moral.*, IV, c. 23 (PL 75, 657).
5 *Interlin.*, in h. l., ap. Lyran.
6 Cf. *Moral.*, II, c. 10, n. 16sq. (PL 75, 563sq.).
7 Cf. supra, num. 101sq.
8 Cf. supra, num. 103sq.
9 Cf. supra, num. 140.
10 Cf. *Interlin.*, in h. l., ap. Lyran.
11 Cf. *In Apoc.*, IV, c. 12, 12 (P 117, 1088).

Habac. 2,5: *Dilatavit quasi infernus animam suam, et ipse quasi mors, et non adimpletur*[1]. Et Prov. 30,15-16, secundum unam expositionem[2]: *Tria sunt insaturabilia*[a] etc., *infernus, terra*[b] *et os vulvae,* ubi per infernum significatur diabolus[c], qui nunquam satiatur. Nec est simile de eo qui saturatur[d] cibo materiali: in satietate[e] enim cibi materialis positus est terminus, in satietate vero desiderii mali non est positus terminus[f]. Et ideo aliter est in satietate mali desiderii et[g] satietate appetitus sensibilis: hic enim remittitur appetitus, ibi vero[h] augetur appetitus.

Sed adhuc posset obici quod minui deberet appetitus tentandi[i] quanto magis appropinquat ad diem iudicii, quia quanto magis appropinquat ad diem iudicii[k], tanto novit determinationem[l] poenae sibi imminere pro peccatis et pro pluribus maiorem poenam; ergo ex timore poenae deberet minui appetitus tentandi: secundum enim crementa[m] appetitus est crementum peccati. — Ad quod dicendum quod timor poenae, sicut dicit B. Gregorius[3], non retrahit diabolum a peccato: peccat enim ex praesumptione, et ideo quanto magis appropinquat tempus iudicii, in quo auferetur potestas eius tanto magis exercebit tyrannidem: credit enim plures suae potestati subesse, sed *spes eius frustrabitur* [4].

TITULUS II.

DE MERITO DIABOLI.

Completo Tractatu de tentatione diaboli in generali, occasione illius quaeritur
Utrum possit in statu, in quo est, demereri;
secundo, utrum continue demereatur;
tertio, utrum omni motu demereatur.

172

CAPUT I.

UTRUM DIABOLUS POSSIT IN SUO STATU DEMERERI.

Circa primum sic obicitur: 1. Ioan. 9,4: *Venit*[n] *nox in qua nulli licet operari,* Glossa[5]: « Infernalis nox, in qua nulli licitum est operari, sed tantum tempus recipiendi ». Sed daemones sunt in hac nocte; ergo tantum est eis tempus recipiendi, non merendi praemium vel demerendi, quia non sunt in statu viatoris.

2. Item[o], Eccle. 9,10: *Non est opus nec ratio nec sapientia nec scientia apud inferos, quo tu properas,* Glossa[6]: « Cetera non valebunt post mortem » etc. Relinquitur ergo ex hoc quod, si boni post mortem non possunt mereri, quod nec mali demereri.

3. Item, super illud Psalmi[7]: *In inferno quis confitebitur tibi?* Glossa[8]: « Post hanc vitam non est tempus acquirendi nec aliquid redditur nisi retributio ».

4. Item, Ioannes Damascenus[9]: « Quo hominibus mors est, hoc est angelis casus ». Se post mortem non est meritum vel demeritum i hominibus; ergo nec similiter in angelis pos lapsum, sicut nec in[p] hominibus post morten quia casus[q] dicit ordinem irregressibilem ad vitar gratiae[10], sicut mors in hominibus ad vitam[r].

5. Item, Matth. 22,13: *Ligatis manibus et pe dibus, mittite eum* etc. Ergo daemonibus est l gata libertas arbitrii et est sibi[s] in poena; erg ante fuit aliquo modo libertas; ergo, si mod missi sunt in tenebras, non est eis aliquo mod status merendi vel demerendi.

6. Item, si dicas quod possunt demereri sive nor mereri, hoc non videtur, quia in bonis angeli post confirmationem non[u] est possibilitas ad me rendum ulterius vitam aeternam, sed possur

---

[a] V *insatiabilia.* [b] Ita B, alii om. [c] V *dives.* [d] V om. *nec... saturatur.* [e] V *satietati;* VZ om. *in.* [f] VZ om. *n. e. p.* [g] V add. *ideo in;* Z om. *m. d. e. s.* [h] V *non.* [i] V *quia tentatio;* B add. *quia.* [k] VBT om. *quia... iudicii,* in F est add. mg. [l] BT *deteriorationem;* V om. *sibi.* [m] BT *crementum.* [n] BT *veniet.* [o] T *iterum.* [p] Ita B, alii om.; V *sic* pro *sicut.* [q] T *eius.* [r] R add. mg. *nature.* [s] Ita L (corr.), alii *sicut.* [t] Ita BT, alii om. [u] V om.

1 Cf. *Interlin.*, in h. l., ap. Lyran.
2 *Ordin.*, in h. l. (PL 113, 1113).
3 Cf. *Moral.*, XXXIV, c. 21, n. 41 (PL 76, 741).
4 Iob 40, 28.
5 *Ordin.*, in h. l. (PL 114, 394sq.); cf. Augustin., *In Ioan.*, tr. 44, n. 6 (PL 35, 1716).
6 *Ordin.*, in h. l. (PL 113, 1124).
7 Psalm. 6, 5.
8 Cf. Lombard., in h. l. (PL 191, 106); Augustin., h. l. (PL 36, 93).
9 *De fide orthod.*, II, c. 4 (PG 94, 878).
10 Cf. supra, num. 75 et 99.

mereri quoad nos; ergo nec in malis, scilicet daemonibus, per oppositum erit possibilitas ad demerendum visionem Dei sive poenam; ergo videtur quod non demerentur.

Contra. *a.* Matth.[a] 8,29: *Ut quid venisti ante tempus torquere nos?* etc. Ergo in futuro erit tantum tempus tormenti, quod nondum habent; ergo nunc est eis status meriti poenae sive[b] demerendi.

b. Item, Apoc. 12,12: *Descendit diabolus ad nos, habens iram magnam, sciens quoniam*[c] *modicum tempus habet.* Ergo aliquod tempus habet[d] et ita illud tempus habet meriti[e], in quo non habet poenam, quam habebit; et sic relinquitur quod sunt in statu merendi.

c. Item, Eccle. 9,5, super illud: *Nec habent ultra*, ita exponunt[1]: Ubi dicant eos in hoc saeculo et sub sole quem cernimus habere nullam communionem, habere vero sub alio saeculo et sub sole iustitiae, « et non excludi opinationem quae contendit, postquam de hoc saeculo migraverimus, et offendere posse creaturas rationales et promereri[f] ? »

Respondeo: In *Sententiis*[2] duplex tangitur opinio[g]. Utraque concordat in eo quod daemones possunt demereri et angeli boni mereri; unde boni per custodiam possunt aliquid mereri et[h] mali per suggestionem demereri. Sed nota quod secus est de homine et de daemonibus, quia homini determinatur locus et tempus ad merendum, tempus autem tantum daemonibus. Et haec est ratio: homo corporalis creatura est et spiritualis; locus autem determinatur secundum corpus, tempus secundum spiritum; angelo autem, quia tantum spiritualis creatura est, determinatur tantum tempus[i]. Unde, ut dicit Augustinus[3], « Deus movet[k] spiritualem creaturam per tempus, sed corporalem per tempus et locum ». Determinatur autem tempus merendi angelo. Sed nota quod duplex est[l] meritum praemii in nobis. Quoddam enim est in visione Dei, quod dicitur aurea, aliud est in gloria de conservatione[m] subditorum in fide et bonis moribus, et hoc dicitur[n] aureola[4]. Angeli autem[o] ante lapsum malorum et confirmationem[p] bonorum habuerunt tempus merendi praemium visionis Dei et illius continuationis; unde ultra illud tempus merendi non oportet ponere quod modo mereantur[q] illud praemium. Sed de alio praemio, quod est quasi aureolae, est tempus merendi usque ad iudicium: quantum enim durabit[r] meritum in hominibus, durabit et in angelis quoad custodiam hominum. Similiter in malis angelis e contrario est duplex[s] demeritum: unum est quo meruerunt carentiam visionis Dei, aliud in suggestione facta hominibus. Et ratione istius habebunt poenam in iudicio determinatam, et sicut crescit hoc demeritum, ita maior erit poena; et pro isto videtur dici illud in Evangelio[5]: *Ut quid venisti ante tempus torquere nos?*

Ad obiecta autem[t] respondendum est. 1. Ad primum sic: concedendum est quod daemones sunt in nocte, et ideo non licet eis operari, id est mereri bonum. Est autem alia nox generalis, quae veniet post diem iudicii, et tunc remanebit eis status, in quo non poterunt[u] demereri, sed recipere poenam secundum demeritum.

2. Ad secundum vero dicendum quod loquitur ibi Glossa de hominibus, quibus non est locus merendi post mortem, sed non est usquequaque simile de angelis.

3. Similiter illud quod dicitur in Psalmo: *In inferno quis confitebitur tibi?* Ubi[v] dicitur quod « post hanc vitam non est tempus acquirendi ».

4. Ad id vero quod dicit Ioannes Damascenus « quod est hominibus mors » etc.: dicendum quod in parte est simile de angelis lapsis et hominibus et in parte non. In hoc enim est simile quod sicut non est homini post mortem regressus ad vitam naturae, ita nec diabolo post lapsum ad vitam gratiae; in hoc autem est dissimile quod homines post mortem non possunt demereri, angeli vero post lapsum[x] habent tempus demerendi.

c. Ad id vero quod obicitur de Glossa Eccle. 9,5, dicendum[y] quod illa Glossa recitat opinionem quorumdam[6], qui dicebant malam voluntatem manere in damnatis et per eamdem demereri; sed, licet mala voluntas permaneat in damnatis, non est tamen principium[z] demerendi.

Sed posset quaeri quare perversa voluntas reputatur daemonibus in demeritum, cum sint damnati, et non reputatur hominibus damnatis ad demeritum? — Ad quod respondendum, secundum Bernardum, in libro *De libero arbitrio*[7]; dicit enim sic: « Duo iniustam comprobant

---

[a] B om. [b] V *vel.* [c] Z *quomodo.* [d] L om. *e. a. t. h.*; Z *cum* pro *illud.* [e] RZ (corr.) *mereri*, quod FL corr.; V om. *habet.* [f] Ita FR in mg., alii om. *item... promereri.* [g] L add. interl. *et.* [h] BTRL om. [i] Z *tempore*; B om. *unde*; V om. *Augustinus.* [k] V add. *tantum.* [l] BT *duplex* pro *q. d. e.* [m] V *continuatione*, Z *conterminatione*; VFZ *subiectorum* pro *subditorum.* [n] V *est.* [o] V om. [p] BT *conservationem.* [q] RL *merentur*, quod F corr.; T om. *modo.* [r] Z *dabitur.* [s] Z *dicendum.* [t] Ita VR, alii add. *sic.* [u] VRZ *poterit*; V om. *eis.* [v] R om., in F est add. interl. [x] V *casum.* [y] Ita V, alii add. *est.* [z] V *premium.*

1 *Ordin.*, in h. l., ap. Lyran.
2 Lombard., II, d. 11, c. 2 (p. 355sqq.).
3 *Dialog. quaest. 65*, q. 40 (PL 40, 746).
4 Cf. supra, p. 72, nota 6.
5 Matth. 8, 29.
6 Cf. Lombard., IV *Sent.*, d. 50, c. 1 (p. 1032sq.); Augustin., *Enchir.*, c. 110-112 (PL 40, 283sq.); J. Stufler, *Die Verstocktheit der Verdammten*, in *Zeitschr. f. Kathol. Theol.*, XXVII, 1903, pp. 249sqq.
7 Cap. 9, n. 31 (PL 182, 1018).

voluntatem, cum peccare libet et cum impune peccare libet». Prima perversitas est modo in daemonibus et in malis hominibus et est[a] in demeritum; secunda erit in futuro post iudicium, cum placebit daemonibus et hominibus[b] damnatis deformitas peccati[c], dummodo non esset poena. Prima perversitas est contra iustitiam meritorum, secunda contra iustitiam retributorum. In prima vero, quae est contra iustitiam meritorum[d], demerentur et, si secunda perversitas modo esset, esset[e] eis in demeritum; sed illa, quae est contra iustitiam retributorum[f], tunc cedet eis in poenam, quia displicet eis poena, quae iuste eis infligitu Ratio autem quare ista est damnabilis daemonibu illa non[g] damnatis hominibus, est supra tacta quia hominibus damnatis omnino transiit[h] tempu merendi et demerendi, daemonibus non.

5. Ad id vero quod obicitur Matth. 22,1 *Ligatis manibus* etc., dicendum[i] quod, licet mod sint in tenebris mali homines damnati et de e proprie[k] dicatur, potest tamen ad ipsos daem nes referri post iudicium, quibus tunc omnin ligata erit libertas arbitrii ad demerendum, mod vero ita ligata est ut non possint mereri.

173 CAPUT II.

UTRUM DIABOLUS CONTINUE PECCET ET DEMEREATUR USQUE AD IUDICIUM[2].

Secundo quaeritur utrum diabolus continue[l] peccet et demereatur usque ad iudicium.

Quod videtur. *a.* I Ioan. 3,8, super illud: *Diabolus ab initio peccat,* Glossa[3]: « Incipiens peccare, continue peccat usque in finem ».

b. Item, Iob 40,23: *Numquid feriet*[m] *tecum pactum?* Glossa[4]: « Iustos semper malivole tentare appetit ». Sed, si semper appetit malivole, continue peccat; ergo diabolus continue peccat[n].

c. Item, Habac. 1,17, super illud: *Semper interficere gentes,* Glossa[5]: « Totum studium diaboli est ut semper interficiat ». Interfectio autem ista est per mortale peccatum; ergo totaliter studet diabolus ad hoc ut homines peccent, et in hoc studio est; ergo semper diabolus peccat.

d. Item, Prov. 30,15: *Sanguisugae,* Glossa[6]: « Sanguisuga est diabolus, qui siti peccandi et peccata perpetrandi perpetuo ardet ».

e. Et super illud Psalmi[7]: *Effabuntur et loquentur*[o], Glossa[8]: « Publicas et privatas persuasiones, ne quod tempus vacuum sit a culpa ».

f. Item, super illud Exodi 5,11: *Non*[p] *minuetur quidquam*[9]: « Continue[q] vult diabolus et ministri eius opera mala fieri ».

Contra. 1. Iudith 11,1: *Dicit Holofernes: Nulli unquam nocui, qui servire voluit Nabuchodonosor.* Holofernes autem typum gerit alicuius daemonis, Nabuchodonosor vero typum capitis malorun et ita aliquando videtur cessare a peccato[10].

2. Praeterea, affectus eius non est simul a diversa, sed modo vult unum, modo aliud. ergo aliquando voluntas eius cadit super illu quod bonum est, ut exire de obsessis[r] corpor bus, non autem simul est in bonum et in malu ergo tunc non est voluntas eius in malum; erg non continue peccat.

3. Similiter, timere Deum est quidam motus d bitus: et, sicut dicitur Iac. 2,19: *Daemones cr dunt et contremiscunt;* ergo motus bonus est eo[s]; sed, cum motus bonus est in aliqua vi, nc simul est motus malus; ergo non continue, videtur, peccat.

[Solutio]: Ad quod respondendum quod cont nue est in peccato et in voluntate nocendi alicu secundum illud Iob 30,17: *Qui me comedunt, nc dormiunt*[11]. Neque est in eis tantum voluntas h bitus, sed[t] etiam voluntas actus.

[Ad obiecta]: 1. Ad id vero quod obicitur contrarium dicendum est quod, cum dicitur Iudi 11,1: *Nulli nocui,* sensus est: nullum de m voluntate sensibiliter afflixi, quia propria volu tate cucurrit ad peccatum. Et hoc est quod d citur a Gregorio[12]: « Illos pulsare negligit, qu quieto iure possidere se sentit[u] ». Unde, si gr varet illos tentationibus, propter gravamen tent tionum[v] forte confugerent[x] ad poenitentiam[13].

---

[a] V om., in Z est add. mg. [b] B om., T *in;* V add. *demonibus et,* L add. *et.* [c] L om.; V om. *non.* [d] R om. [e] V om., F est add. mg.; R om. *eis.* [f] Ita V, alii *retributionis.* [g] V *vero.* [h] Ita BT, alii *transit.* [i] Ita V, alii add. *est.* [k] V o [l] V om. [m] V *tenet.* [n] VR om. *e. d. c. p.* [o] RL *loquuntur.* [p] B *nisi.* [q] L add. interl. *enim.* [r] BT *oppressis.* [s] R *ip* [t] Ita BT, alii om. [u] B *sensit;* T om. *se.* [v] B *gravantem tentationem* pro *g. t.* [x] VR *fugerent.*

1 Cf. supra, sub *Respondeo.*
2 Cf. S. Bonav., II *Sent.,* d. 7, p. 1, a. 1. q. 2 (II, 178 sqq.).
3 *Interlin.,* in h. l., ap. Lyran.
4 *Ordin.,* in h. l., ap. Lyran., ex Gregorio M., *Moral.,* XXXIII, c. 14, n. 28 (PL 76, 690).
5 Cf. *Ordin.,* in h. l., ap. Lyran.
6 *Ordin.,* in h. l., ap. Lyran.
7 Psalm. 93, 4.
8 Lombardi, in h. l. (PL 191, 867).
9 *Interlin.,* in h. l., ap. Lyran.
10 Cf. *Ordin., In Iudith,* 1, 5 et 2, 4, ap. Lyran.
11 Cf. *Ordin.,* in h. l., ap. Lyran.
12 *Moral.,* XXIV, c. 11, n. 27 (PL 76, 301).
13 Cf. supra, num. 140.

2. Ad aliud vero dicendum quod, licet velit aliquid quod sit de genere bonorum, non vult tamen ex [a] bona intentione, sed ex aliqua intentione nocendi; intentio autem nomen [b] operi imponit [1]; unde motus ille malus dicetur.

3. Ad tertium vero [c] dicendum quod, licet 'timere Deum' bonum sit, diabolus tamen [d] timet illo modo quo modo [e] timere malum est: timere enim serviliter malum est; et hoc modo timet diabolus.

CAPUT III.

UTRUM DIABOLUS OMNI MOTU SUO PECCET.

Tertio quaeritur utrum diabolus omni motu suo peccet. Et primo tangitur in genere; deinde specialiter de quibusdam motibus, ut credere, velle, sperare et huiusmodi.

ARTICULUS I. 174

Utrum diabolus generaliter omni motu suo peccet.

Generaliter, sic obicitur: 1. Dicitur [f] II ad Cor. 6,15, super illud: *Quae est conventio Christi ad Belial?* Glossa [2]: « Sicut Christus [g] *omnia bene* egit [3], ita diabolus omnia male ». Ergo omni motu suo peccat, sicut Christus omni motu suo [h] bene egit.

2. Item, angeli confirmati in bono non possunt nisi bene agere; ergo angeli confirmati in malo non possunt nisi male agere.

3. Item, in Psalmo [i 4]: *Superbia eorum, qui te oderunt, ascendit semper;* sed ii sunt daemones; ergo quolibet motu peccant.

4. Item, super illud ad Rom. 14,23: *Omne, quod non est ex fide, peccatum est,* Glossa [5]: « Omnis vita infidelium est peccatum ». Sed nullus est ita infidelis sicut diabolus; ergo omnis vita diaboli est peccatum; ergo omni motu suo [k] peccat.

Contra. *a.* Diabolus ante peccatum naturaliter diligebat se; et adhuc habet eamdem naturam; ergo ex ea adhuc se diligit; sed diligere se est motus qui non est peccatum; ergo non omnis motus eius est peccatum.

b. Item, Boethius [6]: « Velle summum bonum insitum est omni naturae rationali ». Ergo naturae diaboli; ergo diabolus ex illa natura vult summum [l] bonum; sed velle summum [m] bonum non est motus malus; ergo non omni motu suo peccat.

c. Ad idem [n] facit quod dicit Dionysius, in libro *De divinis nominibus* [7], dicens de [o] daemonibus: « Bonum et optimum concupiscunt, esse et vivere et intelligere appetentes ». Ergo non [p] omni motu suo demerentur.

d. Item, aliquando vult diabolus id [q] quod Deus vult, ut vult hunc hominem damnatum torqueri et diabolus idem vult; sed Deus non vult aliquem motum culpabilem, licet permittat; ergo, cum volendo quod Deus vult non peccet, non omni motu suo peccat. Verbi gratia, I Reg. 16,23 legitur quod *spiritus malus arripiebat* [r] *Saul;* et hoc volebat spiritus malus et idem [s] volebat Deus in poenam illius; ergo volebat quod Deus volebat; ergo non illo motu peccabat.

[Solutio]: Ad quod respondendum quod duplex est motus diaboli: unus naturae, alius liberi arbitrii. Si est motus naturae, non est peccatum. Motus autem liberi arbitrii duplex est: quidam enim est per potestatem superioris vel virtutem, sicut credere vel de corpore obsesso exire; quidam vero est ex ipso libero arbitrio secundum se ipsum. Si est ex ipso [t] libero arbitrio solum, tunc omni motu demeretur. Si vero est per potestatem superioris, aut est cum placentia, eo quod alium finem intendat, sicut est in tentatione, et tunc iterum demeretur, non quia facit quod Deus vult, sed quia ex intentione mala; si vero est cum murmure, quoad hoc quod remurmurat [u] demeretur. Sic ergo potest esse manifestum quo motu demeretur [v] et quo motu non.

[Ad obiecta]: 1. Ad primo autem obiectum sic est respondendum, quod diabolus omnia male agit [x], secundum quod intelligitur de motu liberi arbitrii.

---

[a] V *vult quod.* [b] Ita V, alii *finem.* [c] V om. [d] V *vero;* R add. *non.* [e] VR om. [f] VL om. [g] Z om. [h] V om. *peccat... suo;* B om *sicut... egit.* [i] R om. *i. P.* [k] R om. [l] Ita V, alii *summe.* [m] Z *summe.* [n] BT *id.* [o] T om. [p] BT om.; Z *cum* pro *omni.* [q] VR om., B *idem.* [r] B *accipiebat,* T *arguebat.* [s] BT *id.* [t] B *sicut est ex* pro *s. e. e. i.* [u] R *murmurat.* [v] BT *demereatur.* [x] Ita BT, alii *egit.*

1 Cf. Ambros., *De officiis,* I, c. 30, n. 147 (PL 16, 66).
2 Lombardi, in h. l. (PL 192, 49).
3 Marc. 7, 37.
4 Psalm. 73, 23.
5 Lombardi, in h. l. (PL 191, 1520); cf. Augustin., *Contra Iulian. Pelag.,* IV, c. 3, nn. 24-33 (PL 44, 750-756).
6 Cf. *De consol. phil.,* III, prosa 2 (PL 63, 724).
7 Cap. 4, § 23 (PG 3, 726, PL 122, 1143).

2. Ad secundum vero similiter est dicendum [a]. Sicut enim angeli, confirmati in bono, motu liberi arbitrii non agunt nisi bonum, ita angeli, confirmati in malo [b], motu liberi arbitrii non agunt nisi malum [c].

3. Ad tertium dicendum quod odium illud, quo odiunt daemones Deum, ex libero arbitrio procedit, et hoc est ratione poenarum, quae eis infliguntur.

4. Ad quartum [d] dicendum quod vita infidelium dicitur esse peccatum, non quia omnis motus in eis sit peccatum, sed quia, dum sunt in [e] infidelitate, semper sunt in peccato et quodlibet opus eorum mortuum reputatur.

a. Ad obiectum [f] autem in contrarium dicendum [g] quod diligere se est ex motu naturae; potest tamen esse ex motu [h] libidinis, et tunc est motus liberi arbitrii et in illo demeretur.

b-c. Similiter velle summum bonum est motus naturae. Si vero sumatur velle a voluntate liberi arbitrii, secundum hoc daemones nolunt summum bonum. Et hoc est [i] quod dicit Dionysius[1]: « Mali sunt secundum quod non sunt, et quod non est appetentes, malum appetunt ».

d. Ad id vero quod obicitur 'aliquando di bolum velle quod Deus vult': dicendum [k] quo licet aliquid idem velit, non tamen ex consim voluntate vel intentione, sed [l] quod Deus bona voluntate vult, hoc malus angelus ex ma vult voluntate, ut voluit [m] Deus tentationem Iob bona voluntate, diabolus autem ex mala volu tate voluit [n]; similiter Deus vult diabolum exi a [o] corpore obsesso, sed quia cum murmure ex ideo exitus eius est cum peccato. Praeterea, exi dicit motum a termino a quo, intrare vero si ingredi dicit motum quantum ad terminum i quem. Licet ergo exire ab obsesso corpore, tione termini a quo, non sit peccatum, pote tamen esse peccatum ratione termini in que sicut cum eiciebantur a daemoniacis et intraba in [q] porcos[2], ingressus [r] in porcos erat libidin sus et processit ex improba voluntate: un peccatum erat ipsis. Similiter dicendum est, cu spiritus malus arripuit Saul, intentione perver fecit et cum delectatione poenae; unde, licet h esset ex iustitia Dei quod puniretur, tamen qu placuit improbae voluntati ipsius diaboli, pecc tum fuit prout fuit a [s] diabolo.

ARTICULUS II.

De quibusdam motibus diaboli in speciali.

175

PROBLEMA I.

Utrum diabolus peccet credendo.

Deinde potest quaeri specialiter de quibusdam motibus diaboli; et primo de ipso credere, I. utrum sit bonum, et intelligo de bono moris.

Et videtur quod sic, 1. quia super illud Iac. 2,19: *Daemones credunt* etc. dicit Glossa[3]: « Plus est credere diaboli quam sit tuum credere, o christiane, qui credis Deum et non times ». Ergo, si credere hominis habentis fidem informem est bonum, credere diaboli est bonum [t].

2. Item, credere est motus fidei informis; sed fides informis est donum Spiritus Sancti; ergo ipsum credere est bonum.

Contra. *a.* Diabolus, velit nolit, credit; sed quod est [u] involuntarium non est bonum meritorium; ergo credere diaboli non est bonum moris.

b. Item, de credere, quod est bonum mor dicit Augustinus[4]: « Cum cetera possit hor nolens, credere non potest nisi volens [v] »; et s per illud Gen. 24,57: *Vocemus puellam,* Inte linearis[5]: Credere sive « fides est [x] ex volu tate, non ex necessitate ». Sed nulla volunt diaboli est in summam veritatem; ergo crede eius non est bonum moris.

II. Praeterea, huius gratia quaeritur si daemon habeant fidem [6].

Quod videtur. *a.* Dicitur enim in Glossa[7] Rom. 1,17 super illud: *Iustus ex fide vivit,* qu fides informis est, quae [y] est in malis hominib et daemonibus [z].

b. Item, ad Titum 1,16: *Confitentur quid*

[a] BT *dividendum,* R *respondendum.* [b] Ita VR, alii *malum.* [c] Ita V, alii *male.* [d] FRLZ add. *vero.* [e] V om. [f] Ita VB, alii *obie* [g] Ita V, alii add. *est.* [h] V om. *naturae... motu.* [i] BT *secundum hoc* pro *h. e.* [k] Ita V, alii add. *est.* [l] R *secundum.* [m] FZ *v* R *et vult* pro *u. v.* [n] B om.; R om. *autem.* [o] V *de.* [p] V *ad,* quod B corr. [q] Ita B, alii om. [r] F add. *autem;* B om. *e* [s] BTLZ *in.* [t] T om. *c. d. e. b.* [u] VR om.; T om. *involuntarium.* [v] T add. *ergo credere non potest nisi volens;* B om. *ill* [x] VR om. [y] V *non* pro *e. q.* [z] Z om. *e. d.,* in F est add. mg.

1 Cf. *De divin. nomin.,* c. 4, § 23 (PG 3, 725, PL 122, 1143).
2 Cf. Matth. 8, 32.
3 *Ordin.,* in h. l., ap. Lyran., ex Beda, *In Epist., Iacobi,* (PL 93, 22).
4 *In Ioan.,* tr. 26, c. 6, n. 2 (PL 35, 1607).
5 In h. l. ap. Lyran.
6 Cf. S. Bonav., III *Sent.,* d. 23, a. 2, q. 3 (III, 492 sqq
7 Cf. Lombard., in h. l. (PL 191, 1324).

verbis etc., Glossa[1]: « Fides talium morum proprie est daemoniorum ».

c. Item, ad Gal. 5,6[2]: « Qui Deum non credunt vel creditum[a] non timent, deteriores sunt daemonibus ». Ex quibus videtur colligi quod fides informis sit in daemonibus.

Sed obicitur in contrarium, 1. quia, si fides est in daemonibus[b], aut habitus ille datus fuit ante peccatum aut post peccatum. Ante peccatum non videtur, quia Adam in primo statu innocentiae dicitur habere quamdam visionem aliam quam quae[c] est aenigmatica; sed visio fidei est aenigmatica[3]; ergo angeli[d] ante peccatum non habuerunt cognitionem fidei[e]. Post peccatum autem non habuerunt fidem: habitus enim fidei est ex gratia, nullus autem reportat gratiam ex peccato; ergo post[f] peccatum non habuerunt angeli cadentes fidem[g] informem.

2. Praeterea, peccatum vulnerat naturalia et spoliat gratuita[4]; sed de gratuitis est fides; ergo, si fuit fides in angelis ante lapsum, per peccatum sunt spoliati.

[Solutio]: I. 1-2. Ad quod respondendum[h] quod credere, prout est in diabolo, bonum[i] in genere dicit, sed non dicit bonum meritorium. Nec sequitur ex hoc, si est motus fidei informis, quod sit meritorius: deest enim forma, scilicet caritas, per quam motus est meritorius.

a-b. Ad id autem quod[k] obicitur de credere, quod non potest fieri nisi a voluntate: dicendum[l] quod loquitur ibi de credere prout est[m] a fide virtute. Credere enim aliquando accipitur pro cognoscere veritatem, et hoc modo potest aliquis credere nolens; secundum autem quod credere dicit assentire et assentiendo tendere in summam veritatem, secundum hunc modum non est credere nisi ex voluntate. Hoc autem modo non credebant daemones; unde dicit Glossa[5] Iac. 2, 19 et Luc. 4, 41: « Extorta confessio est, quod diabolus confitetur istum hominem esse Filium Dei ».

II. Ad id vero quod quaeritur utrum in daemonibus sit fides informis, respondendum est quod fides informis[n] dicitur multipliciter. Est enim uno modo habitus cognitivus, alio vero[o] modo motivus. Motivus autem potest dici a malo vel ad bonum; ad bonum[p] vero multipliciter: vel[q] perventivus vel non perventivus, id est potens pervenire. Primo ergo modo, secundum quod fides informis est habitus cognitivus, qui nunquam potest formari, est in ipsis daemonibus. Secundo vero modo, in quantum est habitus motivus a malo poenae, est in peccatoribus, qui timent serviliter poenam aeternam et per hoc abstinent ab actu peccati, sed non tendunt ad bonum. Tertio vero[r] modo dicitur habitus motivus ad bonum, sed non perventivus, in ipsis peccatoribus qui disponuntur ad bonum. Quarto vero modo dicitur habitus motivus et perventivus in iis qui disponuntur ad bonum per gratiam gratum facientem: hoc autem assentire est adhaerere summae veritati et in eam tendere. Ex iam dictis patet quo modo fides informis est in daemonibus.

Ad obiectum 1. autem in contrarium dicendum[s] quod nec habuerunt ante peccatum fidem nec post peccatum fidem proprie dictam, secundum quod fide fit[t] visio specularis[6], sed habuerunt fidem, id est quamdam credulitatem, sumptam ex operibus Christi, per quae opera vehementer opinabantur ipsum esse Filium Dei; et haec fides dicitur esse[u] cognitio quaedam acquisita, nec est fides informis quae potest formari per caritatem, ut ipsa sit virtus.

PROBLEMA II. 176

Utrum daemones velint Deum non esse.

Secundo quaeritur utrum velint[v] Deum non esse.

Quod videtur, 1. per hoc quod dicitur in Psalmo[7]: *Superbia eorum, qui te oderunt, ascendit semper.* Sed qui habet alium odio, vellet ipsum non esse; ergo diabolus vellet[x] eum non esse.

2. Item, Ioan. 15,23 super illud: *Qui me odit*[y], *et Patrem meum odit*[z], Glossa[8]: « Qui volunt esse mali, volunt eam veritatem, qua damnantur,

---

[a] V om., in L est add. mg., R *credere.* [b] V om. *sed... daemonibus.* [c] Ita FL, alii om. [d] L om.; VB om. *non.* [e] V *Dei.* [f] Ita VL (corr.), alii *per.* [g] B om. [h] T add. *est.* [i] V *diaboli bonum est* pro *i. d. b.* [k] Ita V, alii *quod autem* pro *A. i. a. q.* [l] Ita V, alii add. *est.* [m] BT *fit;* BTR om. *virtute.* [n] T om. *respondendum... informis;* F *dicendum* pro *respondendum.* [o] BF om.; L om. *motivus.* [p] Ita LZ, alii *a bono a bono* pro *a. b. a. b.* [q] VR om. [r] V om.; FRLZ om. *modo.* [s] Ita V, alii add. *est.* [t] V *fides dicitur* pro *f. f.* [u] B om. [v] V *velit.* [x] V *nollet.* [y] L exp. [z] B om.

[1] *Ordin.*, in h. l. (PL 114, 640); Lombardi, in h. l. (PL 192, 389).
[2] Cf. Lombardi, in h. l. (PL 192, 154).
[3] Cf. I Cor. 13, 12.
[4] Cf. supra, num. 24sqq.
[5] *Ordin., In Luc.* 4, 41, ap. Lyran., ex Beda, in h. l. (PL 92, 379).
[6] Cf. I Cor. 13, 12.
[7] Psalm. 73, 23.
[8] *Ordin.*, in h. l. (PL 114, 412).

non esse. Unde, sicut oderunt suam poenam, ita oderunt[a] veritatem, qua poena irrogatur, et si[b] oderunt veritatem, oderunt Deum, de quo nata est veritas ». Ergo daemones habent odio Deum.

3. Item, Innocentius, in libro *De miseria conditionis humanae*[1]: « Ita desperati sunt a venia, ut in tantum odium eorum crescat, ut vellent Deum omnino[c] non esse ».

4. Item, videtur quod velint Dei potentiam non esse, per hoc quod dicitur Apoc. 16,9: *Blasphemaverunt nomen Dei*[d] etc., Glossa[2]: « In inferno positi, quamvis sciant se pro merito puniri, dolebunt tamen quod Deus tantam potentiam habeat quod sibi poenas[e] inferat ». Ergo vellent Dei potentiam non esse.

5. Item, Albinus, *Super Genesim*[3]: « Cur diabolus tam infestus est hominum saluti? » Et respondet: « Propter odium in Creatorem et invidiam in hominem ex desperatione suae salutis ». Ergo diabolus habet odio Creatorem.

Contra. *a.* Augustinus, in libro *Retractationum*[4]: « Nullius fere conscientia potest Deum odisse ».

b. Praeterea, Deus est principium omnis esse; et diabolus non habet odio suum esse; ergo nec habet odio illum, per quem est et[f] in esse tenetur; ergo non habet odio Deum.

[Solutio]: Ad quod respondendum[g] per hoc quod dicit Augustinus, in libro *Retractationum*[5]: « Non video fuisse dicendum quod nullius conscientia[h] Deum potest odisse; multi enim sunt, de quibus scriptum est[6]: *Superbia eorum, qui te oderunt, ascendit semper* ».

[Ad obiecta]: 1. Ad id vero quod obicitur, dicendum est quod, licet natura velit Deum esse, in quantum est principium esse[i] et conservat res in esse, non tamen vult eum esse in quantum iudicem iustum.

2. Et per hoc potest solvi illud quod dicitur Ioan. 15,23. Loquitur enim ibi[k] de veritate iustitiae, qua infligitur poena.

3. Ad id vero quod dicitur, in libro[l] *De miseria conditionis humanae*, dicendum est quod odium illud dicitur propter irremissibilitatem poenae et desperationem veniae; unde vellent daemones Deum non esse in ratione iusti iudicis, non in ratione Creatoris.

4. Ad id vero quod dicitur in Glossa Apoc.[m] 16,9, dicendum est quod dolere de potentia est propter poenae inflictionem[n], non quod simpliciter velint potentiam Dei non esse.

5. Ad id vero quod dicit Albinus, dicendum est ex iam dictis[7] quod illud odium refertur ad poenam in qua perpetue est damnatus, non ad originem esse.

177 PROBLEMA III.

An placeat diabolo peccare.

Deinde quaeritur an placeat diabolo peccare.

Et videtur quod non, *a.* quia malum corruptivum est naturae; natura autem bona est in diabolo; cum ergo corruptio naturae displiceat naturae et natura semper maneat in eo excitans liberum arbitrium[o], non videtur quod sibi placeat malitia sua.

Contra. 1. In libro *De miseria conditionis humanae*[8]: « Superba[p] voluntas eorum, licet careat potestatis effectu, non tamen carere potest malignitatis affectu ». Et ita placet sibi peccare vel esse in peccato.

2. Item, bonum displicet diabolo; ergo malum per oppositum placet ei; ergo vult esse malus. — Contra: Dicit Dionysius[9]: « Ad malum intendens nullus agit quae agit ». Ergo nullus vult se esse malum.

[Solutio]: 1. Ad quod dicendum[q] quod duplex est[r] voluntas, sicut dicit Ioannes Damascenus[10]: una quae dicitur βούλησις, et altera[s] quae dicitur θέλησις. Voluntate ergo naturali, quae dicitur βούλησις, non placet sibi peccare; voluntate vero[t] deliberativa, quae dicitur θέλησις, placet sibi[u], ratione delectationis quae est in peccato; ratione vero privationis boni non placet ei, et ita uno modo placet[v], alio modo non.

2. Ad secundum vero[x] dicendum quod, licet bonum displiceat ei, sicut corrupto palato displicet dulce[y], non tamen placet ei malum in

---

[a] R add. *suam.* [b] Z *sic.* [c] R om. [d] B *blasphemavit nomen Domini* pro *b. n. D.* [e] R *penam.* [f] V om. [g] B *respondeo.* [h] T add. *Dominum.* [i] L om. [k] V om. [l] Ita BTL (mg.), alii om. *i. l.*; L om. *Ioan... dicitur.* [m] V om., in Z est add. mg. [n] R *afflictionem;* B *nonnisi* pro *non.* [o] T om. [p] FZ *superbia,* quod RL corr. [q] Ita V, alii add. *est.* [r] LZ om. [s] Z *alia.* [t] B *ergo.* [u] V om. [v] R add. *et.* [x] V om. [y] BT add. *et amarum;* V om. *non,* in F est add. interl.

1 *De contemptu mundi,* III, c. 10 (PL 217, 741).
2 *Ordin., In Apoc.* 16, 21 (PL 114, 739).
3 Interrog. 13 (PL 100, 518).
4 Lib. I, c. 19, n. 8 (PL 32, 617); *Sermo Domini in monte,* II, c. 14, n. 48 (PL 34, 1290).
5 Loc. cit.
6 Psalm. 73, 23.
7 Hic, *ad 1-4.*
8 Innoc. III, *De contemptu mundi,* III, c. 10 (PL 217, 741 sq.).
9 *De divin. nomin.,* c. 4, § 31 (PG 3, 731, PL 122, 1145).
10 *De fide orthod.,* II, c. 22 (PG 94, 943).

quantum malum [a], secundum quod malum est corruptivum boni, placet tamen ei id [b] quod malum est.

Si vero quaeratur utrum placeat ei malitia in alio, dicendum est quod malitia in alio quodam modo est ei [c] delectabilis secundum infectionem liberi arbitrii, sicut in eo qui alii [d] invidet et ex hoc alterius malum diligit: aestimat enim alterius bonum sibi nocivum et alterius malum sibi conveniens per consequens.

PROBLEMA IV. 178

Utrum diabolus spem habeat.

Deinde quaeritur utrum diabolus [e] spem habeat.

Et videtur quod non, *a.* quia certus est de poena aeterna, sicut dicitur in Sacramentalibus Baptismi [1]: « Non te latet, Satana, imminere [f] poenas tormentorum ».

b. Praeterea, in Evangelio [2] habetur: *Ut quid ante tempus venisti torquere nos?* Ergo non habet [g] spem veniae nec spem vitae aeternae.

Sed videtur contrarium, 1. per hoc quod dicitur Iob 40,28: *Spes eius frustrabitur,* et loquitur ibi de die iudicii. Ergo ante diem iudicii videtur quod habeat spem.

2. Praeterea, super illum locum Isai. 16,6: *Audivimus superbiam Moab, maior est arrogantia eius quam fortitudo eius,* Hieronymus [h 3]: Praecipitata audacia plus audet quam possit. Unde diabolus maxime est praesumptuosus; sed nulla maior est praesumptio quam, cum sint demerita tantum [i], sperare vitam aeternam; ergo spes praesumptionis est in ipso.

3. Praeterea, dicit Gregorius [k 4], super illum locum Iob [5]: « De divina misericordia falsa sibi promissione blanditur ». Ex quo accipitur quod sperat de venia.

4. Praeterea, novit quod misericordia Dei est in infinitum excellens culpam suam; sed considerans in infinitum misericordiam Dei excellentem respectu suae culpae, ordinatur ad spem veniae; ergo diabolus potest habere spem veniae [l].

[Solutio]: Ad quod respondendum quod spes [m] dicitur multipliciter. Uno modo expectatio futurae beatitudinis ex meritis, et hoc modo nec est spes nec esse potest in diabolo. Alio modo spes [n] potest dici expectatio beatitudinis ex sola Dei misericordia, et hoc modo potest [o] esse confidentia in aliquo homine adulto, qui non demeruit [p]. Extenditur autem nomen spei, ut possit dici expectatio beatitudinis, cum sint contraria merita, et hoc modo est in aliquibus peccatoribus. In diabolo autem [q] in augmentum poenae tollitur spes secundum omnem differentiam, in quantum spes dicitur respectu beatitudinis.

[Ad obiecta]: 3. Hoc autem quod dicitur Iob 40,28: « De misericordia Dei » etc., intelligi potest de illo ratione membrorum. Unde sequitur in Glossa [6]: « Quod ad corpus [r] illius referri potest; iniqui enim, qui iustitiae divinae districtionem [s] non metuunt, incassum sibi de misericordia blandiuntur ».

4. Ad aliud dicendum [t] quod, licet consideret divinam misericordiam in infinitum excellere suam culpam, tamen plus convertitur consideratio eius ad iustitiam, ut dicat apud se [7]: *Maior est iniquitas mea [u] quam ut veniam merear;* unde non habet spem veniae. Maxima autem praesumptio, quam habet, est ex eminentia suae potestatis naturalis, et ideo dicitur Iob 41,24: *Non est potestas super terram, quae ei comparetur, qui factus est ut nullum timeret.* Quod autem certus sit de aeternitate poenae, dicit Gregorius [8]: « Quo se aeterna tormenta evadere non posse conspicit, eo [v] in exercenda nequitia durior assurgit [x] ». Quod autem dicitur ibidem [9]: *Aestimabit abyssum senescentem [y],* per *abyssum* intelligitur iudicium, per *senescere* vero deficere ratione membrorum suorum intelligitur [10]. Unde dicit Glossa [11]: « *Aestimabit abyssum* quasi *senescentem,* quia reproborum corda sic infatuat ut suspicionem eis de venturo iudicio, quod [z] quasi finiatur, infundat. *Abyssum* namque *senescere aestimat,* qui terminari quandoque in suppliciis divinam animadversionem putat ».

1. Quod autem dicitur spem habere, id est confidentiam, hoc intelligitur respectu magnae

---

[a] BF om. *i. q. m.* [b] V om. [c] Z om. [d] R *aliquando.* [e] B om. [f] V *subire.* [g] B om. [h] V *quia.* [i] VFR *tamen.* [k] V *Augustinus.* [l] V om. *ergo... veniae,* in Z est add. mg. [m] T add. *eius.* [n] L om. *nec esse... spes.* [o] BT *posset.* [p] BT *nondum meruit* pro *n. d.*; Z *adultero* pro *adulto.* [q] V *enim.* [r] V *tempus.* [s] BR *distinctionem,* quod F corr. [t] Ita V, alii *vero dicendum est.* [u] F om., in L est add. mg. [v] V om. [x] B om. [y] Ita B, alii add. *et.* [z] B om.

1 Cf. Rituale Roman. tit. II, c. 4, n. 33 (ed. Romae 1913, p. 34).
2 Matth. 8, 29.
3 Cf. in h. l. (PL 24, 236); *Interlin.,* in h. l., ap. Lyran.
4 *Moral.,* XXXIII, c. 19, n. 36 (PL 76, 697).
5 Cap. 40, 28.
6 *Ordin.,* in h. l., ap. Lyran., ex Gregorio M., *Moral.,* XXXIII, c. 20 (PL 76, 697).
7 Gen. 4, 13.
8 Loc. cit., XXXIV, c. 13 (PL 76, 730).
9 Iob 41, 23.
10 Cf. Gregor. M., loc. cit., c. 19, n. 34 (PL 76, 737).
11 *Ordin.,* in h. l., ap. Lyran., ex Gregorio M., loc. cit.

dilationis diei iudicii et libertatis regnandi [a] in peccatoribus. Quamdiu enim differtur iudicium, confidentiam habet regnandi in peccatoribus [b]; tunc autem auferetur ab eo praelatio, et ideo dicitur quod *spes* eius tunc [c] *frustrabitur,* id est confidentia.

179 PROBLEMA V.

Utrum diabolus habeat motum timoris [1].

Deinde quaeritur utrum habeat motum timoris.

Quod videtur, *a.* per hoc quod dicitur [d] Iac. 2,19: *Daemones credunt et contremiscunt.* Sicut enim ex fide formata gignitur motus timoris filialis, ita ex fide informi gignitur motus timoris servilis; ergo timor est in diabolo.

Contra. 1. Dicit B. Gregorius [1] super illud [2]: *Qui factus est ut nullum timeret,* quod « nec [e] timet Deum nec poenam quam sustinet ». Sed timor servilis est respectu poenae; ergo non habet timorem servilem; de alio autem timore patet; ergo non habet timorem.

2. Praeterea, timor servilis est donum Spiritus Sancti, sicut elicitur ex eo quod dicitur ad Rom. 8,15: *Non accepistis spiritum servitutis in timore;* sed indignus est omni dono; ergo non habet timorem servilem.

[Solutio]: 2. Ad quod videtur dicendum [f] quod timor ille est motus quidam, qui provenit ex credulitate poenae et non procedit ex timore servili, prout est donum Spiritus Sancti. Timor enim servilis, prout est donum Spiritus Sancti, ad hoc [g] videtur esse per se ut ex consideratione poenae aeternae resiliat ab actu peccati. Iste autem timor non est ei nisi in augmentum poenae, et cognitio sive credulitas praeambula non est ad [h] aliud nisi ut sit dispositio ad illam poenam; immo ipsa cognitio etiam poenae est quodam modo ei poena.

1. Ad id vero quod dicit B. Gregorius, dicendum est quod propter hoc dicitur non timere poenam, quia non habet effectum qui pertinet ad timorem poenae, scilicet cessare a tentatione vel a peccato.

180 PROBLEMA VI.

Utrum angeli mali superbient in die iudicii contra Dominum.

Deinde quaeritur utrum angeli mali superbient in die iudicii contra Dominum.

Quod videtur. 1. Boni enim [i] angeli ante Deum humiliabuntur in die iudicii, secundum illud Iob 26,11: *Columnae caeli contremiscunt et pavent ad nutum eius.* Per *columnas* autem *caeli* intelliguntur sancti angeli [3]; ergo sancti angeli timorem [k] habebunt; ergo multo fortius mali. Item, Iob 41,16: *Cum sublatus fuerit, angeli timebunt,* et loquitur de bonis angelis; ergo boni angeli timebunt in adventu iudicis. Et dicit B. [l] Gregorius [4]: Quid faciet virgula [m] deserti, quando concutietur [n] cedrus paradisi? Et per 'cedros paradisi' intelliguntur boni [o] angeli; ergo boni angeli timebunt; ergo humiliabuntur; ergo per oppositum mali angeli superbient contra Deum in die iudicii.

Sed videtur contrarium, *a.* per hoc quod dicitur super illum locum II Petri 2,11: *Angeli non portant adversus* Deum *execrabile iudicium,* Glossa [5]: « Ubi puniuntur iniqui, ibi punientur angeli mali, qui olim superbiebant contra Deum; nec portant, sed abiciunt iudicium superbiendi contra Deum, territi magnitudine poenarum ».

[Solutio]: Ad quod dicendum quod non superbient actu contra Dominum, sicut dicit Glossa [6].

Ad obiectum 1. autem in contrarium dicendum [p] quod, licet boni angeli tunc [q] timeant timore admirationis sive reverentiae, non tamen timebunt tunc timore poenae [8]. Illa tamen auctoritas, quae dicitur Iob 26,11, intelligitur de timore ipsorum in praesenti; quae vero dicitur 41,16, intelligitur de angelis bonis ratione primi status. Quod patet per hoc quod dicitur: *Territi purgabuntur;* futurum enim ibi accipitur pro praeterito,

---

[a] R *regendi.* [b] V om. *Quamdiu... peccatoribus.* [c] B om. [d] V *dicit.* [e] B *non.* [f] B add. *est.* [g] F *adhuc* pro *a. h.* [h] B om. [i] B *autem.* [k] BT *terrorem.* [l] V om. [m] B *virgulta.* [n] Ita V, BT *excutietur,* alii *concutitur.* [o] L om. [p] Ita V, alii add. *est.* [q] R *non,* quod F corr.

1 Cf. supra, num. 126.
2 *Moral.,* XXXIV, c. 21 (PL 76, 741).
3 Iob 41, 24.
4 *Ordin.,* in h. l., ap. Lyran., ex Gregorio M., *Moral.,* XVII, c. 29, n. 42 (PL 76, 30).
5 Cf. *Moral.,* XXXII, c. 23 et XXXIV, c. 7 (PL 76, 665, 724 sqq.).
6 *Ordin.,* in h. l. (PL 114, 692).
7 Loc. cit.
8 Cf. Gregor. M., loc. cit. in nota 4.

secundum quod B. Gregorius[1] dicit: « Leviathan ab arce beatitudinis cadente, in[a] ruina eius electi angeli expaverunt, ut, cum[b] istum superbiae lapsus eiceret, illos ad robustius standum timor ipse solidaret. Et purgati sunt, quia, isto[c] cum reprobis legionibus exeunte, electi soli remanserunt ». Nihilominus tamen *timor* ille castus, qui *permanet in saeculum saeculi*[2], erit in illis in iudicio et ex illo humiliabuntur[3]. Nec sequitur ex hoc[d] quod mali tunc superbiant: magnitudo enim poenarum et ipsa terribilitas iudicis inducet[e] eis terrorem, ex quo humiliabuntur in poena; quae humiliatio contraria est actui superbiae, licet non sit contraria habitui.

PROBLEMA VII. 181

Utrum daemones velint se non esse.

Deinde quaeritur utrum daemones velint se non esse.

Quod videtur. 1. Daemones enim certiores sunt de poenis suis quam quicumque homines mali; sed, sicut dicit B. Hieronymus, *Super Ecclesiasten*[4], mali homines vellent magis non esse quam sic esse; ergo multo fortius daemones[f], qui sunt certiores de poenis suis.

Contra. *a.* Omnis creatura naturaliter se vult esse; et haec natura non tollitur ab eis; ergo malunt se esse quam non esse, licet sint in poenis.

[Solutio]: Ad quod respondent quidam quod synderesis in daemonibus extincta est tribus modis: primo, quia non promovet eum[g] ad bonum nec promovere potest; secundo, quia in superbia vult agere contra[h] Deum, licet sciat quod ex hoc gravius punietur[i]; tertio, quia potius vult se esse quam non esse, ut pugnet contra Deum. Primo modo extincta est in omnibus damnatis; secundo autem modo et tertio in daemonibus est extincta[5]. Homines enim[k] adulti damnati potius vellent non esse quam sic esse in poenis inferni; sed de solis parvulis dicitur quod melius est eis sic esse quam non esse, quia nullam sentiunt poenam actualem.

Ad obiectum 1. autem secundum hoc posset responderi quod aliud est de voluntate naturae et aliud de voluntate liberi arbitrii. Licet enim mali homines de voluntate naturae velint[l] esse, de voluntate tamen liberi arbitrii vellent magis non esse quam sic esse. Daemones autem si[m] volunt esse ex voluntate liberi arbitrii, hoc est ut pugnent contra Deum et resistant quantum possunt, et hoc forte est propter magnam praesumptionem quam habent et appetitum dominationis super eos qui peccant.

PROBLEMA VIII. 182

Utrum passiones sint in daemonibus.

Deinde quaeritur si passiones sint in daemonibus, dico autem passiones libidinum, formidinum, irarum[n] et huiusmodi vitiorum.

Quod non videtur. 1. In eis enim non est fomes, qui inclinet ad huiusmodi passiones, nec potestas ad exercendum opera libidinum.

Contra. *a.* Augustinus, in IX *De civitate Dei*[6]: « Subiecta est mens daemonum passionibus libidinum, formidinum, irarum[o] atque huiusmodi ceteris ». Et iterum[7]: « Mens eorum, passionum vitiis subiugata et oppressa, quidquid rationis naturaliter habet, ad fallendum et decipiendum tanto acrius intendit, quanto eam [magis] possidet nocendi cupiditas ». Ex quibus colligitur quod daemones subiecti sunt passionibus.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod subiecti sunt passionibus. Sed distinguendum est quod sunt quaedam passiones communes animi et corporis, quaedam vero sunt[p] solius animi. Illae passiones sive perturbationes, quae dicuntur[q] communes animi[r] et corporis, in quantum huiusmodi, non sunt in daemonibus, cum sunt spiritus secundum se separati a corpore; passiones autem, quae sunt solius animi, possunt esse ipsorum daemonum, et de huiusmodi dicit Augustinus.

---

[a] L om. [b] V om. [c] R *ista*, quod FL corr. [d] V om. [e] B *inducit*, FR *indicet*, quod L corr. [f] BT om. [g] V *eos*. [h] V om. [i] R *puniatur*. [k] B *autem*. [l] B *vellent*. [m] B *sic*. [n] B *nostrarum*. [o] B *et formidinum nostrarum* pro *f. i.* [p] V *est*, R *que*, F *que sunt*. [q] V *sunt*. [r] V *anime*, item infra.

1 *Moral.*, XXXIV, c. 7, n. 12sq. (PL 76, 724).
2 Psalm. 18, 10.
3 Cf. Gregor. M., loc. cit., c. 21, n. 40 (PL 76, 740).
4 Cf. c. 4 (PL 23, 1044).
5 Cf. Alex. Hal., *Summa theol.*, II, num. 420.
6 Cap. 6 (PL 41, 261). 7 Loc. cit. (PL 41, 262).

183 PROBLEMA IX.

Utrum daemones tantum puniantur modo quantum post diem iudicii.

Deinde quaeritur utrum tantum puniantur modo quantum post diem iudicii.

Quod sic, videtur probari. 1. Modo puniuntur poena aeterna pro peccatis suis [a]; sed peccata eorum non possunt augeri, quia adeo sunt obstinati quod non possunt esse obstinatiores; ergo adeo sunt mali quod non possunt esse peiores.

2. Item, voluntatem habent male faciendi quodcumque possunt; sed quod vult aliquis et non facit, pro facto sibi reputat Deus in malis; ergo pro facto reputat eis Deus [b] quod volunt; ergo tantum sunt mali quantum malum facerent, si possent.

Contra. *a.* Augustinus, in libro XX *De civitate Dei*[1]: « Iudicat Dominus [c] non solum universaliter de genere daemonum atque hominum, ut miseri sint propter [d] primorum meritum peccatorum, sed etiam de singulorum propriis operibus, quae gerunt arbitrio voluntatis ». Ex quo accipitur quod adhuc peccant, et sic peccantes deteriores fiunt [e]; ergo semper merentur augmentum poenae; ergo magis punientur [f].

[Solutio]: Ad quod dicendum quod daemones deteriores [g] fiunt per peccata quae superaddunt et quod maiorem habebunt poenam, et qui plus peccaverunt, plus punientur.

[Ad obiecta]: 1. Ad hoc autem quod primo [h] obicitur in contrarium quod 'adeo obstinati sunt' etc.: dicendum [i] quod ita obstinati sunt a principio quod flecti non possunt ad bonum; nihilominus in malitia intenduntur[2].

2. Ad secundo autem [k] obiectum dicendum [l] quod, licet voluntatem habeant a principio faciendi quodcumque malum, tamen [m] ipse actus additus voluntati auget malitiam[3]. Praeterea, determinate vult aliquod malum modo quod non voluit a principio: unde non tantum augetur malitia ex actu, immo ex ipsa voluntate. Et sicut boni angeli, licet confirmati sint in bono, possunt mereri, ita mali angeli, licet confirmati sint in [n] malo, possunt magis ac magis demereri[4]. Nec est hoc contrarium quod sunt in statu retributionis. Possunt enim esse in statu retributionis ex actione praecedentis peccati, et possunt esse in statu demerendi ratione ulterioris poenae.

QUAESTIO II.

DE TENTATIONE PRIMORUM PARENTUM.

Completo Tractatu de tentatione diaboli in genere et adiunctis ipsi tentationi, utpote de motibus diaboli, consequenter procedendum est ad tentationem qua tentavit primos parentes per serpentem [o].

Et primo quaeritur utrum primum peccatum diaboli fuit vel potuit esse quod perpetravit in tentando primos parentes [p];

secundo, utrum fuerit una tentatio sola qua tentati fuerunt ab eo vel plures;

tertio, si fuerunt plures, quae illarum fuit prima;

quarto, utrum facta fuerit mediante aliquo sensibili vel non;

quinto, quare mediante serpente;

sexto, utrum sonus emissus per serpentem formatus fuerit a diabolo et expressus per serpentem vel a serpente formatus et expressus;

septimo, quare primo tentavit mulierem et per mulierem virum;

octavo, utrum consimili modo in nobis compleatur tentatio diaboli;

nono, quare permisit Deus huiusmodi tentationem fieri, cum ex huiusmodi tentatione [q] sciret tantum malum proventurum [r].

---

[a] B om. [b] V *eisdem* pro *e. D.* [c] B *Deus.* [d] R *secundum.* [e] R *sunt.* [f] BT om. *ergo semper... punientur.* [g] V *peiores.* [h] Ita V, alii om.; R om. *autem.* [i] Ita V, alii add. *est.* [k] Ita V, alii *secundum vero* pro *s. a.*; B om. *obiectum.* [l] Ita VB, alii add. *est.* [m] B *quod.* [n] V om. [o] Z *serpentes,* quod L corr.; B om. *p. s.* [p] Ita VF (corr.), alii add. *scilicet.* [q] V om. *fieri... tentatione.* [r] L *perventurum.*

1 Cap. 1, n. 2 (PL 41, 659).
2 Cf. supra, p. 97, *ad 1* et num. 171.
3 Cf. supra, num. 59.
4 Cf. supra, num. 172 sq.

CAPUT I. 184

UTRUM PRIMUM PECCATUM DIABOLI FUERIT QUO TENTAVIT PRIMOS PARENTES.

Circa primum sic: videtur quod primum peccatum diaboli fuit, quo tentavit primos parentes. 1. Ioan. 8, 44: *Ille homicida erat ab initio;* sed homicida fuit in occidendo hominem et [a] tentando; ergo etc.

2. Item, hoc est primum [b] peccatum quod ostenditur in Scriptura; cum ergo sufficienter doceat ipsa Sacra Scriptura et ordinate [1], illud fuit [c] primum peccatum.

3. Praeterea, potest aliquis peccare peccato irae, ita quod non peccet peccato avaritiae vel e converso, et ita de aliis peccatis; ergo similiter potuit diabolus peccare peccato tentationis [d], ita quod nullum peccatum esset praeambulum [e].

Contra. *a.* Peccatum tentationis est quo intendit aliquis per se nocere alteri; sed naturaliter nullus intendit nocere alteri nisi propter [f] appetitum alicuius commodi, qui [g] prius est apud ipsum; ergo diabolus non intendit [h] nocere homini nisi praecessisset in eo appetitus alicuius commodi proprii [i]; prius ergo peccavit appetendo illud commodum et postea peccavit tentando ipsum hominem; non ergo peccatum tentationis fuit primum peccatum.

b. Praeterea, Sap. 2, 24, in fine: *Invidia diaboli mors intravit in orbem terrarum.* Sed mors fuit per tentationem ipsius diaboli; ergo ante tentationem fuit invidia; non ergo tentatio primorum parentum fuit primum peccatum.

[Solutio]: Ad quod dicendum [k] per hoc quod dicit Augustinus, in libro *De mirabilibus* [2], quod non peccasset angelus in [l] terra « nisi prius peccasset in caelo ». Unde primo peccavit in caelo per superbiam, secundo in paradiso per homicidium.

[Ad obiecta]: 1. Et quod dicitur: *Ille homicida erat ab initio* [m], intelligendum est 'post initium' vel quam cito hominem tentavit [n].

2. Ad obiectum autem in contrarium dicendum [o] quod, licet Scriptura faciat mentionem primo de isto peccato, tamen [p] ante istud peccatum fuit aliud peccatum, de quo non primo facit ipsa [q] Scriptura mentionem. Et rationem ponit Albinus, *Super Genesim* [3], dicens: « Angelicum peccatum in Genesi absconditum est » — et loquitur de peccato superbiae — « et hominis patefactum, quia angelicum vulnus Deus non proposuit curare, hominis vero vulnus sanare praedestinavit ».

Sed pari [a] ratione posset dici quod non debebat facere mentionem de peccato tentationis, cum illud peccatum tentationis esset incurabile sicut et [b] peccatum superbiae diaboli, quod fuit primum peccatum. — Ad quod dicendum quod aliud est de peccato primo superbiae et aliud de peccato tentationis, licet utrumque sit incurabile [c]. Peccatum enim tentationis introductum est, ut ostenderetur quod homo peccavit diabolo suggerente, et ex hoc esset una ratio propter quam eius [d] peccatum esset remediabile [4]. Unde non propter se introducit Scriptura peccatum tentationis diaboli; decursus enim Sacrae Scripturae est ad ostendendum totam seriem, secundum quam genus humanum per Christum est liberatum et ad dignitatem restitutum [5]. Quod autem agitur de peccato diaboli, hoc non est nisi ex quadam antithesi vel ut ostendatur eius peccatum fuisse occasio peccati hominis.

3. Ad aliud vero dicendum [e] quod non est simile de peccato tentationis et de peccato irae vel superbiae. Peccatum enim tentationis ordinem habet [f] ad aliquam affectionem inordinatam priorem: nullus enim intendit nocere alteri nisi ut [g] prosit sibi eo modo quo non congruit.

Si vero obiciatur quod potest homo aliquis primo peccare peccato tentationis, secundum quod homo tentat hominem ad seducendum: dicendum est quod et in homine habente naturam corruptam et in angelo semper praecedit aliqua alia affectio. Natura enim [h] incorrupta non inclinat primo ad nocumentum proximi, sed, si est defectibilitas in ipso libero arbitrio, primo inclinat [i] ad id quod pertinet ad propriam personam, secundo ad id quod est in proximo. Unde, si homo esset in statu innocentiae, non esset eius peccatum primum tentatio ad seducendum alterum, sed perversio [k] ex consideratione alicuius proprii boni [l] apparentis.

---

[a] V *vel.* [b] V *prius.* [c] V *fuit peccatum illud* pro *i. f.* [d] V *presumptionis.* [e] BT *preambulans.* [f] T *per;* Z om. *nocere.* [g] V *quod.* [h] BTLZ *intendebat.* [i] VFR om. [k] B add. *est;* V *quod* pro *per.* [l] V om. [m] BT *fuit ab initio hoc* pro *e. a. i.* [n] T om. [o] Ita V, alii add. *est.* [p] R *et non.* [q] V om., in F est add. mg.

[a] V *ista,* R *in.* [b] L om. [c] V add. *peccatum.* [d] T om. [e] Ita V, alii add. *est.* [f] T om. [g] F om. [h] BT add. *est;* B *nec* pro *non.* [i] B om. [k] BT *perversitas.* [l] VR om.

[1] Cf. S. Bonav., *Breviloq.*, prolog., § 2 et p. 2, c. 5 (V, 204b, 224a).
[2] Lib. I, c. 2 (PL 35, 2153).
[3] Interrog. 3 (PL 100, 517).
[4] Cf. infra, num. 198.
[5] Cf. Alex. Hal., *Summa theol.*, I, p. 3, *ad 2.*

185

CAPUT II.

UTRUM TENTATIO PRIMORUM PARENTUM FUERIT UNA SOLA VEL PLURES.

Secundo quaeritur utrum fuerit una sola tentatio vel plures.

Et videtur quod una sola, 1. quia uni peccato respondet una sola tentatio inclinans ad illud; sed unum fuit primum peccatum Evae; ergo una fuit tantum tentatio inclinans ad illud [a].

Sed videtur contrarium. *a.* Tentatio enim fuit respectu fructus esibilis, item tentatio fuit respectu appetitus scientiae, item tentatio fuit [b] respectu appetitus essendi sicut Deus; ergo non fuit una [c] sola tentatio.

[Solutio]: Ad quod [d] respondendum quod fuit una [e] tentatio, quia ubi unum propter alterum, totum reducitur ad unum [1]; tentatio autem [f] fuit de inobedientia, motivum autem ad illam transgressionem fuit appetitus inordinatus similitudinis divinae, et secundum hoc unica fuit tentatio. Quod enim movebatur Eva ad esum fructus vetiti hoc fuit ratione illiciti desiderati, quod ei a diabolo promittebatur, cui [g] non est credendum, cum ipse sit *mendax et pater eius* [2]. Et [h] ideo, dicit Chrysostomus [3], promittit multa, non ut det, sed ut accipiat. Et ideo non oportet ei credere universaliter, sed et [i] blandientem eum odire et, cum maiora promittit, tunc magis avertere: quoniam et Evam, quando eam magis spe extulit, tunc deiecit et maxima est ei operatus mala. Et [k] sic principaliter una fuit tentatio, quia unum fuit principale motivum, sed tamen plures ratione actuum coniunctorum et motivorum.

186

CAPUT III.

SI FUERUNT PLURES TENTATIONES, QUAE ILLARUM FUIT PRIMA.

Tertio quaeritur, si aliquo modo fuerunt plures, quae illarum fuit prima [l]. Erat enim tentatio aliquo modo de appetitu scientiae, iterum [m] de appetitu immortalitatis, de appetitu ipsius delectationis in gustu; item, Matth. 4, 3-10 dicitur [4] quod tentavit Christum [n] diabolus de gula, de avaritia, de vana gloria. Si ergo plures erant aliquo modo, aliqua illarum fuit prima. Potest ergo quaeri quae illarum.

Et videtur quod illa quae fuit de vana gloria sive de superbia. *a.* Hoc [o] enim dicitur esse primum peccatum primorum parentum, secundum quod habetur super illud [p] Psalmi [5]: *Superbi iniique agebant usquequaque,* Glossa [6]: « Maximum peccatum est superbia, quia inde manavit origo nostri delicti; hoc telo primo nos diabolus vulneravit ». Ergo prima tentatio fuit de superbia sive vana gloria, quae ad idem reducitur.

Sed videtur quod fuerit tentatio prima de gula, 1. per hoc quod dicitur Luc. 4, 3, ubi agitur de tentationibus in principio. Dicitur enim quod « eo ordine tentavit Christum quo tentavit Adam [7] »; sed tentatio Christi incepit a gula; ergo tentatio primi parentis incepit a gula.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod motivum primum in omnibus tentationibus Adae fuit appetitus excellentiae [8], et ideo reducendae sunt tentationes, si quo modo plures fuerunt [q], ad illam tamquam ad primam.

Ad obiectum 1. autem in contrarium dicendum [r] quod dicitur tentatio gulae prima propter hoc quod [s] secundum illam quasi consequenter contractum est originale peccatum; unde dicitur prima quoad [t] hoc, etsi non dicatur prima simpliciter. Tentatio enim superbiae vel avaritiae fuit de peccato spirituali, tentatio vero gulae fuit de peccato carnali, traductio autem corruptionis ex parte carnis [u] accipiebatur. — Vel aliter potest dici quod tentatio de gula fuit prima, licet actus non esset primus. Sicut enim [v] habetur Gen. 3, 1, primo dixit diabolus per serpentem ad mulierem:

---

[a] V om. *sed... illud.* [b] Ita V, alii om. [c] Z *illa.* [d] T om.; F *dicendum* pro *respondendum.* [e] BT add. *sola.* [f] V *enim.* [g] V *tamen.* [h] V om. [i] B om. [k] L om. [l] R *post.* [m] V *item.* [n] Ita V, alii *ipsum.* [o] V *si,* Z *hac.* [p] Z *in illo* pro *s. l.* [q] F *fuerint.* [r] Ita V, alii add. *est.* [s] T add. *dicitur.* [t] Ita V, alii *ad.* [u] T om. [v] R om.

1 Cf. Aristot., *Topic.*, III, c. 2 (I, 199).
2 Cf. Ioan. 8, 44.
3 Cf. *In Gen.*, hom. 16, n. 3sq. (PG 53, 129sqq.).
4 *Ordin.*, in h. l.; cf. *In Luc.* 4, 8 (PL 114, 86 et 254).
5 Psalm. 118, 51.
6 Lombardi, in h. l. (PL 191, 1069).
7 *Ordin., In Luc.* 4, 5 (PL 114, 254); cf. Ambros., in h. l. (PL 15, 1617), et Gregor. M., *In Evang.*, homil. 16, nn. 2-3 (PL 76, 1135sq.).
8 Cf. supra, num. 185, in *Solutione.*

Cur praecepit vobis Deus ut non comederetis de omni ligno paradisi? Deinde vero, quia intellexit Evam dubitare dicentem[1]: *Ne forte moriamur,* secutum est quod dixit serpens[2]: *Nequaquam moriemini;* tertio vero subiungitur[3]: *Eritis sicut dii scientes bonum et malum.*

CAPUT IV. 187

UTRUM TENTATIO FACTA FUERIT MEDIANTE ALIQUO SENSIBILI VEL NON.

Quarto quaeritur utrum facta fuerit mediante aliquo sensibili vel non.

Et videtur quod non, 1. quia esse scientem sicut Deum est cognoscibile ab intellectu secundum se, non mediante sensibili; unde, cum diabolus intenderet suggerere hoc quod appeteretur ab Eva, potuit hoc suggerere non mediante aliquo sensibili.

2. Item, ad idem, Augustinus, in III libro *De libero arbitrio*[4]: « Discernenda sunt genera visorum, quorum unum est [a] quod proficiscitur a voluntate suadentis, quale est illud diaboli, cui [b] homo consentiendo peccavit, alterum [a] subiacentibus rebus vel intentioni animi vel sensibus corporis ». Ex quo accipitur quod [c] a voluntate suadentis processit illud peccatum sive illa tentatio, cui mulier consentiendo peccavit.

Contra. *a.* Ostenditur per hoc quod dicit B. Bernardus, *Super Cantica*[5]: « Sicut primo intravit mors per auditum, ita primo et vita. *Fides* enim *ex auditu, auditus autem per verbum Dei,* ad Rom. 10, 17 ».

[Solutio]: Ad quod dicendum quod tentatio fuit mediante sensibili, sed de re tamen intelligibili primo.

[Ad obiecta]: 1. Ad obiectum autem in contrarium dicendum [d] quod receptio illius speciei intelligibilis bene potuit esse per se, non mediante sensibili. Quia vero tentatio hominis, qui ab initio creatus est rectus[6] et compositus est ex parte intelligibili et sensibili, convenientius incepit a parte infirmiori, infirmior autem fuit pars sensibilis, ideo a parte sensibili incepit tentatio et haec [e] fuit mediante sensu. Mediante vero [f] auditu convenienter primo, quia est susceptivus locutionis, locutio autem communis est ipsis hominibus et angelis [g] in corporibus assumptis, et ideo convenienter prima tentatio primo [h] facta est per auditum, ab [i] auditu vero transiit usque ad visum, et post usque ad olfactum et post usque ad tactum et ultimo usque ad gustum: et hoc ultimum simpliciter fuit prohibitum. Quod enim dicitur Gen. 3,3: *Ne tangeremus illud,* loquitur de tactu prout gustus est quidam tactus[7], vel de tactu ordinato ad gustum.

2. Ad secundum vero [k] dicendum quod dicit Augustinus, in libro *De libero arbitrio,* quod loquitur ibi de viso [l] interiori, quod fuit [m] similitudo excellentiae divinae; quod etsi apprehendi potuit ab intellectu humano non mediante signo sensibili, tamen propter infirmiorem partem ex illa parte movit hominem ipse diabolus. Secus enim est in intellectu nostro iam [n] vitiato, quem potest tentare diabolus non mediante sensu [o], et de intellectu hominis existente recto a principio.

CAPUT V. 188

QUARE TENTATIO FACTA FUERIT MEDIANTE SERPENTE[8].

Quinto quaeritur quare facta fuit mediante serpente.

Videtur enim, 1. cum diabolus habuerit posse assumendi corpus aëreum in similitudine corporis humani, quod in illo corpore convenientius [p] debuerit tentasse hominem.

2. Item, multa sunt alia animalia praetendentia delectabile homini, ut columba et alia genera animalium, quae consona sunt homini; videtur ergo quod per huiusmodi genera animalium magis congrueret tentasse hominem ad seductionem.

3. Item, sunt multa genera animalium, ut avium, quae convenientius habent organum ad formandum

---

[a] VR om. [b] Codd. *cum.* [c] V om. [d] Ita V, alii add. *est.* [e] FRL *hoc.* [f] B *tamen.* [g] F add. *et hominibus;* R om. *in corporibus.* [h] Ita V, alii om. [i] B om. [k] V om. [l] Ita B, alii *visu.* [m] V *sit.* [n] B om. [o] B *sensibili.* [p] BT *conveniens;* Z *tentare* pro *tentasse.*

1 Gen. 3, 3.
2 Gen. 3, 4.
3 Gen. 3, 5.
4 Cap. 25, n. 75 (PL 32, 1308).
5 Cf. *Sermo 28,* n. 5 (PL 183, 923).
6 Cf. Eccle. 7, 30.
7 Cf. Aristot., *De anima,* II, c. 9 (III, 456).
8 Cf. Lombard., II *Sent.,* d. 21, cc. 2-4 (p. 404sq.); S. Bonav., II *Sent.,* d. 21, a. 1, q. 2 (II, 495sq.).

vocem similem locutioni; cum ergo per illam partem inciperet tentatio, convenientius fieret per huiusmodi animalia volatilia.

4. Praeterea, sunt quaedam animalia, quae assimilantur in figura ipsi homini, ut simia; convenientius [a] ergo per quod vicinum erat fieret tentatio.

5. Item, occasione huius quaeritur de hoc quod dicitur Gen. 3, 1, quod *serpens erat callidior cunctis animalibus,* et secundum litteram Septuaginta dicitur *prudentissimus bestiarum.* Videtur enim quod in genere animalium apes prudentiores dicantur et formicae similiter et multa etiam genera animalium [b], de quibus legitur in libro *De naturis animalium* [1].

6. Praeterea, numquid elegit diabolus serpentem ad tentandum per ipsum, an [c] potestatem habuit per aliud genus animalis tentare?

Respondeo [d]: 1-2. Ad primum et secundum dicendum quod, licet animalia alia [e] sint magis consona naturae hominis, per serpentem tamen permissus est tentare; serpens enim ille, sicut dicit Beda [2], vultum habuit virgineum, ut per simile facilius deciperet: similitudo enim mater est falsitatis [3]. Praeterea, serpens habet quemdam lubricum motum et suavem; unde convenit motui tentationis interioris, qui est lubricus et levis. Unde Augustinus, in libro XII *De Trinitate* [4]: « Quo modo coluber non apertis passibus, sed squamarum [f] minutissimis nisibus repit, sic lubricus deficiendi motus negligentes minutatim occupat, et incipiens a perverso appetitu similitudinis Dei pervenit ad similitudinem pecorum. Inde est quod nudati stola prima *pelliceas tunicas* [5] mortalitatis meruerunt. Honor autem hominis fuit similitudo Dei, dedecus [g] similitudo pecoris; ideo dicitur in Psalmo [6]: *Homo, cum in honore esset, non intellexit, comparatus est* [h] *iumentis insipientibus* ». Iumenta autem dicuntur ea quae data sunt homini in adiutorium [7].

3. Ad tertium vero [i] dicendum quod, licet sint multa animalia quae habent organum ad formandum [k] vocem similem locutioni, non tamen per [l] illa oportuit fieri tentationem primam. Non enim requiritur convenientia organi maior, cum diabolus [a] per ipsum serpentem loqueretur, qui potestatem habebat formandi vocem similem locutioni vel etiam locutionem. Sicut enim dicit Augustinus [8], « diabolus per serpentem locutus est, utens eo velut organo, movensque eius naturam eo modo quo [b] ille movere et moveri illa potuit [c] ad exprimendos verborum sonos et signa corporalia, per quae mulier suadentis intelligeret voluntatem ».

4. Ad quartum vero [d] dicendum quod, licet modo [e] non habeat serpens vultum virgineum vel similem homini et nunc habeat vultum terribilem, tunc tamen non habuit; unde [f] potuit congruentius tentare quam per animal quod assimilatur nunc homini in figura, et hoc maxime ut praesignaret quod hominem [g], qui rectus erat creatus a principio, sicut dicitur Eccle. 7, 30, intenderet incurvare per affectum ut coniungeretur terrenis [9]. Inter vero animantia illud, quod plus incumbit terrae, est reptile, et ideo serpens dicitur quia serpit [10]. Sed tamen hoc videtur dici in poenam, Gen. 3, 14: *Pectore et ventre repes;* sed magis videtur in poenam diaboli dici, propter hoc quod habetur [h] Gen. 1, 24: *Fecit Deus bestias terrae iuxta species suas et* [i] *iumenta et omne reptile terrae.*

5. Ad quintum vero dicendum quod serpens non dicitur *callidior* vel *prudentissimus* [k] ratione naturae suae, sed ratione operationis diaboli [l] in ipso. Unde Augustinus, XI *Super Genesim* [11]: « Serpens ille non irrationali anima sua, sed alieno iam spiritu, id est diabolico [m], potest sapientissimus dici omnium bestiarum. Quantumlibet enim praevaricatores [n] angeli de supernis sedibus merito suae perversitatis deiecti sint, natura tamen excellentiores sunt omnibus bestiis propter rationis eminentiam. Quid ergo mirum, si suo instinctu diabolus iam implens serpentem eique suum spiritum miscens eo more quo vates [o] daemoniorum implere solet, sapientissimum eum [p] reddiderat omnium bestiarum secundum animam irrationalem? » Sapientia autem hic accipitur ad malum, non ad bonum.

6. Ad sextum dicendum quod non fuit in optione [q] diaboli eligere animal quod vellet, sed

---

[a] T *conveniens.* [b] B om. *apes.. animalium.* [c] Ita BL (corr.), alii add. *hanc;* R om. *habuit,* in F est add. mg. [d] Ita V, alii om. [e] T om. [f] RZ *squamas,* quod FL corr. [g] B add. *fuit.* [h] B om. [i] V om. [k] V *faciendum.* [l] V om.
[a] V *diabolo.* [b] V add. *nec;* FRZ add. *naturae,* quod L exp. [c] V *potentia.* [d] VR om. [e] Ita BT, alii om. [f] R *sed.* [g] V *homini;* R om. *quod.* [h] B *dicitur;* VR om. *1;* R add. *in.* [i] F om. [k] BT *prudentior.* [l] Ita BT, Z *operatus diabolus,* alii *operans diabolus* pro *s. r. o. d.* [m] V *diabolo.* [n] V *prevaricantes.* [o] BT *voces;* V *natos* pro *q. v.* [p] B *enim.* [q] Ita V, alii *electione.*

1 Cf. Avicenna, VIII, c. 6 sq. (fol. 39d sqq.).

2 Petr. Comestor, *Hist. schol., Liber Gen.,* c. 21 (PL 198, 1072), etiam addit « ut ait Beda », apud quem tamen hoc non invenimus.

3 Cf. Augustin., *Soliloq.,* II, c. 7, n. 13 (PL 32, 891); Aristot., *De elenchis,* I, c. 7 (I, 284).

4 Cap. 16 (PL 42, 1006 sq.).

5 Gen. 3, 21.

6 Psalm. 48, 13.

7 Cf. Alex. Hal., *Summa theol.,* II, p. 358, *ad 3.*

8 *De Gen. ad litt.,* XI, c. 27 (PL 34, 443).

9 Cf. Augustin., *De Trinit.,* XII, c. 11 (PL 42, 1006); *De civit. Dei,* XIV, c. 11, n. 2 (PL 41, 419).

10 Cf. Isidor., *Etymol.,* XII, c. 4, n. 3 (PL 82, 442).

11 Cap. 2 (PL 34, 430 sq.); cf. S. Bonav., II *Sent.,* d. 21, dub. 2 (II, 510).

quod ei concessum fuit. Unde Augustinus[1]: « Non debemus sane opinari quod serpentem sibi, per quem tentaret suaderetque [a] peccatum, diabolus eligeret, sed, cum esset in illo propter perversam et invidam [b] voluntatem decipiendi cupiditas, nonnisi per illud animal potuit, per quod posse [c] permissus est. Nocendi enim voluntas potest esse ei a se, *non est* autem *potestas nisi a Deo*[2] ».

CAPUT VI. 189

A QUO FUERIT FORMATUS ET EXPRESSUS SONUS EMISSUS PER SERPENTEM[3].

Sexto quaeritur utrum sonus emissus per serpentem fuerit formatus a diabolo et expressus per serpentem vel a serpente formatus et expressus.

Et videtur quod diabolus moverit linguam serpentis ad exprimendam huiusmodi locutionem, ita [d] quod distinctio non esset ex potestate animae sensibilis in serpente, *a.* per hoc quod dicit Augustinus, in libro *De mirabilibus*[4]: « Dominus [e], [qui] in igne et nubibus modos loquendi invenit, ita in ore animalis plectrum [f] linguae gubernavit »; et loquitur de asina Balaam, de qua idem dicit, XI *Super Genesim ad litteram*[5]: « Sic locutus est serpens homini sicut asina, in qua sedebat Balaam, locuta est homini [g][6], nisi quod illud fuit opus diabolicum, hoc [h] angelicum ».

b. Item, Augustinus, in eodem libro[7]: « In serpente locutus est, utens eo velut organo movensque eius naturam eo modo quo ille movere et illa moveri potuit ad exprimendos sonos verborum ». Ex quo accipitur quod ipsa formatio fuit ab ipsa virtute diaboli.

Sed videtur contrarium, quod possit formari ab ipsa sensibili anima immediate, 1. per hoc quod dicit Augustinus, *De mirabilibus*[8]: « Intelligimus Deum nihil in natura linguae mutasse ». Ergo pari ratione nec diabolus in lingua serpentis; ergo ipsa anima sensibilis ipsius serpentis ex sua potestate proximo formavit sermonem.

2. Item, in homine, cum [i] a rationali procedit sermo[9], procedit [k] mediante virtute sensibili; ergo immediatum principium ad formandum locutionem est anima sensibilis. Pari ratione videtur hic esse [l]: diabolus movit animam sensibilem ipsius serpentis, et ipsa mota movit [m] ad formationem sermonis sive locutionis.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod non fuit ex virtute animae sensibilis in ipso serpente tamquam a sufficienti principio, sed fuit a virtute diaboli. De se enim habet anima [n] sensibilis in animalibus habentibus cor et instrumenta vocalia, quod possit formare vocem; sed ipsa discretio vocis litteratae cum significatione est a motore rationali[10]. In hoc autem differt lingua hominis quod habet possibilitatem perfecte ad hoc, sed lingua serpentis et aliorum brutorum imperfecte. Unde non fuit nova potestas data linguae serpentis in ista formatione vocis litteratae, sed possibilitas [o], quam habuit imperfecte, redacta [p] fuit ad actum per diabolum ex permissione divina. Et dicit Remigius[11] quod labia, cymbalum et dentes, ad quod fit locutio ex plectro linguae, et motor sufficiens sunt ea per quae potest formari vox litterata. Non ergo videtur miraculum proprie dictum ibi esse, sed mirabile, quia nihil mutatum est in dispositione instrumenti. Et si inveniatur nomen miraculi, pro mirabili videtur [q] accipiendum.

CAPUT VII. 190

QUARE DIABOLUS PRIMO TENTAVERIT MULIEREM ET PER MULIEREM VIRUM[12].

Septimo quaeritur quare primo tentavit mulierem et per mulierem virum.

1. Cum enim in [r] viro esset tota [s] natura humani generis, diabolus autem invideret humano

---

[a] BFZ *persuaderetque.* [b] TZ *invidiam,* L *invidia.* [c] T om. [d] V om. [e] VL *dicens;* B om. *in.* [f] Ita BT, alii *plenitudinem.* [g] B om. [h] V add. *vero.* [i] V om. [k] V om. [l] BT add. *cum.* [m] Ita RL, F *movetur,* alii *movet.* [n] L om. [o] Ita BT, alii *potestas.* [p] FZ *reducta.* [q] T om. [r] V om. [s] V *creata.*

1 Loc. cit., c. 3 (PL 34, 431); cf. Lombard., II *Sent.*, d. 21, c. 4 (p. 405).
2 Rom. 13, 1.
3 Cf. Lombard., loc. cit.; S. Bonav., II *Sent.*, d. 21, dub. 1 (II, 509).
4 Lib. I, c. 34 (PL 35, 2172).
5 Cap. 29, n. 37 (PL 34, 445).
6 Cf. Num. 22, 28 sqq.
7 Cap. 27 (PL 34, 443).
8 Loc. cit. in nota 4.
9 Cf. Aristot., *De animal. histor.*, IV, c. 9 (III, 73).
10 Cf. Aristot., *De anima*, II, c. 8 (III, 456).
11 Cf. Remig. Altissiod., *Enarr. in Psalm.*, praeambulo (PL 131, 146).
12 Cf. Lombard., II *Sent.*, d. 21, cc. 1 et 5 (p. 403, 405 sq.); S. Bonav., II *Sent.*, d. 21, a. 1, q. 3 (II, 496 sq.).

generi et propter hoc tenderet ad ruinam eius, immediate debuisset tentasse virum.

2. Praeterea, viro facta fuit prohibitio; ergo, cum tentatio esset ad transgressionem praecepti faciendam, tentatio debuit fieri viro immediate et non mulieri, cum ipsi mulieri non fuerit facta [a] prohibitio tamquam nondum existenti.

Contra. *a.* Augustinus, in libro *De Trinitate* [1]: Colubro [b] « sibi subiecto et tamquam instrumento abutens, fallacia [c] sermocinatus est feminae, scilicet a parte inferiori illius humanae copulae incipiens, ut gradatim perveniret ad totum [d] ». Ex quo accipitur quod a parte inferiori [e], scilicet muliere, convenienter incepit tentatio.

b. Ad idem videtur quod dicitur in [f] Eccli. 25,33: *A muliere initium peccati, per illam enim omnes morimur* [g].

[Solutio]: Ad quod respondendum [h] quod convenienter facta fuit tentatio quoad initium ex parte mulieris. Ex parte enim inferiori [i] humani generis aditum quaesivit ipse diabolus, sicut contingit in unoquoque nostrum, ut sic gradatim ascenderet et tandem consummaretur tentatio.

191 CAPUT VIII.

UTRUM CONSIMILI MODO COMPLEATUR IN NOBIS TENTATIO DIABOLI.

Octavo quaeritur utrum consimili modo compleatur in nobis tentatio diaboli quo modo completa est in primis parentibus.

1. Ad quod dicit Augustinus, in [a] II *Super Genesim adversus Manichaeos* [2]: « Non possumus a diabolo tentari nisi per illam animalem [b] partem, quae quasi imaginem vel exemplum mulieris in ipso homine ostendit [c] ».

2. Similiter Augustinus [d], in XII *De Trinitate* [3]: « Sicut in illo manifesto coniugio duorum hominum, qui primi facti sunt, non manducavit serpens de arbore vetita, sed tantum manducandum persuasit, mulier autem non sola comedit, sed *viro suo dedit* [4], ita quod in uno homine geritur carnalis sensus vel animalis ingerit quamdam illecebram fruendi se, et tunc velut serpens alloquitur feminam. Huic autem illecebrae consentire est de ligno prohibito manducare. Sed iste consensus, si sola animi delectatione cogitationis [e] contentus sit, superioris vero auctoritate consilii membra retinentur, ut non *exhibeantur membra iniquitatis peccato* [5], sola mulier velut cibum vetitum comedit. Si vero ita decernitur quodcumque peccatum ut, si sit potestas [f], opere compleatur, intelligenda est mulier dedisse viro suo secum edendum [g] illicitum cibum ». Ex quo accipitur quod tentatio in nobis consimiliter agitur quemadmodum in primis parentibus.

Sed videtur contrarium. *a.* Nonne [h] tentatio diaboli aliquando fit [i], qua tentat hominem de infidelitate? Hoc autem non fit mediante sensibili parte, cum non sit res sensibilis; ergo non videtur quod consimiliter agatur [k] tentatio in nobis quemadmodum in primis parentibus.

[Solutio]: Ad quod respondendum quod non tantum fit tentatio in nobis per partem sensibilem, sed per [l] partem intelligibilem; maior tamen habilitatio est tentationis a parte sensibili.

[Ad obiecta]: 1. Ad id vero quod dicit Augustinus, *Adversus Manichaeos*, dicendum [m] quod 'non posse' dicitur multipliciter: vel [n] ut removeat omnino potentiam vel ut removeat ampliorem dispositionem potentiae. Et hoc ultimo modo dicitur quod non possumus tentari a diabolo nisi per partem animalem, id est per illam partem sumus dispositi et proni. Vel animalis pars potest dici pars rationalis, quae convertitur ad corpus, et secundum hunc modum verum est quod non est tentatio nisi per partem animalem.

2. Ad id vero quod dicit Augustinus, in libro *De Trinitate*, solvendum est per hoc quod dicit [6]: « Cum intentioni [o] mentis, quae in rebus temporalibus et corporalibus propter actionis officium ratiocinandi vivacitate versatur, carnalis ille sensus vel animalis ingerit quamdam illecebram fruendi se, tunc [p] velut serpens alloquitur feminam ». Unde non vult semper [q] dicere quod serpens, id est sensualis motus, in omni tentatione [r] ingerit illecebram, sed cum de rebus temporalibus et corporalibus est intentio [s].

---

[a] BT *causa.* [b] Codd. *corpore;* V om. *et.* [c] Ita BT, alii *fallaciam;* V *premolitus* pro *sermocinatus.* [d] V *totam.* [e] Ita VL, alii *infirmiori;* V om. *scilicet muliere.* [f] V om. [g] B *moriuntur.* [h] BT *dicendum.* [i] Ita V, alii *infirmiori.*
[a] VZ om. [b] V *anime.* [c] V *consentit.* [d] Z om. [e] V om., BT *cognitionis.* [f] V *secundum potentias* pro *s. s. p.* [g] BT *comedendum.* [h] B om. [i] V add. *similiter.* [k] T om. [l] TR om. [m] Ita V, alii add. *est.* [n] V om. [o] Codd. *intentione.* [p] Z *secum* pro *s. t.* [q] V om. [r] V *tempore.* [s] BT *mentio.*

1 Rectius *De civit. Dei,* XIV, c. 11, n. 2 (PL 41, 419).
2 Cap. 18, n. 28 (PL 34, 210).
3 Cap. 12, n. 17 (PL 42, 1007).
4 Gen. 3, 6.
5 Rom. 6, 13.
6 Loc. cit.

CAPUT IX. 192

QUARE PERMISIT DEUS HUIUSMODI TENTATIONEM FIERI [1].

Nono quaeritur quare permisit Deus huiusmodi [a] tentationem fieri, cum ex huiusmodi tentatione esset tantum malum perventurum.

[Solutio]: Ad quod dicendum per hoc quod dicit Augustinus, *Super Genesim* [2], quod melius fuit creare hominem qui posset non [b] consentire tentationi quam qui non posset tentari. Ex hoc enim [c] « exercetur virtus et est palma gloriosior non consensisse tentatum [d] quam non posse tentari [3] »; et, licet magnum malum [e] futurum esset, non hoc fuit per opus Dei, sed per opus ipsius hominis. Quod autem facturus erat homo propria voluntate per culpam, Deus ordinavit aequitate per poenam et ut aliis esset ad cautelam [4]. Hoc autem attendendum [f] quod aliter fuit tentatio mulieris per serpentem et aliter viri per mulierem, quae utraque permissa est a Domino [g]. Serpens enim non intelligebat sonos verborum, qui ex illo fiebant ad mulierem, mulier vero intelligebat. Unde ipse diabolus per serpentem tentavit, non ipse serpens tentavit, mulier autem tentavit virum, non autem ipse diabolus.

---

[a] B om.; T om. *Deus.* [b] V om. [c] R om. [d] VBL *tentationi.* [e] V om. [f] V add. *est.* [g] BT *Deo.*

1 Cf. Lombard., II *Sent.*, d. 23, c. 1 (p. 416); S. Bonav., II *Sent.*, d. 23, a. 1, q. 2 (II, 533 sqq.).

2 Cf. *De Gen. ad litt.*, XI, cc. 6 et 7 (PL 34, 433 sq.).

3 Augustin., loc. cit., c. 6 (PL 34, 432); cf. Alex. Hal., *Summa theol.*, II, num. 507.

4 Cf. Augustin., loc. cit., c. 10 (PL 34, 434 sq.).

TRACTATUS TERTIUS

DE PECCATO HOMINIS

QUAESTIO I.

DE PECCATO PRIMORUM PARENTUM.

TITULUS I.

DE PECCATO PRIMORUM PARENTUM IN SE.

Completo Tractatu de tentatione diaboli in generali et in speciali, secundum quod tentavit primos parentes, consequenter dicendum est de peccato hominis. Completus enim est [a] Tractatus de peccato diaboli et in se et in comparatione ad hominem.

Triplex autem attenditur peccatum hominis: fuit enim quoddam peccatum in quo persona corrupit [b] naturam, et illud [c] fuit peccatum primorum parentum; fuit aliud peccatum, in quo natura corrupit personam, et illud dicitur originale; fuit tertium, in quo persona corrupit [d] personam, et hoc dicitur peccatum actuale, et adhuc non cessat corrumpere: quotidie enim perpetratur [e] actuale peccatum.

Primo ergo dicendum est de peccato primorum parentum, quod erat primum tempore et causalitate inter peccata hominis;

secundo, dicendum est de peccato originali;

tertio, de peccato actuali, quod quotidie perpetratur, quod etiam continet peccatum primorum parentum quoad hoc quod persona [f] corrupit personam. In peccato enim primorum parentum et persona corrupit personam et persona corrupit naturam. Quoad hoc quod persona corrupit personam [g], continetur sub actuali peccato; quoad hoc vero quod persona corrupit naturam [h], habet propriam rationem ut dicatur origo omnium peccatorum.

Circa ergo [i] peccatum primorum parentum haec [k] quaeri possunt:

Primo, quod fuit genus peccati;

secundo, de causa peccati;

tertio, de quantitate peccati respectu aliorum peccatorum;

quarto, de comparatione peccati Adae ad peccatum Evae;

quinto, utrum peccatum illud fuit remediabile;

sexto, utrum Adam potuit peccare venialiter primo;

septimo, de gradibus peccati;

octavo, de tempore peccati;

nono, de effectu illius peccati sive nocumento quod ex illo peccato provenit.

---

[a] VR om. [b] V *corrumpit.* [c] V *hoc.* [d] V *corrumpit.* [e] BT *perpetrat.* [f] V *primo;* VBTL *corrumpit* pro *corrupit,* item infra [g] B *naturam.* [h] B *natura corrumpit personam* pro *p. c. n.*; V om. *Quoad hoc quod... naturam.* [i] B *vero.* [k] V *ista.*

CAPUT I. 193

QUOD FUERIT GENUS PECCATI PRIMORUM PARENTUM [1].

Circa primum sic obicitur: I. videtur enim [a] **quod primum peccatum sit superbia.** *a.* Diabolus enim traxit hominem ad consimile peccatum illi quo ceciderat; sed ceciderat peccato superbiae [2]; ergo primi parentes peccaverunt peccato superbiae.

b. Ad idem Augustinus, *Ad Orosium* [3]: « Elatus superbia, suasioni serpentis obediens, praecepta contempsit ».

c. Item, Eccli. 10, 14-15: *Initium superbiae hominis apostatare a Deo, quoniam ab illo, qui fecit illum, recessit cor eius.*

d. Ad [b] idem B. Bernardus, *Super Cantica* [4]: « Ambo, diabolus scilicet [c] et homo, meditati sunt altitudinem affectantes ille potentiae, iste scientiae ». Ergo homo peccavit elatione scientiae.

e. Item, ad Rom. 5, 19: *Per inobedientiam unius hominis peccatores constituti sunt multi.* Et Augustinus, *Super Genesim* [5]: « Non potuit melius et diligentius commendari quantum malum sit sola [d] inobedientia, cum ideo reus iniquitatis factus est homo, quia eam rem tetigit [e] contra prohibitionem, quam si non prohibitus tetigisset, non utique peccasset ». Ex quibus concluditur, cum inobedientia sit filia superbiae, quod peccaverit [f] peccato superbiae.

f. Similiter in eodem libro [6] dicitur: « Infuit menti eius amor quidam propriae potestatis et quaedam de se superba praesumptio ». Sed praesumptio ad superbiam reducitur, et ita fuit peccatum superbiae.

Sed videtur contrarium, 1. quod fuit peccatum avaritiae. Fuit enim in eo appetitus scientiae; avaritia autem non tantum est appetitus pecuniae, sicut dicit Gregorius [7], sed et [g] scientiae et altitudinis et huiusmodi; cum ergo habuerit [h] appetitum scientiae, sicut innuitur Gen. 3, 5, et ita videtur quod sit peccatum avaritiae.

2. Item, videtur quod sit peccatum erroris: *Adam* enim *non fuit seductus, sed mulier,* sicut habetur I ad Tim. 2, 14; et exponunt aliqui [8] '*non fuit seductus*' [i] in eo in quo Eva vel non in [k] tantum seductus quantum Eva; ergo fuit peccatum erroris: credere enim quod posset esse sicut Deus, est peccatum seductionis sive [l] erroris; ergo fuit ibi peccatum erroris.

3. Item, videtur quod esset peccatum gulae. Dicit enim Ambrosius, *Super Lucam* [9], quod « eo ordine tentavit Christum, quo primum hominem deiecerat ». Sed Christum primo tentavit de gula; ergo peccatum [m], quo deiectus fuit primus parens, fuit gula.

[Solutio]: Ad quod respondendum [n] quod peccatum illud, quo primo movebatur, fuit superbia. Appetebat enim similitudinem scientiae divinae [o] sicut diabolus appetiit similitudinem potentiae divinae [10]; ex hoc appetitu processit ulterius ad appetendum fructum prohibitum; ex appetitu vero secuta est comestio. Si vero dicatur 'primum' quod est immediatum et proximum, per quod dicitur transfusa corruptio mediante carne humana, dicetur illud peccatum esse peccatum gulae.

[Ad obiecta]: *a-f.* Ad id ergo quod obiectum est, dicendum [p] quod, cum obicitur de praesumptione vel inobedientia, totum reducitur ad peccatum superbiae: ratio enim contemnendi praeceptum ad superbiam reducitur, similiter praesumptio propriae potestatis. Unde, sicut habetur *Super Genesim* [11], in persona ipsius dicitur: « Expertus quid mali habeat praesumptio propriae potestatis et quid boni [q] adiutorium gratiae, dicit Psalmus [12]: *Domine, in voluntate tua praestitisti decori meo virtutem, avertisti faciem tuam a me et factus sum conturbatus* ».

3. Ad id vero quod obicitur quod fuit peccatum gulae, dicendum [r] quod peccatum gulae [s] fuit primum, id est [t] immediatum, ex quo secuta est corruptio humanae naturae; et de illo fuit primo [u] sermo a diabolo, cum [v] dictum est [13]: *Cur praecepit vobis Deus* [x]*?* etc.; sed, ut ad illud moveret, praecessit appetitus elationis.

---

[a] BT om. [b] B *item ad.* [c] VT om. [d] T om. [e] R om. [f] V *peccaverunt.* [g] L *etiam.* [h] BFR *habuit.* [i] B om. *sed.. seductus.* [k] B om. [l] VR *vel.* [m] BT add. *de.* [n] V *dicendum.* [o] BT *Dei.* [p] Ita V, alii add. *est.* [q] Ita V, alii *bonum;* BT *ad vitiorum* pro *adiutorium.* [r] Ita V, alii add. *est.* [s] B om. *dicendum... gulae.* [t] VB *et* pro *i. e.* [u] Z om.; T om. *sermo.* [v] BT add. *iam.* [x] V om.

1 Cf. supra, num. 186; Lombard., II *Sent.*, d. 22, cc. 1-3 (p. 409 sqq.); S. Bonav., II *Sent.*, d. 22, a. 1, q. 1 (II, 515 sqq.).
2 Cf. supra, num. 71.
3 *Dialog. quaest. 65,* q. 4 (PL 40, 736).
4 *Sermo 69,* n. 2 (PL 183, 1113).
5 *De Gen. ad litt.,* VIII, c. 13, n. 29 (PL 34, 383 sq.).
6 Lib. XI, c. 30, n. 39 (PL 34, 445).
7 *In Evang.,* hom. 6 (PL 76, 1136).
8 Cf. Lombard., loc. cit., c. 3 (p. 411).
9 Cf. lib. IV, n. 33 (PL 15, 1617).
10 Cf. supra, num. 72 et 73.
11 Augustin., *De Gen. ad litt.,* XI, c. 5 (PL 34, 432).
12 Psalm. 29, 8.
13 Gen. 3, 1.

2. Ad id vero quod obicitur de peccato erroris sive seductionis, dicendum [a] quod non fuit ibi peccatum erroris, licet seducta esset Eva: non autem omnis seductio est infidelitas, sed illa quae est circa credibilia fidei. Cum autem dixit ei diabolus [1]: *Eritis sicut dii*, non erravit in illo articulo quod unus solus est Deus, credendo quod plures possent esse dii: est enim hoc nomen 'Deus' nomen unius solius Dei [b] natura, nihilominus tamen est nomen eorum, qui dicuntur dii participatione vel adoptione [2], sicut dicitur in Psalmo [3]: *Ego dixi: dii estis*. Hoc autem [c] modo credidit esse sicut Deus, sed non illo modo quo erat participatura [d], sed ultra illud, et ideo peccavit in appetitu elationis et [e] concomitabatur quaedam deceptio rationis: cum enim homo secundum voluntatem peccat, secundum rationem decipitur vel errat. Nec est ille error tempore praecedens peccatum illud, sed simul erat: ut peccatum [f], quod est in libero arbitrio, constitueretur in illis duobus, quod scilicet erat rationis et quod erat voluntatis.

1. Ad id vero quod obicitur de peccato avaritiae, dicendum [g] quod avaritia dupliciter dicitur: uno modo proprie, alio modo communiter, secundum quod dicitur I ad Tim. ultimo, 10: *Radix omnium malorum est cupiditas*. Fuit ergo ibi peccatum avaritiae, non secundum quod proprie dicitur avaritia in amore divitiarum, sed secundum quod communiter dicitur appetitus cuiuscumque delectabilis indebiti, et sic [h] dicitur *radix omnium malorum*.

II. Occasione eius quod iam dictum est, videtur quod sint plura peccata, peccatum scilicet superbiae et peccatum gulae, et ita non tantum unum peccatum.

[Solutio]: Ad quod dicendum [i] quod unum erat quodam modo peccatum, quia unum erat propter alterum [4]. Non sic autem fuit in diabolo. Diabolus enim tantum habuit spiritualem essentiam; homo vero habuit compositam substantiam ex essentia spirituali et corporali; unde duplicem habuit voluntatem: unam ex parte ipsius spiritualis essentiae in se, alteram ex ordinatione [k] ad corpus, unam de re intelligibili, alteram de re sensibili. Unde quasi multiplex [l] fuit peccatum eius: ex parte spiritualis essentiae in se fuit appetitus excellentiae in scientia ultra debitum, ex parte vero spiritualis essentiae in ordinatione [m] ad corpus erat appetitus delectabilis sensibilis contra debitum; et quia unum propter alterum, quasi compositum est peccatum et unum. Praeterea, in relatione ad diversas vires posset dici multiplex. Nam in quantum fuit appetitus scientiae deiformis [n] inordinatus, peccatum dicitur ipsius rationabilis; in quantum autem praesumptio propriae potestatis, peccatum irascibilis; in quantum autem appetitus delectabilis secundum gustum contra vetitum, ipsius [o] concupiscibilis; secundum autem quod appetitus erat delectabilis secundum gustum contra vetitum, ex amore propriae excellentiae in scientia, unum est peccatum. Item, rationabilem est considerare differenter: in se et in ordinatione [p] ad sensibilem et ad vegetabilem. Secundum quod in se, appetitus fuit indebitus scientiae; secundum ordinationem [q] vero ad sensibilem [r], fuit appetitus indebitus immortalitatis; secundum ordinationem [s] vero ad vegetabilem, fuit appetitus indebitus in re cibativa [t]. Nihilominus tamen iste triplex appetitus ad unam reducitur radicem [u].

194

CAPUT II.

DE CAUSA PECCATI PRIMORUM PARENTUM.

Secundo quaeritur quae sit causa huius peccati, videlicet quod sit motivum.

Et videtur quod similitudo aequiparantiae in scientia deiformi [v]. 1. Dicitur [5] enim in Psalmo [6] super illud: *Quae non rapui, tunc exsolvebam:* « Adam et Eva voluerunt rapere divinitatem et amiserunt felicitatem [x] ». Ex quo accipitur quod motivum fuit similitudo Dei; et non eo modo quo debito modo possent pervenire; ergo fuit ibi appetitus similitudinis aequiparantiae.

Contra. *a.* Hoc est tale appetibile, quod nullatenus in rationem hominis videtur cadere, cum omnino sit impossibile nec ratio habeat ad hoc aliquam inclinationem; ergo hoc non fuit motivum in primo parente.

---

[a] Ita V, alii add. *est.* [b] V add. *sine;* B om. *solius.* [c] Z *etiam.* [d] B *participativa.* [e] R *sed.* [f] V om. *sed... peccatum.* [g] Ita V, alii add. *est.* [h] BF *sicut.* [i] Ita V, alii add. *est.* [k] V *ordine,* quod Z corr. [l] Ita V, BTF *multiplicatum,* RLZ *multipliciter.* [m] VBT *ordine.* [n] B *deformis.* [o] V *peccatum.* [p] F *ordine.* [q] BT *ordinem.* [r] B *vegetabilem.* [s] BTL *ordinem,* quod Z corr. [t] R *cibata;* V om. *indebitus.* [u] Ita BT, alii om. *nihilominus... radicem.* [v] B *deformi.* [x] V *obtinuerunt infelicitatem* pro *a. f.*

1 Gen. 3, 5.
2 Cf. Alex. Hal., *Summa theol.*, I, num. 355.
3 Psalm. 81, 6.
4 Cf. supra, num. 185.
5 Lombard., in h. l. (PL 191, 629).
6 Psalm. 68, 5.

[Solutio]: Ad quod dicendum est[a] per simile de peccato diaboli[1], prout dicit Anselmus[2] quod noluit[b] esse similis similitudine aequiparantiae, sed[c] similitudine deiformitatis in scientia; et ad illud potuit pervenire, sed quia hoc voluit propria auctoritate[d] et non expectare a gratia Dei per meritum, voluit sibi usurpare quod Dei erat, et ideo dicitur quod « Adam et Eva voluerunt rapere divinitatem ».

Ad hoc autem[e] quod posset obici per hoc quod dicitur ad Philipp. 2,6 super illud: *Non rapinam arbitratus est esse se aequalem Deo*[f], ibi dicitur in Glossa[3]: « Non usurpavit quod suum non erat, scilicet aequalitatem Dei, ut diabolus fecit et primus homo » — dicendum est quod sic est[g] intelligendum quod aliquid tale voluit primus homo quod, si eo modo habuisset quo voluit, haberet illud quod non habet nisi Deus[4], et ita per consequens voluit aequalitatem. Habere enim deiformitatem scientiae non ex gratia, non habet nisi qui aequalis est Deo; et tamen non est[h] idem habere deiformitatem in scientia et esse aequalem Deo.

CAPUT III. 195

DE QUANTITATE HUIUS PECCATI IN COMPARATIONE AD ALIA PECCATA[5].

Tertio quaeritur de quantitate peccati huius in comparatione ad alia peccata.

Et videtur quod hoc peccatum sit[i] maximum. 1. Cum enim mensura peccati respondeat mensurae poenae et e converso, maxima autem poena fuit huius peccati, ergo hoc peccatum fuit maximum. — Quod autem maxima fuit[k] poena huius peccati, patet per hoc quod dicit Augustinus, *Ad Orosium*[6]: « Haec causa extitit ut mortis periculum incurreret et ab illo uno homine omnis[l] humana natura vitiata esset[m] et mortalitati obnoxia ». Item, Augustinus, in *Enchiridion*[7]: « Post peccatum exul effectus est Adam; stirpem quoque suam, quam peccando in se tamquam in radice vitiaverat, poena mortis et damnationis obstrinxit[n], ut quidquid prolis ex illo et simul damnata, per quam peccaverat, coniuge per carnalem concupiscentiam nasceretur, traheret originale peccatum ». Similiter dicit Cassiodorus, *De anima*[8]: « Inde propagatur interitus, inde humani generis nutrita est defectio, inde ignorantia rationi contraria, inde noxiae curae, inde poenitendi[o] consilia, inde obscurata[p] cognitio, turpe desiderium, iustitiae neglectus ». Ex quibus auctoritatibus colligitur quod maxima fuit poena illius peccati, scilicet corruptio humani generis.

2. Item, probat Augustinus, in libro *De civitate Dei*, quod hoc peccatum fuit maximum, quia maxima fuit inobedientia: quanto enim praeceptum fuit facilius ad observationem, tanto maior fuit inobedientia. Unde Augustinus, XIV *De civitate Dei*[9]: « Quisquis[q] huiusmodi damnationem nimiam vel iniustam putat, metiri[r] profecto nescit quanta fuerit in peccando iniquitas, ubi tanta erat in non[s] peccando facilitas ». Et hoc probat quasi a contrario dicens[10]: « Sicut enim Abrahae non immerito magna obedientia praedicatur, quia, ut occideret filium, res difficillima est imperata, ita et in paradiso tanto maior inobedientia fuit, quanto id quod praeceptum est nullius fuit difficultatis ».

3. Aliam rationem similiter ostendit ad idem dicens[11]: « Sicut obedientia[t] secundi hominis[12], scilicet Christi, eo praedicabilior est quo *factus est obediens usque ad mortem*[13], ita et inobedientia primi hominis eo detestabilior est quo factus est[u] inobediens usque ad mortem. Ubi enim magna est inobedientiae poena proposita et res a Creatore facilis imperata, quisnam satis explicet quantum malum sit non obedire in re facili et tantae potestatis imperio et tanto terrenti[v] supplicio? » Ex iis colligitur quod maximum fuit peccatum in comparatione ad alia peccata.

Contra. *a.* Vita Christi excellit incomparabiliter vitam aliarum creaturarum; ergo mors eius improportionalis est morti aliarum creaturarum; ergo peccatum interfectionis Christi est maius aliis peccatis; non ergo peccatum primorum parentum est maximum.

---

[a] T om. [b] V *voluit.* [c] V *scilicet.* [d] BF *voluntate.* [e] F om. [f] B om. [g] V om. *q. s. e.* [h] V *ita* pro *t. n. e.* [i] T *est.* [k] V om. [l] V *hominis* pro *h. o.* [m] Ita BT, alii om. [n] TFR *obstrixit.* [o] R *penitenti.* [p] BT *obscura.* [q] V *quisque.* [r] V *metu et.* [s] B om. [t] R *inobedientia.* [u] V om. [v] V *terrentis.*

1 Cf. supra, num. 78.
2 *De casu diaboli*, c. 4 (PL 158, 332sq.).
3 Lombardi, in h. l., (PL 192, 233).
4 Cf. Anselm., loc. cit.
5 Cf. S. Bonav., II *Sent.*, d. 21, a. 3, q. 3 (II, 508sq.).
6 *Dialog. quaest. 65*, q. 4 (PL 40, 736).
7 Cap. 26 (PL 40, 245).
8 Cap. 8 (PL 70, 1294).
9 Cap. 15, n. 1 (PL 41, 423).
10 Loc. cit.
11 Loc. cit.
12 Cf. I Cor. 15, 47.
13 Philipp. 2, 8.

b. Ad idem facit quod dicit Augustinus, in libro *De consensu Evangelistarum* [a 1]: « Gravissimum est scelus occisi Christi, ex quo omnes sunt eradicati ex ipsa Hierosolyma, quae erat caput regni, et per totum orbem dispersi [b] ».

c. Item, Ioan. 15, 22: *Si non venissem* [c] *et locutus eis non fuissem, peccatum non haberent; nunc autem non habent excusationem de peccato.* Sed illud peccatum maius est [d] quod nullam habet excusationem quam illud quod aliquam habere potest; illud autem peccatum, de quo dicitur in Evangelio, nullam habet excusationem [e]; ergo maius est peccato primo [f], quod aliquam potuit habere excusationem [g]. Videtur enim quod aliquam excusationem habere potuit Adam, eo quod noluit contristare delicias uxoris suae [2], et quod [putavit quod] illud peccatum non esset tanta poena dignum, immo veniabile [h 3].

d. Similiter obicitur [i] de peccato Luciferi, quod videtur esse maius peccatum aliis peccatis, eo quod sit causa prima omnium peccatorum.

[Solutio]: Ad quod potest responderi quod peccatum potest dici maius alio peccato vel secundum rationem eius in quem peccatur, propter magnitudinem iniuriae, vel propter magnitudinem damni vel poenae consequentis peccatum vel propter magnitudinem [k] causalitatis ad peccandum. Primo modo dicitur peccatum Iudaeorum maximum peccatum; secundo modo dicitur peccatum primorum parentum maximum; tertio [l] modo dicitur peccatum Luciferi primum maximum peccatum.

[Ad obiecta]: 1. Et per hoc possunt solvi [m] obiecta. Dicendum ergo quod primum [n] peccatum primorum parentum maximum est ratione damni vel poenae, quae ita se extendit in genus humanum.

2. Ad rationem vero secundam dicendum [o] quod ex ratione Augustini non determinatur quod illa inobedientia fuerit maxima, sed solum quod magna valde. Quod patet ex eo quod aliquid aeque facile potuit praecipi et potuit transgressio sequi.

3. Ad tertium vero dicendum [p] quod non sequitur quod inobedientia primi parentis fuerit maxima; sed in hoc detestabilior, quoniam habebat naturam bene institutam, nos autem habemus naturam corruptam: unde minus habuit inclinationis [q] ad cadendum.

CAPUT IV.

DE COMPARATIONE PECCATI ADAE AD PECCATUM EVAE [4].

196

ARTICULUS I.

Utrum peccatum Adae et Evae fuerit eiusdem generis.

Quarto quaeritur de comparatione peccati Adae ad peccatum Evae.

Et videtur I. primo quod idem esset genus peccati. *a.* Uterque enim peccavit gula, uterque superbia. Dicitur [5] enim super illud Psalmi [6]: *Quae non rapui* etc.: « Adam et Eva voluerunt rapere divinitatem et amiserunt felicitatem ».

Contra. 1. I ad Tim. 2, 14: *Vir non est seductus, sed mulier.* Ergo Adam non credidit [r] diabolo dicenti [7]: *Eritis sicut dii,* Eva vero credidit.

2. Item, Augustinus, super illud I ad Tim. 2, 14 [8]: « Non est credendum quod [s] vir, spirituali mente praeditus, voluerit esse sicut Deus ».

3. Item, Augustinus [9]: « Sicut Salomon adoravit idola, licet non crederet ea esse adoranda, sed ne suas delicias contristaret, sic et Adam de ligno vetito comedit, ne uxor sua vel [t] odio vel ira vel invidia tabesceret ». Ergo Adam non peccavit ex superbia.

[Solutio]: Ad quod respondetur quod, quamvis Adam non voluerit esse sicut Deus, quemadmodum dicit Apostolus: *Vir non est seductus,* tamen peccatum mulieris ei imputatur, quia, cum eam corrigere deberet, non correxit, sed ei consensit [10]. Cum ergo facientes et consentientes pari poena puniantur, peccatum Evae factum est suum.

---

[a] FR *Evangeliorum.* [b] RZ *dispersa,* quod FL corr. [c] V *pervenissem.* [d] R *fuit.* [e] B om. *quam... excusationem.* [f] R om. [g] Ita V, alii *inclinationem.* [h] V *veniale.* [i] T om. [k] B om. *damni... magnitudinem.* [l] Ita VF, alii add. *vero.* [m] B add. *ad.* [n] Ita BT, alii *est quod* pro *q. p.* [o] Ita BT, alii add. *est.* [p] Ita V, alii add. *est.* [q] T *inclinationem.* [r] V om. [s] B om. *e. c. q.* [t] Ita V, alii om.

1 Lib. I, c. 12, n. 18 (PL 34, 1050).
2 Cf. Augustin., *De Gen. ad litt.,* XI, c. 42, n. 59 (PL 34, 453).
3 Cf. Lombard., II *Sent.,* d. 23, c. 4 (p. 412).
4 Cf. S. Bonav., II *Sent.,* d. 22, a. 1, q. 2 (II, 518 sqq.).
5 Lombard., *In Psalm. 68,* 6 (PL 191, 629), ex Augustino, in h. l., sermo 9 (PL 36, 848).
6 Psalm. 68, 5.
7 Gen. 3, 5.
8 Cf. *De Gen. ad litt.,* XII, c. 42, nn. 58 et 60 (PL 34, 452, 454).
9 Cf. Augustin., loc. cit., n. 59 (PL 34, 453).
10 Cf. Augustin., *De Gen. c. Man.,* II, c. 17, n. 25 (PL 34, 209).

II. Sed incidit quaestio de verbis[a] Augustini: « Non est credendum quod homo, spirituali mente praeditus » etc. Nonne mulier habuit spiritualem mentem? Item, nonne Lucifer clarius videbat in speculo aeternitatis quam Adam?

Respondetur quod quiddam spirituale datum est Adae, quod nec mulieri nec angelo, quia, cum in eo immiserit *Deus*[b] *soporem*[1], id est extasim[2], raptus est, sicut dicit auctoritas[3], ad curiam angelorum et vidit coniunctionem Christi et Ecclesiae futuram esse. Et, licet casum suum non praeviderit, potest tamen esse quod inspexerit[c] hominem casurum et per[d] Filii Dei carnis assumptionem restituendum.

Contra. B. Bernardus[4]: « Lucifer vidit rationalem creaturam assumendam in unitate[e] personae Filii Dei ». Ergo ita fuit spirituali mente praeditus sicut Adam. — Respondetur: Non est contrarium, quia Lucifer statim in sua visione superbivit et spiritualem mentem perdidit, quod Adam non fecit; et fortasse alia[f] secreta revelata sunt Adae, quae non Lucifero.

Articulus II. 197

Utrum peccatum Adae et Evae fuerit aequale vel quodnam illorum maius[5].

Deinde quaeritur quod illorum[g] fuit maius peccatum vel si fuit aequale.

I. Et videtur quod aequaliter peccaverunt, quia dicit Augustinus[6] quod « impari sexu, sed pari fastu » peccaverunt.

[Solutio]: Ad quod respondetur quod par fastus fuit quantum ad comestionem, non quantum ad affectum[h], quia mulier appetiit esse sicut Deus, non vir[7]; vel potest dici « pari fastu » in genere, non in quantitate.

II. Deinde ostenditur quod plus peccavit Eva quam Adam. 1. *Adam* enim *non est seductus*[8], sed Eva; seductio autem fuit in hoc quod credidit se posse esse sicut Deus; ergo detestabilius[i] fuit peccatum Evae.

2. Item, peccatum Evae fuit causa[k] peccati Adae, et non e converso; ergo quoad[l] hoc maius. Unde Eccli. 25, 33: *A muliere initium*[m] *peccati, per illam enim omnes morimur.*

3. Item, Eva minus debebat credere suasioni factae per serpentem quam Adam suasioni factae per Evam; ergo plus peccavit credendo.

Contra. *a.* Adae fuit factum praeceptum primo; ergo maior fuit eius inobedientia; ergo maius peccatum.

b. Item, *per unius hominis*[n] *inobedientiam*, ut[o] dicitur ad Rom. 5, 19, *peccatores constituti sunt multi;* et iterum[9]: Omnes peccavimus in Adam. Ergo videtur esse maius peccatum.

c. Item, dicit Hieronymus[10]: « Ubi maius est donum scientiae, ibi transgressio[p] maiori subiacet culpae ». Sed maius donum scientiae erat in Adam; ergo maiori subiacuit[q] culpae.

d. Item, Gregorius[11]: « Tripliciter peccatur, ex infirmitate, ex ignorantia, ex industria; maius autem est peccatum ex industria, cum scienter quis peccat ». Tale autem fuit peccatum Adae: scivit enim sibi esse praeceptum de non comedendo, et tamen comedit; ergo maius fuit eius peccatum.

[Solutio]: Ad quod videtur[r] dicendum quod alia et alia ratione potest unum peccatum dici maius alio: vel ratione appetibilis vel ratione causalitatis vel ratione minoris occasionis. Iis tribus modis potest dici peccatum Evae maius peccato Adae: primo, ratione appetibilis, quia voluit esse sicut Deus in assimilatione scientiae; secundo, quia movit Adam ad peccandum et non e converso[s]; tertio, quia minorem habuit occasionem: maior[t] enim est inclinatio ad credendum uxori quam ad credendum diabolo per serpentem suggerentem. — Ex alia vero parte magis peccavit Adam quam Eva. Dicitur enim peccatum alio[u] maius propter maiorem ingratitudinem; maior autem ingratitudo fuit in Adam, eo quod plus erat spirituali mente praeditus propter magnitudinem scientiae sibi datae. Item, dicitur

---

[a] BT om. *d. v.* [b] Ita VZ, alii *Dominus.* [c] BT *intellexerit.* [d] Ita V, alii *secundum.* [e] R *unitatem;* F om. *personae.* [f] V *forte aliqua* pro *f. a.* [g] B om. [h] Ita F (corr.) LZ, alii *effectum.* [i] T *delectabilius.* [k] R *occasio.* [l] F *quantum.* [m] R add. mg. *factum est.* [n] Ita BT, alii om. [o] Ita V, alii om. [p] L (corr.) *transgressor.* [q] BT *subiacitur.* [r] B om. [s] B om. *e. n. e. c.* [t] VLZ *minor,* quod FR corr. [u] R *aliud.*

1 Cf. Gen. 2, 21. 2 Iuxta Septuaginta.
3 Cf. Augustin., loc. cit., IX, c. 19 (PL 34, 408).
4 Cf. *De Baptismo,* c. 5, n. 18 (PL 182, 1043 sq.), ubi exponit quamdam suam sententiam, de qua in *Super Missus est,* hom. 1, n. 2 (PL 183, 57).
5 Cf. Lombard., II *Sent.,* d. 22, c. 4 (p. 412 sqq.); S. Bonav., II *Sent.,* d. 22, a. 1, q. 3 (II, 520 sq.).
6 *De Gen. ad litt.,* XI, c. 35, n. 48 (PL 34, 449).
7 Cf. Lombard., loc. cit., cc. 2-4 (p. 410 sqq.).
8 I Tim. 2, 14.
9 Cf. Rom. 3, 23 et 5, 12; Lombard., II *Sent.,* d. 30, c. 11 (p. 466).
10 Cf. *In Ezech.,* V, c. 16 (PL 24, 157).
11 *Moral.,* XXV, c. 11 (PL 76, 339).

peccatum maius alio propter maiorem inobedientiam; maior autem fuit inobedientia Adae quam Evae: ei enim fuit datum praeceptum et per ipsum mulieri. Unde primo dictum est Adae [1]: *In quocumque* [a] *die comederis ex eo* [b], *morte morieris;* postea vero dixit Eva [2]: *De fructu, quod* [c] *est in medio paradisi, praecepit nobis Deus ne comederemus,* et ita intellexit Eva quod per virum transiit praeceptum ad ipsam. Quia ergo fuit inobedientia in Adam quoad hoc maior, fuit peccatum maius. Item, dicitur peccatum maius alio propter maius damnum, quod ex eo sequitur: et quoad hoc etiam dicitur peccatum Adae maius peccato Evae.

[Ad obiecta]: 1-3, *a-b.* Per [d] iam dicta possunt rationes supra dictae declarari. Rationes enim, quae probant peccatum Evae maius esse, sumuntur secundum [e] aliquam primarum rationum. Rationes vero, quae ponuntur ad probandum quod peccatum Adae maius sit [f], ad alias causas respiciunt.

c. Si vero quaeratur utrum Eva scienter peccavit vel ignoranter, dicendum [g] [3] quod Eva scienter peccavit, quia mandatum recoluit, ignoranter autem quantum ad hoc quod credidit esse sicut Deus. Adam similiter scienter quantum ad quid, scilicet quantum ad mandatum Domini: novit enim sibi esse prohibitum; ignoranter autem quantum ad hoc quod credidit illud, quod erat mortale, esse veniale, id est pro modico esse remissibile.

d. Ad aliud dicendum [h] quod non peccavit Adam ex industria, quia non ex certa malitia, sed peccavit ex quadam infirmitate, id est non firmitate, quam habebat ex comparatione ad Evam, quae de carne sua erat sumpta: noluit enim suas delicias contristari [4]. — Isidorus [5] tamen dicit: « Eva peccavit ex ignorantia, Adam vero ex [i] industria, quia *non seductus*, sed sciens prudensque peccavit ». Ex quo accipitur quod Adam peccavit [k] [ex] industria. Sed non dicitur ibi 'peccare ex industria' peccare ex certa malitia, prout hoc [l] est peccare in Spiritum Sanctum; sed 'peccare ex industria' est peccare scienter.

198 CAPUT V.

UTRUM PECCATUM PRIMORUM PARENTUM FUERIT REMEDIABILE [6].

Quinto quaeritur utrum peccatum illud fuit remediabile.

Et videtur quod non esset remediabile sive remissibile [a], et voco irremissibile [b] quod non habet in se causam remissionis vel excusationem [7].

1. Peccatum enim Adae fuit maximum [c]; sed in genere peccatorum non est maius [d] peccato in Spiritum Sanctum; ergo peccatum Adae fuit in Spiritum Sanctum; sed peccatum in Spiritum Sanctum [e] est irremissibile; ergo peccatum Adae [f] fuit irremissibile.

2. Item, peccatum est [g] aut ex infirmitate aut ex ignorantia aut ex certa malitia; sed peccatum Adae non fuit ex infirmitate vel ex [h] ignorantia: infirmitas enim et [i] ignorantia sunt poenae; nulla autem praecessit poena; ergo Adam peccavit ex certa malitia; sed peccatum ex certa malitia [k] est irremissibile per carentiam [l] rationis remittendi [m]; ergo peccatum Adae fuit irremissibile [n].

3. Ad idem videtur esse ratio per hoc quod dicit Augustinus, in libro *De mirabilibus Sacrae Scripturae* [8], ubi dicitur quod Lucifer de sublimissimo statu suo corruit [o] et ideo surgere non potuit; sed pari ratione potest dici de Adam quod de sublimissimo statu suo corruit, et ideo peccatum eius fuit irremediabile [p].

Contra. *a.* Dicit Albinus, *Super Genesim* [9]: « Homo quanto fragilior est in natura, tanto facilior est ad veniam ». Ergo peccatum hominis fuit remediabile.

b. Item, homo peccavit alio suggerente: unde congruebat quod homo resurgeret alio adiuvante; ergo peccatum eius fuit remediabile [q].

c. Praeterea, si peccatum hominis esset irremediabile [r], et in eo tota natura humana perierat, esset tota humana natura [s] damnata: quod non congrueret pietati divinae, ut pro unius peccato tota natura humana damnaretur; ergo peccatum hominis fuit remediabile [t].

---

[a] V *quacumque.* [b] B om. *e. e.* [c] B *qui.* [d] BT *Et per.* [e] R *per.* [f] B *fuit.* [g] Ita V, alii add. *est.* [h] Ita V, alii add. *est.* [i] BTZ om. [k] V *peccans.* [l] F om.; Z om. *est.*

[a] F om. *s. r.* [b] Ita BTZ (corr.), alii *remissibile.* [c] FLZ add. *in genere peccatorum.* [d] V *minus.* [e] B om.; V *scilicet* pro *i. S. S.* [f] Z add. *non.* [g] BTRZ om., in FL est add. interl. [h] V om. [i] T *ex;* V *autem* pro *enim.* [k] L om. *s. p. e. c. m.* [l] VFRLZ add. *remissionis per carentiam.* [m] B om. *per carentiam remissionis... remittendi.* [n] Ita BT, alii om. *ergo... irremissibile.* [o] BTLZ *cecidit;* B om. *suo.* [p] Ita RL, alii *irremissibile.* [q] Ita F, alii *remissibile.* [r] VBFL *irremissibile;* B om. *eo.* [s] T om. *e. t. h. n.* [t] V *remissibile.*

1 Gen. 2, 17.
2 Gen. 3, 3.
3 Cf. S. Bonav., II *Sent.*, d. 22, a. 2, q. 1 (II, 522 sqq.).
4 Cf. supra, p. 208, nota 9.
5 *Sentent.*, II, c. 17, n. 3 (PL 83, 620).
6 Cf. Lombard., II *Sent.*, d. 21, c. 7 (p. 407 sq.); S. Bonav., II *Sent.*, d. 21, a. 3, q. 2 (II, 506 sq.).
7 Cf. supra, p. 93b.
8 Lib. I, c. 2 (PL 35, 2153).
9 Interrog. 4 (PL 100, 517).

d. Item, Augustinus, in libro *De libero arbitrio* [1]: « Factum est ut poena hominem susciperet emendatoria potius quam interfectoria, ut cui se diabolus ad imitationem superbiae praebuerat, ei se Dominus ad imitationem humilitatis praeberet ».

[Solutio]: Ad quod dicendum, secundum Isidorum [a], in libro *De Trinitate* [2], quod « homo post peccatum ideo revertitur ad veniam, quia ex lutea materia pondus traxit infirmitatis, et ideo pro infirma carnis conditione reditus patet homini ad salutem ». Unde dicendum [b] quod peccatum eius fuit remissibile et remediabile.

[Ad obiecta]: 1. Ad obiectum autem primo in contrarium dicendum est quod peccatum eius [c] non fuit peccatum in Spiritum Sanctum. Neque enim peccavit ex desperatione neque ex praesumptione misericordiae neque ex impugnatione [d] gratiae vel veritatis agnitae, neque finalis impoenitentiae. — Cum autem dicitur quod 'peccatum eius fuit maximum, et peccatum in Spiritum Sanctum dicitur maximum', ex alia et alia ratione dicitur. Peccatum enim Adae [e] dicitur maximum propter magnitudinem damni vel poenae, quia in eo quodam modo peccavit tota humana natura. Peccatum autem [f] in Spiritum Sanctum dicitur maximum ratione generis peccati, et ideo dicitur irremissibile, id est non habens in se causam motivam ad remissionem: est enim directe contra gratiam Spiritus Sancti, per quam fit remissio peccatorum.

2. Ad secundum vero [g] dicendum quod Adam non peccavit ex certa malitia, sed peccavit ex infirmitate carnis, quae infirmitas carnis non erat poena [h] in eo, sed erat natura in se potens deficere. Unde Gen. 6,3 dicitur: *Non* [i] *permanebit spiritus meus,* scilicet indignationis vel irae, *in aeternum in homine, quia caro est.* Est autem infirmitas poena [k], pronitas scilicet quae provenit in nobis ex fomite.

3. Ad tertium vero [l] dicendum quod aliter Lucifer corruit de sublimissimo statu suo et aliter homo. Lucifer enim [m] habuit sublimissimum statum post Deum [n] nec habuit aliquod inclinativum trahens ipsum ad inferius: et ideo avertens se a Deo, aversus est irremissibiliter. Homo vero ratione carnis habuit inclinativum trahens ipsum ad inferius, licet esset in sublimissimo statu innocentiae ex parte spiritus: et ideo, si avertit se a Deo, aversus est remissibiliter, non quod redeat omnino ad illum statum innocentiae, sed [o] potest redire per gratiam ad meliorem.

CAPUT VI. 199

UTRUM ADAM POTUIT PECCARE VENIALITER PRIMO [3].

Sexto quaeritur utrum Adam potuit peccare venialiter primo.

Quod videtur, 1. quia eamdem possibilitatem habuit Adam in primo statu quam modo habemus; sed modo possumus peccare venialiter; ergo et ipse tunc potuit.

2. Item, Eccle. 7,30: *Deus ab initio fecit hominem rectum;* sed rectitudini opponitur curvitas minor et maior; quod autem rectum est, si exeat a sua rectitudine, citius potest declinare in minorem curvitatem quam maiorem; sed minor curvitas est in peccato veniali quam in mortali; ergo citius potest fieri declinatio in veniale a statu innocentiae, a quo erat rectitudo, quam in mortale; ergo Adam in statu innocentiae magis potuit peccare venialiter quam mortaliter.

3. Item, peccatum primum, quod erat in spiritu rationali propter ordinationem [p] ad carnem, licet esset mortale in se, tamen factum est [q] veniale, id est remissibile, quod non fuit in diabolo, ubi nulla fuit ordinatio spiritus ad carnem. Cum ergo istae duae differentiae peccati sint 'mortale et veniale', et non sint ubi spiritus separatur a carne, sed ubi spiritus coniungitur carni, ergo hoc est propter ordinationem spiritus ad carnem; sed ista ordinatio spiritus ad carnem fuit in statu innocentiae; ergo in statu innocentiae poterant esse [r] mortale et veniale peccatum; ergo potuit venialiter peccare.

Contra. *a.* In statu innocentiae erant ordinatae vires aliae motivae sub ratione, ita quod non egrederentur a sua rectitudine nisi ratio egrederetur; sed ratio egredi [s] non potuit a sua rectitudine nisi [t] per mortale peccatum; ergo non potuit venialiter peccare primo [u].

b. Item, nondum *versatum* erat *stratum* [v] *in infirmitate* [4], ut *caro* concupisceret *adversus*

---

[a] Z *quod Isidorus* pro *s. I.* [b] Ita B, alii add. *est.* [c] Ita BT, alii om. *fuit remissibile... eius.* [d] T *pugnatione.* [e] B om. [f] V om. [g] V om. [h] V *pene.* [i] V *si.* [k] BTZ *pene.* [l] V om. [m] VR *autem.* [n] BT *Dominum.* [o] F om., in Z est add. mg. [p] BTF *ordinem,* item infra. [q] Ita VF (interl.), alii om. [r] VBT *inesse,* quod F corr. [s] B *egrediendi.* [t] L om. *ratio... nisi.* [u] VB *post.* [v] V *situm,* TR *statum.*

1 Lib. III, c. 25, n. 76 (PL 32, 1308).
2 *Sentent.,* I, c. 10, n. 11 (PL 83, 555).
3 Cf. Guil. Altissiod., *Summa,* II, tr. 10, c. 3, q. 4 (f. 69a); Ioan. de Rupella, *Summa de vitiis* (fol. 9d); S. Bonav., II *Sent.,* d. 21, a. 3, q. 1 (II, 503 sqq.).
4 Psalm. 40, 3.

spiritum [1]; sed ex concupiscentia carnis sequitur veniale peccatum; ergo non tunc potuit venialiter peccare primo, cum nulla esset repugnantia ex parte carnis.

c. Item, primus motus, qui magis est veniale peccatum, surgit ex fomite; sed fomes secutus est peccatum tamquam poena peccati [a]; natura ergo existente incorrupta non potuit homo peccare primis motibus, et ita similiter [b] aliis peccatis venialibus eadem ratione; non ergo potuit peccare venialiter primo.

[Solutio]: Ad quod dicendum [c] quod aliud est dicere quod 'homo primo [d] potuit peccare venialiter' et quod 'homo [e] potuit peccare venialiter primo' [f]. Concedendum est autem quod homo primo [g] potuit peccare venialiter [h].

[Ad obiecta]: 1. Et per hoc solvendum est [i] quod primo obiectum fuit: eadem enim fuit possibilitas [k] nunc quae et primo, sed aliter disposita. Sic [l] enim fuit tunc disposita, ut primus egressus a rectitudine esset mortalis et deinde potuit esse venialis. Nunc autem sic se habet [m] ut primus egressus possit esse mortalis et possit esse venialis.

2. Ad secundum vero [n] dicendum quod, licet minor curvitas sit in actu venialis peccati quam in actu mortalis, et facilius sit modo egredi [o] in veniale quam [in] mortale, tunc tamen ratione status fuit prior egressus ad mortale quam ad veniale, eo quod omnes vires regebantur superiori parte rationis et ipsa sub Deo ordinabatur.

Sed adhuc potest dubitari propter hoc quod veniale peccatum potest stare cum gratia gratum faciente, per quam anima habet rectitudinem, mortale autem non potest. Cum ergo anima esset tunc in rectitudine, magis videtur quod potuit peccare primo venialiter quam mortaliter, eo quod peccando venialiter non amitteret rectitudinem, quae est ex gratia, peccando autem mortaliter amitteret. — Ad quod dicendum quod est duplex rectitudo [2]: una, quae est ex statu innocentiae, et hanc non potuit [a] servare peccando venialiter [b]; est alia rectitudo, quae est [c] ex gratia gratum faciente, et haec est in [d] ipsa ratione motiva superiori [e], non in aliis viribus per se et primo, et haec potest servari cum peccato veniali, in quo peccato veniali egreditur inferior vis a rectitudine, licet non egrediatur superior. Prima ergo rectitudo innocentiae est universalis in omnibus viribus; secunda vero est in ipsa ratione et in iis quae per se obediunt rationi per consequens. Quia vero rectitudo innocentiae habuit duplicem respectum — ad Deum, sub quo recte ordinabatur ratio, et ad inferiores vires [f], supra quas ordinabatur [g] — semper servaretur illa pars rectitudinis quae est ad inferiores vires, si semper servata esset illa pars rectitudinis quae est sub Deo. Et ideo primus egressus a rectitudine fuit mortalis: eo enim quod ratio non servavit rectitudinem, quae erat sub Deo [h], ideo nec aliae vires servaverunt rectitudinem [i], quam habuerunt sub ratione, et ideo veniale peccatum secutum est mortale.

3. Ad tertium dicendum [k] quod duplex fuit ordinatio ad carnem: vel ratione naturae vel ratione corruptionis in natura carnis. Propter ordinationem vero ipsius spiritus ad naturam carnis non fuit peccatum veniale, secundum quod dividitur veniale contra mortale, sed dicebatur veniale, id est remissibile per poenitentiam vel alio modo. Propter ordinationem [l] vero ipsius spiritus ad naturam carnis corruptam [m] dicitur aliquod peccatum veniale, secundum quod veniale [n] dividitur contra mortale; peccatum autem, quod est ipsius spiritus [o] separati a carne, nec primo modo nec secundo dicitur esse veniale [p].

CAPUT VII.

DE GRADIBUS ILLIUS PECCATI.

Septimo quaeritur de gradibus peccati illius. Dicitur [3] enim super illud Psalmi [4]: *Beatus vir, qui non abiit in consilio impiorum* [q] etc.: « Adam *abiit* a Deo, non loco, sed dissimilitudine, cum, persuasioni diaboli et Evae consentiens, a Deo recessit; *stetit,* cum [r], vetitum pomum comedens, in peccato est delectatus; *sedit,* cum se stulte excusando et culpam in Creatorem [s] referendo, in superbiam est confirmatus, dicens [5]: *Mulier, quam dedisti mihi,* seduxit me ».

---

[a] BFRZ *peccatum,* quod VTL corr. [b] V *sic de* pro *i. s.* [c] BT add. *est.* [d] T om. [e] V om. [f] Z om. *Ad quod... primo.* [g] V add. marg. *non;* T delev. *primo.* [h] T add. mg. *sed non potuit peccare venialiter primo.* [i] L exp. [k] B *potestas.* [l] R *ratio.* [m] Ita V (corr.), alii *habuit.* [n] V om. [o] B *egrediendi.*

[a] BT *poterat.* [b] Z om. *p. v.* [c] V om. [d] Z *ex.* [e] F add. *et.* [f] Ita T (interl.), V *creaturas,* alii om. [g] B *ordinatur;* L om. *ratio et... ordinabatur.* [h] L add. *et.* [i] B om. [k] Ita V, alii add. *est.* [l] BT *ordinem,* quod F corr.; Z om. *spiritus.* [m] V *corrupte.* [n] V om. *s. q. v.* [o] T om. [p] V *mortale.* [q] F om. *a. i. c. i.* [r] R om. [s] Ita VL, alii *creatore.*

1 Gal. 5, 17.
2 Cf. Augustin., *De peccat. meritis,* II, c. 22 (PL 44, 172 sq.).
3 Lombard., in h. l. (PL 191, 844).
4 Psalm. 1, 1.
5 Gen. 3, 12.

ARTICULUS I. 200

Utrum esset minus peccatum consentire suasioni quam pomum vetitum comedere.

Quaeritur ergo de illo verbo, quod dicitur quod « consentiens persuasioni, a Deo recessit ». Videtur enim ex hoc quod hoc [a] esset minus peccatum quam pomum vetitum comedere. In gradibus enim peccati prior gradus est minus peccatum quam secundus, secundus vero [b] quam tertius.

Sed videtur contrarium. 1. In consensu enim illo non cohibuit Evam prout debuit, sequendo voluntatem [c] ipsius et credendo veniale esse peccatum, si comederet[1]; sed hoc fuit maius peccatum quam comedere de ligno vetito: sequi enim voluntatem mulieris et non cohibere voluntatem ipsius appetentis esse sicut Deus et credere de mortali quod esset veniale, cum sciret esse prohibitum, maius est peccatum quam ipsum comedere; ergo magis peccavit in primo gradu quam in secundo.

2. Item, videtur quod consummatio peccati sit ipsa [d] excusatio, eo quod ibi est ultimus gradus, et ita propter hoc sit [e] gravissimum; sed pro gravissimo infligitur tanta poena; ergo pro excusatione tanta fuit poena inflicta Adae et suae posteritati.

Contra. *a.* Excusatio fuit peccatum in virtute interpretativa, gustatio vero sive comestio fuit peccatum in virtute quae utitur alimento; sed haec propinquius [f] se habet ad generativam quam interpretativa [g]: cum enim lingua in duo conveniat [h] opera, in gustum et locutionem, gustus propinquius se habet ad generativam [i] quam locutio; sed secundum generativam [k] transfusa est corruptio, quae fuit poena maxima huius peccati in praesenti; ergo magis videtur inflicta esse poena propter peccatum in gustativa quam in locutiva, et ita gravissimum diceretur peccatum, quo gustavit de pomo vetito.

[Solutio]: 1. Ad quod dicendum [l] quod consentire Evae potuit dupliciter: vel ad comedendum de pomo vetito, et sic fuit minus peccatum quam ipsum comedere; vel potuit consentire ei in appetendo similitudinem Dei in scientia, quemadmodum ipsa appetiit, et sic diceretur maius peccatum comparatione appetibilis ad appetibile quam comedere de pomo vetito, non tamen ita damnosum humano generi: ex [m] inobedientia enim [n] in comedendo de prohibito secutum est damnum humani generis. — Quod autem dicitur 'recedere a Deo in primo gradu [o], et ita mortaliter peccare': dicendum [p] quod, licet non prohiberet Dominus [q] nisi comestionem, in illo prohibuit consensum ad comedendum, et ita, consentiendo in comestionem, peccavit mortaliter et [r] a Deo recessit. Si vero aliquo modo appetiit esse sicut Deus in sciendo bonum et malum [s], et sic appetendo fecit contra prohibitionem divinam, non quam expresse faceret Dominus verbo, sed quam inscripsit in lege mentis.

2. Ad aliud vero dicendum est quod maius fuit peccatum excusationis quam comestionis uno modo. Unde dicit Augustinus, in libro *De civitate Dei*, XIV[2]: « Peior est damnabiliorque [t] superbia, qua in peccatis manifestis suffugium excusationis exquiritur, sicut fuit primorum hominum; nusquam [u] enim ibi sonat petitio veniae, nusquam [v] imploratio medicinae ». Unde illud fuit gravissimum peccatum [x] quantum ad personas primorum parentum. Peccatum autem comestionis de pomo vetito alio modo dicitur gravissimum, quia per illud quasi proximo secuta est naturae corruptio. Unde Augustinus[3]: « Elatus superbia, suasioni serpentis obediens, praecepta contempsit, et haec causa exstitit ut mortis periculum incurreret et ab uno homine natura humana vitiata atque obnoxia mortalitati existeret ».

ARTICULUS II. 201

Utrum fuerit prohibitum tangere pomum.

Sed adhuc quaeritur ratione iam dictorum, si tangere pomum fuit prohibitum et si propter hoc secuta esset damnatio humani generis.

Quod videtur, *a.* per hoc quod dicit Augustinus, in libro *De natura boni*[4]: « Melior est Creator quam creatura ulla quam condidit, cuius imperium

---

[a] F om. *q. h.* [b] R om. [c] Z om. [d] V om. [e] FRZ *fit.* [f] Ita L (corr.), alii *propinquior.* [g] BTLZ *interpretativam*, quod F corr. [h] R *congruat.* [i] BTZ *generationem.* [k] VBT *generationem.* [l] Ita V, alii add. *est.* [m] V *de.* [n] VFRZ *cui*, quod L corr.; V om. *in.* [o] V *statu.* [p] Ita V, alii add. *est.* [q] L om. [r] B add. *ita.* [s] T om. *e. m.* [t] V *et damnabilior* pro *e. d.* [u] V *numquid*, BT *nunquam.* [v] BT *nunquam.* [x] F (corr.) *vitium.*

1 Cf. supra, num. 196.
2 Cap. 14 (PL 41, 422).
3 *Dialog. quaest. 65*, q. 4 (PL 40, 736).
4 Cap. 34 (PL 42, 562).

non erat deserendum ut tangeretur prohibitum [a], quoniam deserto meliore bonum creaturae appetebatur, quod contra Creatoris imperium tangebatur». Ex quo videtur quod prohibitum fuit tangere; sed si prohibitum tangere, tangendo solum inobediens efficeretur; *per inobedientiam* autem [b], sicut dicitur Rom. 5, 19, *peccatores constituti sunt multi;* ergo damnatio humani generis secuta [c] esset propter tactum pomi.

Sed videtur contrarium. 1. Dicitur enim Gen. 2, 17: *In quocumque die comederis, morte morieris.* Prohibitio ergo facta fuit de esu; ergo non per solum tactum pomi secuta esset damnatio.

2. Praeterea, tangere poterat non ad comedendum. Numquid ex hoc peccaret? Non videtur ex ipsa prohibitione facta in libro Genesis, videtur tamen ex hoc quod dicit Augustinus [d], in VIII libro *Super Genesim* [1], ubi dicitur: «Non potuit melius et diligentius commendari quantum [e] malum sit sola inobedientia, cum ideo [f] reus iniquitatis factus est homo, quia eam rem tetigit [g] contra prohibitionem, quam si non prohibitus tetigisset, non utique peccasset».

[Solutio]: Ad quod dicendum quod fuit ibi prohibitio directa et indirecta sive expressa et implicita. Prohibitio explicita fuit de esu, prohibitio vero [h] implicita fuit de tactu ad comedendum. Sicut, cum Dominus dixit in Lege [2]: *Non concupisces uxorem proximi tui,* implicite fuit prohibitum non videre *ad concupiscendum,* quod expresse fuit prohibitum in Evangelio [3]: aliter enim moralia Legis evangelicae non essent in moralibus Legis mosaicae. Cum ergo loquitur Augustinus de prohibitione tactus, intelligendum est de tactu ordinato ad gustum vel de gustu prout est quidam tactus [4].

202 ARTICULUS III.

Utrum prohibitio facta Adae se extenderet ad mulierem [5].

Adhuc etiam quaeritur utrum prohibitio facta Adae ad mulierem se extenderet, cum nondum esset formata mulier de latere eius. Verba etiam [i], quae ponuntur in Genesi, non videntur illud designare, cum dicitur [6]: *In quocumque die comederis* [k], *morieris.* Et, si hoc esset [l], tunc non erat commune peccatum Adae et Evae in comestione nec erat is gradus in peccato primo hominis ut primo mulier comederet de ligno vetito et deinde vir, sed tantum vir comedit de ligno vetito.

[Solutio]: Ad quod videtur dicendum per hoc quod habetur [m] in translatione Septuaginta Interpretum, ubi dicitur: *De omni ligno, quod est in paradiso, edes; de ligno autem cognoscendi bonum et malum, non manducabitis; qua die autem ederitis ab* [n] *eo, morte moriemini;* quod praeceptum datum fuit mulieri et non tantum viro. Secundum autem nostram translationem praeceptum datum fuit mulieri [o] per virum. Unde dicit Augustinus, *Super Genesim* [7]: «Sicut praeceptum datum est viro [p], per quem pervenit ad feminam, ita vir primo interrogatur, secundo femina, ut notetur quod maior fuerit praevaricatio ex parte viri quam ex parte feminae [q]».

Ad id vero quod obicitur quod 'nondum erat femina': dicendum [r] est quod erat aliquo modo et alio modo non. Erat enim materialiter in Adam, non erat autem secundum formam ultimam; sicut autem erat, ita [s] praeceptum erat ei datum.

203 CAPUT VIII.

DE TEMPORE PECCATI PRIMORUM PARENTUM.

Octavo quaeritur de tempore peccati.

Et videtur quod in vespere, *a.* per hoc quod dicitur super illud Psalmi [8]: *Ad vesperam* [t] *demorabitur fletus,* Glossa [9]: «Vespera est, quando sol in occasum declinat, quo tempore Adam peccavit, et lux veri solis, id est Christi, ab eo occidit [u]».

Sed videtur contrarium, 1. per hoc quod dicit Beda [10], super Marc. 15, 33: *Et facta hora sexta, tenebrae factae sunt super totam terram:* «Qua

---

[a] Ita V, alii add. *quamvis prohibitum.* [b] B om. [c] V *tanta.* [d] F add. *id est.* [e] B *quam.* [f] VR *enim.* [g] L *contigit.* [h] V om. [i] Z *autem.* [k] R add. interl. *morte.* [l] BTF (corr.) L *est,* quod Z corr. [m] B *dicitur.* [n] V *de;* L *a Deo* pro *a. e.* [o] R om. *et non... mulieri.* [p] VTRZ om., in F est add. mg.; B om. *fuit... datum.* [q] V *mulieris.* [r] F om. [s] T om. [t] Ita VT, alii *vesperum.* [u] FRL (corr.) Z *cecidit.*

1 Cap. 13, n. 29 (PL 34, 383 sq.).
2 Deuter. 5, 21.
3 Matth. 5, 28.
4 Cf. Aristot., *De anima,* II, c. 9 (III, 456).
5 Cf. Lombard., II *Sent.,* d. 21, c. 8 (p. 408).
6 Gen. 2, 17.
7 *De Gen. ad litt.,* XI, c. 34, n. 45 (PL 34, 448).
8 Psalm. 29, 6.
9 Lombardi, in h. l. (PL 191, 294).
10 In h. l. (PL 92, 290).

hora primus homo Adam peccando mundo mortem meruit, eadem hora secundus Adam moriendo mortem destruxit». Ergo videtur quod non fuerit in vespere: *hora* enim *sexta factae sunt tenebrae.*

[Solutio]: Ad quod dicendum quod, licet *hora sexta factae sint tenebrae*, non tamen illa hora mortuus fuit Christus, sed hora nona vel cito post ipsam; tunc autem [a] est in declinatione sol [b], et ideo dicitur in Genesi [1]: « Cum deambularet Dominus *ad auram post meridiem, abscondit se Adam.* Sic ergo ea hora, qua primus Adam peccando mortem meruit, eadem hora secundus moriendo mortem dextruxit». Vespere autem dicitur large pro tempore quo sol [c] declinat ad occasum.

TITULUS II.

DE EFFECTU PECCATI PRIMORUM PARENTUM [2].

MEMBRUM I.

De poenis generalibus peccati primorum parentum.

Nono quaeritur de effectu illius peccati sive nocumento quod ex illo peccato provenit. Et est multiplex nocumentum, quemadmodum tangitur in libro Genesis [3], ubi tanguntur poenae.

CAPUT I. 204

DE CORRUPTIONE NATURAE.

Est autem prima poena, quam tangit Anselmus, quod persona peccans corrupit [d] naturam, sicut habetur in libro *De conceptu virginali* [4].

Sed videtur quod non congruat. 1. Quod enim minus est, non habet posse super illud quod maius est; sed persona [e] minus est quam natura, quia persona quid singulare est, natura vero quid commune et universale; universale autem plus potens est quam singulare; non ergo potest persona aliquid super naturam, sed magis e contrario; non ergo ex corruptione personae accidit corruptio naturae, sed e converso.

2. Hoc etiam videtur per simile in corruptione naturali. Singulare enim si corrumpatur, non propter hoc corrumpitur [f] universale: unde corrupto Socrate, non propter hoc corrumpitur homo nisi prout est in Socrate; ergo a simili in spirituali corruptione, corrupto singulari non propter hoc corrumpitur universale nisi prout est in illo; ergo ex corruptione Adae, secundum quod erat singularis persona, non fuit corrupta humana natura.

3. Item, actus et [g] operationes sunt circa singularia [5], et praecipue hoc verum est de actibus voluntariis; voluntas ergo, qua homo peccat, singularis est; sed corruptio, quae fuit in primo peccato, ex voluntate processit; quod autem peccat, hoc debet puniri; videtur ergo quod ex corruptione primi peccati, quod fuit circa singularem personam, non debuit [h] sequi corruptio humanae naturae.

[Solutio]: 1. Ad quod dicendum [i] quod de humana natura est loqui dupliciter: vel prout est communis ad omnem hominem, sive descendat seminaliter ab Adam sive non descendat, et secundum hoc corruptione facta singularis personae [k] ipsius Adae, non propter hoc corrumpitur humana natura, quaecumque [l] potest esse, sed corrumpitur in illo qui descendit seminaliter ab Adam, prout dicit Augustinus [6] quod seminaliter

---

[a] V *et tunc* pro *t. a.* [b] Ita V, alii *solis.* [c] T om. [d] T *corrumpit,* quod F corr. [e] Ita V, alii add. *in.* [f] V *corrumpetur.* [g] B *vel;* V om. *circa.* [h] Ita V, alii *debeat.* [i] Ita V, alii add. *est.* [k] T om. [l] Ita V, alii *in quocumque.*

1 Cap. 3, 8; cf. Beda, loc. cit.

2 Licet sequentia pertineant ad praecedentis Tituli materiam, tamen, ob diffusam eorum expositionem, ea sub speciali Titulo melius duximus ponenda.

3 Cf. c. 3, 16-24.

4 Cap. 2 (PL 158, 434).

5 Cf. Aristot., *Ethica ad Nicom.*, VII, c. 3 (II, 78).

6 Cf. *De Gen. ad litt.*, VI, c. 11, n. 19 (PL 34, 347).

descendere est secundum corpulentam substantiam et invisibilem rationem originem habere. Sic [a] ergo corruptione facta in Adam, facta est corruptio [b] naturae humanae secundum quod fuit in eo, non secundum quod potuit esse in alio.

2. Ad secundum vero [c] dicendum quod non est simile in corruptione naturali et corruptione spirituali. Corruptio enim naturalis non attingit universale nisi secundum quod est in illo particulari, ut cum corrumpitur iste homo, corrumpitur [d] homo in isto. In corruptione vero spirituali, quia illa fuit ex lege iustitiae generalis, quae data fuit ipsi Adae, non tantum ut erat homo iste, sed ut habebat in se totam naturam, per quam descenderet seminaliter genus humanum, ideo poena, quae secuta est, totum genus humanum, non tantum ipsum [e], respiciebat. Unde Anselmus, in libro *De conceptu virginali* [1]: « Quia tota humana natura in illis erat et extra illos de illa nihil [f] erat, tota infirmata et [g] corrupta est; corpus etiam, quia tale post peccatum fuit qualia sunt brutorum animalium, corruptioni et carnalibus appetitibus subiacentia; anima vero, quia ex corruptione corporis, et [h] eisdem appetitibus atque [i] ex indigentia bonorum, quae perdidit, carnalibus affectibus est infecta ».

3. Ad tertium vero dicendum [k] quod, licet [l] peccatum processit ex voluntate singulari, corruptio tamen, quae provenit ex illo peccato, fuit corruptio universalis. Peccante enim homine, scilicet Adam, transgressus est homo legem Dei, et ideo natura hominis in illo fuit vitiata. Unde Augustinus, in libro *De natura et gratia* [2]: « Natura illa hominis, qua unusquisque homo nascitur ex Adam, iam medico indiget, quia sana non est ».

CAPUT II.

DE POENA MORTIS.

Consequenter dicendum est de alia poena, scilicet mortis. Sicut enim corruptio fuit naturae, ita mors cuiuslibet personae ab ipso descendentis seminaliter. Et haec fuit poena statuta [m], cum dictum est [3]: *In quocumque die comederis, morte morieris.* Has etiam duas poenas tangit Augustinus, in *Enchiridion* [4], dicens: « Stirpem suam, quam peccando in se tamquam in radice vitiaverat, poena mortis et damnationis obstrinxit ». Item, Augustinus, in libro *De Baptismo parvulorum* [5]: « Quando peccavit [n] Adam non obediens Deo, tunc eius corpus, quamvis esset animale ac [o] mortale, gratiam perdidit, qua eius animae ex omni parte obediebat. Tunc ille extitit bestialis motus pudendus [p] hominibus, quem in sua erubuit nuditate. Tunc etiam morbo quodam, ex [q] repentina et pestifera corruptione concepto, factum in illis est ut, illa, in qua creati sunt, stabilitate aeternitatis amissa per mutabilitates aetatum irent in mortem ».

Circa vero istam partem primo [r] quaeritur utrum sit poena pro peccato inflicta an naturaliter contingat propter defectum naturae corporis;

secundo, si est poena pro peccato, utrum pro illo peccato quod fuit prima inobedientia;

tertio, quo modo poena ista respondet proportionaliter illi culpae;

quarto, qualiter impleta est illa poena, cum non [s] illo die, quo comederunt, mortui [t] sunt morte poenae, licet morte culpae;

quinto, utrum mors sit a Deo;

sexto, utrum [u] sit poena tantum primorum parentum aut [v] aliorum descendentium ab ipsis;

septimo, si sit poena descendentium ab ipsis, utrum tantum malorum aut [x] etiam bonorum;

octavo, quando debet dici poena, an ante mortem an [y] in ipsa morte an post;

nono, qualiter poena peccati conversa est in usum iustitiae et poena vitii in usum virtutis.

ARTICULUS I.

Utrum mors sit poena pro peccato inflicta.

Circa primum sic procedendum est:

Primo quaeritur utrum mors sit bonum aut malum;

deinde [z], si est malum, utrum sit malum poenae pro peccato an non.

---

[a] Ita R, alii *non.* [b] F add. mg. *nisi.* [c] V om. [d] L om. *i. h. c.* [e] V *ipsam.* [f] Z *vel,* quod VRL corr. [g] Z *vel.* [h] V om. [i] V om. [k] Ita V, alii add. *est.* [l] V *quodlibet.* [m] B *instituta.* [n] T *baptizavit.* [o] V *et.* [p] Codd. *putandus.* [q] Ita V, alii *et.* [r] V *quo.* [s] V *in,* F add. *in.* [t] V add. *non.* [u] B om. [v] BT *an.;* B *illis* pro *ipsis.* [x] L *an.* [y] V *aut,* item infra. [z] FRLZ om.

1 Cap. 2 (PL 158, 434).
2 Cap. 3 (PL 44, 249).
3 Gen. 2, 17.
4 Cap. 26 (PL 40, 245),
5 Lib. I, c. 16 (PL 44, 120).

PROBLEMA I. 205

Utrum mors sit bonum aut malum.

Et videtur quod mors sit bonum. 1. Mors enim est instrumentum meriti; sed instrumentum meriti [a] bonum est; ergo mors bonum [b] est. — Quod autem mors sit instrumentum meriti, patet per hoc quod est in martyribus, qui mortem sustinent pro fide vel pro iustitia. Unde dicit Augustinus[1]: « Nunc [c] impletur iustitia moriendo ». Sed, cum impletur iustitia, hoc bonum est; ergo mors bonum est [d].

2. Praeterea, dicitur in Psalmo[2]: *Pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum eius.* Sed quod est pretiosum in conspectu Domini [e], bonum est; ergo mors sanctorum bonum est, et ita mors bonum est.

3. Item, optimum est [f] illud quo fit redemptio humani generis; sed morte Christi facta est redemptio humani generis; ergo mors Christi est [g] optimum; ergo mors est [h] bonum.

Contra. *a.* Mors et vita opponuntur privative; sed vita bonum est; ergo mors malum est: est enim defectus sive privatio boni.

b. Item, Apostolus, ad Rom. 6, 23: *Stipendium* [i] *peccati mors.* Sed quod est stipendium peccati, est malum; ergo mors est malum.

c. Item, I [k] ad Cor. 15, 56: *Stimulus mortis peccatum.* Sed ad quod stimulat peccatum, malum est; ergo mors malum est.

d. Item, potest argui a [l] simili ex comparatione mortis naturae ad aliud genus mortis. Mors enim gehennae nullatenus bona est, similiter mors culpae, qua separatur anima a Deo qui est vita sua[3]; ergo a simili mors corporis dicetur malum, cum separatur ab anima [m] qua vivit.

[Solutio]: Ad quod dicendum [n], secundum Augustinum, in libro XIII *De civitate Dei* [o][4], quod mors non est in se bonum, licet bona posset dici bonis. Dicit enim sic: « Sicut lex non est malum, quando auget peccantium concupiscentiam, ita nec mors bonum, quando auget patientium gloriam ».

[Ad obiecta]: 1. Ad obiectum autem in contrarium dicendum est quod non proprie dicitur instrumentum iustitiae vel meriti, sed materialiter; sustinentia enim mortis proprie dicitur instrumentum, ipsa vero mors materialiter se habet ad sustinentiam.

2. Ad secundum vero [p] dicendum quod *mors sanctorum pretiosa* dicitur *in conspectu Domini:* « Quid enim pretiosius est morte », sicut dicit Augustinus[5], « per quam fit ut delicta [q] omnia dimittantur et merita cumulatius augeantur? » Sed mors dicitur pretiosa, quia sustinentia mortis pro causa honesta est pretio magno digna. Ipsa tamen mors in se sive in genere suo non est bonum. Unde Augustinus: « Mors non ideo bonum videri debet, quia in tantam utilitatem non vi [r] sua, sed divina opitulatione est conversa, ut quae tunc metuenda proposita est ne peccatum committeretur, nunc suscipienda proponatur ut peccatum non committatur commissumque deleatur, magnaeque victoriae [s] iustitiae palma reddatur ».

3. Ad tertium vero dicendum [t] quod, licet mors Christi sit optimum, id est expedientissimum nobis, tamen in suo genere mors non est bonum. « Quidquid enim bonum est, habet essentiam », sicut dicit Augustinus, in *Hypognosticon*[6]; mors autem vitae privatio est, nomen tantum habens, non essentiam.

PROBLEMA II. 206

Utrum mors sit malum poenae pro peccato an non[7].

Deinde quaeritur, si est malum, utrum sit malum poenae pro peccato an [u] non.

Et videtur quod non. 1. Corpus enim humanum compositum est ex contrariis; omne autem [v] quod compositum est ex contrariis, naturaliter est dissolubile; ergo corpus humanum naturaliter est dissolubile; ergo et corpus Adae fuit dissolubile naturaliter [x]; sed si fuit naturaliter dissolubile, fuit ab anima separabile naturaliter: unum

---

[a] V om. *sed... meriti.* [b] V *bona.* [c] BT *non.* [d] B om. [e] BT add. *boni.* [f] RZ om., in FL est add. interl. [g] Ita V, alii om. [h] Ita VT, alii om. [i] F *stipendia.* [k] V om. [l] Ita V, alii *ex.* [m] Z om. *a Deo... anima.* [n] Ita V, alii add. *est.* [o] L om., in Z est add. mg. [p] V om.; BT *dicendum est* pro *dicendum.* [q] T *dilecta.* [r] B *in*, Z *in vi.* [s] T *victoria.* [t] FR add. *est;* BT om. *vero.* [u] V *aut.* [v] B *enim.* [x] R om.

1 *De civit. Dei,* XIII, c. 4 (PL 41, 380).
2 Psalm. 115, 5.
3 Cf. Augustin., *Confess.,* X, c. 6, n. 10 (PL 32, 783); *Sermo* 273, c. 1, n. 1 (PL 38, 1248).
4 Cap. 5 (PL 41, 380).
5 Loc. cit., c. 7 (PL 41, 381), ubi et sequens.
6 Cf. lib. I, c. 4, n. 5 (PL 45, 1616).
7 Cf. Alex. Hal., *Summa theol.,* II, num. 491.

enim sine altero non potuit fieri[a]; sed mors est separatio animae a corpore; ergo mors fuit a natura.

2. Ad idem videtur esse quod dicit Plato[1]: « Dii deorum, quorum opifex ego sum, natura quidem dissolubiles ». Sed, si[b] corpora superiora fuerunt natura dissolubilia, quae non sunt composita ex contrariis, multo fortius et humanum corpus, quod ex contrariis est compositum.

3. Item, aetas videtur esse ex natura; sed mors est finis aetatis; ergo mors[c] videtur esse a natura. — Quod autem aetas sit a natura, hoc ostendi potest per ipsa componentia, ex quibus ipsum corpus componitur: prima enim aetas dicitur esse calida et humida, secunda calida et sicca, et ita[d] deinceps; ergo aetas videtur esse a natura: trahitur enim ex ipsis componentibus.

4. Item, alia corpora defectibilia sunt natura; pari ratione ergo corpus humanum est[e] natura defectibile; sed eius defectus est mors; ergo mors eius est naturalis et fuit naturalis.

Contra. *a.* Iustum fuit ut anima deserente Deum, Deus desereret animam; Deo autem deserente animam, non habuit potestatem continendi corpus; ergo Deo deserente animam, anima incipit deserere corpus[2]; sed haec desertio est mors; ergo[f] mors secuta est ad culpam: desertio enim, qua anima deserit Deum, culpa est.

b. Item, dicit[g] Augustinus, in libro *De Baptismo parvulorum*[3]: « Fiebat ordo iustitiae, ut sicut anima Domino suo, ita corpus illi obediret ». Ergo a contrario anima non obediente Deo, nec corpus iuste obediebat ei; existente autem repugnantia, consequenter conveniebat separatio. Unde Augustinus, in libro *De civitate Dei*[4]: « Cum corpus anima ipsa[h] deseruit, aetate corruptum[i] et senectute confectum, venit in experimentum[k] mors altera, de qua Deus, peccatum adhuc puniens, homini dixerat[5]: *Terra es, et in terram ibis* ». Ex quo accipitur quod mors inflicta est nobis tamquam poena peccati.

c. Item, Gregorius[6]: « Illa, quae data est a Domino[l], de morte carnis nostrae sententia, ab ipso humani generis initio usque ad finem saeculi non mutatur ». Ex quo colligitur quod mors est poena peccati. *Quis* enim *est homo qui vivit et non videbit mortem*[7]? Quod bene Psalmista intuens, ait[8]: *Tu terribilis es, et quis resistet tibi? Ex tunc ira tua,* quia videlicet homini in paradiso peccanti[a] Dominus iratus, semel de mortalitate carnis nostrae sententiam fixit[b], quae ex tunc[c] usque ad ultimum mutari nullo modo valebit.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod mors hominis primi est poena peccati. Unde Augustinus[9]: « Constat inter catholicam fidem tenentes, ipsam nobis corporis mortem non lege naturae, qua[d] nullam mortem homini Deus fecit, sed merito inflictam esse peccati[e], quoniam peccatum vindicans[f] dixit Deus homini, in quo tunc omnes eramus[10]: *Terra es, et in terram ibis* ».

[Ad obiecta]: 1. Ad obiectum autem in contrarium, dicendum est quod natura accipitur dupliciter. Accipitur enim aliquando[g] pro ipsa primitus instituta, aliquando vero accipitur pro ipsa natura corrupta. Secundum primum modum non est mors a natura. Unde Augustinus, in libro *De civitate Dei*[11]: « Fatendum est primos homines ita fuisse institutos, ut si non peccavissent, nullum genus[h] mortis experirentur, sed eosdem primos peccatores[i] ita fuisse morte mulctatos[k] ut quidquid [de] eorum stirpe esset exortum, eadem poena teneretur obnoxium. Pro magnitudine quippe culpae illius naturam damnatio mutavit in peius, ut quod poenaliter praecessit in peccantibus hominibus primis[l], naturaliter sequeretur in nascentibus ceteris ». Ex qua auctoritate colligitur quod secundum naturam primitus institutam non fuit mors naturaliter; secundum naturam vero corruptam naturaliter secuta est in iis qui descenderunt a[m] primis parentibus seminaliter. — Si vero obiciatur quod omne compositum ex contrariis est naturaliter dissolubile et ita naturaliter ab anima separabile'[n]: dicendum[o] quod, licet[p] ratione contrariorum, ex quibus componitur, sit dissolubile, ratione tamen[q] animae rationalis bene institutae, potentis continere corpus, fuit ut non dissolveretur, et ita mortale uno modo et immortale alio modo, id est potens non mori.

2. Ad secundum vero dicendum[r] quod illud quod dicit Plato intelligitur de natura ipsius creaturae, quae ex se non potest subsistere nisi ex[s] gubernatione Creatoris, cuius voluntas fuit ut quaedam[t] essent non dissolubilia.

---

[a] R *esse.* [b] V om. [c] BT om. [d] BT om. [e] Z om., T add. *a.* [f] V add. *et.* [g] B om. [h] T add. *scilicet.* [i] V add. *est;* F om. *et.* [k] V *velut ex operimentum* pro *v. i. e.* [l] B *Deo.*
[a] R *peccandi,* quod F corr. [b] VR *finxit,* quod F corr. [c] Ita V, alii *nunc.* [d] L *contra,* R *quam.* [e] Ita F (corr.), alii *peccatis.* [f] BT *mundi causas,* LZ *mendicans,* quod F corr. [g] BT add. *natura.* [h] T om. [i] V *peccantes.* [k] RZ *mulgatos,* quod L corr. [l] L om. [m] B *de.* [n] VR *dissolubile,* quod F corr.; Z om. *ab anima.* [o] Ita V, alii add. *est.* [p] Z add. *in.* [q] V om. [r] Ita V, alii add. *est.* [s] F om. [t] V *nondum.*

1 *Timaeus,* n. 41 (ed. I. Wrobel, p. 43).
2 Cf. Augustin., *De civit. Dei,* XIII, c. 2 (PL 41, 377).
3 Lib. II, c. 22 (PL 44, 172).
4 Lib. XIII, c. 15 (PL 41, 387).
5 Gen. 3, 19.
6 *Moral.,* XX, c. 34 (PL 76, 178).
7 Psalm. 88, 49.
8 Psalm. 75, 7.
9 *De civit. Dei,* XIII, c. 15 (PL 41, 387).
10 Gen. 3, 19.
11 Lib. XIII, c. 3 (PL 41, 378).

3. Ad tertium dicendum[a] quod, licet aetas esset in eis, tamen non erat ibi ut per senium declinarent ad mortem. Unde Augustinus, in libro *De civitate Dei*[1]: « Senio non veterascebant, ut necessitate perducerentur ad mortem ». Et alibi[2]: « Cibus aderat ne esurirent, potus ne sitirent, lignum vitae ne ulla senecta dissolverentur ». Et dicit B. Gregorius[3]: « Cum temporibus non ipse transibat; stabat enim momentis decurrentibus[b], quia nequaquam ad vitae terminum per dierum incrementa tendebat ». Licet ergo mors sit terminus aetatis, secundum quod dividitur per virilem aetatem et senectutem[c] et alias differentias aetatis, ibi tamen non erat defectibilitas ex necessitate naturae ex parte aetatis.

4. Ad quartum dicendum[d] quod non est simile in aliis[e] animantibus et in homine. In homine enim ita est quod fuit anima rationalis habens posse continendi corpus in[f] immortalitate, eo quod ipsa fuit immortalis[g] bene instituta a principio[4]. In aliis vero animantibus fuit anima corruptibilis, quae non habuit potentiam continendi corpus in[h] incorruptione. Et ideo corpora eorum fuerunt corruptibilia, corpus vero hominis immortale, id est potens non mori.

Articulus II. 207

Utrum mors sit poena pro peccato primae inobedientiae.

Secundo quaeritur, si est poena pro peccato, utrum pro illo peccato quod fuit prima inobedientia.

Et videtur quod[i] pari ratione pro alio peccato. 1. Unoquoque enim peccato mortali anima deseritur a Deo vel deserta elongatur ab eo; sed ad desertionem animae a Deo consequi videtur quod corpus deseratur ab anima; sed haec desertio est mors; ergo mors videtur consequi ad quodcumque peccatum, cum in omni peccato sit desertio animae a Deo.

2. Item, qui facit mortale peccatum, dignus est morte gehennae; sed illa est gravior mors quae non fit separatione animae et corporis, sed in aeternam poenam potius utriusque complexu, sicut dicit Augustinus, in libro *De civitate Dei*[5]; ergo, cum ex peccato mortali sit meritum mortis aeternae, quae multo maior est quam mors temporalis, ex peccato videtur esse meritum mortis temporalis.

3. Item, in libro Sap. 1, 15[6]: *Iniustitia est mortis acquisitio*, et loquitur ibi de morte temporali; sed iniustitia accipitur ibi pro quocumque peccato mortali; ergo ex quocumque[k] mortali est meritum mortis temporalis.

Contra, videtur quod ex primo peccato hominis fuerit tantum meritum mortis temporalis universaliter. *a.* Lex enim data est de morte temporali propter primam transgressionem; dictum est[l] enim in Gen. 2, 17: « *Qua die ederitis*[m], *morte moriemini*, tamquam diceret: Qua die deserueritis me per inobedientiam, deseram vos per iustitiam[7] ». Cum ergo in illo primo peccato fuit prima[n] desertio per inobedientiam, ibi facta est desertio per iustitiam; sed haec desertio per iustitiam[o] non est in praesenti nisi per necessitatem moriendi; ergo ex[p] peccato primo directe consecuta est mortalitas.

b. Item, illud peccatum fecit humanam naturam recedere a prima rectitudine, quod non fecit aliud peccatum sequens[q]; ergo, cum de prima rectitudine esset immortalitas, id est potentia non moriendi, recessus autem quoad hoc est per mortalitatem[r], per peccatum primum tantum consecuta[s] est mortalitas.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod, licet aliquod[t] aliud peccatum dignum fuerit morte temporali, sicut habitum est in Lege mosaica[8], nullum tamen dignum fuit vel meritorium mortis universalis nisi istud.

[Ad obiecta]: 1. Ad obiectum autem in contrarium dicendum[u] quod non ad quamcumque desertionem[v] animae a Deo sequitur desertio illa corporis ab anima, quae dicitur mors, sed illa quae dicitur mors[x] gehennae. Ad illam vero desertionem animae a Deo sequitur desertio corporis ab anima, cum non habet plene potestatem continendi vitam corporis; hoc[y] autem fuit, cum defuit ei prima rectitudo per ipsum lignum vitae,

---

[a] Ita V, TLZ *vero dicendum est*, F *vero dicendum*, R *dicendum est*. [b] Z *discurrentibus*. [c] L om. *e. s.* [d] Ita V, alii add. *est*. [e] Z om. [f] VZ om. [g] V add. *ex*. [h] Z om. [i] V add. *pro*. [k] V add. *peccato*. [l] R om. [m] BT add. *ex illo*. [n] VBTF *primo*. [o] T om. *s. h. d. p. i.* [p] VR *pro*, quod F corr. [q] V add. *unde*. [r] V *immortalitatem*. [s] V *secuta*. [t] B *ad*. [u] Ita V, alii add. *est*. [v] V *defectionem*. [x] V om. *sed... mors*. [y] V *hec*.

1 Lib. XIII, c. 20 (PL 41, 394).
2 Loc. cit., XIV, c. 26 (PL 41, 434).
3 *Moral.*, XXV, c. 2, n. 4 (PL 76, 321).
4 Cf. Alex. Hal., *Summa theol.*, II, num. 492.
5 Cf. lib. XIII, c. 2 (PL 41, 377).
6 Leguntur haec verba in quibusdam tantum codicibus et habentur in *Glossa* Rabani, in h. l. (PL 109, 677 sq.). Cf. S. Bonav., in h. l. (VI, 117).
7 Augustin., *De civit. Dei*, XIII, c. 15 (PL 41, 387).
8 Cf. Exod. 21, 17; Ioan. 8, 5; Hebr. 10, 28.

per cuius alimentum corpus potuit conservari in immortalitate.

2. Ad secundum vero dicendum quod, licet quodlibet peccatum mortale inducat, quantum est de se, necessitatem ad mortem gehennae, non tamen ad mortem [a] temporalem, nisi quatenus ordinatur ad primam inobedientiam, cui secundum legem Dei haec poena est determinata universaliter in humano genere, cuius principium erat Adam secundum seminalem rationem.

3. Ad tertium dicendum [b] quod, licet peccans peccato mortali dignus sit morte temporali, loquitur tamen ibi de iniustitia originali, secundum quam fuit *acquisitio mortis* temporalis. Posset tamen exponi de morte gehennae, quae est per meritum iniustitiae [c] generaliter.

208 ARTICULUS III.

Qualiter poena mortis proportionetur illi culpae.

Tertio quaeritur qualiter poena ista respondet proportionaliter illi culpae.

1. Culpa enim fuit inobedientia, in qua facta est separatio animae a Deo; mors vero est separatio corporis ab anima; si ergo propter separationem utrobique est ista proportio, secundum hoc esset poena pro aliis peccatis.

2. Praeterea, si haec separatio esset [d] causa illius separationis, quanto maior esset separatio animae a Deo, tanto celerior esset [e] separatio corporis ab anima.

Sed videtur contrarium, *a.* per hoc quod dicitur Eccle. 7, 16: *Est iustus, qui perit in iustitia* [f] *sua, et impius vivit multo tempore.*

[Solutio]: Ad quod dicendum quod proportio fuit huius poenae ad primum peccatum inobedientiae. Anima enim, dum universaliter fuit contenta Deo, habuit potestatem universaliter continendi corpus; cum autem non universaliter fuit contenta Deo, non habuit potestatem continendi corpus universaliter, et ita non habuit potestatem conservandi in vita.

[Ad obiecta]: 1. Ad obiectum autem in contrarium dicendum [g], sicut dictum est [1], quod [h] non est simile in aliis peccatis usquequaque. Nullum enim aliud peccatum invenit totam naturam humanam rectam in primo parente.

2. Nec oportet, si [i] maius est peccatum mortale ex parte animae, quod propter hoc sit mors celerior, quia necessitas moriendi sequitur ex obligatione primi peccati. Quod enim non acceleratur mors secundum magnitudinem peccati, hoc accidit quia differt Dominus mortem, quia expectat ad poenitentiam, II Petri 3, 9: *Non vult homines perire, sed ad poenitentiam convertere* [k].

209 ARTICULUS IV.

De qua morte intelligatur illa poena mortis.

Quarto quaeritur qualiter impleta est illa poena, cum non illo die, quo comederunt, mortui sunt morte poenae, licet morte culpae. Propter quod quaerendum est [l] primo de qua morte intelligatur.

a. Et sicut dicit Augustinus [2], quidam intelligunt de morte culpae, quod in verbis profert [m] illud quod in « Lege dictum est [3]: *Qua die ederitis, morte moriemini,* non ad mortem corporis, sed ad mortem animae, quae fit in peccato, referre conantur ». Sed contra illos obicit, dicens [4]: « Quid respondebunt, cum legitur hoc Deum [n] primum hominem post peccatum increpando et damnando dixisse [5]: *Terra es et in terram ibis?* Neque enim secundum animam, sed secundum corpus terra erat et morte eiusdem corporis iturus in terram ». Ex quo videtur quod de morte corporis intelligatur.

b. Praeterea, dicitur I ad Cor. 15, 22: *Sicut in Adam omnes moriuntur, ita et in Christo omnes vivificabuntur, unusquisque enim in suo ordine* etc., ubi loquitur de morte corporis; ergo de morte corporis hoc intelligebatur.

---

[a] B *mortalitatem;* T om. *g. n. t. a. m.* [b] Ita V, BTLZ *vero dicendum,* FR *vero dicendum est.* [c] Z *iustitie.* [d] L *sit;* B om. *haec.* [e] R *esse,* quod F corr. [f] R *iniustitia.* [g] BT add. *est.* [h] Ita V, alii om. [i] VZ *sed,* quod RL corr. [k] B *revertere.* [l] V om. [m] V *prefert.* [n] BT *dictum;* BTF *primo* pro *primum.*

1 Cf. supra, num. 208, in *Solutione.*
2 *De peccat. meritis,* I, c. 2 (PL 44, 109).
3 Gen. 2, 17.
4 Loc. cit.
5 Gen. 3, 19.

c. Sed videtur melius quod intelligatur de morte gehennae, vel in anima vel in corpore. Illa enim est[a] poena per se debita mortali peccato et primo mortali primo debita.

Sed contrarium videtur[b] 1. quod dicitur[1]: *In quacumque die comederis, morte morieris;* neque enim tunc, cum comedit, mortuus fuit morte naturae nec morte gehennae, sed tantum morte culpae; ergo de morte culpae videtur intelligi, cum utrumque verbum ad idem tempus videatur referri.

[Solutio]: 1. Ad quod potest responderi per hoc quod dicit Augustinus, *Super Genesim*[2], distinguens quatuor genera mortis: « Prima est mors culpae; secunda est, quam dicimus mortem naturae, scilicet poenae in praesenti; tertia est mors animae, quam patitur, cum exit de[c] hoc corpore; quarta est, cum anima receperit[d] corpus, et in ignem aeternum post iudicium mittitur ». Dicit ergo consequenter quod ad primam mortem tres aliae sequuntur. Ex quo innuit quod non intelligatur tantum de morte naturae, sed de aliis consequentibus, et non de morte culpae: illa enim est causa. — Nec est hoc contrarium, quod dictum est 'illo die eos non esse mortuos'. Licet enim eo die non essent mortui, erant tamen illo die morti obligati: morti poenae ex parte corporis primo, consequenter morti poenae ex parte animae, tertio morti coniuncti. Unde sensus est: *morte morieris,* id est morti obligatus eris[e] vel mortis reatum incurres. Quia vero omnes erant in Adam secundum corpus et non erant in eo[f] secundum animam, ideo quodam loco Augustinus de morte corporis sic exponit ut[g] intelligatur quod tam cito moriebantur quam cito comederunt. Dicit enim[3]: « Quamvis annos multos postea vixerunt, illo tamen die mori[h] coeperunt, quo mortis legem, qua in senium veterascerent[i], acceperunt ». Et idem[k] dicit B. Gregorius, in libro *Moralium,* IX[4]: « Quo attigit vetitum, pertulit decursum, et offenso Creatore, coepit ire cum tempore[l]; statu immortalitatis amisso, cursus mortalitatis eum absorbuit ».

ARTICULUS V. 210

Utrum mors sit a Deo.

Quinto quaeritur utrum mors sit a Deo.

Quod autem sit[m], **videtur** *a.* per hoc quod dicitur Eccli. 11, 14: *Mors et vita a Domino*[n] *Deo est.* Quod exponit Augustinus, in libro *Retractationum*[5]: « Malorum poena, quae a Deo est, malum quidem[o] est malis, sed in bonis operibus Dei est, quoniam iustum est ut mali puniantur ».

b. Item, Augustinus[6]: « *Mors et vita a Domino Deo est,* vita scilicet a donante, mors ab ipso vindicante[p] ».

Contra. 1. Augustinus, in *Hypognosticon*[7]: « Vide mortem non a Deo[q] auctore, sed per errorem vitae venisse hominibus in paradiso deliciarum positis. Et Sap. 1, 13-16: *Deus mortem non fecit, sed impii manibus et verbis accersierunt eam* ».

2. Item[8], « si Deus auctor mortis est, laetari debet *in occasu vivorum*[9], tamquam in opere suo bono; scriptum enim est[10]: *Laetabitur*[r] *Dominus in operibus suis* ».

3. Item[11], « si Deus mortem fecit, cur Christus mortuum Lazarum flevit secundum carnem[12]? Non enim quod ipse fecerat, dolere[s] debuit ».

4. Item, Ezech. 23, 11: « *Dicit Dominus*[t]: *Nolo mortem peccatoris, sed ut magis convertatur et vivat.* Si ergo auctor est Deus mortis, cur dicendo *nolo*[u] eam repellit a peccatore et non patitur quod suum est permanere[13]? »

5. Item[14], « quidquid Deum fecisse dicimus, habet essentiam; sed mors non habet essentiam; ergo mors non est a Deo ».

[Solutio]: Ad quod dicendum, secundum Augustinum, in[v] libro *Retractationum*[15], quod Deus non est auctor mortis nisi in quantum est poena. Et hoc est quod dicit quod « mors est ab ipso vindicante ». Hoc etiam explanat in *Quaestionibus Veteris Testamenti*[16]: « Non Deus inventor

---

[a] T om. [b] BT add. *id.* [c] V *ex;* T om. *hoc.* [d] B *recepit,* VR *reperit,* quod F corr. [e] Ita B, alii *es.* [f] Z om. *e. i. e.* [g] V om. [h] B om. [i] B om. [k] B *ideo.* [l] R om. [m] V *sic.* [n] B om. [o] BTLZ *quid.* [p] BTRL *iudicante.* [q] T add. *adiutore vel.* [r] R add. *enim.* [s] V *delere;* B om. *debuit.* [t] BR *Deus.* [u] V om. [v] V om.

1 Gen. 2, 17.
2 *Dialog. quaest. 65,* q. 32 (PL 40, 744).
3 *De peccat. meritis,* I, c. 16 (PL 44, 120).
4 Lib. XXV, c. 3, n. 4 (PL 76, 321).
5 Lib. I, c. 26 (PL 32, 625).
6 Loc. cit., c. 21, n. 2 (PL 32, 618).
7 Lib. I, c. 1 (PL 45, 1613).
8 Augustin., loc. cit., c. 1 (PL 45, 1614).
9 Sap. 1, 12.
10 Psalm. 103, 31.
11 Augustin., loc. cit., c. 2, n. 3 (PL 45, 1615).
12 Ioan. 11, 35.
13 Augustin., loc. cit. (PL 45, 1616).
14 Augustin., loc. cit., c. 4, n. 5 (PL 45, 1616).
15 Cf. lib. I, c. 26 (PL 32, 625).
16 Quaest. 34 (PL 35, 2234).

mortis est, sed iudex [a], quia mortis auctor peccator est. Quo modo ergo Deus poterat facere mortem, qui nesciebat peccare? Sed dum peccatum retribuit, ab ipso [b] dicta est esse mors [c], cum non ex ipso sit, sed ex eo qui peccavit ».

[Ad obiecta]: 1. Ad obiectum autem [d] in contrarium patet qualiter respondendum est. Non enim Deus est auctor mortis, id est [e] non per peccatum fecit mortem, sed dicitur bonum opus Dei, in quantum est poena pro peccato inflicta.

2. Quod autem dicitur in libro *Hypognosticon*, quod ' si Deus est auctor mortis, laetari debet in *occasu vivorum* [f] tamquam in opere suo, habens pro inconvenienti quod mors sit opus Dei ', dicendum est quod mors habet duplicem respectum: unum respectum [g] ad ipsum peccatorem vel ad ipsum diabolum, cuius *invidia mors introivit* [h] *in orbem terrarum* [1], et ex illa parte non [i] dicitur esse mors a Domino [k] tamquam auctore: non enim agit aliquid, ad quod consequatur mors; si vero fiat sermo de morte secundum quod refertur ad iustitiam Dei — quod inflictum est a Domino [l] pro peccato, iustum est, et quod iustum est, bonum est [m 2] — secundum hoc mors est a Deo in ratione poenae.

5. Ad id vero quod obici posset quod ' mors aliquid agere dicitur vel corrumpere vel damnare, ista autem nonnisi ad aliquid referuntur, quod autem aliquid est, a Deo est auctore, ergo mors est a Deo auctore ', respondet Augustinus [3]: « Cum de morte haec omnia dicuntur, ad auctorem mortis, per quem privatio vitae facta est, scilicet diabolum, referuntur. Ipse enim quae ad mortem pertinent aut facit, dum captivat et perimit, aut patitur, dum vincitur et damnatur. Opera eius mala, quae vitia dicuntur, actus sunt, non res, quae tamquam per se agere aliquid dicuntur, cum ea et per ea totum agat diabolus ».

211 ARTICULUS VI.

Utrum mors sit poena primorum parentum tantum.

Sexto quaeritur utrum sit poena tantum [n] primorum parentum an aliorum ab ipsis descendentium.

Et videtur quod tantum debeat [o] esse poena illorum. 1. Eis enim facta fuit illa [p] prohibitio, sicut patet per verbum Evae dicentis [4]: *De fructu* [*ligni*], *quod* [q] *est in medio paradisi, praecepit nobis Deus ne comederemus et ne tangeremus.* Sed quibus fuit praeceptum, eorum fuit [r] inobedientia, si transgrederentur, et non aliorum; ergo primorum parentum tantum fuit inobedientia; sed quorum est culpa, eorum est poena per se; ergo mors fuit tantum poena primorum parentum.

Contra. *a.* B. Gregorius, in libro *Moralium* [5]: « Nos in primo homine, a Domino recedente, a paradisi gaudiis repulsi, in hac vitae [s] aerumna mortali [t] cecidimus ».

b. Item, Augustinus, in libro *De ecclesiasticis dogmatibus* [6]: « Omnium hominum erit resurrectio. Si omnium erit, ergo omnes moriuntur, ut mors, in Adam data, omnibus filiis eius dominetur ».

[Solutio]: Ad quod dicendum quod prohibitio illa [u] data fuit ipsi Adae ut homini quasi universali, causaliter loquendo, et principio omnium hominum: in eo enim [v] materialiter erant omnes homines sive seminaliter; unde *omnes in ipso peccaverunt*, secundum quod dicit Apostolus, ad Rom. [7]. Et dicit Anselmus, in libro *De originali peccato* [8]: « Quoniam humana natura, quae sic erat in Adam tota ut nihil de illa extra illum esset, peccando sine omni necessitate, Deum exhonoravit [x], unde per se satisfacere non potuit ». Ex quo accipitur quod mors communis debebat [y] esse poena, non tantum Adae et Evae, sed illorum qui nati sunt ab ipsis peccatoribus. Ut tamen personae erant, illi soli praeceptum Domini sunt transgressi, non autem filii eorum. Poena ergo extenditur ad eos, qui ab ipsis descenderunt, in quantum ab ipsis descenderunt [z] ut peccatoribus.

---

[a] L *vindex;* B om. *auctor.* [b] BT *ipsa.* [c] Z add. *autem;* T *vero* pro *non.* [d] B om. [e] T om. *i. e.* [f] B *virorum.* [g] L om. *u. r.* [h] R *intravit.* [i] V om. [k] BT *diabolo.* [l] BT *diabolo.* [m] FRLZ om. [n] B om. [o] RLZ *debent,* F (corr.) *debet.* [p] T om. [q] Z *qui.* [r] T om. [s] VFRZ *vita.* [t] Ita F, alii *mortalis.* [u] T add. *etiam;* VZ (corr.) *non* pro *ut.* [v] BT *autem.* [x] T *honoravit.* [y] B *debeat.* [z] V *descendunt.*

1 Sap. 2, 24.
2 Cf. Augustin., *Retract.*, loc. cit.
3 *Hypognost.*, I, c. 5 (PL 45, 1618).
4 Gen. 3, 3.
5 *Moral.*, XXXIV, c. 3, n. 5 et *In Evang.*, hom. 10, n. 7 (PL 76, 20, 1113).
6 Gennadius, c. 7 (PL 58, 983).
7 Cap. 5, 12.
8 *De conc. virgin.*, c. 10 (PL 158, 444).

ARTICULUS VII. 212

Utrum mors sit tantum malorum aut etiam bonorum.

Septimo quaeritur, I. si [a] sit poena descendentium ab ipsis, utrum tantum malorum aut [b] etiam bonorum.

Et videtur quod tantum malorum. 1. Mali enim fuerunt et sunt imitatores paterni sceleris, boni vero non, in quantum huiusmodi; cum ergo poena sequatur culpam, mors deberet esse tantum malorum.

2. Item, primi parentes, si stetissent in bonitate, non fuissent perpessi mortem; eadem ergo ratione filii eorum, nisi peccarent, non deberent perpeti mortem; sed boni sunt huiusmodi; ergo bonorum non deberet mors esse poena.

Contra. *a.* Augustinus, in libro *De civitate Dei*[1]: « Fatendum est primos homines peccatores ita [c] fuisse morte mulctatos, ut quidquid [de] eorum stirpe esset exortum, eadem poena teneretur obnoxium ».

b. Item, in primo homine « natura humana vitiata atque mutata est, ut repugnantem pateretur in membris inobedientiam concupiscendi [d] et obstringeretur [e] necessitate moriendi, atque id, quod vitio poenaque factus est, hoc in aliis faceret, id est obnoxios peccato mortique generaret[2] ».

[Solutio]: Quod concedendum est [f]. Unde dicendum [g] quod mors non est poena inflicta ipsis primis parentibus et accipientibus exemplum malitiae ab eis, sed iis qui descenderunt [h] originaliter ab eis, trahentes culpam originalem et poenam; ii autem sunt tam boni quam mali: boni enim, licet liberentur a culpa originali, non tamen a poena mortis. Unde Augustinus[3]: « Si a peccati [i] vinculo per Mediatoris gratiam solvuntur infantes, mortem illam perpeti possunt, quae animam seiungit a corpore, in secundam [k] vero sine fine poenalem, liberati a peccato, obligationem non transeunt ».

II. Sed potest esse quaestio, cum boni liberentur per gratiam Christi a vinculo peccati, quare non liberantur a poena peccati [l], scilicet morte.

[Solutio]: Ad quod respondet Augustinus[4]: « Ad hoc relinquit [m] animae experimentum separationis a corpore, ablato iam criminis nexu, ne ipsa fides enervetur, si regenerationis sacramentum continuo sequeretur corporis immortalitas ». Item [n][5]: « In martyribus nulla esset victoria, nulla gloria, quia nec esset [o] ibi certamen, si post lavacrum regenerationis sancti non possent perpeti mortem corporalem. Cum parvulis autem baptizandis quis non ad Christi gratiam propterea curreret, ne a corpore solveretur? Et ita non invisibili praemio probaretur fides, sed nec fides esset, statim sumendo mercedem ».

ARTICULUS VIII. 213

Quando mors debeat dici poena.

Octavo quaeritur quando debet dici poena, an [p] ante mortem an [q] in ipsa morte an post.

Ad quod sic: Post mortem non videtur esse poena, cum iam sit transacta; poena [r] autem est, cum est sensus rei tristabilis; in ipsa iterum morte, cum [s] est separatio animae a corpore, non est sensus rei tristabilis; ergo, si est poena, est [t] ante mortem; sed ante mortem est vita: vita enim et mors sunt immediate oppositā; ergo tunc non est mors; ergo nec poena mortis [u].

[Solutio]: Ad quod dicendum [v] quod in ipsa separatione animae a [x] corpore dicitur mors poena corporalis: illam enim sentit ipsa anima [y] a qua corpus separatur. Separatio vero dicitur dupliciter: vel cum primo non existit anima in corpore, et tunc non [z] est sensus rei tristabilis in praesenti; vel cum est in separando, et tunc est

---

[a] B *utrum*. [b] Ita VT, alii *an*. [c] V om. [d] V *concupiscendo*. [e] V add. *concupiscendo*. [f] BT om. [g] Ita V, alii add. *est*. [h] B *ceciderunt*. [i] V *peccato*. [k] V *secunda*. [l] V om. *quare... peccati*. [m] L *relinquitur*. [n] R om. [o] V om. [p] V om. [q] V *aut*, quod L corr. [r] B repet. [s] V add. *autem*. [t] V om. [u] VR om. *e. n. p. m.* [v] BT add. *est*. [x] T om. [y] T om. [z] Ita BTF (mg.), Z exp., alii om.

1 Lib. XIII, c. 3 (PL 41, 378).
2 Augustin., loc. cit. (PL 41, 379). In edit. Maurin. et Vindobonensi desunt verba « *hoc in aliis faceret* ».
3 Loc. cit.
4 Loc. cit., c. 4 (PL 41, 379).
5 Augustin., loc. cit.

sensus: et hoc modo dicitur mors esse in moriente, alio [a] vero modo dicitur esse in mortuo. Vita ergo et mors, prout dicitur mortui, immediate opponuntur; vita vero et mors, prout dicitur morientis, alio modo opponuntur. Nam vita potest dici, dum est in quiete; cum autem tendit [b] ad non-esse, non est in quiete, sed dicitur mors morientis.

214 ARTICULUS IX.

Qualiter poena peccati conversa est in usum iustitiae et poena vitii in usum virtutis.

Nono quaeritur qualiter poena peccati conversa est in usum iustitiae et poena vitii in usum virtutis.

Ad quod sic: 1. Mors malum est, et, si bonum est, est in ratione poenae; sed ut est in ratione poenae [c], respicit ad illud quod praecessit, scilicet peccatum; hoc autem modo non est instrumentum iustitiae ut secundum quam [d] homo mereatur: poena enim, secundum quod huiusmodi est [e], involuntarium est, instrumentum vero iustitiae, secundum quod ex ea est meritum, est [f] voluntarium; ergo illo modo non dicetur mors instrumentum virtutis sive iustitiae.

2. Praeterea, poena respicit ad praeteritum, meritum vero [g] respicit ad futurum; non ergo illo modo dicitur instrumentum ad merendum.

3. Item, mors in se malum est; malum autem per se non ordinat ad bonum meritorium; ergo mors per se non ordinat ad bonum meritorium [h]; sed quo utitur virtus vel iustitia, est per se in [i] bonum meritorium; ergo mors non est huiusmodi secundum quod malum; non ergo mors est in usum iustitiae vel virtutis.

Contra. *a.* Bono contingit bene uti et male uti: lex enim bonum est, et ea contingit [k] bene uti et male [l]; ergo a contrario malo poenae contingit et bene uti et male uti, sicut accidit de concupiscentia, qua quis potest male uti et bene uti [m]: bene enim utitur qui concupiscentiam refrenat, male utitur qui concupiscentiam relaxat. Unde Augustinus, in libro *De Baptismo parvulorum* [1]: « Male utitur malo concupiscentiam relaxans adulterio; bene utitur malo concupiscentiam restringens [n] connubio ». Eodem modo morte contingit uti et bene et male: bene, cum pro fide vel iustitia sustinetur; male, cum ad flagitium impellitur vel [o] pro causa inhonesta sustinetur.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod morte est uti bene, cum pro honesta causa sustinetur et necessaria; et licet mors ut poena sit involuntarium, sustinere tamen illam est voluntarium, et hoc est usus virtutis vel iustitiae generalis. Cum ergo quaeritur secundum quam rationem ordinat [p] ad meritum, dicendum [q] quod ordinat ad meritum prout cadit sub voluntate, et sic respicit quod futurum est; et licet sit malum, tamen eo contingit bene uti. Unde Augustinus [2]: « Mali male lege utuntur, quamvis sit bonum; boni vero morte bene [r] utuntur, quamvis mors sit malum ».

MEMBRUM II.

De poenis specialibus peccati primorum parentum.

Habita consideratione de poenis primorum parentum generalibus, consequenter dicendum est de poenis specialibus.

Et primo agitur de poenis peccati ex parte mulieris et secundo ex parte viri; sic enim ordinantur in Genesi.

CAPUT I.

DE POENIS PECCATI EX PARTE MULIERIS.

Et ponuntur tres ex parte mulieris: multiplicatio aerumnarum in multitudine [s] conceptuum, dolor in partu et subiectio sub potestate viri.

Est enim duplex vis animae cognoscitiva: rationalis et sensibilis. Quantum ad rationalem sumitur poena subiectionis; quantum ad sensibilem

---

[a] B *mortalitate ergo* pro *m. a.* [b] V *tendat,* quod F corr. [c] T om. *sed... poenae,* in R est add. mg. [d] VR *quod.* [e] BTZ om., F exp. [f] B om. [g] V *nec;* R om. *respicit.* [h] B om. *ergo... meritorium.* [i] V *in parte* pro *p. s. i.* [k] BT add. *et.* [l] BT add. *uti.* [m] B om. *sicut... uti.* [n] Ita V, alii add. *a.* [o] B add. *cum.* [p] B *ordinatur.* [q] Ita V, alii add. *est.* [r] T om. [s] B *multiplicatione.*

[1] Lib. I, c. 29 (PL 44, 142).

[2] *De civit. Dei,* XIII, c. 5 (PL 41, 380).

duplex poena: una secundum multiplicationem [a], cum dicit[1]: *Multiplicabo aerumnas;* altera secundum magnitudinem, cum dicit: *In dolore paries.* — Vel aliter, individuum ad duo tendit: ad conservationem sui secundum tempus determinatum [b], ad conservationem speciei simpliciter. Mulier vero dicitur sexus passivi; iuxta autem utrumque contrahit ex peccato poenam. Nam iuxta actum generationis, qui est ad conservationem speciei, duplicem poenam [c] contrahit: in portando foetum et in [d] pariendo, quorum unum pertinet ad progressum, alterum ad consummationem. In initio vero est delectatio, et ibi videtur esse sine [e] poena, et fortasse hoc voluit designare nomine *conceptus* vel hoc tacuit propter delectationem, in qua non videtur esse poena. Ex parte vero actus qui est ad conservationem individui, cum bonum sit libertas faciendi quod sibi est [f] expediens, malum per oppositum est servitus, subesse scilicet alterius dominationi necessario [g]; et haec est illa poena quae designatur, cum dicitur[2]: *Sub potestate viri eris.*

ARTICULUS I. 215

Utrum multiplicatio aerumnarum in partu sit poena peccati.

Sed potest quaeri: si multiplicatio aerumnarum in conceptibus et dolorum [h] in partubus convenit pecoribus [i], et in illis, sicut dicit Augustinus [k 3], « est haec mortalitatis conditio potius quam poena peccati », non ergo videtur quod istud sit poena peccati [l] in mulieribus.

[Solutio]: Ad quod respondet Augustinus, in libro *Contra Manichaeos*[4], dicens: « Potest fieri ut in [m] feminis hominum mortalium corporum sit ista conditio, sed hoc est magnum supplicium, quod ad istam corporum mortalitatem ex illa immortalitate venerunt ». Et sic est differentia in feminis hominum et in pecoribus.

Addit etiam Augustinus[5] aliam quaestionem per hoc quod ponit alteram [n] litteram[6], dicens: *Multiplicabo* [o] *dolores atque suspiria* « in huius vitae calamitate ». Per hoc enim videtur designare quod non loquatur de multiplicatione miseriarum ratione conceptuum, sed de [p] multiplicatione miseriarum in tota vita mortali. Sed haec poena non videtur propria mulieribus: communis enim est viris; ergo non sic generaliter intelligendum est, nisi de doloribus et suspiriis [q] ratione conceptuum.

ARTICULUS II. 216

Utrum dominatio viri in mulierem sit poena peccati.

Deinde quaeritur ratione illius poenae qua dicitur[7]: *Et sub viri potestate eris.*

Videtur enim non esse poena, sed esse ex conditione sexus. 1. Formata enim fuit de latere viri; ergo sumpsit ab eo [r] originem tamquam a principio; conveniebat ergo ei subesse ex conditione. Praeterea, si ex necessitate iustitiae sunt subditae viris, ad quid ergo dicit Apostolus ad Ephes.[8]: *Mulieres viris subditae sint,* cum voluntarium dividatur contra poenale?

2. Item, videtur in multis [s] mulieribus quod non subiectae sint viris, sed dominentur ipsis [t][9].

3. Praeterea, secundum aliam translationem[10], postquam dictum est[11]: *In dolore paries,* sequitur: *Erit tibi conversio ad virum tuum, et ipse tui dominabitur.* Videtur enim contrarium[12]: « Quasi enim dignitatem sibi additam [u] credunt, cum matres fiunt [v], et plerumque superbiores [x] existunt. Quid est ergo quod post partum in dolore dicitur [y]: *Erit tibi conversio ad virum tuum?* »

[Solutio]: 1. Ad quod dicendum quod, licet ex conditione ex parte animae haberet ipsa [z] paritatem, nihilominus ex conditione ex parte corporis habuit quamdam a viro dependentiam, sed non exprimebatur ibi subiectio poenalis, qua,

---

[a] V *multitudinem.* [b] F add. interl. *et;* B om. *sui... conservationem.* [c] B om. [d] Ita F, alii om. [e] BT *secunda.* [f] R om. [g] B *dominationis peccato* pro *d. n.* [h] B *dolor.* [i] VRZ *peccatoribus.* [k] R om. [l] V om. *non... peccati;* B om. *sit.* [m] V om. [n] B *aliam.* [o] B *multiplicando.* [p] T om. [q] L *supplicitis.* [r] FRLZ *ipso.* [s] VT om. [t] R *eis.* [u] V *redditam.* [v] Ita T, alii *sunt;* B *mulieres* pro *matres.* [x] VBT *superbientes.* [y] Ita V, alii *quod.* [z] B *ipsam,* quod Z corr.

1 Gen. 3, 16, ubi et sequens.
2 Gen. 3, 16.
3 *De Gen. c. Man.*, II, c. 19 (PL 34, 210).
4 Loc. cit. 5 Loc. cit.
6 Nempe Veterem Latinam ex Septuaginta.
7 Gen. 3, 16. 8 Cap. 5, 22.
9 Cf. Augustin., *De Gen. c. Man.*, II, c. 19 (PL 34, 211).
10 Sec. Veterem Latinam.
11 Gen. 3, 16.
12 Augustin., loc. cit.

velit nolit, subiecta sit viro. Huic autem subiectioni poenali non repugnat subiectio voluntaria obedientiae. Illud enim quod fuit necessarium ex ordine [a] iustitiae divinae, potest fieri voluntarium, ut sic de necessitate faceret virtutem, et tunc erit meritorium. Nec repugnat quod sit poenale: quod enim sensualitati vel rationi sequenti sensualitatem est poenale, rationi rectae potest esse voluntarium et meritorium, si adsit gratia.

2. Ad sequens vero dicendum quod, licet ex improba voluntate contingat aliquam mulierem dominari viro, hoc tamen non est secundum rationem sexus: sexus [b] enim debet esse subiectus, et agendo contra iustitiam divinam peccat mulier quae dominatur.

3. Ad ultimum vero dicendum quod recte, postquam dictum est: *In dolore paries filios,* sequitur: *Ipse tui dominabitur et erit tui* [c] *conversio ad virum,* ad ostendendum quod, licet [d] filios habeat, per quos posset extolli, nihilominus converti debet ad virum, ut eius sequatur voluntatem; praeterea, intelligat se non habuisse ex se prolem, sed a viro, et necessitatem in educatione [e] prolis per virum esse supplendam. Exponit autem [f] Augustinus [1] moraliter sic: « Illa pars animae, quae carnalibus gaudiis tenetur, cum aliquam malam consuetudinem volens vincere, passa fuerit difficultatem ac dolorem atque ita peperit consuetudinem bonam, cautius et diligentius obtemperat tamquam viro, et ipsis quasi erudita doloribus convertitur [g] ad rationem et libenter servit iubenti, ne iterum in aliquam perniciosam [h] defluat consuetudinem ».

CAPUT II.

DE POENIS PECCATI EX PARTE VIRI.

Deinde quaeritur de poenis [i] hominis, quae poenae distinguuntur in Genesi, cum dicitur [2]: *Quia audisti vocem uxoris tuae et comedisti de ligno, de quo praeceperam tibi ne comederes, maledicta terra in opere tuo* etc. Significantur autem ibi plures poenae: quaedam enim sunt in ablatione boni et quaedam poenae sunt in positione mali. In ablatione boni, cum subiungitur [3]: *Videte, ne forte mittat manum suam et sumat de ligno vitae;* in positione mali, cum dicitur [4]: *Maledicta terra in opere tuo.*

Ablatio vero boni dicitur quantum ad causam conservationis vitae, quantum ad locum voluptatis. Primum est impotentia sumendi de ligno vitae propter prohibitionem; secundum est expulsio de loco voluptatis; tertium est prohibitio reditus, cum dicitur [5]: *Eiecit Adam* [k] *et collocavit* etc. Prima poena ex parte corporis; secunda ex parte animae: voluptas enim ex parte animae attenditur; tertia ex parte totius. Quantum autem [l] ad positionem mali distinguuntur poenae tum in vita, tum in morte [m] cum dicitur [6]: *Donec revertaris in terram* etc.

In vita vero distinguitur quantum ad initium sustentationis, quantum ad progressum et quantum ad consummationem. Quantum ad initium, cum dicitur [7]: *Maledicta terra in opere tuo: in laboribus* etc.; quantum ad progressum, cum dicitur [8]: *Spinas et tribulos germinabit tibi* etc.; quantum ad consummationem, cum dicitur: *Comedes* [n] *herbas terrae in sudore* etc. In primo laborandi difficultas, quae est in excolendo terram; in secundo infructuositas [o], cum dicitur: *Spinas* etc.; in tertio victus parcitas, ad quem victum alia [p] duo tendunt.

Poena vero quae respicit mortem, duplex est: moriendi necessitas et incineratio. Incineratio notatur [q], cum dicitur: *Donec revertaris in* [r] *terram de qua sumptus es, quia pulvis es* etc.; ipsa mortalitas, scilicet moriendi necessitas, notatur per *tunicas pelliceas* [9], quibus erant induti. Et hoc apparet per hoc quod sequitur [10]: *Ecce Adam factus est quasi unus ex nobis, sciens bonum et malum, sciens* scilicet [s] per experientiam *bonum* vitae *et malum* mortis. Sciebat enim quid esset vivere; sciet etiam [t] per experientiam mortem, quam prius sciebat per scientiam, nondum vero per experientiam. Illud tamen quasi irrisorie dictum est [11], in commemorationem praecedentis peccati.

---

[a] V *ordinatione.* [b] RZ (corr.) *sensus,* quod F corr. [c] B *est* pro *e. t.* [d] B om. [e] BT *eductione.* [f] BTF (corr.) L *tamen.* [g] B om. [h] R *pernicionem.* [i] Codd. *pena.* [k] R *autem,* Z exp. [l] Z om. [m] R *corpore.* [n] FRLZ *comedas.* [o] V *fructuositas.* [p] V *illa,* R *ista,* quod F corr. [q] V *vero.* [r] B *ad.* [s] V *quasi.* [t] FRZ *enim,* L *et.*

1 Loc. cit. (PL 34, 211).
2 Gen. 3, 17.
3 Gen. 3, 22.
4 Gen. 3, 17.
5 Gen. 3, 24.
6 Gen. 3, 19.
7 Gen. 3, 17.
8 Gen. 3, 18, ubi et sequens.
9 Gen. 3, 21; cf. Augustin., *De Gen. c. Man.,* II, c. 21, n. 32 (PL 34, 213).
10 Gen. 3, 22.
11 Cf. Augustin., loc. cit., c. 22, n. 33 (PL 34, 213).

De poenis in vita.

Sed potest quaeri I. propter quid, cum assignatur poena ipsius [a] Adae, ratio praemittitur [b], cum autem assignatur poena Evae, non praemittitur ratio.

[Solutio]: Ad quod dicendum [c] quod et diabolo tentanti per serpentem data est poena praemissa ratione et ipsi viro: in utroque enim principaliter [d] vigebat ratio ut immediate se habens ad Deum. In genere enim angelorum Lucifer immediate se habebat ad Deum [e] tamquam *principium viarum Domini* [1], in genere vero hominum immediate Adam tamquam primus homo; et ideo cum ratione utrique infligitur poena: isti, quia suggessit transgressionem mandati; illi, quia perpetravit, ex suggestione tamen [f]. Unde ex ipsis verbis exprimentibus poenam patet maius esse peccatum diaboli. Dicitur enim [2]: *Maledictus eris,* facta conversione ad diabolum; facta autem [g] conversione ad Adam, dicitur [3]: *Maledicta terra in opere tuo.*

II. Deinde quaeritur ratione eius quod dicitur: *Maledicta terra* etc., 1. propter quid terra maledicitur, cum ipsa non deliquerit, sed ipse Adam.

2. Praeterea, quare [h] supra alia elementa non cecidit maledictio, cum ipse homo, qui peccavit, compositus sit ex quatuor elementis [i] [4].

3. Praeterea, gravius [k] fuit peccatum, hoc est damnosius, quo peccavit Adam, quam quo peccavit Cain; sed pro [l] peccato Cain infligitur poena a Domino, cum dicitur [5]: *Maledictus eris super terram;* ergo similiter pro peccato Adae congruebat ut Dominus diceret: *Maledictus eris super terram.*

[Solutio]: 1. Ad quod dicendum quod, licet terra non peccaverit in se, nihilominus maledictio cadit super terram, quia homo conversus ad terram, scilicet [m] ad delectationem fructus qui erat ex terra, peccavit. Et haec assignatur ratio quare tempore ieiunii fit [n] abstinentia a carnibus animalium quae nutriuntur in terra, non autem a carnibus piscium qui nutriuntur in aquis. — Et si obiciatur de volatilibus, quae originem habuerunt ex aquis: dicendum est quod nutrimentum suum accipiunt ab iis quae [a] oriuntur in terra per se et non secundum accidens. — Beatus tamen Augustinus [6], per maledictionem terrae dat intelligere maledictionem concupiscentiae, quae provenit ex parte inferiori, scilicet carnis.

2. Ad secundum vero [b] dicendum quod maledictio facta est [c] terrae, non aliorum elementorum, propter hoc quod mediante fructu terrae prohibito et inclinatione ad illum [d] factum est peccatum. Licet ergo homo compositus esset ex quatuor, non tamen inclinatio ad delectabile in aliis traxit [e] hominem ad peccatum, sed delectatio in fructibus terrae.

3. Ad tertium vero dicendum quod aliter fuit de Cain et de Adam. Cain enim quodam modo imitatus est diabolum in peccato suo: ex invidia enim perpetravit homicidium, sic et diabolus, ut dicit Alcuinus [f] [7]; et sumitur ex illo verbo Ioan. 8, 44: *Ille* [g] *erat homicida ab initio.* Et ideo sicut dictum est diabolo in [h] serpente [8]: *Maledictus es* [i] etc., ita dictum est Cain [9]: *Maledictus eris super terram;* Adae [k] vero dictum est: *Maledicta terra* etc., ut notaretur quod ortum habuit peccatum ex concupiscentia sensuali, quae per terram designatur.

III. Deinde quaeritur super eo quod dicitur [10]: *In laboribus comedes* etc.

1. Non enim omnibus datur ista poena: multi enim comedunt et non *in laboribus.*

2. Praeterea, secundum hoc, qui sunt in vita contemplativa, non haberent istam poenam [l]: non enim *in laboribus* comedunt etc.

[Solutio]: 1-2. Ad quod dicendum quod poena est communis: nullus enim est qui comedat [m] ex ea non praecedente labore vel in se vel in alio. Contemplativi etiam comedunt ex ea, vel [n] ex

---

[a] V om. [b] V *pretermittitur,* item infra; Z *Deo* pro *ratio.* [c] Ita V, alii add. *est.* [d] BT *principio.* [e] V om. *In genere... Deum.* [f] BT *tantum.* [g] Ita V, alii om. [h] BT om. [i] L add. mg. *contrarils.* [k] BT om. [l] B om. [m] V *id est*; R *deletionem* pro *delectationem.* [n] R *fuit,* quod F corr.

[a] R *qui,* quod F corr. [b] BTLZ om. [c] Ita F (interl.), alii om. [d] BTFRL *illud,* Z *istud.* [e] T om., LZ *contraxit.* [f] B *Anselmus.* [g] V add. *enim.* [h] V *diabolum* pro *d. i.* [i] VR om., in F est add. mg. [k] RZ (corr.) *Cain.* [l] Ita BT, alii om.; V *habent* pro *haberent.* [m] R *comedit,* quod F corr. [n] B *et.*

1 Iob 40, 14. Cf. supra, num. 69.
2 Gen. 3, 14.
3 Gen. 3, 17.
4 Cf. Alex. Hal., *Summa theol.*, II, num. 434.
5 Gen. 4, 11.
6 Cf. *De Gen. c. Man.*, II, c. 20 (PL 34, 211).
7 Cf. *In Genesim,* interrog. 13 (PL 100, 518).
8 Gen. 3, 14.
9 Gen. 4, 11.
10 Gen. 3, 17.

laboribus quos habent in activa vel qui habentur ab aliis. Praeterea, tota vita ista in labore est constituta, secundum illud Iob 5, 7: *Homo nascitur ad laborem et avis ad volatum* [a]. Unde non semper necesse est quod labor sit in excolendo terram, sed quod labor sit in vita temporali. Alia tamen littera [1] est, quae dicit: *In maeroribus manducabis* [b] *ex illa,* ubi notatur quod in vita ista semper debet esse afflictio. Aliter tamen exponit Augustinus [2], moraliter dicens: « Hoc ipsum, quod in hac vita quisque natus est, difficultatem habet inveniendae veritatis ex corpore [c] corruptibili, secundum illud Sap. 9, 15: *Corpus, quod corrumpitur, aggravat animam* » etc.

IV. Deinde quaeritur super hoc quod dicitur [3]: *Spinas et tribulos germinabit tibi* [d] etc.

Videtur enim quod haec poena non tantum sit maris, immo etiam [e] feminae: per *spinas* enim et *tribulos* significantur punctiones peccatorum, quae ex mundo vel [f] carne proveniunt [4]; hae autem non tantum sunt in masculo, sed [etiam] in femina.

[Solutio]: Sed respondendum est quod ad virum magis refertur ista poena, propter hoc quod viri est excolere terram et fructum ex ea colligere. Hoc autem quod obicitur, ad moralem intellectum refertur, in quo vir a muliere non distinguitur.

V. Sed adhuc quaeritur utrum spinae et tribuli orirentur ex [g] terra ante, cum possent esse ad convenientem usum [5].

[Solutio]: Ad quod dicendum [h] per hoc quod dicit Alcuinus [i 6]. Quaerit enim cur spinas et tribulos germinavit terra. Ad quod respondet: « Per peccatum hominis terra maledicta est ut spinas pareret et venenosas herbas, ut ante oculos semper habeat homo originale crimen [k] ». Aliter tamen videtur respondere Augustinus [7], dicens quod « homini nascebantur ista ad laborem et poenam, quae [l] aliis animalibus nascebantur ad pastum ». Damascenus [8] etiam dicit quod « spina iuncta fuit rosae in submemorationem [m] transgressionis primae », quae voluptati est coniuncta.

VI. *Et comedes herbas terrae* [9] etc. 1. Hic quaeritur qualiter hoc [n] datum est in poenam, cum haec [o] sit vita multorum sanctorum.

2. Praeterea, herbae dicuntur quae sponte nascuntur ex terra; cum autem dictum est [10]: *Ex omni ligno paradisi* etc., nonne concessum [p] fuit comedere ex herbis? Praeterea, nonne post peccatum poterant etiam de fructibus comedere? Qualiter ergo datum est in poenam [q] comedere herbas? Alia enim littera [11] dicit: *Et edes pabulum agri tui.*

3. Praeterea, multi vescuntur pane, et [r] non *in sudore vultus* sui; ergo non eos attingit illa poena.

[Solutio]: 1-2. Respondendum est quod, licet sancti voluntarie et meritorie comederunt herbas, nihilominus tamen homini datum est in poenam, ut, quia in delectabiliori cibo deliquit, in cibo [s] animalium puniatur [t]. Nec negatur quin homini concessum fuerit de herbis terrae comedere: concesso enim nobiliori terraenascenti, per consequens videtur concedi usus terraenascentis minus nobilis.

3. Ad tertium vero dicendum quod, licet [u] aliqua saecularis persona non vescatur pane *in sudore vultus,* homini vero datum est hoc in poenam: panis enim non sine sudore vultus praeparatur.

218 ARTICULUS II.

De poena incinerationis post mortem.

I. *Donec revertaris* [12] etc. [v]. Notatur hic poena incinerationis.

Videtur autem quod haec [x] poena non extendatur ad omnes ab Adam seminaliter descendentes.

1. Non enim ad illos qui vivi invenientur in die iudicii, de quibus dicitur [13]: *Simul rapientur in nubibus obviam Christo in aëra.*

2. Similiter de multis sanctis legitur, quorum corpora non incinerantur [y].

---

[a] B *volandum,* in mg. *vel volatum.* [b] B *manducabitis.* [c] BT *corde.* [d] F om. [e] Ita R, alii om. [f] LZ add. *ex;* T om. *proveniunt.* [g] V *de.* [h] V *respondendum.* [i] B *Aquilinus.* [k] RZ (mg.) add. *et,* quod F exp. [l] V *et,* RZ (mg.) *quod.* [m] V *commemorationem.* [n] T om. [o] Ita BT, alii om. [p] BT *excessum;* V *erat* pro *fuit.* [q] FRLZ *pena.* [r] L om. [s] BT *cibum.* [t] VRZ *punit.* [u] T om. [v] Ita V, alii om. [x] Z *ex,* quod FL corr.; B om. *autem.* [y] FRLZ *incinerentur.*

1 Vetus Latina.
2 *De Gen. c. Man.,* II, c. 20 (PL 34, 211).
3 Gen. 3, 18.
4 Cf. Augustin., loc. cit.
5 Cf. Alex. Hal., *Summa theol.,* II, num. 286.
6 *In Genesim,* interrog. 79 (PL 100, 524).
7 *De Gen. ad litt.,* III, c. 18, n. 28 (PL 34, 291).
8 *De fide orthod.,* II, c. 10 (PG 94, 910).
9 Gen. 3, 18.
10 Gen. 2, 16.
11 Vetus Latina.
12 Gen. 3, 19.
13 I Thessal. 4, 16.

[Solutio]: 1. Ad quod dicendum per[a] hoc quod dicitur in Glossa[1] I ad Thessal. 4, 16: « Non ab illa sententia arbitramur illos esse immunes, qua dictum est[2]: *Terra es et in terram ibis* ». Similiter dicit Haymo[3]: « Dum[b] anima[c] ipso raptu exierit, ipsum corpus erit terra; sed tamen brevissimum spatium tenebit ipsa mors ».

2. Ad aliud dicendum quod hoc quod corpora sanctorum non incinerantur, gratiae est; et, licet Christus ad nostram redemptionem mortem[d] assumpserit, non tamen carnis corruptionem sive incinerationem, secundum illud Psalmi[4]: *Non dabis Sanctum tuum videre corruptionem.* Unde, in libro *De ecclesiasticis dogmatibus*[5]: « Manet privilegium in Domino, quod de eo specialiter dicitur: *Non dabis Sanctum tuum videre corruptionem* ».

II. *Fecit eis*[e] *Dominus tunicas pelliceas*[6]. Super quo quaeritur quae fuit causa. Numquid indigebant, ut non possent[f] sine iis subsistere?

[Solutio]: Ad quod respondendum[g] per hoc quod dicit Alcuinus[7]: « *Fecit* hoc, ut eos mortales esse insinuaret »; *induit* autem, ut ex omni parte se esse circumdatos cognoscerent. Item, Augustinus, *Contra Manichaeos*[8]: « Illa mors, quam omnes, qui ex Adam nati sumus, coepimus debere, in tunicis pelliceis figurata est. Ipsi enim fecerunt praecinctoria de foliis fici, et *Deus fecit* illis *tunicas pelliceas.* Ipsi enim appeteverunt mentiendi[h] libidinem, relicta facie veritatis, et Deus corpora eorum in istam mortalitatem carnis mutavit. Quo enim maiori indicio potuit significari mors, quam sentimus in corpore, quam[i] pellibus, quae de mortuis pecoribus detrahi solent? »

III. Et quid est quod sequitur[9]: *Ecce Adam factus est*[k] *quasi unus ex nobis,* cum iam ille qui[l] fuit immortalis deiectus in mortalitatem, sciens mortem per experientiam, quam[m] prius novit tantum per sapientiam?

[Solutio]: Ad quod respondet Augustinus[10] quod « dupliciter[n] intelligi potuit, ut voce[o] insultantis diceretur '*factus est tamquam unus ex nobis*', non quia iam esset, sed quia ad illam rem[p] factus esset, ut scilicet esset deus », « Creatoris sui beneficio, non natura[q], si sub eius potestate manere voluisset ». Vel dictus est '*quasi unus ex nobis*' eo quod tunc « novit per experientiam quod Deus novit per sapientiam ».

ARTICULUS III. 219

De expulsione ex paradiso et prohibitione reditus ad illum.

I. *Nunc ergo videte*[11] etc. Hic designantur tres poenae, per quas possunt designari sive figurari tres poenae in futuro, quae competunt decedenti[r] in originali, quod per Adam est contractum, vel etiam in alio mortali: lapsus irrecuperabilis a statu innocentiae, carentia summi delectabilis, irrevocabilitas quantum est[s] ex parte hominis[12].

1. Sed quaeritur quibus dictum est: *Videte, ne forte mittat* etc.

2. Praeterea, numquid, si sumeret de ligno vitae, viveret in aeternum, cum iam effectus esset mortalis[t] per transgressionem inobedientiae?

[Solutio]: 1-2. Ad quod dicendum quod angelis locutus est tamquam ministris. Illud autem quod sequitur, ad hoc refertur ut ostenderetur[u] quod *lignum vitae* hanc habuit potentiam, ut per esum illius daret Dominus immortalitatem in corpore susceptibili sive ad hoc disposito; et si corpus Adae non iam erat dispositum, *lignum vitae* non propter hoc suam virtutem amisit. — Aliter tamen exponit Augustinus[13], dicens: « Potest videri propterea[v] homo in labores[x] huius mundi esse dimissus, ut aliquando ad arborem vitae manum ponat *et vivat in aeternum.* Manus autem porrectio significat crucem, per quam vita aeterna recuperatur ». Potest etiam intelligi quod « non iniusta poena est, post peccatum interclusum esse aditum ad sapientiam, donec Dei misericordia mensuris temporum reviviscat[y] qui mortuus est[z] et inveniatur qui perierat[14] ».

---

[a] V *quod.* [b] Ita BT, alii *de;* B om. *dicit.* [c] B *omnia;* V add. *cum.* [d] Z om. [e] T om. [f] FRLZ *possint.* [g] B add. *est.* [h] Codd. *faciendi.* [i] Z add. *in;* B *quo* pro *quae.* [k] F om., in L est add. mg. [l] VR om., Z exp. [m] Codd. *quod.* [n] R *dicitur.* [o] B add. *tantum.* [p] V *tunc.* [q] V *enim notatur,* Z *non notatur,* R *enim naturali* pro *n. n.* [r] Ita V, BT *discumbenti,* FRLZ om.; F om. *in.* [s] T om. [t] T *immortalis.* [u] B *ostendatur.* [v] Z *preterea.* [x] VFRZ *labore.* [y] V *revivificat.* [z] Ita B, alii om.

1 Lombardi, in h. l. (PL 192, 305); ex Augustino, *De civit. Dei,* XX, c. 20, n. 3 (PL 41, 689).
2 I Thessal. 4, 16.
3 In h. l. (PL 117, 773).
4 Psalm. 15, 10.
5 Gennadius, c. 7 (PL 58, 983).
6 Gen. 3, 21.
7 *In Genesim,* interrog. 80 (PL 100, 524).
8 *De Gen. c. Man.,* II, c. 21, n. 32 (PL 34, 212 sq.).
9 Gen. 3, 22.
10 Cf. loc. cit., c. 22, n. 33 (PL 34, 213).
11 Gen. 3, 22. Cf. S. Bonav., II *Sent.,* d. 29, dub. 2 (II, 708 sq.).
12 Cf. Augustin., *De Gen. ad litt.,* XI, c. 40 (PL 34, 451 sq.).
13 Loc. cit. (PL 34, 214).
14 Cf. Luc. 15, 32.

II. *Emisit eum Dominus*[1] etc. Quaeritur in quo distinguitur haec poena a praecedenti, cum eo ipso diceretur[a] *paradisus voluptatis*[2] principaliter propter esum ligni vitae.

[Solutio]: Ad quod dicendum, secundum Augustinum[3], quod duplex figuratur[b] separatio; una, quae est a ligno vitae, qui est Christus, Prov. 3, 18: *Lignum vitae est iis qui apprehenderint*[c] *eam, et qui tenuerit eam beatus;* alia vero a paradiso spirituali, quod est Ecclesia[d], a qua eicitur peccator, quousque per satisfactionem redeat ad unitatem.

Secundum aliam vero translationem[4] dicitur: *Dimisit eum,* ut notetur quod suo[e] proprio peccato hoc promerente est dimissus[5]; « alienatus autem est a vita, non solum quam fuerat, si praeceptum servasset, cum angelis accepturus, sed ab illa etiam, quam ducebat[f] in paradiso, quae erat quaedam corporis felicitas[6] ».

III. *Eiecitque Adam et collocavit*[g] *ante paradisum*[7] vel *contra,* secundum aliam litteram[8]. Hic[h] notatur ultima poena, scilicet impossibilitas, quantum est de se, ad reditum.

Sed quid sibi vult quod *Cherubim et flammeus gladius* ponuntur ad custodiendam viam ligni vitae? nisi ut ostendatur quod per caritatem, quae est plenitudo scientiae, designatam in *Cherubim,* et per poenam temporalem, quae in *framea*[i] *versatili* sive *gladio* designatur, via ligni vitae custoditur, sicut dicit Augustinus, in libro *Contra Manichaeos*[9]. Vel per plenitudinem scientiae potest designari perfecta scientia, secundum quam debet dirigi « molestiarum tolerantia ».

QUAESTIO II.

DE PECCATO ORIGINALI.

Finito Tractatu de peccato primorum parentum et poenis consequentibus ipsum, consequenter dicendum est de peccato originali, quod ex ipso consequenter trahebatur[k]. Circa vero originale peccatum haec quaeri possunt:

Primo, an sit originale peccatum;
secundo, quid sit originale peccatum;
tertio, quae est causa originalis peccati;
quarto, qualiter traducatur originale peccatum;
quinto, in quo sit;
sexto, qualiter transeat reatu et maneat actu;
septimo, de concupiscentia, quae est sequela originalis peccati;
octavo, de unitate originalis peccati vel multitudine[l];
nono, de quantitate originalis peccati;
decimo, de poena originalis peccati.

220

MEMBRUM I.

An sit originale peccatum[10].

Circa primum sic: quod originale peccatum non sit, sic potest ostendi: 1. Post Baptismum, qui delet culpam et poenam, nihil debet remanere originalis peccati; ergo, si ambo coniugati[m] baptizentur, in[n] eis non erit culpa originalis[o] nec immunditia carnis, quae est illius

---

[a] R *doceretur.* [b] R *significatur;* B *dupliciter* pro *duplex.* [c] Ita VT, B *apprehenderunt,* FRLZ *apprehenderit.* [d] TFRLZ *ecclesie;* V *que* pro *quod.* [e] T om. [f] V *dicebat,* quod FR corr. [g] V add. *eum.* [h] B *per hoc,* T *hoc.* [i] R *flammea.* [k] V *contrahebatur.* [l] V *multiplicitate.* [m] V om. [n] Z *an,* quod L corr. [o] B add. *peccati.*

1 Gen. 3, 23.
2 Gen. 2, 15.
3 Cf. *De Gen. ad litt.,* XII, c. 40, n. 54 (PL 34, 451).
4 Sec. Veterem Latinam.
5 Cf. Augustin., *De Gen. c. Man.,* II, c. 22, n. 34 (PL 34, 213).
6 Augustin., *De Gen. ad litt.,* XI, c. 40, n. 54 (PL 34, 451).
7 Gen. 3, 24.
8 Sec. Veterem Latinam.
9 Cf. lib. II, c. 23 (PL 34, 214 sq.).
10 Cf. Lombard., II *Sent.,* d. 30, cc. 11-14 (p. 466 sq.); Guil. Altissiod., *Summa,* II, tr. 27, c. 1 (f. 97a sqq.); Ioan. de Rupella, *Summa de vitiis* (fol. 6c sq.), ubi verbotenus occurrunt sola argum. *a-g* et solutio *ad 12;* S. Bonav., II *Sent.,* d. 30, a. 1, q. 1 (II, 714 sqq.).

poena; ergo originale peccatum non erit in prole. Ex parte enim corporis non videtur habere causam [a], nec ex parte animae, quae a Deo creata est. — Forte distingueret aliquis quod duplex est poena sequens originale peccatum: poena promovens et poena suffocans [1]; poena promovens non removetur per Baptismum, poena vero suffocans removetur [b]. — Sed hoc nihil videtur valere ad propositum. Si enim poena suffocans tollitur per Baptismum, maxime autem suffocans debet dici ex qua tantum malum sequitur, scilicet culpa originalis, in prole, ex qua est carentia visionis Dei, illa ergo [c] maxime tolletur per Baptismum; non ergo sequetur originale peccatum in prole, illa poena ablata in [d] parentibus.

2. Ad idem: Si originale peccatum [e] est de necessitate in prole, videtur quod nuptiae non dicendae [f] sint bonae. In sacramento enim Matrimonii [g] tria sunt bona: fides, proles et sacramentum; prolem autem de necessitate consequitur [h] maximum malum, videlicet culpa originalis; ergo ad nuptias consequitur de necessitate maximum malum; sed nihil, ad [i] quod consequitur maximum malum, simpliciter dicendum est bonum; ergo matrimonium non esset simpliciter bonum [k]; quod cum sit falsum, restat quod id, quod de necessitate consequitur ad ipsum, non est malum; sed hoc appellatur originale; ergo originale non est malum [l] sive peccatum.

3. Item, ad idem, Hieronymus [2]: Non est capabile [m] vitii quod non est capabile virtutum; opposita enim nata sunt fieri circa idem; ergo similiter, si unum non est traducibile, nec reliquum; sed virtus non traducitur; ergo neque peccatum; sed originale per traductionem dicitur esse originale; ergo non est peccatum.

4. Item, « omne agens nobilius est patiente », sicut dicit Augustinus, in XII *Super Genesim ad litteram* [3] — et accipitur ibi 'agens' communiter, ut appelletur etiam [n] corrumpens agens: constat enim [o] quod nihil agit in aliud [p] corrumpendo ipsum, nisi sit potentius ipso [q]; similiter etiam accipitur hic 'patiens' communiter, non solum pro patiente passione quae est per abiectionem [r], sed etiam passione [s] quae est in recipiendo: non enim loquitur ibi Augustinus de passione quae fit per abiectionem, sed de altera — sed corpus neque nobilius neque potentius est anima; ergo anima non corrumpitur neque patitur ab ipso corpore. Item, nec a Deo corrumpitur. Cavendum est enim, ut dicit Augustinus [4], Deum ponere causam peccati vel per se vel per accidens. Nec iterum corrumpitur anima parvuli a [a] corruptione animae parentum, cum non sint animae ex traduce sicut corpora. Nec a se ipsa [b] potest dici quod corrumpatur: nihil enim est causa corruptionis sui ipsius. Sic ergo anima parvuli, corpori infusa, ex nulla parte habet corruptionem. Si ergo omne [c] peccatum est corruptio in anima, apparet quod originale nullo modo potest dici peccatum.

5. Item, nihil agens secundum qualitatem quam habet, agit in alterum nisi inducendo talem qualitatem qualem habet, ita ut non egrediatur genus. Verbi gratia, si [d] ignis agat in ferrum secundum caliditatem quam habet, non agit in ipso inducendo caliditatem alterius generis, sed caliditatem [e] generis eiusdem; ergo, si caro corrupta secundum corruptionem quam habet aliquo modo inducit corruptionem in anima, non inducet corruptionem [f] alterius generis, sed eiusdem. Si ergo corruptio in carne fuit poenalis tantum et non culpabilis, videtur quod, si ab ipsa inducatur corruptio in anima, illa erit poenalis tantum et non culpabilis; et si hoc, redit semper quod nunquam erit originale peccatum.

6. Item, ad idem: Lex temporalis tenetur a lege aeterna et iustitia legis temporalis a iustitia legis aeternae; sed in iustitia legis temporalis non punitur aliquis personaliter pro peccato parentum; ergo, si cum [g] maiori misericordia est iustitia legis aeternae quam iustitia [h] temporalis, nunquam secundum iustitiam legis aeternae [i] punietur aliquis personaliter pro culpa primorum parentum, et maxime aeternaliter; sed hoc esset, si poneretur originale peccatum: ipsi enim [k] dicitur deberi perpetua carentia visionis Dei, secundum quod huiusmodi, et ita non debet poni peccatum originale; aut, si dicatur quod aliquis punitur ex poena parentum, videtur quod saltem magis deberet puniri pro peccatis proximorum parentum quam primorum.

7. Item, iustum est ut poena suum teneat auctorem; sed parvulus, qui modo nascitur, nullius peccati fuit [l] auctor, sed solum primi parentes; ergo isti nulla poena debetur; si ergo illi redditur, iniuste agitur cum illo.

8. Praeterea, quidquid sit [m] de corporibus, anima istius parvuli nullo modo fuit in primis parentibus;

---

[a] V *materiam.* [b] R add. *per baptismum.* [c] B *vero.* [d] Z add. *primis.* [e] B om. [f] B *deinde* pro *n. d.* [g] B *matrimoniali.* [h] V *sequitur.* [i] V om. [k] B om. *ergo... bonum.* [l] B om. *sed... malum.* [m] VR *capibile,* quod FZ corr. [n] VR *et.* [o] VR om., in F est add. mg. [p] V *alio.* [q] B om. [r] V *obiectionem.* [s] B om. *quae... passione;* V *pro passionem;* T om. *etiam.*
[a] V om. *p. a.;* R om. *parvuli.* [b] Z *ipso;* T om. *potest.* [c] RZ om., in F est add. mg. [d] T add. *igitur.* [e] B om. *quam... caliditatem.* [f] B om. *in... corruptionem.* [g] BLZ *sicut* pro *s. c.* [h] V om. *a. q. i.* [i] B om. *quam... aeternae.* [k] V *etiam.* [l] B om. [m] B om.

1 Cf. S. Bonav., II *Sent.*, d. 32, dub. 1 (II, 774sq.).
2 Cf. *Dialog. adv. Pelag.*, II, n. 1 (PL 23, 535).
3 Cf. c. 16, n. 33 (PL 34, 467).
4 Cf. *De lib. arbit.*, II, c. 20 (PL 32, 1270).

ergo videtur quod nullo modo deberet puniri ex peccato illorum, quidquid sit de[a] corpore ipsius. Quod enim dicitur Exod. 20,5: *Ego sum Dominus Deus tuus fortis, zelotes, visitans iniquitatem*[b] *patrum in filios,* hoc intelligitur cum filii imitantur iniquitatem patrum[1]. Et hoc patet per hoc[c] quod ibi subiungitur: *In tertiam et quartam generationem eorum*[d] *qui oderunt me.* Si ergo parvulus, cum nascitur, non[e] imitatur iniquitatem patris, non videtur quod[f] debeat vindicari in ipso.

9. Praeterea, Ezech. 18,4 dicitur: *Omnes animae meae sunt; ut anima patris, ita et anima filii mea*[g] *est; anima, quae peccaverit, ipsa morietur; filius non portabit iniquitatem patris.* Si ergo secundum decretum iustitiae legis aeternae non extenditur poena ultra culpam, si filius non portat iniquitatem patris, ergo neque poenam; ergo[h] neque quoad poenam[i] neque quoad culpam transfundetur[k] originale peccatum in posteros.

10. Item, omnes peccavimus in[l] Adam peccante[2]; ergo satisfecimus[m] in Adam satisfaciente, cum Deus sit pronior ad miserendum[n] quam ad puniendum vel[o] damnandum.

11. Item[p], ideo peccavimus in Adam peccante, quia in lumbis eius eramus; sed similiter in ipso eramus satisfaciente; ergo[q] in eo satisfecimus[r].

12. Item, potentior est gratia quam peccatum; ergo, si peccatum eius[s] potuit omnes corrumpere, et gratia ei data potuit omnes salvare.

Oppositum huius ostenditur multipliciter. *a.* Primo, per timorem bestiarum. Timor enim hominis ante peccatum fuit super omnia animalia, et dominium, sicut monstratur[t] Gen. 1,28: *Dominamini piscibus maris;* et iterum infra, 2, 19: *Adduxit ea ad Adam, ut videret quid vocaret ea* etc. Modo autem e contrario est, et praecipue timet homo[u] serpentem, quem Eva non timuit, Gen. 3. Et unde hoc? Timor enim iste omnium est et poena est; dicit enim Tullius[3]: « Quod omnium est[v], naturale est ». Ergo poena ista naturalis est; ergo homo non est naturaliter pure innocens aut Deus iniustus est, quoniam sine peccato punit innocentes; si ergo Deus iustus est, peccatum originale est.

b. Secundo, per dolorem mulierum parturientium. Cum enim omnium mulierum sit, naturalis est; ergo pro peccato originali.

c. Tertio, per mala quae patiuntur pueri, qui cum[a] actu nihil commiserunt, patiuntur tamen combustiones, febres variasque aegritudines, quod iniustum esset[b], si per omnia innocentes essent; peccatum ergo in eis praecessit; sed non actuale; ergo originale.

d. Quarto, per pugnam sanctorum, quam habent[c] contra malum concupiscentiae carnis, de qua[d] Apostolus ad Gal. 5,17: *Spiritus concupiscit adversus carnem.* Hanc pugnam habent omnes, et[e] haec pugna bona est[f] et etiam in sanctis gloriosa; sed non est contra bonum; ergo contra malum; est ergo malum generale omnium originale peccatum. — Si dicas concupiscentiam, contra quam pugnas, esse bonum, audi Salomonem dicentem[4]: *Fili, post concupiscentias tuas non eas; facient enim te in gaudium inimicis tuis.* Ergo sequendo cadis in abyssum peccati; malum ergo est concupiscentia carnis.

e. Quinto, per circumcisionem Isaac, qui *filius* fuit *promissionis*[5] et non naturalis, quia sterili patri et sterili matri datus est[g]; et tamen nisi circumcisus fuisset, periisset, quia a Domino dictum erat, Gen. 17,14: *Masculus, cuius praeputii caro circumcisa non fuerit, peribit anima illa de*[h] *populo suo.* Sed nonnisi per peccatum; ergo peccatum habebat Isaac tam sancte natus; ergo multo fortius et nos.

f. Sexto, per hoc quod primi parentes *fecerunt sibi perizomata,* Gen. 3,7, et per hoc quod[i] quaedam membra dicuntur pudibunda. Sed unde hoc? Nonnisi propter peccati corruptionem in porta originis apparentem.

g. Auctoritatibus[k] multis illud probatur. Ioan. 3,5: *Nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu Sancto* etc.; generaliter loquitur; ergo neminem excludit; omnes ergo oportet renasci; ergo spiritualiter mortui sunt. Item, ad Rom. 5,9: *Christus pro omnibus mortuus est. Ergo omnes mortui sunt, pro* quibus *mortuus est Christus*[6]. Item: *Omnes nati sumus filii irae,* Ephes. 2,3.

[Solutio]: Secundum hoc ergo, si quaeritur utrum peccatum originale sit, dicimus quod sic.

Ad obiecta autem respondemus. **1.** Et primo ad primum hoc modo: scimus enim quod originali culpae duplex fuit debita poena: una[l] quae est carentia visionis Dei, et quia[m] haec non fuit promovens, sed suffocans, ideo haec[n] removetur

---

[a] B om. [b] VFRZ *iniquitates.* [c] B om. *p. h.* [d] V *in iis,* Z om. [e] V om. [f] R add. *non.* [g] V *mei,* quod F corr. [h] V om. *n. p. e.* [i] V add. *ergo.* [k] V om. [l] V om. [m] R *satisfaciemus,* BT *omnes satisfacimus.* [n] BT *indulgendum.* [o] B add. *ad.* [p] T add. *omnes.* [q] V add. *illo.* [r] B *satisfaciemus.* [s] Ita V, alii om.; R *ideo* pro *ergo.* [t] V *demonstratur;* VBT *in Gen.* pro *G. I.* [u] V *Adam.* [v] Ita VR (interl.), alii om.

[a] Ita B, alii om. [b] R add. *vel.* [c] Z *habuit,* quod FRL corr. [d] R add. *dicit.* [e] BT om. [f] Ita V, alii om. [g] F om. [h] F *e.* [i] B om. *primi... quod.* [k] B *auctoribus.* [l] F add. *est.* [m] V om.; B om. *et.* [n] V om.

1 Cf. *Interl.,* in h. l., ap. Lyran.

2 Cf. Rom. 3, 23 et 5, 12; Lombard., II *Sent.,* d. 30, c. 11 (p. 466).

3 Cf. *De finibus,* V, c. 9.

4 Eccli. 18, 30.

5 Cf. Rom. 9, 9 et Gal. 4, 28.

6 II Cor. 5, 14sq.

in Baptismo cum culpa; alia vero poena fuit pronitas, et haec non fuit poena suffocans, sed promovens illum cui infligebatur, et ideo in Baptismo non tollitur, sed relinquitur homini ad exercitium, contra quam [a] pugnans exercitatur et promovetur etiam. — Quod patet, quia ipsi sic exercitato redditur corona pro certamine, quae aliter non redderetur eidem, sicut dicit Apostolus II ad Tim. 2,5: *Non coronabitur nisi qui legitime certaverit.* Unde, etsi aliter fieret homo beatus non certans contra illam pronitatem, nunquam tamen redderetur ei corona pro certamine, quod valde est ipsi homini gloriosum. — Si [b] autem obicit Iulianus[1] quod ex hac poena necessario sequitur culpa: dicimus quod, si haec poena ordinat [c] ad malum, non tamen ad malum culpae in eodem; sed, si ex ipsa sequitur malum culpae, hoc est in ipsa prole et non in [d] illo cuius est poena. Unde, cum in ipso, cuius est poena, ordinet ad multiplicem [e] fructum, si subtraheretur illa poena, damnificaretur in [f] subtractione illius.

2. Ad secundo obiectum dicimus quod, etsi proles sit bonum matrimonii et prolem concomitetur [g] malum peccati originalis, non tamen ad nuptias dicendum est sequi malum; et hoc [h] quia aliunde est proles, aliunde autem [i] peccatum originale. Proles enim a Deo est, peccatum autem [k] a defectu vel carentia debitae iustitiae; nuptiae autem ordinantur ad prolem sive ad bonum prolis et non ad defectum. — Quod patet: Si enim nunquam peccasset homo, nihilominus essent nuptiae et esset bonum prolis[2]. Quemadmodum ergo volens aliquis facere pedem, non intendit ipsum facere claudum, propter debilitatem tamen virtutis accidit pedi ipsum esse claudum, tamen aliunde est pes, videlicet a faciente, aliunde claudus, videlicet a defectu suo [l], ita est ex parte ista quod prolis bono [m] accidit illud malum, et ideo non est dicendum illud malum consequi ad nuptias.

3. Ad tertium dicendum: concedo quod sicut virtus non traducitur, ita neque vitium, quantum ad identitatem in numero. Sicut enim virtus ista numero, quae fuit in patre, nunquam est in filio [n], ita vitium, quod fuit in patre [o], idem numero nunquam est in filio. — Quod patet: remanente adhuc originali in patre, contingit esse originale in filio. Tamen intelligendum est quod differenter est [a] in bono et in malo: bonum enim non est in [b] nobis a nobis, sed a Deo, et etiam immediate sine aliquo medio est a Deo in quolibet in quo est. — Quod patet, quia, cum bonum sive virtus non sit in nobis nisi per gratiae collationem, gratia autem, cuicumque confertur, immediate confertur [c] a Deo et non uni per alterum, patet quod bonum non potest ab uno in alterum traduci; sed malum in nobis est a nobis et sufficiens causa mali, et ideo magis fuit ratio traducendi quantum ad malum quam quantum ad bonum.

4-5. Ad aliud quod obicitur quod 'agens semper nobilius est patiente' et similiter ad aliud [d] quod 'nihil agens secundum aliquam qualitatem potest agere in alterum nisi inducendo similem, ita ut non egrediatur genus' [e], patet quo modo respondendum est per praedicta. Neque enim est dicendum quod corpus agat in animam, proprie loquendo; neque similiter [f] est dicendum quod corruptio, quae erat poenalis in carne, faciat corruptionem alterius generis, scilicet [g] culpabilem, in anima. Qualiter autem sentiendum est de iis, inferius declarabitur [h][3].

6. Ad aliud quod obicitur quod lex temporalis non punit aliquem personaliter pro peccato parentum, respondemus [i] quod in parvulo sunt [k] duo: caro et anima. Quantum ad carnem ergo, cum illam [l] contraxerit ex patre et aliquando fuerit caro [m] patris, potuit puniri pro delicto patris a iustitia legis aeternae, sicut a lege temporali poterat aliquis puniri in rebus in quibus debebat [n] succedere patri; sed sicut [o] non poterat puniri in persona propria nisi propter propriam culpam, ita nec anima parvuli deberet puniri [p] nisi haberet culpam. Unde, secundum Augustinum[4] et secundum Anselmum[5], concedimus quod non punitur parvulus pro culpa patris, sed pro culpa sua, proprie loquendo. Non enim dicit Apostolus quod solum Adam peccavit, sed dicit quod *omnes peccaverunt* in Adam, Rom. 5,12. Erat enim in Adam non solummodo [q] voluntas huius singularis personae, sed voluntas universalis naturae, quo [r] cadente a iustitia originali, cecidit etiam quaelibet voluntas succedentium posterorum:

---

[a] VFRZ (corr.) *quod*; V *excitatur* pro *exercitatur*. [b] V *sic*. [c] F *peccata ordinant* pro *p. o.*; Z *sic* pro *si*. [d] B om. [e] LZ *multiplicitatem*. [f] V om. [g] R *comitetur*; Z om. *et*. [h] B add. *est*. [i] B om. [k] F add. *est*. [l] B om. [m] B *proli humane* pro *p. b.* [n] V add. *cum*. [o] B om. *i. p.*

[a] V om. [b] Z om. [c] B om. *l. c.* [d] V *illud*; B om. *patiente*. [e] BT *ergo*. [f] V *ita*. [g] BTL *solum*. [h] V *determinabitur*. [i] V *respondendum*. [k] Ita V, alii *fuerunt*. [l] B *illa*. [m] B om. [n] B *debeat*. [o] B *si*. [p] Z add. *et*. [q] B *solum*; V om. *Rom... Adam*. [r] BT *qua*.

[1] Cf. Augustin., *Contra Iulian. op. imperf.*, III, n. 179 (PL 45, 1322).

[2] Cf. Alex. Hal., *Summa theol.*, II, num. 495.

[3] Cf. infra, num. 225.

[4] Cf. loc. cit., I, n. 57 (PL 45, 1079).

[5] Cf. *De conc. virgin.*, c. 26 (PL 158, 460).

caret enim voluntas cuiuslibet illa rectitudine, quam habuisset, si Adam stetisset.

7. Ad illud etiam quod obicitur [a] quod 'iustum est ut poena suum teneat auctorem', visum est quo modo respondendum est [b]: ostensum est enim quo modo parvulus quilibet in Adam dicitur peccasse [1].

8. Quod autem similiter obicitur [c] quod 'illud Exod. 20, 5: *Ego sum Deus zelotes vindicans* etc. non intelligitur nisi cum iniquitates patrum reperiuntur in filiis': dicimus quod hoc est verum. Sed quod dicitur [d] postea quod in parvulis non erat iniquitas, respondemus per interemptionem: in ipso enim est culpa, sicut dictum est ante [2].

9. Similiter autem ad illud [e] quod obicitur de Ezech. 18, 4: *Filius non portabit iniquitatem patris* neque poenam pro iniquitate, concedimus quod et propriam culpam habet et pro [f] propria culpa punitur, et non pro aliena [g], proprie loquendo. Unde, si debetur ei poena pro peccato primi parentis, non debetur ei poena pro peccato quod fecerit haec persona in quantum haec, sed pro peccato quod fecit [h] in quantum erat habens universalem naturam et in quantum erat principium respectu omnium futurorum et in quantum erat habens virtutem conservandi [i] generaliter originalem iustitiam in posteris, si stetisset. — Ex quo apparet similiter quod quaeritur antea [k 3]: si haec anima nullo modo erat in parentibus, quo modo peccavit in illis aut quo modo punitur propter illos? Dicimus enim quod, si [l] haec anima non erat in anima primi parentis secundum quod ipse erat haec persona singularis, erat tamen nihilominus ibi ratione naturae universalis quodam modo et secundum alios modos, qui prius expositi sunt [4], ita tamen ut non [m] intelligatur anima parvulorum educi per propagationem vel generationem [n] in esse a parentibus [5].

Ex iis etiam quae praedicta sunt, potest videri quiddam quod posset quaeri, videlicet: cum anima unitur carni parvuli, in ipsa unione utrum uniatur secundum se aut secundum suas potentias aut quo modo. Sicut enim potest haberi ex praedictis [6], dicimus quod ipsa non solum secundum se, sed etiam ratione potentiarum suarum appetebat uniri; sed ista appetitiva non est intelligenda specialis appetitiva uniuscuiusque [a] vis respectu proprii actus, sicut irascibilis ad irascendum et concupiscibilis ad concupiscendum et sic de aliis, sed erat generalis appetitiva appetens uniri corpori, sicut [b] corpus habebat appetitivam, qua [c] appetebat animae uniri.

10. Ad id vero quod obicitur quod 'omnes satisfecimus [d] in Adam satisfaciente': respondetur [e] quod non est simile. Nam, cum peccatum sit a solo arbitrio, peccatum est a natura et in natura, et ideo propagatur; gratia vero, licet sit in natura, non tamen a natura, sed a Deo solum, et ideo propagari non potest. — Et ad id quod obicitur 'Deus est pronior ad miserendum' [f] etc.: dicendum [g] quod peccatum originale non est a Deo auctore in nobis, in quantum peccatum; unde quod transfundatur originale, non est a Deo sicut gratia, sicut postea patebit [7].

11. Ad aliud vero dicendum quod si notetur causa praecisa, haec est falsa 'quia [h] eramus in lumbis Adae, ipso peccante, ideo peccavimus', quia et [i] Christus in lumbis eius erat, non [k] tamen in eo peccavit. Duo ergo concurrunt [l] quatenus concedatur quod Adam peccante peccavimus: quia fuimus in eo potentia materiali et potentia nascendi secundum concupiscentiam. Primo modo tantum fuit Christus in Adam, nos autem utroque modo.

12. Ad ultimum quod obicitur [m] 'plus posse gratiam' etc.: respondetur quod duplex est causa quare gratia Adae non removit originale. Una est, quia facilius est corrumpere quam reaedificare, destruere quam construere. Secunda est, quia ex sententia divina, lata super Adam et totam posteritatem, adhaesit corruptio humano generi, quam sententiam gratia [n] delere non potuit data alicui puro homini, sed data Christo, qui erat Deus et homo. Si enim per gratiam datam primis parentibus deleta esset, iam non mansisset iustitia divinae ultionis lata in totam [o] posteritatem, et ita iustitia divina quoad hoc evacuaretur: quod est inconveniens; misericordia enim, etsi temperet iustitiam, non tamen eam evacuat.

---

[a] Ita V, alii *quod etiam obicitur similiter* pro *A. i. e. g. o.* [b] TR om. [c] V add. *scilicet.* [d] T om. [e] B *aliud.* [f] T om., in L est add. interl. [g] V add. *culpa.* [h] B *fecerit.* [i] B om. [k] Codd. *postea.* [l] B om. [m] B om.; L *quod* pro *ut.* [n] B om. *educi... generationem.*

[a] BT *cuiuscumque.* [b] BT add. *et.* [c] F *quam.* [d] B *satisfacimus.* [e] R *respondendum.* [f] BT *indulgendum.* [g] Z *ad.* [h] V om. [i] F *etiam.* [k] BTF (corr.) *nec.* [l] FRL *occurrunt,* quod Z corr. [m] Ita V, alii *obicit.* [n] V om. [o] T om.

1 Cf. supra, p. 233, *ad 6.*
2 Loc. cit.
3 Sub n. 8.
4 Loc. cit. in nota 1.
5 Cf. Alex. Hal., *Summa theol.,* II, num. 327.
6 Cf. Alex. Hal., loc. cit., num. 345 sq.
7 Cf. infra, num. 230.

MEMBRUM II.

Quid sit originale peccatum.

Secundo quaeritur quid sit originale peccatum.

Et primo, utrum sit culpa tantum aut poena tantum [a] aut utrumque aut neutrum;

secundo, si est culpa, utrum sit voluntarium vel non;

tertio, quia ponuntur quaedam rationes originalis peccati [b], qualiter intelligantur et inter se differant.

CAPUT I. 221

UTRUM ORIGINALE PECCATUM SIT CULPA AUT POENA AUT UTRUMQUE AUT NEUTRUM [1].

Ad primum sic: I. Videtur quod nec culpa sit nec poena, 1. per hoc quod dicitur dist. 30 II libri *Sententiarum*, cap. *Quod diligenter* [2]: quidam [c] dicebant ipsum originale nec esse culpam nec poenam, sed tantummodo reatum, id est debitum vel obnoxietatem, qua obnoxii et addicti sumus poenae temporali et aeternae pro peccato primi parentis. Ratio autem istorum sumebatur ex similitudine legis temporalis ad legem aeternam. Si enim in crimine laesae maiestatis secundum legem temporalem, etsi non peccaverunt filii, sunt tamen obnoxii poenae pro delicto parentum, videtur similiter quod, si peccatum Adae fuit quasi crimen laesae maiestatis in eo quod usurpare voluit similitudinem deitatis, quod pro peccato eius secundum legem aeternam teneantur parvuli obnoxii poenae [d] etiam sine culpa sua; et hanc obnoxietatem appellant ipsi originale. Secundum istos ergo non est originale culpa, quia culpa fuit in solo Adam; neque poena est, sed tantummodo obligatio ad poenam.

Contra istos autem obicitur *a.* per auctoritatem Augustini, in libro *Quinque responsionum contra Pelagium et Caelestinum* [3], qui dicebant quod peccatum non transit nisi in imitatores parentum; unde, si in parvulis remaneret aliquid post parentes, dicebant tantum illud esse poenam et non culpam, antequam actualiter peccarent. Quaerit ergo Augustinus: «Secundum quem modum pertransivit sententia in illos in quos non pertransibit [e] culpa? nisi forte in [f] nos iniustus sit Deus, qui, expertes delicti illorum, passus est nos poenae vinculo obligari». Ex qua auctoritate apparet expresse quod non solum in originali ponenda est poena, sed etiam culpa.

b. Quod autem utrumque sit in ipso [g] originali, scilicet et poena et culpa, ostenditur [h] hoc modo, Psalmus [i 4]: *Benedixisti, Domine, terram tuam*, super illum locum: *Aut extendes iram tuam* [k], Glossa [5]: «Omnes traximus [l] ab eo culpam et poenam». Ergo, si quod contrahimus a primo parente, originale est, in originali erit culpa et poena.

c. Item, Ambrosius [6]: «Vitium naturam laedit, culpa Deum offendit». Sed originale Deum offendit [m]: quod patet per hoc quod ipsi debetur carentia visionis Dei; item, naturam laedit: hoc manifestum est tum ex parte corporis, tum ex parte animae; erit ergo originale habens et culpam et vitium; vitium [n] autem ibi appellatur poena: quod enim laedit et vitiat naturam poena est.

d. Item, Augustinus [7]: «Inter apostasiam primam et poenam gehennae media et peccata sunt et poenae». Sed originale medium est inter primam apostasiam, id est peccatum primi hominis, et ultimam poenam gehennae et natura et tempore — quod patet: nisi enim fuisset prima apostasia, non fuisset originale secutum in parvulis; item, parvulis decedentibus non redderetur gehenna, nisi originale praecessisset in illis — in originali ergo est et poena et culpa.

---

[a] B om. *a. p. t.*, in R est add. mg. [b] VR om., in F est add. mg. [c] FRLZ add. *qui*. [d] V om. [e] V om. *sententia... pertransibit*. [f] Ita V, alii *secundum*. [g] V om. [h] B *concedit*. [i] B *Psalmista*. [k] Z om. [l] V *contraximus*. [m] B om. *s. o. D. o.* [n] V om.

1 Cf. Lombard., II *Sent.*, d. 30, cc. 1-2 (p. 462sq.); Guil. Altissiod., *Summa*, II, tr. 27, c. 2 (f. 97dsq.); Praepositi., *Summa*, II (f. 97d); Ioan. de Rupella, *Summa de vitiis* (fol. 6dsq.); S. Bonav., II *Sent.*, d. 30, a. 1, q. 2 et a. 2, qq. 1-2 (II, 717sqq.).

2 Cap. 6 (p. 462).

3 *Hypognost.*, II, c. 1 (PL 45, 1617).

4 Psalm. 84, 2.

5 Lombardi, *In Psalm. 84*, 5 (PL 191, 795).

6 Cf. *Apologia David altera*, c. 3, n. 19 (PL 14, 895).

7 *In Psalm. 57*, 9, n. 18 (PL 36, 687); cf. Lombard., II *Sent.*, d. 36, c. 1 (p. 498sq.).

2. **Si autem** [a] **hoc concedatur, ostenditur quod est poena tantum,** per auctoritatem Augustini, *De verbis Apostoli*[1], quam ponit Magister, in II *Sententiarum,* dist. 30, cap. *In* [b] *nomine*[2]. Vult enim ibi [c] dicere quod originale dicitur « concupiscentia sive vitium quod [d] parvulum habilem facit concupiscere et adultum etiam concupiscentem reddit ». Sed quod tale est, nonnisi poena est et non culpa: quod patet, quia post Baptismum remanet; non remaneret autem, si esset culpa; ergo originale erit tantum poena.

3. Item, dicit [e] Hugo[3]: « Hoc vitium originis humanae duplici corruptione naturam inficit, ignorantia mentem et concupiscentia carnem ». Et post subiungit[4]: « Si quaeritur quid sit originale peccatum in nobis, intelligitur corruptio sive vitium, quod nascendo contrahimus [f] per ignorantiam in mente et per concupiscentiam in carne ». Sed haec corruptio, quae contrahitur per ignorantiam et concupiscentiam [g], non est nisi poena; ergo originale peccatum tantum [h] est poena.

4. Item, ad Rom. 5, 12, super illud: *Sicut per unum hominem,* Glossa[5]: « Adam praeter [i] imitationis exemplum, occulta tabe carnalis concupiscentiae tabeficavit in se omnes de sua stirpe venturos ». Sed haec carnalis concupiscentia non est nisi poena; ergo originale est tantum poena.

5. **Quod autem sit culpa** [k], videtur per hoc quod dicit Augustinus, *Ad Valerium*[6]: « Nullum peccatum parvuli in sua vita commiserunt proprium; remanet ergo originale peccatum, per quod sub diaboli potestate captivi sunt, nisi lavacro regenerationis et Christi sanguine redimantur ». Hoc etiam habetur [l] Apoc. 1, 5: *Qui dilexit nos, et lavit nos a peccatis nostris in sanguine suo.* Sed lavacrum sive lotio dicitur esse a culpa; ergo originale peccatum est [m] culpa.

6. Item, Augustinus, *Ad Valerium*[7]: « Per unius hominis voluntatem malam omnes in eo peccaverunt, quando [n] omnes ille unus fuerunt, de quo propterea [o] singuli peccatum originale traxerunt ».

7. Item, in libro *Retractationum*[8]: « In primis hominibus natura humana peccavit ac per hoc naturae humanae nulla [p] nocuerunt peccata nisi sua ». Et loquitur ibi de originali peccato; ergo originale peccatum culpa est. Si enim non esset culpa mortalis, qualiter deberetur ei carentia gloriae? Debetur autem ei, sicut habetur super illud ad Rom. 3, 25: *Propter remissionem praecedentium delictorum in sustentatione Dei,* Glossa[9]: « Non videre Deum erat eis poena pro peccato primi hominis sive [a] pro peccato originali, propter quod occlusus erat aditus regni caelorum ».

II. Huius gratia, supposito quod sit culpa, quaeritur utrum eadem [b] culpa sit nostra et primi parentis.

Et videtur quod sic, 1. per hoc quod dicit Hugo[10]: « Nos, qui ab eodem nascendo originem traximus [c], quod illi actuale fuit, originale habemus, quia in nos per solam nativitatem descendit quod in illo per actionem [d] fuit », « et ita illa, quae erat illius actualis, erat nostra originalis [11] ».

2. Item, per simile arguitur: Filii enim puniuntur [e] pro peccato parentis, utpote qui de [f] illegitimo matrimonio nascuntur; et non est nisi culpa in parente; ergo videtur quod originale peccatum non sit nisi culpa ipsius Adae.

Contra. *a.* Cum dictum est in IV Regum[12]: *Lepra Naaman adhaerebit tibi et semini tuo post te,* unusquisque de semine habuit [g] propriam lepram; ergo a simili, cum punitus esset Adam in posteritate sua, illi, qui erant de posteritate, singuli habuerunt [h] propriam lepram peccati.

b. Item, dicit Gregorius[13], quod quilibet traxit saccum et meritum sacci; saccus autem dicitur ipsa mortalitas, meritum autem sacci ipsa culpa[14]; ergo culpa originalis est in ipso parvulo. Et super illud Psalmi[15]: *In iniquitatibus conceptus sum* [i] *et in peccatis concepit me mater mea,* Glossa[16]: « Nemo nascitur nisi trahens poenam et meritum poenae, nisi tu, qui de Spiritu Sancto conceptus es ». Ergo, cum trahatur illud quod est originale, originale [k] erit culpa: haec enim est meritum poenae.

[Solutio]: I. Ad quod dicendum quod originale habet utrumque in se: et culpam et poenam. Culpa [l] est carentia debitae iustitiae sive deformitas quaedam, qua ipsa anima deformatur; concupiscentia vero est ipsa poena, quae [m] in

---

[a] T om. [b] B *non,* R vacat. [c] V *ille.* [d] Z add. *per,* quod FL delev. [e] T om. [f] R *contraximus.* [g] B om. *in... concupiscentiam.* [h] R om. [i] V *propter.* [k] V *originale sit pena* pro *s. c.* [l] B *videtur.* [m] T *dicitur esse;* BRZ add. *a,* quod TFL exp. [n] B *quoniam,* quod Z corr.; V *illi* pro *ille,* quod T om.; B *fecerunt* pro *fuerunt.* [o] B *qua pena* pro *q. p.* [p] B *mala.*
[a] Z *vel.* [b] BT *omnino,* L *eidem,* quod F corr. [c] V *corruptionem contraximus* pro *o. t.* [d] B *occasionem.* [e] B om. [f] B om. [g] B *habebit.* [h] B *habebunt.* [i] V add. *et mater mea.* [k] V om. [l] Z add. *enim.* [m] B add. *est;* BT om. *poena.*

1 *Sermo* 151, c. 5 (PL 38, 817).
2 Cap. 9 (p. 465).
3 *De sacram. christ. fid.,* I, p. 7, c. 26 (PL 176, 298).
4 Loc. cit., c. 28 (PL 176, 299).
5 Lombardi, in h. l. (PL 191, 1388), ex Augustino, *De peccat. merit.,* I, c. 9, n. 10 (PL 44, 115).
6 *De nupt. et concup.,* I, c. 21 (PL 44, 427).
7 Loc. cit., II, c. 5, n. 15 (PL 44, 444).
8 Lib. I, c. 10, n. 3 (PL 32, 600).
9 Lombardi, in h. l. (PL 191, 1363).
10 *De sacram. christ. fid.,* I, p. 7, c. 27 (PL 176, 298).
11 Loc. cit., c. 26 (PL 176, 298). 12 Cap. 5, 27.
13 Cf. *Moral.,* XII, c. 17 (PL 75, 997).
14 Cf. Augustin., *Enarr. in Psalm. 29,* 12, n. 21 (PL 36, 225). 15 Psalm. 50, 6.
16 Lombardi, in h. l. (PL 191, 487).

parvulis dicitur[a] concupiscibilitas, in adultis vero dicitur concupiscentia actu[1].

[Ad obiecta]: 1. Ad id vero[b] quod obicitur in contrarium quod 'non est culpa nec[c] poena, sed tantum reatus, id est obligatio ad poenam': dicendum[d] quod non est simile in lege aeterna et[e] lege temporali. In lege enim temporali punitur proles[f] pro peccato parentis, in lege vero aeterna punitur homo pro peccato quod suum est ratione personae vel naturae. Unde Augustinus, in libro *Retractationum*[2]: « Non nulli homini, sed nulli naturae dixi peccata nocere nisi sua ». Lex enim temporalis punit temporaliter et ex parte carnis; lex vero aeterna punit aeternaliter et[g] ex parte animae, pro eo quod est suum peccatum vel quasi suum.

2. Ad secundum vero[h] dicendum quod, licet peccatum originale sit concupiscentia, non tamen est tantum poena[i]. Cum enim dicitur 'peccatum originale est concupiscentia', materialis videtur[k] esse praedicatio, formalis autem, cum dicitur macula sive deformitas ex origine primorum parentum contracta. Hugo tamen de S. Victore[3] dicit: « Concupiscentia spiritus inordinata est culpa, concupiscentia carnis[l] poena et culpa, poena praecedentis culpae et culpa subsequentis poenae ».

3. Ad tertium dicendum quod illud, quod dicit Hugo, intelligitur de originali peccato ratione poenae, cum [dicit: « Si] quaeritur quid sit originale peccatum » etc. Illud vero quod praemittit dicens: « Hoc vitium originis naturam inficit », potest intelligi de originali culpa.

4. Ad quartum vero[m] dicendum quod illud quod dicitur ad Rom. 5,12 super illud: *Sicut*[n] *per unum hominem* etc., de peccato originali loquitur ratione poenae, quae est concupiscentia.

5-7. Illa vero quae obiciuntur quod peccatum originale sit culpa, non excludunt[o] quin secundum aliquid sit culpa[p] et secundum aliud poena. Ratione enim carentiae iustitiae originalis potest dici culpa, ratione concupiscentiae potest dici poena.

II. Ad ultimum[q], de eo quod videtur Hugo dicere, quod 'illud, quod illi fuit actuale, nobis est originale': dicendum[r] quod hoc dictum est per causam. Non enim per essentiam actuale peccatum[s] ipsius Adae est nostrum originale: sicut enim differunt subiecta, ita differunt peccata. Sed per causam potest dici, quia actuale peccatum illius fuit causa nostri originalis.

CAPUT II. 222

UTRUM ORIGINALE PECCATUM DEBEAT DICI VOLUNTARIUM[4].

Deinde quaeritur utrum originale peccatum debeat dici voluntarium.

Et videtur quod sic. *a.* Dicit Augustinus, in libro *De vera religione*[5]: « Peccatum adeo est voluntarium, quod, si non est voluntarium, non est peccatum ». Originale ergo, si non est voluntarium[a], non est peccatum[b]; sed est peccatum; ergo est voluntarium.

Contra. 1. Velit nolit, parvulus contrahit originale peccatum; ergo non est voluntarium: involuntarium enim dicitur cuius principium est extra, eo nihil conferente qui patitur[6].

2. Item, si est voluntarium, aut est tantum[c] voluntarium ratione voluntatis primi parentis aut est[d] voluntarium aliquo modo ratione voluntatis in ipso in quo contrahitur. Et videtur quod ratione voluntatis in[e] primo parente. Dicitur[7] enim super illud ad Rom. 5,19: *Sicut per inobedientiam* etc.: « Originale peccatum ex voluntate est, quia ex voluntate primi hominis seminatum est, ut in illo esset et in omnes transiret ». — Contra: Peccatum dicitur voluntarium, cum est in voluntate a qua causatur; sed a voluntate Adae cum causetur peccatum, dicetur tantum voluntarium in voluntate Adae, et ita tantum ibi peccatum; sed non dicitur tantum ibi peccatum[f]; ergo nec tantum ibi voluntarium.

[Solutio]: *a.* Ad[g] primum dicendum quod peccatum originale dicendum est voluntarium. Unde[h] Augustinus, in libro *Retractationum*[8]: « Illud, quod in parvulis dicitur originale peccatum,

---

[a] T om. [b] VR om. [c] T *nisi*. [d] Ita VR, alii add. *est*. [e] TF add. *in*. [f] B *puniuntur* pro *p. p.* [g] Ita V, alii om. [h] VT om.; B om. *dicendum*. [i] Z *concupiscentia*. [k] VR *dicitur*, quod F corr.; Z *materialiter* pro *materialis*. [l] Z add. *est*. [m] V om. [n] B om. [o] L *excludit*, quod F corr. [p] B om. *non... culpa*. [q] V add. *dicendum*, alii add. *vero dicendum*. [r] Ita VT, alii add. *est*; B om. *hoc*. [s] V om.

[a] F add. *ergo*. [b] V om. *originale... peccatum*. [c] B om. [d] B add. *tantum*. [e] F add. *ipso*. [f] B om. *sed... peccatum*. [g] Ita V, alii om. [h] R add. *dicit*.

1 Cf. Lombard., II *Sent.*, d. 30, c. 9 (p. 465).
2 Lib. I, c. 10, n. 3 (PL 32, 600).
3 *De sacram. christ. fid.*, I, p. 7, c. 23 (PL 176, 297).
4 Cf. Lombard., II *Sent.*, d. 32, c. 5 (p. 478).
5 Cap. 14, n. 27 (PL 34, 133).
6 Aristot., *Ethica ad Nicom.*, III, c. 1 (II, 26).
7 Lombardi, in h. l. (PL 191, 1397).
8 Lib. I, c. 13, n. 5 (PL 32, 604).

cum adhuc non utantur arbitrio voluntatis, non absurde [a] vocatur voluntarium, quia ex prima [b] hominis mala voluntate contractum ».

Sed videtur esse contrarium, quia in eodem libro [1] dicitur: « Usque adeo peccatum voluntarium malum est, ut, si non sit voluntarium, nullo modo est peccatum. Quae definitio potest videri falsa, sed, si diligenter discutiatur, invenietur esse verissima. Peccatum [c] quippe illud cogitandum est [d], quod tantummodo peccatum est [e], non quod est etiam [f] poena peccati ». Si ergo peccatum originale non tantum est peccatum, sed etiam peccati poena, non extendetur illa definitio ad peccatum originale, et ita non dicetur voluntarium malum. — Ad quod dicendum [2] quod illud quod dicit Augustinus non excludit quin peccatum originale sit voluntarium, sed quod non dicatur voluntarium in ratione poenae peccati. Loquitur tamen ibi [g] de quibusdam peccatis, quae fiunt a nescientibus, quae quodam modo dicuntur voluntaria, quodam modo involuntaria [h].

1. Ad id [i] quod obicitur quod 'debeat dici involuntarium' [k], dicendum est quod non simpliciter dicitur. Licet enim non fiat a voluntate ipsius parvuli, fit tamen a voluntate humanae naturae quam iste participat descendens ab Adam. Aliter etiam accipitur involuntarium a Philosopho et aliter hic. Philosophus enim non respicit [l] voluntarium et involuntarium nisi [m] prout ad personam singularem referuntur; theologus vero prout referuntur [n] ad personam vel naturam.

2. Ad id vero quod consequenter obicitur 'si voluntarium est, utrum [o] a voluntate primi parentis vel a voluntate eius in quo contrahitur' [p]: dicendum quod a voluntate primi parentis, licet aliqui vellent dicere quod quidam appetitus est in anima parvuli, quo appetit magis uniri corpori sic corrupto quam non uniri [q], et ratione illius dicatur voluntarium peccatum originale; sed, quia illud nulla auctoritate fulcitur et videretur [r] secundum hoc actuale peccatum, eadem facilitate contemnitur qua [s] a quibusdam approbatur.

CAPUT III.

DE VARIIS DEFINITIONIBUS PECCATI ORIGINALIS [3].

Deinde quaeritur quid sit originale peccatum, propter varias definitiones quae ei [a] assignantur.

Ponitur enim talis definitio originalis peccati [4]: originale peccatum est carentia vel nuditas debitae iustitiae sive originalis impotentia [b] habendi iustitiam per inobedientiam Adae contracta [c]. — Ad cuius intellectum notandum [d] quod duplex est iustitia: a gratia gratum faciente, et de illa ad praesens non intendimus; et est iustitia naturalis, et haec est duplex: quae fuit in statu innocentiae vel quae adhuc remanet in statu naturae corruptae. De illa quae fuit in statu innocentiae dicitur in Eccle. [5]: *Deus ab initio fecit hominem rectum.* Hanc autem rectitudinem, si Adam stetisset, illi qui descenderunt ab eo, habuissent; nunc autem curvitatem, quam ex peccato contraxit, transmisit ad posteros, et ideo dicitur: Nuditas debitae iustitiae per inobedientiam Adae contracta [e]. Haec autem definitio datur per causam efficientem.

Alia definitio ponitur talis [6]: Peccatum originale est vitium ex corruptione seminis in homine natum. Et haec definitio videtur dari ex parte causae materialis.

Tertia vero definitio ponitur [7], quae dicit quod peccatum originale est concupiscentia ex vitiosa conditione nostrae originis contracta. Et haec determinatur secundum id [f] quod peccatum originale est materialiter. Attendendum autem est [g] quod concupiscentia non accipitur hic specialiter pro eo quod est potentiae concupiscibilis, sed generaliter [h], prout est cuiuslibet appetitivae rationalis ex coniunctione primaria cum carne corrupta. Est autem alia concupiscentia, quae est partis sensibilis, et haec dicitur esse poena; illa vero, quae rationalis est, aliquando dicitur culpa; utraque vero, proprie loquendo, poena est sequens ex corruptione naturae.

---

[a] Ita BT, alii *obscure.* [b] V *primi.* [c] VR add. *tantum;* R om. *esse.* [d] T om. [e] V om. [f] BT *in,* F om., Z add. *in.* [g] V om. [h] V om. *q. m. l.;* T om. *voluntaria.* [i] BF (interl.) L add. *autem.* [k] B *voluntarium.* [l] BTL add. *nisi.* [m] FLZ om. [n] Ita TL (corr.), alii *refertur.* [o] VR om., in F est add. mg. [p] Ita VB, alii *trahitur.* [q] B om. *corpori... uniri.* [r] V *videtur.* [s] Codd. *quod.*
[a] BT *eius,* FZ *eis,* quod RL corr. [b] Ita BT, alii *impotentie.* [c] Codd. *contractam.* [d] BTL add. *est.* [e] Ita R (corr.), alii *contractam.* [f] BT om. [g] R om. [h] T *specialiter;* B om. *est;* V om. *cuiuslibet.*

1 Loc. cit. (PL 32, 603 sq.).
2 Cf. supra, num. 64.
3 Cf. Ioan. de Rupella, *Summa de vitiis* (fol. 7a sq.).
4 Cf. Anselm., *De conc. virg.,* c. 27 (PL 158, 461); cf. supra, num. 65.
5 Cap. 7, 30.
6 Cf. Hugo de S. Vict., *De sacram. christ. fid.,* I, p. 7, c. 28 (PL 176, 299).
7 Cf. Lombard., II *Sent.,* d. 30, c. 10 et d. 31, c. 7 (p. 465, 472); Praepositi., *Summa,* II (fol. 97d); Guil. Altissiod., *Summa,* II, tr. 27, c. 2 (fol. 97d).

ARTICULUS I. 223

Utrum definitio peccati secundum Augustinum conveniat originali.

Adhuc etiam quaeritur utrum illa definitio[a] peccati[1] 'peccatum est aversio[b] ab incommutabili bono et conversio ad commutabile[c] bonum' conveniat peccato originali.

Et dicunt quidam quod sic, *a.* ut in[d] carentia debitae iustitiae intelligatur aversio, in concupiscentia intelligatur conversio. Sed in hoc distinguunt[e] inter peccatum originale et actuale, quod in actuali peccato sit[f] aversio et conversio actualis, in originali vero dicatur aversio et conversio habitualis.

Sed contra hoc obicitur. 1. Conversio habitualis non dicitur nisi ubi prius fuit conversio actualis; sed conversio actualis non praecessit in originali peccato; ergo non dicetur conversio habitualis: habitualis enim conversio dicitur esse in aliquo, qui prius fornicatus fuit et non poenituit, nec tamen modo[g] fornicatur.

2. Praeterea, videtur aversio actualis esse in originali peccato: actualiter enim separatus est[h] sive aversus ipse parvulus, non baptizatus, a Deo; ergo videtur ibi[i] esse aversio actualis.

[Solutio]: Ad quod respondendum quod illa definitio peccati datur de actuali peccato mortali: sic enim loquitur, in libro *De libero arbitrio*[2], de peccato scilicet quod fit proximo per usum liberi arbitrii. In originali autem peccato non est conversio actualis vel[k] habitualis, proprie loquendo, nec aversio active dicta. Licet enim ex originali peccato ratione concupiscentiae sit[l] pronitas ad peccatum, non tamen dicitur conversio habitualis: habitus enim malus ex actu derelinquitur. Nec dicitur aversio actualis, qua parvulus se avertit, licet actu sit aversus per peccatum primorum parentum, sed non dicitur aversio actualis, nisi cum homo avertit se per liberum arbitrium a Deo[m]: non sic autem est in originali.

ARTICULUS II. 224

Secundum quam corruptionem dicatur originale peccatum[3].

Adhuc[n] etiam quaeritur: cum in originali peccato sit culpa et poena, et quaedam corruptio sit in intellectu, scilicet ignorantia, quaedam in affectu, scilicet concupiscentia, utrum quantum ad utramque corruptionem dicatur originale peccatum.

Quod sic, videtur. 1. Poena enim proportionalis est culpae; si igitur infligitur poena decedentibus[o] in originali non tantum quantum ad carentiam delectationis in summa bonitate, sed quantum ad carentiam visionis respectu summae veritatis, in peccato erat aliquid, propter quod hoc et illud infligebatur; carentia autem visionis non respondet nisi ignorantiae, carentia[p] delectationis in summa bonitate concupiscentiae[q]; ergo peccatum originale dicetur culpa quantum ad utramque[r].

2. Item, Hugo de S. Victore[4] dicit quod « originale est corruptio vel vitium, quod contrahimus nascendo per ignorantiam in mente et per[s] concupiscentiam in carne »: per carnem autem intelligitur affectus carnalis. Arguit etiam[t] ulterius[5]: In Adam non fuit tantum debitum volendi quae mandabat Dominus, sed etiam debitum cognoscendi; ergo, si recessus a debito est peccatum, utroque modo peccavit, non solum in non volendo quod debuit, sed etiam in non cognoscendo. Cum ergo peccatum originale sit sequela illius, erit originale peccatum culpa quantum ad ignorantiam et quantum ad concupiscentiam. — Quod autem sit[u] quantum ad ignorantiam culpa, videtur ex verbis ipsius[6]. Dicit enim: « Ignorantia non propter hoc est[v] vitium in eis, quia, cum nascuntur, veritatem non cognoscunt, quando non debent, sed quia tunc, cum

---

[a] B *distinctio.* [b] TF *conversio,* quod B corr. [c] L *mutabile.* [d] L om. [e] T *distinguit.* [f] VFR *fit.* [g] B *nunc.* [h] B om. [i] BT om. [k] BT *et.* [l] V *fit.* [m] T om. *a. D.*; LZ om. *est.* [n] Z *ad hec.* [o] T *descendentibus,* quod F corr. [p] BT *carentie.* [q] BT *concupiscentia.* [r] BTR *utrumque.* [s] BLZ om.; T *que* pro *e. p.* [t] V add. *hoc.* [u] V add. *peccatum,* quod R exp.; LZ om. *quantum.* [v] VRLZ om.

1 Cf. Augustin., *De lib. arbit.,* II, c. 19, n. 53 (PL 32, 1269).
2 Augustin., loc. cit.
3 Cf. S. Bonav., II *Sent.,* d. 30, a. 2, qq. 1-2 (II, 721 sqq.).
4 *De sacram. christ. fid.,* I, p. 7, c. 28 (PL 176, 299).
5 Cf. loc. cit., c. 35 (PL 176, 303).
6 Cf. Hugo de S. Vict., loc. cit., c. 32 (PL 176, 302); *De arca Noe morali,* I, c. 1 (PL 176, 620).

nascuntur, vitium in eis est, quo postea impediuntur ne veritatem cognoscant quando debent. Nasci sine cognitione natura est, non culpa; sed in eo vitio nasci, quo postea a cognitione [a] veritatis impediantur [b], culpa est, non natura ». — Item, alibi [c 1]: « Ignorantia boni culpa est et poena in mente, concupiscentia mali culpa est et poena in carne ». Ex quibus colligitur quod ignorantia est culpa, prout ad originale peccatum pertinet.

3. Item, super illud Psalmi [2]: *Ignorantias meas ne memineris,* Glossa [3]: « Id est originale peccatum, quod est in [d] parvulis ».

Contra. *a.* Dicit Augustinus, in III *De libero arbitrio* [4]: « Revera omni peccanti animae duo sunt poenalia, ignorantia et difficultas ». Ex quo accipitur quod ignorantia in originali peccato est poena, non culpa.

b. Item, Augustinus, in *Enchiridion* [5]: « Hoc est primum creaturae rationalis malum: voluntas deficiens ab incommutabili bono; deinde iam nolentibus subintravit ignorantia rerum agendarum et concupiscentia rerum noxiarum ». Si ergo nolentibus [e] subintravit, erit ignorantia poena, non culpa.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod ignorantia est poena; si autem dicitur culpa, hoc non est nisi causaliter. — Si autem quaeratur quare de integritate peccati originalis ponitur concupiscentia potius quam ignorantia: hoc est quia peccatum proprie est in voluntate, concupiscentia autem penes voluntatem determinatur [f], et ideo magis ad rationem peccati [g] pertinet.

[Ad obiecta]: 1. Ad id vero [h] quod primo obicitur, dicendum est quod, licet poena duplex [i] assignetur in duplici carentia, non propter hoc duo erunt formaliter [k] in culpa: voluntas enim sibi et rationi [l] meretur poenam. Secundum autem quod peccatum dicitur in libero arbitrio, liberum autem arbitrium dicitur « facultas voluntatis et rationis [6] », congruenter ignorantia respondet rationi, concupiscentia voluntati.

2. Ad secundum vero quod dicit Hugo, dicendum [m] quod ignorantia dicitur culpa causaliter, sed non formaliter, immo poena. Ex hoc enim quod voluntas est aversa ab incommutabili bono per [n] peccatum primorum parentum, consequitur ignorantia in ratione; culpa tamen dicitur, quia [o] disponit ad eam vel est ei coniuncta.

3. Ad tertium [p] dicendum de eo quod dicitur in Glossa, quod ignorantia accipitur ibi pro peccato originali, quia simul est cum ipso et per originale peccatum primo deficit ratio a cognoscendo [q] quod necessarium est.

225

ARTICULUS III.

Utrum originale secundum idem sit culpa et poena.

Deinde quaeritur, si [a] originale peccatum est culpa et poena, utrum secundum carentiam debitae iustitiae sit culpa et poena, et ita secundum idem sit culpa et poena.

Quod autem sit [b], videtur *a.* per auctoritatem supra dictam [7], in qua dicitur quod « inter primam apostasiam et ultimam poenam gehennae, quaecumque sunt media, et peccata sunt et poenae »; sed carentia debitae iustitiae media est inter illa duo; ergo ipsa simul est et [c] culpa et poena.

Contra. 1. Poena est quid [d] involuntarium, culpa malum voluntarium; ergo non secundum idem [e] erit originale culpa et poena, cum non sit [f] idem malum voluntarium et involuntarium.

2. Item, culpa est iniusta; omnis autem poena, a Deo inflicta, est iusta; ergo originale [g] non erit secundum idem [h] culpa et poena, cum idem [i] non sit iustum et iniustum.

Respondeo: 1-2. Originale quoad carentiam debitae iustitiae est culpa tantum, ita quod non est poena respectu alicuius quod sit [k] in ipso originali. Nihil tamen [l] prohibet ipsam esse poenam respectu voluntatis humanae naturae in Adam peccantis. Cum ergo quaeritur utrum originale peccatum secundum idem sit culpa et poena, dicendum est quod secundum carentiam debitae iustitiae est [m] culpa, secundum concupiscentiam vero est poena. Nihilominus tamen secundum ipsam carentiam [n] potest esse poena, non alicuius

---

[a] BT *agnitione* pro *a. c.*, Z *cognatione*, quod L corr.; V om. *a.* [b] V *impediatur.* [c] V *Augustinus.* [d] B om. [e] BT *volentibus.* [f] L *determinat.* [g] B om. [h] T om. [i] BTRZ *dupliciter.* [k] T *fortiter.* [l] V *homini.* [m] Ita B, alii add. *est*; V om. *dicit quod.* [n] B om. [o] L *quod.* [p] BT add. *vero.* [q] V *agnoscendo* pro *a. c.*

[a] T add. *igitur.* [b] Ita FZ, alii *sic.* [c] Ita V, alii om.; L om. *est.* [d] R *aliquid.* [e] Z *id.* [f] V om. [g] V add. *peccatum.* [h] RZ *id.* [i] VZ *id.* [k] V *quando fit* pro *q. s.*, quod RZ corr. [l] V *vel tantum*, quod RZ corr. [m] R *sit.* [n] T om.

1 Cf. Hugo de S. Vict., loc. cit., c. 31 (PL 176, 301).
2 Psalm. 24, 7.
3 Lombardi, in h. l. (PL 191, 255); cf. *Ordin.*, in h. l. (PL 113, 878).
4 Cap. 18, n. 52 (PL 32, 1296).
5 Cap. 23 sq. (PL 40, 244).
6 Cf. supra, p. 12, nota 6.
7 Cf. supra, p. 235, nota 7.

quod sit in ipso peccato originali, sed eius quod fuit in peccato primorum parentum; et potest dici voluntarium, quia voluntate primi parentis seminatum[a]; et potest dici poenale, et ita[b] involuntarium, quia iuste a Deo inflictum. Quod autem dicitur iustum et iniustum, ad diversa referuntur: iniustum enim dicitur ratione peccantis, iustum autem ratione poenam infligentis. Iniustitia ergo dicitur esse ipsius Adae vel parvuli in Adam peccantis, iustitia vero Dei poenam infligentis.

MEMBRUM III.

De causa originalis peccati.

Consequenter procedendum est ad causam peccati[c] originalis.

Et primo quaeritur utrum solum contrahatur per peccatum primi parentis an per peccatum etiam aliorum parentum[d];

secundo, si per peccatum primi parentis tantum, utrum per peccatum Adae et Evae an[e] tantum per peccatum Adae;

tertio, quae fuit causa in peccato Adae propter quam traductum[f] est originale peccatum.

CAPUT I. 226

UTRUM ORIGINALE CONTRAHATUR SOLUM PER PECCATUM PRIMI PARENTIS [1].

Circa primum sic: 1. Dicitur Exod. 20,5: *Ego sum Deus zelotes, vindicans peccata patrum in filios.* Ergo pro peccatis aliorum parentum puniuntur posteri eorum.

2. Item, sicut trahunt posteri naturam humanam ab Adam, ita posteri aliorum parentum trahunt humanam naturam ab eis et proximius[g]. Si ergo per peccatum est corruptio naturae, debet descendere corruptio peccati ab aliis parentibus sicut a primis.

Contra. *a.* Si hoc esset, quanto[h] posteriores essent, tanto essent[i] miserabiliores, quia non tantum contraherent[k] corruptionem a primis parentibus, immo ab aliis parentibus peccantibus[l].

b. Praeterea, cum dicitur in Exodo[2]: *Ego sum Deus zelotes, visitans*[m] *peccata patrum in filios*[n], additur: *Usque in tertiam et quartam generationem*[o], et ita ponitur terminus. Sed in[p] corruptione, contracta a primis parentibus, non ponitur terminus; ergo ex peccatis aliorum parentum non necessario contrahitur corruptio peccati, licet contrahatur aliqua poena: si enim contraheretur corruptio peccati, non poneretur terminus.

c. Item, dicit Anselmus, in libro *De conceptu virginali*[3]: « Parentum proximorum peccata ad originale peccatum non aestimo pertinere. Si enim Adam nequivisset ad eos, quos generaturus erat, iustitiam originalem perducere[q], nequaquam posset eis originalem iniustitiam transmittere. Quoniam ergo nullus post Adam filiis suis potuit originalem iustitiam servare, non videtur ratio cur proximorum parentum peccata filiorum animabus debeant imputari ».

d. Sed forte diceret aliquis quod parentes proximi ad posteros originaliter non possunt corruptionem peccati[r] transmitttere, sed augere. — Contra quod sic obicitur[4]: « Ubi nulla est iustitia, nulla potest auferri; ubi autem nulla potest auferri[s], nulla potest addi iniustitia », et ita non potest[t] augeri; nulla ergo corruptio peccati potest descendere originaliter ab aliis parentibus quam a primis.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod peccatum originale non transmittitur ab aliis quam a primis parentibus[u].

[Ad obiecta]: 1. Ad obiectum vero in contrarium dicendum est[v] et primo ad primum[x], quod illud quod in Exodo 20,5 dicitur[y], intelligitur de visitatione peccatorum in parentibus ratione poenarum in posteris, cum sunt[z] imitatores paterni sceleris: hoc autem modo non est causa peccati originalis. Licet enim filii non sint imitatores paterni sceleris in primis parentibus, nihilominus in eis contrahitur peccatum. Unde Augustinus[5], super illud ad Rom. 5,12: *Sicut*

---

[a] V add. *est.* [b] V om. [c] V om. [d] V om. *an... parentum.* [e] V *aut.* [f] F *introductum.* [g] V *proximus,* quod RL corr. [h] VRZ *quando,* quod L corr.; V *item* pro *contra.* [i] V om. *t. e.* [k] B *traherent.* [l] V om. [m] V *vindicans.* [n] Ita V, B exp. *i. f.,* quod alii om.; BTL *peccatum* pro *peccata.* [o] Ita V, alii *ad quartam generationem vel tertiam* prò *i. t. e. q. g.* [p] Z om. [q] Ita V, alii *producere.* [r] V *non possunt originalis peccati corruptionem* pro *o. n. p. c. p.* [s] R om. *u. a. n. p. a.,* in L est add. mg. [t] Ita F, alii *possunt.* [u] R om. [v] V *respondendo dicendum* pro *i. c. d. e.* [x] V add. *dicendum.* [y] Ita V, alii om.; BT om. *quod;* BT *visione* pro *visitatione,* quod R corr.; V *dimissione* pro *d. v.* [z] B *sint.*

[1] Cf. Lombard., II *Sent.*, d. 33, c. 1 (p. 480); S. Bonav., II *Sent.*, d. 33, a. 1, q. 1 (II, 782sq.).
[2] Cap. 20, 5.
[3] Cap. 24 (PL 158, 457).
[4] Cf. Anselm., loc. cit. (PL 158, 458).
[5] *De peccat. merit.*, I, c. 9, n. 10 (PL 44, 114sq.).

per unum hominem etc.: « Sicut Christus praeter imitationis exemplum dat occultissimam fidelibus gratiam, quam latenter infundit [a] parvulis, sic et Adam praeter imitationis exemplum occulta tabe carnalis concupiscentiae tabeficavit in se omnes de sua [b] stirpe venturos ».

2. Ad aliud vero dicendum quod non est simile de primis parentibus et de aliis. Primi enim parentes poterant conservare iustitiam originalem [c], quod non poterant alii parentes, et ita ex iustitia Dei poterant transmittere originalem iniustitiam.

d. Ad id [d] vero quod obicitur quod 'proximi [e] parentes possunt augere corruptionem peccati': dicendum est quod illam [f] augere non possunt, sed quod effectus ex illa corruptione eliciatur citius, suis demeritis inducere [g] possunt [1].

227

CAPUT II.

UTRUM ORIGINALE CONTRAHATUR PER PECCATUM SOLIUS ADAE.

Secundo quaeritur, si per peccatum primi hominis tantum contrahatur, utrum per peccatum Adae et Evae an tantum per peccatum Adae.

Et videtur quod magis [h] per peccatum Evae, 1. « cum illa prior peccaverit et Adam post [i] per illam [2] ».

2. Praeterea, in inflictione poenae interseritur [3] quod *vocavit [k] Adam uxorem suam Evam, eo quod mater esset cunctorum viventium,* et intelligitur vitam mortalem habentium [4], in quo innuitur quod transfusio mortalitatis facta fuit per Evam; pari ratione originalis culpae.

Contra, videtur quod magis attribuatur Adae. *a.* Dicitur enim ad Rom. 5, 14: *Regnavit mors ab Adam usque ad Moysen, etiam in eos [l] qui non peccaverunt in similitudinem praevaricationis Adae.* Ex quo videtur quod ab Adam facta est transmissio originalis culpae.

b. Item, ei principaliter factum est praeceptum; ergo eius fuit principalis inobedientia.

c. Item [5], « si non Adam, sed sola Eva peccasset, non necesse erat [m] totum genus humanum perire. Poterat namque [n] Deus de Adam, in quo semen hominum erat, aliam facere mulierem, per quam de Adam propositum Dei perficeretur ».

d. Item, Adam fuit principium totius humani generis; ergo in ipso fuit tota humana natura; peccando ergo humanam naturam deformavit; non sic autem esset in Eva; ergo magis imputandum est peccatum originale Adae quam Evae.

Quod autem utrique, videtur. 3. Nam, si ex altera parte esset incorrupta natura, non videretur totaliter corrupta; sed est [o] totaliter corrupta [p]; ergo imputandum est utrique tamquam toti causae [q].

[Solutio]: Ad quod respondendum [r] quod magis imputandum est Adae quam Evae. Quia enim « humana natura sic erat tota in Adam ut nihil de illa extra illum esset, tamen peccando sine omni necessitate Deum exhonoravit; unde per se satisfacere non potuit, gratiam, quam propagandis potuit servare [6], perdidit et peccatum secum comitante poena trahit [7] ».

[Ad obiecta]: 1. Ad obiectum autem in contrarium dicendum [s] quod, licet Eva prior peccaverit, tamen non plus quoad damnum, quod inde secutum est. Sicut enim principium propagandi, unde sequitur proles, fuit in Adam, ita principium transmittendi corruptionem, unde sequitur peccatum originale, fuit in Adam.

2. Ad secundum vero [t] dicendum quod, licet Eva vocata fuerit mater habentium vitam mortalem, hoc non fuit nisi ad ostendendum quod per ipsam introductum fuit vae: ipsa enim in genere humano prima peccavit; sed, si non consensisset Adam, non sic processisset corruptio. Unde dicit Anselmus [8]: « Si non Adam, sed sola Eva peccasset, non necesse erat [u] totum genus humanum perire, sed solam Evam ».

3. Ad ultimum vero dicendum quod tota causa corruptionis originalis fuit Adam peccator, generans in Eva peccatrice.

Si vero Adam peccasset, Eva non peccante, vel [v] ex alia non peccante generaret, utrum relinqueretur originale peccatum, relinquendum est altius perscrutanti [x]. Videtur tamen ex iam dictis [9] sequi, eo [y] quod in ipso fuit potestas, non tantum amittendi personalem iustitiam, sed [z] originalem; quod tamen ad praesens non definio.

---

[a] RZ *infudit.* [b] V *illa.* [c] BT om. [d] F *aliud.* [e] V *primi.* [f] Ita F, alii *illud.* [g] VZ *an ducere.* [h] VZ add. *quia,* quod L exp.; V om. *per.* [i] VRLZ *primo.* [k] V *voluit,* quod RL corr. [l] V *nos.* [m] T *esset.* [n] VR *poteratque* pro *p. n.,* quod Z corr. [o] R add. *etiam,* quod Z exp. [p] V om. *s. e. t. c.* [q] RLZ *esse.* [r] R add. *est.* [s] Ita V, alii add. *est.* [t] V om. [u] Ita Z, alii *esset.* [v] Ita R (corr.), alii *sed.* [x] V *alterius perscrutationi* pro *a. p.*; RZ *alterius* pro *altius.* [y] B om. [z] V *secundum.*

1 Cf. Anselm., loc. cit. et c. 25 (PL 158, 459 sq.).
2 Anselm., *De conc. virgin.,* c. 9 (PL 158, 443).
3 Gen. 3, 20.
4 Cf. *Glossa ordin.,* in h. l., ap. Lyran.
5 Anselm., loc. cit.
6 Cf. Alex. Hal., *Summa theol.,* II, num. 499.
7 Anselm., loc. cit., c. 10 (PL 158, 444).
8 Cf. supra, sub litt. *c.*
9 Cf. hic, in *Solutione.*

CAPUT III. 228

PROPTER QUAM CAUSAM IN PECCATO ADAE TRADUCTUM SIT ORIGINALE PECCATUM.

Tertio quaeritur quae fuit causa in peccato Adae propter quam traductum est originale peccatum. In peccato enim Adae multiplex invenitur peccatum. Invenitur enim peccatum superbiae, utpote cum appetiit esse sicut Deus; avaritiae [a], cum scientiam sibi indebitam vel indebito modo appetiit, secundum quod exponit Augustinus[1], quod avaritia non solum est in appetitu divitiarum temporalium, sed etiam in [b] inordinato appetitu scientiae; gulae, quantum ad inordinatam delectationem gustabilis; inobedientiae, quantum ad praecepti transgressionem. Quaeritur ergo quantum ad quod [c] istorum peccatorum primo fuit ponere corruptionem naturae.

1. Quod autem [d] per superbiam, videtur. Homo enim ad imaginem et similitudinem Dei factus est, non solum secundum quod hic homo, sed etiam [e] secundum quod homo [f]; hoc autem est ex ordinatione [g] superioris portionis ad Deum, in quo est maxima nobilitas; cum ergo peccatum mortale sit corruptivum boni naturalis, illud erit maxime corruptivum quod deordinavit superiorem portionem ad Deum; sed tale peccatum fuit superbia; unde ad eversionem [h] superioris portionis secutae sunt eversiones inferiorum virium, et ita generativae [i] facta est corruptio; ex corruptione autem [k] generativae traducitur originale, et ita videtur quod per superbiam facta sit corruptio originalis.

2. Quod autem per gulam, videtur. Gula enim [l] fit secundum appetitivam [m], quae est pars nutritivae; sed nutritiva proxima est [n] generativae inter omnes vires; ergo secundum peccatum in ipsa [o] proximo transmittitur in ipso [p] originale peccatum mediante corruptione carnis.

3. Forte dicet aliquis quod per peccatum inobedientiae transmissa est haec corruptio. — Contra: Cui praecipitur, ille est obligatus; sed qui solus obligatus est ex praecepto, solus ex transgressione peccat; sed, si [q] soli Adae praeceptum fuit ne comederet de ligno scientiae boni et mali — dictum est enim [a] singulariter[2]: *De ligno scientiae boni et mali ne comedas; in quocumque die comederis ex eo* [b], *morte morieris* — solus ergo Adam obligatus est; ergo solus [c] transgrediens peccavit; ergo corruptio per transgressionem in persona stetit, et non transiit ad naturam, nisi in quantum fuit in illa persona. Eodem modo potest obici de peccatis supra dictis, scilicet superbia et gula: erant enim personalia peccata.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod originale peccatum contractum est [d] per inobedientiam primorum parentum et principaliter Adae. Unde Anselmus[3]: « Originale peccatum nihil aliud intelligere queo nisi ipsam nuditatem debitae iustitiae per inobedientiam Adae factam, per quam omnes sunt filii irae » nascendo, sicut dicit Apostolus, ad Ephes. 2,3: *Eramus natura filii irae.* Haec autem inobedientia fuit in fructu ligni scientiae boni et mali prohibito, unde gula concomitata est. Ratio autem transmittendi originale [e] videtur esse ex hoc quod prohibitio facta fuit ipsi Adae, in quantum erat habens naturam humanam [f] totam in se, ut [g] per quam alii descenderent [h] per propagationem. Et ita prohibitio non tantum extendebatur ad ipsum [i], sed ad eos qui erant in ipso seminaliter. Si enim prohibitio facta fuit Evae in Adam, quae non descendit ab eo per propagationem, sed per quamdam formationem, multo fortius descendere debebat ad eos qui seminaliter erant in eo. — Quod autem inobedientia non [k] fuerit tantum personalis in Adam, patet per hoc quod dicit Augustinus[4], super illud ad Rom. 5,19: *Sicut per inobedientiam unius hominis* etc. Facit enim vim in hoc quod dicit *unius hominis* [l], id est hominis totius in uno. Sicut enim Christus, si fuisset homo et non caput hominis, habuisset [m] obedientiam personalem tantum nec redundaret eius obedientia in alios quantum ad effectum, sed, quia fuit caput, extendit se eius obedientia quantum ad effectum [n] in omnes quorum erat

---

[a] V add. *ut.* [b] VZ om. [c] V *hoc;* B om. *quantum.* [d] V om. [e] BT om. [f] Z om. *sed... homo.* [g] FRLZ *ordine.* [h] V *conversionem.* [i] V *generatio.* [k] R *enim.* [l] R *autem;* T *videtur* pro *fit.* [m] VRZ *appetitum;* R (corr.) *qui* pro *que;* T add. *fieri.* [n] VLZ om., in R est add. interl. [o] R *ipso appetitu.* [p] R (corr.) *ipsum* pro *i. i.* [q] B om.
[a] V add. *ei.* [b] Z om. [c] V om. *Adam... solus.* [d] VTRLZ om. [e] V add. *peccatum.* [f] Ita V, alii om. [g] VRZ *vel.* [h] V add. *ut.* [i] T *enim.* [k] V om. [l] V om. *etc... hominis.* [m] V add. *tantum.* [n] V om. *sed... effectum.*

1 *De lib. arbit.*, III, c. 17, n. 48 (PL 32, 1294); *De Gen. ad litt.*, XI, c. 15, n. 19 (PL 34, 436sq.).
2 Gen. 2, 17.
3 *De conc. virgin.*, c. 27 (PL 158, 461).
4 *Opus imperf. c. Iulian*, II, c. 171 (PL 45, 1219sq.); Lombard., *In Rom.* 5, 19 (PL 191, 1397).

caput, ita inobedientia Adae, prout in eo erat tota natura humana, redundavit in omnes qui seminaliter ab ipso sunt geniti. Unde Augustinus, *Ad Macedonium*[1]: « Sicut parvulus per alterum peccat, sic per alterum iustificatur ». Et Anselmus[2] dicit: Quia Adam habuit potestatem servandi originalem iustitiam toti posteritati, si stetisset, ideo habuit et potestatem transmittendi originalem iniustitiam ad omnes [a]. Sic ergo ex praedictis videtur quod ratio corrumpendi naturam, ex qua [b] transmittitur originale peccatum, fuit per inobedientiam Adae, hominis in quo fuit tota natura humana.

[Ad obiecta]: 1. Ad obiectum autem de superbia, dicendum [c] quod, licet superbia corrumperet naturam in Adam, non tamen universaliter, ut ex illa fieret transmissio originalis peccati. Aliud enim est corrumpere naturam in isto et aliud est corrumpere naturam [d] prout est causa generationis.

2. Similiter dicendum est de gula. Si enim sine praecepto, quod extenderet se ad totum hominem, per inordinatum appetitum comedisset de aliquo ipse Adam, esset peccatum personale tantum. Unde non fuit necesse quod per gustum, qui ad nutritivam pertinet, esset causa corruptionis originalis, licet maior fuerit ibi congruentia [e]. Et distinguendum est inter obedientiam quae tantum personalis est, et quae [f] ad naturam se extendit. Si enim [g] esset inobedientia personalis tantum, non corrumperet naturam in homine nec fieret transmissio originalis peccati.

Adhuc etiam [h] ad idem facit quod dicit Augustinus in libro *Hypognosticon*[3]. Dicitur [i] Sap. 12, 11: *Maledictum erat semen ab initio*, et intelligitur de maledictione culpae. Hoc autem non fuit in maledictione serpentis nec in maledictione mulieris: omnes enim istae maledictiones poenae sunt tantum. Maledictio vero facta fuit viro, cum dictum est[4]: *Maledicta terra in opere tuo; spinas et tribulos germinabit tibi,* id est humana natura propagabit spinas et tribulos peccatorum. Maledictio autem ista inflicta est propter praecepti [k] expressi a Domino transgressionem; dicitur enim ibi[5]: *Quia audisti vocem uxoris tuae et* [l] *comedisti de ligno, de quo praecepi tibi ne comederes, maledicta terra* [m] etc. Si ergo propter illud praeceptum fuit maledictio in toto semine posteritatis, et non se extendit effectus ultra suam causam, praeceptum se extendebat ad posteritatem et similiter transgressio praecepti. Qualiter enim dicerentur [n] omnes peccare in Adam, si tantum poena respiceret eos et non culpa? Similiter dicit Apostolus[6]: *Omnes peccaverunt et egent gloria Dei.* Dicendo '*omnes*' nullum excepit, quinimmo totum declaravit genus humanum; peccaverunt autem omnes, cum ex uno peccatore omnes nascuntur peccatores.

Sed adhuc quaeritur[7], « si per seminum conceptionem dicebat Apostolus peccatum in omnes homines pertransiisse, potius dixisset 'per duos homines' quam '*per unum hominem*'[8], quia sine femina de solo homine homo nasci non [o] potest ».

Ad quam obiectionem haeretici respondet sic Augustinus[9]: « Ideo '*per unum hominem*' dixit Apostolus, quia, cum mulier una caro sit cum viro, in semine progenies imputatur; et ne dicatur mulierem non esse causam peccati in nobis, dicitur in Eccli. 25, 33: *A muliere initium peccati est; per illam enim omnes morimur* ».

MEMBRUM IV.

Qualiter traducatur originale peccatum.

Quarto quaeritur qualiter traducatur originale peccatum, utrum traducatur secundum solam carnem an [p] secundum solam [q] animam an [r] secundum utrumque;

deinde, si per carnem traducitur, utrum per carnem ex propagatione provenientem tantum an alio modo, sicut si [s] de carne corrupta hominis fieret decisio et ex illa homo formaretur, utrum traheretur originale peccatum.

---

[a] Ita VR, alii *ipsos;* V *iustitiam* pro *iniustitiam;* B *si* pro *sic.* [b] R *quo.* [c] Ita F (corr.), alii add. *est.* [d] V om. *in... naturam.* [e] V *incongruentia* pro *i. c.* [f] RZ *non.* [g] V *sed semper* pro *s. e.* [h] V om. [i] BT add. *enim.* [k] BRZ *peccati.* [l] R om. [m] R add. *in opere tuo.* [n] R *diceretur,* quod F corr. [o] V *nemo.* [p] B *aut.* [q] V om. *carnem... solam.* [r] V *aut.* [s] VRZ om., in F est add. interl.

1 Loc. cit., c. 216 et VI, c. 22, (PL 45, 1235, 1554).
2 Cf. *De conc. virgin.*, c. 10 (PL 158, 444).
3 Cf. lib. II, c. 2 (PL 45, 1619).
4 Gen. 3, 17sq.
5 Gen. 3, 17.
6 Rom. 3, 23; cf. Lombard., in h. l. (PL 191, 1361).
7 *Hypognost.*, II, c. 3 (PL 45, 1619).
8 Rom. 5, 12.
9 Loc. cit.

CAPUT I. 229

UTRUM ORIGINALE TRADUCATUR SECUNDUM SOLAM CARNEM [1].

Ad primum sic: *a*. Supposito quod anima rationalis non sit ex traduce, sicut ostensum est supra [2], ostenditur quod traductio originalis peccati non est secundum animam solam: non enim animae parvulorum sunt ex anima primi parentis vel ex animabus primorum parentum. Unde Augustinus [a], in libro *De ecclesiasticis dogmatibus* [3]: « Animas hominum [b] non esse ab initio inter ceteras intellectuales creaturas simul creatas [c], sicut Origenes fingit, dicimus [d]; neque cum corporibus per coitum seminari, sicut Luciferiani [e] et Cyrillus et quidam Latinorum praesumptores affirmant; sed dicimus corpus tantum per coniugum copulam seminari, creationem vero animae Deo attribuimus », secundum illud Psalmi [4]: *Qui finxit sigillatim corda ipsorum* [f]. Si ergo anima non est ex anima, originale autem peccatum traducitur mediante aliquo quod commune est in parente cum [g] prole et quod habet proles a parente, ergo non traducitur secundum animam; ergo nec secundum [h] animam et corpus; restat ergo quod per carnem.

Sed contra hoc est 1. quod caro non est susceptibilis culpae tamquam subiectum; ergo a peccato Adae non potest transmitti originale peccatum mediante aliquo quod [non] sit subiectum peccati.

Sed dicetur fortasse quod mediante aliquo quod est subiectum corruptionis: caro enim susceptibilis est corruptionis. — Sed contra: corruptio aut est culpabilis aut est poenalis. Culpabilis autem non est, quia culpa non est in carne parentis ante decisionem tamquam [i] in subiecto; nec post decisionem, antequam infundatur anima. Actualis enim non est: actualis enim culpa fit ab illo [k] in quo est, scilicet a voluntate vel ab ipsa anima secundum voluntatem. Originalis non est, quia antequam infundatur anima, non est culpa originalis; ergo corruptio illa non est culpabilis. Praeterea, illud est capabile [l] vitii, quod et [m] virtutis [5]; sed caro non est capabilis [n] virtutis; ergo nec vitii; ergo nec corruptionis culpabilis. — Si vero est corruptio poenalis, corruptio autem poenalis sequela est tamquam effectus peccati, et non ut huiusmodi causa peccati, ergo non per illam traducitur originale peccatum.

2. Item, minus potens non potest agere in magis [o] potens [6]; sed caro minus est potens quam anima; ergo anima non recipit a carne tamquam ab agente; corrumpens autem est agens quoddam; ergo caro corrupta non corrumpit animam; ergo originale peccatum non traducitur in animam per corruptionem carnis.

3. Item, nihil agens secundum dispositionem, quam habet, potest in aliud agere nisi qualem [p] habet relinquendo, non [q] excellentius; sed excellentius [r] est culpa quam poena; ergo caro, corrupta corruptione poenali, non potest inducere corruptionem culpabilem [s] in animam.

5. [t] Item, intellectus est impermixtus carni, cum non sit actus corporis neque partis corporis [7]; ergo non contrahet aliquam maculam ex coniunctione carnis; sed originale peccatum est macula; ergo non contrahitur ex coniunctione carnis.

6. Item, lux corporalis attingens sordes corporales, propter sui munditiam nullam contrahit foeditatem; ergo, cum anima rationalis incomparabiliter sit simplicior et purior luce corporali, non contrahet foeditatem a foeditate carnis.

7. Item, creata est anima [u] a Deo munda nec eam Deus vult foedari absolute nec ipsa vult se foedari; nihil autem [v] aliud potest in ipsam; ergo non contrahet foeditatem peccati; ergo nec [x] originale peccatum.

8. Item, Deus scit animam istam ex coniunctione ad corpus fieri iniustam; quare ergo infundit eam corpori? Videtur enim quod iniuste agatur cum ea, cum poenam contrahat sine sua culpa.

9. Item, nullus est in peccato pro eo quod vitare non potest [8]; sed anima non potest vitare illud peccatum; ergo non est iustum quod sit in isto peccato vel ergo non peccat.

10. Item, omnimoda ignorantia excusat peccatum; ergo multo fortius omnimoda impotentia; sed omnimoda impotentia [y] est in isto parvulo

---

[a] BT om. [b] R *anima hominis* pro *a. h.* [c] V om. *s. c.* [d] R om.; BT *dicens*, quod F corr. [e] Ita FL, alii *Luciferani*. [f] R *eorum*, quod Z corr. [g] V *ac*, R *et*, BTZ *a.* [h] BT add. *divinam.* [i] T om. [k] Z *sita ab aliquo* pro *f. a. i.* [l] T *culpabile*, quod V corr. [m] V *est.* [n] T *culpabilis.* [o] RZ *maius*, quod V corr. [p] Ita V, alii *quale*; Z *nihil* pro *nisi.* [q] VR *nec*, quod Z corr. [r] V om. *s. e.* [s] B *penalem.* [t] Deest argum. 4 ad quod respondetur infra. [u] B add. *Ade.* [v] VR om.; T om. *aliud.* [x] F add. *contrahet.* [y] T om.

1 Cf. Lombard., II *Sent.*, d. 31, c. 1-4 (p. 468sq.); Guil. Altissiod., *Summa*, II, tr. 27, c. 1 (f. 97bsq.); Ioan. de Rupella, *Summa de vitiis* (fol. 7bsq.); S. Bonav., II *Sent.*, d. 31, a. 2, q. 1 (II, 747sqq.).

2 Cf. Alex. Hal., *Summa theol.*, II, num. 327.

3 Gennadius, c. 14 (PL 58, 984).

4 Psalm. 32, 15.

5 Cf. supra, p. 231 nota 3.

6 Cf. supra, p. 231, nota 4.

7 Cf. Aristot., *De anima*, III, c. 4 (III, 467).

8 Cf. Augustin., *De lib. arbit.*, III, c. 18, n. 50 (PL 32, 1295).

vitandi peccatum; ergo in eo non debet esse peccatum vel [a] a reatu excusabitur.

11. Item, per Baptismum deletur culpa et poena. Si ergo parentes sunt baptizati, mundati sunt in anima et carne; nec coeundo peccant, cum matrimonialiter coniungantur in coitu; ergo non relinquitur [b] peccatum in prole a parentibus.

Solutio: Ad quod dicendum [c], cum peccatum originale sit culpa et poena, ab alia causa [d] trahit rationem culpae et ab alia [e] rationem poenae. Rationem poenae trahit a foeditate [f] vitiosa, quae est in carne: quam cito enim anima infunditur carni foedae [g], tam cito foedatur, sicut a vitio vasis vinum corrumpitur. Rationem vero culpae trahit a carentia debitae iustitiae. Et sicut duplex est iustitia — una quam sibi homo facit habens gratiam, et dico de iustitia [h] in exercitio, alia, quae sibi fit, ut in parvulo baptizato fit iustitia mediante Christo [i] — sic duplex est iniustitia: una, quam sibi homo facit, ut homo adultus peccans; alia, quae sibi fit ex alio, ut parvulo ex peccato Adae [1].

[Ad obiecta]: 1. Ad primo autem obiectum respondendum est quod corruptio poenalis est in carne, quae tamen dicitur culpabilis, non quia culpa sit in carne tamquam in subiecto, sed quia per eam transmittitur. Et licet poena naturaliter sequatur ad culpam, nihilominus est quaedam poena, quae est causa vel dispositio ad culpam, et talis est ista corruptio poenalis: disponit enim ad culpam in anima, quae susceptibilis est culpae.

2. Ad secundum vero [k] dicendum quod, licet caro minus possit quam anima, nihilominus anima [l] potest ex coniunctione ad carnem trahere [m] corruptionem, non quod [n] caro agat in animam, per se loquendo, sed quod anima corrumpatur [o] coniuncta carni sic corruptae.

3. Ad tertium vero [p] dicendum quod caro corrupta non imprimit, quantum est de sua virtute, nisi consimilem dispositionem ei quam habet, sed ipsa anima accipit rationem culpae ex comparatione ad primum motivum: carentiam enim iustitiae habet anima parvuli ex carentia iustitiae quae fuit in anima Adae. In generatione enim et corruptione univoca ultimum simile est [q] principio, sed medium dissimile, ut ex carne generatur caro, sed per medium dissimile, scilicet semen [r] [2]. Sic a culpa animae est foeditas carnis; ad foeditatem vero carnis consequitur foeditas animae in parvulo, et ita si excellentius est culpa quam poena, et sit [s] culpa in eo qui nascitur, hoc est ratione culpae in primo parente. Ex alia vero parte illud quod trahit infectionem ex sibi adiuncto, secundum modum suum trahit infectionem; modus autem talis est ut primo inficiatur anima infectione [a] culpae, deinde infectione poenae. Unde sicut fuit in gignente primo, ita est in genito, facta comparatione animati ad animatum, quia sicut in primo parente prius fuit culpa quam poena, sic in prole animata prius est culpa quam poena, licet in carne prius erat poena quam in anima.

4. Ad quartum dicendum [b] per hoc quod, licet caro non habeat in se culpam tamquam inhaerentem sibi, nihilominus contrahitur culpa in anima [c]. Et ponitur exemplum, licet non usquequaque simile, quod vinum inducit [d] ad ebrietatem culpam et [e] tamen non habet in se. Nec dicitur proprie quod caro dat culpam per sui corruptionem, sed culpa Adae, quae meruit [f] illud.

5. Ad quintum dicendum quod intellectus duplicem habet comparationem: unam, secundum quam respicit primam bonitatem, a qua, nulla interposita natura, formatur: et ex illa parte dicitur impermixtus; ex alia vero parte respicit carnem mediante sensualitate, et ex illa parte potest contrahere impuritatem, sicut contingit in melancholicis et phreneticis, qui ratione passionum in corpore quasdam in anima recipiunt perturbationes.

6. Ad sextum vero dicendum quod non est simile de luce corporali et anima. Lux enim corporalis cum re foeda, quam contingit, non ita coniungitur ut ex [g] illis duobus fiat unum secundum substantiam, sicut est ex carne et anima, quae, cum coniunguntur, unum efficiunt secundum substantiam [h], quorum unum ex altero inficitur.

7. Ad septimum dicendum [i] quod non debet imputari Deo coniungenti, sed illi quod fuit principium corruptionis ex parte carnis. Quia enim noluit [k] servare iustitiam sibi et aliis, ideo, quantum est de se, perdidit iustitiam et in se et in [l] aliis.

8. Ad octavum vero dicendum quod non iniuste agit Deus cum anima nec secundum iustitiam generalem nec secundum [m] specialem. Secundum generalem non iniuste agit, quia corpori organizato redditur sua perfectio; secundum vero iustitiam specialem non iniuste agit, quia punit humanam naturam secundum quod meruit: humana enim natura deliquit in primo parente et punita est in ipso et in posteritate.

9. Ad nonum vero [n] dicendum quod haec non est proprie concedenda 'anima pueri peccat',

---

[a] V *ergo.* [b] FRLZ *relinquetur.* [c] L add. *quod;* BT *quod* pro *cum.* [d] V *alio tamen* pro *a. c;* F *contrahit* pro *trahit,* item infra. [e] V *alio.* [f] V *sensualitate.* [g] BT om. [h] V add. *que est.* [i] F *proximo.* [k] V om. [l] T om. *n. a.* [m] V *contrahere.* [n] V *quia,* item infra. [o] V *corrumpitur.* [p] V om. [q] Ita BT, VFLZ add. *a,* R add. *cum.* [r] V *fomes.* [s] VFLZ *sic.*

[a] Z *interfectione,* quod FRL corr. [b] Ita V, alii add. *est.* [c] RZ *animam.* [d] V *inductum.* [e] V *culpa est* pro *c. e.* [f] Z *metuit,* quod R corr. [g] V om. [h] V om. *sicut... substantiam.* [i] Ita V, alii add. *est.* [k] T *voluit.* [l] R om. [m] V add. *iustitiam.* [n] V om.

[1] Cf. Anselm., *De conc. virgin.*, c. 1 (PL 158, 433 sq.). | [2] Cf. Aristot., *De anima,* II, c. 4 (III. 450).

sed est rea[a] peccato, quod non habet a se, sed ab eo qui meruit.

10. Ad decimum vero[b] dicendum quod, quamvis omnimoda impotentia excuset in peccato actuali, non tamen in originali. Nam, sicut supra dictum est[1], duplex est iniustitia: una, quam[c] facit sibi homo, et in hac impotentia omnimoda excusaret; altera, quae fit ab alio[d], ut in parvulo, et in hac[e] omnimoda impotentia parvuli non excusat.

11. Ad undecimum vero[f] dicendum quod ex patre et matre non peccatoribus nascitur puer peccator. Et ponit exemplum Augustinus, *Contra Iulianum*[2]: « Sicut de oliva nascitur oleaster, et seminatur granum sine palea et nascitur cum palea ». *Ad Valerium*[3]: « Sicut gignitur ex oleastri semine oleaster et ex[g] oleae semine oleaster, cum inter oleastrum et oleam plurimum distet, ita gignitur et[h] de carne peccatoris et de[i] carne iusti peccator, quamvis inter peccatorem et iustum plurimum distet. Gignitur autem peccator actu adhuc nullus et ortu novus, sed reatu vetus, homo a Creatore, captivus a deceptore, indigens Redemptore ».

CAPUT II. 230

UTRUM ORIGINALE TRADUCATUR TANTUM PER CARNEM EX PROPAGATIONE PROVENIENTEM[4].

Deinde quaeritur, si per carnem traducitur peccatum originale, utrum per carnem ex propagatione provenientem tantum an alio modo.

Et videtur quod alio modo, 1. ut si caro corrupta decideretur, non per propagationem[k]. Dicitur[5] enim quod anima contraxit originale, quia coniuncta fuit cum[l] carne corrupta. Si ergo huiusmodi caro corrupta est, ex coniunctione cum huiusmodi corpore anima contrahet originale peccatum, sicut vinum inficitur ex vase corrupto.

Contra quod *a.* Augustinus[6], loquens contra Pelagianos et Caelestianos, dicit[m]: « *Qualis terrenus, tales et terreni*[7]. Et hoc quo modo nisi per seminis sparsionem? Sed dicis mihi e diverso veniens: ergo semen peccatum est? Iam superius dixi: quia peccavit[n] homo, natura peccavit, cuius sunt semina. Semen ergo vitiatum est, non vitium[o], sicut scriptum est[8]: *Semen erat maledictum ab initio.* Maledictum videlicet post peccatum, quia *maledicta,* inquit[9], *terra in operibus tuis.* Sed vitium contrahi non potest protoplasti neque homini esse sine[p] seminis effusione ». Si ergo formatio hominis ex huiusmodi carne corrupta non est per seminis effusionem, non est in illo originale peccatum.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod, licet huiusmodi unio requirebatur ad originale contrahendum, tamen haec non erat tota causa, immo requirebatur forte ulterius quod[q] illa caro descendisset secundum libidinem, quae est in seminis sparsione, secundum quod dicit Augustinus[10]: « Non propagatio, sed libido transmittit originale peccatum ». Quae autem sit haec libido, inferius determinabitur[11]. Nec legitur expressum in Scriptura quod alio modo contrahatur originale, sed per concupiscentiam in carne.

Et si quaeritur qua iustitia animae[r] imputetur quod neque ex creatione accepit neque ex voluntate perpetravit[12], sed ex sola carnis societate contraxit, quam tamen societatem non ipsa[s] suo arbitrio vindicavit, sed praecepto et dispositione Creatoris suscepit[t], nos id quod verum est profiteri oportet: iustitiam divinam[u] in hoc irreprehensibilem[v], sed non omnino esse comprehensibilem. Dicit tamen Hugo[13], sequens Augustinum, quod corruptio, quae a primo parente in omnem posteritatem per carnis propagationem traducitur[x], peccati originalis macula in vitio concupiscentiae et ignorantiae ad universos dilatatur; « in eo[y] a quo seminatur, culpam habet et actum culpae; in eo quod seminatur nec culpam habet nec actum culpae, sed causam; in eo quod nascitur, et causam culpae et culpam habet, sed actum non habet[z] », id est actionem.

---

[a] V *ita.* [b] V om. [c] V *quomodo.* [d] Z *altero.* [e] Z *hoc.* [f] V om. [g] R om.; V *et* pro *o. e. e.* [h] V om. [i] V om. [k] Z *propagatione* pro *p. p.* [l] VRZ *in.* [m] Codd. *dicens.* [n] T *putavit.* [o] V *vitiatum.* [p] T om. [q] Ita BT, alii add. *ex.* [r] B *a se.* [s] V *ipso.* [t] F *accepit.* [u] R *Dei non,* T add. interl. *non;* Z add. *nam.* [v] T *reprehensibilem.* [x] Ita VZ, alii *transducitur.* [y] T om. [z] T om. *n. h.*

1 Cf. supra, in *Solutione.*
2 Lib. VI, c. 6 (PL 44, 831).
3 *De nupt. et concupisc.,* I, c. 19 (PL 44, 426).
4 Cf. S. Bonav., II *Sent.,* d. 31, a. 2, q. 3 et dub. 3 (II, 753sq., 756).
5 Cf. supra, num. 229.
6 *Hypognost.,* II, c. 1sq. (PL 45, 1619).
7 I Cor. 15, 48.
8 Sap. 12, 11.
9 Gen. 3, 17.
10 S. Fulgent., *De fide ad Petrum,* c. 2, n. 16 (PL 40, 758).
11 Cf. infra, num. 235 sqq.
12 Cf. Guil. Altissiod., *Summa,* II, tr. 27, c. 4 (f. 98b).
13 *De sacram. christ. fidei,* I, p. 7, c. 31 (PL 176, 301 sq.).

MEMBRUM V.

In quo sit originale peccatum.

231 CAPUT I.

UTRUM ORIGINALE FUERIT IN PRIMIS PARENTIBUS [1].

Quinto quaeritur utrum originale [a] tantum fuerit in parvulis an etiam fuerit in primis parentibus, Adam scilicet et Eva.

Et [b] videtur quod sic. *a.* Quorum enim fuit poena, eorum praecessit culpa; sed poena originalis peccati est carere visione Dei; ergo, cum primi parentes descenderint ad limbum inferni, eorum fuit illa poena; ergo in eis praecessit culpa originalis; ergo primi parentes habuerunt culpam [c] originalem.

b. Item, originale peccatum dicitur nuditas vel carentia debitae iustitiae per inobedientiam primorum parentum contracta [2]; sed hoc totum fuit in primis parentibus: denudati enim erant a debita iustitia per inobedientiam; ergo in eis fuit peccatum originale.

Contra. 1. Originale peccatum contrahitur per foeditatem carnis; sed in animabus primorum [d] parentum non contrahitur peccatum aliquod primo ex carne sive ex carnis foeditate; ergo non fuit originale peccatum in primis parentibus.

2. Item, cum propagatione est libido, qua transmittitur originale peccatum [3]; sed nulla fuit propagatio, qua caro Adae vel Evae acciperet esse; ergo nec libido, qua transmittitur originale peccatum in eos [e]; ergo nec originale peccatum fuit in eis.

Respondeo [f] quod aliter dicitur originale peccatum in primis parentibus et in ipsis parvulis descendentibus, quodam modo tamen conveniunt. Conveniunt enim quoad poenam, quae est carentia visionis Dei; differunt tamen, quia in eis persona corrumpit naturam, quoad parvulos vero persona ex natura corrumpitur. Originalis ergo culpa fuit in primis parentibus sicut in subiecto, fuit etiam [g] causa transmittendi originalem culpam in parvulos.

[Ad obiecta]: *a-b.* Ab obiectum ergo dicendum [h] quod, licet utrobique esset originalis culpa, in primis parentibus erat a se, in parvulis vero erat ab ipsis.

1-2. Cum autem obicitur in contrarium quod 'originale transmittitur per foeditatem carnis vel per [i] libidinem quae est cum propagatione' [k], hoc intelligitur de originali proprie dicto quod est in parvulis, non de originali secundum quod effective dicitur, in quantum est origo per quam fiunt parvuli peccatores.

232 CAPUT II.

UTRUM EVA CONTRAXERIT ORIGINALE EX ADAM.

Adhuc [l] quaeritur de Eva si contraxit originale peccatum ex Adam.

a. Ponatur enim quod Adam [m] peccasset antequam Eva formata esset de latere eius, numquid haberet originale peccatum? Traheret enim cum carne corruptionem et cum corruptione originalem culpam. — Contrarium videtur, per auctoritatem Augustini supra dictam [4] contra Pelagianos, ubi dicitur quod sine seminis effusione non sit [n] huiusmodi peccatum.

b. Item, videtur quod in ea esset originale peccatum, per hoc quod dicitur Eccli. 25, 33: *A muliere initium peccati; per illam enim omnes morimur.* Sed quid est 'omnes mori' nisi obligari peccato, quod est mors animae? Ergo ab ipsa contrahitur originale peccatum; sed, si ab ipsa contrahitur, in ipsa prius fuit; ergo originale [o] fuit in Eva. — Contrarium videtur per hoc

---

[a] FLZ *peccatum.* [b] TR om. [c] Ita F, alii *penam.* [d] VR om., in Z est add. mg. [e] L *eis,* quod F corr. [f] Ita V, alii *respondendum est.* [g] V *ergo.* [h] Ita V, alii add. *est.* [i] V *vel* pro *c. v. p.* [k] B *in propagine* pro *i. p.*; T *in* pro *cum.* [l] BT *sed adhuc.* [m] Ita VR, alii add. *prius.* [n] BT *fit.* [o] Ita VRZ, alii add. *peccatum.*

1 Cf. Praeposit., *Summa,* II (fol. 98d).
2 Cf. Anselm. *De conc. virgin.,* c. 27 (PL 158, 461).
3 Cf. supra, num. 230, *Solutio.*
4 Cf. supra, p. 247, nota 6.

quod in Adam omnes dicuntur peccasse[1], quia in eo fuit tota humana natura; in Eva vero non dicuntur[a] omnes peccasse: tota enim[b] humana natura non fuit in illa; non ergo videtur[c] originale peccatum effective esse[d] in Eva, sed in Adam.

Respondeo[e]: *a.* Ad primum dicendum quod secundum auctoritatem praedictam, licet illo modo sumeret carnem corruptam Eva ab Adam, non habuisset tamen originale peccatum per peccatum Adae, nisi extenderet se prohibitio facta Adae ad ipsam Evam. Sed, si extenderet se, ex illa lege, si peccaret, haberet reatum carentiae visionis Dei; aliter autem diceretur originale in ipsa et in parvulis, sicut dictum est[2].

MEMBRUM VI.

De deletione originalis peccati.

Sexto quaeritur qualiter peccatum originale transit reatu et manet actu, et cum hoc, utrum omnino deleatur in Baptismo vel non.

CAPUT I. 233

QUALITER ORIGINALE TRANSEAT REATU ET REMANEAT ACTU[3].

Circa quod sic obicitur: *a.* Dicitur enim de peccato originali quod in Baptismo deletur reatu et remanet[f] actu[4]; et hoc accipitur ex eo quod dicitur in libro *De Baptismo parvulorum*[5], et super illud ad Rom. 4,7: *Beati, quorum remissae sunt iniquitates,* ubi dicit[6] quod « concupiscentia praeterit reatu et remanet[g] actu »; concupiscentiam autem dicit ibi originale peccatum.

Contra. 1. Si actu remanet peccatum, non tollitur: actus enim peccati originalis est ipsa carentia debitae iustitiae, qua existente semper est reatu. Si vero actus dicatur operatio, secundum modum hunc non dicetur originale peccatum manere actu, cum non habeat propriam operationem quemadmodum actuale peccatum. Si vero actus dicatur illud quod positionem[h] dicit in originali peccato, hoc autem est concupiscentia, nec sic videtur remanere[i]: in Baptismo enim tollitur[k] *ne regnet peccatum in* nostro *mortali corpore*[7]; sed peccatum dicitur ibi concupiscentia; ergo in[l] Baptismo tollitur concupiscentia.

2. Item, super illud ad Rom. 4,7: *Beati quorum remissae sunt iniquitates*[m]: « Dimittitur concupiscentia carnis in Baptismate, ut non imputetur peccatum[8] ». Ergo concupiscentia, prout est actu peccatum, tollitur in Baptismo; non ergo originale peccatum remanet[n] actu.

3. Item, ibidem[9] dicitur: « Quo modo alia peccata praetereunt actu et remanent reatu, ita e contrario fieri potest ut originale remaneat actu et transeat reatu ». Sed in actualibus peccatis sic est quod actus peccati dicitur ipsa operatio quae praecessit, per quam contrahitur actuale peccatum; ergo actus originalis peccati dicetur vel[o] ille actus per quem est peccatum vel ille actus per quem contrahitur[p]; sed ille, per quem contrahitur, est ipsa foeditas carnis, illa autem tollitur in Baptismo. Unde Ioannes Damascenus[10]: « Quoniam duplex est homo, ex[q] anima et corpore, duplicem dedit purgationem per aquam et Spiritum: Spiritu, quod secundum imaginem et similitudinem[r] renovante, aqua autem[s] per Spiritus gratiam corpus a peccato purgante et a corruptione liberante ». Sed haec corruptio foeditas dicitur; ergo per Baptismum tollitur ille actus. Si vero actus dicatur quo originale peccatum est, nullatenus potest stare cum Baptismo ratione rei Baptismi; res vero Baptismi est gratia; gratia autem et peccatum simul esse non possunt.

[Solutio]: 1-2. Ad quod dicendum quod actus originalis peccati dicitur concupiscentia, secundum

---

[a] V *dicimur.* [b] RZ om.; V *quia tota* pro *t. e.* [c] VZ add. *quod.* [d] VZ *esset.* [e] Ita V, alii om. [f] Ita BT, alii *manet.* [g] VRZ *manet.* [h] V *potentiam.* [i] V *manere.* [k] T *colligitur.* [l] VR om., in Z est add. mg. [m] Ita V, alii om. [n] Z *remaneret.* [o] R exp. [p] VR om. *v. i. a. p. q. c.* [q] L *et.* [r] T om. *e. s.* [s] Ita BT, alii *etiam.*

1 Cf. Rom. 5, 12.
2 Cf. supra, num. 231.
3 Cf. Lombard., II *Sent.*, d. 32, c. 1 (p. 475 sq.); Guil. Altissiod., *Summa,* II, tr. 27, c. 2 (f. 97d); S. Bonav., II *Sent.*, d. 32, dub. 4 (II, 776).
4 Cf. Lombard., loc. cit. (p. 474).
5 Lib. I, c. 39, n. 70 et II, c. 4 (PL 44, 150, 152).
6 Augustin., loc. cit.
7 Rom. 6, 12.
8 *Glossa* Lombardi, in h. l. (PL 191, 1369).
9 Loc. cit., in nota praecedenti.
10 *De fide orthod.*, IV, c. 9 (PG 94, 1122).

quod dicitur[a] peccatum remanere actu et tolli reatu in Baptismo. Sed concupiscentia dupliciter se habet: cum est in suo summo, et tunc dicitur regnare *peccatum in mortali corpore;* et hoc modo non manet[b] concupiscentia actu, cum dimittitur originale peccatum per Baptismum: « per gratiam enim Baptismi tollitur culpa originalis peccati et debilitatur vitium concupiscentiae et extenuatur, ut iam non regnet[1] ». Alio vero modo dicitur concupiscentia diminuta, quae adhuc est, ut habeat spiritus cum quo pugnet; et[c] hoc modo dicitur concupiscentia actus originalis peccati, et ideo dicitur[2] quod « concupiscentia carnis dimittitur in Baptismate[d], non ut non sit, sed ut non imputetur peccatum »; unde post Baptismum remanet poena, non culpa.

3. Ad aliud vero dicendum[e] quod non simili modo dicitur actus in actuali peccato et in originali peccato: ibi enim actus[f] praecedit, hic vero actus sequitur. Nec dicitur in originali peccato actus peccati, quo fit vel quo est, sed quo remanet[g] ad exercitium.

234 CAPUT II.

UTRUM ORIGINALE OMNINO DELEATUR IN BAPTISMO[3].

Deinde quaeritur utrum omnino[h] deleatur in Baptismo vel non.

Et videtur quod sic, *a.* quia Baptismus delet culpam omnem et poenam: si enim[i] baptizatus statim decederet, evolaret; ergo non remanet ibi culpa nec poena; peccatum ergo originale, cum sit culpa et poena, quantum ad utrumque deletur[k].

Contra. 1. Super illud ad Rom.[4]: *Beati, quorum remissae sunt* etc.: « Fomes peccati ante Baptismum culpa est et poena, post Baptismum vero poena[l] et non culpa ». Fomitem autem peccati dicit originale peccatum, sicut prius exprimitur in Glossa[5]; ergo peccatum originale non dimittitur quantum ad culpam et poenam.

2. Item, videtur quod utrumque debeat dimitti. Dicitur enim ad Rom. 5,20: *Ubi abundavit delictum, superabundavit et gratia;* et iterum[6]: *Non*[m] *sicut peccatum, ita et donum. Si enim unius delicto multi mortui sunt, multo magis gratia abundavit.* Ex quibus colligitur quod multo potentior est[n] gratia quam sit peccatum; sed per peccatum traducitur et culpa et poena multiplex; gratia vero baptismalis opponitur illi peccato; ergo gratia baptismalis, cum sit potentior, debet auferre ipsam culpam et omnem sequelam eius, scilicet poenam. Unde ergo est quod quaedam poenae remanent originalis peccati, quaedam non? Ex hoc enim videtur quod peccatum potentius sit quam gratia: quod est inconveniens.

[Solutio]: 1. Ad quod dicendum quod gratia baptismalis delet originale peccatum quantum ad culpam et quantum ad poenam suffocantem, et non quantum ad poenam promoventem[o]; ad idem enim tendunt gratia baptismalis et poena promovens, scilicet ad consecutionem vitae aeternae. Additur etiam a quibusdam quod in[p] Baptismo dimittitur omne peccatum quantum ad poenam, ut nulla debeatur post Baptismum pro originali, et[q] si aliqua poena remanet, hoc est ad exercitium bonum. Dimittitur ergo originale peccatum quantum ad culpam et quantum ad[r] dominium concupiscentiae, quae est poena in praesenti, et quantum ad carentiam visionis Dei, quae est poena in futuro. Sunt aliae poenae, ut fames et[s] sitis et[t] mors et concupiscentia non dominans, quae omnes remanent ad exercitium bonum. Poenae enim istae reducunt ad memoriam adiutorem[u] *in tribulationibus, quae invenerunt nos nimis*[7]; faciunt etiam[v] cogitare de miseria huius incolatus, ut sic homo defleat peccata sua; humiliant etiam ipsam irascibilem, ne homo extollatur per superbiam; cohibent etiam concupiscibilem, ne defluat homo per concupiscentiam: et sic valent[x] ad reformationem imaginis divinae.

2. Ad id vero quod obicitur quod 'gratia potentior est quam peccatum' etc.: dicendum[y] quod potentior est, sicut exponit Apostolus[8]. Gratia enim tollit omnem culpam; nulla autem[z] culpa est, ad quam ex necessitate omnis culpa sequatur. Item, gratia non tantum sanat a vulnere

---

[a] T om. [b] B *remanet.* [c] Z om. [d] V *baptizato.* [e] Ita V, alii add. *est.* [f] T om. [g] T *remaneat.* [h] VR om., in Z est add. mg.; F *originale peccatum.* [i] RZ *sed* pro *s. e.* [k] V *debetur.* [l] V add. *est.* [m] T om. [n] R *sit.* [o] B om. [p] T add. *aliquo scilicet.* [q] V *peccato pena et non.* [r] B om. [s] R om. [t] B om. [u] V add. *suum.* [v] BT *enim.* [x] V *valeret.* [y] Ita B, alii add. *est.* [z] T *enim.*

1 Lombard., II *Sent.*, d. 32, c. 1 (p. 474).
2 Augustin., *De nupt. et concupisc.*, I, c. 25 (PL 44, 430).
3 Cf. Lombard., loc. cit.; Guil. Altissiod., *Summa*, IV, tr. 3, c. 6 (f. 13d sqq.); Ioan. de Rupella, *Summa de vitiis* (fol. 7c); S. Bonav., II *Sent.*, d. 32, a. 1, qq. 1-2 (II, 759 sqq.).
4 Cap. 4, 7; *Glossa* Lombardi, loc. cit.
5 Loc. cit. (PL 191, 1368 sq.).
6 Rom. 5, 16 sq.
7 Psalm. 45, 2.
8 Cf. Rom. 5, 16 sqq.

peccati, sed aperit ianuam regni, non tantum [a] ipsis peccatoribus, sed [b] ipsis iustis. Extendit ergo se ad homines, si aliqui essent qui non descendissent ab Adam; virtus autem peccati non sic. Sic [c] ergo patet quod potentior est [d] gratia quam sit peccatum. Praeterea, peccatum est ex [e] homine, gratia vero est [f] ex Deo; potentius autem est quod est Dei quam quod est [g] hominis. Peccatum etiam [h] non omne bonum potest tollere, ex gratia vero omne bonum confertur.

MEMBRUM VII.

De concupiscentia quae est sequela originalis peccati.

Septimo quaeritur de concupiscentia, quae est sequela originalis peccati. Circa quam haec sunt quaerenda:

Primo, quid sit;

secundo, quare fomes dicatur et secundum quam rationem;

tertio, in quo sit;

quarto, a quo sit;

quinto, utrum aequaliter sit in quibus est;

sexto, ad quid sit;

septimo, utrum extinguatur et qualiter remaneat et qualiter non;

octavo, de comparatione fomitis sive concupiscentiae, ut est fomes, ad stimulum carnis et ad legem carnis et ad [i] alia cum quibus videtur habere convenientiam: dicitur enim aliquando corruptio, aliquando languor et [k] aliquando tyrannus [1].

CAPUT I. 235

QUID SIT CONCUPISCENTIA [2].

Ad primum sic: Dicit [l] Augustinus, *Ad Valerium* [3]: « Concupiscentia est affectio quaedam malae voluntatis sicut languor ». Ex quo accipitur quod concupiscentia est affectio.

2. Item, in eodem libro [4]: « Concupiscentia est radix omnium malorum ». Item, Augustinus, in libro *De civitate Dei* [5]: « Concupiscentia est malum nobiscum congenitum [m] ». Item, Augustinus, *Ad Valerium* [6]: « Concupiscentia est vitium, quod non est ex Deo ». Ex iis elicitur quod concupiscentia peccatum est.

3. Similiter, dicitur in quadam Glossa [7] ad Rom. quod « concupiscentia ante Baptismum est peccatum ». Praeterea, Augustinus, in libro *Hypognosticon* [8]: « Libido concupiscentia dicitur ». Et in eodem [9]: « Omne, quod male libet, libido est ». Ergo concupiscentia est [n] peccatum.

4. Item Augustinus, in libro *De civitate Dei* [10]: « Dicit Apostolus [11]: *Caro concupiscit adversus spiritum*, cui vitio contraria est virtus ». Sed vitium, cui contrariatur virtus, est peccatum; ergo concupiscentia est peccatum.

Contra. *a.* Augustinus, *Ad Valerium* [12]: « Concupiscentia est vulnus humano generi inflictum a diabolo, ut tamquam de suo frutice fructum decerpat ». Sed quod est vulnus, est poena; ergo concupiscentia est poena [o].

b. Item, Augustinus, in libro *De civitate Dei*, XIV [13]: « Post peccatum orta est haec libido, post peccatum eam natura non [p] impudens amissa potestate, cui corpus ex omni parte serviebat, sensit [q] ». Ergo libido est poena; sed concupiscentia est libido, sicut dictum est [14]; ergo concupiscentia est poena [r].

c. Item, in eodem [15]: « Libido eo [s] magis erubescenda existit, quo animus in ea nec sibi efficaciter imperat, ut omnino non libeat, nec omni modo corpori, ut pudenda membra voluntas potius quam libido commoveat ». Sed haec [t] libido est poena; ergo concupiscentia est poena.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod concupiscentia est poena per se; dicitur autem peccatum, quia pro peccato est inflicta. Unde Augustinus, *Ad Valerium* [16]: « Concupiscentia vocatur

---

[a] L om., B *tamen*, quod F corr. [b] R add. *etiam*. [c] VL om. [d] R om. [e] R *ab*. [f] R om., in Z est add. mg. [g] Ita BT, alii om. [h] V *autem*. [i] Ita V, alii om. [k] BTL om., in F est add. mg. [l] V om. [m] BT *congenitiva*. [n] FRLZ om. [o] T om. *ergo... poena*. [p] V *que*. [q] V *supersit*, quod R corr. [r] VR om. *sed... poena*, in Z est add. mg. [s] V *est*, quod RZ corr. [t] V *si*.

1 Cf. Lombard., II *Sent.*, d. 30, c. 8 (p. 464).
2 Lombard., loc. cit., cc. 9-10 (p. 464 sq.); Ioan. de Rupella, *Summa de vitiis* (fol. 7d).
3 *De nupt. et concupisc.*, I, c. 25 (PL 44, 430).
4 Loc. cit., c. 24 (PL 44, 429).
5 Cf. lib. XXI, c. 16 (PL 41, 730).
6 *De nupt. et concupisc.*, c. 23, n. 26 (PL 44, 429).
7 Lombardi, *In Rom.*, 4, 7 (PL 191, 1369).
8 Lib. IV, c. 5, n. 6 (PL 45, 1642).
9 Loc. cit., c. 2 (PL 45, 1640).
10 Lib. XIX, c. 4, n. 3 (PL 41, 629).
11 Gal. 5, 17.
12 *De nupt. et concupisc.*, c. 23, n. 26 (PL 44, 428).
13 Cap. 21 (PL 41, 428).
14 Cf. supra, nota 8.
15 Cap. 23 n. 2 (PL 41, 431).
16 *De nupt. et concupisc.*, I, c. 23, n. 25 (44, 428).

peccatum, quia [a] peccato facta est ». Potest tamen dici peccatum, quia, cum est in suo dominio [b], annexa est peccato et causa peccati. Et hoc modo loquuntur auctoritates supra dictae [1], cum dicitur quod peccatum est ante Baptismum. Concupiscentia tamen [c] potest accipi ipse actus concupiscendi: hoc enim nomen multipliciter dicitur, sicut habetur [2] super illud ad Rom. 6, 13: *Neque exhibeatis membra vestra:* « Concupiscentia aliquando nomen est fomitis, scilicet vitii innati; aliquando actus interioris [d] qui est in [e] motu primo; aliquando ipsa delectatio, quae est in secundo gradu; aliquando ipse consensus ». Unde [f] aliquando potest esse nomen culpae et [g] aliquando nomen poenae. Dicitur autem concupiscentia culpa ante Baptismum, quia tunc dominatur et habet carentiam debitae iustitiae sibi coniunctam [3].

236 CAPUT II.

QUARE ET SECUNDUM QUAM RATIONEM CONCUPISCENTIA DICATUR FOMES [4].

Secundo quaeritur quare concupiscentia fomes dicatur et secundum quam rationem.

Quod autem fomes sit peccati [h], *a.* habetur super illud ad Rom. 7, 8. *Occasione accepta,* Glossa [5]: « Fomes peccati, id est vitium concupiscentiae ».

b. Item, Ambrosius [6]: « Fomes est quidam morbidus affectus, qui commovet ad illicitum desiderium ». Sed morbidus iste affectus nihil aliud est quam concupiscentia, cuius desideria dicuntur carnales concupiscentiae. Unde ad Rom. 6, 12 [7]: « Est in nobis mala concupiscentia, quae non est permittenda regnare, cuius desideria sunt actuales concupiscentiae, quae sunt arma diaboli ». Ergo concupiscentia est fomes peccati.

Contra. 1. Concupiscentia est in anima, fomes vero peccati in carne. Unde ad Rom. 7, 23: super illud: *Video aliam* [i] *legem in membris meis* etc., Glossa [8]: « Fomes peccati, qui est in carne et [k] repugnat menti rectae, dicitur lex membrorum vel carnis ». Cum ergo fomes sit in carne, non erit idem quod concupiscentia.

2. Item, alia Glossa [9], super illud [10]: *Sine lege vivebam:* « Nota duos homines, interiorem scilicet et exteriorem, rationem scilicet et fomitem, qui est in carne ». Ergo fomes est in carne [l].

[Solutio]: Ad quod dicendum quod concupiscentia est fomes; et dicitur fomes, quia fovet ardorem peccati: ipse etiam fomes ardet in nobis. Unde super illud ad Rom. 7, 13: *Peccatum per mandatum* etc.: « Sine quo non tantum ardebat fomes et per quod accrevit praevaricatio [11] ».

[Ad obiecta]: 1-2. Ad obiectum autem in contrarium dicendum [m] per id quod dicitur [12] ad Gal. 5, 17 super illud: *Caro concupiscit* etc., quod concupiscentia, prout est fomes, non est in anima tantum aut in carne tantum [n], sed in ipso coniuncto. Unde ibidem dicitur: « Ipsius carnalis concupiscentiae causa non est in anima sola nec in carne sola; ex utroque [o] enim fit, quia sine utroque nulla delectatio sentitur ». Unde, cum dicitur esse in carne, intelligendum est quod caro accipitur ibi secundum quod dividitur ex opposito contra spiritum [p]. Unde ibidem [q] dicitur: « Caro nonnisi per animam concupiscit »; sed concupiscere dicitur, cum anima carnali concupiscentia spiritui reluctatur.

CAPUT III.

IN QUO SIT CONCUPISCENTIA.

Tertio quaeritur in quo sit concupiscentia.

Et primo [r] utrum sit in anima vel in carne;

secundo, si est in anima, utrum quaelibet vis sit corrupta;

tertio, si generativa plus est infecta quam aliae vel concupiscibilis in generatione;

quarto, si generatio in coniugio vel coitus potest fieri sine peccato.

---

[a] Z add. *pro.* [b] V *domino.* [c] VR om., in Z est add. mg. [d] R (corr.) *interior.* [e] V add. *ipso.* [f] V add. *et.* [g] BT om. [h] VRLZ *peccatum;* V *fit* pro *sit.* [i] Ita V, alii om. [k] V om. [l] V om. *e. f. e. i. c.,* in F est add. mg. [m] Ita V, alii add. *est.* [n] Z exp. [o] Z *utrobique.* [p] V *ipsum.* [q] VR *ibi,* quod Z corr. [r] Ita B (interl.), alii om.

1 Cf. supra, sub nn. 2-4.
2 Cf. Lombard., in h. l. (PL 191, 1407).
3 Cf. supra, p. 246, *Solutio.*
4 Cf. Lombard., II *Sent.,* d. 30, c. 8 (p. 464); Ioan. de Rupella, *Summa de vitiis* (fol. 7d).
5 Lombardi, in h. l. (PL 191, 1416).
6 Cf. Lombard., *In Rom.,* 6, 12 (PL 191, 1407sq.), ubi et sequens.
7 Augustin., *De continentia,* c. 3, n. 8 (PL 40, 354).
8 Lombardi, in h. l. (PL 191, 1425).
9 Lombardi, in h. l. (PL 191, 1418).
10 Rom. 7, 9.
11 Lombard., in h. l. (PL 191, 1420).
12 Lombard., in h. l. (PL 192, 158), ex Augustino, *De Gen. ad litt.,* X, c. 12, n. 20 (PL 34, 416), ubi et duo loci sequentes.

ARTICULUS I. 237

Utrum concupiscentia sit in anima vel in carne[1].

Ad primum sic: 1. Videtur quod concupiscentia sit in carne, per hoc quod dicit Hugo[2]: « Vitium originis humanae duplici corruptione inficit naturam, ignorantia scilicet mentem et concupiscentia carnem ». Et alibi[3]: « Spiritum ignorantia, carnem vero damnavit concupiscentia, ut in se bonum agendum non videat, in carne autem sua malum agere concupiscat ». Ergo concupiscentia est in carne.

Contra. *a.* Augustinus, in libro *De spiritu et littera*[4]: « Hoc, scilicet concupiscentiam, elegit Apostolus generale, quo cuncta complexus est, dicendo[5]: *Non concupisces;* neque enim unum peccatum nisi concupiscendo committitur ». Cum ergo peccatum sit in anima, erit concupiscentia in anima [a].

b. Item, in libro *83 Quaestionum*[6]: « Est turpis affectio, qua animus inferiora [b] sectatur, quae magis proprie cupiditas dicitur ». Sed haec turpis affectio est in animo; ergo concupiscentia est in animo [c].

[Solutio]: Ad quod dicendum quod concupiscentia aliquando accipitur pro lege carnis vel [d] lege membrorum, et secundum hunc modum dicitur esse in carne tamquam poena iuste inflicta; alio vero modo accipitur pro ipsa pronitate animae proveniente [e] ex originali peccato, et secundum hoc est in anima. Potest [f] tamen dici quod, licet concupiscentia respiciat utrumque[7], est in anima tamquam in subiecto, in carne vero propter hoc quod inclinat aliquo modo ipsam animam per sui corruptionem et ita causaliter sumeretur: *Corpus enim quod corrumpitur, aggravat animam* [g], Sap. 9, 15.

ARTICULUS II. 238

Utrum per concupiscentiam quaelibet vis animae sit corrupta.

Secundo quaeritur, si est in anima, utrum quaelibet vis sit corrupta.

Et videtur quod non. 1. Vires enim, quae sunt in aliis membris quam in membris generationis, moventur secundum nutum voluntatis; sed ubi vires membrorum moventur secundum nutum voluntatis, non dominatur libido sive concupiscentia; ubi autem non dominatur [h], non dicitur esse corruptio; ergo aliae vires non dicuntur esse corruptae. — Quod autem hoc sit, ait Augustinus, in libro *De civitate Dei*[8]: « In [i] ceteris membris corporis non ipsae affectiones, sed quae eis consenserit voluntas movet, quae in usu eorum dominatur ». Item[9]: « Manus et pedes movemus quando volumus ad ea quae iis membris agenda sunt, sine ullo renisu, tanta facilitate quanta et [k] in nobis et in aliis videmus, maxime artificibus quorumcumque operum corporalium [l] ». Ex quo apparet quod vires aliae non sunt corruptae, sed secundum nutum voluntatis ordinantur [m].

Contra. *a.* Per concupiscentiam originalis peccati corrupta est voluntas et per consequens aliae vires. Unde non tantum dicitur libido coeundi, sed et [n] « libido habendi pecuniam, quae avaritia dicitur, et libido ulciscendi, quae ira dicitur, et libido gloriandi, quae iactantia nuncupatur[10] ». Sic ergo non solum generativa vel concupiscibilis in parte illa corrupta est, sed et aliae vires.

b. Item, in Psalmo[11]: *Corrupti sunt et abominabiles* [o] etc., Glossa[12]: « Omni vi rationis privati ». Quod [p] exponit B. Bernardus[13], dicens quod « ratio per ignorantiam corrumpitur, voluntas per immunditiam, memoria per infirmitatem sive impotentiam ».

---

[a] T om. *e. c. i. a.* [b] VR *inferior;* V *quam* pro *qua.* [c] V *anima.* [d] VR add. *pro.* [e] L om. [f] BT *posset.* [g] BT add. *etc.* [h] V om. *libido... dominatur.* [i] V om. [k] L om.; Z *reparari* pro *q. e.* [l] V om. [m] BT *obediunt.* [n] F om. [o] R add. *facti sunt.* [p] V add. *etiam,* RZ add. *autem.*

1 Cf. Ioan. de Rupella, *Summa de vitiis* (fol. 7d); S. Bonav., II *Sent.*, d. 32, a. 2, q. 1 (II, 765sq.).
2 *De sacram. christ. fidei*, I, p. 7, c. 26 (PL 176, 298).
3 Loc. cit., c. 27 (PL 176, 298).
4 Cap. 4 (PL 44, 203sq.).
5 Rom. 7, 7.
6 Quaest. 35, n. 1 (PL 40, 23sq.).
7 Cf. Augustin., *De civit. Dei*, XIV, c. 15, n. 2 (PL 41, 424) et supra, p. 252, nota 11.
8 Lib. XIV, c. 19 (PL 41, 427).
9 Loc. cit., c. 23, n. 2 (41, 430).
10 Augustin., loc. cit., c. 15, n. 2 (PL 41, 424).
11 Psalm. 13, 2.
12 Lombardi, in h. l. (PL 191, 163); *Interlin.*, in h. l., ap. Lyran.
13 Cf. *Serm. de diversis*, 74 (PL 183, 695); S. Bonav., II *Sent.*, d. 22, dub. 2 (II, 528).

[Solutio]: Ad quod dicendum quod omnes vires sunt corruptae.

[Ad obiecta]: 1. Ad id vero quod obicitur in contrarium dicendum [a] quod, licet membra et vires quae sunt in membris, obediant in aliis membris secundum nutum voluntatis, nihilominus tamen corruptae dicuntur non [b] usquequaque faciles ad bonum, sed pronae ad malum: quod non fuit in natura primitus instituta.

239 ARTICULUS III.

Utrum generativa plus sit infecta quam aliae vires [1].

Tertio quaeritur si generativa plus est infecta quam aliae vel concupiscibilis in generatione.

Et videtur quod aequaliter 1. Cum enim ratio corrupta [c] corrumpat alias sive liberum arbitrium, causa autem, quae est corruptio liberi arbitrii, aequaliter se habet ad omnes, ergo aequaliter se habebit effectus corruptionis qui est in illis.

2. Praeterea, poena originalis, quae infligetur [d] in futuro, quae est separationis virium a Deo, aequaliter est in eis; ergo a simili poena originalis, quae est in praesenti, aequaliter erit in eis; ergo omnes aequaliter corruptae sunt secundum concupiscentiam.

Contra. *a.* Quaerit Augustinus, in libro *Hypognosticon* [2]: « Cur Adam et Eva illas partes texerunt et non potius manus, quibus prohibita attrectaverunt, aut ora, quibus male desiderata ederunt? » Ad quod respondet: « Illa membra texerunt, in quibus peccati [e] cupiditas exardescens concupiscentiam inglutientis gutturis accusabat ». Ex quo accipitur quod maior corruptio fuit in parte illa.

b. Item, in eodem [3]: « Senserunt iam nudati [f] animae carnisque pace motum quemdam turpissimum atque praecipitem noviter accidisse; unde confusi ad fici folia cucurrerunt [g] et membra sollicitata pudore libidinis texerunt ».

c. Item, Augustinus, in XIV *De civitate Dei* [4]: « Satis ostenditur quid sit hominis illi primae inobedientiae retributum, quod in ea parte maxime oportuit apparere qua generatur ipsa natura, quae illo primo et magno in deterius est mutata peccato ». Ex quo accipitur quod plus est corrupta concupiscibilis in coitu quam alia vis in suo actu.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod haec vis dupliciter est corrupta. Est enim corrupta in quantum est singularis personae et est iterum corrupta in quantum est naturae, prout per eam fit multiplicatio cum vitio in prole. Est enim [h] ea pronitas ad peccatum in persona quae coit vel generat; est iterum pronitas ad transfusionem peccati in persona quae gignitur [5]. Aliae vero vires corruptae sunt secundum alterum modorum, quia in eis est pronitas ad peccatum in persona quae agit. Praeterea, in hac vi est minor obedientia et maior repugnantia respectu rationis bene dispositae quoad aliquem sui motum; velit enim vel nolit ratio, surgit quidam motus indecens et verecundus. Et ideo in illa parte primi parentes in signum huius *fecerunt sibi perizomata* de foliis ficuum [6]; non est autem in [i] tantum in actibus aliarum virium sive motibus.

[Ad obiecta]: 1. Ad primo autem obiectum [k] dicendum quod, licet corruptio sit una et aequalis ex parte rationis, ad quam sequuntur [l] istae corruptiones aliarum virium, tamen maior est corruptio in [m] ista quam in aliis, in poenam [n] humanae naturae, quae in primis parentibus per inobedientiam peccavit et posteritatem ad poenam obligavit. Transfusio autem fit per actum generativae, et ideo [o] concupiscibilis in actu illo plus [p] est corrupta. In signum autem inobedientiae ipsius hominis respectu Dei posita est maxima repugnantia in ista vi per suum actum: fit enim homo in ea quasi caro [7].

2. Ad secundum vero dicendum quod non est simile de poena originalis peccati in futuro et de poena originalis peccati in [q] praesenti. Poena enim originalis [r] in praesenti ad duo est, ad hoc scilicet [s] quod puniatur [t] persona in qua est, et ad hoc quod [u] transfundatur vitium sive poena in persona [v] quae gignitur; poena vero originalis in futuro ad unum illorum.

---

[a] Ita V, alii add. *est.* [b] V *nam*, quod Z corr. [c] VB om. [d] V *infligitur.* [e] T om. [f] V *nudate.* [g] V *en concurrerunt.* [h] BT *ergo.* [i] BT om. [k] B *obiectum autem in contrarium* pro *p. a. o.* [l] Z *consequuntur.* [m] RZ om. [n] V *pena.* [o] BT *ratio.* [p] V *plus prius*, T *per plus.* [q] V om. *futuro... in.* [r] F add. *peccati.* [s] Ita BT, alii *enim.* [t] V add. *in.* [u] V *ut.* [v] B om. *i. p.*

1 Cf. S. Bonav., II *Sent.*, d. 31, a. 2, q. 3 (II, 753 sqq.).
2 Lib. IV, c. 3 (PL 45, 1641), ubi et sequens.
3 Lib. IV, c. 2 (PL 45, 1640).
4 Cap. 20 (PL 41, 428).
5 Cf. Augustin., *De nupt. et concupisc.*, II, c. 34, n. 57 (PL 44, 471).
6 Gen. 3, 7.
7 Cf. Augustin., *De civit. Dei*, XIV, c. 16 (PL 41, 624); *Sermo* 162, n. 2 (PL 38, 887).

ARTICULUS IV. 240

Utrum generatio vel coitus in coniugio possit fieri sine peccato [1].

Quarto quaeritur si generatio in coniugio vel coitus potest fieri sine peccato.

Quod non, videtur, 1. per hoc quod dicit Augustinus, in XIV *De civitate Dei* [2]: « Genitales corporis partes ita libido suo iuri quodam modo mancipavit, ut moveri non valeant, si ipsa defuerit et nisi ipsa vel ultro vel excitata surrexerit ». Ex quo accipitur quod actus generativae in illa parte non fit [a] sine libidine surgente [b]; sed libido, cum surgit, inducit peccatum; ergo concubitus non fit sine peccato etiam in coniugibus.

2. Item, Augustinus, *Ad Valerium* [3]: « Ipse licitus honestusque concubitus non potest [c] esse sine ardore libidinis, ut peragi possit quod rationis est, non libidinis. Qui certe ardor, sive sequatur sive praeveniat voluntatem, non tamen nisi ipse quodam suo quasi imperio movet membra, quae moveri [voluntate] non possunt ». Ex quo concluditur quod concubitus non fit [d] sine motu libidinis, et ita non fit sine peccato.

Contra. *a.* Super illud I [e] ad Cor. 6, 16: *Erunt, inquit, duo in carne una,* Glossa [4]: « In carnali opere, quod inter coniuges potest fieri sine peccato ».

b. Item, Augustinus, in libro *De bono coniugali* [5]: « Bona quaedam sunt data nobis a Deo, quae [f] propter se sunt appetenda, sapientia, salus et amicitia; sunt et [g] alia, quae propter aliud [h] sunt necessaria, ut doctrina, cibus [i], coniugium. Quicumque iis, quae propter aliud sunt, non ad id utitur propter quod sunt constituta, peccat, alias venialiter, alias criminaliter; qui vero iis utitur [k] ad id propter quod sunt [l], bene facit; qui vero abstinet, melius ».

c. Item, Augustinus, in libro *De Baptismo parvulorum* [6]: « Bene utitur bono continentiam dedicans Deo, male utitur bono continentiam dedicans idolo; male utitur malo concupiscentiam relaxans adulterio, bene utitur malo concupiscentiam restringens connubio ».

Ex quibus auctoritatibus concluditur quod coitus in coniugio potest fieri sine peccato.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod concubitus in coniugibus potest fieri sine peccato. Actus enim, qui alias esset peccatum, per coniugium, cum quis utitur ad id ad quod institutum est, excusatur ut non imputetur in peccatum. Si vero in coniugio utitur illo [m] actu, non ad id ad quod institutum est, licet sit ibi coniugium, tamen cum hoc perpetratur peccatum, sicut dicit supra dicta auctoritas [7]. Unde Xystus [8]: « Ardentior amator uxoris suae adulter est ».

[Ad obiecta]: 1-2. Ad obiectum autem in contrarium dicendum [n] quod, licet fiat cum libidine, non tamen est peccatum perpetratum. Libido enim dicitur dupliciter malum: uno modo in quantum per ipsam transmittitur originale peccatum ad prolem, prout dicit Augustinus, in libro *De civitate Dei* [9], quod « non propagatio, sed [o] libido transmittit originale peccatum »; et hoc modo intelliguntur praedictae auctoritates [10], in quibus dicitur quod licitus et honestus concubitus non potest fieri sine ardore libidinis. Alio vero [p] modo dicitur libido malum, secundum quod est improba voluntas, commovens illicitum desiderium in [q] actu, et secundum hoc dicit Augustinus [11]: « Omne, quod male libet [r], libido est », et sic potest dici peccatum.

CAPUT IV. 241

A QUO SIT CONCUPISCENTIA PROUT EST FOMES [12].

Quarto quaeritur a quo sit concupiscentia prout est fomes.

Et videtur quod sit a Deo. 1. Fomes enim poena est peccati; « omnis autem poena peccati [s] », sicut

---

[a] VBTR *sit.* [b] V *suggerente.* [c] Ita BT, alii om. [d] Ita V, alii *sit.* [e] F om. [f] L *et.* [g] Z *etiam.* [h] V *appetenda.* [i] V *cibi.* [k] B om. *i. u.* [l] Ita F (mg.), alii om. [m] V *ullo;* Z om. *in.* [n] Ita V, alii add. *est.* [o] Z *sit.* [p] V om. [q] V om. [r] V om. [s] B om. *o. a. p. p.*

1 Cf. S. Bonav., IV *Sent.*, d. 31, a. 2, q. 1 (IV, 721).
2 Cap. 19 (PL 41, 427).
3 *De nupt. et concupisc.*, I, c. 24 (PL 44, 429).
4 Lombardi, in h. l. (PL 191, 1582).
5 Cap. 9 (PL 40, 380).
6 Lib. I, c. 29 (PL 44, 142).
7 Cf. supra, nota 5.
8 Xystus Pythagor., *Sententiolae,* n. 222 (*Bibl. Patr. et vet. auct. eccl.*, M. de la Bigne, Paris. 1610, V, p. 648); cf. Augustin., *De nupt. et concupisc.*, I, c. 15 (PL 44, 424); Lombard., IV *Sent.*, d. 31, c. 5 (p. 939, nota 3).
9 Rectius S. Fulgent., *De fide ad Petrum.*, c. 2, n. 16 (PL 40, 758); cf. Augustin., *De nupt. et concupisc.*, I, c. 24 (PL 44, 429).
10 Sub nn. 1-2.
11 *Hypognost.*, IV, c. 2 (PL 45, 1640).
12 Cf. Lombard., II *Sent.*, d. 32, c. 3 (p. 477); Ioan. de Rupella, *Summa de vitiis* (fol. 8a); S. Bonav., II *Sent.*, d. 32, a. 2, q. 2 (II, 767sqq.).

dicit Augustinus, in libro *De libero arbitrio* [1], « iusta est, et supplicium nominatur ». Ergo fomes est quid iustum; et omne iustum a Deo; ergo fomes est a Deo.

2. Item, Augustinus [2]: « Deus fecit concupiscentiam ut ultor peccati ». Ergo concupiscentia est a Deo, et ita fomes est a Deo [a].

Contra. *a.* In libro *Quinque responsionum* [b] [3]: « Libido non est naturale bonum, sed per peccatum primorum hominum accidens malum atque pudendum, cuius auctor Deus non est, sed diabolus ». Ergo fomes est a diabolo, non a Deo: libido enim fomes est.

b. Item, in eodem [4]: « Libido est inimica vitae, quae me, currentem et placere Deo per ducatum gratiae volentem, diversorum libituum malorum aculeis impugnat et provocat ». Sed [c] quod huiusmodi est, a diabolo est [d], non a Deo; ergo libido est a diabolo, non a Deo.

c. Item, super illud ad Rom. [5]: *Non regnet peccatum* etc., Glossa [6]: « Id est fomes peccati ». Sed peccatum non est a Deo; ergo fomes peccati non est a Deo.

d. Item, super illud ad Rom. 6, 6: *Vetus homo noster crucifixus est:* « Id est fomes [e], qui ex nobis est, non ex [f] Deo [7] ».

e. Item, in libro *Quinque responsionum* [8]: « Credite malum ex [g] diabolo, non bonum ex Deo, esse libidinem, quam Apostolus [9] legem carnis, id est malam consuetudinem, nominat ». Ergo libido non est a Deo; et concupiscentia mala est libido, sicut ibidem dicitur [10]; ergo concupiscentia mala non est a Deo; et haec est fomes; ergo fomes non est a Deo.

f. Item, omnes defectus nostros Christus suscepit, quos « in nostra natura plantavit [11] »; sed fomitem non suscepit; ergo non plantavit; ergo non est a Deo.

g. Item, Philosophus [12]: « Bonum uniuscuiusque reperitur in suo opere ». Sed fomitis nunquam est bona operatio; ergo fomes non est bonum; ergo non est a Deo.

h. Item, si fomes est a Deo, cum fomes sit pronitas ad peccandum, pronitas talis placet Deo; quanto ergo aliquis pronior est ad peccandum, tanto magis Deo [h] placet: quod est inconveniens.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod poena, cuius effectus non est peccatum, ut fames [i], aegritudo et omnis talis, a Deo est; poena vero, cuius [k] effectus non est nisi peccatum, ut pronitas ad superbiendum, invidendum et similia, non est a Deo, et talis est fomes. Alii [13] dicunt quod fomes et omnis poena, in quantum est et in quantum agens est, a Deo est [l], in quantum vero corruptio est vel inclinans ad malum, a diabolo vel homine est.

Ad obiecta 1. autem dicendum [m] et distinguendum quod 'iustum' potest respicere ordinationem, et sic omnis poena, secundum quod iusta est, id est ordinata, a Deo est; vel potest respicere quod ordinatur iuste, et sic non est verum: fomes enim, etsi iuste consequatur ex peccato primi hominis, non tamen a Deo est, ordinatio autem mali a Deo est, malum autem [n] a Deo non est.

2. Ad secundum vero dicendum quod in praedicta auctoritate, cum dicitur [o] quod concupiscentia, ratione qua inclinat ad peccatum, non est a Deo, est tamen a Deo in quantum est poena peccati. Unde dicitur ibidem [14]: « Non est auctor peccati, sed ultor ». Concupiscentia enim poena est peccati praecedentis et est inclinatio ad peccatum sequens. Propter peccatum ergo praecedens Deus hanc poenam infligit; non vult autem ut ex ea sequatur peccatum, sed quod resistatur concupiscentiae et sit [p] pugna contra eam secundum quod inclinat ad peccatum.

242

CAPUT V.

CUIUS CAUSA SIT CONCUPISCENTIA.

Quinto quaeritur ad quid sit concupiscentia sive cuius est causa.

Et videtur quod sit causa omnium malorum, 1. per hoc quod dicit Augustinus, in libro *De*

---

[a] VT om. *et... Deo,* in F est add. mg. [b] V *rationum* et om. *non.* [c] VRZ *secundum;* R om. *quod.* [d] VR *et.* [e] B add. *peccati.* [f] VRFZ om., in L est add. interl. [g] R *a.* [h] V om., in Z est add. mg. [i] TZ *fomes,* F add. *et.* [k] Z add. *est,* quod FRL exp. [l] V om. [m] V *respondendum.* [n] T om. [o] BT *ostenditur* pro *c. d.* [p] FLZ *sic.*

1 Lib. III, c. 18, n. 51 (PL 32, 1296).
2 Cf. *De civit. Dei,* XIII, c. 13 (PL 41, 386); *De peccat. merit.,* II, c. 22 (PL 44, 173).
3 *Hypognost.,* IV, c. 1 (PL 45, 1639).
4 Loc. cit., c. 4 (PL 45, 1641).
5 Cap. 6, 12.
6 Lombardi, in h. l. (PL 191, 1407).
7 Lombard., in h. l. (PL 191, 1404).
8 Loc. cit., c. 4 (PL 45, 1641).
9 Rom. 7, 23.
10 Loc. cit., c. 2 (PL 45, 1640).
11 Cf. Damasc., *De fide orthod.,* III, c. 6 (PG 94, 1006).
12 Cf. *Moral. Eudem.,* II, c. 1 (II, 192).
13 Cf. Lombard., II *Sent.,* d. 32, c. 3 (p. 477).
14 Cf. supra, nota 2.

libero arbitrio[1]: « Clarum[a] est nihil aliud quam libidinem esse omnium malorum causam ». Et super illud ad Rom.[2]: *Venumdatus*[b] *sub peccato*, Glossa[3]: « Hoc[c] peccati nomine appellat, unde oriuntur omnia peccata; quidquid enim peccatorum est in dictis[d], in factis, in[e] cogitationibus, non oritur nisi ex mala concupiscentia, quae ex peccato facta est ».

2. Item, in libro *Quinque responsionum*[4]: « Ut concupiscentiae malum, quae radix est omnium malorum, cognoscatur malum, per mandatum bonum praevaluit in me[5] ».

Contra, videtur quod non omne peccatum sive malum culpae proveniat ex concupiscentia carnis. *a.* Unde ad Gal. 5, 19 super illud: *Manifesta sunt opera carnis*, Glossa[6]: « Credere omnia mala accidere ex carne, error est. Non enim omnia vitae iniquae vitia tribuenda sunt carni, ne[f] ab iis omnibus mundemus diabolum, qui carnem non habet ». Ergo non est causa sive radix omnium malorum.

b. Item, sicut peccatum est in diabolo non ex fomite, ita potest esse in anima secundum quod est[g] spiritus; ergo non omne peccatum est ex concupiscentia carnis, quae est fomes.

[Solutio]: 1-2. Ad quod dicendum quod est loqui de concupiscentia vel generaliter, prout est pronitas spiritus rationalis ad peccatum, sive proveniat haec pronitas ex carne sive non, et secundum hunc modum loquuntur quaedam auctoritates, ubi dicitur quod concupiscentia est causa omnium malorum. Si vero coarctetur concupiscentia ad carnem, hoc potest dici dupliciter. Nomine enim carnis potest designari totus homo, qui vivendo secundum se cadit in peccatum, et hoc modo dicuntur opera carnis invidiae, haereses et huiusmodi. Alio vero modo dicitur caro ipsa concupiscentia partis sensualis corruptae, quae inseparabilis est a carne corrupta, et hoc modo non omnis concupiscentia est ex carne; et sic intelligitur illa Glossa: « Credere omnia mala accidere ex carne, error est ». Cum autem dicitur in Glossa, super illud: *Venumdatus sub*[h] *peccato*, quod cuncta peccata oriuntur ex carnali concupiscentia, intelligendum est secundum coarctationem, ut sit accommoda[i] distributio de illis peccatis, quae habent tentationem ex carne.

CAPUT VI. 243

UTRUM CONCUPISCENTIA SIT AEQUALITER IN QUIBUS EST[7].

Sexto quaeritur I. utrum concupiscentia sit aequaliter in quibus est.

Quod videtur[k]. 1. Peccatum enim originale[l] aequaliter est in quibus est, sicut habetur in libro *De conceptu virginali*[8]. Dicitur enim: « Peccatum originale[m] nec maius potest esse quam dixi nec minus, quia, cum infans iam rationalis est, humana natura non habet in illo iustitiam, quam accepit in Adam et quam semper deberet[n] habere, neque eam excusat impotentia, quia non habet ». Si ergo peccatum originale aeque est in descendentibus ab Adam[o] seminaliter, concupiscentia autem[p] est propria poena[q] in praesenti originalis peccati, ergo aeque debet esse in illis in quibus est.

2. Item, concupiscentia est pronitas ad peccatum quodcumque; cum ergo non possit ultra extendi concupiscentia, erit in omnibus aequaliter.

Contra, videtur quod concupiscentia sive fomes plus sit in uno quam in altero. *a.* Quidam enim pronior est ad peccatum quam alter et[r] in eo, in quo est pronior, in eo videtur maior esse fomes vel concupiscentia; ergo concupiscentia sive fomes dicitur secundum magis et minus.

b. Item, maior corruptio videtur esse in prole quam sit in parente; ergo per consequens maior concupiscentia.

II. Praeterea, quaeritur utrum in eadem persona sit magis in[s] aliquo tempore quam in alio.

Quod videtur, per hoc quod dicit Augustinus, *Ad Valerium*[9]: « Concupiscentia quotidie minuitur in proficientibus et continentibus, accedente etiam senectute multo maxime ».

III. Occasione etiam praedictorum quaeritur, si concupiscentia minuitur in aliqua persona, utrum possit finiri[t].

---

[a] Z *datum*. [b] L add. *et*. [c] V *hic*. [d] V add. *est et*, Z add. *et*. [e] V *et*. [f] V *neque*. [g] B om. [h] Ita B, alii *sum*. [i] B *accomodator*, R *accommodata*. [k] B *et videtur quod sic* pro *Q. v.*; T *et* pro *quod*. [l] V add. *peccatum*. [m] V om. *dicitur... originale*. [n] VZ *debet*. [o] V *anima*, quod L corr. [p] V om. [q] VFRZ *peccati*, L add. *peccati*. [r] VR om. [s] T om. [t] LZ add. mg. *videtur quod non*.

1 Lib. I, c. 3, n. 8 (PL 32, 1225).
2 Cap. 7, 14.
3 Lombardi, *In Rom.* 7, 7 (PL 191, 1416), ex Augustino, *Sermo* 105, c. 1 (PL 38, 841).
4 *Hypognost.*, IV, c. 5, n. 6 (PL 45, 1642).
5 Cf. Rom. 7, 12 sq.
6 Lombardi, in h. l. (PL 192, 159).
7 Cf. S. Bonav., II *Sent.*, d. 33, a. 2, q. 1 (II, 787 sqq.).
8 Cap. 22 (PL 158, 452).
9 *De nupt. et concupisc.*, I, c. 25 (PL 44, 430).

1. Unde Augustinus, in libro *De lapsu mundi*[1]: « Concupiscentia, cum[a] qua nati sumus, finiri non potest, quamdiu vivimus; quotidie minui potest, sed finiri non potest ».

[Solutio]: I-II. Ad quod dicendum quod concupiscentia sive fomes potest dupliciter accipi: et uno modo aequaliter[b] est in omnibus seminaliter descendentibus, alio vero modo secundum magis et minus. Si enim consideretur ut poena consequens originale peccatum in ipsa humana[c] natura, secundum hoc aequaliter est. Si autem consideretur in singulari persona quoad conditiones singularis personae, ex quibus potest trahi inclinatio ad magis concupiscendum vel minus, secundum hoc est maior concupiscentia in uno quam in alio. Ex alia vero parte si consideretur effectus gratiae, in quodam magis minuitur quam in alio, sicut dicit quaedam auctoritas[2]: « Quotide minuitur in proficientibus et continentibus ». Si vero consideretur ratione aetatis, quae est conditio personae unius, magis minuitur in senectute, aliis paribus; contingit tamen in aliquo sene plus vigere quam in aliquo[d] iuvene, et de talibus dicit Augustinus, *Ad Valerium*[3]: « Qui concupiscentiae nequiter serviunt[e], tantas in eis vires accipit, ut plerumque iam aetate deficientibus membris eisdemque partibus corporis ad illud opus admoveri minus valentibus, turpius et procacius insanire non desinat ». Ex quo accipitur quod in aliquo sene plus viget quam in aliquo[f] iuvene.

III. Ad id vero[g] quod obicitur de finitione dicendum est quod, quantum est de corruptione naturae, in nullo descendente seminaliter finitur concupiscentia, et si finitur in aliquo secundum actum ut non praevaleat, hoc est per gratiam.

CAPUT VII.

DE CESSATIONE CONCUPISCENTIAE SEU FOMITIS.

Huius gratia[h] septimo quaeritur utrum extinguatur et qualiter remaneat et[i] qualiter non:

Primo ergo quaeritur utrum concupiscentia, quae est fomes, extinguatur;

secundo, quid sit fomitem extingui, an idem sit[k] quod non esse, an ita quod[l] aliquo modo remaneat;

tertio, in quo[m] extinguatur;

quarto, qualiter extinguatur.

244

ARTICULUS I.

Utrum fomes extinguatur[4].

Ad primum sic: 1. Dicitur I Ioan. 1,8: *Si dixerimus quia*[n] *peccatum non habemus, nos ipsos seducimus et veritas in nobis non est.* Sed peccatum non habetur[o] sine concupiscentia; ergo in nobis est concupiscentia; ergo non extinguitur.

2. Item, Eccle. 7,21: *Non est homo in terra, qui non peccet.* Sed[p] in peccato esse non potest sine concupiscentia; ergo in nobis non extinguitur concupiscentia: cum enim elicit peccatum, non extinguitur[q].

3. Item, in libro *Retractationum*[5]: « In hac vita nemo ita servat mandata iustitiae, ut non sit ei necessarium orare pro peccatis suis[r], dicendo[6]: *Dimitte nobis debita nostra* ». Sed si habet debita, hoc non est nisi ratione peccatorum; ergo nullus est sine peccato; ergo nullus sine concupiscentia, quae est fomes peccati.

4. Item, Augustinus, in libro *De natura et gratia*[7]: « Etiamsi[s] non hic vivatur sine peccato, licet mori sine peccato, dum peccatum venia deletur: quod peccatum ignorantia vel infirmitate committitur ».

5. Item, ad Rom. 7,20: *Si autem quod nolo, illud facio, non ego operor illud, sed quod in me habitat peccatum,* et loquitur in persona hominis; sed peccatum habitare est fomitem peccati habere; ergo fomes non extinguitur.

6. Item, Bernardus, *Super Cantica*[8]: « Quantumlibet manens in hoc corpore profeceris, erras si vitia putas emortua[t] et non magis suppressa;

---

[a] T om. [b] V om. [c] T om. [d] VZ *alio.* [e] V *serviverit.* [f] VRZ *alio.* [g] VR om. [h] BTFLZ (corr.) *causa.* [i] V om. [k] T om. *fomitem... sit.* [l] V om. [m] V *quo fomes* pro *i. q.* [n] VB *quod.* [o] V *habet,* quod Z corr.; F add. mg. *esse.* [p] V add. *non.* [q] L om. *concupiscentia... extinguitur.* [r] L om. [s] BT *et si.* [t] V *putes enormia* pro *p. e.*

1 *Sermo* 151, c. 5 (PL 38, 817).
2 Cf. supra, p. 257, nota 9.
3 *De nupt. et concupisc.,* I, c. 25 (PL 44, 430).
4 Cf. S. Bonav., II *Sent.,* d. 32, dub. 2 (II, 775).
5 Lib. I, c. 19, n. 3 (PL 32, 615).
6 Math. 6, 12.
7 Cap. 35, n. 41 (PL 44, 267).
8 *Sermo* 58, n. 10 (PL 183, 1060).

velis nolis [a], intra fines tuos habitat Iebusaeus; subiugari potest, sed non exterminari ». Sed dum habitat Iebusaeus intra fines, manet concupiscentia [1]; ergo concupiscentia [b] sive fomes manet in nobis.

Contra. *a.* Augustinus, in libro [c] *De Baptismo parvulorum* [2]: « Non praestatur in Baptismo ut lex peccati, quae in membris est, extinguatur prorsus et non sit, nisi forte miraculo [d] ineffabili Creatoris ». Ergo [e] miraculose in aliquo potest extingui fomes.

b. Item, in Christo nullus erat fomes; sed B. Virgo appropinquabat Christo, sicut possibile erat, in puritate; ergo, cum ista puritas non possit esse sine extinctione fomitis, in ea fomes extinguebatur; ergo in aliquo fomes extinguebatur [f].

[Solutio]: Ad quod dicendum quod in aliquo fomes extinguebatur.

[Ad obiecta]: 1. Ad primo autem obiectum [g] in contrarium dicendum est quod esse sine concupiscentia dicitur dupliciter: vel esse sine ea ut est poena, vel esse sine ea in quantum est inclinatio ad culpam. Habere autem illam ut poenam attestatur humanae naturae corruptae et per consequens attestatur iustitiae divinae, nec repugnat gratiae: sic [h] ergo dicitur substantia concupiscentiae; et haec potest remanere, cum dicitur [3] quod concupiscentia tollitur, non ut non sit, sed ut non sit peccatum. Habere autem concupiscentiam ut inclinationem ad peccatum, est habere eam ut ignem, et sic non omnino extinguitur; cum ergo non remanet ibi de inclinatione ad culpam, tunc dicitur extingui. Auctoritates autem, quae inducuntur ad hoc quod [i] homo non sit sine peccato et ita non sine concupiscentia, intelligendae sunt vel de ipsa natura humana corrupta sibi relicta vel de ea ubi non [k] omnino tollitur peccatum et debitum pro proprio peccato. — Illa ergo [l] auctoritas I Ioan. 1, 8 intelligenda est de peccato ratione ipsius culpae vel ratione debiti pro peccato proprio. Et hoc patet per hoc quod dicit Augustinus [4]: « Quisquis dicit post acceptam remissionem peccatorum ita quemquam [m] hominem iuste vixisse in hac carne vel vivere, ut nullum habeat omnino peccatum, contradicit apostolo Ioanni [n]. Non enim ait 'habuimus', sed *habemus* ». Unde non intelligitur de originali peccato, sed de actuali pro se vel pro debito eius. Et hoc patet per hoc quod sequitur in illa auctoritate, quae est in libro *De perfectione iustitiae* [5]: « Si [a] quisquam asserit de illo peccato dictum, quod habitat in carne mortali secundum vitium, quod peccantis primi hominis voluntate contractum est, videat quid agatur de Dominica oratione, ubi dicimus [6]: *Dimitte nobis debita nostra,* quod, nisi fallor, non esset opus dicere, si nunquam vel in lapsum linguae vel in oblectanda cogitatione eiusdem peccati desideriis aliquantulum consentiremus, sed tantummodo dicendum esset [7]: *Ne inferas nos in tentationem, sed libera nos a malo*; nec Iacobus Apostolus diceret [8]: *In multis offendimus omnes* ».

2. Per hoc etiam potest solvi illud quod dicitur Eccle. 7,21. Intelligendum enim est: *Non est homo* [b] *in terra qui non peccet,* id est vix est. Nec hoc est quantum est de corruptione naturae, sed de abundantia gratiae.

3. Ad tertium dicendum quod unicuique, qui peccavit venialiter vel mortaliter, necessarium est dicere: *Dimitte nobis debita nostra.* Pro illo enim statu intelligitur; unde nullus talis est sine concupiscentia peccati.

4. Ad quartum dicendum [c] similiter pro illo statu. Quod autem dicitur « licet mori sine peccato », hoc dicitur propter Martyres vel propter illos in quibus est omnino expurgatum peccatum, ut non oporteat eos transire purgatorium.

5. Ad quintum dicendum quod, cum dicitur: *Non ego operor illud, sed quod in me habitat, peccatum,* hoc dicitur pro illo homine in quo habet effectum concupiscentia, quae est fomes, non pro illo homine in quo tollitur effectus peccati per gratiam confirmationis simpliciter.

6. Ad sextum vero [d] dicendum quod similiter [e] intelligitur auctoritas Bernardi de illo, in quo surgunt veniales motus et ubi manet concupiscentia. Si autem non surgerent veniales, dum tamen possent [f] surgere, adhuc diceretur manere [g] concupiscentia, sed non esset fomes in actu. Et de primo dicitur in libro *De civitate Dei* [9]: « Subrepit aliquid [h] in hoc loco infirmitatis etiam [i] bene confligenti sive hostibus talibus victis dominanti; unde si non facili operatione, labili locutione aut volatili cogitatione peccetur ». De secundo [k] potest dici, sicut dicit in libro *De civitate Dei* [10]: « Quamdiu vitiis [l] hic imperatur, plena pax non est, quia et illa, quae resistunt, periculoso debellantur [m] praelio, et illa, quae victa sunt, nondum securo [n] triumphantur otio ».

---

[a] RLZ *velit nolit* pro *v. n.* [b] V om. *e. c.* [c] F add. *V.* [d] V *vinculo.* [e] VZ add. *et.* [f] T om. *ergo... extinguebatur;* L om. *fomes.* [g] Ita V, alii *obiectum autem* pro *p. a. o.* [h] V *si.* [i] BT *ut.* [k] BT om. [l] BT *vero.* [m] VBT *quemdam.* [n] BT *Apostolus Iohannes* pro *a. I.*

[a] Ita BT, alii *sed.* [b] V add. *neque.* [c] F add. *est.* [d] V om. [e] V om. [f] V *possunt,* BT *possit.* [g] BT om. [h] BT *quid.* [i] LZ *et.* [k] BT add. *vero.* [l] V *quamquam divinitus* pro *q. v.;* Z add. *et.* [m] Ita BT, alii *debilitantur.* [n] BT *secure.*

1 Cf. *Glossa ordin., In Iosue* 15, 63, ap. Lyran.
2 Lib. I, c. 39 (PL 44, 150).
3 Cf. supra, p. 250, nota 2.
4 *De perfect. iustitiae,* c. 21 (PL 44, 316).
5 Loc. cit.
6 Matth. 6, 12.
7 Matth. 6, 13.
8 Cap. 3, 2.
9 Lib. XIX, c. 27 (PL 41, 657).
10 Lib. XIX, c. 27 (PL 41, 657).

245 ARTICULUS II.

Quid sit fomitem extingui[1].

Secundo quaeritur quid sit fomitem extingui, an idem sit quod non esse an ita quod aliquo modo remaneat.

1. Si[a] idem esset quod non esse, tunc idem esset fomitem extingui quod nullatenus esse nec secundum se nec ratione concupiscentiae; sed secundum hoc non videretur[b] differre status hominis, in quo esset extinctus fomes et status Adae primus.

2. Item, cum extingui pertineat ad illud quod habet rationem ignis, concupiscentia autem non debeat dici ignis, eo quod concupiscentia sit secundum rationem indigentiae, ignis autem secundum rationem activam, non videtur dici quod concupiscentia extinguatur.

Contra. *a.* Dicitur Iob 31,12: *Ignis usque ad consumptionem devorans et omnia eradicans genimina,* et loquitur ibi de concupiscentia[2]; ergo concupiscentia est ignis; proprietas autem ignis est ut possit extingui nisi perpetuus sit; concupiscentia carnis non est perpetua in suo actu; ergo potest extingui.

b. Item, in malis potest extingui scintilla synderesis in qua dicitur esse bonus ignis, sicut dicitur in Glossa[3] super Ezech. 1,10: « Hanc autem praecipitari videmus ». Ergo per oppositum in bonis potest extingui ignis concupiscentiae; ergo fomes potest extingui.

[Solutio]: 1. Ad quod dicendum quod fomes extinguitur, non[c] ut nullatenus sit, sed in[d] ratione fomitis. Fomes enim dicitur a fovendo, in quantum fovet peccatum. Sicut enim calor naturalis est in[e] nobis principium conservandi[f] naturam, ita calor concupiscentiae est principium conservandi peccatum. Unde Augustinus, in libro *Quinque responsionum*[4]: « Non est iste calor bonus nec genitalis in bonis genitalibus membris, quae formavit Deus, sed malus[g] est, auctore diabolo, peccato praecedente hunc[h] calorem ».

2. Ad secundum vero[i] dicendum quod ibi est ratio ignis in concupiscentia, non quantum ad omnem proprietatem ignis, sed quantum ad illam, quae est quod, sicut nihil sufficit igni, ita nihil sufficit[k] concupiscentiae. Unde Prov. 30,15: *Tria sunt insaturabilia et quartum quod nunquam dicit 'sufficit': infernus et os vulvae et terra, quae non satiatur*[l] *aqua, et ignis nunquam dicit 'sufficit'.* Similiter est de concupiscentia cui nihil sufficit[5].

Et notandum quod est accipere fomitem secundum triplicem gradum. Primo, secundum intensionem, quo modo est ante Baptismum. Secundo, quoad materialem dispositionem, cum sic se habet appetitus, cum per adiutorium potest in peccatum: et hoc modo est in baptizatis non confirmatis. Tertio vero modo[m] materia fomitis quae remanet aliquo modo, sed extinguitur; et haec est possibilitas[n] privata dispositione, et hoc est in ratione poenae: omnino enim concupiscentia subiecta fuit in B. Virgine ut nullatenus rebellaret nec rebellare posset gratia dominante.

246 ARTICULUS III.

In quo fomes extinguatur.

Tertio quaeritur in quo fomes extinguatur.

Et videtur quod in sola B. Virgine, 1. per hoc quod dicit Augustinus, in libro *De natura et gratia*[6]. Dicit enim: « Excepta sancta Virgine Maria, de qua propter honorem Domini nullam prorsus, cum de peccatis[o] agitur, volo habere quaestionem — unum[p] enim scimus quod ei[q] plus gratiae collatum fuit ad vincendum omni[r] ex parte peccatum, quae concipere ac parere meruit eum, quem constat nullum habere peccatum — hac ergo Virgine excepta, si omnes illos sanctos et sanctas congregare possemus et interrogare[s] utrum essent sine peccato, quid fuisse responsuros putamus? Una voce clamassent, si interrogari potuissent[7]: *Si dixerimus quia peccatum non habemus* » etc. Ex quo accipitur quod in ipsa sola extinctus fuit fomes.

---

[a] BT *sed.* [b] V *videtur.* [c] B om. [d] BT om. [e] F om. [f] F *servandi,* item infra. [g] T *in aliis.* [h] Ita BT, alii *habet.* [i] V om. [k] V om. *i. i. n. s.* [l] BT *nunquam saturatur,* L *non saturatur* pro *n. s.* [m] B add. *est;* V om. *vero.* [n] Z *passibilitas.* [o] R *peccato.* [p] V add. *bene.* [q] V *eis.* [r] BT om. [s] T om. *p. e. i.,* L om. *et.*

1 Cf. S. Bonav., II *Sent.,* d. 32, dub. 2 (II, 775).
2 Cf. Gregor. M., *Moral.,* in h. l. (PL 76, 201).
3 *Ordin.,* in h. l., ap. Lyran.
4 *Hypognost.,* IV, c. 7, n. 10 (PL 42, 1645).
5 Cf. Beda, in h. l. (PL 91, 1025).
6 Cap. 36 (PL 44, 267).
7 I Ioan. 1, 8.

2. Item, Augustinus, in libro *De Baptismo parvulorum*[1]: « Sola medicinam parare nostro corpori potuit, quae non ex peccati vulnere germen piae Prolis [a] emisit ». Sed vulnus peccati est fomes; ergo tunc non erat in ipsa fomes.

3. Item, Anselmus, in libro *De conceptu virginali*[2]: « Decebat ut illius conceptio de Matre purissima fieret; ea autem puritate, qua [b] maior sub Deo nequit intelligi, Virgo niteret, quam Deus Pater Matrem [c] Filio suo eligebat ». Ergo non fuit in ea fomes.

4. Item, III [d] libro *Sententiarum*, 2 dist., cap. *Quaeritur etiam*[3]: « Mariam Spiritus Sanctus, in eam praeveniens, a peccato prorsus purgavit et a fomite peccati etiam liberavit vel fomitem ipsum evacuando, ut quibusdam placet, vel sic extenuando ut ei postmodum peccandi occasio nulla existeret ». Ex quo accipitur quod peccati fomes non erat in B. Virgine.

Sed contra hoc sic obicitur: *a.* Ignorantia et concupiscentia sunt duae poenae consequentes originale peccatum; sed ignorantia aliquorum remansit in B. Virgine; pari ergo ratione concupiscentia remansit in ea.

b. Item, iustum fuit [e] ut in seminaliter descendentibus ab Adam remaneret poena peccati originalis [f]; et licet peccatum tollatur per gratiam in Baptismo, remanet tamen ad exercitium; ergo [g], cum ordinet ad bonum, ipsa poena non [h] fuit tollenda per sanctificationem in B. Virgine; ergo remansit poena concupiscentiae [i] in ea.

c. Item, videtur quod in aliis extinguatur; dicit enim Apostolus, ad Rom. 8,35: *Quis nos separabit a caritate Christi?* Quasi diceret 'inseparabilis sum'. Si ergo inseparabilis fuit caritas ab eo, non potuit peccare mortaliter.

d. Item, Apostoli erant confirmati in gratia Spiritus Sancti; ergo fomes in eis extinctus erat quantum ad peccatum, cum cadere non possent.

[Solutio]: 1. Ad quod dicendum, quod auctoritas Augustini, in libro *De natura et gratia*, loquitur de sanctis Veteris Testamenti, qui adhuc erant debitores poenae limbi, et ita non erant sine debito peccati originalis, nec erat in eis concupiscentia omnino extincta, licet in quibusdam esset subiecta.

2. Illa [k] vero auctoritas Augustini, in libro *De Baptismo parvulorum*, non aufert quin in B. Virgine fuerit fomes prius, sed quod in ipsa carne Christi, quam traxit de B. Virgine, quae non fuit ab ea [l] per concupiscentiam, quae est vulnus peccati.

3. Ad id vero quod dicit Anselmus dicendum est quod non intelligitur de puritate quam habuit Christus nec de puritate innocentiae quam habuit Adam, sed de puritate quae decuit ipsam in tali statu respectu eius quod fiendum erat ex ea. Quia ergo ignorantia [m] respectu aliquorum non impediebat quin purissima caro Christi fieret de carne Virginis iam purgata — ignorantia enim [n] attenditur secundum animam, non secundum carnem, concupiscentia vero ut fomes non tantum secundum animam, sed secundum carnem — ideo ex parte concupiscentiae facta fuit purgatio, ut nullatenus concupiscentia esset principium in illa generatione vel conceptione.

a-c. Ad id vero quod obicitur de Apostolo vel de confirmatis in gratia dicendum est quod extingui potest fomes multipliciter: vel quoad mortale peccatum vel quoad veniale peccatum vel quoad potentiam dispositam ad eliciendum mortale vel veniale. In aliquibus ergo potest esse extinctio quantum ad mortale peccatum, ut in Apostolis [o]; in aliquo potest esse extinctio ulterius quoad veniale, ut si aliquis [p] esset qui nec venialiter nec mortaliter peccaret; in Beata vero Virgine omnimoda erat extinctio. Et sic patet gradus secundum magis et minus extinctionis.

ARTICULUS IV. 247

Qualiter extinguatur fomes.

Quarto quaeritur qualiter extinguatur fomes.

Et videtur quod per gratiam. 1. Ubi enim est abundantior gratia, ibi plus est [q] de extinctione.

2. Praeterea, gratia in Baptismo [r] opponitur originali peccato, quod delet [s] quantum ad culpam et quantum ad poenam; illa ergo delet concupiscentiam vel minuit, quae est sequela originalis peccati; quibus ergo datur abundantius gratia, amplior fit diminutio, et ita tandem extinctio vel in parte vel in [t] toto.

Contra. *a.* Gratia opponitur [u] malo culpae: non enim simul stare [v] possunt; sed uni per se

[a] V *procul*; B *nullius* pro *vulnus*. [b] V *que*. [c] V *patrem* pro *P. m.* [d] BTF *in*. [e] B om. [f] BT om. [g] VRZ om. [h] BT om. [i] VR *concupiscentia* pro *p. c.* [k] F *alla*. [l] B *ipsa*. [m] B om. [n] F *autem*. [o] VBT *apostolo*. [p] V *quis*. [q] RZ om. [r] V *beata Virgine primo*, R add. *primo*. [s] V *deletur*. [t] V *ex*. [u] V add. *in*. [v] T add. *non*.

1 Cf. lib. II, c. 24 (PL 44, 175).
2 Cap. 18 (PL 158, 451),
3 Dist. 3, c. 1 (p. 558); cf. Damasc., *De fide orthod.*, III, c. 2 (PG 94, 987).

est unum oppositum in uno genere [1]; ergo gratia non opponitur malo poenae aut opponitur in alio [a] genere quam in illo in quo opponitur malo culpae; sed hoc non invenitur; ergo gratia [b] non opponitur malo poenae; sed concupiscentia est malum poenae; ergo non opponitur concupiscentiae, ut non possit [c] simul esse: nam si opponeretur [d], nullus habens originalem concupiscentiam haberet gratiam; sed videmus aliquos habere maiorem gratiam gratum facientem [e] quam Adam et Eva [f], qui non habuerunt in statu innocentiae originalem concupiscentiam [g]; ergo gratia non opponitur concupiscentiae illi secundum consequentiam [h].

[Solutio]: 1. Ad quod dicendum quod gratia opponitur concupiscentiae. Concupiscentiam autem est dupliciter considerare: vel ut disponit ad culpam vel ut est inflicta [i] pro culpa praecedenti. Prout disponit ad culpam, sic opponitur gratia illi: minuitur [k] enim quotidie magis et magis per gratiam, hoc modo et in B. Virgine extinguebatur omnino. Reliquo vero modo potest stare cum gratia.

2. Ad obiectum autem dicendum quod, licet concupiscentia sit sequela originalis peccati, gratia autem delet originale peccatum quoad culpam et [l] poenam, non tamen delet quantum ad istam poenam omnino ut non sit, nisi secundum quod est dispositio ad peccatum. In Beata vero Virgine delebatur dupliciter sive extinguebatur [m]: et quoad actum concupiscentiae, qui [n] est in persona singulari, et quoad actum secundum quem transmittitur corruptio ad genitum.

a. Ad id vero quod obicitur quod 'unum uni opponitur' etc., dicendum est: secundum unum genus; gratia vero opponitur culpae originali secundum essentiam, secundum causalitatem vero ipsi concupiscentiae et ex quadam consequentia [o] ad culpam.

248 CAPUT VIII.

DE COMPARATIONE CONCUPISCENTIAE AD STIMULUM CARNIS.

Dicto de extinctione concupiscentiae [p] prout est fomes, octavo dicendum est de comparatione ipsius concupiscentiae ad stimulum carnis et ad ea cum quibus videtur habere convenientiam. Habet enim quasdam rationes ex parte animae, quasdam ex parte carnis, quasdam ex parte coniuncti.

Dicitur enim [q] concupiscentia concupiscibilitas [r] in parvulis, concupiscentia in adultis, libido, cum iam inclinat in actum.

Ex parte vero animae dicitur vitium, quia quamdam oppositionem habet ad virtutem; corruptio, propter diminutionem boni naturalis; languor, propter inveterationem in illa: et hoc est in comparatione ad bonum. In comparatione vero ad malum, dicitur infirmitas propter impotentiam resistendi motibus malis; foeditas, propter inquinationem [s] sordium spiritualium; pronitas [t], propter inclinationem appetitus ad malum: ut infirmitas sit contra potentiam, foeditas contra pulcritudinem, pronitas contra dispositionem ad bonum.

Ex parte vero carnis dicitur lex carnis, quia [u] infligitur ipsi carni ex lege divinae iustitiae propter peccatum; dicitur lex membrorum, quia dat quamdam aptitudinem ad mala quae fiunt per membra; tyrannus, quia dominatur violenter in quibusdam membris; dicitur etiam fomes, quia fovet peccatum, secundum quod dicitur fomes in carne, ut ex carne foveat peccatum in anima; dicitur etiam stimulus carnis, quia stimulat ad peccatum.

249 MEMBRUM VIII.

De unitate vel multitudine originalis peccati [2].

Dicto de concupiscentia, quae est sequela originalis peccati, octavo dicendum est de ipsa [v] unitate vel multitudine.

Circa quod sic procedendum est: primo ostenditur quod sint multa. *a.* Si enim unum oppositorum est multiplicabile, et reliquum [3]; sed virtus

---

[a] L *aliquo.* [b] T om. [c] Ita VB, alii *possint.* [d] Z *opponerentur.* [e] BT om. *g. f.* [f] R *Evam.* [g] F *culpam.* [h] Codd. *concupiscentiam.* [i] Ita V, alii *inflictum.* [k] V *minuit.* [l] BT add. *quoad.* [m] T *distinguebatur.* [n] V *que.* [o] B *concupiscentia.* [p] L om. [q] T om. [r] B *cupiditas.* [s] Ita L (corr. mg.), alii *inclinationem.* [t] T om. [u] V *que.* [v] V *ipsius.*

[1] Cf. Aristot., *Metaph.*, IX, c. 5 (II, 579).

[2] Cf. Lombard., II *Sent.*, d. 32, c. 2 (p. 481); Guil. Altissiod., *Summa*, II, tr. 27, c. 6 (f. 98csq.); Ioan. de Rupella, *Summa de vitiis* (fol. 8b); S. Bonav., II *Sent.*, d. 32, a. 2, q. 2 (II, 790sqq.).

[3] Cf. Aristot., *Topic.*, I, c. 13 (I, 182).

et vitium sunt opposita; virtus autem in anima multiplicabilis est[a] secundum diversas animae vires; ergo vitium originale similiter est multiplicabile, et non unum secundum potentias.

b. Item, in Psalmo[1] dicitur: *Ecce*[b] *in iniquitatibus conceptus sum.* Iniquitates dicit[2] ibi[c] « originalia peccata »; non enim David conceptus fuit in[d] iniquitatibus parentum: natus enim fuit de sancto Iesse et coniuge ipsius.

c. Item, Matth. 18,34: *Tradidit eum*[e] *tortoribus, quoadusque redderet universum debitum,* super quod dicit Rabanus[3], in originali, quod homini, post Baptismum damnato propter peccatum, non solum redeunt[f] peccata post Baptismum[g] commissa actualia, sed etiam originalia, quae in Baptismo sunt dimissa.

d. Item, Augustinus, *De correptione et gratia*[4]: « Peccata originalia dicuntur aliena, quia ea singuli de parentibus trahunt; sed non sine causa dicuntur et nostra, quia in illo uno[h] *omnes,* sicut dicit Apostolus[5], *peccaverunt* ». Ex quo accipitur quod plura sunt peccata originalia.

e. Similiter ibi[i][6]: *Beati, quorum remissae sunt iniquitates et peccata*[k]. Per *iniquitates* designantur originalia peccata.

f. Item, septem sunt fomites secundum numerum septem vitiorum capitalium, sicut dicit Hugo[7]; ergo sunt septem pronitates; ergo septem[l] originalia peccata.

Contra. 1. in Psalmo[8] *Benedixisti* etc., super illud: *Aut extendes iram tuam* etc., Glossa[m][9]: « Omnes fuimus in eo, scilicet in Adam, quando peccavit »; et haec est causa, quae assignatur quare ex ipso traximus originale; si ergo haec est causa, sicut eramus in ipso, sic contraximus: sed omnes eramus in ipso sicut unum; ergo ab ipso traximus[n] unum originale peccatum et non multa.

2. Item, poena respondet culpae; ergo cui[o] respondet una prima poena, illud erit culpa una; sed originali respondet una[p] prima poena, scilicet carentia visionis Dei; ergo originale est unum peccatum.

3. Item, contingit intelligere animam abstractam a suis potentiis uniri corpori: se ipsa enim unitur. Si ergo anima ista unita est corpori corrupto corruptione poenali et vitiosa, ergo ipsa est maculata quantum ad culpam; ergo in ea est[a] unum peccatum quantum ad carentiam et quantum ad concupiscentiam. — Sed posset responderi quod[b] in originali sunt duo, carentia debitae iustitiae et concupiscentia; quantum ad carentiam vero debitae iustitiae dicatur esse unum, quantum ad concupiscentiam dicatur esse multa. — Contra: Iustitia originalis una fuit in qualibet vi; ergo concupiscentia, quae opponitur iustitiae, una debet esse in omni vi.

4. Item, poena sequitur ad[c] culpam; ergo secundum unitatem culpae erit unitas poenae primo respondentis[d] culpae; sed concupiscentia est poena primo respondens[e] culpae in praesenti; ergo erit una concupiscentia.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod, sicut dicit Anselmus, in libro *De conceptu virginali*[10], dupliciter dicitur originale: aut quod est origo aliorum, et sic est in primo parente, in quo fuit tota humana natura, et hoc modo dicitur originale unum; aliter vero dicitur originale ab origine contractum, et sic est[f] in quolibet parvulorum diversum, sicut diversi sunt rami ab una radice prodeuntes.

[Ad obiecta]: 1. Nec valet illud quod obiciebatur[g] per hoc quod dicitur quod 'omnes fuimus unum in Adam'. Licet enim omnes fuerimus unum in Adam ratione humanae naturae, quae adhuc[h] erat indivisa, tamen post propagationem iste homo non est ille nec originale in isto est originale in illo, et sic sunt diversa originalia ratione diversorum subiectorum.

2. Et potest similiter responderi ad alia obiecta. Nam poena, quae est carentia visionis Dei[i], multiplicatur similiter secundum diversa subiecta; animae etiam[k] quae subiciuntur, diversae sunt[l] naturae, et ita ex illa parte sunt diversa.

Si vero fiat sermo de originali in uno subiecto, utrum in una anima dicantur plura originalia: dicendum est quod aliquando in Sacra Scriptura invenitur singulariter dictum[m][11], aliquando pluraliter[12]. Singulariter dicitur propter carentiam originalis iustitiae, quae una est in anima unius parvuli. Pluraliter vero potest dici ratione diversarum inclinationum secundum concupiscentiam quantum ad diversas potentias et[n] vires vel quantum ad inclinationem ad diversa actualia peccata,

---

[a] FRZ om., in L est add. mg. [b] R add. *enim;* T om. *in.* [c] V *ipsa,* T om. [d] T om. [e] T *enim.* [f] V *redemit.* [g] V *peccatum.* [h] V add. *et.* [i] T om. [k] V *etc.* pro *e. p.;* L om. *iniquitates.* [l] V add. *sunt.* [m] F om. [n] Z om. *sed... traximus.* [o] T *cum.* [p] B om.

[a] V om. [b] RL om., in FZ est add. mg. [c] FL add. *omnem.* [d] V *respondens.* [e] VBTLZ *respondentis,* quod FR corr. [f] VRZ om. [g] V *obicitur.* [h] V om. [i] Ita VR, alii add. *illa.* [k] V *enim.* [l] B om. [m] Z *donum.* [n] V *vel,* BT om.

1 Psalm. 50, 7.
2 Cf. *Glossa interlin.,* in h. l., ap. Lyran.
3 *In Matth.,* 18, 35 (PL 107, 1016).
4 Cap. 6, n. 9 (PL 44, 921).
5 Rom. 5, 12.
6 Psalm. 31, 1; cf. Lombard., in h. l. (PL 191, 318).
7 Cf. *Summa Sent.,* tr. 3, c. 16 (PL 176, 113).
8 Psalm. 84, 5.
9 Lombardi, in h. l. (PL 191, 795 sq.).
10 Cap. 1 (PL 158, 433).
11 Cf. Rom. 5, 12.
12 Cf. Psalm. 50, 7.

ad quae inclinat. Et hoc modo intelligendae sunt auctoritates quae dicunt originale peccatum esse multa, prout est in uno homine.

a. Ad id ergo quod [a] obicitur 'si unum oppositorum est multiplicabile [b], et reliquum; virtus autem multiplicabilis' etc.: dicendum [c] quod virtus per se et primo opponitur actuali peccato, et quemadmodum actuale peccatum multiplicatur, ita etiam [d] virtus multiplicatur; iustitia vero originalis, secundum quam homo poterat stare in bono, opponebatur originali peccato, et sicut iustitia originalis una fuit [e] in uno homine, ita est unum peccatum originale.

3-4. Ad id vero quod obicitur quod 'una debet esse concupiscentia sicut una carentia': dicendum [f] quod concupiscentia potest dici una ratione unius animae vel ratione liberi arbitrii, et sic sicut unum est originale, ita unum peccatum. Si vero concupiscentia respiciat potentiam secundum quam est concupiscere, secundum hoc diversae erunt concupiscentiae secundum diversas vires.

MEMBRUM IX.

De quantitate originalis peccati.

Nono quaeritur de quantitate originalis peccati et hoc secundum tres differentias:

Utrum in eodem aliquo tempore sit maius, alio vero tempore sit minus originale peccatum;

secundo, utrum in una [g] persona sit maius quam in alia;

tertio, utrum secundum diversas aetates mundi intendatur magis [h] et minus.

250 CAPUT I.

UTRUM ORIGINALE IN EODEM SIT ALIQUANDO MAIUS ALIQUANDO MINUS.

Ad primum sic: videtur enim maius in adulto quam in parvulo. 1. Quanto [i] enim accedit forma ad terminum suum, tanto plus intenditur, sicut potentia quanto magis accedit ad suum actum; sed concupiscentia in adulto plus accedit ad suum actum quam in parvulo: concupiscentia enim parvulum facit concupiscibilem, adultum vero reddit concupiscentem [k], sicut habetur [1] super illud ad Rom. 4,7: *Beati, quorum remissae sunt* [l] etc.; ergo maior est concupiscentia in adulto quam in parvulo.

2. Item, maior est corruptio per actuale additum originali quam per originale solum: ex utroque enim est corruptio; sed in parvulo est originale tantum, in adulto est utrumque; ergo maior est pronitas in adulto quam in parvulo; ergo maior concupiscentia.

Contra. *a.* Originale peccatum, sicut dicit Anselmus [2], aequale est in omnibus, in quibus est; originale autem peccatum est concupiscentia; ergo aequaliter dicetur esse in eodem secundum diversos status.

b. Praeterea, aequalis poena debetur pro originali homini in diverso statu; ergo aequale est originale peccatum.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod originale dicitur ratione carentiae universalis non secundum magis et minus in diversis statibus [m], nec ratione poenalitatis in concupiscentia, prout est [n] inflicta pro originali peccato; sed dicitur maius vel minus originale ratione concupiscentiae in quantum est dispositio ad peccatum: maior enim est dispositio ad peccatum [o] in adulto quam in parvulo.

[Ad obiecta]: 1. Et dicendum [p] quod aliud est formam appropinquare ad suum actum et aliud est appropinquare ad suum summum. Concupiscentia potest dici maior per appropinquationem ad actum; quantum autem est de originali, non dicetur maior per appropinquationem ad summum.

2. Ad secundum vero [q] dicendum quod, cum dicitur 'corruptio ex originali' et cum [r] dicitur 'corruptio ex [s] actuali', dicitur differenter; et potest dici adultus ex [t] pluribus causis corruptus [u], et quoad hoc maior corruptio, nec tamen maior ex originali: unde non erit originale maius.

---

[a] Ita V, alii *quod ergo* pro *A. i. e. q.* [b] T *multiplex.* [c] T add. *est.* [d] L om. [e] Ita L (corr.), alii *fuisset.* [f] Ita V, alii add. *est.* [g] Z *ipsa.* [h] Ita B, alii *maius.* [i] V *quantum;* T om. *enim.* [k] V om. *a. v. r. c.* [l] F add. *iniquitates.* [m] R add. mg. alia manu. *quia ea equaliter carent et eam equaliter debent cum equaliter, immo unum, fuerint in Adam.* [n] BT om. [o] VR om. *maior... peccatum,* in Z est add. mg. [p] Ita BT, alii add. *est.* [q] V om. [r] Ita TF, alii *etc.* pro *e. c.* [s] VB om. *originali... ex.* [t] VR om., in Z est add. mg. [u] B *corruptis.*

[1] Cf. Lombard., in h. l. (PL 191, 1369).

[2] Cf. *De conc. virgin.*, cc. 24 et 27 (PL 158, 459, 461).

CAPUT II. 251

UTRUM ORIGINALE SIT MAIUS IN UNA PERSONA QUAM IN ALIA.

Secundo quaeritur utrum originale sit maius in una persona quam in alia.

Quod videtur. 1. Natura enim corrupta est propter originale peccatum; ergo quanto magis multiplicatur originale peccatum, tanto maior erit corruptio: et hoc videtur, quia homines citius moriuntur nunc quam prius.

2. Item, una anima magis est hebes quam alia; ista autem hebetudo poena est originalis peccati; ergo maior poena praecessit in isto quam in alio; ergo maius est originale in [a] uno quam in alio.

3. Item, naturaliter unus est magis concupiscens quam alter; ergo maior concupiscentia; ergo maius originale.

[Solutio]: 1-3. Ad quod respondendum [b] quod unum originale maius potest dici alio quantum ad effectum alicuius poenae praesentis, sed non quantum [c] ad effectum alicuius [d] poenae in futuro. Hoc autem non est quia originale sit in se maius vel minus, sed quia in quadam natura plus habet de effectu. Verbi gratia, quidam pronior est ad incontinentiam: consonat enim malitia complexionis cum corruptione originali; similiter quidam dicitur magis hebes altero secundum imperfectionem naturae convenientem cum corruptione originali, et eodem modo dicitur concupiscens, secundum quod liberum arbitrium plus sequitur corruptionem.

CAPUT III. 252

UTRUM ORIGINALE INTENDATUR MAGIS VEL MINUS SECUNDUM DIVERSAS MUNDI AETATES.

Tertio quaeritur utrum secundum diversas mundi aetates intendatur magis et minus originale.

Et videtur per simile. Sicut enim maior est mortalitas, hoc est mortis acceleratio, nunc quam prius, et prius quam in principio mundi, ita videtur magis dominari [e] concupiscentia nunc quam prius. Unde II ad Tim. 3, 1-2: *Erunt in novissimis* temporibus *homines se ipsos amantes* [f]. Si ergo hoc specialiter dicitur de novissimo tempore, excedet [g] tunc concupiscentia; ergo videtur magis dominari originale in [h] novissimo tempore.

[Solutio]: Ad quod respondendum [i] quod concupiscentia, secundum quod est generalis [k], in nulla parte temporis augetur secundum habitum; sed secundum actum cum aliis conditionibus, quae sunt ex parte naturae corruptae, concurrentibus potest augeri. Unde potest in fine mundi plus augeri cupiditas, quia tunc [l] abundabit amor proprius propter hominum multiplicationem, et ita concupiscentia, quantum ad hoc, secundum actum augebitur in fine mundi. Non tamen dico quod hoc sit quantum ad alia genera peccatorum: plus enim alio tempore abundavit infidelitas et ita de aliis peccatis. Adinventiones tamen peccatorum, crescente experientia, multo plures erunt, et ita concupiscentia quantum ad actum huiusmodi maior erit in fine [m].

MEMBRUM X.

De poena originalis peccati.

Decimo [n] quaeritur de poena originalis peccati. Habet autem poenas in praesenti, de quibus satis dictum est in assignatione poenarum pro peccato primorum parentum [1]. Potest etiam et hoc sic intelligi, ut quaedam poenae sint ex parte animae, quaedam ex parte corporis.

Ex parte vero animae sit difficultas inquirendae veritatis, quae consequitur ad ignorantiam; et hoc notatur, cum dicitur [2]: *In laboribus* [o] *comedes ex ea;* sic enim exponit Augustinus contra Manichaeos [p] [3]. Ad concupiscentiam autem in affectu [q] sequuntur plures poenae; affectus enim [r]

---

[a] V om. *isto... in.* [b] V *dicendum.* [c] V *nunquam* pro *n. q.* [d] BTRLZ om., in F est add. mg. [e] BT *denominari.* [f] B om. [g] T *extendet;* B *nunc* pro *tunc.* [h] FLZ om. [i] V *dicendum.* [k] BT add. *et.* [l] V *cum.* [m] Z om. *i. f.* [n] Codd. *octavo.* [o] R *labore;* V *sicut* pro *sic.* [p] V *Manicheum.* [q] F *effectu;* L *sequatur* pro *sequuntur.* [r] F *autem.*

[1] Cf. supra, num. 204-219. [2] Gen. 3, 17. [3] *De Gen. c. Man.*, II, c. 20 (PL 34, 211).

tria debet facere: cavere a malo, proficere ad bonum, in medio regere se[a] ne deviet. Quantum ad recedere a malo inflicta est pronitas ad malum, et hoc duobus modis: vel ad cito procedendum in malum vel ad commorandum in illo. Pronitas ergo ad malum significatur, cum dicitur[1]: *Germinabit tibi;* mora in delectatione mali[b], cum dicitur: *Comedes*[c] *herbas terrae;* difficultas vero ad bonum, cum dicitur[2]: *In sudore vultus tui* etc.

Ex parte vero corporis attenduntur poenae, quia aut est poena ex parte corporis omnino praeter animam aut quoad separationem corporis ab anima aut ante separationem. Si ex parte corporis omnino praeter animam, dicitur incineratio; si quoad separationem, dicitur mors; si quoad partes corporis ante separationem, dicitur infirmitas, fames, sitis, frigus, lassitudo et huiusmodi. Prima notatur ibi[3]: *Pulvis es, et in pulverem reverteris;* alia ibi: *Donec revertaris in terram.*

Poena vero in futuro principalis est carentia visionis Dei, quae notatur in prohibitione comestionis de ligno vitae, de qua aliquid[d] dicendum est in praesenti[4]; residuum vero dicetur infra in Tractatu poenarum post iudicium vel eorum quae pertinent ad statum animae separatae[5].

253

CAPUT I.

UTRUM CARENTIA VISIONIS DEI SIT POENA PROPRIA ORIGINALIS PECCATI[6].

Quaeritur autem I. utrum carentia visionis Dei sit poena propria originalis peccati an communis etiam actuali mortali.

Et videtur quod sit propria. 1. Carentia enim iustitiae in praesenti respondet carentiae summi boni in futuro et e converso; in carentia autem summi boni in futuro[e] intelligitur carentia visionis et e converso; ergo carentia visionis Dei est poena propria originalis peccati, quod consistit in carentia debitae iustitiae.

Contra, sic ostenditur[f] **quod sit communis.** *a.* Dicitur enim quod originale peccatum non redit[g] post Baptismum quantum ad essentiam; sed, si post Baptismum[h] incidat homo in actuale mortale, debetur ei carentia visionis Dei; ergo non est poena propria originalis peccati[i].

b. Praeterea, cum Adam peccavit, non habebat originale[k]; ponatur ergo quod peccasset actualiter tantum, ita quod non sequatur corruptio originalis[l], numquid non adhuc deberetur ei carentia visionis[m]? Constat quod sic.

c. Praeterea, in actuali mortali duo sunt, aversio videlicet[n] et conversio; in actuali veniali conversio, sed non aversio; in mortali originali[o] est aversio, id est actualiter aversum esse, etsi non sit ibi actualis conversio. Sic ergo actuale mortale in conversione convenit cum veniali[p], in aversione cum originali. Si ergo ratione aversionis in originali deberetur[a] carentia visionis Dei — non enim potest dici quod ratione conversionis, quia ibi non erat actualiter conversum esse, et ubi est[b] eadem causa, ibi idem effectus — videtur quod non solum originalis erit poena carentia visionis[c], sed etiam actualis mortalis.

[Solutio]: Quod concedimus, dicentes quod[d] omni peccato, in quo est aversio, debetur poena[e] carentia visionis, et non solummodo[f] originali.

II. Sed hoc habito posset quaeri: cum in originali essent[g] duo — quantum ad culpam videlicet carentia debitae iustitiae, et haec erat magis sicut privatio, et huic proprie videtur respondere privatio sive carentia visionis[h], cum etiam ibi sit aliud, scilicet concupiscentia in summo, quae non solum in privationem videtur sonare, sed dicere quamdam inclinationem — posset, inquam[i], quaeri quid huic pro poena debeatur in futuro[k].

[Solutio]: Ad quod dicendum quod carentia visionis Dei non est poena propria originalis peccati, sed principaliter[l] attribuitur; est autem communis, quae debetur peccato mortali, in quo est carentia debitae iustitiae. Et duplex est iustitia: una dicitur[m] originalis, et[n] carentia illius proprie dicitur originale peccatum; alia est iustitia actualis, et carentia huius est in actuali peccato[o]; utrique autem iustitiae respondet pro poena carentia visionis Dei sive carentia summi boni;

---

[a] T om. [b] Z om. [c] VRL *comedas*, quod F corr. [d] B *aliud*. [e] V om. *et... futuro*. [f] V *obicitur*. [g] Z *cedit*, quod L corr. [h] V om. *quantum... Baptismum*. [i] LZ om., in F est add. mg. [k] V add. *peccatum*. [l] FLZ add. *peccati*. [m] Z add. *Dei;* RL *debetur* pro *deberetur*. [n] RZ *scilicet;* B om. *venialí*. [o] L om., in FZ est add. mg. [p] V *penali*.

[a] BT *debeatur*, R *debetur;* BT om. *Dei*. [b] Ita V, alii om.; BT om. *ibi;* B *aversum* pro *conversum*. [c] T add. *Dei;* L *erat* pro *erit*. [d] T add. *in*. [e] F om. [f] FLZ *solum*. [g] L *erunt*, quod FZ corr. [h] R add. *Dei*. [i] BT om. [k] LZ *inflictio* pro *i. f*. [l] Ita BT, alii *principalis*. [m] Z om., in FL est add. mg. [n] Z add. mg. *ita*. [o] LZ add. *et*, quod F exp.

1 Gen. 3, 18, ubi et sequens.
2 Gen. 3, 19.
3 Gen. 3, 19, ubi et sequens.
4 Cf. infra, num. 253.
5 De his non agitur in *Summa*.
6 Cf. Ioan. de Rupella, *Summa de vitiis* (fol. 7c).

per prius autem respondet originali peccato, quod est carentia originalis iustitiae.

Ad obiecta [a] autem respondendum quod concupiscentiae nulla alia poena respondet. Non enim est concupiscentia actualis, sicut est in peccato actuali, cui respondet poena actualis.

Nec hoc est contrarium quod dicitur *De fide ad Petrum*[1]: « Firmissime tene non solum homines ratione utentes, verum etiam parvulos, qui sive in utero matris vivere incipiunt et ibi moriuntur, sive de matribus nati [b] sine sacramento Baptismatis de hoc saeculo transeunt, ignis aeterni supplicio sempiterno puniendos ». Si enim peccatum propriae actionis nonnulli habuerunt [c], originalis tamen peccati damnationem carnali conceptione et nativitate traxerunt. Non enim esset secundum hoc mitissima poena eorum, cum tamen [d] hoc dicat Augustinus, in libro *De Baptismo parvulorum*[2]. Sed hoc dicitur propter illud quod est in Evangelio Matth. 25,41: *Ite* [e] *in ignem aeternum, qui paratus est diabolo et angelis eius;* et hoc dicetur illis qui erunt a sinistris, et ita parvulis. Sed esse in illo igne ad poenam contingit dupliciter: vel ratione ardoris vel ratione tenebrositatis; ratione ardoris dicuntur esse illi qui actualiter peccant [f], ratione tenebrositatis, qui carent visione Dei et damnati sunt.

CAPUT II. 254

UTRUM PECCANDI NECESSITAS SIT POENA ORIGINALIS PECCATI.

Adhuc quaeritur de alia [g] poena originalis peccati in praesenti, de qua dicitur in libro *De natura et gratia*[3]: « Quod ex vitiis naturae, non ex conditione, sit quaedam peccandi necessitas, audiat homo ex Psalmo[4]: *De necessitatibus meis educ me* », ubi datur intelligi quod necessitas peccandi est poena originalis peccati.

1. Sed, si necessitas peccandi est poena, tunc peccat homo in eo quod vitare non potest: quod est contra iustitiam; unde Augustinus, in libro *De perfectione iustitiae*[5]: « Nulla ratio vel iustitia patitur dici peccatum, quod nullo modo vitari potest ».

2. Item, super illud Psalmi[6]: *Salvasti de necessitatibus* [h] *animam meam,* Glossa[7]: « Necessitates sunt infinitae, ut nescire cor alterius, suspicari non bene [i] de amico fideli vel bene de infideli, sequi veteres consuetudines ». Sed [k] huiusmodi suspicari est peccatum; ergo necessitas est ad peccatum; eodem modo sequi veteres consuetudines.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod necessitas dicitur dupliciter: vel omnimoda inevitabilitas, et hoc modo non est necesse peccare; vitari enim potest peccatum, si natura vitiata sanetur per gratiam Christi [l]. Vel potest dici omnimoda inevitabilitas quantum est ex parte nostra, circumscripta gratia, et sic est necessitas ad peccatum originale, ad peccatum etiam veniale aliquod. Potest etiam dici necessitas ipsa pronitas, qua magis inclinatur ad malum quam ad bonum, et hoc modo dicitur etiam [m] esse necessitas, quantum est ex corruptione originali, ad quaecumque peccata in genere.

[Ad obiecta]: 1. Cum ergo dicitur quod 'nulla iustitia patitur dici peccatum, quod nullo modo vitari potest': respondendum est quod, si intelligatur de peccato originali, verum est quod nullus seminaliter descendens ab Adam potest vitare, quantum est de se, sed potuit Adam vitasse: potuit enim conservasse [n] originalem iustitiam. Si vero ad parvulos referatur propositio iam dicta, non est vera; et est propositio illa sumpta ab haeretico, per quam vult astruere originale peccatum non esse peccatum et primos etiam motus non esse peccata [o], et sic non est vera [p]. Si vero sanaretur natura per gratiam, in quantum sanaretur [q], in tantum posset vitari actuale peccatum.

2. Cum autem dicitur quod necessitas est peccandi, necessitas accipitur pro pronitate, et sic etiam dicitur necessitas suspicari non bene de amico fideli et sequi veterem consuetudinem.

---

[a] F *obiectum.* [b] Ita F, Z *natis,* alii *natos.* [c] LZ *habuerint,* quod F corr. [d] VR *tamen in,* T *autem tamen.* [e] BT add. *maledicti.* [f] L (corr.) *peccaverunt.* [g] R om. [h] V add. *meis.* [i] V *male* pro *n. b.* [k] Z om. [l] L om. [m] B om. [n] LZ *servasse,* quod F corr. [o] L exp. *et... peccata.* [p] VL *esse natura* pro *e. v.,* quod F corr. [q] V om. *natura... sanaretur.*

1 Cap. 27 (PL 40, 774).
2 Lib. I, c. 16 (PL 44, 120); *Contra Iulian.,* V, c. 11, n. 44 (PL 44, 809).
3 Cap. 66 (PL 44, 286).
4 Psalm. 24, 17.
5 Cap. 2 (PL 44, 293).
6 Psalm. 30, 8.
7 Lombardi, *In Psalm. 30,* 9 (PL 191, 303).

255

CAPUT III.

DE POLLUTIONE NOCTURNA.

ARTICULUS I.

Utrum nocturna pollutio sit poena tantum vel etiam culpa.

Adhuc etiam quaeritur de alia poena in praesenti, quae est ex parte carnis et quodam modo ex parte animae, sicut ista iam dicta fuit [a] ex parte animae [b], et est in adultis [c] ex parte virtutis generativae, quae dicitur pollutio, de qua quaeritur I. utrum [d] sit tantum poena an etiam sit culpa.

Et videtur quod sit poena tantum, *a.* eo quod contingit in dormiente; dormiens autem, cum non habeat in somno usum liberi arbitrii non potest peccare; ergo pollutio tantum videtur esse poena.

b. Item, Bernardus, in libro *De libero arbitrio*[1]: « Dormientibus et infantibus non imputatur quidquid fecerint bonum vel malum ». Ergo istae pollutiones nocturnae non imputantur nec in bonum nec in malum.

c. Item, super illud Deuter. 23,10: *Si fuerit inter vos homo nocturno pollutus somno* etc. Augustinus[2]: « In somnis non fit peccatum; aut si hoc quis peccatum putat, scilicet pollutionem, non arbitrans huiusmodi accidere nisi ex desiderio, quod falsum est, numquid et solita mensium peccata sunt [e] feminarum? » Sicut ergo fluxus [f] menstruorum non est peccatum, ita nec pollutio nocturna erit peccatum.

d. Item, Isidorus[3]: « Non est peccatum quod nolentes nocturnis imaginibus illuduntur ».

Contra. 1. Isidorus, in libro *Sententiarum*[4]: « Tunc est peccatum illusio sive pollutio, si, antequam illudamur, cogitationum affectibus praevenimur ».

2. Item, Gregorius[5], super illud Deuter. 23,10: « Dignum est ut qui immunda cogitatione polluitur [g], indignum se cunctorum fidelium societate arbitretur [h] ». Sed hoc non deberet facere nisi propter peccatum; ergo pollutio sequens immundam cogitationem erit peccatum.

3. Item, Augustinus, in libro *De anima et spiritu*[6]: « Quaedam sunt fortes impressiones dormientium, ut inter motum dormientium et veram commixtionem [i] vigilantium non videatur esse differentia, et tunc movetur caro et sequitur anima [k] motum carnis ». Si ergo non videtur esse differentia, et huiusmodi motus esset peccatum in vigilante, erit ergo peccatum in dormiente.

4. Item, Levit. 15,2-3: *Vir qui patitur fluxum seminis immundus erit, et tunc iudicabitur huic vitio subiacere.* Ergo pollutio appellatur vitium, et ita peccatum.

[Solutio][7]: Ad quod dicendum quod pollutio, quae est ex parte carnis, essentialiter non est culpa, sed est poena culpae in dormiente; nec [l] in vigilante, cum involuntarie fluit; si vero voluntarie, concomitatur culpam. Si autem quaeratur de causa immediate antecedente ipsam pollutionem carnis, distinguendum est secundum Gregorium[8]: aut fit [m] ex infirmitate vel debilitate, aut ex [n] superfluitate seminis sive nutrimenti, non tamen scienter assumpti; et tunc nec quantum ad se nec quantum ad causam est peccatum, sed poena. Si vero fuerit ex crapula vel [o] illusione vel ex [p] immunda cogitatione, ratione crapulae vel immundae cogitationis progredientis ad consensum vel delectationem dicetur ipsa causa peccatum; et tunc [q] ratione causae dicetur esse [r] peccatum, quia ex peccato, non quia [s] in se sit peccatum. Si vero ex illusione, nisi adsit aliquis motus liberi arbitrii, non [t] est peccatum. Attendendum est [u] etiam quod est quaedam pollutio, quae [v] omnino fit in somno; est alia quae fit et initiatur in somno, sed consummatur in vigilante; est alia, quae est in omnino vigilante. Si ergo pollutio est in dormiente et non est ex culpa [x], non dicetur esse peccatum nec secundum se nec ratione radicis, sed tantum poena. Si autem est in vigilante omnino et egreditur a voluntate [y], potest dici peccatum vel [z] concomitans ipsum. Si autem consummatur in vigilante et initiatur in dormiente, potest esse cum peccato vel sine

---

[a] LZ *sunt*, quod F corr. [b] B om. *sicut... animae.* [c] L add. *et*, quod FZ exp. [d] V add. *sic.* [e] V *peccata sunt solita mensium* pro *s. m. p. s.* [f] L *fluxa.* [g] Z *polluuntur*, quod L corr. [h] BTR *arbitratur*; F *arbitrentur*, F *debet* pro *deberet.* [i] V *cognitionem.* [k] B om. [l] V *ut.* [m] BT add. *pollutio*; V om. *ex*; R *aut* pro *vel.* [n] Z *vel* pro *a. e.* [o] BT add. *ex.* [p] FL om., in Z est add. mg. [q] VBTR om. [r] T (corr. mg.) *cause.* [s] F add. *ipsa.* [t] F *nec.* [u] F om. [v] L *quia.* [z] F *crapula.* [y] Z *auctoritate* pro *a. v.* [z] Z om.

1 Cap. 2, n. 5 (PL 182, 1004).
2 *Glossa ordin.*, in h. l., ap. Lyran.
3 *Sentent.*, III, c. 6, n. 13 (PL 83, 671)
4 Loc. cit.
5 *Moral.*, IX, c. 55, n. 84 (PL 75, 904).
6 Cap. 23 (PL 40, 796).
7 Cf. Richard. de S. Vict., *In Cantica*, c. 25 (PL 196, 480).
8 *Epist.*, XI, ep. 64 (PL 77, 1198).

peccato [a]. Nam si ex delectatione libidinosa liberi arbitrii, cui placet, consummetur, tunc est peccatum vel cum peccato. Si autem non ex hac radice procedit, non videtur dici peccatum.

Ad obiecta [b] **1.** autem respondendum [c] quod, cum dicitur pollutio peccatum, cum homo praevenitur immunda cogitatione, dicendum est quod hoc intelligitur ratione causae sive [d] radicis.

2. Ad id vero quod dicit B. Gregorius, dicendum [e] quod aliud est loqui de ipsa immunda cogitatione perducente ad consensum et aliud est loqui de ipsa pollutione. Immunda enim cogitatio [f] perducens ad consensum reddit indignum societate fidelium; privat enim caritate seu gratia. Si vero fuerit immunda cogitatio, de qua nescitur utrum perducat ad consensum, reputet se indignum; pollutio autem ipsa sequens in carne non propter hoc est peccatum, sed sequela peccati.

3. Ad id vero quod dicit Augustinus, in libro *De anima et spiritu*, dicendum est quod, licet videatur esse indifferentia [g] inter motum dormientium et commixtionem vigilantium quantum ad apparitionem imaginativae, tamen [h] est differentia. In commixtione enim potest esse peccatum et est, nisi excusetur per matrimonium; in commixtione vero imaginativa [i], sicut est in somno, non est in se peccatum, licet procedere possit ex peccato.

4. Ad id vero quod dicitur [k] Levit. 15,2-3, dicendum [l] quod vitium [m] ibi accipitur pro poena, non pro culpa, secundum quod vitium ad quamdam corruptionem naturae pertinet. Sic ergo pollutio, licet non sit peccatum in dormiente, signum tamen est culpae praecedentis aliquando; et licet non proveniat [n] ex immunda cogitatione, tamen, sicut dicit Isidorus[1], flendum est; dicit enim: « Qui nocturna polluitur illusione, quamvis extra memoriam turpium cogitationum sese persentiat [o] inquinatum, tamen hoc, ut tentaretur, suae culpae tribuat suamque immunditiam statim fletibus tergat », quia, sicut dicit Gregorius[2], « bonarum mentium est [p] ibi culpam agnoscere, ubi culpa non est »; haec autem [q] agnitio est in poena; dicitur enim in Iob[3]: *Si iustus fuero, ignorabit hoc ipsum* [r] *anima mea.*

II. Quaeritur postea: Aliquis [s] pollutus est in somno; postmodum excitatur, placet quod sic sibi accidit; quaeritur ergo utrum per placentiam pollutionis praecedentis possit fieri praecedens peccatum.

Quod non, videtur. 1. Ante enim quam esset placentia, iam erat completa pollutio, et erat poenalis tantum; sed quod iam totaliter est completum, per adventum subsequentis non transmutatur de specie in speciem; ergo, sive veniat placentia postmodum sive non, non fiet illa pollutio de poenali tantum culpabilis.

III. Quaeritur etiam: Si alicui placeat [a] quod sic sibi acciderit, utrum illa placentia sive consensus sit peccatum vel non.

Et quod peccatum sit, videtur. 1. Constat enim quod illa pollutio quidam motus erat inordinatus in ipso polluto; tale autem placere non debuit; sed placentia [b] eius, quod placere non debuit, magis mala est; quare videbitur peccatum esse consensus ille.

Sed contra. *a.* Placentia sive consensus non [c] dicitur bona vel mala [d] nisi ex parte eius super quod transit; unde, si consentimus bono, faciendo eis modis quibus debet fieri, bonus est consensus, si autem malo, malus est. Ergo, si pollutio illa carnis, quae praecessit, aut [e] fuit indifferens quiddam aut bonum, quia poenale fuit, poenale autem secundum quod huiusmodi bonum est animae patienti, videtur quod placentia illa super pollutionem praeteritam nullo modo fuerit mala et ita neque [f] peccatum.

b. Praeterea, ex aliqua causa bona potest esse quod placeat illi [g] quod fuerit pollutus, sicut forte placet illi, quia prius sentiebat se gravatum, nunc autem sentit se exoneratum. Si ergo haec non sunt nisi bona, quare erit illa placentia mala?

Solutio: II. Ad primum dicimus quod secus est de consensu praecedente actum et de eo qui sequitur. Consensus enim praecedens causa est actus, qui ex ipso consequitur [h], et ideo et bonitatem et malitiam eamdem vel consequentem possunt sortiri actus et consensus ille sive placentia. Sed consensus qui sequitur actum, cum iam omnino actus ille perfectus sit antequam [i] placentia illa veniat, non est causa illius actus, et ideo ille consensus, sive bonus [k] sive malus sit, actui praecedenti non imponit malitiam vel bonitatem. Unde concedimus bene quod ex consensu illo non fit pollutio praecedens peccatum, sicut obiciebatur.

---

[a] L om. *v. s. p.* [b] FL *obiectum.* [c] BT add. *est.* [d] F *sue.* [e] B add. *est.* [f] V *cogitatione.* [g] V *differentia.* [h] VFR add. *non,* quod LZ exp. [i] BRL *imaginata.* [k] F *obicitur.* [l] Ita VF (mg.), alii om. [m] V *initium.* [n] V *perveniat,* B om. [o] F *presentiat;* R *se semper sentiat* pro *s. p.* [p] RL om. [q] V om. [r] V om. [s] LZ *quis.*

[a] V *placentia,* T *liceat.* [b] V *secundum placentiam* pro *s. p.* [c] V om. [d] L om. *v. m.;* V om. *nisi.* [e] R *ante.* [f] L *in.* [g] T *ei.* [h] T *sequitur.* [i] T add. *etiam;* B om. *illa.* [k] V om. *s. b.;* Z om. *sit.*

[1] *Sentent.*, III, c. 6, n. 14 (PL 83, 671). [2] *Epist.*, XI, ep. 64 (PL 77, 1195). [3] Cap. 9, 21.

III. Ad illud [a] autem, quod quaeritur 'utrum consensus respectu iam facti peccatum sit', dicimus quod potest esse [b] sic et aliter. Si enim fuerit pollutio ex debilitate naturae vel infirmitate et postmodum ei, cui accideret [c], excitato placeat propter hoc quod melius serviet [d] Deo, non credimus talem consensum esse peccatum. Si autem [e] placeat propter exonerationem naturae tantum, utpote quia prius erat gravatus, modo sentit se alleviatum, et dico 'tantum' [f] ut nullam ibi velit delectationem esse, adhuc non credimus hic [g] esse peccatum. Si autem excitato placeat, non sicut dictum est, sed placeat ei delectatio in vigilando, quam [h] habebat aliquo modo sensualitas in dormiendo, dum consummatur pollutio in vigilia, quae inchoata fuerat in somno, sicut accidit, cum aliquis in polluendo excitatur prius dormiens, tunc [i] potest esse peccatum; et hoc secundum duos modos. Aut enim cum excitatur quis et habet placentiam circa huiusmodi delectationem, quae orta fuerat [k] dormiendo, est motus quasi subitus vel repentinus tantum, ita quod non ex deliberatione consentit delectationi illi, et, si deliberaret, non consentiret, et sic est veniale peccatum ratione consummationis factae in vigilia. Aut movetur non solum repente, sed etiam consentit delectationi quae obrepserat in somno, quod etiam placeret sibi habere vas debitum receptioni talis materiae, in [l] quod refunderet illam, et hoc ex deliberatione, tunc tale, quamvis initiatum sit dormiendo, fit tamen mortale per [m] huiusmodi consummationem in [n] vigilia. Unde Matth. 5,28 non solum dicitur peccatum moechari exterius nec solum concupiscere, sed etiam videre *ad concupiscendum*, etiam mortale [o]; et ita, cum hic sit plus quam videre *ad concupiscendum*, ex consensu facto in vigilia erit huiusmodi mortale. Unde is erit ordo ut in somno, secundum [p] quod huiusmodi nullum sit peccatum, etiam si sit ibi aliqua sensualis delectatio; in vigilia autem, si ibi consummetur pollutio et sit placentia delectationis repentina solum, tunc veniale; si autem sit plenus consensus, tunc mortale [a]. Et sic potest videri quod supra praemittebatur [b], videlicet quantum ad quid pollutio in somno potest fieri peccatum, utpote quantum ad consummationem in vigilia, et quale.

IV. Ex iis etiam [c] quae dicta sunt, potest videri quiddam quod posset quaeri, scilicet de comparatione istarum pollutionum, scilicet quae maior est [d] et quae minor, hoc est quae magis accedit [e] vel recedit a peccato.

Dicimus enim quod minima est quae fit ex infirmitate vel debilitate; postmodum illa quae est ex superfluitate nutrimenti non scienter sumpti; deinde vero illa quae est ex crapula. Sed tamen [f] intelligendum est quod ex crapula potuit esse dupliciter: aut enim fuit solummodo pollutio ex superfluitate nutrimenti sumpti ad crapulam aut non solummodo ex illa [g], sed etiam libido, quae movit ad crapulam, movit [h] quodam modo ad pollutionem sive ad delectationem talem in sensualitate ex cognatione [i] quam habebat delectatio gulae ad delectationem luxuriae, ut [k] sicut venter et genitalia fuerunt proxima, ita delectatio secundum haec et secundum illa; et tunc prior pollutio minor est, sequens autem maior: unde in hac remota causa, scilicet ipsa libido, peccatum est. Ultima autem maior est, quae est ex turpi imaginatione, et specialiter quando est ab homine illa turpis imaginatio. Non enim dicitur esse [l] ex turpi imaginatione, quia sit status in ipsa imaginativa [m], immo etiam transeat huiusmodi usque ad rationem; et ideo tunc anima, mota circa talia phantasmata, est tota causa huiusmodi pollutionis, quod non fuit in aliqua aliarum diffentiarum. Unde haec est maior.

256 ARTICULUS II.

Utrum pollutio posset dici naturalis secundum naturam primitus institutam.

Quaeritur postea utrum pollutio posset [n] dici naturalis secundum naturam in primo statu manentem.

Et quod sic, videtur. 1. Aliae enim eiectiones superfluorum secundum vim expulsivam naturaliter [o] possent fieri in primo statu, utpote per os, per nares et [p] huiusmodi; ergo, si is fuit ordo ut [q] superfluum nutritivae [r] cederet in augmentativam et superfluum augmentativae in generativam, et ita esset revera, si istae [s] operarentur successive solum [t], ita quod tantum una

---

[a] BT *aliud*, L *idem*, FZ *id.* [b] BT add. *et.* [c] B *accidit.* [d] B *serviat*, quod L corr. [e] Ita V, alii *etiam.* [f] V *tamen.* [g] V *hoc.* [h] L *quem.* [i] BT *totum.* [k] R *fuerit.* [l] L om. [m] V *propter.* [n] LZ *etiam*, quod F corr. [o] BT add. *est;* LZ *mortale est* pro *e. m.*, quod F corr. [p] FR add. *hoc*, quod Z corr.

[a] V add. *est.* [b] Ita VL, alii *promittebatur.* [c] FZ om., in L est add. interl.; FLZ *predicta* pro *dicta.* [d] Ita V, alii om. [e] L *accidit*, quod F corr. [f] Ita FL (correcti), alii *tantum.* [g] BT *illo.* [h] L om. *a. c. m* [i] V *cogitatione*, B *cognitione;* V om. *quam.* [k] L *et;* V *ventum* pro *venter.* [l] TR om. [m] Z *imaginatione.* [n] Z *possit.* [o] L *non aliter.* [p] BT *per.* [q] L om.; V *htis* pro *is.* [r] V *nutritivum.* [s] VF (corr.) *ista.* [t] R *tantum.*

post alteram, et ultra generativam non [a] est alia vis ad quam cedat superfluum generativae: hoc solum relinquitur [b], ut videtur, etiam secundum naturam bene institutam, ut superfluum ipsius [c] generativae naturaliter eiciatur vi [d] expulsiva; hoc autem fit per pollutionem; esset ergo pollutio naturalis in primo statu.

2. Praeterea, illud idem quod est recte ad generationem, dum effunditur in debitum vas [e], pollutio est extra debitum vas effusum; sed etiam manente natura in primo statu, quod adhiberetur debitum [f] vas aut non, hoc erat accidentale: unde possibile fuit quod non adhiberetur; quare et [g] possibile fuit pollutionem contingere, etiam secundum primum statum naturae.

Sed contra. *a.* Pollutio omnis habet delectationem orientem ex concupiscentia carnis contra spiritum, de qua ad Gal. 5,17; sed omne quod huiusmodi est, ex corruptione naturae primitus institutae est; non ergo erat possibilis pollutio secundum naturam primitus institutam.

[Solutio]: Ad hoc dicimus, secundum Augustinum [1], quod secundum naturam in primo statu omnia, quae erant in homine, ita erant in obedientia sui superioris et [h] unumquodque respectu alterius, ut tandem omnia regerentur et [i] obedirent imperio et [k] intentioni supremi regentis sive imperantis; unde tunc nihil erat possibile accidere in corpore humano, quod non intenderet ratio; sed [l] in primo statu nunquam vellet ratio nisi bonum nec intenderet; unde quantum ad omnia, quae spectabant ad vim generativam, nihil intenderet nisi [m] generare prolem, et hoc ad cultum Dei; haec autem, videlicet prolis generatio, nunquam fuit per pollutionem, cum desit debitum vas, et etiam [n], quod plus est, si esset debitum vas [o] et esset generatio, non tamen ad cultum Dei, adhuc non esset hoc [p] secundum naturam primitus institutam. Cum ergo tunc nihil accideret praeter naturae intentionem, patet quod non [q] posset tunc pollutio accidere.

[Ad obiecta]: 2. Ex quo patet solutio ad secundum [r] obiectum. Manente enim natura in primo statu, nunquam effunderet extra vas debitum.

1. Ad id autem quod primo obicitur, quod 'aliae superfluitates possent eici [s] naturaliter': dicimus quod forte in primo statu nulla esset omnino superfluitas eicienda [t] in corpore humano [2]; quod [u] si est verum, tunc falsum supponebat illa ratio. Tamen supposito quod essent illae et eici possent, adhuc dicimus quod non esset simile hinc et inde: superfluitas enim seminis totaliter debebat [v] esse ad generationem. Unde etiam tunc non esset aliquod semen [x] quod non esset aptum ad generationem, qualiter nunc accidit in multis hominibus et mulieribus et sicut accidit de ovis [y] venti in avibus ex quibus non potest produci animal. Si ergo tunc esset superfluitas seminis, ex quo non fieret generatio, superfluitas illa esset praeter intentionem naturae et rationis: quod non poterat esse [z] primo statu durante; et ideo nunquam potuit pollutio accidere nisi post naturae corruptionem, ex qua originaliter ortum habebat.

ARTICULUS III. 257

Utrum generativa sit infirmior et excusabilior aliis viribus.

Quaeritur postea: 1. Inter omnes peccantes, qui maxime excusabiles sunt [a], sunt qui peccant ex infirmitate aut saltem, si non maxime, excusari tamen debent plus [b] quam alii qui non ex infirmitate, et quanto infirmiores, tanto excusabiliores iis qui minus. Si ergo inter omnes vires maxime [c] corrupta est generativa in homine, excusabilis videtur esse magis in executione actuum suorum quam aliae; ergo quod prodeat in actum suum, minus imputabitur [d] ad peccatum circa [e] ipsam quam circa alias; sed nutritiva et augmentativa possunt prodire in actus suos absque peccatis; ergo et ipsa generativa poterit. Cum ergo unum operum suorum sit emittere [f] superfluitatem per pollutionem, videtur quod pollutio poterit fieri et [g] in somno et in vigilia absque peccato.

[Solutio]: Ad quod dicimus quod est quaedam infirmitas, quae est poenalis tantum, et est alia, quae est poenalis et vitiosa [3]. De illa, quae est poenalis tantum, verum est quod quanto maior est [h], tanto excusabiliorem reddit illum in quo est, si peccet ratione illius. Sed de illa, quae poenalis

---

[a] Z *nunc.* [b] BTFL *relinquetur.* [c] V *ipsi.* [d] B *in.* [e] VFL *debito vase,* quod Z corr. [f] R om. [g] V *in,* LZ *etiam,* quod F corr. [h] BTR om. [i] R add. *ut.* [k] T om. [l] VZ *si.* [m] Z *vel intenderet nihil* pro *n. i. n.* [n] V *ita.* [o] B om. *et... vas.* [p] V om., Z *hec;* L *erit* pro *esset.* [q] Z *nisi.* [r] R *secundo.* [s] V *elici.* [t] B *eiciendi.* [u] V *et.* [v] Z *deberet.* [x] V *membrum.* [y] B *eius;* L om. *d. o.* [z] B add. *in.*

[a] V *sint.* [b] LZ *potius,* quod F corr.; V om. *tamen.* [c] B om. [d] V *reputabitur,* Z *imputabatur,* quod F corr. [e] V *contra,* item infra. [f] V add. *per.* [g] BL om. [h] T om.; Z *maiorem* pro *m. e.*

[1] Cf. *De peccat. merit.*, II, c. 22 (PL 44, 172) et *De nupt. et concupisc.*, I, c. 6 (PL 44, 417).

[2] Cf. Alex. Hal., *Summa theol.*, II, p. 700, *ad 5.*

[3] Cf. Gregor. M., *Epist.*, XI, ep. 64 (PL 77, 1195).

est et vitiosa, non est verum quod quanto maior est, tanto excusabilior reddatur infirmus illa. Et hoc patet manifeste hoc exemplo: aliquis existens in gratia peccat, peccans infirmatur, et ex illa impotentia occasionaliter cadit in aliud peccatum, et ex illo infirmior est et sic deinceps; tamen, licet sit modo infirmior, non est excusabilior [a] qui peccat ex consuetudine, licet sit infirmior, quam qui semel peccavit tantum: ipsa enim infirmitas sua vel ex quo infirmabatur erat ex peccato ipso. Dicimus ergo quod poenalitas sive corruptio, quae est in generativa, non est poenalis tantum, sed est poenalitas vitiosa, utpote quae est causa peccati originalis in posteris. Fuit enim in ipsa duplex corruptio: una in se, qua [b] erat impotens resistere malo et pronus [c] ad peccatum, et haec fuit corrupta sicut et aliae; alia autem fuit, eo quod habebat corruptionem non solummodo [d] in se, sed ad transfundendum in aliis, quod non habuit aliqua aliarum: et quantum ad hoc dicitur magis corrupta vel infirmior quam aliae.

[Ad obiecta]: 1. Quod ergo dicitur quod infirmior vis magis debet excusari, hoc intelligendum est [e] esse verum, quando ille excessus infirmitatis in ipsa infirmiori [f] est in eodem genere in quo fuit infirmitas aliarum; sic autem non fuit hic: maioritas enim infirmitatis, qua abundat generativa a ceteris, non fuit in eodem genere, in quo fuit aliarum infirmitas, sicut manifestatum [g] est.

Sed adhuc obicietur: Abstracta illa corruptione, quae est ipsius generativae respectu transfusionis in alios, numquid adhuc infirmior est in se quam aliae vires? — Ad quod dicimus [h], secundum primam distinctionem, quod, etsi infirmior sit, tamen infirmitas ista non solum est poenalis, sed poenalis et vitiosa [i]; et revera tantum est infirma ista [k] ut ipsa non possit exire in actum suum sine vitio, loquendo absolute, nisi excusetur vitium per aliquod bonum. Et ratio huius est, sicut iam dictum est in Quaestione de originali peccato [1], quoniam, cum natura tota peccasset in Adam peccante, debuit corrumpi actus ipsius naturae, non solummodo corruptione poenali, sicut alii actus, qui erant naturales, scilicet actus nutritivae et augmentativae, sed etiam corruptione vitiosa. Unde, propter hoc quod debita erat haec vis naturae specialius quam aliae, naturae communi dico propter peccatum naturae, specialiter inflictum est huic potentiae, et non alii, ut non posset exire in actum suum sine [l] peccato, nisi excusaretur aliquo bono; quod non fuit in aliis viribus, quae corruptae fuerunt tantummodo corruptione poenali, sed non vitiosa.

258 ARTICULUS IV.

Utrum pollutio reddat indignum ad Sacramentum Altaris [2].

Ultimo quaeritur de causalitate ipsius pollutionis, secundum quod causa dicitur esse indignitatis ad Sacramentum Altaris.

Videtur enim quod non debeat accedere ad Sacramentum huiusmodi qui [m] **pollutus est nocte,** 1. per illud quod dicitur I Reg. 21,4. Dicitur enim quod, cum venisset David ad Abimelech sacerdotem et petiisset panes propositionis, noluit Abimelech dare nisi *mundi* essent *pueri a mulieribus*. Si ergo illud fuit figura [n] Sacramenti Altaris a quo prohibebat immunditia corporalis, multo magis immunditia corporalis prohibet accessum ad veritatem ipsius sacramenti.

2. Item, actus uxorius [o], qui et meritorie potest fieri, prohibet de congruo hominem accedere ad hoc sacramentum: cuius est ratio quia in hoc sacramento maxime debet homo esse conversus ad spiritualitatem in percipiendo [p] illud, in hoc autem actu [q] maxime efficitur homo caro; valde ergo disconveniunt huiusmodi actus et perceptio ipsius sacramenti. Multo magis ergo [r] ipsa pollutio debet repellere a perceptione ista, cum non possit fieri meritorie et sit ibi maior foeditas [s] sive inquinatio quam in actu uxorio. — Sed contra hoc est auctoritas Gregorii [3], in qua dicitur quod « illusio per crapulam facta a perceptione sacri mysterii prohibere non debet, sed ab immolatione sacri mysterii, ut arbitror, abstinere debet humiliter ».

3. Sed videtur quod etiam debet abstinere a perceptione. Dicitur enim super illud Deuter. 23,12, ubi dicitur quod deberent [t] ferri immunditiae extra castra: « Redditur causa, quia *Dominus in medio castrorum ambulat* [u 4] ». Si ergo haec erat causa [v], cum multo magis Dominus in Sacramento Altaris

[a] L add. mg. *quam.* [b] Z *que.* [c] BT *prona.* [d] L *solum.* [e] L *intellige*, quod FZ corr. [f] VR (corr.) *infirmior.* [g] V *manifestum.* [h] V *dicunt.* [i] R add. interl. *ideo inculpabilis.* [k] V *illa.* [l] L *si non*, Z *sed non.* [m] V *quia.* [n] Z *signum.* [o] Z *uxoris.* [p] VT *participando.* [q] T *statu*; R *fit* pro *efficitur.* [r] L om., in FZ est add. mg. [s] VR *fecunditas*, quod LZ corr.; VB *fit* pro *sit.* [t] BT *debent*; R *debere*, quod F corr. [u] FLZ *ambulabat.* [v] FL add. mg. *quia Dominus in medio castrorum ambulat.*

1 Cf. supra, num. 239.
2 Cf. S. Bonav., IV *Sent.*, d. 12, p. 2, a. 2, q. 3 (IV, 297 sq.).
3 *Epist.*, XI, ep. 64 (PL 77, 1199).
4 Deuter. 23, 14.

posset[a] dici esse *in medio castrorum* — est enim ibi ipsa divinitas vere et ipsa humanitas ratione corporis et animae — nullo ergo modo debet accedere pollutus ad percipiendum[b]. Ibi etiam dicit Glossa[1] quod etiam[c] « corporalem munditiam diligit Deus ».

4. Item, plus unitur[d] et incorporatur aliquis[e] Christo in perceptione[f] Sacramenti Altaris quam in consecratione: potest enim existens in mortali[g] consecrare, non tamen incorporari. Cum ergo maius sit illud in quo fit incorporatio, debet abstinere a perceptione.

[Solutio]: Ad quod responderi potest quod dupliciter dicitur debitum: vel iustitiae vel congruitatis. Quantum est de[h] debito iustitiae, non prohibetur ille, qui pollutionem habuit per superfluitatem nutrimenti assumpti[i], a perceptione sacri mysterii: praecessit enim in praecedenti ipsa superflua sumptio et potuit purgari per poenitentiam; unde remanet tantum pollutio sicut poena. Quantum autem est de debito congruitatis, abstinere debet ab immolatione sacri mysterii, nisi fuerit maxima necessitas, ut si teneatur celebrare quotidie nec habeat quem substituat, vel si solemnis fuerit dies, ita[k] quod scandalum esset nisi[l] celebraret.

[Ad obiecta]: 1. Primae ergo duae rationes sic intelligendae sunt ut si immundus fuerit a mulieribus, non accedat, eo quod indignus est[m] propter peccatum et tenetur[n] abstinere, manente peccato. Non autem sic est de pollutione, quae potest fieri sine peccato; si vero esset cum peccato, similiter est abstinendum.

2. Ad aliud[o] vero dicendum quod aliud est de actu uxorio et de actu pollutionis. In actu enim[p] uxorio, licet[q] meritorie possit fieri, tamen de difficili fit sine peccato aliquo, eo quod immiscet[r] se libido. Et ideo in partibus illis, ubi sacerdotes habent coniuges, sicut est[s] in partibus Orientalibus, propter honestatem non accedebant ad ministrandum, cum cognovissent uxores. Pollutio autem sine peccato potest fieri et, licet tanta sit foeditas in carne, non tamen in anima.

3. Ad tertio obiectum dicendum[a] quod illud Deuter. 23, 12[2] in figura intelligebatur. Unde qui habent immunditiam[b] spiritualem mortalem, quae vere est immunditia, non accedant ad perceptionem sacramenti, quia *Dominus* est *in medio castrorum*[c], cuius sunt *oculi mundi et ad iniquitatem respicere non potest*, sicut dicitur[d] Habac. 1, 13. Si vero fiat sermo de corporali munditia, illam etiam diligit Deus; unde nullatenus facienda est in castris; castra autem spiritualia sunt ipsae ecclesiae; unde non convenit ministris ecclesiae iacere intra[e] ecclesias dedicatas, propter immunditias corporales, quae eis accidunt, si aliter fieri possit.

4. Ad ultimum vero dicendum[f] quod aliud est de perceptione et aliud de consecratione. Consecrare enim sacerdotum est, percipere vero est[g] clericorum et laicorum[h]; consecrans etiam ordinat se ad percipiendum et non e converso, ideo maior dicitur actus; multa autem repellunt[i] a maiori, quae non repellunt a minori. Unde[k] multa sunt illicita sacerdotibus, quae[l] licita sunt populo; et licet incorporetur aliquis Christo in perceptione digna Sacramenti Altaris, pollutio poenalis tantum non omnino reddit indignum. Unde distinguendum est quod quaedam est poenalis tantum in se et in origine[m] sua, quaedam vero est poenalis et vitiosa ratione originis. Cum autem est vitiosa ratione originis, aliquando concomitatur peccatum, aliquando antecedit. Cum concomitatur, de congruo videtur esse abstinendum, quousque fiat purgatio a vitio vel per contritionem vel etiam per confessionem; si vero veniale peccatum fuerit concomitans et necessitas immineat celebrandi nec sit cui confiteatur, ipsa necessitas excusat.

---

[a] BT *possit.* [b] FLZ *perceptionem.* [c] V *in*, FL om., in Z est add. mg. [d] BT *utitur.* [e] V *quis.* [f] L *participatione*, quod Z corr. [g] BT add. *peccato.* [h] L om., in R est add. interl. [i] Z *sumpti.* [k] R om. [l] BT *si non.* [m] FL om., in Z est add. mg. [n] L *teneatur*, quod F corr. [o] V *id.* [p] L *est*, quod F corr. [q] T add. *enim;* L *posset* pro *possit.* [r] Z *immittet*, quod FL corr. [s] V om.

[a] Ita V, B *obiectum dicendum est*, alii *vero obiectum dicendum est* pro *o. d.* [b] BT om. [c] Z add. *et.* [d] T *dicitur enim* pro *s. d.*; B om. *sicut.* [e] Ita V, alii *infra.* [f] F add. *est.* [g] FLZ om. [h] FLZ add. *et.* [i] LZ *etiam repelluntur*, pro *a. r.*, quod F corr. [k] L *quoniam*, quod F corr. [l] Z add. *non.* [m] V *ordine.*

[1] *Ordin., In Deuter.* 23, 12 (PL 113, 478).

[2] Cf. *Glossa ordin.*, loc. cit.

QUAESTIO III.

DE PECCATO ACTUALI.

Completo tractatu de originali peccato, adiuvante Domino transeundum est [a] ad considerationem actualis peccati, in quo [b] persona corrumpit personam.

Primo ergo videndum est de definitionibus [c] actualis peccati;
secundo, de divisionibus actualis peccati;
tertio, de speciebus.

259

CAPUT I.

DE DEFINITIONIBUS PECCATI ACTUALIS [1].

Cum autem plures sint definitiones, quae datae sunt [d] a Sanctis de actuali peccato, quasdam tangemus, quae principaliter congruunt praesenti tractatui.

1. Dicit enim Augustinus [2] quod « peccatum est conversio voluntatis indebita ad commutabile bonum ».

2. Item, in libro *De libero arbitrio* [3]: « Peccatum est, spreto incommutabili bono, adhaerere commutabili bono ».

3. Item, Ambrosius [4]: « Peccatum est praevaricatio legis divinae et caelestium [e] inobedientia mandatorum ».

4. Item, Augustinus, in libro *De vera religione* [5]: « Peccatum est appetere quae [f] Christus contempsit, vel fugere quae Christus [g] sustinuit ».

5. Item, in libro *Sententiarum* [6]: « Peccatum est dictum vel factum vel concupitum contra legem Dei ».

6. Item, Augustinus, in libro *De libero arbitrio* [7]: « Peccatum est [h] affectio mala voluntaria ».

7. Item, Augustinus [8]: « Peccatum est actus incidens ex defectu boni ».

8. Item, Anselmus [9]: « Peccatum est carentia debitae iustitiae ex propria voluntate procedens ».

Sic enim dividitur actuale peccatum contra originale; originale enim peccatum est carentia [i] debitae iustitiae aliunde contracta [k].

Cum ergo tot sint [l] definitiones peccati, sic possunt inter se distingui secundum comparationem ad causas diversas, vel quae sunt peccati vel sui oppositi: peccatum enim in privatione consistit. — Definitur autem peccatum actuale penes materiam multipliciter. Est enim materia in qua et est materia circa quam et est materia ex [m] qua. Materia in qua determinatur cum dicitur: « Peccatum est affectio voluntaria » etc.; affectio enim voluntaria est illud, in quo fundatur primo peccatum actuale. Materia vero circa quam notatur cum dicitur: « Peccatum est [n] dictum vel factum » etc.; circa enim haec contingit esse peccatum. Materia vero ex qua notatur cum dicitur: « Peccatum est actus incidens ex defectu boni »; nam cum dicitur 'ex defectu boni', notari potest defectus potentiae vel scientiae vel bonitatis, prout [o] dicitur 'peccatum aliud est ex infirmitate' etc. — Definitur etiam peccatum penes formam suam, scilicet privationem, cum dicitur [p] « carentia debitae iustitiae » etc., et adiungitur causa propria efficiens, cum dicitur [q] « ex propria voluntate » etc. — Definitur etiam respectu causae finalis sive respectu finis ipsius peccati, cum dicitur: « Peccatum est conversio voluntatis indebita ad commutabile bonum ». Definitur etiam respectu causae finalis a qua deficit, cum dicitur: « Peccatum est [r] aversio ab incommutabili

---

[a] L om. [b] V *quod in* pro *i. q.* [c] V *de definitione*, pro *e. d. d.* [d] Ita VF, alii *sint.* [e] BT *celestis.* [f] Z *quod*, item infra. [g] V om. *contempsit... Christus.* [h] T om. [i] B *carentie;* V *contra carentiam* pro *contra originale... carentia.* [k] Codd. *contractum.* [l] V om. [m] V *de.* [n] V om.; L om. *etc.*, in FZ est add. mg. [o] L *ut*, quod FZ corr. [p] Z add. *etiam.* [q] T om. [r] L om.

1 Cf. Lombard., II *Sent.*, d. 35, c. 1 (p. 491 sq.); Ioan. de Rupella, *Summa de vitiis* (fol. 6b); S. Bonav., II *Sent.*, d. 35, dub. 6 (II, 838 sq.).

2 *De lib. arbit.*, I, c. 16, n. 35; II, c. 19, n. 53; III, c. 1, n. 1 (PL 32, 1240, 1269 sq.).

3 Loc. cit.

4 *De paradiso*, c. 8, n. 39 (PL 14, 292).

5 Cap. 16, n. 31 (PL 34, 135).

6 Cf. supra, nota 1, ex Augustino, *Contra Faustum*, XXII, c. 27 (PL 42, 418).

7 Lib. III, c. 9, n. 26 (PL 32, 1284).

8 *Hypognost.*, IV, c. 1 (PL 45, 1639).

9 Cf. *De casu diaboli*, cc. 9 et 16; *De conc. virgin.*, cc. 3 et 6, (PL 158, 436, 440, 337, 349).

bono » sive [a] « spreto incommutabili bono [b] » etc. — Definitur etiam respectu efficientis a quo deficit, cum dicitur: « Peccatum est praevaricatio legis » etc. — Definitur etiam respectu exemplaris a quo deficit, cum dicitur: « Peccatum est appetere quae Christus contempsit » etc. Sic ergo potest definiri et per causas proprias et per defectus causarum ipsius boni.

Quaedam autem definitiones sunt communes veniali peccato et mortali, ut « peccatum est affectio mala voluntaria » et « peccatum est actus incidens ex defectu boni » et « peccatum est conversio voluntatis indebita ad commutabile bonum ». Quaedam vero sunt propriae actualis [c] mortalis, ut « peccatum est praevaricatio legis divinae [d] » etc. et « peccatum est dictum vel factum vel concupitum contra legem Dei » et « peccatum est appetere » etc. — tamen et illa posset esse venialis peccati — et « peccatum est carentia debitae iustitiae », quae convenit actuali [e] mortali secundum quod debita iustitia dicitur esse in persona secundum se: nam si referatur ad actum tantum, potest dici quod veniale peccatum est carentia debitae iustitiae.

CAPUT II.

EXPLANATIO SINGULARUM DEFINITIONUM PECCATI ACTUALIS.

ARTICULUS I. 260

De prima definitione.

Potest autem obici de illa definitione: « Peccatum est conversio [f] » etc. Indebitum enim dicitur, quod est contrarium debito; sed veniale peccatum non est conversio ad mutabile bonum contraria debito: potest enim simul stare veniale [g] peccatum cum virtute vel gratia; ergo non est illa definitio communis peccato actuali mortali et veniali [h].

[Solutio]: Ad quod dicendum quod indebitum potest dici dupliciter: vel defectum a debito aliquo vel contrarium universaliter. Si primo modo, sic potest convenire veniali: qui enim venialiter peccat in locutione, illo actu [i] deficit a rectitudine locutionis, nihilominus tamen potest habere modestiam virtutem, secundum quam potest elicere alios actus rectos.

ARTICULUS II. 261

De secunda definitione.

Item, obicitur quantum ad secundam definitionem: « Peccatum est, spreto incommutabili bono » etc.

I. Potest quaeri, cum idem sit peccatum et malum, utrum ex eadem ratione dicatur malum et peccatum, vel malum quantum ad aversionem sive contemptum, peccatum vero quantum ad conversionem [k].

Et videtur quod [l] **sic.** *a.* Peccatum enim trahitur in species ex parte conversionis; ex illa vero [m] parte debet accipi genus, ex qua parte [n] species; ergo ex parte conversionis habet esse in genere.

b. Item, nullus vult malum, sed aliquis vult converti ad mutabile [o] bonum; sed nullus vult averti a summo bono; ergo malum non est secundum suam rationem in conversione, sed in aversione [p].

Contra. 1. Videtur quod peccatum magis determinetur in aversione. Peccatum enim commune est originali et actuali; sed conversio non est commune utrique, aversio [q] vero passive dicta commune est utrique; ergo peccatum consistit in aversione.

2. Praeterea, conversio ad mutabile bonum non dicit de se malum; peccatum vero dicit de se malum [r]; ergo peccatum magis determinatur in aversione.

3. Similiter videtur quod malum communiter se habeat ad aversionem et conversionem, per hoc quod dicitur Ierem. 2,13: *Duo mala fecit populus meus: me dereliquerunt fontem aquae vivae,* ecce aversio, *et foderunt sibi cisternas*

---

[a] L *si vero*, Z *si vere*. [b] LZ om. [c] LZ add. *et*, quod F delev. [d] BT om. [e] LZ add. *et*, quod F delev. [f] VFRL *aversio*. [g] V om. [h] BTR *actualis mortalis et venialis* pro *a. m. e. v.* [i] L om. [k] T *aversionem*. [l] TR om. [m] B *enim*. [n] Z om. [o] T *commutabile*. [p] V om. *s. l. a.*, in L est add. mg. [q] V *conversio*, quod R corr. [r] Z om. *peccatum... malum*.

dissipatas, ecce conversio; et utrumque est malum; ergo malum consistit in conversione.

4. Item, peccatum veniale consistit in conversione, et non in [a] aversione sive contemptu; et peccatum [b] veniale est malum; ergo malum consistit in conversione.

II. Praeterea, quaeritur utrum aversio a bono incommutabili et conversio ad bonum commutabile sint [c] unus motus aut diversi.

Et videtur quod sic, 1. per hoc quod dicitur [d] Ierem. 2, 13: *Duo mala fecerunt populus meus;* sed duplex malitia non fundatur nisi super duplicem motum; ergo conversio et aversio sunt duo motus.

Contra. *a.* Recessus ab uno termino et accessus ad alterum terminum non dicunt duos motus: idem enim motus est quo reditur a Sancto Dionysio et itur [e] Parisius; cum ergo contemptus sive aversio sit recessus a Deo, conversio vero sit accessus ipsius voluntatis ad creaturam, erunt conversio et aversio idem motus, cum sic referuntur ad duos [f] terminos.

b. Praeterea, uno et eodem actu, scilicet actu [g] mortalis peccati, fit aversio [h] ab incommutabili bono [i] et conversio ad commutabile bonum [k]; ergo sunt unus motus.

[Solutio]: I. Ad quod dicendum quod, licet peccatum et malum respiciant utrumque, tamen peccatum actuale respicit plus a parte conversionis indebitae, malum vero plus ex parte aversionis.

[Ad obiecta]: 1. Ad obiectum autem dicendum quod, licet peccato actuali et originali sit commune aversio, non propter hoc peccatum actuale, in quantum actuale [l], consistit plus in aversione, sed in quantum est mortale; hic autem loquimur de peccato [m] actuali in quantum actuale. Praeterea, sicut peccatum originale duo dicitur habere in se, scilicet carentiam et concupiscentiam, ita peccatum actuale mortale [n] aversionem et conversionem.

2. Ad secundum vero dicendum quod, licet conversio communiter dicta non dicat de se malum, conversio tamen, prout est in ratione peccati, dicit conversionem indebitam, et sic est malum et peccatum.

II. Ad id vero quo quaeritur 'utrum conversio et aversio sint idem motus vel idem malum', dicendum est quod, cum dicitur Ierem. 2, 13: *Duo mala* etc., intelligendum est sic ut delictum et commissum sint duo mala. Quidam enim potest derelinquere Deum et non converti ad idola, et est unum peccatum et unum malum [o]; quidam vero convertuntur ad idola, et ita addunt malo malum. Si vero unico actu utrumque fieret, non dicerentur duo mala ratione duorum subiacentium, sed duplex malum [p] comparatione diversorum terminorum: et hoc modo est in peccato actuali mortali. Unde unicus est motus, sed ille motus ex comparatione ad diversos terminos diversam recipit denominationem [q], ut dicatur recessus et accessus.

262 ARTICULUS III.

De tertia definitione.

Circa tertiam definitionem sic obicitur: Videtur quod non convenienter sit assignata. 1. Idem enim videtur designari per praevaricationem legis et per inobedientiam mandatorum: quicumque enim praevaricatur contra legem, inobediens est respectu mandatorum et e converso.

2. Item, dicit Augustinus, *Super Leviticum* [1]: « Quaedam sunt prohibita, quia mala; quaedam vero mala, quia prohibita ». Fiat ergo sermo de malo ante prohibitionem: in tali non est praevaricatio legis nec inobedientia mandatorum; et in perpetratione illius fit peccatum; ergo non est universalis definitio peccati: « Peccatum est praevaricatio » etc.

3. Item, potest sic argui: Contrarium non convertitur cum contrario; ergo propositum non convertitur cum proposito; sed obedientia non convertitur cum virtute; ergo inobedientia non convertitur [r] cum peccato.

[Solutio]: 1. Ad quod dicendum quod illa duo posita in definitione peccati secundum Ambrosium, sic distinguuntur quemadmodum distinguuntur lex et mandatum. Cum enim [s] praecipitur, tunc est mandatum; cum autem statuitur, tunc est lex; aliud autem est iuberi et statui, ideo differunt [t] praevaricatio legis et inobedientia mandatorum. — Vel aliter, ut lex dicatur in declinatione a malo, secundum quod lex dicitur

---

[a] TZ om.; F om. *et.* [b] T add. *enim.* [c] LZ *fuit,* quod F corr. [d] B add. *in.* [e] L *ita.* [f] BT *diversos.* [g] L *actus,* quod F corr. [h] BTLZ *conversio,* quod F corr. [i] B om. [k] Ita V, alii om. [l] V om. *i. q. a.* [m] L om. [n] B om. [o] T om. *e. u. m.* [p] BT add. *in;* BTR *dupliciter* pro *duplex.* [q] B *denaturationem.* [r] BTRLZ *convertetur.* [s] T *autem.* [t] Ita VZ, alii *differt.*

[1] Cf. *De Gen. ad litt.,* VIII, c. 13, n. 28 sq. (PL 34, 383 sq.) et *De civit. Dei,* XIV, c. 12 (PL 41, 420).

in declinandis malis sancta [a] praeceptio, mandatum vero pertineat ad illam partem iustitiae quae est in faciendo bonum, et sic distinguantur [b] praevaricatio et inobedientia, prout ad ista referuntur.

2. Ad secundum dicendum quod illud quod dicit Augustinus, intelligitur de expresse prohibitis. Quaedam enim, quia expresse sunt prohibita, mala sunt, quae secundum se essent indifferentia; alia vero, quia sunt mala, sunt expresse prohibita. Hic autem, secundum quod accipitur haec definitio, intelligitur lex communiter ad legem naturae et ad legem [c] scriptam: utraque enim est lex divina, et hoc modo nullum est peccatum quod non in aliqua lege prohibeatur.

3. Ad tertium dicendum [d] quod, licet obedientia [e] non convertatur cum virtute, inobedientia tamen potest esse concomitans omne peccatum. Sed inobedientia accipitur dupliciter [f]: uno modo, cum aliquis non facit quod praecipitur, vel facit [g] quod prohibetur, et hoc modo concomitatur peccatum. Alio vero [h] modo accipitur inobedientia, cum non facit id [i] quod praecipitur, respiciendo ad praeceptum, vel cum [k] facit id quod prohibetur, respiciendo ad prohibitionem.

ARTICULUS IV. 263

De quarta definitione.

Circa quartam definitionem sic obicitur: 1. Sicut dicit Augustinus, in libro *De libero arbitrio* [1], « libido est radix omnium malorum et causa [a] »; libido autem est amor indebitus; ergo omne peccatum est in appetitu; superfluum ergo fuit ponere alterum membrum, quod consistit in fuga.

2. Item, fugere quae Christus sustinuit, est timoris; appetere quae Christus contempsit, est cupiditatis; sed non omne peccatum est cupiditas vel timor, sicut fornicatio quae dividitur contra cupiditatem; ergo non est haec definitio universaliter conveniens omni peccato.

Contra. *a.* Fuga dicitur esse tristium, appetitus delectabilium; delectabile autem et triste circumeunt motum [b] in voluntatibus; ergo omnis voluntas est in appetitu vel fuga; peccatum autem est [c] voluntas vel non sine voluntate; ergo omne peccatum comprehendetur sub aliquo istorum membrorum: appetere quae Christus contempsit vel fugere quae [d] sustinuit. — Quod est concedendum.

[Ad obiecta]: 1. Dicendum est ergo ad primo [e] obiectum quod, licet omne peccatum reducatur ad libidinem tamquam ad radicem et causam, libido autem principaliter sit in amore indebito sive in appetitu indebito, nihilominus [f] quoddam peccatum est ex amore male accendente [g], quoddam ex timore male humiliante [2], et secundum hoc accipitur haec definitio: libido enim accipitur communiter, ubi [h] vult quod non est volendum vel ubi respuit [i] quod volendum est.

2. Ad secundum vero dicendum [k] quod, licet non omne peccatum sit cupiditas aut timor, secundum quod proprie accipiuntur, tamen, secundum quod cupiditas et timor large accipiuntur, omne peccatum ex iis oritur causis.

ARTICULUS V. 264

De quinta definitione.

Circa quintam definitionem sic obicitur: 1. Dicit [l] Augustinus, in libro *De spiritu et littera* [3]: « Nullum peccatum est, quod non concupiscendo [m] committitur ». Ergo omne peccatum est concupitum; ergo alia duo superfluunt, scilicet « dictum vel factum ».

2. Item, non existente dicto vel facto vel [n] concupito, remanet peccatum in anima; actus enim transit et [o] macula remanet; ergo non omne peccatum est « dictum » etc.

3. Item, quaeritur si [p] conveniat peccato veniali. Et [q] videtur, per hoc quod dicitur ad Rom. 7,7: *Concupiscentiam nesciebam nisi lex diceret: Non concupisces*, et loquitur ibi de concupiscentia veniali; concupiscentia ergo venialis cadit sub prohibitione legis; ergo peccatum veniale est dictum vel factum vel concupitum contra legem Dei; ergo haec definitio convenit veniali [r] peccato.

4. Item, ad idem: Ex Lege percipitur et cognoscitur quod concupiscere non debemus et quod

---

[a] V *facta.* [b] V *distinguuntur,* R *distinguatur.* [c] L om. [d] FL add. *est.* [e] V *inobedientia.* [f] L *duplex.* [g] T om. *v. f.* [h] V om. [i] FR add. *ad,* quod L exp., Z (corr. mg.) *idem.* [k] L om.

[a] Z *tamen;* T om. *radix.* [b] B *motiva,* T *motivam.* [c] L add. mg. *fuga vel;* F om. *non,* in L est add. interl. [d] Z add. *Christus.* [e] L *primum.* [f] Z add. *tamen.* [g] L *accedente.* [h] V *ut,* item infra. [i] V *respicit.* [k] R add. *est;* B om. *non.* [l] V add. *enim.* [m] T *cupiendo.* [n] T om. [o] F om. [p] L add. mg. *concupiscentia.* [q] R add. mg. *quod sic.* [r] T om.

1 Cf. lib. I, c. 3, n. 8 et III, c. 17, n. 48 (PL 32, 1225, 1294 sq.).

2 Cf. Lombard., *In Psalm. 79,* 17 (PL 191, 766).

3 Cap. 4 (PL 44, 204).

primus motus malus est; sed quod percipitur [a] ex Lege, cadit aut sub ratione mandatorum aut promissionum aut prohibitionum aut comminationum [b]; sed concupiscentia non cadit sub mandatis, quoniam mandata sunt de bono faciendo; nec sub promissis, quia promissa sunt de bono futuro habendo; nec sub comminationibus, quoniam comminationes sunt de malo poenae vitando; ergo sub prohibitionibus Legis cadit peccatum veniale; ergo est contra legem Dei.

5. Ad idem: Eadem est ratio circuli maioris et minoris; ergo similiter eadem erit ratio iustitiae maioris et minoris [c]; sed veniale peccatum fit contra minorem iustitiam, quoniam peccans venialiter non reddit Deo honorem debitum, licet ipsum non dehonoret; peccatum autem mortale fit contra maiorem iustitiam, quia peccans mortaliter, in quantum huiusmodi, Deum dehonorat. Si ergo eadem sit [d] ratio maioris iustitiae et minoris [e], erit peccatum veniale contra Dei iustitiam sicut et mortale; sed omne quod fit contra Dei iustitiam, fit contra legem Dei; ergo peccatum veniale fit contra legem Dei.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod haec definitio convenit tantum actuali mortali peccato.

[Ad obiecta]: 1. Ad primo autem obiectum dicendum quod, licet omne peccatum concupiscendo committatur tamquam ex prima radice, nihilominus tamen dividendo peccatum per materiam circa quam erit quoddam peccatum [f] dictum, quoddam factum, quoddam concupitum.

2. Ad secundum vero [g] dicendum quod peccatum definitur hic prout est actus. Actus enim aliquo istorum modorum perpetratur [h]: peccatum enim aut est cordis aut oris aut operis. Peccatum autem, prout est macula sive habitus in anima — secundum quod dicit Augustinus, in libro *De natura et gratia* [i] [1]: « Peccatum est mala qualitas mentis » — sic remanet transeunte actu; et hoc modo non definitur hic nisi intelligatur sic: 'peccatum actuale mortale aut fit [k] mediante dicto aut facto', et ita de aliis.

3. Ad tertium dicendum quod 'esse contra legem Dei' proprie dicitur de actuali mortali: illud [l] enim est quod secundum se prohibetur; veniale autem non prohibetur secundum se, sed ne ducat ad mortale [m] per contemptum. Unde cum dicitur [2]: *Non concupisces,* sensus est: concupiscentiam non deduces ad consensum rationis. Quaedam ergo sunt directe contra legem Dei, quae sunt simpliciter prohibita; quaedam vero indirecte, et haec non sunt simpliciter prohibita [n], sicut est concupiscentia venialis, de qua dicitur Eccli. 18,30-31: *Post concupiscentias tuas non eas et a voluntate [o] tua avertere; si enim praestes [p] concupiscentias animae tuae, in gaudium facient te inimicis tuis.*

4. Ad quartum vero dicendum [q] quod quidquid praecipitur ex lege, directe cadit sub aliquo istorum quatuor; primus vero motus concupiscentiae implicite cadit [r] in iis quae sunt legis, et ideo non oportet quod sit mandatum aut promissum aut prohibitio aut comminatio, sed quod ad aliquod istorum ordinetur.

5. Ad quintum dicendum quod, licet actus venialis secundum se non sit ordinatus ad Deum, non tamen peccans venialiter iustitia privatur sicut peccans mortaliter. Et hoc est, quia actus venialis peccati non deformat subiectum sive personam, licet deformet actum; et ideo non dicitur esse contra legem Dei. Et [s] si obiciatur quod peccatum veniale ponit aliquem defectum in subiecto mediante actu, hoc non est quod ponat defectum summi boni, sed alicuius boni inferioris. — Ad id vero quod obicitur quod 'eadem est ratio maioris iustitiae [t] et minoris', dicendum [u] quod hoc verum est, cum ex eadem parte accipitur iustitia; peccatum autem veniale non ponit defectum in persona respectu rectitudinis, quae est a Deo, nisi quoad illum actum, sed non simpliciter, sed ponit defectum rectitudinis vel quoad bonum interius [v] vel quoad bonum exterius in parte, non in toto.

265

ARTICULUS VI.

De sexta definitione.

Circa sextam [x] definitionem sic quaeritur: Dicitur enim quod « peccatum est affectio voluntaria mala »; potest ergo obici de eo quod dicitur « peccatum est affectio ».

---

[a] BLZ *precipitur.* [b] B *commutationem.* [c] T om. *ergo... minoris.* [d] BT *cadit sic* pro *e. s.* [e] R add. *iustitie.* [f] L add. mg. *est.* [g] V om., FLZ add. *obiectum.* [h] L *perpetratum;* F *aliquorum* pro *aliquo.* [i] V add. *sic diffinitur.* [k] V *sit,* R *sic.* [l] R *aliud.* [m] B add. *peccatum;* V om. *unde.* [n] V om. *quaedam vero... prohibita;* BFRLZ *sic* pro *sicut.* [o] RL *auctoritate* pro *a. v.* [p] VR *prestas.* [q] RL om., in F est add. interl. [r] Z *cadunt.* [s] T *sed.* [t] BT om. [u] Ita V, alii add. *est.* [v] Ita V, alii *inferius.* [x] F *quintam.*

[1] Potius *De nupt. et concupisc.,* c. 25 (PL 44, 430) | [2] Rom. 7, 7.

Videtur enim quod peccatum sit non-res [a], 1. per hoc quod dicit Augustinus, in libro *De natura et gratia* [1]: « Peccatum dicimus non esse substantiam » sicut « abstinere a cibo non est substantia », et sicut [b] dicitur quod claudicatio est non-res; sed affectio est res; ergo peccatum non est affectio.

2. Item, Augustinus, in libro *De natura et gratia* [2]: « Peccatum est actus perperam facti ». Sed actus dividitur contra affectionem; ergo peccatum non est affectio.

3. Item, habitus et affectio dividuntur ex opposito; peccatum autem in anima est habitus malus; ergo peccatum non est affectio.

4. Praeterea, adduntur duae differentiae, scilicet quod est voluntaria et quod est mala: potest [c] quaeri a quibus oppositis separant [d] illae differentiae.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod peccatum est affectio.

[Ad obiecta]: 1. Ad hoc autem quod obicitur quod 'peccatum est non-res', intelligitur [e] ratione defectus, qui adiungitur affectioni, et ratione illius comparatur claudicationi et aliis defectibus.

2. Ad secundum vero [f] dicendum quod illud quod peccatum [g] dicitur esse 'actus' non repugnat ei quod peccatum dicitur esse 'affectio': actus enim large sumitur pro actu interiori vel exteriori, et sicut actus dividitur contra substantiam, ita affectio contra naturam. Unde Augustinus, in libro *De libero arbitrio* [3]: « Non peccatum vel supplicium peccati naturae quaedam sunt, sed affectiones naturarum ». Peccatum autem est [h] « turpis affectio voluntaria, cui propterea poenalis adhibetur, ut ordinet eam ubi [i] talem esse non turpe sit et decori universitatis congruat [k], ut peccati dedecus emundet poena peccati [4] ».

3. Ad tertium dicendum quod affectio aliquando sumitur pro passione in genere qualitatis, aliquando vero communiter sumitur pro eo quod est in vi [l] affectiva. Affectio autem, prout dicitur esse in genere qualitatis [m], dividitur contra dispositionem et habitum; prout autem dicitur illud quod est in vi affectiva [n] per modum dispositionis vel habitus, secundum hoc non [o] dividitur contra habitum, et sic est peccatum [p] affectio.

4. Ad ultimum dicendum quod duae ponuntur differentiae super genus affectionis sive super affectionem tamquam materiam in qua, quarum una, scilicet haec differentia 'voluntaria', segregat ab affectione [q] poenali, haec autem differentia 'mala' [r] segregat ab affectione voluntaria bona, quae est in actu virtutis.

ARTICULUS VII. 266

De septima definitione.

Circa septimam definitionem, quae est: « Peccatum est actus incidens ex defectu boni », potest obici 1. ratione eius quod dicitur quod peccatum dicitur « actus incidens ». Cum enim [s] ille qui peccat intendat illum actum, non videtur esse incidens: incidens [t] enim dicitur casuale vel fortuitum, quod non est a voluntate vel natura.

2. Item, cum dicitur « ex defectu boni », potest quaeri quid [u] sit illud bonum. Videtur enim quod sit illud bonum quod opponitur peccato: peccatum enim est privatio boni; sed secundum hoc potest dici ipse [v] defectus boni, et non proprie actus incidens ex defectu boni.

[Solutio]: 1. Ad quod dicendum quod peccatum dicitur [x] « actus incidens », non quia casualiter incidat, sed quia non ex necessitate, sed contingenter provenit ex voluntate: in voluntate enim est peccare vel non peccare.

2. Ad secundum vero dicendum quod defectus boni dicitur dupliciter: vel [y] ut notet causam ipsius actus contingentis ex voluntate — voluntas enim aliquando ex infirmitate, aliquando ex ignorantia, aliquando ex certa malitia peccat — vel potest defectus boni dicere privationem quamdam boni, quod est virtus, et secundum hoc haec [z] praepositio 'ex' non notat causam materialem, sed causam formalem, ut sit sensus: peccatum est actus deformatus.

---

[a] T om. *non.* [b] Z *sic.* [c] BT add. *ergo.* [d] Z *separent.* [e] V om. [f] V om. [g] V om. [h] T om. [i] BTFZ *nisi.* [k] LZ *congruit,* quod F corr. [l] T om. [m] Ita V, alii om. [n] B om. *affectio... affectiva.* [o] BT om. [p] Z om. [q] Z *effectione.* [r] T add. *se.* [s] F om. [t] V om. [u] Ita Z, alii *quod.* [v] B *ratione.* [x] R add. *esse.* [y] B om. [z] F om.; T om. *non,* in F est add. interl.

1 Cap. 20 (PL 44, 257).
2 Cap. 19 (PL 44, 256).
3 Lib. III, c. 9, n. 26 (PL 32, 1284).
4 Augustin., loc. cit.

267 ARTICULUS VIII.

De octava definitione.

Ultimo quaeritur de illa definitione. « Peccatum est carentia debitae iustitiae » etc.

I. 1. Potest enim quaeri quid dicatur ibi 'iustitia'. Sicut enim peccatum est carentia [a] iustitiae, ita est carentia alterius virtutis; et ita videtur quod non universaliter definiatur.

2. Praeterea, quaeritur utrum conveniat veniali peccato. Qui enim venialiter peccat, potest adhuc manere iustus [b]; ergo peccatum, prout est commune mortali et veniali, non est carentia debitae iustitiae.

3. Praeterea, quod additur « ex proprio arbitrio procedens » non facit differentiam respectu alicuius; omne enim peccatum ex libero arbitrio procedit.

[Solutio]: 1. Ad quod dicendum quod iustitia non accipitur ibi proprie pro una virtute, sed communiter pro rectitudine voluntatis, quae attenditur secundum quamcumque virtutem.

2. Ad secundum vero dicendum quod peccatum veniale [c] non privat personam a iustitia universaliter, sed a rectitudine secundum illum actum; unde est proprie definitio peccati actualis mortalis.

3. Ad tertium dicendum quod hoc quod dicitur « ex proprio arbitrio procedens » distinguit actuale mortale a mortali originali. Originale enim, etsi sit ex libero arbitrio proprio ipsorum [d] parentum, non tamen [e] est ex proprio arbitrio parvulorum, qui contrahunt originale peccatum ex primis parentibus.

II. Occasione praedictorum quaeritur: Cum peccatum actuale pluribus modis [f] nominetur, quo modo differant rationes [g] inter se? Dicitur enim peccatum macula, vitium, crimen, culpa, scelus, nefas.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod macula dicit deformitatem partis superioris vel inferioris animae, et ita ponit defectum gratiae; vitium vero ponit defectum boni naturae; peccatum vero dicit conversionem ad [h] apparens bonum, quod non est bonum; crimen vero et culpa respiciunt ad exterius: crimen enim est peccatum accusatione dignum, culpa vero est poenae obligatorium [i]; scelus vero et nefas aggravationem dicunt super peccatum, ut scelus dicatur quod specialiter est in iniuriam Dei, cum maxime scilicet Deus offenditur, nefas vero [k], cum maxime illicitum est personae: fas enim idem est quod licitum. Scelus ergo [l] respicit Deum, quem offendit, nefas vero personam, quae maxime delinquit [m].

III. Adhuc etiam quaeritur de hoc quod omne peccatum dicitur esse mendacium, *a.* sicut habetur super illud Psalmi [1]: *Quia delectasti me, Domine* [n], *in factura tua*, Glossa [2]: « Omne peccatum mendacium est, quia contra legem et veritatem est ».

b. Praeterea, dicit Augustinus, in libro [o] *Contra Manichaeum* [3]: « Peccare quid aliud est nisi in veritatis praeceptis errare? » Ergo peccatum est error.

Contra. 1. Mendacium et error sunt in ratione, peccatum autem [p] in voluntate; ergo pectum non est error vel mendacium.

2. Praeterea, mendacium est species peccati; ergo non convertitur.

3. Item, error est poena peccati, sicut dicit Augustinus [4]: « Error non est natura hominis instituti, sed poena damnati ». Ergo peccatum non est error: poena enim distinguitur a culpa.

[Solutio]: *a.* Ad quod dicendum [q] quod mendacium accipitur dupliciter [r]: uno modo prout definit Augustinus [5]: « Mendacium est [s] falsa vocis prolatio cum intentione fallendi », et sic est species peccati; alio modo mendacium dicitur defectus a summa veritate, et hoc modo peccatum dicitur mendacium: omnis enim peccans a summa veritate deficit sicut deficit [t] a summa bonitate.

b. Ad aliud dicendum quod peccatum dicitur error, non formaliter, sed per [u] quamdam concomitantiam: peccatum enim in voluntate concomitatur [v] error in ratione. Unde Prov. [x] 14,22: *Errant omnes qui operantur malum.*

---

[a] T add. *debite.* [b] V *in iustitia.* [c] V *mortale.* [d] L (corr.) *primorum.* [e] R *enim.* [f] Ita VF, alii *nominibus.* [g] R om. [h] Z *et.* [i] R *obligatio.* [k] LZ om. [l] BT *vero.* [m] L *deliquit*, Z *dereliquit.* [n] LZ om., in F est add. mg. [o] VR om. *i. l.* [p] B add. *est.* [q] FLZ add. *est.* [r] R *multipliciter.* [s] FRLZ om. [t] B *defuit.* [u] Z *etiam.* [v] Ita V, B *imitatur*, alii *comitatur.* [x] L *proximi*, quod Z corr.

1 Psalm. 91, 5.

2 Lombardi, *In Psalm. 91*, 4 (PL 191, 857), ex Augustino, in h. l. (PL 37, 1174).

3 *De fide c. Man.*, c. 8 (PL 42, 1142).

4 *De lib. arbit.*, III, c. 18, n. 52 (PL 32, 1296).

5 *Contra mendacium ad Consent.*, c. 12, n. 26 (PL 40, 537)

1-3. Ad obiecta autem dicendum quod illa ratio [a] qua dicitur quod mendacium et error sunt in ratione, non arguit [b] nisi quod peccatum non est mendacium vel error formaliter [c], sed non negat quin haec concomitentur [d] peccatum. Dicendum etiam est quod, licet error sit poena, nihilominus alio modo dicitur dispositio ad culpam, et illo modo accipitur in praedicta ratione, et [e] accipitur ut dispositio coniuncta culpae. Aliter enim accipitur error, cum dicitur quod Adam erravit [f] credendo esse veniale quod erat mortale gravissimum, et cum dicitur quod error est poena sequens ex originali peccato. Cum autem dicitur [g] 'peccatum est errare in praeceptis veritatis', accipitur error qui est in ratione, cum peccatum est in voluntate.

268

CAPUT III.

DE DIVISIONIBUS PECCATI ACTUALIS IN GENERE [1].

Secundo quaeritur de divisionibus actualis peccati. Ponuntur autem plures divisiones, quarum una est: peccatum aliud est [h] mortale, aliud veniale. Item, peccatum aliud cordis, aliud oris, aliud operis. Item, peccatum aliud [i] superbia, aliud invidia etc. Item, peccatum aliud ex infirmitate, aliud ex ignorantia, aliud ex industria sive certa malitia. Item, peccatum aliud ex timore male humiliante, aliud ex amore male accendente. Item, peccatum aliud ex *concupiscentia carnis* vel *oculorum* vel *superbia vitae* [2]. Item, aliud in Deum, aliud in proximum, aliud in se ipsum. Item, peccatum aliud delictum, aliud commissum.

Cum ergo sint octo divisiones, attendendum est qualiter inter se [k] distinguuntur.

Distinguuntur autem sic divisiones, ut quaedam accipiantur penes materiam, quaedam penes formam, quaedam penes affectiones respicientes finem [l] secundum quod est principium motus, quaedam vero secundum conditiones ex parte eius in quem peccatur, quaedam vero ex parte efficientis.

Ex parte materiae accipiuntur tres divisiones. Est enim materia circa quam, et penes illam accipitur duplex divisio. Una, quae communis est et [m] veniali et mortali, cum dicitur: peccatum cordis, oris, operis vel cogitationis [n], locutionis et [o] operationis. Alia est [p] propria mortalis peccati, cum dicitur: delictum et commissum; delictum enim est circa non facere quod tenetur facere, commissum vero circa facere quod tenetur non facere; et haec divisio est respectu eius quod praecipitur. Alia vero divisio est penes materiam ex qua, cum dicitur: peccatum aliud ex infirmitate etc.

Divisio vero secundum speciem attenditur dupliciter: vel secundum speciem formalem, cum dicitur mortale [q], veniale; haec enim differentia est secundum reatus; vel [r] secundum speciem materialem, cum dicitur: aliud superbia etc.; divisio enim haec attenditur secundum actus virium.

Divisio vero, quae attenditur respectu finis, est cum [s] dicitur: aliud est ex concupiscentia oculorum etc.; attenditur enim secundum divisionem concupiscibilium, sicut dicit Augustinus [3]. Omnis enim peccans aut convertitur ad exterius bonum aut ad interius [t] aut ad inferius [u]; huiusmodi autem bona apparentia finis dicuntur peccati.

Ex parte vero efficientis sumitur illa divisio: peccatum aliud ex timore male humiliante etc.; timor enim et amor sunt dispositiones efficientis causae, secundum quas producitur peccatum.

Penes vero illum in quem peccatur [v], sumitur illa divisio: peccatum aliud in Deum etc.

Comparantur autem hae divisiones respectu definitionum supra dictarum. Divisio enim haec 'aliud cordis' etc. 'sive cogitationis' etc. [x] accipitur penes illam definitionem: « Peccatum est dictum vel factum » etc. Divisio autem illa: 'aliud delictum' etc. iuxta illam definitionem: « Peccatum est praevaricatio legis divinae » etc. Divisio autem illa 'peccatum aliud ex infirmitate' etc. accipitur iuxta illam definitionem: « Peccatum est actus incidens ex defectu boni » etc. Divisio autem illa: 'peccatum aliud mortale, aliud veniale', accipitur iuxta illam definitionem: « Peccatum est conversio indebita ad mutabile bonum », vel potius iuxta [y] illam quae ponitur [4]: « Peccatum est meritum poenae ». Nam secundum quod

---

[a] Z add. *de.* [b] B *arguitur.* [c] Z *formatum.* [d] BT *concomitatur,* FRLZ *concomitantur.* [e] L om., in F est add. interl. [f] V add. *in.* [g] L add. *quod.* [h] LZ om., in F est add. interl. [i] R add. *est.* [k] T om. *i. s.* [l] BT *fines.* [m] T *ex.* [n] Z om. *v. c.,* in FL est add. mg. [o] V om. [p] BT *que.* [q] FLZ add. *et.* [r] Z *et.* [s] B *et.* [t] B om. *a. a. i.;* T om. *ad.* [u] B *internum;* T om. *ad.* [v] L *peccatum.* [x] FL om., in Z est add. mg.; V om. *s. c. e.* [y] Ita V, alii *ad.*

1 Cf. Ioan. de Rupella, *Summa de vitiis* (fol. 6c).
2 I Ioan. 2, 16.
3 Cf. *In Epist. Ioan. ad Parthos.,* tr. 2, n. 14 (PL 35, 1996).
4 Cf. Lombard., II *Sent.,* d. 30, c. 7 (p. 463).

est conversio indebita ad mutabile bonum, potest esse dupliciter [a]: aut sub Deo, et sic est [b] veniale; aut praeferendo Deo sive contra Deum, et sic est mortale. In quantum autem mortale dicit reatum poenae aeternae, veniale vero reatum poenae non aeternae, quantum est de se, secundum [c] hoc convenit ipsam accipi iuxta istam: « Peccatum est meritum poenae », quae non supra posita est, eo quod non invenitur a Sanctis, sed est magistralis [d] [1]. Illa vero divisio ' peccatum aliud superbia ' etc. accipitur iuxta illam definitionem: « Peccatum est affectio voluntaria mala » etc.; affectio enim dividitur secundum vires quae afficiuntur vel secundum ea a quibus afficiuntur. Illa vero divisio ' peccatum aliud est ex concupiscentia oculorum ' etc. accipitur secundum illam definitionem: « Peccatum est spreto incommutabili bono » etc. Sic enim dividit Augustinus, in libro *De libero arbitrio* [2], prius posita definitione. Unde coarctat concupiscentiam oculorum et alia [e] ad concupiscentiam illam qua avertitur animus ab incommutabili bono; posset tamen communius accipi. Illa vero divisio ' peccatum aliud est ex timore male humiliante ' etc. [f] sumitur iuxta illam definitionem: « Peccatum est appetere quae Christus contempsit » etc. Illa vero divisio ' peccatum aliud in Deum ' etc. sumitur iuxta illam: « Peccatum est carentia debitae iustitiae ex voluntate propria producta »; iustitia enim dicit ordinem [g] ad Deum et ad proximum et ad se ipsum, qua caret qui iniuriatur Deo vel proximo vel sibi ipsi.

---

[a] LZ *duplex*, quod F corr. [b] B om. [c] FLZ *sed*; Z om. *hoc*. [d] BT *materialis*. [e] V *alias*. [f] R om. [g] V *ordinationem*.

[1] Scilicet Lombardi; cf. supra, p. 281, nota 3.

[2] Lib. II, c. 19, n. 53 (PL 32, 1269).

INQUISITIO TERTIA

DE SPECIEBUS PECCATI ACTUALIS

TRACTATUS PRIMUS

DE PECCATO VENIALI ET MORTALI

SECTIO I. — De peccato veniali.

His visis, consequenter procedendum est ad primam divisionem peccati actualis, quae est: peccatum actuale aliud est veniale, aliud mortale.

Primo dicendum est de veniali: illud enim est minoris culpae; a minoribus autem procedamus usque ad maiora. Nam post originale peccatum in parvulis surgunt ex natura corrupta prius venialia et [a] postea mortalia.

Circa vero veniale [b] primo considerandum est in genere [c];

deinde, dicendum est de ipso in specie.

Circa vero considerationem eius [d] in genere haec sunt quaerenda:

Primo, quid sit veniale;

secundo, de differentia eius et convenientia ad mortale [e];

tertio, an veniale possit fieri mortale;

quarto, utrum aliqua proportio sit venialis ad mortale;

quinto, quaeritur de radice venialis peccati;

sexto, in quo sit veniale peccatum;

septimo, utrum aliquis [f] sit sine veniali peccato vel non;

octavo, cui opponatur veniale peccatum;

nono, quid debeatur veniali peccato, utrum tantum poena temporalis aut [g] etiam aeterna;

decimo, utrum aliqua venialia remaneant post mortem in ipsis iustis ratione culpae.

---

[a] FL om., in Z est add. mg. [b] FRLZ *ventalia.* [c] FLZ add. *et.* [d] Z om. [e] F add. *peccatum.* [f] BT *quis.* [g] BT *an.*

QUAESTIO I.

DE PECCATO VENIALI IN GENERE.

Circa primum sic:

Primo quaeritur utrum veniale peccatum sit macula: secundo, si est voluntarium malum; tertio, quare dicatur veniale.

CAPUT I.

QUID SIT PECCATUM VENIALE [1].

269

ARTICULUS I.

Utrum peccatum veniale sit macula.

Quod autem veniale peccatum [a] **sit macula,** videtur, 1. per hoc quod dicit Gregorius [2], distinguens inter crimen et culpam: « Culpa polluit, crimen extinguit ». Sed veniale peccatum est culpa; ergo polluit; quod autem polluit, est macula; ergo veniale peccatum est macula. — Contra. Si macula est, deformat illud in quo est; sed in libero arbitrio est; ergo deformat liberum arbitrium; sed liberum arbitrium est conditum ad imaginem Dei; ergo veniale [b] deformat imaginem Dei [c]; ergo tollit gratiam: manente enim gratia gratum faciente reformatur imago Dei.

2. Ad hoc diceret aliquis quod duplex est conversio liberi arbitrii, una ad Deum, qui est bonum supremum [d], altera ad inferius, ut ad carnem, quae regi debet ab [e] anima; a parte vero superiori est liberum arbitrium ad imaginem Dei, a parte vero inferiori non dicitur esse ad imaginem Dei [f]; ex illa vero parte inest ei veniale peccatum; unde veniale peccatum non deformat liberum arbitrium secundum quod est ad imaginem Dei. — Contra: Obicitur per auctoritatem Augustini, in libro *De Trinitate* [3], dicentis: « Cum ratio [g] ad interiora sive superiora percipienda, quae non privatim, sed communiter ab omnibus, qui [h] talia diligunt, sine ulla angustia vel invidia casto possidentur amplexu, vel sibi vel aliis consulit; et si fallitur in aliquo per ignorantiam temporalium, quia et hoc temporaliter gerit et modum agendi non tenet quem debebat [i], humana est tentatio ». Sed humana tentatio est veniale peccatum; ergo in superiori parte liberi arbitrii erit [k] veniale peccatum. — Item, aliquis per surreptionem cogitat inordinate de corpore Christi; sed constat quod illa cogitatio est de supernis; consideratio autem de supernis spectat ad superiorem partem liberi arbitrii, scilicet ad superiorem partem rationis; ergo veniale peccatum potest esse in superiori parte liberi arbitrii.

[Solutio]: 1. Ad quod responderi potest quod macula potest accipi vel communiter vel proprie, secundum quod deformatur imago Dei. Si accipiatur communiter, secundum hoc potest [l] dici macula veniale peccatum: minuitur enim rectitudo eius quoad aliquem [m] actum. Si vero accipiatur proprie, secundum quod deformatur imago divina, sic non dicitur macula veniale peccatum. Et potest poni tale exemplum: aliquando enim in [n] tantum denigratur aliqua imago depicta ut videri non possit, aliquando vero ita obscuratur ut plene non possit discerni [o]. Et ideo ponit B. Gregorius [4] talem differentiam inter veniale et mortale quod veniale obscurat, mortale obtenebrat.

2. Ad illud vero quod obicitur quod veniale sit [p] in superiori parte rationis vel liberi arbitrii, dicendum [q] quod, etsi sit ibi, tamen hoc est in comparatione ad inferiora, ex qua parte veniunt phantasticae cogitationes, non ex parte Dei, qui ipsam animam illuminat ad recte cogitandum [r].

---

[a] Ita V, alii om. *v. p.* [b] V add. *peccatum.* [c] T om. *ergo... Dei.* [d] BT *summum.* [e] V om. [f] B om. [g] BT om. [h] Ita F (corr.), alii *que.* [i] Codd. *habebat.* [k] V *est.* [l] T add. *accipi vel.* [m] V *quemdam.* [n] V *non,* L exp. [o] Codd. *decerni.* [p] V *fit* [q] Ita V, alii add. *est;* L *si* pro *etsi.* [r] BT *cognoscendum.*

1 Cf. Ioan. de Rupella, *Summa de vitiis* (fol. 9d).
2 *Moral.*, XXI, c. 12 (PL 76, 201).
3 Lib. XII, c. 10 (PL 42, 1006).
4 Cf. *Moral.*, X, c. 11, n. 21 (PL 76, 933).

ARTICULUS II. 270

Utrum peccatum veniale sit malum voluntarium.

Quaeritur utrum peccatum veniale sit malum voluntarium [a].

Quod videtur, *a.* per hoc quod dicit Augustinus, in libro *De vera religione* [1]: « Peccatum adeo voluntarium est quod, si non sit [b] voluntarium, non est peccatum ». Sed veniale est peccatum; ergo est voluntarium.

b. Item, peccatum est eorum quae sunt in nobis; sed ea, quae sunt in nobis, voluntaria sunt: « voluntarium enim est cuius principium est in ipso [2] »; ergo peccatum veniale est [c] voluntarium.

c. Item, voluntate libera [d] differimus a brutis; sed peccatum est in illo solum in quo differimus a brutis; ergo peccatum est in libera voluntate.

Contra. 1. Super illud Prov. 24,16: *Septies* [e] *cadit iustus,* Glossa [3]: « Per ignorantiam vel oblivionem vel per surreptionem vel per necessitatem vel per fragilitatem carnis singulis diebus vel inviti vel volentes frequenter peccamus ». Sed illud, quo peccat homo invitus, est involuntarium; ergo, cum hoc non sit ibi dictum nisi de veniali, erit aliquod veniale involuntarium.

2. Item, ad Rom. 7,15: *Quod nolo, hoc ago,* et intelligitur de veniali; ergo actus peccati venialis non est malum voluntarium.

3. Item, Augustinus, in libro *Retractationum* [4]: « Ille, qui concupiscente adversus spiritum carne, non ea quae vult facit, concupiscit quid nolens ». Sed concupiscendo peccatur, sicut dicitur in Glossa ad Rom. 7,7 [5]; hoc autem concupiscere non est nisi veniale peccatum; ergo aliquod veniale peccatum est malum non voluntarium.

[Solutio]: Ad quod dicendum [f] quod omne veniale peccatum dicitur [g] voluntarium vel voluntate movente ad hoc vel voluntate permittente sive non cohibente. Potest etiam [h] dici voluntarium malum, quia procedit ab appetitiva [i], quam debet regere ratio.

[Ad obiecta]: 1. Ad primum autem obiectum [k] dicendum [l] quod invitus dicitur aliquis peccare multipliciter: vel quia nullo modo fit a voluntate, remota vel propinqua, eliciente vel [m] permittente sive non cohibente, et secundum hoc nullus dicitur invitus peccare. Alio modo dicitur [n] invitus peccare, quia non est ex toto in voluntate, et sic potest aliquis invitus [o] peccare.

2. Ad secundum dicendum [p] quod illud ad Rom. 7,15 intelligi potest sic quod actus ille dicitur involuntarius [q], quia est contra rationem, quae [r] *concupiscit adversus carnem* [6], scilicet contra rationem rectam; unde per hoc vult [s] ostendere contrarietatem motuum inter legem mentis et legem carnis et rationem et [t] sensualitatem.

3. Ad tertium dicendum secundum eumdem modum. Illud enim quod dicit Augustinus, in libro *Retractationum,* est ad expositionem verbi praecedentis [u]. — Si vero obiciatur quod nullus vult malum, unde dicit Dionysius in libro *De divinis nominibus* [7]: « Malum est praeter rationem, voluntatem et causam », dicendum est quod hoc [v] intelligitur ratione deformitatis, quam nullus vult, licet velit ipsam delectationem, ad quam [x] consequitur.

ARTICULUS III. 271

Quare dicatur veniale.

Deinde quaeritur quare dicatur veniale.

1. Cum enim nullum malum sit [y] impunitum, nullum malum est venia dignum; ergo peccatum non recte dicitur veniale, ut sumatur differentia peccati essentialis.

2. Praeterea, differentiae condividentes debent accipi secundum consimilem modum; sed mortale peccatum dicitur cui [z] debetur mors aeterna; ergo differentia condividens debet respicere aliquam poenam contra reatum poenae aeternae; sed veniale sub hoc nomine dicit relaxationem

---

[a] VFRLZ hoc et sequens quaesitum ponunt post num. **272.** [b] B *est.* [c] T om. [d] V *libere.* [e] BT add. *in die.* [f] Ita VF, alii add. *est.* [g] L *est,* quod Z corr. [h] T om. [i] R add. interl. *scilicet sensualitati.* [k] Ita V, alii *obiectum autem primo* pro *p. a. o.* [l] Ita Z, alii add. *est.* [m] T om. [n] BT *vero modo dicitur aliquis* pro *m. d.;* F om. *est,* in Z est add. mg. [o] B *inutilis.* [p] Ita V, alii *vero dicendum est.* [q] T *voluntarius.* [r] L *qui.* [s] B *noluit,* T *voluit.* [t] Z om., in L est add. interl. [u] Z om. [v] Z *licet.* [x] Z (corr.) *quem.* [y] T om. [z] V *quia.*

1 Cap. 14 (PL 34, 133).
2 Aristot., *Ethica ad Nicom.,* III, c. 1 (II, 26).
3 *Ordin.,* in h. l., ap. Lyran.
4 Lib. I, c. 13, n. 5 (PL 32, 604).
5 Lombardi, in h. l. (PL 191, 1416).
6 Gal. 5, 17.
7 Cap. 4, § 32 (PG 3, 731, PL 122, 1145).

a poena; ergo non recte dividitur veniale contra mortale. Nec accipitur hic veniale, sicut peccatum [a] mortale dicitur veniale per poenitentiam: sic enim non differret essentialiter veniale a mortali.

[Solutio]: 1-2. Ad quod dicendum quod veniale sub hoc nomine non [b] dicit propriam differentiam dividentem contra mortale, sed circumloquitur propriam differentiam. Quia enim illud peccatum, quod disponitur ex aliqua conditione ad relaxationem, licet de se non sit terminabile, tamen ex aliqua conditione terminatur, nisi adiungatur ei mortale, per quod fiat [c] impoenitentia finalis; veniale ergo dicitur cui per se debetur poena terminabilis, et in hac ratione dividit contra mortale. Debitum enim poenae interminabilis et poenae terminabilis [d], quantum est de se, in unam coincidunt divisionem; et sicut [e] mortale potest fieri venia dignum per poenitentiam, ita ex opposito veniale fit dignum poena interminabili per impoenitentiam finalem. Ponit autem [f] Augustinus [1] talem rationem venialis: « Veniale est quod hominem usque ad reatum perpetuae mortis non gravat, sed et poenam meretur, etsi facile indulgetur ».

272 CAPUT II.

DE DIFFERENTIA ET CONVENIENTIA VENIALIS AD MORTALE [2].

Secundo quaeritur de differentia et convenientia venialis ad mortale.

Videtur enim [g] quod sit mortale illud quod dicitur veniale. 1. Dicit enim Augustinus, in libro *83 Quaestionum* [3]: « Hoc [h] totum et solum hominis malum est [i] frui utendis et uti fruendis ». Peccare ergo venialiter, cum sit malum, erit vel frui utendis vel uti fruendis; sed non est uti fruendis, cum hoc semper sit mortale; ergo est frui utendis; sed « frui est amore inhaerere alicui rei propter se ipsam [4] »; hoc autem est mortale; ergo veniale est mortale.

2. Item, peccatum actuale est in conversione ad mutabile [k] bonum; sed, cum duo sint termini, bonum incommutabile et [l] bonum commutabile, quanto aliquis [m] appropinquat plus ad unum, tanto plus recedit ab altero; ergo quanto plus convertitur ad mutabile bonum, tanto magis avertitur [n] ab incommutabili bono; ergo per peccatum veniale fit aversio ab incommutabili bono [o]; sed quando fit aversio, est peccatum mortale; ergo peccatum veniale est mortale.

3. Item, si differt veniale et [p] mortale, aut differt ratione principii aut ratione finis aut [q] ratione modi. Ratione principii non videtur: nam idem principium est utrobique, scilicet mala voluntas; ratione finis non videtur: nam finis utriusque est delectatio in creatura; nec ratione modi: utrobique enim est indebita conversio ad mutabile bonum.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod peccatum veniale est libido sive voluptas in creatura citra Deum [5], mortale vero est libido sive voluptas in creatura supra Deum vel aeque Deo. Potest enim creatura bene diligi et male; bene, cum propter Deum, eo modo quo debet: virtus enim « est ordo amoris [6] ». Si vero creatura diligitur non propter Deum omnino, aut hoc est propter utilitatem sibi necessariam, et sic potest dici dilectio naturalis, et haec etiam ordinatur ad Deum, licet homo non referat. Si autem ibi quaeritur voluptas, prout definit Augustinus, in libro *Quinque responsionum* [7], tunc est altero duorum praedictorum modorum. Et sic patet differentia venialis a mortali. Cum autem valde vicina sint in eodem genere materiae, difficile est dicere usque ad quid extenditur veniale peccatum et quando incipit esse mortale.

[Ad obiecta]: 1. Ad primo autem obiectum dicendum [r] quod illud dictum Augustini intelligitur sic: « totum malum », id est perfectum malum, quod scilicet est mortale.

2. Ad secundum vero [s] dicendum quod definitio illa, in qua ponitur aversio ab incommutabili bono, propria est mortali peccato, sicut dictum est [8]. Nec sequitur 'quanto [t] convertitur aliquis ad commutabile bonum, tanto avertitur ab incommutabili', sed haec [u] habet quamdam proportionem [v] in mortali peccato.

3. Ad tertium dicendum quod differentia venialis et mortalis non est penes principium,

---

[a] Z om. [b] T om. [c] L *fiet*, quod F corr. [d] V om. *e. p. t.* [e] L *si est.* [f] R om. [g] F *autem.* [h] R add. *enim*; FRLZ om. *quaestionum.* [i] RZ om. [k] B *commutabile.* [l] Ita BT, alii om. [m] Ita V, alii om. [n] R *convertitur.* [o] Ita V, alii om. [p] Z om. [q] Ita V, alii *vel.* [r] T add. *est.* [s] V om. [t] Ita V, alii *quantum.* [u] BT *hoc.* [v] BT *portionem.*

1 Cf. *De spiritu et littera*, c. 28 et *De perf. iust.* (PL 44, 230 et 302).

2 Cf. Richard. de S. Vict., *De differentia peccati mortalis et venialis* (PL 196, 1191 sqq.); Guil. Altissiod., *Summa*, II, tr. 28, c. 4, q. 1 (fol. 100a sq.); S. Bonav., II *Sent.*, d. 42, a. 2, q. 1 (II, 964 sqq.).

3 Quaest. 30 (PL 40, 19).

4 Augustin., *De doctrina christ.*, c. 4 (PL 34, 20).

5 Cf. infra, num. 275.

6 Augustin., *De civit. Dei*, XV, c. 22 (PL 41, 467).

7 *Hypognost.*, IV, c. 2 (PL 45, 1640).

8 Cf. supra, num. 261 et p. 282a.

neque penes finem, sed penes modum ipsius actus specialem. — Ad id[a] autem quod obicitur in contrarium, scilicet quod utrobique est conversio indebita, dicendum[b] quod tangitur modus generalis, sed modi speciales sunt conversio citra Deum indebita et supra Deum vel aeque.

CAPUT III. 273

UTRUM VENIALE POSSIT FIERI MORTALE[1].

Habito quid sit veniale et quod differt a mortali, tertio quaeritur utrum veniale possit fieri mortale.

Et videtur quod sic. 1. Augustinus[2]: « Nihil adeo veniale est quod non fieri possit mortale, dum placet ». Quare videtur quod idem, quod fuit veniale, possit fieri mortale.

2. Item[c], Augustinus, in libro *De poenitentia*[3], et loquitur de venialibus: « Omnia haec simul aggregata, quo plura sunt, velut scabies necant aut decorem faciei nostrae exterminant ». Sed non disiungeret[d] ita nisi aliquando contingeret hoc, aliquando illud; ergo aliquando venialia simul aggregata faciunt unum mortale; sed totius aggregati et partium aggregationis non est alia substantia, sed eadem; ergo veniale et mortale eadem poterunt[e] esse in substantia.

3. Item, in Psalmo: *Exspectans,* super illud[f][4]: *Multiplicati sunt super capillos capitis mei,* Glossa Augustini[5]: « Cave, si vitasti grandia, ne obruaris[g] arena minorum peccatorum ». Ergo minora peccata, scilicet venialia, possunt obruere; sed hoc non est nisi fiant mortale.

4. Item, I Ioan. 1,8: *Si dixerimus quia peccatum non habemus,* ibi Augustinus[6], in *Homilia* vel *Epistola,* super[h] illud: « Multa levia faciunt[i] unum grande, multae guttae implent flumen, multa grana unam faciunt massam ».

5. Item, dispositio potest fieri habitus, substantia manente eadem: si enim quod est facile mobile, fiat difficile mobile, non propter hoc mutatur substantia quae subest illis dispositionibus; quare si veniale est sicut dispositio[k], mortale sicut habitus, manente eadem substantia poterit veniale fieri mortale.

Sed contra. *a.* Cum tu dicis quod veniale potest fieri mortale, in peccato veniali et mortali duo sunt, actus peccati et macula sequens exinde derelicta in anima. Cum ergo tu dicis quod veniale potest fieri mortale, aut tu intelligis quantum ad actum aut quantum ad deformitatem derelictam. Si[l] de actu, hoc non potest esse: si enim actus iste venialis fuit et fiendo transit, venialis transit; sed postquam transivit, nec iterum fit venialis nec mortalis, quia nunquam amplius est; et similiter potest opponi de quolibet actu[m] veniali. Si dicatur de macula consequente ad actum, adhuc non potest haec[n] fieri illa, quoniam macula deformans imaginem non derelinquitur nisi ex actu mortali; ergo quotcumque sint venialia, dummodo non praecesserit mortale, non fiet macula animam deformans; et ita quoad maculam, derelictam ex peccato, non poterit illud[o] esse verum.

Responsio: Concedimus bene quod veniale nunquam fit mortale, ut intelligatur idem secundum substantiam, quod prius fuit veniale, mortale fieri, neque quoad actum neque quoad maculam[p]. Verum tamen est quod veniale, quando[q] insurgit, si non cohiberetur, posset progredi[r] usque ad mortale, non quia ipsum in substantia[s] fieret mortale, sed quia ex ipso occasionaliter fieret mortale[t] progrediendo.

[Ad obiecta]: 1. Quod ergo dicit Augustinus: « Nihil adeo est veniale quod non fiat mortale, dum placet », potest esse quod, cum aliquis diligeret aliquid venialiter, quia, etsi inordinate, sub Deo tamen[u], progrederetur illa inordinatio donec esset iam supra Deum; tunc ergo ex veniali fieret mortale, non quia[v] illa placentia sub Deo vel inordinatio facta sit supra Deum, neque illa, quae supra Deum est, fuerit aliquando sub Deo, sed quia occasionaliter et progressive perventum est ab illa quae erat sub Deo, ad illam quae est supra Deum. Quia ergo 'placere' dicit quietationem[x] voluntatis super aliquid, ita intelligenda est auctoritas Augustini[y]:

---

[a] Ita V, alii *hoc* pro *a. i.*; R *temporalem* pro *specialem.* [b] Ita V, alii add. *est.* [c] V om. [d] B *distingueret,* Z *disiunguent.* [e] T *potuerunt.* [f] Ita V, alii *Psalmus Expectans* pro *in... illud.* [g] B *obviaris.* [h] Ita BR, alii *supra;* V *in* pro *vel.* [i] B *leviant* pro *l. f.;* V *bona* pro *levia.* [k] V add. interl. *ad.* [l] FRLZ *sed.* [m] R om.; T add. *enim.* [n] T om. [o] B *idem.* [p] Z *massam.* [q] Z *quandoque.* [r] Z *egredi.* [s] BTZ *substantiam.* [t] LZ add. *et,* quod F exp. [u] Ita VZ, alii add. *quod.* [v] V *quod.* [x] LZ *quietionem,* quod F corr. [y] VR om.

[1] Cf. Guil. Altissiod., *Summa,* II, tr. 28, c. 4, q. 2 (fol. 100c); Ioan. de Rupella, *Summa de vitiis* (fol. 9d).

[2] Cf. *De vera et falsa poenit.,* c. 8, n. 20 (PL 40, 1119); verbotenus ap. Richard. de S. Vict., *In Cantica,* c. 25 (PL 196, 481).

[3] *Sermo* 351, c. 3, n. 5 (PL 39, 1541).

[4] Psalm. 39, 13.

[5] Cf. *Enarr. in Psalm. 39,* 13, n. 22 (PL 36, 447 sq.); Lombard. in h. l. (PL 191, 405).

[6] *In I Ioan.* 1, 10, tr. 1, n. 6 (PL 35, 1982).

« Nihil adeo veniale est quin fiat mortale, dum placet », hoc est dum quietatur voluntas, non super ipsum veniale, sed super illud ad quod [a] veniale erat dispositio ut progrederetur ex ipso.

2. Ad illud autem quod [b] obicitur postea: « Omnia haec simul congregata [c] necant » etc., dicimus quod nunquam intelligendum est quod venialia, quotcumque sint [d], neque per se neque per suam multitudinem necare possint [e], quantum est ex se. Quia tamen frequenter consuevit concomitari aliquod mortale, ubi tot fuerunt [f] venialia, ideo potest dici quod ipsa necant ex adiuncto; et similiter [g] possunt dici exterminare decorem faciei nostrae. Vel possunt intelligi illa dici dispositive [h] et non effective, ut dicatur 'exterminant', id est disponunt ad exterminationem, quod fieret per mortale, si [i] usque ad illud permitteretur progredi.

3. Ad illud autem quod dicit Augustinus: « Cave ne obruaris arena », dicimus quod similitudinarie [k] loquitur ibi, nec est propria similitudo ex toto. Tamen, quia ad terrendum loquebatur, maluit uti minus propria similitudine quam non inducere timorem respectu abundantiae venialium. Bene [l] est ergo similitudo quantum ad hoc quod in genere, sicut arena dicitur levis respectu grandium lapidum, ita et veniale respectu mortalis. Tamen non est similitudo propria, quia arenae multae congregatae non ex adiuncto, sed ex onere proprio possunt submergere navem; venialia autem etiam aggregata [m] non possunt submergere navem animae nostrae pondere suo, nisi fiat exitus a genere venialis sive a specie.

4. Et [n] eodem modo solvitur quod dicitur post: « Multa levia faciunt unum grande » etc. Dicimus enim [o] quod nunquam manet eadem substantia subiecta transmutationi, ut ex hoc fiat vel ex iis illud, sed semper quantum ad progressionem in [p] mortale intelligenda sunt illa.

5. Ad illud autem quod [q] obicitur quod 'dispositio potest fieri habitus' dicimus quod hoc est verum, sed hoc est de dispositione ordinata ad habitum in eodem genere; unde, si ex veniali, quod erat sicut dispositio, fit habitus, hic est habitus non exiens genus venialis.

274 CAPUT IV.

DE PROPORTIONE VENIALIS AD MORTALE.

Quarto quaeritur de proportione venialis peccati ad mortale.

Et videtur quod ibi sit proportio. 1. Delectatio enim mortalis non in infinitum excedit delectationem venialis, cum delectatio [a] peccati mortalis sit finita, finiti autem ad finitum in eodem genere est proportio; delectatio autem [b] mala cum alia delectatione mala eiusdem generis est; ergo peccatum veniale et mortale erunt proportionalia.

Contra. *a.* Delectatio peccati mortalis est [c] in praeferendo bonum commutabile Deo vel aequando, delectatio vero peccati venialis est in bono commutabili sub Deo, illicite tamen; sed nulla est proportio boni commutabilis ad incommutabile; ergo nulla est [d] proportio peccati mortalis, in quo praefertur vel aequatur aliquid Deo respectu venialis.

b. Item, peccato mortali debetur poena aeterna, peccato veniali, quantum est de se, non debetur nisi poena temporalis; poenae autem temporalis ad aeternam nulla est proportio; ergo nulla est proportio [e] peccati venialis ad mortale.

[Solutio]: Ad quod respondendum quod est accipere comparationem peccati venialis ad mortale secundum ipsam delectationem, et sic potest esse proportio; vel secundum modum delectationis qui est supra Deum et sub Deo, et sic non est proportio; nec iterum ratione reatus, qui consequitur ad hunc modum.

[Ad obiecta]: Et per [f] hoc potest patere qualiter ad obiecta [g] est respondendum.

1. Prima enim ratio procedit secundum ipsam substantiam delectationis, prout finita est ipsa delectatio egrediens [h] a voluntate rationali.

a-b. Duae vero [i] consequentes rationes in contrarium accipiuntur secundum modum vel reatum improportionalem.

---

[a] T om. [b] Ita V, alii *quod autem* pro *A. l. a. q.* [c] BT *aggregata.* [d] Z *fiunt.* [e] VRLZ *possunt.* [f] VRLZ *fuerint;* L *adeo* pro *ideo.* [g] V *ita,* Z *sibi,* quod F corr. [h] V *expositive.* [i] L *sed;* V om. *q. f. p. m.* [k] V *similitudine,* quod R corr. [l] R *unde,* quod F corr. [m] L *congregata.* [n] BT om. [o] FRLZ om. [p] B *ad;* RZ *mortali* pro *mortale.* [q] Ita V, alii *quod autem* pro *A. i. a. q.*

[a] R *dilectio.* [b] T om. [c] B om. [d] BT om. [e] Z om., in F est add. mg. [f] B *propter.* [g] F *obiectum.* [h] Z *egreditur.* [i] VZ *ergo,* quod FR corr.

CAPUT V. 275

DE RADICE VENIALIS PECCATI.

Quinto quaeritur de radice venialis peccati, et quaeritur si illa radix sit libido.

Et videtur. 1. Libido enim, sicut dicit Augustinus[1], est improba voluntas; sed ex voluntate improba procedit veniale peccatum; ergo libido est radix venialis peccati.

2. Item, Augustinus, in *Hypognosticon*[2]: « Omne, quod male libet, libido est ». Sed veniale est male libitum[a]; ergo reducitur ad libidinem tamquam ad radicem.

Contra. *a.* Augustinus, in libro *De mendacio*[3]: « Libido est appetitus animi, quo aeternis temporalia praeponuntur ». Sed nullum veniale a tali radice procedit; ergo libido non est radix venialis peccati.

[Solutio]: Ad quod dicimus quod, sicut vult[b] Augustinus, XIV *De civitate Dei*[4], libido tripliciter potest dici. Uno enim modo potest dici libido omnis inordinata concupiscentia, sive sit respectu venialis sive mortalis, et de hac[c] verum est quod est[d] cum originali in nobis. Alio autem modo dicitur libido non solum inordinata concupiscentia alicuius, sed etiam inordinata contra Deum. Tertio autem modo dicitur secundum quod appropriatur libido ad inordinatam concupiscentiam secundum vim generativam tantum, secundum quod dicit Augustinus[5] quod « originale peccatum transmittit[e] ad posteros non propagatio, sed libido ». Primo ergo modo dicta libidine, potest esse radix non solum mortalis, sed etiam venialis; secundo autem modo radix est mortalis tantum et non venialis, et hoc modo convenit ei[f] praedicta definitio Augustini, et non primo modo.

CAPUT VI. 276

IN QUO SIT VENIALE PECCATUM TAMQUAM IN SUBIECTO.

Sexto quaeritur in quo veniale peccatum sit tamquam in subiecto.

1. In II *Sententiarum*, dist. 24, cap. *Nunc superest*[6], videtur secundum distinctionem[g] Augustini quod in sensualitate habeat fieri veniale: et sumitur ab ipso Augustino, in XII *De Trinitate*[7]; in suprema autem parte rationis semper mortale, in inferiori autem parte rationis aliquando veniale, aliquando mortale.

Sed obicitur, *a.* quoniam, sicut dictum est supra[8], contingit secundum supremam partem rationis per surreptionem male cogitare de corpore Christi; constat autem quod hoc mortale non debet dici; ergo in illa suprema parte rationis poterit esse veniale.

b. Item, Prov. 24, 16: *Septies*[h] *cadit iustus*, ibi Glossa[9]: « De levibus peccatis agit, sine quibus haec vita non ducitur: per ignorantiam enim vel oblivionem vel per[i] surreptionem[k], per necessitatem, per fragilitatem carnis, singulis diebus vel inviti vel volentes peccamus ». Si ergo levia sunt peccata, quae[l] per ignorantiam vel[m] oblivionem vel[n] surreptionem fiunt[o] aliquando, et haec possunt incidere in supremam partem rationis, videtur quod per hoc non distinguatur[p] veniale a mortali, quod non possit veniale incidere in supremam partem rationis.

[Solutio]: Quod concedimus, dicentes quod revera bene potest esse veniale in suprema parte rationis, sicut si per ignorantiam, non eius ad quod tenebatur, sed[q] alicuius facti, vel per surreptionem vel aliquid huiusmodi, ad quod non deberet, velit vel cogitet. Dicimus ergo quod distinctio venialis a mortali non solum attendenda est ex differentia potentiarum vel portionum in

---

[a] V *debitum*; Z *malum* pro *male*, quod R corr. [b] B *dicit*. [c] R *hoc*; V om. *et*. [d] BT om., R *transfunditur*. [e] BT *transivit*. [f] LZ om., in F est add. interl. [g] L *diffinitionem*. [h] B add. *in die*. [i] R om. [k] V add. *vel*. [l] V om. [m] BT add. *per*. [n] V add. *per*. [o] BT *fuerit*. [p] VR *distinguetur*. [q] Z *vel*.

1 Cf. *De lib. arbit.*, I, c. 3, n. 8 (PL 32, 1225).
2 Lib. IV, c. 2 (PL 45, 1640).
3 Cap. 9 (PL 40, 496).
4 Cap. 15 sq. (PL 41, 424).
5 S. Fulgentius, *De fide ad Petrum*, c. 2, n. 16 (PL 40, 758).
6 Cap. 9 (p. 424).
7 Cap. 12, n. 17 (PL 42, 1007).
8 Cf. supra, p. 284b.
9 *Ordin.*, in h. l., ap. Lyran.

quibus sunt, immo etiam ex propriis generibus actuum. Unde in quodam genere actus potest esse veniale in qualibet parte.

[Ad obiecta]: 1. Quod ergo dicit Augustinus, et habetur in *Sententiis,* sicut praedictum est, dicit comparando peccatum humanum ad peccatum primorum parentum, ut sicut ibi fuit serpens, qui non peccavit, et mulier, quae peccavit, et vir, qui consensit et gustavit, et tunc completum est totaliter peccatum illud, ita in nobis est sensualitas proportionata serpenti, quia haec minime peccat, portio [a] inferior rationis mulieri, quae credidit serpenti, quae consentit [b] carni sive sensualitati, superior vero pars ipsi viro, quae [c] cum consentit ad actum, consummatum est peccatum. Non ergo ista [d] distinctione vult dicere Augustinus quod cuicumque actui [e] illicito consentiat pars suprema, ideo [f] sit illud mortale, sed loquitur secundum quod [g] vires vel potentiae vel portiones [h] ipsius animae ratione suae [i] perfectionis magis aptae sunt ad hoc ut ex ipsis eliciatur mortale vel veniale ratione suae imperfectionis. Unde, si alicubi est [k] veniale, hoc maxime erit in ipsa sensualitate; si autem mortale, erit in suprema parte, non quia semper ibi [l] sit quilibet actus illicitus mortale, sed [m] quia, si alicubi debeat [n] esse, hoc maxime erit in vi illa vel parte quae maxime debebat esse perfecta, et ideo gravius erit peccatum in ipsa. In inferiori autem parte rationis, secundum quod convertitur ad sensualitatem, erit veniale; secundum autem quod ad superiorem partem rationis, mortale.

277

CAPUT VII.

UTRUM ALIQUIS POSSIT ESSE SINE VENIALI PECCATO VEL NON.

Septimo quaeritur utrum aliquis possit esse sine veniali peccato vel non.

Quod sic, videtur. *a.* Veniale enim peccatum voluntarium est; a voluntariis autem cavere possumus, cum in nobis sit velle et nolle; a quibus autem cavere possumus [a], illa non sunt necessario [b] in nobis; ergo non est necesse esse veniale peccatum in nobis.

b. Item, ponatur quod aliquis adultus sit baptizatus, qui multa egit mortalia et venialia; Baptismus delet et culpam et poenam; ergo in instanti, quo baptizatus est, nullum habet veniale peccatum; ergo aliquis potest esse sine veniali peccato: et fit sermo de iis qui habuerunt naturam corruptam.

c. Item, sit ita quod aliquis commiserit quatuor venialia peccata [c] et non plura et conteratur super illis; in contritione autem dimittitur culpa; ergo nullam habet illarum; ergo est sine veniali peccato.

d. Item, Prov. 24,16: *Septies* [d] *cadit iustus et resurgit,* et loquitur ibi de venialibus; ergo iustus resurgit a veniali; sed, cum resurgit, non habet veniale; ergo iustus [e] potest esse sine veniali. Unde dicitur in Glossa ibi [1]: « Si malum est quod cadunt, ne haereant [f] in malo, citius resurgunt [g] ».

e. Item, peccatum et gratia opponuntur; ergo veniale peccatum et aliqua gratia; sed potest aliquis habere illam gratiam; ergo potest esse sine [h] veniali quod opponitur illi gratiae.

Contra. 1. Prov. 20,9: *Quis potest dicere 'mundum est cor meum, purus sum* [i] *a peccato'?* Sed si potest esse [k] sine veniali, posset vere dici; ergo nullus potest esse omnino sine veniali.

2. Item, super illud Psalmi [2]: *Non enim* [l] *qui operantur iniquitatem,* habetur in Glossa [3]: « Fomes, qui est languor naturae, commovet illicita desideria »; et ita sine peccato non sumus. Unde I [m] Ioan. 1,8: *Si dixerimus quia* [n] *peccatum non habemus* etc.

3. Item, Augustinus, *Super I Canonicam Ioannis* [4]: « Impossibile est sanctum aliquem aliquando in [o] minimis non cadere peccatis ». Ergo necesse est esse sub illis; et illa sunt venialia; ergo necesse est habere venialia.

4. Item [p], Augustinus, in libro [q] *De spiritu et littera* [5]: « Sicut non impediunt a vita aeterna iustum quaedam [r] peccata venialia, sine quibus vita ista non ducitur, sic ad salutem [s] aeternam nihil prosunt impio aliqua bona opera, sine quibus vita cuiuslibet pessimi difficile invenitur ». Ergo vita iusti non est sine veniali peccato.

---

[a] Z *proportio.* [b] BZ *consensit,* quod F corr. [c] V *qui;* T om. *cum;* B *consensit* pro *consentit,* quod F corr. [d] V *ulla.* [e] T *alicui;* V *illicite* pro *illicito.* [f] V om.; L *aliud* pro *illud.* [g] V om. [h] B *proportiones.* [i] B om. [k] FZ *erit.* [l] BT om. *s. i.* [m] Z *vel,* B om. *si.* [n] Ita VFZ, alii *debebat.*

[a] L *possimus,* quod F corr. [b] R *necessaria.* [c] FRL om.; V om. *et.* [d] V add. *in die.* [e] B *nullus.* [f] VBT *habeant.* [g] V *resurgant.* [h] BF add. *peccato.* [i] V *sit.* [k] T add. *enim.* [l] V *maledicti omnes* pro *n. e.* [m] VZ om., in R est add. interl. [n] FL *quod.* [o] Z *aliquando* pro *a. a. i.* [p] F *dicit,* L add. *dicit.* [q] FRLZ om. *i. l.* [r] V *iusta* pro *i. q.* [s] FL *vitam.*

1 *Ordin.,* in h. l., ap. Lyran.
2 Psalm. 118, 3.
3 Lombardi, in h. l., (PL 191, 1047).
4 *In I Ioan.* 1, 10 (PL 35, 1982), ad sensum; verbotenus in *Glossa ordin.,* in h. l. (PL 114, 695).
5 Cap. 28, n. 48 (PL 44, 230).

5. Item, Augustinus, in libro *Retractationum*[1]: « Quaeritur utrum ista perfectio sic possit intelligi, ut tamen verum sit[a] neminem, iam utentem voluntatis arbitrio, hic vivere sine peccato. A quo enim usque ad unum apicem lex perfici potest, nisi a quo fiunt universa divina mandata? » Ex iis colligitur quod homo, qui habet naturam corruptam, sibi relictus, non potest esse sine veniali peccato.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod est loqui differenter de tota vita hominis habentis naturam corruptam, cum iam pervenit ad aetatem adultam, in qua viget voluntas[b] rationalis, et est loqui de aliqua particula vitae. Si[c] fiat sermo de tota vita, quod sit sine veniali peccato, hoc est de excellenti gratia et singulari, sicut videtur B. Augustinus[2] dicere de B. Virgine. Si vero fiat sermo de aliqua particula vitae, potest aliquis esse sine veniali[d] peccato etc. Unde concedendum est quod aliquis potest esse sine veniali peccato.

Ad obiecta autem respondendum est 1. Ad primum[e] quod intelligendum est quod haec dictio '*quis potest*'[f] aliquando sumitur pro impossibili, aliquando sumitur[g] pro difficili. Difficile enim est ut[h] homo habeat mundum cor, secundum illud Matth. 5,8: *Beati mundo corde.* Per hoc etiam[i] quod dicit '*quis potest dicere*' intelligitur quod temerarium est se laudare vel iustificare. Unde alia translatio[3] expressius dicit: *Quis gloriabitur castum se habere cor, aut quis gloriabitur mundum se esse a peccato?* Et loquitur de gloria apud homines.

2. Ad secundum vero[k] dicendum quod illud quod dicitur super Psalmum quod non sumus sine peccato, intelligitur quod vix sumus vel de tota vita hominis[l] habentis naturam corruptam sibi relictam[m] intelligitur; illud etiam in[n] I Ioan. 1,8: *Si dixerimus* etc. potest intelligi[o] sicut illud Prov. 20,9, vel de tota vita. Unde Glossa[4]: « Quia sine peccato in hac vita esse non possumus, prima salutis spes est ipsa confessio ». Secundum autem Interlinearem[5], quae dicit 'elati de aliqua iustitia nostra', idem est sensus cum illo qui[p] dicitur in libro Proverbiorum[6].

3. Ad tertium dicendum quod illud quod dicitur: « Impossibile est sanctum aliquem » etc., hoc est de necessitate corruptionis humanae, sed non de necessitate simpliciter. Est etiam quaedam necessitas ad veniale, ut ad primos motus; nihilominus tamen potest cavere hoc veniale vel illud determinate.

4. Ad quartum vero[q] dicendum quod illud quod dicit Augustinus, in libro *De spiritu et littera,* intelligitur referendo ad totam vitam post corruptionem inolitam[r].

5. Ad quintum dicendum de eo quod dicitur in libro *Retractationum,* quod hoc intelligitur de pronitate liberi arbitrii post corruptionem reducente[s] in actum quod prius fuit in potentia, dum erat in minori aetate: fomes enim parvulum reddit concupiscibilem, adultum reddit concupiscentem[7]. Vel hoc intelligitur quod vix est homo sine peccato, postquam utitur libero arbitrio, et ideo in oratione dominica dicendum est[8]: *Dimitte nobis debita nostra* etc.[t].

CAPUT VIII.

CUI OPPONATUR VENIALE PECCATUM.

Octavo quaeritur cui opponatur veniale peccatum, utrum scilicet gratiae vel[u] caritati perfectae vel imperfectae aut[v] etiam poenae, hoc est utrum poena, secundum quod huiusmodi, possit tollere veniale.

ARTICULUS I. 278

Utrum veniale opponatur gratiae et speciatim gratiae baptismali.

Quod ergo opponatur veniale gratiae et e converso, patet sic: Malo opponitur bonum simpliciter loquendo; unde et descendendo similiter[x] possumus dicere quod omni malo culpae opponitur bonum gratiae; sed veniale malum est culpae; ergo ei opponitur bonum gratiae sive gratia,

---

[a] T *immisit* pro *v. s.* [b] B add. *ista.* [c] BT add. *autem.* [d] B om. [e] Ita V, alii *primo.* [f] R *aliquis* pro *q. p.* [g] B om. [h] V *et quod.* [i] B *autem;* V om. *corde.* [k] V om. [l] Ita V, alii om. [m] BT *relicta;* V om. *s. r.* [n] V om. [o] V om. *p. i.* [p] R *quod.* [q] V om. [r] V *involitam,* BT *inclitam.* [s] VL *reducentem.* [t] L om., in F est add. interl. [u] Ita VR, alii *sive.* [v] B *vel.* [x] VT *simpliciter,* quod Z corr.

1 Lib. I, c. 19, n. 3 (PL 32, 615).
2 Cf. *De natura et gratia,* c. 36 (PL 44, 267).
3 Iuxta Septuaginta.
4 *Ordin., In I Ioan.* 1, 8, ap. Lyran., ex Augustino, in h. l. (PL 35, 1982).
5 In h. l., ap. Lyran.
6 Cf. c. 20, 9.
7 Cf. Augustin., *Contra Iulian., op. imperf.,* II, n. 235 (PL 45, 1246).
8 Matth. 6, 12.

quemadmodum dicebatur gratia opponi peccato mortali, quia erat malum culpae.

Quo supposito, videlicet quod gratia opponatur veniali [a] et ipsum deleat, cum triplex soleat esse in homine gratia, quaedam in principio, quae dicitur gratia baptismalis, quaedam in poenitentia post lapsum in actuale peccatum [b], et haec dicitur gratia iustificans, quaedam in fine perseverantiae, et haec dicitur gratia finalis: quaeritur an quaelibet istarum gratiarum deleat veniale aut quae sic et [c] quae non. Quaeritur ergo [d] de baptismali.

1. Fuerunt autem quidam qui voluerunt dicere quod gratia baptismalis non de necessitate tollebat omne veniale, et ad hoc etiam [e] potest adduci ratio talis: Aliquis habens inordinatam dilectionem uxoris, sub Deo tamen, accedit ad Baptismum, et dum accedit ad Baptismum et suscipit ipsum Baptismum, adhuc eodem inordinato amore diligit [f] uxorem suam quo prius; ergo adhuc est in ipso illud veniale; recipit [g] tamen gratiam baptismalem: istud constat; ergo [h] gratia baptismalis non delet semper omne veniale.

Sed contra [i]. *a.* Gratia per se non opponebatur poenae, immo culpae per se, poenae autem [k] nonnisi propter culpam; sed gratia baptismalis in baptizato tollit omnem poenam debitam pro actuali peccato; ergo, si rectius opponitur culpae, multo magis tollit omnem culpam. Quod autem in Baptismo per gratiam tollatur omnis poena debita pro actuali peccato, poena dico ad quam [l] solvendam obligatus erat baptizatus, istud dicitur communiter. Et dico poenam actualium ad differentiam poenarum contractarum, quae non tolluntur a baptizato, quia sunt ad exercitium, sicut vult [m] Augustinus [1], ut mors et miseria et ceterae poenalitates naturae quae sunt contractae.

b. Item, si suo modo respondet pulcritudo gloriae pulcritudini gratiae et e converso, sicut sponsa Christi in gloria nullam [n] penitus nec parvam nec magnam habet maculam miseriae, ita videtur quod, quando sponsa per gratiam ascendit de lavacro Baptismi, nullius modi maculam peccati debet habere; quare aut non reddetur anima tota pulcra per Baptismum aut in Baptismo tolletur omne veniale de necessitate.

[Solutio] [2]: Quod concedimus, dicentes quod in eo qui recipit gratiam baptismalem, et hoc est si non fictus accedit, deletur [a] omnis culpa, tam venialis quam mortalis. Sed dicimus quod ad hoc quod fictus non accedat, postquam adultus est exigitur quod conteratur de peccatis mortalibus quorum habet memoriam, et etiam de venialibus saltem in genere dolendo quod ipse fecit aut habet aliquod veniale. Si enim non ita faceret dicimus quod fictus accederet, et [b] non reciperet gratiam baptismalem. Sed hoc facto, videlicet habita dicta [c] contritione et dolore, dicimus quod gratia baptismalis, etsi specialiter esset ad culpam originalem tollendam, tamen [d] postquam praecessit ille dolor et adest baptismalis gratia non solum tollitur originale, sed et [e] actuale, non solum mortale, sed et veniale, nec tantum quoad culpam, sed etiam quoad poenam pro illis debitam. Cuius causa est [f] quia, postquam solutus est ab originali, contra quod erat gratia baptismalis, et mediante contritione ab ipsis [g] actualibus, cum Baptismus virtutem haberet ex passione Christi, bene fuit mors Christi ita sufficiens pretium ut [h] ex solutione passionis illius, a quo virtutem habet Baptismus, absolvatur baptizatus non solum ab omni culpa, sed [i] ab omni poena debita pro culpa sua, et ideo ascendit anima tota pulcra et munda, si recipitur gratia baptismalis. Tamen, quamvis ex solutione mortis Christi dimitti dicatur in Baptismo omnis poena, quia ipsa passio fuit sufficiens pretium, non tamen intelligendum est similiter in sacramento Poenitentiae ut, quamvis habeat virtutem ex passione Christi, non tamen amplius sit [k] poenitens debitor poenae, quia non est sic institutum illud sacramentum quin cum passione Christi exigatur propria poena satisfactoria ab ipso poenitente quamvis ipsa passio Christi posset sufficere pro poena omnium peccatorum.

[Ad obiecta]: 1. Ad illud ergo quod [l] obicitur de illo qui nimis diligit uxorem suam, sed sub Deo tamen, et accedit ad Baptismum etc., dicimus quod, cum teneatur de omni veniali conteri saltem in genere, conteritur de hoc saltem in genere [m] cum aliis; unde dicimus quod ei dimittitur in Baptismo.

Quod si obiciatur: quo modo nolenti dimittitur veniale? potest enim ita esse quod ipse non vult poenitere de illo, immo adhuc bene [n] proponit quod diliget sicut et prius, et hoc cogitadum baptizatur: dicimus quod, quamvis adhuc placeat ei actus iste, cum tamen non placeat quia

---

[a] BTR add. *peccato.* [b] V *actum peccati* pro *a. p.* [c] Ita V, alii *aut.* [d] R *autem.* [e] BF om.; V *huiusmodi* pro *h. e.* [f] B *dilexit* [g] FRLZ *recepit.* [h] V *constat quod* pro *i. c. e.* [i] V *constat;* BT om. *sed.* [k] T om. [l] T *penam.* [m] V *dicit.* [n] B *nullas.*
[a] TZ *debetur,* quod F corr. [b] Ita V, alii *id est.* [c] V om. [d] B *tamquam.* [e] V om. [f] BTLZ om., in F est add. inter [g] V *illis.* [h] T om. [i] V *et.* [k] Ita VF (corr.), alii *fit.* [l] Ita V, alii *quod ergo* pro *A. i. e. q.* [m] V om. *conteritur... genere* [n] BT *bonum.*

[1] Cf. *De peccat. merit.*, II, c. 34 (PL 44, 183sq.). | [2] Cf. S. Bonav., IV *Sent.*, d. 4, p. 1, a. 1, q. 1 (IV, 94sqq.)

peccatum, sed quia hic actus, immo mallet non esse[a] peccatum, in eo quod displicet ei omne peccatum in genere, in[b] hoc etiam displicet ei et istud secundum quod peccatum; istud autem dicimus quod sufficit ad hoc quod remittatur ei in Baptismo.

ARTICULUS II. 279

Utrum veniale opponatur gratiae iustificanti.

Quaeritur postea de ipsa gratia iustificante, utrum opponatur veniali.

Et quod non, videtur, 1. quia[c], si peccato opponitur gratia, et diversis generibus peccatorum diversa gratia; sed[d] diversa sunt genera peccatorum veniale et mortale; ergo diversae eis gratiae opponuntur; sed gratia iustificans est quae opponitur mortali: iustus enim dicitur qui sine mortali est communiter loquendo; ergo eadem non opponitur veniali.

[Solutio]: 1. Ad quod[e] dicimus quod haec forma argumenti non[f] valet: 'peccata sunt multa vel mala, ergo bonum illis oppositum erit multiplex'[g], quia etiam secundum Philosophum[1], cum bonum teneat rationem medii et ita indivisibilis et malum rationem extremi et ita divisibilis, nihil prohibet malum esse multiplex oppositum[h] unico bono; unde etiam secundum Philosophum[2], bonum est uno modo, malum autem multifariam[i]. Gratia ergo non oportet quod multiplicetur, quia sufficit una gratia ad totum mundandum. Quamvis enim variae et multiplices sint aversiones ipsorum peccatorum, tamen gratia non dicitur qua potest homo tantum particulariter mundari ab hoc vel ab illo vel quae potest mundare hanc partem animae[k] solum vel illam, sed quae totam animam, id est quamlibet eius partem, potest gratificare tollendo omne peccatum, et ideo gratia non est nisi una, quae culpam delet. Sed, quia gratia iustificans non delet nisi ea quorum est contritio, dummodo illorum habeatur memoria — et hoc dicimus, quia si non habeatur[l] illorum memoria, aut Dominus reducit illorum memoriam aut dimittit, sicut dicit Glossa[3] super Matth. 8, 15 — ideo dolere debet de quolibet mortali et de venialibus saltem in genere, et etiam forte de maioribus venialibus in speciali, si habeat illorum memoriam, ut sicut multiplicabantur peccata, multiplicentur dolores de illis. Unde quamvis una gratia sufficiat, non tamen unus dolor pro hoc sive pro illo; unde etiam contritio dicitur quasi[m] multae tritiones congregatae, hoc est multi dolores. Et, quia gratia non delet poenam totaliter quin adhuc sit debitor poenae, sicut multi dolores erant in remittendo, ita multae debent esse poenae in satisfaciendo; una tamen gratia sufficit. Unde etiam quemadmodum licet plura peccata mortalia differrent in specie peccati, non tamen requirebantur plures gratiae, sed una gratia cum pluribus doloribus, ita[n] potest esse et est quantum ad veniale et mortale.

ARTICULUS III. 280

Utrum veniale opponatur caritati simpliciter[4].

Quaeritur postea utrum caritas opponatur peccato veniali.

Et[o] quod sic, videtur. 1. Constat enim quod maior est disconvenientia unius doni Dei ad quodcumque peccatum quam unius doni ad alterum; sed caritas non se compatitur timori servili, qui tamen est donum Dei, sicut vult Augustinus[5]; ergo multo minus compatitur[p] veniali.

[Solutio]: Ad quod dicimus quod bene compatitur secum caritas veniale.

[Ad obiecta]: 1. Ad illud autem quod[q] obicitur quod 'non patitur secum timorem servilem', dicimus quod, quemadmodum[r] vult Augustinus, in libro *Contra epistolam Fundamenti*[6], cum dicitur natura corrupta, duo dicuntur: vel actio mala secundum quod natura, vel actio secundum[s] quod corrupta vel mala, et

---

[a] B *esset.* [b] V *et.* [c] T *quod.* [d] RLZ *si,* quod F corr. [e] R *hec.* [f] V *neque.* [g] Z om.; T om. *etiam.* [h] Ita V, alii *opposito.* [i] V add. *nam;* L *vero* pro *ergo.* [k] B om. [l] R (corr.) *habetur;* T om. *et hoc... memoria.* [m] V *cui.* [n] V *etiam.* [o] L om. [p] V om. [q] Ita V, alii *quod autem* pro *A. i. a. q.* [r] Z *ipsa dum.* [s] Ita V, alii *et.*

1 Cf. *De categor.*, c. 8 (I, 17).
2 *Ethica ad Nicom.*, II, c. 6 (II, 20).
3 *Ordin.*, in h. l., ap. Lyran.
4 Cf. Ioan. de Rupella, *Summa de vitiis* (fol. 10a).
5 Cf. *In Heptat.*, II, q. 55 (PL 34, 615).
6 Cf. c. 38 (PL 42, 203sq.).

similiter in aliis huiusmodi, ita dicimus quod in timore servili duo dicuntur: quod timor est et quod servilis est [a]. In quantum ergo timor est, donum [b] Dei est, et in hoc non repugnat caritati. In quantum autem [c] servilis, sic non est donum Dei [d], immo secum importat deformitatem [e] in actu, quia ibi vivit voluntas peccandi, et peccaret non solum venialiter, sed et mortaliter, si speraretur impunitas; et ex hac parte repugnat magis caritati quam veniale quodlibet: unde ex hac parte non se compatitur caritas illi. Unde argumentum praedictum est a minori destructivum; non enim sequitur, si expellit illud cui magis [f] opponitur, quod expellat [g] illud cui minus opponitur.

281 ARTICULUS IV.

Utrum veniale opponatur caritati perfectae.

Sed tunc quaeritur ulterius, I. cum veniale non opponatur caritati simpliciter, utrum caritati perfectae opponatur.

Et quod sic, videtur, 1. quoniam I Ioan. 4,18 dicitur quod *perfecta caritas foras mittit timorem,* et hoc non dicitur de servili tantum: illum enim eiciebat etiam caritas imperfecta; unde de initiali intelligitur. Quare, si ille timor erat donum Dei et quo bene contingebat uti quantum ad utramque partem sui, et tamen [h] propter suam imperfectionem foras mittebatur a caritate perfecta, multo magis veniale, quod plus sonat in [i] imperfectionem, videbitur plus repugnare caritati perfectae, et ita caritas perfecta non poterit stare cum veniali.

2. Item, Dionysius, *Ad Ioannem Evangelistam* [1]: Si illi, quos dicis sanctos, diligunt ea quae sunt super terram ab inhaerentibus male zelata, a divino omnino ceciderunt amore, et non novi quo modo vocentur sancti. Si ergo sancti dicuntur perfecti in caritate, et non licet eis amare ea quae [k] zelantur qui inhaerent terrenis, scilicet ista temporalia, quin cadant a divino amore, amare autem [l] ista temporalia secundum quod huiusmodi non dicebat nisi veniale: ergo videtur quod perfectio caritatis, non possit secum pati veniale. Sed constat quod hoc est falsum: sicut enim dictum [m] est in Quaestione praecedente [2], quemadmodum dicit Augustinus, *Super I Canonicam Ioannis* [3]: « Impossibile est sanctum aliquem aliquando in minimis non cadere peccatis »; constat autem quod aliquis sanctus habet caritatem perfectam; quo modo ergo habebit [n] veritatem illud verbum Dionysii?

3. Propter hoc potest aliquis dicere quod nec cuilibet caritati nec cuilibet perfectae caritati opponitur veniale, sed solum perfectae caritati confirmatae. — Sed adhuc quod hoc [o] non sit verum, videtur, quia, cum dicitur [p] gratia confirmata quae prius [q] dicebatur perfecta, nihil additur [r] ad perfectionem priorem nisi perseverantia [s]; si ergo ratio temporis aut durationis, dummodo sit aequa perfectio caritatis sicut et prius, nihil facit ad abiciendum [t] veniale magis quam prius, patet quod etiam habens finalem caritatem et perfectam poterit habere veniale sicut et si non haberet finalem.

[Solutio]: Ad quod dicimus quod revera caritas perfecta multipliciter potest dici. Cum enim caritatis [u] sit liberare vel ducere in libertatem, primo quidem [v], secundum quod ordinat Augustinus [4] gradus liberationis super illud Ioan. 8,36 *Si Filius vos liberaverit* etc., liberat caritas a mortali, sed nondum est haec plena liberatio, quia iterum potest cadere liberatus in mortale. Si autem in tantum perficiatur caritas, ut iam non possit cadere in mortale habens ipsam, tunc perfectior est quam prius, sed adhuc imperfectio remanet, quia potest cadere in veniale. Quod si adeo perficeretur ut nec in veniale caderet, adhuc non esset plena liberatio, quia remanere fomes. Sed adhuc extincto fomite [x] superest unus gradus, scilicet amotio fomitis et omnis miseriae, qui gradus erit in gloria, et tunc demum erit completa liberatio et plena libertas.

Potest ergo dici perfecta caritas ad praesens tripliciter [y]: una prout est in sanctis iam glorificatis; et si de hac intelligeretur informatus esset sanctus, cum dicit Dionysius: 'Si illi, quos dicis' etc., tunc non habet dubitationem auctoritas Dionysii: constat enim quod neque sanctus iam glorificatus neque etiam in praesenti vita confirmatus, ut non possit peccare [z] nec venialiter nec mortaliter, potest nimis diligere ista terrena sive materialia et temporalia. Alio modo

[a] R om. [b] T om. [c] BT *est.* [d] L om. [e] Ita V (corr.), L (corr.) *formitatem,* alii *fomitem.* [f] R add. *vel minus,* Z add. *et minus* quod L exp. [g] V *repellat.* [h] BTR om. [i] Ita VR, alii om. [k] B add. *non.* [l] B *enim.* [m] V *predictum;* R *sic* pro *sicut* [n] RZ *habebat.* [o] V om. [p] LZ *tandem* pro *c. d.,* quod F corr. [q] LZ *plus,* quod VFR corr. [r] L (corr.) *addit.* [s] L *perseverantiam* [t] Z *ambiciendum,* quod R corr. [u] Z *caritas.* [v] V om.; T add. *quod.* [x] Ita V, alii add. *adhuc.* [y] V *triplex.* [z] B om.

1 Cf. *Epist. 10 Ioanni Theologo* (PG 3, 1118 PL 122, 1193).
2 Cf. supra, p. 290, n. 3.
3 Tract. 1, n. 6 (PL 35, 1982).
4 *In Ioan.,* tr. 41, nn. 9-13 (PL 35, 1697-1700).

potest dici perfectio caritatis, prout etiam [a] est hic in hominibus in terra positis, et hoc dupliciter: vel [b] secundum actum vel secundum [c] habitum. Secundum actum, cum totaliter delectatur caritas alicuius in amplexu sponsi, ita [d] ut nihil aliud amplexetur, et huic perfectioni caritatis secundum actum bene verum est quod opponitur veniale. Si enim aliquis inordinate diligit aliquid, licet venialiter, tamen cum descendit ad illud sub Deo, iam non totaliter adhaerebat affectus eius Deo, et ita cadit [e] perfectio caritatis quantum ad actum [f], remanere tamen potest quantum ad habitum. De ista ergo perfectione secunda, quae est secundum [g] actum, potest intelligi illud quod dicit Dionysius quod sancti, id est habentes hanc perfectionem [h] caritatis, non diligunt ea quae sunt super terram. Tertia autem perfectio est secundum habitum, ut videlicet quando mens, etsi non semper secundum totum affectum suum actualiter dirigatur in Deum, tamen ut frequenter ita facit et apta est ad illud; et huic perfectioni secundum habitum non repugnat quin liberum arbitrium aliquando possit moveri motu veniali [i] secundum actum. Unde huiusmodi *perfecta caritas* non foras mittit veniale, *foras* tamen *mittit timorem* etiam initialem. Et si quaeratur quo modo hoc est, respondemus quod, quemadmodum dicit Glossa[1] super illud Psalmi[2]: *Beati omnes qui timent Dominum,* timor initialis duos habet oculos: unum ad praemium, reliquum ad poenam. Quantum ergo ad oculum respicientem poenam sicut quam timet, *mittit foras perfecta caritas timorem* initialem; quantum autem ad alium, non eicit ipsum, sed consummat: requirit enim perfecta caritas ut, quemadmodum diligebat Deum, ita totaliter habeat oculum ad ipsum.

Cum ergo dicitur [k] 'tollit initialem, ergo tollit veniale', non sequitur: est enim a maiori construendo vel a minori destruendo [l]. Nam, si volumus recte considerare, plus opponitur motus ipsius timoris initialis quantum ad oculum, quem habebat [m] ad poenam, ipsi perfectae caritati quam [n] motus venialis peccati. Quod patet: motus enim caritatis perfectae erat totaliter in Deum dirigi sive totaliter circa ipsum affici; ex hoc autem sequebatur non affici circa aliud; quanto ergo [o] afficitur anima circa magis distans a summo bono, tanto magis distat ille motus a motu caritatis perfectae; sed constat quod in genere eorum quae sunt quod maxime distat a summo bono est poena aeterna — quia hoc est quasi summum malum, secundum quod est ponere summum in genere mali poenae; unde etiam plus distat quam quodlibet bonum temporale a summo bono — ergo affici circa poenam aeternam, timendo [a] ipsam, plus distat a motu perfectae caritatis quam inordinate diligere sub Deo quodcumque bonum temporale; sed primus motus fuit ipsius timoris initialis quantum ad eius imperfectionem [b], quam dicebatur foras mittere caritas perfecta, secundus autem fuit motus venialis peccati; unde patet quod plus longe repugnat timor initialis quantum ad illam partem sui, quae est timere poenam, ipsi caritati perfectae quam veniale. Unde non sequitur quod, si foras mittit quod plus sibi repugnat, quod foras mittat [c] illud quod minus est [d]. Unde, etsi perfectam habens caritatem nunquam moveatur motu timoris respectu poenae aeternae, tamen potest peccare venialiter. Concedimus tamen bene [e] quod, cum peccat venialiter secundum actum, non habet tunc actu motum caritatis perfectae, sed tamen retinet habitum ipsius perfectionis [f]. Praeterea, timor initialis quantum ad illud [g] quod est timere poenam aeternam, per se non potest esse nisi vel quando timetur de mortali vel quando timetur ne non plene sit satisfactum. Sed nihil [h] horum in caritate perfecta timetur; unde patet quod non potest habere caritas perfecta secum motum timoris initialis quantum ad illam partem. Sed quamdiu in vita ista est, quantumcumque sit perfecta caritas, nisi de speciali gratia aliter Dominus dispenset, nihil [i] prohibet quin [k] aliquis inordinatus motus venialis sive per surreptionem sive alio modo possit [l] surgere.

Sed adhuc obicitur [m]. Dicit enim Augustinus[3] quod, « sicut gutta aquae [n] in camino ignis [o], ita veniale peccatum in viro perfecto »; sed gutta aquae non stat cum camino ignis; ergo neque veniale cum caritate viri perfecti. — Ad quod solvitur quod non facit perfecta caritas ut veniale non sit aliquando vel non incidat, sed facit ut non duret; quemadmodum caminus ignis non faciebat ut non apponeretur sibi gutta aquae, sed facit ut apposita non duret, immo citius destruatur. Perfecta enim caritas statim inflammat hominem ut doleat et poeniteat,

---

[a] BT om. [b] L om., in F est add. mg. [c] L om. [d] B om. [e] BT *cedit.* [f] V add. *poterit.* [g] V *quantum ad.* [h] Z *perfectam.* [i] B om. [k] B om. [l] V om. *v. a. m. d.* [m] T om. [n] R *quasi.* [o] BT *enim.*
[a] V *in mundo.* [b] V *perfectionem,* quod F corr. [c] Z *mittit.* [d] BT om. [e] R om. [f] T om. [g] T om. *a. l.* [h] Z *vel,* quod R corr. [i] LZ *vel,* quod FR corr. [k] Z *quando,* quod FR corr. [l] Ita BT, alii *posset.* [m] L om. [n] FRZ *ignis,* quod L corr. [o] Ita V, alii om.

1 Lombardi, in h. l. (PL 191, 1161 sq.).
2 Psalm. 127, 1.
3 Cf. *Retract.,* I, c. 7, n. 5 (PL 32, 393); *De nat. et grat.,* c. 35, n. 41 (PL 44, 267); Lombard., IV *Sent.,* d. 21, c. 5 (p. 882); Guil. Altissiod., *Summa,* III, tr. 6, c. 5 (fol. 162b sq.).

imperfecta vero caritas non statim inflammat ad poenitentiam de veniali, sed dimittit post unum venire [a] aliud. Unde quando sic aggregantur [b] venialia multa et iacent in anima simul, fit [c] maior dispositio ad prostrationem nec dicitur statim resurgere iustus a casu suo.

II. Quaeritur postea: Dicitur Ierem. 48,10: *Maledictus qui facit opus* [d] *Dei negligenter,* alia littera [1] *fraudulenter,* ibi [e] Glossa Gregorii [2]: « Desidia per torporem nascitur [f], fraus per privatam dilectionem; illam minor amor Dei exaggerat, hanc proprius amor sui excitat ». Ex quo videtur quod in negligentia operis Dei faciendi minuitur Dei [g] amor; sed negligentia quiddam veniale fuit; ergo amor Dei sive caritas minui [h] potest per veniale; sed [i] eodem minuitur caritas et tollitur totaliter: sicut enim dicitur communiter, minui non potest caritas nisi totaliter tollatur; aut si non sustinetur opinio ista, tamen verum est indubitanter quod eodem quo [k] minuitur caritas modo, tolli potest temporis successione: diminutio enim via est ad totalem abiectionem. Quare [m] erit verum aut quod veniale non stat cum caritate aut quod veniale, secundum [n] quod huiusmodi, potest tollere caritatem ex toto, quorum utrumque falsum videtur.

Ad quod dicimus quod Glossa et textus illi loquuntur de negligentia mortali et non veniali. Et hoc patet per hoc quod ibi dicitur '*maledictus*': maledictio enim non solet comminatorie indici [o] nisi pro mortali in Scriptura. Si ergo quaeratur quo modo dicitur ibi minor amor Dei, dicimus quod amor ille, qui ibi dicitur esse minor [p], non accipitur pro amore caritatis, sed pro amore naturali sive pro amore voluntatis naturae [q] consentaneae, et hic [r] potest minui per peccatum mortale, et quantum ad actum et quantum ad habitum forte.

282 ARTICULUS V.

Utrum eadem gratia secundum idem sit deletiva peccati venialis et mortalis.

Quaeritur postea, 1. cum mortale et veniale genere differant et ratione peccati, videbitur similiter quod deletivum [a] utriusque aut simpliciter sit diversum aut saltem, si idem est in substantia, quoad diversos effectus sit deletivum huius et illius. Quapropter, si gratia est deletiva mortalis, aut non erit deletiva venialis aut non secundum eumdem effectum secundum quem est deletivum mortalis. Et hoc concedi solet, et ponitur exemplum tale [3]: sol et destruit tenebram noctis et [b] destruit etiam nubem aliquando, quae nubes etiam erat cum ipso die; sed [c] hoc dicitur esse secundum duas naturas in ipso sole: dicitur enim et lucere et calere, et secundum quod lucet, destruit tenebram, secundum autem quod calet, dissolvit nubem. Et similiter solet dici quod gratia secundum quod illuminans purgat mortale, secundum autem quod fervens purgat veniale.

Sed obicitur, *a.* quoniam si natura nubis [d] non esset humida et dissolubilis ratione aquositatis, sed solum haberet [e] naturam obscuritatis, non ratione alterius actus expelleret sol nubem quam tenebram, sed ratione eiusdem, etsi [f] secundum magis et minus intensi [g]; sed, sicut vult Gregorius [4], mortale obtenebrat et veniale obscurat [h]; ergo, si sic est, gratia non secundum alium actum opponetur veniali et secundum alium mortali, sed [i] haec differentia erit solum secundum maiorem et minorem intensionem eiusdem actus.

[Solutio]: 1. Quod concedimus, dicentes quod, quamvis assignetur proportio inter spiritualia et corporalia et per inspectionem corporalium quodam modo manuducamur in spiritualia, tamen non usquequaque est conveniens [k] vel uniformis similitudo quae proponitur [l] inter spiritualia et corporalia. Cum ergo proponitur similitudo de sole materiali [m] ad tenebram et nubem et de sole spirituali ad veniale et mortale, bene [n] est similitudo in genere quantum ad hoc quod, sicut maior quodam modo virtus solis [o] exigitur ad expellendum nubem quam tenebram — quod patet, quia nubes poterat stare, etiam expulsa tenebra, cum ipso sole — ita quodam modo maior actus gratiae vel gratia ad plura extensa requiritur ad expulsionem [p] venialis quam ad mortalis expulsionem, sicut iam videbitur [5]. Bene

---

[a] V *vivere.* [b] Z *aggregentur,* quod R corr. [c] LZ *sic,* R (corr.) *sic fit.* [d] R *opera.* [e] T *in.* [f] L *nescitur,* quod F corr. [g] R om. [h] FRLZ *imminui.* [i] LZ *si.* [k] V *modo.* [l] T *totalitatem.* [m] L *quale.* [n] B *vel;* V om. *non... veniale.* [o] Z *induci.* [p] T om. [q] B om. [r] VR *hec.*

[a] B *delectivum,* quod F corr. [b] B om. [c] V *et.* [d] T (corr.) *imbris.* [e] BT *solet habere* pro *s. h.* [f] V *non,* L *et.* [g] B *intendi* [h] B om. [i] BT *si est.* [k] R *inconveniens.* [l] V *ponitur.* [m] L *naturali.* [n] TL *unde.* [o] L *solum.* [p] BT *expulsationem,* item infra.

1 Vulgata Hieronymi.

2 *Ordin.,* in h. l., ap. Lyran., ex Gregorio M., *Moral.,* IX, c. 34, n. 53 (PL 75, 888).

3 Cf. Guil. Altissiod., *Summa,* IV, tr. 6, c. 7 (fol. 37b).

4 Cf. *Moral.,* X, c. 11, n. 21 (PL 76, 933).

5 Cf. infra, num. 283.

amen est differentia quantum ad hoc quod sol naterialis causa est generationis nubis et etiam causa est dissolvendi eamdem generatam [a]; sol autem spiritualis, scilicet gratia, nunquam fuit causa generationis venialis. Unde etiam nec forte quoad hoc similitudo est ut oporteat alium esse actum, quo expellit gratia [b] veniale et quo expellit mortale, sed idem [c] ad alia et [d] alia extensus forte, sicut iam videbitur [1]. — Ad illud ergo quod [e] obicitur quod 'si [f] specie vel genere differunt veniale et mortale, differunt et eorum deletiva': dicimus quod hoc non sequitur, quoniam, sicut multorum mortalium specie differentium potest esse una gratia deletiva, et non cuiuslibet sua propria, ita et mortalis et venialis potest esse eadem deletiva [g]. Sed differatur solutio huius usque postmodum, ubi melius videbitur [2].

ARTICULUS VI. 283

Utrum requiratur maior gratia ad tollendum mortale quam veniale.

Quaeritur ergo ratione dictorum, si gratia requiritur et ad tollendum mortale et ad tollendum veniale, utrum maior requiratur ad tollendum mortale quam veniale vel e converso.

Et quod maior ad mortale et minor ad veniale, videtur *a.* ex ratione proportionis. Si enim, simpliciter loquendo, peccato opponitur gratia, ergo maiori maior et minori minor; sed mortale maius est quam veniale in genere peccati.

Sed contra est, 1. quoniam, cum advenit gratia, quae tollit mortale, adhuc sublato mortali remanet veniale; ergo videtur quod non tanta sufficiat ad tollendum veniale quanta ad tollendum mortale.

[Solutio]: Ad quod dicimus [h] quod in peccato sunt [i] duo consideranda [k], videlicet culpa et poena. Ad deletionem culpae [l] in adulto requiritur gratia cum contritione, et hoc tum in mortalibus, tum in venialibus; tamen respectu venialium forte sufficiebat contritio in genere, respectu autem mortalium exigebatur non solum in genere. Dicimus ergo quod ad delendum [m] quidquid erat culpae et in mortali et in veniali, cum contritione debita minima sufficiebat gratia, ut ita dicamus, et una et eadem. Unde quemadmodum plurima mortalia diversorum generum [n] potuit unica [o] gratia delere, ita eadem gratia fuit deletiva mortalis et venialis quantum ad illud quod habebant culpae; unde nec maior nec minor quantum ad unum quam quantum [p] ad aliud requiritur. Sed, quia post deletionem culpae erat nihilominus absolvendus peccator a [q] reatu poenae per satisfactionem, ex ista parte dicimus quod, etsi gratia eadem sufficiat ad tollendum culpam utrobique, tamen ex parte poenae maior satisfactio requiritur ad mortale et minor ad veniale, secundum quod dicit Augustinus, in *Enchiridion* [3], et habetur in *Sententiis,* libro IV, dist. 16, cap. ultimo [4], quod pro « peccatis quotidianis brevibus levibusque, sine quibus haec [r] vita non ducitur, quotidiana oratio fidelium satisfacit. Eorum enim est dicere [5]: *Pater noster, qui es in caelis* etc.; et delet haec oratio minima et quotidiana peccata ». Talis autem [s] satisfactio non sufficiebat in mortalibus [t]. Similiter autem et [u] de ipsa contritione dicimus secundum quod ipsa fuit satisfactorium intra, quemadmodum alia opera poenitentiae fuerunt satisfactoria extra; de ipsa, inquam, contritione dicimus quod maior debuit esse respectu mortalium quam respectu venialium.

ARTICULUS VII. 284

De compossibilitate motus venialis et motus caritatis [6].

Quaeritur postea de compossibilitate motus venialis et motus caritatis, hoc est utrum possint simul stare in eodem [v].

I. Et quod in eodem [x] secundum diversas vires, non est difficile probare, ut videtur, quoniam, si diversae vires simul possunt movere,

---

[a] VZ *generationem,* quod R corr. [b] T om. [c] BTLZ *illud,* quod F corr.; R add. interl. *actus scilicet.* [d] F add. *ad;* T om. *extensus.* [e] Ita V, alii *quod ergo* pro *A. i. e. q.* [f] Z om. [g] L add. *et non.* [h] V *dicendum.* [i] Ita V, alii *fuerunt.* [k] Ita V, alii *considerata;* L om. *videlicet,* in F est add. interl. [l] Ita R (corr.), alii add. *in peccato.* [m] V add. *veniale.* [n] L om. [o] V *una,* quod F corr. [p] BT *quid quam* pro *q. q.* [q] V *ab omni;* T om. *per.* [r] B *hic,* T *hominis.* [s] T om. [t] BT *maioribus;* V *simpliciter* pro *similiter.* [u] Ita V, T om., alii *etiam.* [v] L *eadem,* quod F corr. [x] V om. *e. q. i. e.;* R om. *et.*

1 Cf. infra, num. 283. 2 Loc. cit.
3 Cap. 71 (PL 40, 265). 4 Cap. 6 (p. 844). 5 Matth. 6, 9.
6 Cf. Guil. Altissiod., *Summa,* III, tr. 6, c. 5 (fol. 161b sqq.).

nihil prohibet, ut videtur, rationalem partem[a] moveri motu caritatis, aliam autem motu inordinato sive veniali.

II. Sed ulterius est quaestio utrum secundum eamdem vim possint simul stare duo motus, alter ex caritate et alter venialis[b].

Et quod non, videtur. 1. Nam si vis, in qua est motus caritatis, vis[c] simplex et impartibilis est, et quod est impartibile[d] non secundum partem et partem convertitur ad multa, tunc videtur quod non possit simul[e] converti ad multa vis ista; sed aliter non poterant esse motus plures simul; quare videtur quod non poterant[f] simul stare motus venialis et motus ex caritate in eadem vi.

III. Sed adhuc, si hoc esset verum, quaeritur ulterius utrum in eodem motu posset incidere quod esset ex caritate et quod esset[g] venialis vel in eodem actu.

Et adhuc videtur quod sic, *a.* quoniam ponatur quod aliquis praedicet ex bona intentione et ex caritate, hic actus caritatis est; ponatur ergo quod in aliqua parte sui incidat vana gloria aliquantula, tunc constat quod est[h] veniale; quare si veniale[i] non est sine actu, ibi autem non fuit nisi unicus actus, ut videtur, tunc non solum in eadem vi, sed etiam[k] in eodem actu eiusdem vis[l] videtur quod possint concurrere motus caritatis et motus venialis. Et quod iste casus, qui positus est, accidat, habetur etiam[m] ex Evangelio. Unde Luc. 10,11 dicitur[n]: *Pulverem pedum, qui adhaesit vobis* etc.; et similiter Matth. 10,14: *Excutite*[o] *pulverem de pedibus vestris;* et illud idem[p] dicit Glossa[1], super illud Ioan. 13,5: *Lavit*[q] *pedes discipulis suis.*

Quod si concederetur[r], **in contrarium est** 1. quoniam si iste motus ex caritate est, meritorius est; si venialis, malus est; quo modo autem poterit dici idem[s] actus meritorius et malus?

2. Praeterea, I ad Cor. 3,12, dicit Apostolus vel accipitur ex verbis eius quod alii *superaedificant lignum, foenum* et *stipulam,* alii *aurum*[t], *argentum* et *lapides pretiosos.* Quare, si dividitur inter[u] haec duo, non erit idem motus quo superaedificabitur utrumque.

Solutio: I. Quantum ad primum, concedimus bene quod motus caritatis et motus[v] venialis stare possunt in eodem secundum vires diversas.

II. Si autem quaeratur utrum secundum eam dem vim et etiam utrum secundum eumden actum eiusdem vis, tunc distinguimus: quonian aut actus illi contrarii sunt sive oppositi au disparati tantum. Si disparati tantum, dicimu quod bene possunt simul stare in eadem vi verbi gratia, diligere Deum ex caritate et uxo rem venialiter. Si autem sint contrarii actus, tun non possunt simul stare in eadem vi: et dici mus esse contrarios, quando ad eumdem actun sive circa idem obiectum movent contrariae ra dices. Verbi gratia diligere Deum ex caritate e uxorem venialiter non erant contraria, quia no circa idem; sed moveri circa uxorem motu cari tatis et etiam[a] circa eamdem motu veniali, ni mium diligendo, sed sub Deo, haec duo simu stare in eodem non possunt. Si enim circa di versa[b] diversis affectionibus potuit simul af fici una vis, contrariis tamen non potuit[c]. – Ad illud autem quod obicitur 'quo modo ips vis, cum sit simplex et impartibilis, simul con vertitur[d] ad plura': dicimus quod illud non ob stat, immo argumentum illud magis est ad oppo situm quam ad propositum[e]. Quanto enim impar tibilior[f] est vis et simplicior secundum essen tiam, tanto magis converti potest ad plura concomitabantur enim[g] sese haec duo, simplicita essentiae et multiplicitas et intensio potentiae i eodem, ut quanto magis esset de primo, scilice de simplicitate essentiae, tanto magis esset d intensione potestatis et extensione etiam; und quanto simplicius est, tanto potentius est et etiar in plura vel ad plura.

III. Ad illud autem[h] quod quaeritur, utrum i eodem actu: respondemus quod in eodem actu, it ut[i] utrumque denominet actum illum, impossibil est; sed ut motus ille sit principaliter meritoriu et quantum ad appositionem alicuius indebita circumstantiae vel quantum ad omissionem de bitae incidat veniale, hoc bene contingit. Unde si aliquis ex caritate praedicat, actus iste, qu est[k] praedicare, dicendus est meritorius et car tate formatus; si autem incidat ibi vana gloria hoc est quia aliquantulum declinat[l] a rectitudin intentionis, sed non propter hoc denominandu est unquam actus ille venialis neque dicendu est esse demeritorius. Verum est tamen quod re linquitur aliqua dispositio in praedicante qua fuit meritoria poenae, sed non secundum actur illum principalem fuit ista dispositio, imm

---

[a] T om. [b] B *venialiter.* [c] V *vix,* quod R corr. [d] Ita VTF (correcti), alii *partibile;* B om. *et.* [e] V om. [f] V *poterun*
[g] V om. *ex... esset.* [h] Ita R (interl.), alii om. [i] L om. *q. s. v.* [k] B om. [l] Z *vi.* [m] L om. [n] FR om. [o] B om. [p] V *quo*
[q] VR *lavet,* quod F corr. [r] V *concedatur.* [s] V *quod sit.* [t] Z *autem;* FL add. *et.* [u] T *propter;* B *dividuntur* pro *d. t.;* VTLZ *queriti* pro *quare.* [v] V om.

[a] V om. [b] Ita V (corr.), alii add. *vel.* [c] B *possunt,* quod F corr. [d] Ita V, alii *convertetur.* [e] V om. *q. a. p.* [f] V *impartibili*
[g] BT *sibi.* [h] F om. [i] FLZ (corr.) *quod.* [k] LZ (corr.) *quidem iste* pro *i. q. e.,* quod F corr. [l] T add. *ad rectitudinem vel.*

[1] Cf. *Interlin.,* in h. l., ap. Lyran.; Augustin., *In Ioan.,* tr. 56, nn. 4-5 (PL 35, 1788sq.).

ecundum aliquid circumstans illi actui. Verbi gratia praedicare, iste actus fuit meritorius, sed vane gloriari de praedicatione fuit quidam actus indebitus, cedens in indebitam circumstantiam ipsius principalis actus praedicandi. Cum ergo ipse principalis actus nunquam exeat a rectitudine suae ordinationis quin semper [a] ipsa formetur, etsi aliquantula sit ibi declinatio, ideo semper dicendus est meritorius et nunquam demeritorius. Si ergo ibi motus caritatis et veniale circa idem sint, non tamen idem poterit dici esse utrumque per denominationem, sed alterum erit ibi per rectitudinem, alterum vero [b] oblique, ut dicatur quod circa actum caritatis potest incidere veniale.

CAPUT IX. 285

UTRUM VENIALI DEBEATUR TANTUM POENA TEMPORALIS AN ETIAM AETERNA [1].

Nono quaeritur quid debeatur veniali peccato, utrum tantum poena temporalis aut [c] etiam aeterna.

I. Et primo ostenditur quod non possit aeternaliter puniri, 1. quoniam, si Deus iustus iudex est, si veniali non debeatur [d] nisi poena temporalis, cum aeterna improportionalis sit temporali, iniuste videretur agere Deus, si puniret veniale aeternaliter.

Sed contra. *a.* Si non est puniendum aeternaliter, ergo aliquando cessabit puniri; simus [e] in illo instanti: cessavit poena; sed non tollitur poena nisi sublata culpa; ergo sublata est culpa ista [f] in isto, quam attulerat in inferno secum; sed hoc falsum, quoniam in inferno nulla est [g] deletio culpae nec etiam universaliter post mortem.

[Solutio]: Ad quod dicimus quod revera decedens in mortali et veniali pro utroque aeternaliter punitur. Cuius causa est quia, sicut vult [h] Gregorius [2], quia cum peccaverit peccator in suo aeterno, qui in fine gratiam non habuit, sicut fuit aeternitas suo modo in voluntate peccatoris quantum ad mortale, ita et [i] quantum ad veniale; unde, si huiusmodi peccato respondebat [k] poena aeterna, patet quod quantum ad aeternitatem poenae non erit [l] differentia inter veniale et mortale. Sed, quia illud fuit sub Deo et illud supra Deum, erit differentia in poenae acerbitate, ut minor sit poena illa quae est pro veniali quam quae est [m] pro mortali. Unde etsi idem sit qui patitur et ab eodem igne, tamen, sicut vult Gregorius [3] super illud Iob 10,22: *Terram miseriae et tenebrarum* [n] etc., conformabit se ignis puniendis non aequaliter omnibus, sed unicuique pro meritis, neque pro quibuscumque meritis in eodem aequaliter, sed quantum ad quaedam magis acerbe, quantum ad quaedam minus puniet.

[Ad obiecta]: 1. Ad illud ergo quod [o] obicitur quod 'Deus iniuste ageret, si temporali poena dignum puniret [p] aeternaliter' etc.: respondemus [q] quod veniale, coniunctum mortali, si adsit finalis impoenitentia, non amplius est temporale, immo iam transit in perpetuum, quia post mortem non est locus dimittendi peccata neque tempus [r], et ideo fuit dignum puniri etiam poena aeterna.

II. Quaeritur postea de aliquo existente in originali. Ponatur quod non purgetur ab illo, postea adultus factus superaddat originali aliquod peccatum veniale et nullum mortale, quaeritur tunc ubi iste punietur. Nam, si dicitur quod in limbo, hoc non videtur: ibi enim non erat locus puniendi aliquod actuale peccatum commissum. Si autem dicitur quod in inferno actualis poenae, hoc non videtur, quia ibi est locus puniendi tantum habentem actualia peccata mortalia, ut videtur, quorum iste nullum habet. Nec potest dici quod hic pro originali et ibi pro veniali, cum idem non possit esse in diversis locis.

[Solutio]: Ad quod dicimus quod propter differentias puniendorum non oportet ponere diversa loca secundum substantiam differentia in inferno. In eodem enim loco inferni [s], quo puniuntur animae reproborum, sicut anima Petri ibi existens non pateretur, ita quaelibet anima ibi adveniens differenter punitur secundum rationem differentis cremabilis. Unde in eodem loco et in eodem tormento nihil prohibet diversos differenter pati secundum diversas causas, sicut vult etiam Gregorius [4] super illud Iob 10,22: *Terram miseriae et tenebrarum* [t]. Unde, cum dicuntur parvuli non baptizati decedentes esse in limbo, istud magis potest intelligi differentia

---

[a] L *super.* [b] Z *autem.* [c] FRZ *an.* [d] Ita VB, alii *debebatur.* [e] L *sumus.* [f] V *illa.* [g] Ita B, alii *fuit.* [h] VT om. V om.; Z om. *ita.* [i] T *sedebat.* [l] T *erat.* [m] V om. [n] L om. *e. t.* [o] Ita V, alii *quod ergo* pro *A. i. e. q.* [p] L *puniet.* [q] V *respondetur.* [r] B om. *n. t.* [s] R add. *in.* [t] T add. *etc.*

1 Cf. Praeposit., *Summa,* II (fol. 102c); Guil. Altissiod., *Summa,* tr. 28, c. 4, qq. 3 et 4 (fol. 101a sqq.); S. Bonav., I *Sent.,* d. 42, a. 2, q. 2 (II, 967 sqq.).

2 Cf. *Moral.,* XXXIV, c. 19, n. 36 (PL 76, 738).
3 Cf. *Moral.,* IX, c. 65, n. 98 (PL 75, 913).
4 Loc. cit.

poenae quam differentia [a] loci: in eodem enim loco, quo puniuntur sensibiliter adulti, existentes parvuli non punirentur [b] eodem tormento, quia [c] non habent eadem cremabilia quae et illi. Unde etiam secundum hoc videtur dicere Augustinus [d], *De fide ad Petrum* [1], quod firmiter credat et nullatenus dubitet parvulos esse in igne inferni, id est in loco in quo est ignis. Iste ergo [e] qui decessit in originali et in veniali [f] aliquo, in inferno existens punietur et poena originali debit et poena debita veniali perpetuato. Tamen quod diximus de limbo, intelligimus de limbo [h] qu dicitur esse [i] parvulorum decedentium [k] non bap tizatorum, et non de limbo qui dicitur fuisse an tiquorum Patrum, in quibus non [l] fuit carentia vi sionis Dei nisi ad tempus et etiam alterius [m] mod carentia quam in parvulis huiusmodi: ibi enim erat defectus solutionis pretii. Sed de iis alias [2]

286 CAPUT X.

UTRUM ALIQUA VENIALIA REMANEANT POST MORTEM IN IUSTIS RATIONE CULPAE [3].

Decimo quaeritur utrum aliqua venialia remaneant post mortem in ipsis iustis ratione culpae.

Ad quod sic: 1. Aliquis contritus erat modo super venialibus et mortalibus, et dimissa sunt omnia; deinde ante mortem committit aliquod veniale, de quo non conteritur, et sic moritur; quaeritur utrum deleatur istud [a] veniale hic in praesenti aut transeat cum ipso [b] in purgatorio.

2. Si dicatur quod cum illo transit in purgatorio [c], hoc non videtur: ibi enim non posset amplius purgari illud peccatum, ut videtur, quia nec nova gratia ibi datur nec est locus merendi. Unde post mortem non fit aliquid alicui, sicut vult Gregorius [4], nisi secundum quod meruit in vita praesenti; unde ibi est [d] tantum locus quo possit aliquis solvere poenas debitas; oportet ergo quod tollatur illud veniale in praesenti vita. Sed tunc quaeritur a quo.

3. Si dicatur a gratia finali – contra: ibi non fuit contritio; si autem gratia sine contritione posset sufficere ad deletionem venialium, tunc possent multotiens dimitti peccata venialia, quando non dimittuntur, cum multi habentes gratiam habeant et [e] venialia; ergo, si haec gratia finalis est eadem quae erat ante penultimum instans, ante [f] penultimum instans dimissa fuissent ei peccata venialia; quod si non est verum, patet quod non sufficit sola gratia ad deletionem venialis. Ergo ex quo iste non conteritur in ultimo instanti vitae suae, non delebitur illud veniale a gratia finali.

[Solutio]: Ad quod dicimus quod diversae sunt de hoc opiniones, utrum huiusmodi veniale deleatur hic vel [g] in futuro, et utramque opinionem recitat Magister, in IV *Sententiarum*, dist. 21 [5]. Sine praeiudicio tamen dicimus quod veniale omne deletur in praesenti vita. Unde, sicut vult Augustinus [h], *De civitate Dei* [6], credimus quod homini post vitam istam non additur novum meritum nec nova remissio culpae, sed datur poena vel meritum secundum quod meruit in vita ista. Unde in purgatorio potest esse absolutio a poena, sed a culpa non. Deletur [i] ergo veniale illud, de quo quaeritur, in praesenti. Si quaeratur a quo, dicimus quod a gratia finali. Unde Augustinus, in originali *Super Ioannem* [7], ubi dicitur: *Si Filius* [k] *vos liberaverit* [l] etc., accipiens illud quod dicitur Rom. 7, 25: *Carne servio legi peccati,* vult dicere quod servitus ista [m], quamdiu vivimus, in nostris animabus est, nisi Dominus aliter dispenset per specialem gratiam, sed tamen semper diminuitur in habentibus caritatem; quamdiu tamen vivitur, non est perfecta liberatio sive libertas ab hac servitute, quia *corpus quod corrumpitur,* semper *aggravat animam* Sap. 9, 15. Unde, cum ad hoc devenitur quod anima solvitur a carne [n] cum gratia finali, fit anima spiritualis et libera ab illa servitute. Unde tunc gratia, eo quod finalis est, et ita quasi in quodam summo, non tamen summo intensioni, sed tamen quasi in quodam complemento, praevalet super [o] ipsum veniale et delet illud in ipsa dissolutione animae a corpore, quamvis non sit motus contritionis ad illud directus; delet, in quam, ex virtute suae completionis et sui status et hoc quantum ad culpam et non quantum ad poenam, immo illa solvetur [p] in purgatorio.

---

[a] V *differentie.* [b] R *punientur.* [c] T *qui.* [d] V add. *in libro.* [e] V *homo.* [f] Ita BT, alii om. *e. l. v.* [g] Z *quia.* [h] T om. *d.* [i] F om. [k] FRZ *descendentium,* quod V corr. [l] B om. [m] BT *ulterius,* quod R corr.

[a] B om. [b] T *isto.* [c] V *purgatorium.* [d] R om., in Z est add. mg. [e] B om. [f] BT *quando.* [g] B *hic.* [h] VT add. *in libro* [i] Z *debetur,* quod L corr. [k] V add. *Dei.* [l] VBTZ *liberavit.* [m] T om. [n] T add. *ego.* [o] L *supra,* quod F corr. [p] V *solvitur.*

1 Cap. 27 (PL 40, 774).
2 De iis non agitur in *Summa.*
3 Cf. Guil. Altissiod., *Summa,* II, tr. 28, c. 4, q. 3 (fol. 101asq.); S. Bonav., IV *Sent.*, d. 21, p. 1, a. 2, q. 1 (IV, 551).
4 Cf. *Dialog.*, IV, c. 39 (PL 77, 396).
5 Cap. 1-6 (p. 880sq.).
6 Cf. lib. XXI, c. 24, n. 5 (PL 41, 740).
7 Cf. tr. 41, n. 10sqq. (PL 35, 1698).

Si ergo quaereretur 'propter quid gratia alio [a] tempore sine contritione non delevit veniale sicut et nunc', patet solutio, quoniam non erat similis dispositio ipsius gratiae quoad [b] statum sui complementi neque etiam similis liberatio ipsius animae a servitute supra dicta.

Si autem moveret aliquem quod dicitur I ad Cor. 3, 13 quod ignis purgabit etc., ex quo quidam [1] voluerunt accipere quod venialia cremabuntur in purgatorio: dicimus [c] quod ista cremabilia non sunt peccata venialia remittenda quoad culpam [d], sed tantum reatus iam remissorum, quae ibi solvuntur.

QUAESTIO II.

DE PECCATO VENIALI IN SPECIALI.

Dictum est de veniali peccato in generali, dicendum est de ipso [e] in speciali:
Et primo de primo motu;
secundo, de delectatione [f] non morosa;
tertio, de otio.

Quorum primum respicit sensualitatem, quae est motiva sensualis [g] interior; secundum respicit motivam rationalem interiorem; tertium motivam rationalem exteriorem.

MEMBRUM I.

De primo motu.

Circa vero primum motum haec possunt considerari, scilicet:
Quid sit [h] primus motus;
secundo, utrum sit peccatum;
tertio, utrum sit in omni vi motiva ipsius animae;
quarto, a quo sit primus motus [peccatum].
quinto, utrum sit necessitas ad primos motus;
sexto, utrum primi motus cadant sub prohibitione;
septimo, utrum ratio peccet, si non reprimat motus in sensualitate;
octavo, de opposito primi motus;
nono, an primi motus sint aequales in eadem persona vel in diversis;
decimo, utrum poena infligatur a Deo pro primis motibus.

CAPUT I. 287

QUID SIT PRIMUS MOTUS [2].

Ad primum sic: *a.* Primus motus sic definitur: quod est motus sensualitatis secundum impulsum fomitis, tendens impetuose ad fruitionem creaturae delectabilis. Per hoc quod dicitur 'sensualitatis' tangitur causa materialis sive subiectum [i]: sensualitas enim est subiectum [k], in quo est primus motus. Notandum tamen quod sensualitas dupliciter movetur. Aliquando enim movetur secundum regimen rationis ad sustentationem naturae, et talis motus non est inordinatus nec vituperabilis; aliquando movetur secundum impulsum fomitis, et iste est primus motus, de quo loquimur, et est motus inordinatus. Ad differentiam ergo illius motus sensualitatis, qui fit secundum regimen rationis ad sustentationem naturae, additur 'secundum impulsum fomitis', et in hoc tangitur causa efficiens. Per hoc quod sequitur 'tendens impetuose' notatur causa formalis, quae

---

[a] B *aliquo.* [b] V *ad.* [c] B *dicunt.* [d] Ita V, alii *culpas.* [e] L *peccato.* [f] T *deletione,* quod F corr. [g] BT *substantialis.* [h] T om. [i] V om. *s. s.* [k] V add. *sive subiectum.*

1 Cf. Lombard., IV *Sent.*, d. 21, cc. 1-6 (p. 880sqq.), ubi multae adducuntur auctoritates ad hoc probandum.

2 Cf. Ioan. de Rupella, *Summa de vitiis* (fol. 10a), ubi argum. *a* et *2* verbotenus occurrunt.

est immoderatio sive improbus impetus libidinis. Per hoc quod sequitur 'ad fruitionem' etc. notatur causa finalis.

Quid autem sensualitas sit et quot modis dicatur, dictum est in prima divisione virium animae [1]. Tamen ad praesens notandum est quod sicut se habet sensus ad rationem secundum viam cognitivam, ita se habet sensualitas ad vim [a] rationalem sive voluntatem sive liberum arbitrium, quod idem est, secundum viam motivam. Unde sicut apprehensio sive cognitio quae est secundum sensum praecedit eam quae est secundum rationem, sic motus sensualitatis prior est quam motus qui est secundum voluntatem; et ideo recte dictum est quod primus motus [b] est motus sensualitatis. Nota [c] etiam quod sensualitas nomen est vis sensibilis ordinatae sub ratione, et ideo sensualitas [d] est in homine solo, sensibilitas [e] in brutis.

Contra praedictam rationem sic obicitur: 1. Ad Rom. 7,23: *Video aliam legem* etc., Glossa [2]: « Lex carnis vel [f] membrorum est primus motus [g] concupiscentiae ». Sed lex membrorum idem est quod fomes, sicut habetur in Glossa [3]; ergo primus motus est fomes; ergo non est actus fomitis vel secundum impulsum fomitis.

2. Item, sicut sensualitas fuit corrupta, ita et ratio per peccatum originale; ergo sicut ex corruptione sensualitatis surgit primus motus, ita ex corruptione rationis; ergo non omnis primus motus est motus [h] sensualitatis.

3. Item, aliquis motus naturalis potest ess cum impetu; ergo non tantum primus motus es tendens impetuose.

4. Item, sensualitas non est communis nc bis et brutis; ergo [i] est vis rationalis; sed vi rationalis non agit cum impetu; ergo sensualita non agit cum impetu; ergo primus motus [k] no est cum impetu.

[Solutio]: 1. Ad quod dicendum quod, cur dicitur « lex carnis vel membrorum est primu motus », dicitur per causam: lex enim carni vel membrorum est causa primorum motuum.

2. Ad secundum vero [l] dicendum quo primus motus, de quo loquimur hic, est sensua litatis, et non est [m] rationis nisi quodam modo unde tantum est in ipsa sensualitate ordinata a rationem.

3. Ad tertium vero [n] dicendum quod, lice motus naturalis aliquando fiat cum impetu, nihilo minus motus sensualitatis, qui est vitiosus, f cum impetu: hoc [o] enim est commune utrique non [p] ex parte rationis, sed ex parte sensibili animae.

4. Ad quartum dicendum quod non sequi tur, si sensualitas non est communis nobis e brutis, sed propria est hominis, quod propter ho sensualitas agat cum deliberatione: sensualita enim [q] est partis sensibilis ordinatae ad rationen et propter illum ordinem non est communis nc bis et brutis.

288

CAPUT II.

UTRUM PRIMUS MOTUS SIT PECCATUM [4].

Secundo quaeritur utrum primus motus sit peccatum.

Quod videtur. *a.* Ad Rom. 7,20, super illud: *Non ego operor, sed quod habitat in me* etc., Glossa [5]: « Quod Apostolus nolebat et tamen faciebat, concupiscentia est, quae est in primo motu, qui [r] est veniale peccatum ». Ergo primus motus est veniale peccatum.

b. Item, ad Rom. 7,15, distinguitur [6] triplex [s] velle: naturae, gratiae et culpae; motus autem primus est a velle culpae sive vitii; ergo primu motus est peccatum.

c. Item, *Super Prologum Psalmorum* [7], dicitur « Cogitatio large accepta tria complectitur, sci licet primum motum mentis, qui est veniali culpa ». Ergo primus motus est veniale peccatum

Contra. 1. Augustinus, in libro *De correp tione et gratia* [8]: « Quis peccat in eo quod vitar non potest? » quasi diceret: nullus. Ergo, si pri mus motus vitari non potest, primus motus no erit peccatum.

---

[a] T *veritatem.* [b] Ita BTZ, alii om. [c] V *notandum.* [d] B *rationalitas.* [e] B *sensualitas.* [f] T om. [g] T om. [h] V om [i] Z add. mg. *non,* quod L exp.; B om. *est.* [k] T om. [l] VB om. [m] V om. [n] V om. [o] FR *hic.* [p] T add. *esse.* [q] L *auten* quod F corr. [r] Ita F, alii *quod.* [s] BT *tripliciter.*

1 Cf. tom. II, num. 363-366.
2 Lombardi, in h. l. (PL 191, 1431).
3 *Interlin.*, in h. l., ap. Lyran.
4 Cf. Guil. Altissiod., *Summa,* II, tr. 28, c. 1 (fol. 99a); Ioan. de Rupella, *Summa de vitiis* (fol. 10b).
5 Lombardi, in h. l. (PL 191, 1428).
6 Lombardi, in h. l. (PL 191, 1423).
7 Lombard., in h. l. (PL 191, 60).
8 Potius *De lib. arbit.,* III, c. 18, n. 50 (PL 32, 1295) *De natura et gratia,* c. 67, n. 80 (PL 44, 286).

2. Item, omne peccatum est voluntarium ita quod, si non est voluntarium, non est peccatum[1]; sed primus motus non est quid voluntarium; ergo non est peccatum. — Quod non sit voluntarium, patet per hoc quod dicitur ad Rom. 7,19: *Quod nolo, hoc ago*, et loquitur de primo motu; ergo primus motus non est peccatum.

3. Item, Augustinus, in libro *De civitate Dei*[2]: « Si concupiscentia, quae[a] praeter legem nostrae voluntatis movetur, absque culpa est in corpore dormientis, quanto magis in corpore non consentientis ».

4. Item, super illud[3]: *Irascimini et nolite peccare*, Glossa[4]: « Sciendum quod primus motus non est in potestate nostra ». Sed quod non est in potestate nostra non est peccatum; ergo primus motus non est peccatum[b].

5. Item, Glossa[5], ibidem: « Primo motu[c] irascimini, quod est invincibile ». Ergo huiusmodi motus sunt invincibiles; ergo non sunt peccatum.

6. Item, suggestio, quae est a diabolo, sive tentatio non est[d] peccatum, cum sit diabolus fortius[e] impellens; ergo tentatio, quae est ex carne, quae minus impellit, non erit peccatum.

[Solutio]: Ad quod dicendum[f] quod quidam[6] distinguunt inter motum primo primum et motum secundo primum. Primo primus motus est qui repente insurgit, et ille non est peccatum; secundo primus[g] est qui post illum occurrit, et ille est peccatum, quia debebat reprimi, ex quo sentiebatur primo primus. — Alii[7] vero dicunt quod omnis primus[h] motus est peccatum, sed non dicitur primus motus quousque voluntatem attingit. Sed ipsi distinguunt duplicem sensualitatem, brutalem et humanam: in brutali non est peccatum, in humana est peccatum. — Melius tamen potest dici quod una est sensualitas in homine corrupta[i] per originale peccatum; et inordinata delectatio sive libidinosa, quae ex ea procedit in quantum corrupta, dicitur primus motus et est peccatum, quia debebat esse subdita rationi et ipsa movetur indebito modo praeter rationem et attingitur aliquo modo a ratione non faciente, sed permittente vel radicem eius non comprimente.

[Ad obiecta]: 1. Ad primo[k] ergo obiectum dicendum quod uno modo potest vitari primus motus: potuit enim ratio vitare istum primum motum et illum et illum[l] et ita de singulis, licet non posset vitare de se omnem, et ita primus motus est qui vitari potest secundum rationem iam dictam.

2. Ad secundum vero dicendum quod voluntarium dicitur dupliciter: vel quod est a voluntate faciente vel quod est a voluntate permittente sive radicem non comprimente. Primo modo non est primus motus voluntarium, secundo modo vel tertio est.

3. Ad tertium dicendum quod duplex est consensus: factivus, et absque tali est primus motus; est etiam[m] permissivus, et sine tali non est primus motus: licet enim non sit consensus actu, est tamen habitu.

4. Ad quartum dicendum quod primus motus sic est in potestate nostra, ut iste vel ille non surgat[n], sed non quin aliquis surgat, nisi hoc esset ex excellenti gratia.

5. Eodem modo dicendum[o] ad quintum; invincibile enim dicitur duobus modis: vel[p] in universali vel in particulari.

6. Ad ultimum dicendum quod, licet diabolus sit fortior impellens quam caro, tamen caro plus illicit[q] ad peccatum propter sui cohaerentiam cum ratione. Et ideo non sequitur, si tentatio, quae est a diabolo, non est peccatum, quod propter hoc tentatio quae est ex carne.

CAPUT III. 289

UTRUM PRIMUS MOTUS SIT IN OMNI VI MOTIVA ANIMAE[8].

Tertio quaeritur utrum primus motus sit in omni vi motiva animae.

Quod videtur. 1. Omnis enim vis animae corrupta fuit per originale peccatum, et ex illis sic corruptis aliqui motus primo oriuntur per excitationem carnis sive stimuli; et motus huiusmodi dicitur primus motus; ergo in omni vi potest esse primus motus.

2. Item, unaquaeque potest peccare ex surreptione; ergo, cum primus motus dicatur qui est ex surreptione, unaquaeque potest peccare primo motu.

---

[a] V add. *est.* [b] T om. *ergo... peccatum.* [c] Ita L, alii *motui;* BT add. *quod est;* V om. *irascimini.* [d] T om. [e] V *fortis,* alii B *fortior.* [f] F add. *est.* [g] V add. *motus.* [h] V om. *Alii... primus.* [i] BT *corrupto.* [k] F *primum.* [l] L om. *e. i.;* B *sic* pro *ita.* [m] L om. [n] F *resurgat.* [o] Ita B, alii add. *est.* [p] L *aut,* quod F corr. [q] V *elicit,* BTL (corr.) *allicit,* Z *eluit.*

1 Cf. Augustin., *De vera relig.*, c. 14, n. 27 (PL 34, 133).
2 Lib. I, c. 25 (PL 41, 39).
3 Psalm. 4, 5.
4 Lombardi, in h. l. (PL 191, 86).
5 Loc. cit.
6 Cf. Guil. Altissiod., *Summa*, tr. 28, c. 2, 2 q. incidens (fol. 99c).
7 Cf. Guil. Altissiod., loc. cit.
8 Cf. Guil. Altissiod., loc. cit., q. 4 incidens (fol. 99d sq.).

3. Item, aliquis sine deliberatione praecedente et subito ex vitio rationis dubitat de articulo fidei et statim reicit; talis motus est peccatum veniale; et nullus motus praecessit illum; ergo est primus motus; et est in superiori parte rationis; ergo primus motus potest esse in superiori parte rationis [a]; multo fortius in inferiori, et ita in omni vi.

Contra. *a.* Super illud ad Rom. 7, 23: *Captivum me ducentem in legem peccati,* Glossa [1]: « Lex membrorum vel carnis morbidus quidam affectus, qui commovet illicitum desiderium ». Ubi notatur quod primi motus, qui dicuntur illicita desideria, sunt ex lege carnis; sed ista immediate coniunguntur sensualitati; ergo primi motus tantum sunt in sensualitate.

b. Ex ratione supra dicta [2] ipsius primi motus potest idem haberi.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod primus motus, secundum quod supra dictum est [3], tantum est in sensualitate.

[Ad obiecta]: 1. Ad obiectum autem primum dicendum est [b] quod, licet unaquaeque vis sit [c] corrupta sive inordinata [d], non tamen ex e surgit primus motus, sed potest esse veniale peccatum, et hoc [e] ratione corruptionis, non qu omnis motus sit peccatum veniale, qui a vi qu libet egreditur: non enim sufficit quod sit primu motus alicuius potentiae, sed quod sit motus se sualitatis secundum impulsum fomitis.

2. Ad secundum dicendum quod, etsi [f] pe cet quaelibet vis aliquando secundum surrepti nem, non tamen [g] est primus motus, de quo l quimur hic, sed veniale peccatum.

3. Ad tertium vero [h] dicendum quod lic aliquis dubitet de aliquo articulo fidei sine del beratione praecedente, non tamen illa dubitat est primus motus: est enim in ratione per surre tionem; sed oritur ex phantasiis [i] quae sunt e parte sensualitatis, quibus inordinate admisceti ratio.

290 CAPUT IV.

A QUO PRIMUS MOTUS HABEAT QUOD SIT PECCATUM [4].

Quarto quaeritur a quo sit primus motus peccatum. Aut enim habet hoc ab origine aut a fine aut quia contra legem Dei aut a [k] consensu rationis.

1. Si habet illud ab origine, id est a fomite – contra: fomes post Baptismum non est peccatum, sed poena; si ergo motus primus est a fomite, motus primus post Baptismum non esset [l] nisi poena.

2. Si vero habet a fine, quia est ad illicitum, ergo primus motus, qui est in uxorem [m], non esset peccatum.

3. Si vero est peccatum, quia est contra legem Dei – contra, ait Hieronymus [5]: « Anathema sit, si quis ait Deum aliquid impossibile praecepisse »; eodem modo necessarium prohibuisse; primum autem motum vitari [n] est impossibile; ergo Deus primum [o] motum non prohibuit. Praeterea, si primus motus esset contra legem Dei, multo fortius alia peccata venialia essent contra legem Dei; quae cum non sint, non est primus motus contra legem Dei [p].

4. Si vero est peccatum propter consensu rationis, – contra: primus motus insurgit [q] co tra voluntatem rationis, et tamen est malum, sic dicitur ad Rom. 7, 19: *Quod nolo malum, hoc ag* Igitur non habet a consensu rationis quod s malum.

[Solutio]: Ad quod respondendum quod pr mus motus habet esse peccatum et ratione or ginis et ratione inordinationis ad finem.

[Ad obiecta]: 1. Ad primum autem obie tum [r] in contrarium dicendum est [s] quod, lic fomes post Baptismum sit poena tantum, nihil minus potest ex huiusmodi corrupta radice pr gredi motus qui est peccatum. Cum hoc enim quod fomes est poena [t], remanet quaedam ca salitas sive inclinatio ad culpam, ratione cui motus ille, qui est in potentia coniuncta radi et exit a tali radice, est peccatum.

2. Ad secundum vero [v] dicendum quod primo motu ex ratione potentiae non est cons deratio huius circumstantiae quod sit in ux rem, sed primus motus [x] tantum respicit quod mulierem. Vel forte hanc [y] circumstantiam no

---

[a] B add. *ergo.* [b] Ita V, alii *dicendum* pro *p. d. e.*; B om. *licet.* [c] V *est.* [d] B *ordinata.* [e] FL *hac.* [f] V *si.* [g] B om. [h] V o [i] L (corr.) *phantasmatibus.* [k] VR om. [l] Z *erit.* [m] VBTZ *uxore,* quod R corr. [n] BT *mutari.* [o] T *primo.* [p] B om. *quae... D* [q] T *resurgit.* [r] Ita V, alii *obiectum autem primo* pro *p. a. o.* [s] L om., in F est add. interl. [t] B om. [u] L add. interl. *que,* quod R e [v] V *quod* pro *s. v.* [x] T om. [y] B *habeat,* quod RL corr.; V om. *v. f. h. c.*

1 Lombardi, in h. l. (PL 191, 1430).

2 Cf. supra, num. 287.

3 Loc. cit.

4 Cf. Guil. Altissiod., *Summa,* II, tr. 28, c. 2 (fol. 99b); Ioan. de Rupella, *Summa de vitiis* (fol. 10b), ubi argum. 1-4, paucis additis, verbotenus occurrunt, cetera vero multa differentiam ostendunt.

5 Cf. *Dialog. adv. Pelag.,* I, n. 23 (PL 23, 517) *Symb explan. ad Damasum* (seu *Libel. fidei Pelagii),* n. (PL 45, 1718).

respicit, sed tantum quod expleatur delectatio carnalis, non ponendo circumstantiam ex parte personae in quam vel cum qua. Est ergo in primo motu inordinatio actus ad finem licitum. Ex duobus ergo praedictis, cum motus est in sensualitate, dicitur esse peccatum.

CAPUT V. 291

UTRUM SIT NECESSITAS AD PRIMOS MOTUS.

Quinto quaeritur utrum sit necessitas ad primos motus.

Quod videtur, 1. per hoc quod dicitur [a] super illud ad Rom. 6,13: *Nec exhibeatis membra vestra,* Glossa[1]: «Hic non [b] prohibet concupiscentiam quae est in primo motu, quia non est in potestate nostra quin surgat».

2. Item, super illud ad [c] Ephes. 4,26: *Irascimini et nolite peccare,* Glossa[2]: «Invitus tolero [d] quod vitari non potest. Si ergo surgit [e] motus animi [f], qui iam propter poenam peccati non est in [g] potestate nostra, saltem non ei consentiat [h] ratio». Ergo necessitas est ad primos motus.

Contra. *a.* Quod necessitatis [i] est, non imputandum est in peccatum nisi ipse homo causa sit illius necessitatis, sicut est in peccato consuetudinis; sed ipse homo qui peccat non est causa necessitatis ad veniales motus.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod uno modo est necessitas ad primos motus et alio modo non. Non enim est necessitas ad hunc primum motum vel illum, licet sit necessitas ad aliquem, manente corruptione in sua causalitate: posset enim manere corruptio, sed tolli causalitas ex virtute gratiae.

CAPUT VI. 292

UTRUM PRIMI MOTUS CADANT SUB PROHIBITIONE [3].

Sexto quaeritur utrum primi motus cadant sub prohibitione.

Quod videtur. 1. Dicitur ad Rom. 7,7: *Concupiscentiam nesciebam nisi Lex diceret: non concupisces;* et loquitur ibi de concupiscentia quae est in primo motu; ergo cadit sub prohibitione illa qua dicitur: *Non concupisces.* — Item, super illud ad Rom. 7,20: *Non ego operor, sed quod* etc., dicitur [k] in Glossa[4]: «Attende quo modo Augustinus hic dicit Legem nolle [l] quod nolebat Apostolus: illud enim, quod Apostolus nolebat et tamen faciebat, concupiscentia est, quae est in primo motu; nolle autem Legis [m] nihil aliud est quam prohibere»; ergo primus motus cadit sub prohibitione.

2. Item, dicitur ibidem in Glossa[5]: «*Quod nolo* facere, *facio,* Lege prohibente»; et loquitur de primo motu; ergo primus motus est sub prohibitione [n].

3. Item, est aliquod praeceptum affirmativum quod non potest impleri in via, ut[6]: *Diliges Dominum Deum tuum* [o] etc.; ergo similiter [p] debet esse aliquod praeceptum negativum quod similiter non potest impleri in via; hoc autem est: *Non concupisces;* sed quod non potest impleri, hoc non est nisi ratione primorum motuum; ergo primi motus sunt sub prohibitione.

Contra. *a.* Ad Ephes. 4,26, super illud: *Irascimini et nolite peccare,* Glossa[7]: «Permittit Apostolus irasci, quod est humana tentatio, sed prohibet iram ad effectum ducere». Irasci autem accipitur ibi pro primo motu, ducere vero iram ad effectum pro mortali peccato; ergo primus motus est in permissione, non in [q] prohibitione.

b. Item, primi motus non sunt in nostra potestate; et quod non est in nostra potestate [r] non cadit sub prohibitione; ergo primus motus [s] non cadit sub prohibitione [t].

c. Item, Augustinus, in libro *De praesentia Dei*[8]: «Inobedientia concupiscentiae habitat in carne mortali, qua fit ut eadem membra etiam praeter voluntatis moveantur arbitrium». Sed prohibitio [u] est eorum quae subsunt [v] libero

---

[a] T om. *p. h. q. d.* [b] B om. [c] V om. [d] V *tolebo,* L *caveo,* Z vacat. [e] LZ (corr.) *surgat,* quod F corr.; BT *sic* pro *si.* [f] BT *anime,* quod F corr. [g] L om. [h] Z *consentiet;* V om. *non.* [i] L *necessitas.* [k] Ita V, L *ita,* alii *infra.* [l] V *velle.* [m] VT *legem,* B *legere.* [n] Z om. *p. m. e. s. p.* [o] FL om. [p] B *simpliciter.* [q] V om. *p. n. i.* [r] V om. *et... potestate,* in L est add. mg. [s] T om. [t] L om. *ergo... prohibitione.* [u] V add. *non.* [v] T *sunt sub.*

1 Lombardi, in h. l. (PL 191, 1407).
2 Lombardi, in h. l. (PL 192, 206).
3 Cf. Guil. Altissiod., *Summa,* II, tr. 28, c. 3, 3 quaest. incidens (fol. 99csq.).
4 Lombardi, in h. l. (PL 191, 1428).
5 Lombardi, *In Rom.* 7, 15 (PL 191, 1423).
6 Deuter. 6, 5. 7 Lombardi, in h. l. (PL 192, 206).
8 Sive *Epist. ad Dardanum* 187, c. 9, n. 31 (PL 33, 844).

arbitrio; ergo inobedientia concupiscentiae non est in prohibitione; sed illa est primus motus; ergo primus motus non est sub prohibitione.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod esse sub prohibitione dicitur [a] duobus modis: vel illud quod prohibetur directe, et sic primus motus non est sub prohibitione; vel quod ex prohibitione ostenditur indirecte esse [b] malum, sicut accidit cum prohibetur [c], Eccli. 18, 30, ire *post concupiscentias* [d], ire *post concupiscentias* [e] est directe prohibitum; sed concupiscentia [f] ostenditur esse malum. Unde ad Rom. 7, 7, habetur in Glossa [1]: « Legem omnem illicitam concupiscentiam nolle; sed aliter nolle concupiscentiam, quae est in primo motu, aliter nolle concupiscentiam delectationis et consensus. Illam quippe [g] non vult, id est [h] reprobat et detestatur et peccatum esse ostendit, hanc vero non tantum [i] ostendit esse peccatum, verum etiam prohibet ». Ex iis ergo habetur quod non proprie dicitur lex prohibere primum motum, sed nolle, id est detestari [k] vel reprobare.

[Ad obiecta]: 1. Ad primum autem obiectum [l] in contrarium dicendum [m] quod non sequitur, si nesciebat Apostolus concupiscentiam, quae es primus motus, esse malum *nisi Lex diceret: No concupisces,* quod primus motus sit sub prohib tione; sed quod primus motus sit malum, ho ostenditur ex prohibitione: prohibetur enim n concupiscentia ad effectum ducatur.

2. Ad secundum vero dicendum quod no sequitur [n], si lex reprobat concupiscentiam, quo primum motum propter hoc [o] prohibeat.

3. Ad tertium dicendum quod illud prae ceptum negativum: *Non concupisces,* non potes omnino impleri in via quantum est de potestat liberi arbitrii in se; hoc autem dicitur propte venialia peccata, quae, licet non prohibeantu directe, tamen mala esse ostenduntur et cavend secundum possibilitatem humanam. Aliter tamen dicitur praeceptum de diligendo Deo *ex tot corde* non posse impleri in via [2], et praeceptu de non concupiscendo non posse impleri in via Illud enim dicitur ratione circumstantiae qua est '*ex toto corde*', istud vero dicitur ration dispositionis, quae subintelligitur ante consensu rationis.

293

CAPUT VII.

UTRUM RATIO PECCET SI NON REPRIMAT PRIMOS MOTUS.

Septimo quaeritur utrum ratio peccet si non reprimat primos motus.

1. Quia aut tenetur reprimere aut non. Si tenetur, ergo peccat mortaliter ex omissione, si non reprimit. Quod autem teneatur, videtur ex hoc quod praeceptum est ei ne eat post concupiscentias [3]; sed non reprimere est ire post concupiscentias; ergo tenetur reprimere.

2. Item, si superior pars rationis non reprimeret delectationes inferioris partis, peccaret mortaliter, sicut fuit in primis parentibus ex eo quod Adam non cohibuit Evam; sic autem est [r] in interiori homine sicut [s] in exteriori, prout [t] dicit Augustinus, in libro *De Trinitate* [4]; ergo, cum superior pars teneat locum viri, inferior locum mulieris, superior tenetur cohibere illicitas delectationes inferioris; ergo a simili ratio tenetur cohibere delectationes sensualitatis: ratio enim, secundum Gregorium [5], tenet locum viri, sensualitas locum mulieris.

Contra. *a.* Dicit Augustinus, in libro *D Trinitate* [6], loquens de inferiori parte rationis Si inferior pars rationis consenserit ita ut « sol cogitationis delectatione » sine voluntate perf ciendi teneatur et non diu, « mulier sola mandu cavit » et est veniale peccatum. Ergo non tenetu inferior pars rationis reprimere motus sensual tatis.

b. Item, nullus tenetur ad impossibile; se motus surgunt in sensualitate, nolente ratione et impotente reprimere; ergo ratio [v] non tenetu reprimere motum sensualitatis.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod ratio [x] no tenetur reprimere primos motus mortalium pe catorum ne surgant, sed ne producantur ad co sensum superioris partis, et hoc est: tenetur no consentire secundum superiorem partem vel etia secundum inferiorem, cum iam pervenitur a iudicium ipsius definitivum.

[Ad obiecta]: 1. Ad primum autem obiectum in contrarium dicendum est quod illud quo

---

[a] Ita BT, alii add. *esse.* [b] L om., in F est add. mg. [c] V *prohibet.* [d] B *concupiscentiam.* [e] BTL om. *i. p. c.*; V *indire* pro *directe.* [f] V *concupiscentias*; R add. interl. *per hoc.* [g] V add. *nam.* [h] T *licet.* [i] T om. [k] FRLZ *detestare.* [l] Ita V, *obiectum autem* pro *p. a. o.* [m] FRLZ add. *est.* [n] BTZ (mg.) add. *quod,* quod FL exp. [o] T om. *p. h.* [p] T om. [q] R om. *et... v* [r] BT om. [s] R add. *est.* [t] F *sicut.* [u] B om. *n. r.* [v] T om. [x] F om. [y] Ita V, alii *obtectum autem* pro *p. a. o.*

1 Lombardi, in h. l. (PL 191, 1428).

2 Cf. Augustin., *De perfect. iustitiae,* c. 8, n. 19 (PL 44, 301); Lombard., III *Sent.,* d. 27, c. 6 (p. 676 sq.); Guil. Altissiod., *Summa,* III, tr. 6, c. 1, q. 7 (fol. 155c sq.); S. Bonav., III *Sent.,* d. 27, a. 2, q. 6 (III, 613 sqq.).

3 Eccli. 18, 30.

4 Lib. XII, c. 12, n. 17 (PL 42, 1007 sq.).

5 *Moral.,* IV, c. 27 (PL 75, 661); *Regula pastor.,* III, et *Epist.,* XI, ep. 64 (PL 77, 109, 1199).

6 Loc. cit.

dicitur in Ecclesiastico, quod ratio tenetur non ire *post concupiscentias,* hoc intelligitur de via consensus in actum mortalis peccati ex titillatione praecedente.

2. Ad secundum dicendum quod non est simile in coniunctione superioris partis rationis ad inferiorem et in coniunctione inferioris ad sensualitatem. Nam inferior pars rationis ita [a] ordinata est ad superiorem, quod [b] subiecta sit ei vel esse debeat, sensualitas vero ex poena ordinata est ut repugnet; et ideo, licet teneatur ratio superior ad cohibendum delectationes illicitas inferioris partis, non tamen tenetur ad cohibendum delectationes illicitas sensualitatis. Inferior enim pars rationis uno modo subiecta est superiori et alio modo non: in hoc autem est subiecta, quod non potest consentire inferior ad perficiendum peccatum absque superiori; in hoc autem non est subiecta, quod condelectari [c] potest ipsi sensualitati sine consensu rationis superioris. Praeterea, inseparabile est ius matrimonii inter inferiorem partem rationis, quae est ad modum mulieris, et superiorem [d], quae est ad modum viri; non autem est matrimonium inter rationem et sensualitatem, secundum quod sensualitas tenet locum serpentis; et ideo, licet teneatur superior pars rationis cohibere inferiorem, inferior tamen non tenetur omnino cohibere sensualitatem.

CAPUT VIII. 294

QUID SIT OPPOSITUM PRIMI MOTUS.

Octavo quaeritur de opposito primi motus, quid sit illud.

Et videtur quod hoc sit gratia. 1. Gratia enim et peccatum opponuntur; sed primus motus est veniale peccatum; ergo gratia [e] et primus motus opponuntur. — Contra. Opposita nata sunt fieri circa idem subiectum [1]; sed primus motus [f] est in sensualitate sicut in subiecto, gratia vero in voluntate rationali sive in ratione; ergo non opponuntur.

2. Potest ergo quaeri quid aliud sit oppositum primo motui, quia non [g] videtur gratia opponi primo motui, quae delet veniale peccatum [h] vel quae delet mortale. Propter hoc dixerunt aliqui quod gratia non opponitur primo motui, sed virtus. — Contra quod sic: Virtus, sicut dicit Philosophus [2], non est sine voluntate; sed primus motus [i] est sine voluntate [k]; ergo non sunt circa idem.

3. Si vero dicatur quod nec gratia nec virtus opponantur — obicitur sic [l]: Aliquis conteritur super peccatis suis et mortalibus et venialibus, sive sint primi motus sive alii; per contritionem autem [m] delentur peccata; hoc autem non est nisi per gratiam; ergo gratia opponitur primis motibus, et per consequens virtus.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod gratia opponitur, sed non quaecumque, sed gratia in tantum invalescens ut possit liberare a lege peccati, ne scilicet motus surgant aut, si surgunt, statim decidant. Et ideo dicit Apostolus ad Rom. [3]: *Infelix ego homo. Quis me liberabit de corpore mortis huius?* et post subditur*: Gratia Dei per Iesum Christum.*

Ad obiecta [n] autem respondendum quod, licet gratia non sit in eodem subiecto primo, effectus tamen eius extenditur usque ad subiectum primi motus, scilicet sensualitatem: reformata enim ratio per gratiam aliquando reformat ipsam sensualitatem.

CAPUT IX. 295

AN PRIMI MOTUS SINT AEQUALES IN EADEM PERSONA VEL IN DIVERSIS.

Nono quaeritur an primi motus sint aequales in eadem persona vel in diversis.

Et videtur quod non [o] **sint aequales.** *a.* Quidam enim sunt proniores ad incontinentiam quam alii, et ita ad primos motus; ergo primi motus incontinentiae [p] non sunt aequales in illis. Similiter potest dici de primis motibus gulae.

Contra. 1. Originale peccatum aequale est in diversis [4]; ergo et ipsa poena originalis peccati, scilicet fomes; ergo et ipse motus, qui procedit

---

[a] B *vel.* [b] VFLZ *que,* quod R corr. [c] B *considerari.* [d] T *superioris;* V add. *partem.* [e] T om. [f] T om. [g] Ita V, alii *nec.* [h] T om. [i] T om. [k] B om. *sed... voluntate,* in R est add. mg. [l] T om. [m] T *aut.* [n] V *obiectum.* [o] BT om., L exp., in RZ est add. interl. [p] V *continentie.*

1 Aristot., *Metaph.,* III, c. 5 (II, 508).
2 Cf. *Ethica ad Nicom.,* III, c. 5 (II, 29).
3 Cap. 7, 24 sq.
4 Cf. supra, num. 251.

a radice huiusmodi; sed ille motus est primus motus; ergo primi motus sunt aequales.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod primi motus sunt aequales quantum est de radice; sed non sunt aequales quantum est ex parte subiecti, in quo est radix. Unde maior pronitas dicitur duobus modis: vel ratione ipsius fomiti vel ratione dispositionis in subiecto.

296 CAPUT X.

UTRUM POENA INFLIGATUR A DEO PRO PRIMIS MOTIBUS.

Decimo quaeritur utrum poena infligatur a Deo pro primis motibus.

Quod videtur. 1. Nullum enim [a] peccatum est impunitum; primus motus est peccatum; ergo non est impunitus [b].

Contra. *a.* Hieronymus, *Super Ezechiel* [1]: « Deus primos [c] et secundos [d] stimulos cogitationum, quos Graeci προπαθείας vocant, et sine quibus [e] nullus hominum esse potest, non punit ». Sed ii sunt primi motus; ergo Deus non punit pro primis motibus.

b. Item, quando Cham [f] peccavit videns nuditatem patris, non ipse, sed filius eius recepit sententiam maledicti [2]; sed per Cham significatur primus motus, per Chanaan [g] delectatio in inferiori parte rationis [3]; ergo Deus non punit primo motus, sed delectationes sequentes ex illis [h].

[Solutio]: Ad quod dicendum quod primus motus est peccatum et punitur temporaliter, sed non aeternaliter, quantum est de se; et [i] ideo dicitur quod Deus non punit. Ipsi etiam primi motus in se sunt poenae, secundum [k] quod dicit Augustinus [4] quod omnis motus inordinatus est poena

MEMBRUM II.

De delectatione non morosa [5].

Sequitur de delectatione non morosa. Et primo [l] quaeritur an sit peccatum; deinde, an [m] veniale vel mortale.

297 CAPUT I.

AN DELECTATIO NON MOROSA SIT PECCATUM.

Circa primum sic: Duplex est delectatio: una, qua delectamur in Deo, de hac nihil ad praesens; et est delectatio in creatura, de qua quaeritur an sit peccatum.

Quod sic [n], **probatur.** Nam dicimus in confessione: 'Peccavi cogitatione, delectatione' etc.; ergo delectatio est peccatum.

Contra. Non est voluntarium; ergo non est peccatum.

Respondeo: Est delectatio naturalis et est delectatio voluntaria et est delectatio vitiosa [6]. Delectatio naturalis nec est laudabilis nec [o] vituperabilis, sicut cum delectatur unaquaeque vis animae in suo obiecto, ut ratio in cognitione veri, visus in coloribus, maxime mediis, auditus in sonis mediocribus, et sic de aliis. Voluntaria duplex: in rem licitam vel illicitam. Si in rem licitam [p], aut igitur est ordinata, ut scilicet velit delectari in quo debet et [r] quantum debet prout debet [s]; aut inordinata, quia est vel in eo quod [t] non debet vel ultra quam debet et non ut debet. Primo modo peccatum non [u] est, sed [v] secundo modo. Si [x] in rem illicitam, peccatum est

---

[a] Ita V, alii om. [b] Ita V, alii *impunitum*. [c] VLZ (mg.) add. *motus*, quod F exp. [d] V add. *et;* L (corr.) *sive* pro *e. s.;* Z exp. in F est add. interl. [e] T om. [f] T *Chayn*, item infra. [g] B *Cham autem*, T *Chayn autem*. [h] T *ipsis*. [i] L om. [k] FRLZ add. *hoc* [l] Ita V, alii om. [m] Z add. *sit;* F *an* pro *vel*. [n] Z *sit*. [o] V add. *est*. [p] V om. *vel... licitam*, in L est add. mg. [q] V *volu* [r] BT *etiam*. [s] V om. *e. p. d.*, in L est add. interl. [t] V *in quo;* T om. *vel*. [u] BTF om., in VR est add. interl., in LZ add. *n* [v] BTF add. *non*, quod VRLZ exp. [x] RZ *sed*, quod L corr.

1 Lib. VI, c. 18 (PL 25, 168). 2 Cf. Gen. 9, 25.
3 Cf. Augustin., *De civit. Dei*, XVI, c. 2, n. 1 (PL 41, 478).
4 Cf. *De peccat. meritis*, I, c. 29 (PL 44, 142).
5 Omnia quae sequuntur in hoc membro verboten occurrunt ap. Ioan. de Rupella, *Summa de vitiis* (fol. 10b
6 Cf. Guil. Altissiod., *Summa*, III, tr. 7, c. 4, q. 4 (fol. 174

et haec est vitiosa et [a] ex vitio fomite movente. Et distinguendum [b]: nam aut delectatio talis appellatur illecebra, ex qua surgit motus, aut motus ipse. Primo modo non est peccatum, immo passio vel poena originalis peccati est sicut [c] et primus motus.

CAPUT II. 298

AN ET QUANDO DELECTATIO INORDINATA SIT PECCATUM VENIALE VEL MORTALE.

Sequitur I. an delectatio inordinata, in eo quod est in [d] illicitum protensa, sit peccatum veniale vel [e] mortale.

[Solutio]: Ad quod respondetur quoniam est delectatio morosa, et ista peccatum [f] mortale est; et est delectatio non morosa, et ista peccatum veniale est.

II. Sed adhuc quaeritur quanta mora requiritur ad hoc quod sit mortale peccatum.

1. Et ad hoc notandum quod dicitur in II *Sententiarum* [1], ubi agitur de sensualitate. Nam sicut in tentatione primi hominis tria fuerunt, serpens, vir et mulier, sic [g] spiritualiter est in tentatione hominis. Nam serpens est sensualitas, inferior pars rationis mulier, superior vir. Serpens intendit decipere mulierem cibo illicito, cum sensualitas illecebra voluptatis inferiorem partem pulsat rationis; sola mulier comedit, quando inferior pars rationis sine voluntate perficiendi consentit delectationi; vir comedit, quando [h] superior pars rationis [i] voluntatem plenam perficiendi apponit [2]. Cum ergo in sensuali [k] motu peccati illecebra teneatur [l], veniale et levissimum peccatum est; tunc vero mulier sine viro gustat, cum ita delectatione cogitationis tenetur peccatum ut faciendum non decernatur [m]. Si ergo peccatum non diu teneatur in cogitatione delectationis [n], sed statim ut mulierem tetigit, recedit viri auctoritate, peccatum veniale est [o]; si vero in delectatione diu teneatur, etsi voluntas perficiendi desit, est mortale; cum [p] vero vir, id est superior pars rationis, illecebrae consentit, hoc est cum adest plena voluntas perficiendi, mortale est semper et gravissimum.

Sed dubitatur quid est quod dicitur 'diu tenetur'. Aut illud intelligitur de diuturnitate temporis [q] aut de diuturnitate [r] deliberationis rationis. Non temporis, quia [s] quantumcumque diu est delectatio, dummodo non [t] praeponatur delectationi quae est in Deo vel aequetur, nunquam est mortale peccatum; nec deliberationis: quantumcumque enim [a] deliberatum sit, dummodo non adsit consensus, peccatum mortale non est.

Respondeo sine praeiudicio: illud [b] intelligitur de diuturnitate deliberationis rationis. Cum enim deliberat ratio illicitam esse delectationem et post delectationi [c] consentit, aversa a delectatione quae est in Deo, per contemptum, illicitae delectationi, quae est in creatura, adhaeret et ideo peccat mortaliter.

[Ad obiecta]: 1. Ad id vero quod obicitur, distinguendum est quod est consensus ad delectandum et est consensus ad opus. Consensus ad opus [d], si opus sit de genere venialis, sicut est mendacium iocosum, et ei consentiatur, in quantum tale [e] veniale peccatum est; si opus sit mortale, ut fornicari et huiusmodi, mortale est [f]. Consensus etiam est [g] ad delectandum; quod si delectatio veniali actui referatur, veniale est; si mortali, distinguendum est [h], quia aut consensus ille est subitus, non praehabita deliberatione, et ille appellatur surreptio et procedit ex corruptione rationis, et veniale est: et tunc mulier comedit, scilicet [i] inferior pars rationis, et non diu tenetur peccatum in delectatione, sed [k] statim recedit, cum a viro reprimitur. Et est consensus ad delectandum ex praecedente deliberatione rationis, et tunc diu tenetur peccatum in delectatione et est mortale, licet desit plena voluntas perficiendi.

III. Dubitatur autem [l] de hoc quod dicitur supra [3], quod 'cum plena voluntas perficiendi adest, tunc vir, qui est superior pars rationis, comedit'. Nam dicit Augustinus [4] quod inferior pars omnia inferiora disponit, superior ad superiora contemplanda respicit. Plena ergo voluntas, ut [m] aliquod peccatum ducatur in actum, ad inferiorem partem rationis pertinet.

Respondendum [n] quod, proprie loquendo, vera est conclusio; dicitur [o] tamen improprie rationis

---

[a] F *licet.* [b] V add. *est;* T om. *aut.* [c] B *sic.* [d] BTRL om., in FZ est add. interl. [e] T *et.* [f] V om. *l. p.* [g] B add. *et.* [h] V om. *inferior... quando;* F *inferior* pro *superior.* [i] Z om. *p. r.* [k] Ita V, alii *sensibili.* [l] V *tenebra est;* Z add. *est.* [m] V *determinatur.* [n] B *delectationum.* [o] T om. [p] V *si.* [q] Ita F (corr.) Z, alii *tentationis.* [r] V om. *t. a. d. d.* [s] T *sed.* [t] B om.
[a] Ita V, alii om. [b] V *quod ibi.* [c] V *delectum.* [d] F om. *c. a. o.*, in L est add. mg. [e] V add. *est.* [f] T om. [g] T om. [h] Ita VR, alii om. [i] V *id est.* [k] V *et.* [l] Ita V, alii om. [m] T *ad.* [n] V *respondeo*, F add. *est.* [o] V *dicit.*

1 Lombardi, d. 24, c. 4 et cc. 6-12 (p. 421 sq., 423 sqq.).
2 Cf. Augustin., *De Trinit.*, XII, c. 12, n. 17 (PL 42, 1007).
3 Cf. hic, in initio.
4 Cf. *De Trinit.*, XII, c. 2 sq. (PL 42, 999).

superioris, eo quod non cohibeat inferiorem per legem naturae, quae scripta est in ea, secundum quod ipsa dicitur imago Dei in cognitione veri et amore boni, vel quia eadem est inferior rati et superior secundum rem, differens tamen se cundum rationem.

MEMBRUM III.

De otio.

Sequitur de otio, quod respicit opus. Dicitur enim [a] otium quies vel cessatio ab opere bono.

Primo [b] ergo potest quaeri si est peccatum;

secundo, utrum sit peccatum veniale tantum an aliquando mortale;

tertio, si respiciat aliquod praeceptum vel prohibitionem;

quarto, utrum aequaliter sit culpabile otium in sermone et opere;

quinto, cui opponitur;

sexto, utrum religiosi teneantur ad opus manuale

299

CAPUT I.

UTRUM OTIUM SIT PECCATUM [1].

Ad primum sic: ostenditur quod sit peccatum. 1. Dicitur [2] enim super illud I ad Tim. 5, 13: *Simul autem et* [c] *otiosae,* ubi arguit viduas de peccato.

2. Item, Ezech. 16, 49: *Haec fuit iniquitas Sodomae, sororis tuae, superbia, abundantia panis et otium.* Cum ergo otium sit iniquitas, erit peccatum.

3. Item, Matth. 12, 36, dicitur quod de omni otioso verbo reddenda est ratio; sed non est reddenda ratio nisi de peccato; ergo ipsum est peccatum.

4. Item, Leo papa [3]: « Terra carnis nostrae, nisi assiduis culturis [d] fuerit exculta, otio *spinas et tribulos* [4] producet ». Sed per spinas et tribulos designantur peccatorum fructus; ergo otium est peccatum.

Contra. *a.* Gregorius [5]: « Otium sanctum quaerit caritas veritatis, negotium iustum suscipit necessitas veritatis ». Ergo otium non est peccatum secundum se, cum quoddam otium sit sanctum, quoddam non.

b. Item, « in otio non iners vacatio delectare debet, sed vel inquisitio vel inventio veritatis ». Ergo otium de se non est malum; ergo non es peccatum.

c. Praeterea, Matth. 24 [6]: *Duo in lecto* etc Glossa [7]: « In otio ». Ergo otium est indifferens cum quidam assumantur, quidam relinquantur.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod otium accipitur multipliciter. Dicitur enim otiosum, secundum Gregorium [8], quod « caret ratione [e] iusta necessitatis vel [f] intentione piae utilitatis »: et secundum hoc otium non est bonum et est peccatum vel dispositio ad illud. Alio vero modo dicitur otium vacatio ab iis quae proprie sunt activae vitae, secundum illud quod dicitur Luc 10, 41 sq.: *Martha, Martha, sollicita es* [g] etc., *Maria vero optimam partem* etc., et hoc est otium contemplationis: et hoc modo est bonum, quando fit iusta de causa. Tertio vero modo dicitur in differens, secundum hoc quod vacare ab iis quae sunt activae potest fieri vel bono fine vel no bono [h]. Sic ergo ostenditur quod uno modo est peccatum, et secundum hoc accipiuntur auctoritate quae hoc concludunt; duae vero sequentes accipiuntur pro otio bono; ultima vero pro indifferent

300

CAPUT II.

UTRUM OTIUM SIT MORTALE VEL VENIALE.

Secundo quaeritur utrum sit mortale vel veniale.

Et videtur esse veniale. 1. Unde Gregorius [9] « Quisnam [i] inveniri potest, qui [k], quantumlibe

---

[a] FL om. [b] B om. [c] V *aut* pro *a. e.* [d] V *trituris.* [e] T om. [f] V *aut.* [g] V *est,* alii om. [h] FLZ (mg.) add. *fin* [i] Codd. *quis non.* [k] Z add. *ita.*

1 Cf. Ioan. de Rupella, *Summa de vitiis* (fol. 10c).
2 Cf. Lombard., in h. l. (PL 192, 353 sq.).
3 *Sermo* 81, c. 3 (PL 54, 421).
4 Gen. 3, 18.
5 Potius Augustin., *De civit. Dei,* XIX, c. 19 (PL 41, 647), ubi et sequens.
6 Potius Luc. 17, 34.
7 *Ordin.,* in h. l. (PL 114, 163).
8 *Moral.,* VII, c. 17, n. 58 (PL 75, 800); *Regula pastor* III, c. 14 (PL 77, 74).
9 *Moral.,* XXXII, c. 2 (PL 76, 634).

perfectus sit, de otioso tamen [a] sermone non peccet? » Sed perfectio non potest simul stare cum peccato mortali; ergo otium non est peccatum mortale; ergo veniale [b].

2. Item, Gregorius[1]: « Si ratio de otioso sermone exigitur, pensandum est quae poena illud multiloquium sequitur, in quo superbiae verbo peccatur ». In quo innuitur comparatio peccati venialis ad mortale in genere locutionis; ergo verbum otiosum est veniale peccatum, et ita otium est veniale peccatum [c].

Contra. *a.* Augustinus, in libro [d] *De civitate Dei*[2]: « Diabolus otio hominem occupavit et possedit ». Sed nullus venit in possessionem diaboli nisi per mortale peccatum; ergo otium est mortale peccatum.

b. Item, Bernardus, *Ad Eugenium*[3]: « Nugae in ore sacerdotis sunt blasphemiae; interdum, si incidant, ferendae fortassis, referendae nunquam. Consecrasti os tuum Evangelio, talibus iam aperire illicitum est, assuescere vero sacrilegium est ». Cum ergo blasphemia sit mortale peccatum, erit otiositas huiusmodi mortale peccatum.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod otium, secundum quod dicitur improba voluntas quiescendi ab opere iustae necessitatis et piae utilitatis, quandoque est veniale peccatum et quandoque mortale. Veniale peccatum est, cum fit [e] delectatio in aliquo quod est citra Deum, quod est apparens delectabile; mortale vero, cum praeponitur aliquod commutabile bonum incommutabili.

[Ad obiecta]: 1. Secundum hoc ergo accipiuntur auctoritates praedictae. Illa enim prima auctoritas non loquitur de omni otio quod est sermonis, sed de illo quod est in viro perfecto ex aliquo lubrico linguae.

2. Secunda vero auctoritas loquitur de otio quod provenit in [f] sermone ex hoc quod homo secundum statum naturae corruptae vix potest custodire se a peccato linguae, secundum illud Iac. 3,8: *Linguam hominum nullus domare* [g] *potest,* et Eccli. 14,1: *Beatus vir qui non est lapsus verbo ex ore.* Et ideo dicitur in Eccli. 22,33: *Quis dabit ori meo custodiam et super labia mea signaculum certum, ut non cadam in ipsis,* in quo notatur veniale, *et lingua mea non perdat me?* in quo notatur mortale.

a-b. Aliae vero rationes, quae sunt ad oppositum, non arguunt quod omne otium sit mortale, sed quoddam et in quodam statu personae [h].

CAPUT III. 301

UTRUM OTIUM RESPICIAT PRAECEPTUM VEL PROHIBITIONEM.

Tertio quaeritur utrum otium respiciat praeceptum vel prohibitionem.

Et videtur quod respiciat praeceptum. *a.* Dicitur enim Deuter. 5,13: *Sex diebus operaberis, septimus dies est sabbati,* id est requietionis. Otium ergo, cum sit cessatio ab opere, respiciet hoc praeceptum, ut qui otiosus est tempore quo tenetur operari, peccet mortaliter non [i] faciendo quod tenetur facere.

Quod autem non respiciat praeceptum vel prohibitionem, videtur, 1. per hoc quod otium inter venialia peccata computatur; veniale autem peccatum non respicit praeceptum vel prohibitionem.

2. Praeterea, Apostolus, cum loquitur de opere, non proponit [k] sub forma praecepti, dicens[4]: *Denuntiamus* [l] *vobis, quoniam, si quis non vult operari, non manducet. Audivimus enim quosdam ambulantes inquiete inter vos, nihil operantes, sed curiose agentes.* Et proposuit se in exemplum eis; restat ergo quod otium non respicit praeceptum vel prohibitionem.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod otium, prout est veniale peccatum, non respicit praeceptum vel prohibitionem [m]; secundum autem quod est mortale, respicit et opponitur praecepto quod est de opere et praecepto quod est de sabbato sancto: est enim sabbatum non sanctum, quod est in otiosis hominibus. Unde dicitur[5] in [n] Threnis 1,7, super illud: *Viderunt hostes et deriserunt sabbata eius:* « Maligni spiritus vacationis nostrae otia ad cogitationes illicitas pertrahunt et sic deludunt. Quod canonicis et monachis et omnibus Dei ministris valde cavendum est, ne non solum ab interno iudice sabbata eorum reprobentur, sed etiam ab hostibus irrideantur. Si autem pro vanis cogitationibus nostris [o] sabbata irridentur, quid de illis putandum est qui, cum Deo vacare debent, etiam flagitiosa committere non formidant? »

---

[a] V add. *persone.* [b] V om. *e. v.,* in Z est add. mg. [c] R om. *et... peccatum.* [d] Ita VT, alii om. *i. l.* [e] Ita VF, alii *sit.* [f] Z *ex.* [g] B *dampnare.* [h] BT *personale.* [i] Z exp. [k] V *parit.* [l] BT *denunciavimus.* [m] T om. *Ad... prohibitionem.* [n] V om. [o] BT add. *nostra.*

1 *Moral.,* VII, c. 17, n. 58 (PL 75, 800).
2 Cf. lib. III, c. 9 (PL 41, 84).
3 Lib. II, c. 13 (PL 182, 756).
4 II Thess. 3, 10sq.
5 *Glossa ordin.,* in h. l., ap. Lyran.

302

CAPUT IV.

UTRUM AEQUALITER SIT CULPABILE OTIUM IN SERMONE ET IN OPERE.

Quarto quaeritur utrum aequaliter sit culpabile otium in sermone et opere.

Et videtur quod otium operis sit magis culpabile. *a.* Si enim opus melius est quam verbum, ergo otium operis est magis culpabile quam otium sermonis.

Contra. 1. Dicit Gregorius[1]: « Quanto sunt leviora praecepta, tanto maius[a] est supplicium iis qui non observant ». Sed levius est praeceptum de utili sermone quam de utili opere, sicut sermo levior est quam opus; ergo poena non observantis maior; ergo transgressio maior; ergo magis culpabile est otium sermonis quam operis.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod otium sermonis[b] dicitur dupliciter: vel cum homo loquitur inaniter, inanis autem dicitur sermo qui non fit pro iusta necessitate vel pro pia utilitate; aliquando vero dicitur otium sermonis[c], cum homo non loquitur et loqui deberet altera istarum causarum. Cum ergo homo abstinet ab opere bono otiando et abstinet[d] a sermone bono otiando quantum est ex parte eius a quo abstinet, paribus[e] existentibus aliis circumstantiis, magis est culpabile otium operis quam sermonis; quantum autem est ex parte dispositionis in abstinente magis est culpabile[g] otium sermonis quam operis. — Quod autem otium sermonis tegatur per bonam operationem et ita praeferatur operatio locutioni, patet per hoc quod dicit B. Gregorius[2] super illud Iob[3]: *Manum meam ponam* etc.: « Manum super os ponere est virtute boni operis culpas tegere incautae locutionis ». — Quod autem maior est in locutione quam in opere, patet per hoc quod plus in potestate nostra est sermo quam opus. Utroque autem modo contingit peccare per otium, sicut habetur[4] Num. 31, 7-8, super illud *Cum pugnassent contra Madianitas:* « Inanis est omnis actus et sermo, in quo non est intrinsecus aliquid pro Deo vel[i] Dei mandato ».

CAPUT V.

CUI OPPONATUR OTIUM.

Quinto quaeritur cui opponitur otium.
Et primo quaeritur utrum opponatur caritati; secundo[k], utrum opponatur fortitudini.

303

ARTICULUS I.

Utrum otium opponatur caritati.

Quod autem opponatur caritati, videtur, 1. per hoc quod dicit B.[l] Gregorius[5]: « Caritas otiosa non est »; aut enim proficit aut deficit[6]. Ergo caritati opponitur otium.

2. Item, Chrysostomus[7]: « Magnum est amor et ipso igne vehementius et ad ipsum reducit caelum, et nulla est prohibitio quae eius impetum detinere possit ». Ergo caritas non simul stat cum otio.

Contra. *a.* Gregorius, in *Moralibus*[8]: « Quis nam[m] inveniri potest, qui, quantumlibet perfectus sit, de otioso[n] tamen sermone non peccet? *In multis* enim *offendimus omnes,* Iacobo testante[o9] ». Ergo otium potest simul stare cum caritate.

[Solutio]: 1. Ad quod dicendum quod auctoritas Gregorii intelligitur sic: non est otiosa id est morosa in otio, quia, etsi habens caritatem aliquando cadat in otium, tamen[p] caritat

---

[a] L *magis,* quod Z corr. [b] V om. *quam operis... sermonis.* [c] B om.; V om. *non.* [d] B om. [e] FZ *perhibet.* [f] F or
[g] Ita R (add. mg.), alii om. [h] L add. mg. *culpa.* [i] V add. *pro.* [k] F add. *queritur.* [l] V om. [m] Codd. *quis non.* [n] FL *oti*
[o] V *attestante.* [p] BT add. *a;* Z *cum.*

1 Cf. *Moral.,* IX, c. 65, n. 99 (PL 75, 914).
2 *Moral.,* XXXII, c. 2 (PL 76, 634).
3 Cap. 39, 34.
4 *Glossa ordin.,* in h. l., ap. Lyran.
5 Cf. *In Evang.,* hom. 30, n. 2 (PL 76, 1221).
6 Cf. Bernard., *Epist.,* 254, nn. 4 et 5 (PL 182, 461) *In Purif. B. M.,* sermo 2, n. 3 (PL 183, 369).
7 Cf. *In Gal.,* c. 5, n. 4 (PG 61, 670); *In Matth.,* hom. n. 5 (PL 57, 68).
8 Lib. XXXII, c. 2 (PL 76, 634). 9 Iac. 3,

cito excitatur. Si vero fieret vis in hoc verbo otiosum', simpliciter dicendum esset quod caritas non esset otiosa, id est [a] plena otio: verba enim huiusmodi in plenitudinem sonant.

2. Ad id vero quod dicit Chrysostomus, dicendum [b] quod sicut ignis ex gutta aquae non extinguitur, sed retardatur quoad aliquem effectum, sic accidit de caritate, quae igni comparatur, quod non extinguitur [c] per otium, secundum quod est veniale peccatum, sed aliquando ferventior redditur post otium; unde eius impetus non detinetur.

ARTICULUS II. 304

Utrum otium opponatur fortitudini.

Deinde quaeritur an [d] opponatur fortitudini.

1. **Quod videtur,** per hoc quod dicit Augustinus, in libro *De conflictu vitiorum et virtutum* [1]. Dicitur enim quod contra virtutis exercitium est torpor sive ignavia. Quid autem aliud est ignavia nisi [e] otium?

2. Item, fortitudo virtus est et est media [f] inter otium et praecipitationem; medium autem opponitur extremis.

3. Item, Isidorus, in libro *De summo bono* [2], dicit quod «acidiae opponitur fortitudo»; sub acidia vero videtur contineri otium; ergo otium opponitur fortitudini.

Contra. *a.* Timor malus opponitur fortitudini; plura autem non opponuntur eidem secundum unum genus oppositionis; cum ergo [g] oppositio vitii et virtutis sit secundum contrarietatem, non opponetur fortitudo otio contrarie, nec alio genere oppositionis, et ita non opponetur.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod fortitudo et timor malus per se et primo opponuntur secundum modum virtutis et vitii: sunt enim circa easdem passiones.

[Ad obiecta]: 1-3. Quod autem dicitur otium opponi fortitudini, hoc est ratione concomitantis: otiositas enim opponitur operositati, operositas autem [h] est dispositio concomitans fortitudinem. Nec est dicendum quod otiositas idem sit omnino quod torpor vel acidia.

CAPUT VI. 305

UTRUM RELIGIOSI TENEANTUR AD OPUS MANUALE [3].

Occasione praedictae quaestionis de otio sive otiositate quaeritur utrum religiosi teneantur ad opus manuale.

Quod videtur, 1. per simile. Sicut enim ab illa lege, qua dictum est in Gen. 3, 16: *In dolore paries,* nulla mulier est [i] excepta praeter B. Virginem, quae non concepit de viro, sed de Spiritu Sancto, similiter ab illa lege [4]: *In sudore vultus tui vesceris* etc. nullus debet excipi; ergo omnes tenentur laborare.

2. Item, Act. 20, 34, super illud: *Ad ea quae necessaria erant mihi,* Glossa [5]: «Exemplum operandi est episcopis, quo discernuntur a lupis». Ergo, si non laborant, non discernuntur a lupis; per lupos autem significantur peccatores; ergo peccant si non laborant.

3. Item, II ad Thessal. ultimo, 11: *Audivimus quosdam inter vos ambulare inquiete, nihil operantes, sed curiose agentes: iis autem, qui eiusmodi sunt praecipimus et obsecramus in Domino Iesu Christo, ut cum silentio laborantes panem suum manducent.* Ergo ex [k] doctrina apostolica tenentur operari manualiter. Quidam [6] vero intelligi volunt de operibus spiritualibus. Quod non videtur, tum per exemplum ipsius Apostoli, tum per verba etiam ipsius praecepti.

Contra. *a.* Dicitur in [l] Evangelio [7]: *Dignus est operarius mercede sua;* super quo dicitur [8]: «Apparet non esse iussa, sed permissa».

b. Item, contemplativa vita potior est [m] activa; religiosi vero tenentur ad contemplativam; ergo pro actu contemplativae dimittere tenentur ea

---

[a] Z *et* pro *t. e.* [b] Ita V, alii add. *est.* [c] V *distinguitur.* [d] Ita B, alii *Deinde videtur quod* pro *D. q. a.* [e] V *quam.* [f] V *medium* pro *e. m.* [g] V om. [h] V *enim.* [i] V om. [k] FR *a,* quod L corr. [l] T om. [m] T add. *vita.*

1 Cf. c. 13 (PL 40, 1098).
2 *Sentent.,* II, c. 37, n. 2 (PL 83, 638).
3 Cf. S. Bonav., *De perf. evang.,* q. 2, a. 3 (V, 156 sqq.).
4 Gen. 3, 19. 5 *Interlin.,* in h. l., ap. Lyran.
6 Cf. Augustin., *De opere monach.,* c. 3 (PL 40, 551) et Lombard., in h. l. (PL 192, 324 sq.).
7 Luc. 10, 7.
8 Augustin., *De opere monach.,* c. 7 (PL 40, 553).

quae sunt activae; sed operari manualiter pertinet ad activam; ergo dimittendum est a religiosis pro actu contemplativae; non ergo tenentur. — Item, Dominus dicit[a] in Evangelio[1] illi qui volebat sepelire patrem suum: *Sinite mortuos sepelire* etc., *tu autem annuntia regnum Dei.* Ergo minus bonum dimittendum est pro maiori bono; sed maius bonum est oratio quam manuum operatio; ergo a religiosis dimittenda[b] est manuum operatio pro oratione et huiusmodi actibus spiritualibus; ergo non tenentur.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod religiosi quidam sunt, in quorum Regula exprimitur de labore manuali[2]; quidam sunt, in quorum Regula[c] non exprimitur quod teneantur[3]. Ubi autem exprimitur quod teneantur[d], de illis planum est; ubi autem non exprimitur quod teneantur generaliter, potest[e] esse quod teneantur in certis casibus. Si enim religiosi sunt quibus committitur officium praedicationis, ne gravent auditores in administratione rerum suarum, maxime tali gravamine quod faciat eos resilire[f] ab auditu praedicationis sive a doctrina fidei, nihil tunc debent ab eis accipere, sed propriis manibus laborare vel mendicare. De hac causa satis dicit Augustinus, in libro *De verbis*[g] *Evangelii*[4]. Alia ratio est, ut alios, qui proni sunt ad otium, ad laborem excitent. Unde Augustinus, *De opere monachorum*[5]: « Utinam isti, qui vacare volunt manibus, vacarent et linguis, ne multos ad imitationem otii invitarent[h]! » Tertia ratio est ad vitandum scandalum hominum[i] infirmorum. Possent enim aliqui dicere: isti[k] intraverunt religionem ne manibus laborarent et sic suavius viverent. Simpliciter tamen non tenentur nec universaliter, quia debent vacare[l] operi meliori cui[m] pro Christo se dedicaverunt.

[Ad obiecta]: 1. Ad obiectum autem primum respondendum est[n] quod illud quod[o] dicitur in Gen. 3, 19: *In sudore vultus tui* etc. non intelligitur tantum[p] de labore manuum, sed de quocumque opere laborioso, a quibus non absolvuntur religiosi. Quod si quis esset ita contemplativus ut non ad actionem laboriosam descenderet, nihilominus illa lex, quae dicitur in Gen. 3, 19 ad statum hominis referretur[q]: si enim ipse non laboraret[r], alius tamen pro ipso laboraret; in poenam enim hominis datum est illud.

2. Ad secundum dicendum quod illud quod dicitur Act. 20, 34, si intelligatur de opere manuali ad casum illum refertur ne episcopi rapiant bona subditorum et consumant: illi enim per lupos rapaces intelliguntur, de quibus ibi[s] fit sermo et loquitur ibi de praelatis, non de religiosis.

3. Ad tertium vero[t] dicendum quod illud quod dicitur ad Thessal., intelligitur quod Apostolus praecipit operari ad tollendam otiositatem et scandalum ipsorum infirmorum laborantium qui de facili possent scandalizari.

a. Ad id vero quod dicitur in Evangelio: *Dignus est operarius* etc., intelligendum est[u] quod hoc refertur ad acceptionem sumptuum, non ad opus; quorum sumptuum acceptio est in permissione, non in praeceptione[v].

b. Ad ultimum dicendum quod, licet religiosi teneantur aliquando vacare contemplationi, quae est actus melior, nihilominus tenentur condescendere actioni propter suam necessitatem vel aliorum utilitatem; sed actio multiplex est: non enim solum est actio in opere manuali.

---

[a] V *dixit.* [b] F *dimittendum.* [c] BT om. *exprimitur... regula.* [d] BT om. *Ubi... teneantur.* [e] V add. *tamen.* [f] Z *resilere* quod L corr. [g] F *verbo.* [h] Z *vitarent.* [i] V om. [k] V *illi.* [l] LZ *vacari,* quod R corr. [m] VT *cum.* [n] Ita V, alii *obiecta autem respondendum* pro *o. a. p. r. e.* [o] Z om. [p] R om. [q] F *referetur.* [r] T *laboret.* [s] V om. [t] V om. [u] FRL om. [v] B *perception*

1 Luc. 9, 60.
2 Cf. *Reg. S. Benedicti,* c. 48 (ed. Linderbauer, p. 67).
3 Cf. Augustin., *Regula* (PL 32, 1377 sqq.).
4 Cf. *De opere monach.,* cc. 10-12 (PL 40, 556 sqq.) *De consensu Evangelist.,* II, c. 30, n. 73 (PL 34, 1114).
5 Cap. 22, n. 26 (PL 40, 569).

SECTIO II. — De peccato mortali in genere.

Completo Tractatu de veniali peccato quantum ad quaedam manifestiora — sunt enim quaedam alia quae nomen [a] participant commune cum mortalibus, sicut est de gula, quae aliquando est venialis, aliquando mortalis — consequenter dicendum est de mortali.

Primo autem considerandum est de mortali [b] in genere;
deinde de [c] speciebus eius formalibus vel materialibus [1].
Primo autem quaeritur quare dicatur mortale;
secundo, de differentia eius ad criminale vel convenientia;
tertio, de comparatione venialis ad mortale, utrum sit ibi [d] aliqua proportio;
quarto, utrum mortale recipiat magis et minus;
quinto, de effectu mortalis peccati secundum diversum statum personae;
sexto, utrum diuturnitas [e] peccati inducat mortale;
septimo, de poena mortalis peccati.

CAPUT I. 306

QUARE DICATUR MORTALE.

Ad primum sic: Mortale dicitur quod dignum est morte vel quod mortem inducit. Potest ergo quaeri de qua morte intelligitur. Est enim multiplex vita, naturae, gratiae et gloriae, et [f] totiens dicitur mors; a qua ergo morte dicitur mortale?

1. Nam si dicitur mortale a morte naturae, secundum hoc nullum [g] diceretur mortale nisi ad quod consequeretur [h] ex debito mors naturae; et illud tantum [i] videtur originale; ergo originale tantum esset mortale. Potest etiam quaeri: si originali debetur mors naturae, quare non similiter [k] ipsi actuali mortali, cum in utroque sit inobedientia?

2. Si vero dicatur mortale a morte gehennae, hoc non videtur convenienter [l]. Potest enim aliquod esse peccatum mortale quod postea per poenitentiam deletur, et sic non sequatur mors gehennae; ergo conditionaliter dicetur mortale, scilicet si non sequatur poenitentia finalis; quod cum non sit, eo quod mortale dicitur in suo genere, non dicetur mortale a morte gehennae. — Praeterea, nec mors gehennae recte videtur dici mors: in illa enim vivit homo, sentit et intelligit; haec autem omnia attestantur vitae. Si ergo non [m] recte dicitur mors, cum sit ibi perpetua vita, perpetua autem vita non est compossibilis cum morte, non recte dicetur mortale ab illa morte [n].

3. Si vero dicatur a morte culpae, secundum hoc non videtur dici: differentiae enim oppositae respectu consimilium debent accipi; si ergo [o] veniale non respiciat nisi oppositum poenae aeternae, mortale non dicetur nisi respectu poenae aeternae. — Praeterea, cum mors dicatur separatio a principio vitae, propter quid magis dicitur separatio a principio vitae [p] per unum peccatum quam per aliud? Videtur enim quod tantum debet dici mors, quando fit separatio a fide; dicitur enim ad Rom. [2]: *Iustus ex fide vivit;* si ergo fides est vita animae, tunc tantum dicetur esse mortale, cum privatur fides.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod mortale peccatum dicitur respectu duplicis mortis: respectu mortis culpae et respectu mortis gehennae; sed respectu illius [q] causa est simul cum causato, respectu alterius causa est prior causato. Cum autem dicitur peccatum mortale respectu mortis gehennae, intelligitur quod, quantum de se est, causa est: unde, nisi destruatur ipsum peccatum, talis poena consequitur. Respectu autem mortis culpae est causa coniuncta:

---

[a] VFR *non.* [b] B om. *Primo... mortali.* [c] Z *in.* [d] V *vel.* [e] V *diuturnitatem.* [f] L om. [g] V add. *peccatum.* [h] V *sequeretur.* VB *tamen.* [k] BT *simpliciter.* [l] FR *communiter,* quod L corr. [m] V *nec.* [n] B *mortalitate.* [o] V *vero.* [p] T om. *propter... vitae.* V *illi* et om. *simul.*

[1] De his agitur infra, in Tract. II et sqq.

[2] Cap. 1, 17.

cum enim [a] peccat aliquis huiusmodi peccato, anima separatur a Deo [b] vel prius separata elongatur. Unde sic intelligitur uno modo illud [1]: *In quocumque die comederis, morte morieris;* quocumque enim die comedit homo per delectationem quae est contra Deum, morte culpae moritur.

Ad obiecta autem dicendum 1. primo ad id quod [c] dicitur quod 'peccato originali debetur mors naturae, utrum similiter actuali': respondendum [d] est quod obligatio mortis sequitur ex utroque [e]; non dico cuiuscumque actualis, sed illius actualis quod fuit primorum parentum. Adae enim, in quo [f] fuit tota natura humana, posita fuit illa lex: *In quocumque die comederis* etc., et ratione eius obligata fuit posteritas non tantum ad mortem culpae, sed etiam [g] ad mortem [h] gehennae. Unde Augustinus, in XIII *De civitate Dei* [2]: « Cum quaeritur quam mortem Deus primis hominibus fuerit comminatus [i], si ab eo mandatum transgrederentur acceptum, utrum animae an [k] corporis an totius hominis an illam quae appellatur secunda, respondendum est [l] quod omnes ». Et post sequitur [3]: « Non tantum primae mortis partem priorem, ubi anima privatur Deo, nec tantum posteriorem, ubi corpus privatur anima, nec solum ipsam totam primam, ubi [m] anima et a Deo et a corpore separata punitur, sed quidquid mortis est usque ad novissimam, quae secunda dicitur, qua [n] nulla est posterior, comminatio illa complexa est ». Non negatur tamen quin alii actuali mortali, si permaneret deberetur mors.

2. Ad secundum vero quod obicitur d morte gehennae, dicendum est quod mortali pec cato, si permaneat, debetur poena gehennae ablata [p] enim causa, non est mirum si non se quatur effectus. — Ad id vero quod obicitu quod 'mors gehennae non recte dicitur mor propter vitae perpetuitatem': dicendum quod no dicitur mors opposita vitae naturae, sed oppo sita vitae [q] gloriae. Nec esset mors gehenna perpetua nisi esset vita naturae perpetua. Und Augustinus, in libro *De civitate Dei* [4]: « I damnatione novissima, quamvis homo sentire no desinat, tamen, quia sensus ipse [r] nec voluptat suavis nec quiete salubris, sed dolore poenali est, non immerito mors est potius appellat quam vita ».

3. Ad ultimum vero [s] quod obicitur de mort culpae, dicendum est quod, licet mors culpae se quatur ex illo peccato quod dicitur mortale, qui ibi avertit se homo a Deo, propriissime tame dicitur infidelitas peccatum mortale, quia aufe omne quod vita est spiritualis, secundum quo dicitur [5]: *Iustus ex fide vivit* [t]. Alia vero peccat cum quibus salvatur fides informis, etsi vita gratiae gratum facientis auferant, non tamen to tum quod est gratiae.

307 CAPUT II.

DE DIFFERENTIA VEL CONVENIENTIA PECCATI MORTALIS AD CRIMINALE.

Secundo quaeritur de differentia eius vel convenientia ad criminale.

Et videtur quod convertantur [u]. 1. Unde Hieronymus [6]: « Criminis appellatio late patet, complectens omne peccatum quod ex deliberatione procedit ». Sed [v] tale est peccatum mortale; ergo criminale et mortale convertuntur.

2. Item, super illud Iob 31, 11: *Hoc enim nefas est,* Glossa [7]: « Peccatum polluit, crimen extinguit ». Sed hoc facit peccatum mortale; ergo peccatum mortale et crimen convertuntur.

3. Item, Hugo de S. Victore [8]: « Criminalia dicuntur quae vel laesionem inducunt vel turpitudinem ingerunt, in quibus Deus vel prox mus multum offenditur vel ipse qui [x] facit ma culatur ». Sed haec ratio convenit mortalibu peccatis; ergo mortalia et criminalia conve tuntur.

Contra. *a.* Augustinus, *Super Ioannem* « Crimen est grave peccatum accusatione et dan natione dignissimum ». Sed non omne peccatu mortale est tale; ergo peccatum mortale et cr men non convertuntur.

b. Item, dicitur [10] in Epistola ad Tim. [11]: *Opo tet episcopum esse sine crimine;* non ait [y] 'sin peccato': secundum hoc enim nullus [z] vel pau ordinarentur; ergo non convertuntur.

---

[a] V *non.* [b] B *ideo* pro *a. D.* [c] BZ *quo.* [d] V *dicendum.* [e] Ita F (corr.) R, alii *utraque.* [f] B add. *posita.* [g] F *respec* [h] R *a morte,* pro *a. m.,* quod FL corr. [i] V add. *est.* [k] R *vel.* [l] R om. [m] RL *nisi;* B om. *anima.* [n] Z *que.* [o] V *dubitat* [p] Z *oblata.* [q] R *vita.* [r] V om. [s] V om. [t] V om. [u] V *convertatur.* [v] V *et.* [x] T *quod;* B *ipso quod* pro *i. q.* [y] R *aute* [z] Z *nulli.*

1 Gen. 2, 17.
2 Cap. 12 (PL 41, 385 sq.).
3 Loc. cit.
4 Lib. XIII, c. 2 (PL 41, 378).
5 Rom. 1, 17.
6 Cf. *In Tit.* 1, 6 (PL 26, 564); *Epist.,* 69, n. 8 (PL 22, 662).
7 *Interlin.,* in h. l., ap. Lyran.; ex Gregorio M., *Moral.,* XXI, c. 12 (PL 76, 201).
8 *De sacram. christ. fidei,* II, p. 13, c. 1 (PL 176, 52
9 Tract. 41, n. 9 (PL 35, 1697).
10 Lombard., in h. l. (PL 192, 385); ex Augustino, lo cit., n. 10 et *Contra duas epist. Pelagian.,* I, c. 14 (I 44, 563).
11 Rectius ad Tit. 1, 7.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod crimen accipitur dupliciter: communiter et proprie. Communiter accipiendo, convertuntur crimen et peccatum mortale. Unde Isidorus[1] unum pro altero accipit, dicens: « Multi a crimine corruunt in crimen, qui distringere[a] sua facta minora contemnunt, qui Dei cognitionem habentes timorem eius negligunt ». Et praemittitur de eisdem[2]: « Experimento minorum peccatorum maiora committuntur peccata, ut durius feriantur ». Si vero accipiatur proprie crimen, secundum rationem praedictam, omne crimen[b] est peccatum mortale, sed non convertitur[c]. Et secundum hoc supra dictae auctoritates sunt intelligendae.

CAPUT III. 308

UTRUM INTER VENIALE ET MORTALE SIT ALIQUA PROPORTIO.

Tertio quaeritur de comparatione venialis ad mortale, utrum sit ibi aliqua proportio.

Et videtur quod non. 1. Infiniti enim ad finitum nulla est proportio[3]; sed poena aeterna est infinita, poena temporalis est finita; ergo nulla est proportio; sed sicut se habet poena ad poenam, ita se habet culpa ad culpam, ratione cuius est reatus poenae; ergo peccati mortalis ad veniale nulla est proportio.

2. Praeterea, peccatum veniale est delectatio inordinata sub Deo, peccatum vero mortale est supra Deum vel contra; si ergo summi boni, quod Deus est, nulla est proportio ad bonum creatum, ergo nec peccati mortalis, ubi aliquid praeponitur Deo vel parificatur, nulla[d] est proportio ad veniale, quod commensuratur alicui bono mutabili et ita bono creato.

Contra. *a.* Quaelibet delectatio in mortali peccato est finita; finiti vero ad finitum potest esse proportio, si[e] in eodem genere accipiantur; ergo proportio potest esse venialis peccati ad mortale.

b. Item, acerbitas poenae, quae debetur mortali peccato, finita est in magnitudine; poena ergo venialis peccati in acerbitate potest crescere, ut aliquam habeat proportionem ad poenam mortalis peccati in acerbitate[f]; ergo aliqua proportio potest esse venialis peccati ad mortale.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod est loqui de quantitate delectationis in utroque peccato, et secundum hoc potest esse proportio peccati ad peccatum ex parte delectationis. Est iterum loqui de[g] deformitate, et secundum hoc non est proportio: deformitas enim mensuratur respectu boni incommutabilis sive eius in quem peccatur, delectatio vero secundum actum ipsius peccantis[h], et propter hoc poena debetur mortali peccato ex una parte finita magnitudine, ex alia parte infinita duratione. Veniale etiam peccatum, licet quantum est de se non habeat reatum nisi poenae temporalis, ex adiunctione tamen mortalis potest habere poenam aeternam: tunc[i] enim eius deformitas est sine fine, deformitati[k] autem sine fine respondet poena sine fine.

[Ad obiecta]: 1-2. *a-b.* Secundum hoc ergo[l] solvuntur rationes supra dictae. Illae enim, quae ostendunt improportionalitatem ex parte deformitatis, secundum suum genus accipiuntur vel ratione[m] eius in quem peccatur; aliae vero sumuntur secundum mensuram delectationis ex parte delectantis.

CAPUT IV. 309

UTRUM MORTALE RECIPIAT MAGIS ET MINUS.

Quarto quaeritur utrum mortale recipiat magis et minus.

Quod non, videtur. *a.* Mors enim naturae, secundum quod est separatio animae a corpore, in termino est nec recipit magis et minus; ergo a simili mors, secundum quod est separatio animae a Deo, qui est vita eius[4], non recipit magis et minus; sed ab hac morte dicitur mortale peccatum; ergo mortale non dicitur secundum magis et minus.

Contra. 1. Adulterium dicitur maius[n] peccatum quam fornicatio, et homicidium quam adulterium, et[o] unumquodque est mortale; ergo unum est excedens aliud in quantitate mortalis; ergo mortale dicitur secundum magis[p] et minus.

---

[a] Codd. *distinguere;* FRL *quia* pro *qui.* [b] V om. *secundum... crimen.* [c] V *convertuntur.* [d] B *perficiatur* pro *p. u.* [e] T om. R om. *potest... acerbitate.* [f] V om., in FL est add. interl. [g] B *peccati.* [h] B *nunc.* [i] V *deformari;* Z *enim* pro *autem.* [k] FRL om. [l] V *secundum rationem* pro *v. r.* [m] Z *magis,* quod L corr. [n] T om. [o] F *maius.*

1 *Sentent.*, II, c. 19, n. 1sq. (PL 83, 621).
2 Loc. cit., n. 1.
3 Cf. Aristot., *De caelo*, I, c. 6 (II, 375).
4 Cf. Augustin., *Confess.*, X, c. 6, n. 10 (PL 32, 783).

[Solutio]: Ad quod dicendum quod aliud est dicere maius peccatum mortale et minus, et aliud est dicere magis et minus mortale. Cum enim dicitur maius et minus [a], ad quantitatem peccati refertur in genere peccati, et maior etiam acerbitas poenae respondet secundum mensuram libidinis. Cum autem dicitur magis et minus mortale, ad ipsam separationem a Deo, qui est vita, refertur et in quantum ei poena aeterna respondet. Sicut ergo in aeternitate poenae non est magis et minus, sic nec in separatione est magis et m nus. — Vel potest dici quod mortale peccatum, eo quod mortale, respicit mortem gehennae; morte vero gehennae aliquid [b] est quod dicitur s cundum magis et minus, ut magis dicitur puniri is quam ille, et aliquid quod [c] non dicitur secundu magis et minus, quia utrumque aeternaliter. D cetur ergo peccatum mortale quoad quid [d] magis minus, quoad aliud non dicetur secundum mag et minus. — Et per hoc possunt solvi obiecta

310

CAPUT V.

DE EFFECTU MORTALIS PECCATI SECUNDUM DIVERSUM STATUM PERSONAE.

Quinto quaeritur de effectu mortalis peccati secundum statum personae. Quaeritur ergo, si peccati mortalis effectus est separare [e] a Deo sive subtractio gratiae, quocumque tempore insit.

a. Sit ergo ita quod aliquis peccator iteret idem genus peccati mortalis, illud peccatum mortale iteratum efficit aliquid; sed effectus [f] est separatio a Deo [g] vel gratiae subtractio; ergo separat a Deo vel subtrahit gratiam.

Contra. 1. Iam separatus fuit a Deo per praecedens mortale, separatus vero separari non potest; similiter ab eo, qui non habuit gratiam, non potuit subtrahi gratia; ergo peccatum secundo loco contingens non efficit id quod primum faciebat; ergo non omne peccatum mortale separat a Deo vel subtrahit gratiam. Quis ergo effectus est communis omnis [h] peccati mortalis, in quantum est mortale?

[Solutio]: Ad quod respondendum est [i] quod effectus omnis [k] peccati mortalis est corrumpe bonum naturale in subiecto, et in illo effectu n differt peccatum, sive primo adveniat sive s cundo sive tertio. Iterum [l], est alius effectu qui [m] dicitur separātio, et ille effectus duplicit accipitur. Aliquando enim accipitur pro elong tione; cum enim dicitur Isai. 59,2: *Peccata nostr diviserunt inter nos et Deum*, divisio [n] accipit ibi communiter ad primam separationem a De et ad elongationem. Unde separatio non tantu dicitur coniunctorum, sed elongatio iam separ torum: separare enim est seorsum se [o] parar Qui vero in iustitia est, cum peccat mortalite seorsum a Deo se parat; cum [p] iterum pecc mortaliter, separat se, id est seorsum se para hoc est elongat. Unde alicubi in Scriptura inv nitur quod peccatum elongat hominem a De secundum quod dicitur [1]: *Longe a peccatoribu salus*, et Ierem. 2,5: *Elongaverunt a me et an bulaverunt post vanitatem.*

311

CAPUT VI.

UTRUM DIUTURNITAS PECCATI INDUCAT MORTALE.

Sexto quaeritur utrum diuturnitas peccati inducat mortale.

Quod videtur, 1. per hoc quod dicit Augustinus, in libro *De igne purgatorio* [2], ubi enumerat peccata mortalia; dicit enim quod «iracundia, si longo tempore teneatur, et ebrietas, si assidua sit, in eorum numero computatur». Cum ergo iracundia vel ebrietas non universaliter sit mortale peccatum — nam si esset, non oporteret addere illam conditionem ut diceretur de longitudine temporis aut assiduitate — ergo diuturnitas pe cati [q] inducit mortale vel efficit.

Contra. *a.* Albedo magis vel [r] minus dura non diversificat speciem, similiter est in aliis a cidentibus; ergo diuturnitas [s] peccatum non ind cit vel efficit mortale.

[Solutio]: 1. Ad quod dicendum quod diuturn tas vel assiduitas ratione sui non inducit morta peccatum, sed ratione eius quod ratio, cum hab sufficienter tempus deliberationis, tenetur repr mere motus veniales, ne [t] procedat ad [u] regnu

---

[a] Z add. mg. *peccatum;* LZ *magis* pro *maius,* quod R corr. [b] RZ *quid,* quod FL corr. [c] Ita V, alii om.; Z *etiam* pro *non.* [d] L *aliqui* [e] Z *separari.* [f] V add. *eius.* [g] Ita V, alii om. *a. D.* [h] V om. [i] BT *respondet* pro *r. e.* [k] V *communis.* [l] BR *ite* [m] Z *quod.* [n] B *omnino.* [o] R exp. [p] T om. [q] RL om., in F est add. interl. [r] Ita B, alii *et.* [s] R add. mg. *vel assiduita* B *peccati.* [t] L *nec,* quod FR corr. [u] Ita R, alii om.; T *regimen* pro *regnum.*

[1] Psalm. 118, 155.

[2] Pseudo-Augustin., *Sermo* 104, n. 2 (PL 39, 1946).

peccati sive dominium. Et ideo dicit Augustinus[1]: « Quicumque aliquod de istis peccatis in e dominari cognoverit, nisi digne emendaverit[a] t, si habuerit spatium, longo tempore poenitenam non egerit et a peccatis ipsis non abstiuerit, illo[b] transitorio igne, de quo Apostolus it[c][2], purgari non poterit, sed aeterna illum lamma sine remedio cruciabit ». Cum ergo dicitur 'iracundia, si longo tempore' etc., non pro diuturnitate computatur mortale peccatum, sed per manifestum datur intelligi occultum, scilicet[d] ipse contemptus rationis, qui est in ira inveterata. Et eodem modo intelligendum est in[e] consimilibus; et ideo dicit Apostolus ad Ephes. 4,26: *Sol non occidat*[f] *super iracundiam vestram.*

CAPUT VII. 312

DE POENA MORTALIS PECCATI.

Septimo quaeritur de poena mortalis peccati.

1. Cum enim actio mortalis peccati sit temporalis, quantitas autem poenae debeat respondere quantitati culpae, non debetur poena aeterna pro actione temporali; ergo pro actione peccati mortalis non consequitur iuste[g] poena aeterna.

2. Si forte dicatur quod 'non pro actione temporali, in quantum est temporalis, debetur poena aeterna, sed ratione maculae, quae permanet sine ine', intelligatur ergo[h] per impossibile quod liquis[i] perpetraret aliquem actum mortalem et non cointelligatur macula in anima, numquid pro illo actu puniendus est temporaliter? Secundum hoc idem genus poenae deberetur actioni peccati mortalis et actioni peccati venialis. Quod si non est possibile ut existente actione mortali non consequatur[k] macula, numquid meritum poenae debetur maculae aut ipsi actioni mortali? Quod si debetur ipsi actioni eo quod secundum actionem est meritum vel demeritum, secundum hoc redit quaestio supra dicta: quo modo pro actione temporali punitur aliquis aeternaliter?

3. Si vero diceretur quod 'quia ipse homo peccavit in suo aeterno'[l]: hoc qualiter intelligendum est, cum possit contingere quod semel peccaverit homo mortaliter et tamen aeternaliter puniatur? — Si[m] diceret aliquis quod 'ille qui in peccato moritur, in infinitum peccasset, si in[n] infinitum vixisset': sed hoc qualiter verum est? Potest enim contingere quod aliquis semel peccet mortaliter nec de cetero habeat voluntatem peccandi in[o] illo genere peccati, et tamen decedit in illo[p] peccato; non ergo in infinitum peccasset, si in[q] infinitum vixisset, illo genere peccati. Videtur ergo quod non debeatur poena aeterna peccato temporali.

[Solutio]: 1. Ad quod dicendum quod circumstantia temporis non facit ut peccatum aeternaliter puniatur, sed circumstantia illius, in quem peccatur, qui, cum sit aeternus, implentibus mandata promittit bona aeterna, transgressoribus vero comminatur poenas aeternas, ut qui in suo aeterno aeternum iudicem offenderint, in eius aeterno aeternaliter crucientur.

2. Ad id vero quod obicitur consequenter 'utrum possit esse actio mortalis sine macula', dicendum est quod non, utrique tamen debetur poena aeterna. Et licet ipsa actio transeat, tamen voluntas habitualis permanendi in peccato manet, et ideo dicit B. Gregorius[3]: « Qui aeternaliter peccato perfrui volunt, aeternam poenam inveniunt, et quorum voluntas non habuit finem peccandi, non[r] habebit finem torquendi ».

3. Et si dicatur de aliquo, qui peccavit peccato fornicationis et non vult ulterius illo peccato peccare, quod 'non peccat in suo aeterno': dicendum est quod in hoc peccat in suo aeterno[s] quod non vult poenitere de illo, et ita ratione fornicationis cum impoenitentia debetur ei poena aeterna.

---

[a] FLZ *emundaverit.* [b] R *ille.* [c] V *ut.* [d] B *si.* [e] V *de;* B om. *est.* [f] TLZ *occidit,* quod FR corr. [g] B *recte.* [h] RL om., F est add. mg. [i] Z *quis.* [k] L *consequetur,* quod R corr. [l] B om. *ideo... aeterno;* V *equaliter* pro *qualiter.* [m] Ita F (corr.), alii *sed.* Z om. [n] Ita V, alii om. [o] T add. *genere peccati vel;* BTRZ *decidit* pro *decedit,* quod FL corr. [p] Z om. [q] BT *nec.* [r] B om. *dicendum... aeterno.*

[1] Loc. cit.
[2] I Cor. 3, 15.
[3] Cf. *Moral.,* XXXIV, c. 19, n. 36 (PL 76, 738) et *Dialog.,* IV, c. 44 (PL 77, 401).

TRACTATUS SECUNDUS

DE DELICTO ET COMMISSO

SECTIO I. — De delicto.

QUAESTIO I.

DE DELICTO IN GENERE.

Dicto de peccato in generali, sequitur de speciebus eius. Est autem una divisi specierum: aliud delictum, aliud commissum. Delictum enim est [a] in non fa ciendo quod tenetur facere, commissum vero est in faciendo quod tenetu non facere. Quae differentia notatur super illud Psalmi [b 1]: *Delictum meum cognitu tibi feci, et iniustitiam meam non abscondi;* Glossa [2]: « [*Delictum*], quod dimisi fa cienda [c], *iniustitiam,* quod non facienda [d] feci ». Unde iniustitia accipitur ibi pro com misso. Potest ergo [e] quaeri de delicto et deinde de commisso [f].

De delicto autem primo dicendum est in genere,
deinde in specie.
Quaeritur ergo primo quare dicatur delictum;
secundo, utrum delictum [g] opponatur commisso;
tertio, utrum maius peccatum sit delictum quam commissum;
quarto, utrum delictum sit [h] simul cum commisso;
[quinto, si omne delictum et commissum reducatur ad unum commune].

313

CAPUT I.

QUARE DICATUR DELICTUM.

Ad primum sic: 1. Delictum dicitur [i] quasi derelictum: sic enim exponit Augustinus [3]; sed [k] derelictio non videtur distinguere inter peccata mortalia: in unoquoque enim peccato mortali est Dei derelictio; ergo non convenienter ponetur una species mortalis peccati.

2. Item, Augustinus, in libro *De natura boni* [4]: « Peccatum non est appetitio rerum malarum, sed desertio rerum meliorum ». Desertio [l] autem quid est nisi derelictio? Ergo omne peccatum mortal de quo loquitur ibi, est delictum.

[Solutio]: 1-2. Ad quod dicendum quod delictu eo [m] dicitur derelictum, quia derelinquitur illu quod faciendum est, non quia derelinquitur Deu Sic enim [n] large acciperetur delictum et non pr prie, secundum quod dividitur contra commi sum; hoc autem modo accipitur in illa ratio peccati: « Peccatum non [o] est appetitio » etc.

[a] TR om. [b] V *Psalmum* pro *i. P.* [c] V *faciendo.* quod R corr. [d] VB *faciendo.* [e] B add. *primo.* [f] V om. *Potest... commiss* F *inde* pro *deinde.* [g] V om. *s. u. d.* [h] Z om. [i] T om. [k] BT *si.* [l] T *discretio.* [m] V add. *quod,* quod B e [n] B *ergo.* [o] V *vero.*

1 Psalm. 31, 5.
2 *Interlin.,* in h. l., ap. Lyran.
3 *In Heptat.,* III, q. 20 (PL 34, 681).
4 Cap. 34 (PL 42, 562).

icitur quod « peccatum non est appetitio rerum nalarum », quia res accipitur ibi pro natura, nulla utem natura mala est; sed desertio dicitur « reum meliorum », quia homo peccando mortaliter leserit Deum, deserit etiam bona spiritualia adhaerendo transitoriis. Nec est hoc contrarium, quod alibi dicitur quod 'peccatum est appetitio rei mutabilis' vel quod 'peccatum est appetitus rei malae': 'res' enim accipitur pro delectabili illicito.

CAPUT II. 314

UTRUM DELICTUM OPPONATUR COMMISSO.

Secundo quaeritur I. utrum delictum opponatur commisso.

Et videtur quod non, 1. per hoc quod dicitur ibi[1]: *Delicta quis intelligit?* « Delictum enim continet in se occulta propria et aliena ». Sed omnia peccata possunt [a] dici talia; ergo omne peccatum est delictum [b], et ita non opponuntur delictum et commissum.

Contra. *a.* Levit. 16,21: *Confiteatur* [c] *omnes iniquitates filiorum Israel* [d], *universa delicta atque peccata.* Ergo delictum dividitur contra peccatum.

b. Similiter, Iob 13,23: *Quantas habeo iniquitates et peccata, scelera mea atque* [e] *delicta ostende mihi.* Similiter dicitur in [f] Levit. 7,37 et 16,21 quod offeratur sacrificium pro peccato sicut pro delicto. Ergo delictum dividitur contra peccatum, et peccatum accipitur ibi pro commisso.

c. Item, duae sunt partes iustitiae, declinare a malo et facere bonum, quibus duabus opponuntur delictum et commissum; ergo delictum et commissum inter se opponuntur.

[Solutio]: 1. Ad quod dicendum quod delictum, prout opponitur illi parti iustitiae quae est facere bonum, dividitur contra commissum, quod opponitur illi [g] parti quae est declinare a malo [h]. Delictum autem, prout dicitur a delinquendo, commune est ad peccatum, et sic aliquando accipitur.

II. Sed adhuc quaeritur utrum delictum et commissum sufficienter dividant peccatum mortale et [i] per immediata.

Quod videtur ex iam dictis.

Sed videtur contrarium 1. per hoc quod dicitur[2] in [k] Levit. 5, ubi dicitur quod « delictum est quod contra solum praesumitur Deum, ut in sanctis vel iuramentis »; delictum autem, hoc modo acceptum, cum commisso non sufficienter dividit peccatum mortale.

2. Praeterea, dicitur ibidem[3]: « Ubicumque cognitio peccati sive praeferatur [l] sive subinferatur, delictum vocatur ». Ergo delictum non continet peccatum ignorantiae nec commissum continet peccatum ignorantiae; ergo tres sunt differentiae peccati mortalis: delictum, peccatum ignorantiae et [m] commissum.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod illa duo sufficienter dividunt peccatum actuale [n] mortale. Unde Augustinus, in libro *De perfectione iustitiae*[4]: « Duobus enim [o] modis, ni fallor, constat omne peccatum: si [p] aut illa fiant quae prohibentur, aut illa non fiant quae iubentur ». Et haec duo sunt delictum et commissum.

[Ad obiecta]: 1. Ad obiectum autem primum [q] in contrarium dicendum est quod delictum aliquando coarctatur ad illa quibus proprie delinquitur in Deum, et secundum hoc currit illa divisio: aliud peccatum in Deum, aliud in proximum, aliud in se ipsum. Hoc autem modo non accipitur delictum, secundum quod dividitur contra commissum, sed dicitur delictum, cum non fit quod faciendum est.

2. Similiter respondendum est ad secundum. Delictum enim aliquando coarctatur ad illud peccatum quod scienter fit vel [r] quod scitur cum factum est, et hoc modo non dividit contra commissum, licet dividat contra peccatum per ignorantiam sive quod ignoranter [s] fit. Alio vero modo delictum accipitur communiter, quando non fit ad quod tenetur, et fieri dicatur large ad scire, et secundum hunc modum delictum continet in se peccatum ignorantiae. Peccatum enim ignorantiae est, cum non scit [t] quod tenetur scire, et hoc modo delictum immediate se habet contra commissum: continet enim in se peccatum ignorantiae, omissionis et negligentiae. Alio vero modo accipitur[5] super illud Psalmi[6]: *Delicta iuventutis meae et ignorantias meas ne memineris. Delicta* enim dicuntur, quando via aequitatis scienter derelinquitur; *ignorantiae* vero peccata, quae ignoranter fecit vel antequam crederet.

---

[a] T om. [b] V *derelictum.* [c] VR *confiteantur.* [d] B add. *vel.* [e] Z *et.* [f] V om. [g] R *isti,* quod FL corr. [h] L om. *a. m.* FR om., in L est add. interl. [i] V om. [k] V *proferatur.* [l] Z om. [m] F *accidentale;* T om. *dividunt.* [n] B om., in Z est add. mg.; [o] om. *ni,* in FR est add. interl., in L add. mg. [p] BT *scilicet.* [q] Ita V, alii om. [r] B *ast.* [s] R *ignotum.* [t] R *scitur.*

1 Psalm. 18, 13; cf. Lombard., in h. l. (PL 191, 213).
2 *Glossa ordin., In Levit.* 5, 4, ap. Lyran.
3 Loc. cit.
4 Cap. 5 (PL 44, 296).
5 Cf. Lombard., in h. l. (PL 191, 254sq.).
6 Psalm. 24, 7.

315

CAPUT III.

UTRUM MAIUS PECCATUM SIT DELICTUM QUAM COMMISSUM.

Tertio quaeritur utrum maius peccatum sit delictum quam commissum.

Quod [a] **videtur.** 1. Delictum enim in Levitico magna indigebat expiatione, sicut habetur Levit. 5; ergo maius peccatum fuit delictum quam commissum.

2. Praeterea, facere bonum est melior pars iustitiae quam declinare a malo; ergo delictum, quod opponitur ei quod est facere bonum — hoc enim est abstinere a bono vel « desertio boni », sicut dicitur[1] Levit. 7,7 super illud: *Sicut pro peccato offertur hostia* — commissum vero opponitur ei quod est declinare a malo: hoc enim est facere malum; ergo delictum est maius peccatum quam commissum.

Contra, videtur quod sit [b] **aequale,** 3. per hoc quod dicitur Levit. 7,7: *Sicut pro peccato offertur hostia, ita et pro delicto: utriusque hostiae* [c] *una lex erit.* Si ergo una est lex [d] sacrificii pro peccato et pro delicto, ergo sunt consimilis culpae.

4. Item, Gregorius[2], in originali, super illud[3]: *Scelera mea atque delicta ostende mihi:* « Hoc interest inter scelus et delictum, quod scelus pondus [e] peccati transcendit, delictum vero non, quia, cum offerri sacrificium pro peccato iubetur, nimirum *pro peccato* dicitur sicut *pro delicto* ». Ergo ad paria iudicantur peccatum et delictum; sed hoc dicitur commissum; ergo delictum et commissum ad paria iudicantur [f].

Quod autem delictum sit minus [g] **quam commissum, arguitur.** *a.* Difficilius enim fit observatio ab omisso quam commisso; quae vero sunt huiusmodi, aliis paribus minora sunt peccata. — Quod autem difficilioris sit observationis, patet per hoc quod multo plures ignoranter omittunt sive delinquunt quam committunt. — Contra [i]. Plures sunt prohibitiones quam praecepta affirmativa; sed in transgrediendo prohibitiones fit commissum, in non faciendo praecepta fit delictum; ergo pluries commissum quam delictum.

[Solutio]: 1. Ad quod dicendum quod delictum secundum quod immediate se habet contra commissum et [k] sufficienter dividit [l] peccatum actuale mortale, maius peccatum [m] est in genere commissum quam delictum, quia maius malum est facere malum [n] quam non facere bonum. Secundum autem quod delictum respicit per se [o] iuriam Dei, maius est peccatum, et sic accipit quandoque in Levitico, cum maior requirit expiatio.

2. Ad id vero quod obicitur per comparationem delicti et commissi ad partem iustitiae dicendum est quod, licet maius bonum sit facere bonum quam non facere malum, non tamen est in oppositis, ut maius malum sit abstinere a bono quam facere malum, sed attendenda est ibi consequentia in contrario.

3. Ad id vero quod obicitur de paritate per hoc quod dicitur in [p] Levitico, intelligendum est quod illa paritas attenditur quoad legem hostiae in quantum respicit sacerdotem. Unde dicit ibidem[4]: *Ad sacerdotem, qui eam obtulerit, pertinebit.*

4. Ad id vero quod dicit B. Gregorius, dicendum est quod quoad hoc attenditur paritas quod scelus transcendit utrumque in malitia.

316

CAPUT IV.

UTRUM DELICTUM SIT SIMUL CUM COMMISSO.

Quarto quaeritur utrum delictum sit simul cum commisso.

Quod videtur. 1. Qui enim non facit quod tenetur facere [q], hoc est quia aliquid aliud facit quod distrahit affectum [r] ab illo.

2. Item, qui facit quod non tenetur facere, omittit illud ad quod tenetur: qui enim fornicatur tenetur [s] continere, et non continet; ergo delictum simul est necessario cum commisso.

[Solutio]: 1-2. Ad quod dicendum quod delictum aliquando est respectu actus, qui habet dire-

---

[a] R add. *delictum.* [b] Ita V, alii om. [c] BTZ *hostii.* [d] Ita B, T add. *ergo una lex,* alii add. *ergo una est lex.* [e] T *f* F om. *peccatum... iudicantur.* [g] T om. [h] Ita L (corr.), alii *multi* pro *m. p.* [i] Codd. *preterea.* [k] VZ om. [l] B *dividunt,* T *divid*
[m] T om. [n] T om. [o] Ita RL, aliiadd. *in,* quod L exp. [p] R om. [q] B om. *Quod... facere.* [r] B om. [s] V add. *qui.*

1 *Glossa Ordin., In Levit.* 7, 7, ap. Lyran.
2 *Moral.,* XI, c. 42, n. 57 (PL 75, 979).
3 Iob 13, 23.
4 Levit. 7, 7.

ppositum quod prohibetur, ut se habent contiere ab illicito et fornicari, et in talibus ad comissum sequitur delictum, sed [a] non e converso. unt autem alii actus, respectu quorum dicitur elictum, et in talibus potest esse delictum sine ommisso: ut tenetur iste dare indigenti pro temore et loco, et non dat, et ex hoc delinquit, non tamen committit. Praeterea, iste dat cui non debet, et ita committit, nec tamen omittit: potest enim dare et cui non debet [b] et cui debet, et ita ex una parte transgredi et ex alia parte non delinquere. Sic ergo patet qualiter separatur delictum et commissum et qualiter non separatur.

CAPUT V. 317

UTRUM OMNE DELICTUM ET COMMISSUM REDUCATUR AD UNUM COMMUNE.

Ultimo [c] quaeritur ratione delicti et commissi, si omne delictum reducatur ad unum communе [d] sive ad unam causam communem et omne ommissum similiter.

Quod non, videtur. 1. Distinctae enim sunt prohibitiones ab invicem et iussiones similiter; ergo elicta et commissa ab invicem distinguuntur; elicta autem et commissa sunt circa actus particulares; non ergo erit delictum unum commune d omnia delicta nec praeceptum ad omnia praeepta neque omnia reducentur ad unum utroique.

Contra. *a.* Augustinus, in libro *De perfectione ustitiae* [1]: « Generalis prohibitio est [2]: *Non concupisces* [e], et generalis iussio [3]: *Diliges,* quod breiter Apostolus complexus est dicens [4]: *Nolite onformari huic saeculo, sed renovamini in novitate sensus vestri* [f]; prohibitio enim est: *Nolite conformari,* iussio est: *Reformamini* ». Cum ergo delictum et commissum attendantur secundum iussionem et prohibitionem, erit delictum et commissum ad generalia reducere: cum enim aliquis delinquit, tenetur aliquis [g] reformari in novitate vitae, et non reformatur delinquendo; cum autem aliquis [h] committit, tenetur non *conformari huic saeculo,* et conformatur.

[Solutio]: 1. Ad quod dicendum [i] quod est reducere, sicut dictum est [5], ad praedicta generalia, quae sunt tamquam radices praeceptorum et prohibitionum, non quod ista sint universalia praeceptorum et prohibitionum particularium, sed sicut '*non concupiscere*' et '*diligere*' sunt radices, ita '*nolite conformari*' et '*reformamini*' [k] sunt consequentia; et sic quicumque delinquit vel committit, radicitus [l] peccat in illis vel ex consequenti.

---

[a] FR *et.* [b] Z *det,* item infra; V om. *e. c. n. d.*; T om. *e. c. d.* [c] F *quinto.* [d] V *in genere.* [e] V *concupiscere.* [f] Z *nostri,* uod F corr. [g] F *sibi.* [h] BT *quis.* [i] Ita V, alii add. *est.* [k] R *reformari.* [l] B *radicibus.*

1 Cap. 5 (PL 44, 297).
2 Exod. 20, 17; Rom. 7, 7.
3 Deuter. 6, 5.
4 Rom. 12, 2.
5 Cf. supra, sub litt. *a.*

QUAESTIO II.

DE DELICTO IN SPECIE.

TITULUS I.

DE IGNORANTIA.

Dicto de delicto in genere, sequitur de tribus differentiis delicti, quae sunt igno rantia [a], omissio, negligentia. Delictum enim dicitur derelictio boni faciendi a quod tenetur homo; bonum autem illud [b] aut est in scire aut in agere. I agere vero dupliciter: vel quoad genus actus debiti vel quoad circumstantiam debitan Primum est ignorantia, quod est circa sciendum [c]; secundum est omissio, quae est de sertio actus debiti; tertium [d] est negligentia, quae est desertio circumstantiae debitae

Primo ergo dicendum est de ignorantia.

Primo ergo quaeritur utrum ignorantia sit peccatum aliquo modo;

secundo, si aliquo modo non est peccatum, an sit poena peccati;

tertio, quae differentia sit ignorantiae et erroris;

quarto, si concomitetur quodcumque peccatum;

quinto, cum dicitur esse peccatum vel cum peccato, utrum sit originale vel actual vel medium;

sexto, utrum peccatum ignorantiae sit gravissimum;

septimo, utrum excuset ignorantia a peccato vel non excuset;

octavo, de excusantibus, quae magis excusent;

nono, de comparatione ipsius [f] ad alias causas excusationis.

318

CAPUT I.

UTRUM IGNORANTIA SIT PECCATUM [1].

Ad primum sic: 1. Dicitur ad Rom. 2, 2 super illud: *Scimus quoniam iudicium Dei est;* et postea sequitur [2]: *An ignoras?* Glossa [3]: « Ignorantia in eis qui [g] intelligere noluerunt, peccatum est ».

2. Item, Isidorus [h], in libro *De ecclesiastica institutione* [4]: « Nullus in culpa maior est quam ille qui Deum nescit ».

3. Item, I ad Cor. 14, 38: *Ignorans ignorabitur,* « id est reprobabitur [5] ». Sed [i] reprobatio non est nisi propter culpam; ergo ignorantia est culpa.

4. Item, aliquod nomen scientiae commune est cum virtute; ergo, per oppositum, aliquod nomen ignorantiae commune est cum peccato; sicut erg scientia sive prudentia dicitur esse virtus, i ignorantia dicetur esse peccatum.

Contra. *a.* Sicut dicitur in *Enchiridion* [6], « du sunt inflicta propter peccatum, ignorantia reru agendarum et concupiscentia rerum noxiarum Sed quod inflictum est, in quantum huiusmod tenet rationem poenae, non peccati; ergo ign rantia non est peccatum.

b. Item, ignorantia dicitur excusare peccatum aliquibus; sed, si esset culpa, aggravaret pecc tum; ergo non est peccatum.

---

[a] V *ignorantie.* [b] B om. [c] R *scientia.* [d] TFRL *tertio.* [e] B om. [f] V *illius.* [g] RL *que,* quod F corr. [h] R *illud.* [i] L

[1] Cf. Guil. Altissiod., *Summa,* tr. 29, c. 1 (fol. 101d sqq.); Ioan. de Rupella, *Summa de vitiis* (fol. 10d); S. Bonav., II *Sent.,* d. 22, a. 2, q. 2 (II, 523 sqq.).

[2] Rom. 2, 4.

[3] Augustin., *Epist. 194,* c. 6, n. 27 (PL 33, 883).

[4] *Sentent.,* II, c. 1, n. 6 (PL 83, 600).

[5] Lombard., in h. l. (PL 191, 1672).

[6] Cf. c. 24 (PL 40, 244).

c. Item, ignorantia et scientia nata sunt fieri in ıtellectu, virtus autem [a] et peccatum in volun-ıte; intellectus vero et voluntas sunt dispa-ıta; ergo et scientia et virtus; ergo ignorantia : peccatum sunt disparata [b]; ergo hoc non est lud.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod ignorantia ultipliciter dicitur. Aliquando enim [c] dicitur efectus verae cognitionis, aliquando defectus ientiae debitae sive ad quam tenetur homo, iquando vitium vel peccatum ex voluntate ne-ciendi ea quae sunt ad salutem: necessaria au-m ad salutem [d] sunt fides et mores. Voluntas rgo nesciendi in iis vel non apponendi curam t sciantur, est peccatum, Psalmus[1]: *Noluit in-lligere ut bene ageret;* super quod [e] dicitur in lossa[2]: « Potuit *intelligere ut bene ageret*, sed *oluit*, et ita veniam non habet; imprudentiae ıim et ignorantiae aliquando [f] venia datur, vo-ıntati autem malae semper poena ». Ex iam ictis patet quo modo est peccatum et quo odo non.

[Ad obiecta]: 1. Per hoc potest responderi ad biecta. Cum enim dicitur « ignorantia in eis qui telligere noluerunt, est peccatum »: si est praedi-atio secundum essentiam [g], accipitur ibi pro vo-ıntate nesciendi vel non curandi scire, id est incuria vel noluntas [h] sciendi est peccatum, et hoc verum est.

2. Ad secundum dicendum [i] quod ille dicitur esse in culpa qui nescit Deum, non quia ne-scientia sit culpa, sed quia non assentire est culpa: infidelitas enim est peccatum.

3. Ad tertium dicendum quod ille qui ignorat dicitur ignorari, id est improbari vel [k] reprobari, secundum illud quod dicitur in libro *De natura et gratia*[3]: « Non tibi deputatur ad culpam quod invitus ignoras, sed quod negligis quaerere quod ignoras; neque quod [l] vulnerata membra [non] colligis, sed quod sanare volentem contemnis ». Et iterum Augustinus, in *Quaestion. Novi Testamenti*[4]: « Hic, qui potuit discere [m] et non dedit operam, reum se [n] fecit: erat enim quod disceret [o] et a quo disceret ».

4. Ad quartum dicendum quod nihil prohibet nomen esse commune ignorantiae, quae est in [p] intellectu, et peccati, sicut scientia in intellectu et virtus [q].

a-b. Illud vero quod dicitur 'ignorantiam esse inflictam vel excusare peccatum [r]' de poena intelligitur.

c. Illud etiam quod dicitur 'ignorantiam esse in [s] intellectu, sicut et scientiam', non intelligitur de ignorantia secundum quod est nomen peccati.

CAPUT II. 319

UTRUM IGNORANTIA SIT POENA PECCATI.

ecundo quaeritur, si ignorantia aliquo modo non est peccatum, an sit poena peccati.

Quod autem sit poena peccati, patet, *a.* per hoc uod dicit Hugo de S. Victore[5]: « Vitium cor-ıptionis humanae duplici corruptione naturam ıficit: ignorantia mentem et concupiscentia car-em. Haec duo mala in primo parente poena ıerunt praecedentis culpae ». Ergo ignorantia st poena.

b. Item, ad Rom. 2,2, super illud: *Scimus quo-iam iudicium* etc.: « Ignorantia in eis qui intelli-ere non potuerunt, est poena peccati[6] ».

c. Item, Augustinus, in *Enchiridion*[7]: « Erro-es in huiusmodi falsitatibus, quibus fallimur, alva fide et via non relicta [t] quae ducit ad illum, etiam si peccata non sunt, tamen in malis huius vitae deputandi sunt ». Ergo, cum error sit ignorantia vel [u] cum ignorantia, erit ignorantia poena.

Sed quod ignorantia nec sit [v] culpa nec poena, sed causa utriusque, videtur, 1. per hoc quod Eva peccavit ex ignorantia, quia *seducta fuit,* sicut dicitur I Tim. 2,14; sed illa ignorantia non fuit poena: non enim praecesserat culpa; nec fuit culpa, quia idem non est causa sui; ergo ignorantia nec [x] est culpa nec poena.

2. Item, Hugo[8]: « Nasci sine cognitione natura est, non culpa. Sed in eo vitio nasci [y] quo postea a cognitione veritatis sit impedimentum, culpa est », id est [z] causa culpae. Ergo ignorantia, sive dicatur defectus cognitionis sive quo fit impedimentum

---

[a] T *enim.* [b] BT om. *ergo... disparata;* V om. *sunt.* [c] TR *vero.* [d] V om. *necessaria autem... salutem.* [e] Ita VF, alii *quo.* BT *aliqua.* [g] R add. mg. *ignorantia scilicet.* [h] BTLZ *voluntas;* R (corr.) *voluntas nesciendi* pro *noluntas sciendi.* [i] FRL add. *est.* V om. *i. v.* [l] V *quia.* [m] VLZ *dicere,* quod FR corr. [n] B *remisse,* VLZ *reverse* pro *r. s.* quod F corr. [o] VZ *diceret,* quod FRL corr., em infra. [p] L om. [q] Ita R (corr.), alii *virtutis.* [r] VZ add. *est,* quod FRL exp. [s] Z om. [t] V *directa.* [u] V *non.* [v] V *non* o *n. s.* [z] Ita BT, alii *non.* [y] B om. [x] V *et* pro *i. e.*

1 Psalm. 35, 3.
2 Lombardi, in h. l. (PL 191, 362).
3 Cap. 67, n. 81 (PL 44, 288)
4 Quaest. 67 (PL 35, 2262).
5 *De sacram. christ. fidei,* I, p. 7, c. 26 (PL 176, 298).
6 Lombard., in h. l. (PL 191, 1337).
7 Cap. 21 (PL 40, 243).
8 Loc. cit., c. 32 (PL 176, 302).

cognitionis, causa est culpae; causa autem culpae praecedit culpam et poenam; ergo huiusmodi ignorantia nec [a] est culpa nec poena.

3. Quod etiam patet in angelis. Angeli enim [b] quidam boni ignoraverunt mysterium [c] passionis [1]; in illis autem nec erat culpa nec poena; ergo aliqua ignorantia non est poena.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod ignorantia multipliciter sumitur. Aliquando enim sumitur pro nescientia, et hoc modo potest esse quod nec sit culpa nec poena nec etiam causa culpae vel concomitans, sicut fuit in angelis et adhuc est respectu alicuius cognoscibilis, sicut respectu diei iudicii, Matth. 24,36: *De die illa nemo scit neque angeli Dei.* Aliquando vero illa nescienti est occasio culpae, et hoc modo fuit nescienti in Eva. Aliquando vero est concomitans culpan sicut cum dicitur [2]: « Omnis malus ignorat ». Al quando vero est poena inflicta pro culpa origina vel actuali.

[Ad obiecta]: *a-c*, 1-3. Et secundum hoc po sunt solvi ea quae obiecta sunt. Nam prima rationes attenduntur quantum ad ignorantia secundum quod est poena; sequentes vero quan tum ad ignorantiam quae est concomitans culpa vel occasio culpae; ultima vero attenditur quan tum ad nescientiam, quae nec est concomitan culpam nec [d] occasio culpae.

320 CAPUT III.

QUAE SIT DIFFERENTIA IGNORANTIAE ET ERRORIS.

Tertio quaeritur quae differentia sit ignorantiae et erroris [e].

Et ad hoc sic: 1. Error est peccatum: opponitur enim fidei; ignorantia vero secundum suam rationem non est peccatum; ergo error non est ignorantia. — Quod autem error sit peccatum, patet per hoc quod dicit Augustinus [3]: « Quis nisi errans malum neget approbare falsa pro veris aut improbare vera pro falsis aut habere incerta pro certis aut certa pro incertis? » Sed hoc approbare est errare; hoc autem potest esse in iis quae sunt circa fidem; cum autem sic est, approbatio peccatum est; ergo error [f] est peccatum. Restat ergo ex praedictis quod error non est ignorantia.

Contra. *a.* Augustinus, in *Enchiridion* [4]: « Error cavendus est, non solum in maioribus, verum etiam in minoribus, nec nisi rerum ignorantia potest errari. Non tamen consequens est ut continuo erret quisquis aliquid nescit, sed quisquis [g] aestimat se scire quod nescit: pro vero enim approbat falsum, quod est erroris proprium ». Ergo error est ignorantia, sed non e converso.

b. Item, omnis error malum culpae est vel po nae; sed ignorantia aliquando est neutrum ill rum, immo bonum, ut videtur [h], secundum quo dicit Augustinus [5]: « Sunt quaedam quae n scire quam scire est melius ». Ergo ignorantia e universalior quam error.

c. Item, ignorantia est in adultis et parvuli error vero [i] in adultis tantum; ergo ignorant est communior errore.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod ignorant est communior quam error. Ubi autem insim concurrunt, in hoc distinguuntur quod error c citur esse in assensu [k] vel dissensu, ignorant vero in defectu cognitionis debitae. Unde err opponitur contrarie ipsi scientiae vel fidei, si s circa credibilia, ignorantia vero privative.

[Ad obiecta]: 1. Per [l] hoc potest solvi quo obiectum est. Cum enim dicitur quod errare e approbare etc., approbatio sonat in consensum ignorantia vero et nescientia est [m] in eo qui apt natus est scire vel qui habet possibilitatem ex n tura ad sciendum. Si ergo inveniatur alicubi quo error est ignorantia, non dicitur hoc per esse tiam, sed per concomitantiam sive per causa

321 CAPUT IV.

UTRUM IGNORANTIA CONCOMITETUR QUODCUMQUE PECCATUM.

Quarto quaeritur si ignorantia concomitetur quodcumque peccatum.

Quod non, videtur. *a.* Aliquis [o] enim scient peccat; ergo non est ibi ignorantia illa qua ignor

---

[a] V *non.* [b] V om. [c] R *ministerium.* [d] T add. *est.* [e] Z *terroris.* [f] V *errare.* [g] FRL add. *aliquid.* [h] V *sumitur* pro *u*
[i] RL *est*, F add. *est.* [k] BT *consensu.* [l] V *Et per.* [m] Ita T, alii *consensu.* [n] Ita R, alii om. [o] L *aliquid*, quod FR corr.

1 Cf. Ephes. 3, 10 et Col. 1, 26.
2 Aristot., *Ethica ad Nicom.*, III, c. 1 (II, 25).
3 *Enchirid.*, c. 19 (PL 40, 241 sq.).
4 Cap. 17 (PL 40, 239).
5 Loc. c

sse peccatum nec est ignorantia in conditio-ibus personae aut actus: potest enim contin-ere quod habeat scientiam harum vel [a] illarum; rgo ignorantia non concomitatur quodcumque eccatum.

Contra. 1. Dicit Philosophus [1] quod « omnis alus ignorat », et loquitur de ignorantia conco-itante peccatum; ergo est ignorantia concomi-ans omne peccatum.

2. Item, voluntas et ratio ita coniuncta sunt, ut, um voluntas deficit volendo [b], tunc ratio deficit n eligendo [c]; sed defectus in electione est igno-antia, defectus autem in voluntate est peccatum; rgo ignorantia concomitatur peccatum.

[Solutio]: 1. Ad quod dicendum quod igno-antia uno modo concomitatur peccatum et [d] alio modo non. Secundum enim quod ignorantia est in speculativo intellectu, non [e] est necesse igno-rantiam esse semper cum peccato, sicut in theo-logis, qui cognitionem habent faciendorum et ni-hilominus peccant. Est autem alia ignorantia, quae est in intellectu practico, secundum quam aliquis, cum peccat, non habet experientiam boni vel non habet electionem boni, quae prae-cedit experientiam, et hoc modo « omnis ma-lus ignorat ». Et sic intelligitur illud Philo-sophi.

2. Ex hoc etiam patet illud [f] quod postea ob-iectum est. Unde secundum hunc modum igno-rantia concomitatur peccatum, secundum alium modum est quoddam peccatum ex ignorantia et non omne.

CAPUT V. 322

UTRUM IGNORANTIA SIT PECCATUM ORIGINALE VEL ACTUALE VEL MEDIUM [2].

Quinto quaeritur, cum dicitur esse peccatum ignorantia vel cum peccato, utrum sit originale el actuale vel medium.

Et ostenditur *a.* quod non est originale. Origi-ale enim transit reatu et manet actu post Bap-ismum [3]; sed ignorantia in peccante post Baptis-mum remanet et [g] reatu et actu; ergo non est riginale peccatum, supposito quod originale non edeat, ignorantia autem [h] potest redire. — Item, gnorantia est peccatum in iis qui intelligere no-uerunt [4]; sed originale est peccatum, sive velit sive olit; ergo ignorantia non est originale peccatum.

b. Nec est [i] actuale peccatum. Actuale enim eccatum transit actu et remanet reatu, ignorantia ero aliquando manet actu et transit reatu — sicut st in sacerdote, qui tenebatur scire pertinentia [k] d officium suum, et non scivit, cum debuit, et oenituit super hoc, et adhuc nescit: ignorantia n illo transit reatu et remanet actu — ergo non st peccatum actuale.

[Contra]. 1. Quod autem sit actuale, patet per oc quod delictum est actuale peccatum; igno-antia vero sub delicto continetur; ergo ignorantia st actuale peccatum.

2. Quod autem sit originale peccatum, videtur x verbis Hugonis de S. Victore [5], qui dicit quod ignorantia et concupiscentia sunt in nobis culpa simul et poena originalis; ergo ignorantia est originalis culpa.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod ignorantia uno modo dicitur peccatum actuale in eo qui non curat scire quod tenetur scire: et sic conti-netur sub actuali peccato prout est a voluntate non curandi etc. Alio vero modo dicitur ignoran-tia originalis culpa, secundum Hugonem [6], prout originale peccatum reddit liberum arbitrium cul-pabile quoad ignorantiam ex parte rationis et quoad concupiscentiam ex parte voluntatis: et haec est intentio Hugonis, secundum quod trahimus ex [l] primis parentibus originalem con-cupiscentiam et ignorantiam. Tertio vero modo dicitur ignorantia habere quamdam conveni-entiam cum originali et aliam cum actuali. Ali-quando enim transit reatu et remanet actu, ut in sacerdote, de quo diximus, contrito; aliquando vero transit actu et remanet reatu, ut in illo qui voluit nescire et postea addidicit [m], sed non con-teritur de voluntate priori [n] culpabili: transit actu, quia non remanet [o] iam ignorans, et manet [p] reatu, quia adhuc remanet culpa; et hoc modo habet mediam rationem, licet sub actuali pec-cato simpliciter contineatur secundum quod est peccatum.

---

[a] BTZ *et.* [b] R *nolendo.* [c] B *intelligendo* pro *i. e.* [d] BT om. [e] T *tunc.* [f] R om. [g] T om. [h] V *que.* [i] T om. [k] R *que pertinebant.* [l] V *a.* [m] V *addiscit.* [n] V *priorum.* [o] Ita VL, alii *manet.* [p] B *remanet.*

1 Aristot., *Ethica ad Nicom.*, III, c. 1 (II, 25).
2 Cf. Ioan. de Rupella, *Summa de vitiis* (fol. 10d); . Bonav., II *Sent.*, d. 30, a. 2, q. 2 (II, 724sqq.).
3 Cf. supra, num. 233.
4 Cf. supra, p. 324, nota 3.
5 Cf. *De sacram. christ. fidei*, I, p. 7, c. 26 (PL 176, 298).
6 Loc. cit.

323

CAPUT VI.

UTRUM PECCATUM IGNORANTIAE SIT GRAVISSIMUM.

Sexto quaeritur **I.** utrum peccatum ignorantiae sit gravissimum peccatum.

Quod notatur *a.* ad Rom. ibi [a 1]: *Ignoras quoniam benignitas Dei* etc. Et dicit Ambrosius[2]: « Peccas, homo, dum impunitatem tibi promittis; gravius, cum Dei bonitatem contemnis; gravissime, cum ignoras ». Et sunt gradus peccatorum; ergo gravissimum est peccatum ignorantiae.

Contra. 1. Augustinus, in libro *De Baptismo contra Donatistas*[3]: « Verissimum est longe gravius esse peccatum eius qui sciens quam eius qui nesciens peccavit ». Ergo peccatum ignorantiae minus est. Similiter Augustinus, in libro *De civitate Dei*[4], consimilem ponit sententiam. Ex quibus colligitur quod peccatum ignorantiae non est gravissimum.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod peccatum ignorantiae dicitur multipliciter: vel cum peccat aliquis et nescit se peccare, et tunc dicitur peccare ex ignorantia; vel cum nescit et non curat se scire, vel peccat gravi peccato et postea [b] non sentit quam graviter peccavit, immo redditur [c] quasi insensibilis respectu culpae et poenae. Est ergo ignorantia disponens [d] ad peccatum sequens et est ignorantia materia ipsius peccati sive circa quam [e] est peccatum et [f] est ignorantia consequens peccatum, aggravans ipsum. Hoc ultimo modo dicitur illa auctoritas Ambrosii: « Gravissime peccat, qui ignorat », id est periculosissime, quia, si sentiret peccatum aut [g] poenam peccati, ad medelam confugeret, qua curaretur [h] a peccato; et sic est de illo sicut de paralytico vel de illo qui non habet sensum morbi sui.

[Ad obiecta]: 1. Illud autem quod dicit Augustinus quod 'peccata scientium praeferuntur peccatis nescientium', intelligitur de ignoranti antecedente peccatum: sic enim diminuit [i].

Quod autem dicit Isidorus[5]: « Nescire sim pliciter ad ignorantiam pertinet, noluisse ver scire [k] ad superbiam et contumacem voluntatem intelligitur de peccato ignorantiae secundum quo ignorantia est illud circa quod est peccatum, hoc modo grave est peccatum. Unde dicit Is dorus, ibidem[6]: « Voluntatem proprii domi nescire velle, quid aliud [l] est quam velle supe biendo dominum contemnere? »

II. Adhuc etiam quaeritur de peccato Evae, cu esset ex ignorantia, sicut dicit Isidorus[7], qual ter tam grave fuit peccatum et gravissime punitun

Videtur enim quod hoc peccatum maius es set aliis peccatis [m], et tamen est peccatum e ignorantia. 1. Nullum enim aliud peccatum a tuale ita graviter punitum est. Cum ergo mensu poenae sit secundum mensuram culpae, nullu peccatum videtur esse ita grave.

[Solutio]: 1. Ad quod potest responderi quo dupliciter dicitur aliquod peccatum esse e ignorantia: vel quando aliquis [n] ignorat utru fuerit praeceptum vel prohibitum, et delinqu vel committit, et hoc modo non fuit peccatu Evae ex ignorantia: novit enim esse praece tum a Domino. Est iterum ignorantia, qua nescivit [non] esse verum quod ei suadebatur diabolo et tamen assensit [p]; et ista nescientia n diminuit culpam, nec tamen propter illam pri cipaliter aggravatur, sed propter hoc quod, a petendo esse sicut Deus, totum genus hum num obligavit ad peccatum gustando de fruc vetito, unde omnes in illis primis parentibu peccavimus.

324

CAPUT VII.

UTRUM IGNORANTIA EXCUSET A PECCATO [8].

Septimo quaeritur utrum ignorantia excuset a peccato vel non excuset.

Et videtur quod excuset [q], 1. per hoc quo dicitur ab Augustino [r], in *Quaestion. No*

---

[a] VR *1.* [b] B om. [c] B *reddatur.* [d] R *dispositionis.* [e] Ita V, alii *quod.* [f] V om. [g] T om. [h] R *curantur.* [i] B om. *s. e.* [k] R (corr.) *voluisse nescire*, L (corr.) *noluisse vero nec scire* pro *n. v. s.*; F *voluisse* pro *noluisse*; T *superbam* pro *superbiam.* [l] V *aute* [m] Z om. [n] B *quis.* [o] VR (corr.) *quia*, FLZ *qui.* [p] TR *assumpsit*, quod FL corr.; *vita* pro *ista.* [q] V *quod videtur* pro *peccato... excuset.* [r] R *dicit Augustinus* pro *d. a. A.*

1 Cap. 2, 4.
2 Lombard., in h. l. (PL 191, 1338).
3 Lib. IV, c. 5 (PL 43, 157).
4 Cf. lib. XIV, c. 11, n. 2 (PL 41, 419sq.).
5 *Sentent.*, II, c. 17, n. 6 (PL 83, 620).
6 Loc. c
7 *Sentent.*, II, c. 17, n. 3 (PL 83, 620).
8 Cf. Ioan. de Rupella, *Summa de vitiis* (fol. 11a); S. B nav., II *Sent.*, d. 22, a. 2, q. 3 (II, 525sqq.).

Testamenti[1]: « Qui ignorat non suo[a] vitio — non enim fuit, a quo disceret nec rumore comperit[b] opinionem doctrinae — immunis est a condemnatione[c] ». Ergo ignorantia excusat.

2. Item, Act. 3,17: *Scio quod per ignorantiam fecistis*[d]*; convertimini ergo, ut deleantur peccata vestra.* Ergo per ignorantiam minuebatur peccatum.

3. Item, Augustinus, in *Quaestion. Veteris*[e] *Testamenti*[2]: « Quo modo reus constituitur qui nescit quod fecerit? » Ergo ignorantia excusat.

4. Item, Apostolus, I Tim. 1,13: *Misericordiam consecutus sum, quia ignorans*[f] *feci.* Ergo ignorantia excusat, etsi non a[g] toto, tamen a tanto.

Contra. *a.* Augustinus[3] super illud Luc. 12,48: *Qui non cognovit et fecit digna plagis, vapulabit paucis,* Glossa[4]: « Ignorantia, quae non est eorum qui scire nolunt[h], sed eorum qui[i] nesciunt, neminem sic excusat ut sempiterno igne non ardeat ». Ergo ignorantia huiusmodi non excusat.

b. Item, Augustinus, in *Quaestion. Novi Testamenti*[5]: « Non omnis ignorans immunis a poena est; hic enim qui potuit discere[k] et non dedit operam, reum se fecit: negligentior enim luxuria aut malevolentia inexcusabilis est a crimine ». — Item, Isidorus[6]: « Sunt qui scienter peccant et qui per ignorantiam excusationem quaerunt[l], ut minus culpabiles habeantur, qui tamen se ipsos non muniunt[m], sed magis decipiunt ». Ergo huiusmodi ignorantia non excusat.

c. Item, super illud Psalmi[7]: *Noluit*[n] *intelligere* etc., Glossa[8]: « Voluntati malae semper poena debetur ». Ergo ista ignorantia, addita alteri culpae, non diminuit aut excusat, sed magis auget.

d. Item, caecitas inducit peccatum, sicut patet in Lamech, qui, caecus effectus, sagitta occidit Cain[9]; sed sicut caecitas est in corpore, ita ignorantia in anima; ergo ignorantia facit aliquid[o] esse peccatum, quod non esset, si non[p] ignoraret; igitur ignorantia non excusat peccatum.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod ignorantia quaedam excusat et quaedam non excusat. Est enim ignorantia invincibilis ex casu, in quam non incidit homo ex sua culpa, vel ex debilitate naturae, et haec excusat. Est iterum ignorantia iuris divini vel canonici, et haec excusat simplices quoad quaedam quae non sunt necessaria ad salutem essentialiter. E contrario vero est ignorantia quae non excusat quoad Deum, utpote ignorantia supina sive affectata et ignorantia eorum ad quae tenetur homo et[q] ignorantia negligentiae.

[Ad obiecta]: Per hoc[r] potest responderi ad obiecta. 1. Cum enim dicitur quod 'ignorantia excusat vel simpliciter vel in parte', intelligitur de[s] ignorantia invincibili[t] vel de ignorantia simplici — non dico eorum quae sunt ad salutem — et de ignorantia facti. Illa ergo auctoritas Augustini[u], in libro *De Quaestion. Novi Testamenti,* intelligitur de ignorantia invincibili secundum statum personae et loci.

2. Illa vero auctoritas in libro Actuum: *Scio quod per ignorantiam fecistis,* non intelligitur de ignorantia quae[v] excusat a toto, sed quae excusat a tanto. Dicitur enim in Evangelio Ioan. 15,22: *Nunc autem non habent excusationem de peccato.* Sed in quibusdam etiam eorum poterat esse ignorantia negligentiae, et illa nec excusabat a tanto nec a toto. Unde de talibus dicit Augustinus[10]: « Cum praedicaretur veritas, ut eam[x] addiscerent operam non dederunt, sed per ignorantiam Auctorem eius occiderunt ».

3. Tertia vero auctoritas Augustini, in *Quaestion. Veteris Testamenti,* intelligitur de ignorantia invincibili ex casu. Unde dicit[11]: « Aliquos scimus subito dementes factos, ferro, fuste, lapidibus, morsibus multos nocuisse, captos autem[y] industria et iudicibus oblatos minime reos factos, eo quod non voluntate[z], sed impellente vi, nescio qua, haec gesserint[a] nescientes ».

4. Quarta vero auctoritas intelligitur de ignorantia quae non excusat a toto, sed a tanto, quae fuit in Apostolo. Arbitrabatur enim *se obsequium praestare Deo*[12]*, legis aemulator existens*[13], et ideo peccatum eius veniabile fuit, cum ad misericordiam confugit, licet esset in genere mortalis.

b-c. Ad auctoritates vero quae sunt ex alia parte, dicendum est quod illa auctoritas[b] Augustini, in *Quaestion. Novi Testamenti,* intelligitur de ignorantia negligentiae, quae quoad hoc non

---

[a] V *quo.* [b] V *rumorem operit* pro *r. c.*; B om. *rumore.* [c] V *damnatione.* [d] Z *fecisti.* [e] V *novi.* [f] V *per ignorantiam.* [g] BL *in.* [h] BT *volunt.* [i] RL *que,* quod F corr. [k] V *dare,* quod FR corr. [l] L *querant.* [m] R *se minuunt,* L *minuunt.* [n] Ita LF (corr.), alii *noluerunt.* [o] BT *aliquod,* quod F corr., L *ad.* [p] V om. [q] T om. [r] B add. *ergo.* [s] T *vel* pro *i. d.* [t] V *vincibili.* [u] Z om. [v] V add. *non.* [x] B *eum*; T *et* pro *ut.* [y] R *in.* [z] V *volente.* [a] V *gesserunt.* [b] T om.

1 Quaest. 67 (PL 35, 2262).
2 Quaest. 2 (PL 35, 2218).
3 *De grat. et lib. arbit.*, c. 3 (PL 44, 885).
4 In originali ap. August., loc. cit.
5 Quaest. 67 (PL 35, 2262).
6 *Sentent.*, II, c. 17, n. 5 (PL 83, 620).
7 Psalm. 35, 4.
8 Lombardi, in h. l. (PL 191, 562).
9 Cf. *Glossa ordin., In Gen.* 4, 23 (PL 113, 101).
10 *Quaest. Novi Test.*, q. 67 (PL 35, 2262).
11 Quaest. 2 (PL 35, 2217).
12 Cf. Ioan. 16, 2.
13 Cf. Gal. 1, 14.

excusat, sed multo magis cum fuerit ex malevolentia. Illa vero, quam ponit Isidorus, intelligitur[a] de ignorantia affectata. Similiter illa[b], quae ponitur super illud Psalmi: *Noluit intelligere, ut bene ageret.*

a. Illa vero, quae ponitur ab Augustino, super illud Luc. 12,48: *Qui non cognovit* etc., intelligitur de illa ignorantia quae non excusat a toto, licet excuset a tanto, et ideo dicitur: « Neminem sic excusat » etc.

d. Ad quartam vero dicendum est[c] quod in parte simile[d] est de caecitate et ignorantia et in parte dissimile. Quoad hoc est simile, quod sicut caecitas inclinat[e] ad peccatum, ita ignorantia; quoad hoc vero dissimile, quod caecitas tantum poena est, ignorantia potest esse culpa.

325 CAPUT VIII.

QUAE IGNORANTIA MAGIS EXCUSET ET QUAE MINUS[1].

Octavo quaeritur de excusantibus peccatum quae magis excusant, et est comparatio ignorantiae ad ignorantiam. Est autem quaedam divisio ignorantiae ex parte materiae, cum dicitur: alia est iuris et alia[f] facti. Ignorantia vero iuris alia est iuris naturalis, alia est iuris divini, alia[g] iuris canonici, alia[h] iuris civilis. Potest ergo quaeri quae ignorantia minus excusat et quae non.

[Solutio]: Ad quod respondendum quod ignorantia iuris, si excusat aliquam personam, utpote simplices, qui non habent facultatem perveniendi ad iuris peritiam, ut sunt parvuli, rustici et[i] mulieres, minus excusat quam ignorantia facti. Ignorantia enim iuris in iis quae sunt[k] ad salutem minus excusat, utpote ignorantia iuris canonici vel divini, quantum ad quaedam praecepta; naturalis vero iuris minime; canonici vero[l] iuris plus excusat quasdam personas, civilis vero plus; quanto enim plus tenetur homo ad cognitionem iuris, tanto minus excusatur. Quia vero unusquisque tenetur ad scientiam iuris naturalis, ideo[m] nullus adultus excusatur: nulli enim adulto licet legem naturalem ignorare, quoniam ipsa scribitur in corde humano naturaliter.

Est autem scientia iuris divini, scilicet Legis et Prophetarum, Evangelii et apostolicae doctrinae, et ista[n] tenentur scire episcopi et praelati maiores, qui tenentur *omni poscenti reddere rationem de ea, quae est in eis, fide et spe*[2]. Unde ab eis requiritur scientia Veteris et Novi Testamenti; laici vero tenentur ad notitiam Decalogi et eorum quae pertinent ad fidem, prout continetur in Symbolo Apostolorum. Ignorantia vero quoad quaedam iuris divini eos excusat simpliciter; quantum vero ad quaedam excusat[o] a tanto etsi non a toto.

Est iterum notitia iuris canonici, quod continet constitutiones ecclesiasticas ad intelligenda peccata, et ad hanc[p] tenentur sacerdotes curam animarum habentes et confessores. Ignorantia huius iuris quosdam alios excusat, etsi non a toto, tamen[q] a tanto: non enim omnes clerici tenentur ad notitiam omnium quae sunt in iure canonico, etsi teneantur ad notitiam quorumdam.

Est iterum ignorantia facti, et haec est duplex: vel indifferentis[r] ad salutem vel ad officium[s] et haec excusat, sicut habetur I ad Cor. 10,25: *Omne, quod in macello vaenit, manducate, nihil interrogantes propter conscientiam.* Est autem factum necessarium ad salutem, ut quod Christus passus est; et est factum necessarium quoad officium, ut in sacerdote quod facta sit ei manuum impositio, et[u] pollicis et indicis consecratio. Et circa necessarium ad salutem distinguendum est, quia aut non potest vitari ignorantia, sicut in illo qui a nativitate sua caret usu rationis, et haec excusat; aut potest vitari, sicut in Iudaeis et Paganis, et haec non excusat.

Est iterum alia divisio ignorantiae, quia alia est simplex, alia est crassa, alia[v] affectata. Simplex est, quando aliquis[x] nescit quod tenetur scire, facit tamen aliquid, sed non quidquid potest: et haec excusat a tanto, etsi non a toto. Ignorantia crassa est, quando aliquis negligit scire quod tenetur nec tamen vult se nescire: haec minus excusat quam supra dicta, aliquando tamen excusat non a toto, sed a tanto. Ignorantia affectata est, quando aliquis negligit[y] scire ea quae tenetur scire et placet ei nescire, et haec[z] accusat et non excusat.

---

[a] T om. [b] R *ista*, Z *in illa*. [c] V *quartum dicendum* pro *q. v. d. e.* [d] R *similiter*. [e] Z *inclinata*, quod FRL corr. [f] F add. *est*. [g] B add. *est*. [h] BT add. *est*. [i] T add. *etiam*. [k] T om. [l] L om.; T om. *plus*. [m] BT *non*. [n] F *istam*. [o] V om. *simpliciter... excusat*. [p] R *hoc*. [q] Z *respectu*. [r] V *indifferens;* R *in differentiis*, quod F corr. [s] V *effectum*. [t] T om. [u] Ita V, alii *quo*. [v] F add. *est*. [x] R *quis*. [y] R add. *se*. [z] T om.

[1] Cf. Guil. Altissiod., *Summa*, tr. 29, c. 1, qq. 3 et 4 (fol. 103sq.); Ioan. de Rupella, *Summa de vitiis* (fol. 11a), ubi plura sequentium verbotenus occurrunt; S. Bonav. II *Sent.*, d. 22, a. 2, q. 3 (II, 527). [2] I Petri 3, 15

Iterum, est[a] alia divisio ignorantiae, quod quaedam est[b] vincibilis, quaedam invincibilis. Illa quae est invincibilis, alia est invincibilis[c] per naturam, ut in puero, qui non potest uti ratione, et in decrepito, qui non potest discernere, et in eo qui nascitur amens: et haec excusat a toto; alia invincibilis ex casu, et hoc contingit dupliciter: quia[d] incidit ex sua culpa aut[e] non incidit ex sua culpa. Si non incidit ex sua culpa, excusat a toto; si vero incidit ex sua culpa[f], secundum quosdam non excusat a toto, secundum alios excusat a toto[1], quia iam non habet liberum usum rationis, sed[g] prius non excusabatur sive de priori.

Item, ignorantia dividitur ex parte efficientis, quia alia est voluntaria, alia involuntaria. Voluntaria est duplex. Alia est volentium nescire, et haec est affectata simpliciter et non excusat[h]; alia est nolentium scire, et haec est affectata secundum quid, et haec simpliciter accusat[i], sed non tantum quantum prior. Involuntaria vero aut fuit a principio involuntaria[k], et haec est poena, non peccatum simpliciter, et haec excusat a toto; aut fuit a principio voluntaria et postea facta est[l] involuntaria, et haec excusat a tanto, etsi non a toto.

Iis cognitis, ad maiorem evidentiam ponendi sunt quidam casus de ignorantia.

I. Quaeritur enim de puero, qui ab infantia includitur in carcere Saracenorum, utrum ignorando ea quae sunt fidei peccet.

Quod non, videtur. 1. Non enim potest habere eum qui[m] instruat ipsum, nec per se potest habere cognitionem; ergo non potest non ignorare; ergo non peccat: nullus enim peccat in eo quod vitare non potest[2].

Contra. *a.* Ad Hebr.[n] 11,6: *Sine fide impossibile est placere Deo.*

[Solutio]: Ad quod respondendum quod talis, cum pervenerit ad adultam aetatem, non habet impotentiam credendi omnino, quia, si facit quod in se est, Dominus illuminabit eum per occultam inspirationem aut per angelum aut per hominem. Videtur tamen per hoc quod dicit Augustinus, in *Quaestion. Novi Testamenti*[3], quod si non fuit a quo disceret nec[o] ad eum aliquo modo rumor doctrinae pervenerit, quod tunc non suo vitio ignorat et immunis est a condemnatione. Sed intelligendum est tunc de[p] disciplina secundum quod fit per doctrinam exteriorem, non[q] per doctrinam interiorem. Oportet autem quod faciat quod in se est; facere autem quod in se[r] est, est uti ratione, per quam potest comprehendere Deum esse et invocare adiutorium Dei. Dicit enim Beda[4] quod unusquisque potest intelligere[s] Deum esse et iudicium esse venturum; de incarnatione autem[t] et redemptione, si aptet intellectum suum quantum in se est, vocabitur vocatione interiori, etsi[u] non exteriori.

II. Quaeritur iterum utrum quilibet catholicus teneatur scire de quolibet mortali quod sit mortale[5].

Quod videtur. *a.* Non enim[v] potest vitari malum nisi cognitum; quilibet autem tenetur vitare mortale peccatum; ergo quilibet tenetur scire de quolibet mortali quod sit mortale.

Contra. 1. Doctores dubitant in casibus subtilibus simoniae et huiusmodi peccatorum; ergo non possunt sciri a laicis; ergo non tenentur.

[Solutio]: Respondendum est ad hoc quod quilibet tenetur scire implicite vel explicite, particulariter vel ad minus generaliter, sub illa scilicet ratione generali qua dictat natura; sed laici non tenentur scire de quolibet mortali explicite, licet teneantur vitare in propria ratione.

III. Item quaeritur de sacerdote, qui accedit ad Ordines et non potest addiscere Canones, et ita non potest scire; ergo tenetur ad impossibile.

Contra. *a.* Dicit Hieronymus[6]: « Maledictus homo qui dicit Deum praecepisse impossibile ». Ergo iste non tenetur ad impossibile.

Quaeritur etiam de illo sacerdote in quo peccat: aut quia vult suscipere Ordines aut quia nescit Canones. Non quia vult suscipere Ordines, quia velle suscipere Ordines[x] in se bonum est; nec in eo quod nescit, quia adhuc non tenetur scire; ergo in nullo peccat, cum non sint plura.

[Solutio]: Ad quod respondendum quod peccat in eo quod vult suscipere Ordines, cum nesciat nec addiscere possit.

Ad aliud[y] vero dicendum quod, licet teneatur ad sciendum Canones ex hoc quod est sacerdos, et non possit addiscere, non tenetur propter hoc ad impossibile. Tenetur enim ex hoc non suscipere

---

[a] Ita F add. interl., alii om. [b] L om. [c] V om. *Illa... invincibilis.* [d] BF (interl.) add. *aut.* [e] V *sive.* [f] R om. *excusat... culpa.* [g] V *secundum,* quod L corr. [h] T om. *s. e. n. e.* [i] V *excusat;* BT *similiter* pro *simpliciter.* [k] R *involuntario.* [l] T om. [m] FL add. *eum,* quod RL exp. [n] V *Eph.* [o] V *ut.* [p] V om. [q] Ita F (corr.), alii *vel.* [r] T *ipse* pro *i. s.* [s] Z om. [t] F om. [u] Z (corr.) *et.* [v] Ita V, alii om. *enim;* B *nisi* pro *non.* [x] Ita V, alii om. [y] V *illud.*

1 Cf. Guil. Altissiod., loc. cit. (fol. 103d).
2 Augustin., *De lib. arbitr.*, III, c. 18, n. 50 (PL 35, 1295).
3 Quaest. 67 (PL 35, 2262).
4 *De tabernaculo,* I, c. 4 (PL 91, 404).
5 Cf. Guill. Altissiod., *Summa,* tr. 29, c. 1, q. 3 (fol. 102d sqq.); Ioan. de Rupella, *Summa de vitiis* (fol. 11b).
6 Cf. *Dialog. adv. Pelag.*, I, n. 14 et II, n. 11 (PL 23, 507, 546); *Symboli explan. ad Damas.*, n. 10 (PL 45, 1718).

curam animarum[1] vel non suscipere officium audiendi confessiones et iniungendi poenitentias, in quibus est periculosum iudicium.

Sed adhuc videtur quod[a] impotentia sciendi excuset illum, per simile. Qui[b] enim cadit in paupertatem, per impotentiam dandi excusatur si non dat pauperi in extrema necessitate. Eadem ergo ratione impotentia addiscendi[c] excusat eum in hoc casu.

Ad quod dicendum quod non est simile. Ille enim non ingessit[d] se in impotentiam dandi, sed iste ingessit[e] se in impotentiam curam habendi per defectum scientiae. Praeterea, nemo potest se immittere in impotentiam dandi, quia, etsi non habet pecuniam, potest dare bonam voluntatem, quae magis placet Deo; non sufficit autem isti sacerdoti curam habenti bonam[f] habere voluntatem de sciendo vel de curando, sed oportet quod ipse sciat et curet.

IV. Item, quaeritur de illo, cui apparet *Satanas* transfigurans *se in angelum lucis*[2], et ipse credit quod sit bonus angelus et apponit omnem diligentiam quam potest, et ita adorat eum.

1. Videtur quod ignorantia excuset eum[g] eo quod apposuit[h] diligentiam quam potuit.

Contra. *a.* Adorat quem debet non adorare; ergo peccat.

Respondeo: Non apponit omnem diligentiam quam potest, quia, si apponeret, vel per se cognosceret[i] vel Deus ei revelaret.

V. Similiter quaeritur de caeco, a quo uxor quaerit debitum, et ipse dubitat an sit uxor sua an aliena. Si ergo cognoscit, committit se discrimini; ergo peccat mortaliter. Si non cognoscit, exponit eam discrimini; ergo ei imputabitur, si illa adulteretur.

[Solutio][3]: Ad quod dicendum quod, si apponi diligentiam quam potest, poterit per aliqua signa cognoscere ipsam esse suam uxorem, et ita auferetur dubitatio. Si vero per nulla signa poterit cognoscere nec ei Deus revelat, monenda est uxor ad hoc quod contineat ad tempus quousque possit ab eo auferri dubitatio; quod si noluerit, ipsa se committit discrimini, et non ipse, si cum alio[k] coeat.

VI. Similiter quaeritur de illo qui dubitat de aliquo utrum sit simonia vel[l] non, eo quod quidam iurisperiti dicunt esse simoniam et quidam non. Quid ergo faciendum est, cum ignoret?

[Solutio]: Ad quod respondendum[m] quod abstinendum est ab huiusmodi contractu ne committat se discrimini: melius enim est ut incidat in damnum temporale quam in[n] damnum spirituale, id est minus malum.

326 CAPUT IX.

DE COMPARATIONE IGNORANTIAE AD ALIAS CAUSAS EXCUSATIONIS.

Nono quaeritur de comparatione ignorantiae ad alias causas excusationis. Est enim una ligatio rationis per ebrietatem, sicut fuit in Loth, Genes. 19, 33; alia ligatio per naturalem stoliditatem; tertia per phrenesim sive per infirmitatem periculosam huiusmodi; est quarta ligatio per dormitionem; est quinta ligatio per ignorantiam, sicut dictum est[4]; est sexta per stuporem.

Potest ergo quaeri **I.** utrum aequaliter excusetur peccatum in omnibus istis an plus excusetur per unam ligationem quam per aliam.

Quod autem non aequaliter, videtur, 1. per hoc quod dicit Bernardus, in libro *De*[o] *libero arbitrio*[5]: « Insanis, infantibus[p], dormientibus nihil[q] quod faciunt, in bonum vel malum[r] imputatur, quia[s] nimirum sicut non sunt compotes suae rationis, sic nec usum tenent propriae voluntatis ac per hoc nec iudicium libertatis ».

2. De Loth vero dicit Ambrosius[t 6]: « Culpandus est[u] non quantum incestus, sed quantum ebrietas meretur ». Ergo peccatum non est imputandum Loth nisi quantum ad ebrietatem.

a. **Sed dicit**[v 7] iterum quod « ebrietas est origo incesti concubitus, pessimae generatricis partus deterior ». Ergo quoad ebrietatem peccavit et quoad incestum.

b. Item, dicit Philosophus[8] de ebrioso qui occidit, quod duplices maledictiones ei debentur; ergo ligatio rationis, quae provenit ex ebrietate, non ita excusat sicut in praedictis; ergo non omnis ligatio rationis aequaliter excusat vel facit ut non imputetur peccatum.

---

[a] B *queritur quomodo* pro *v. a.* [b] R *si quis.* [c] F *audiendi,* quod L corr. [d] Ita BZ, V *iniecisset,* alii *iniessit;* T om. *ille;* V om. *se* T om. *in,* in L est add. interl. [e] Ita B, V *iniecisse,* Z *incessit,* TFL *iniessit;* V om. *se;* R om. *ingessit se.* [f] V om. [g] V *cum* [h] Ita T, alii *apponit.* [i] Z *agnosceret.* [k] F *alia.* [l] R *aut.* [m] V *respondet.* [n] BT om. [o] V om. *l. d.* [p] V *in faucibus* [q] BT *vel,* quod Z exp. [r] V *in malum;* B *malum non.* [s] R *quod,* quod FL corr. [t] R add. *si.* [u] Z *vel.* [v] R *dicitur.*

1 Cf. Guil. Altissiod., loc. cit., q. 2 (fol. 102d).
2 II Cor. 11, 14.
3 Cf. Guil. Altissiod., loc. cit., q. 3 (fol. 103a).
4 Cf. supra, num. 325.
5 Cap. 2, n. 5 (PL 182, 1004).
6 Cf. *De Abraham,* c. 6, n. 56 sqq. (PL 14, 441 sq.).
7 *De Elia et ieiunio,* c. 5, n. 12 (PL 14, 702).
8 Cf. *Ethica ad Nicom.,* III, c. 5 (II, 30).

II. Similiter potest quaeri de perturbatione quam habuit Loth, cum dixit[1]: *Habeo duas filias, abutimini eis;* et de illo qui recepit levitam, Iudic. 19, 24, cum dixit: *Habeo filiam virginem, et hic homo habet* [a] *concubinam: educam* [b] *eas ad vos, ut humilietis eas et vestram libidinem compleatis* [c]: *tantum obsecro vos ne scelus hoc contra naturam operemini.* Cum enim perturbatio esset, sicut dicit Augustinus[2], non erat ibi deliberatio rationis; ubi autem non est deliberatio rationis nec esse potest, nec peccat mortaliter; ergo illa ligatio rationis, quae fuit ex huiusmodi perturbatione, ipsum Loth excusabat [d] in eo quod secundum se erat mortale, vel, si non erat ibi tanta ligatio rationis quae excusaret a mortali, non [e] omnis ligatio aeque [f] excusat, sed quaedam [g] plus, quaedam minus.

[Solutio]: Quod concedendum est. Unde in quibusdam est omnimoda [h] ligatio secundum omne tempus, et illa omnino excusat a peccato, sicut est in eo qui a principio factus est extra mentem et in morione[3]. Quaedam vero non est omnimoda ligatio, sed accidit secundum aliquod tempus, sicut in senibus ex [i] debilitate naturae, et illa pro tempore illo excusat. Quaedam vero ex infirmitate accidit [k], et hoc potest fieri multipliciter, quia quandoque contingit quod infirmitas impedit cellulam imaginativam [l], quandoque memorialem, quandoque logisticam. Quando vero logistica impeditur, quandoque sunt lucida intervalla, quandoque non. Cum ligatur ratio continue ex infirmitate, non ex culpa praecedenti, omnino excusatur secundum illud tempus. Si vero lucida sunt intervalla, potest sibi praevidere, et ideo non omnino excusatur. Aliquando vero ligatur ratio ad horam, sicut in somno ex fatigatione naturae vel ex ebrietate, quae accidit ex voluntate praeambula, vel ex stupore, scilicet ex insolita imaginatione vel ex impraemeditatione [m], sicut ex perturbatione. Si primo modo, non imputatur ei nisi quia potuit praevidere. Si secundo modo, imputatur ei quia per culpam ingessit se in illam. Si vero tertio modo, aut talis fuit causa quae absorbuit usum rationis, et [n] secundum hoc excusatur; aut talis fuit quae non debebat absorbere usum rationis, et talis non omnino excusat. Si vero fuit ex perturbatione ad horam ligatio, quia non est admittenda flagitiorum compensatio, non omnino [o] excusatur, etsi aliquantulum habeat excusationis. Unde Loth peccavit mortaliter, etsi [p] minus quam si imperturbatus diceret.

TITULUS II.

DE OMISSIONE[4].

Deinde quaeritur de omissione. Circa ipsam plures incidunt dubitationes:
Primo ergo quaeritur utrum omissio sit [q] peccatum;
secundo, utrum sit peccatum actuale;
tertio, utrum sit peccatum separatum a transgressione;
quarto, utrum multiplicetur per species peccati;
quinto, utrum teneatur aliquis [r] ad impossibile;
sexto, de comparatione eius respectu aliorum mortalium quantum ad quantitatem peccati;
septimo, quando dicitur perpetrari omissio, hoc est quo tempore;
octavo, de ordine ipsius omissionis ad commissionem;
nono, si, quantumcumque sit homo perfectus, semper omittat;
decimo, de poena quae debetur in futuro pro [s] peccato omissionis.

CAPUT I. 327

UTRUM OMISSIO SIT PECCATUM.

Quantum ad primum quaeritur utrum omissio sit peccatum.

Et ostenditur [t] **quod non,** 1. quoniam dicit Augustinus, in libro *De vera religione*[5]:

[a] V om. [b] Ita VF (corr.), alii *et ducam.* [c] Z om. [d] Ita BT, alii *excusabit.* [e] Z *animo.* [f] V *eum.* [g] V *quidam,* item infra. [h] R om. [i] T *ex sensibus in* pro *i. s. e.* [k] BT *accidente;* R *ex* pro *et,* quod FL corr. [l] VBT *imaginariam.* [m] T *premeditatione.* [n] Ita V, alii om. [o] Z *divisio,* quod FR corr. [p] V *et non.* [q] Z *est.* [r] BT *quis,* item saepius infra. [s] Ita V, alii om. [t] V *obicitur.*

1 Gen. 19, 8.
2 *In Heptat.*, I, n. 42 (PL 34, 559).
3 Morio (μωρός) est homo valde stolidus. Cf. Augustinus, *Epist. 166,* c. 6, n. 17 (PL 33, 728): « Quidam tantae sunt fatuitatis, ut non multum a pecoribus differant: quos moriones vulgo vocant ».
4 Cf. Ioan. de Rupella, *Summa de vitiis* (fol. 11 b).
5 Cap. 14, n. 27 (PL 24, 133).

« Peccatum ita est voluntarium, quod, si non est voluntarium, non est peccatum ». Sed omissio non est malum voluntarium; ergo non est peccatum. — Minor patet: Illud dicitur malum voluntarium [a], super quod quiescit voluntas; sed voluntas non quiescit super aliquod in omissione, quoniam in peccato sunt duo, scilicet aversio [b] et conversio, quoniam peccatum est spreto incommutabili bono, bono commutabili [c] adhaerere [1]; et voluntas in peccato non quiescit super aversionem, immo super conversionem sive super bonum commutabile, ad quod fit conversio. Si ergo in omissione non fit huiusmodi conversio, ergo non quiescit voluntas super aliquid in omissione; ergo omissio non est malum voluntarium et ita nec peccatum.

2. Si dicatur quod peccatum omissionis est, quando aliquis non vult facere illud ad quod tenetur, et sic super hanc negationem 'non velle facere ad quod homo tenetur' quiescit voluntas — in contrarium obicitur: iste tenetur velle [d] facere istud bonum, et non vult; constat quod hic [e] est defectus voluntatis, cum dico [f] 'non velle facere'; ergo hic non quiescit voluntas super aliquo [g]; sed hic est omissio; ergo in omissione non quiescit voluntas super aliquo: quod non est peccatum.

3. Tertia ratio. Sicut patet ex praedicta definitione, peccatum est conversio ad mutabile bonum; unde [h] penes hoc datur [i] ratio peccati; sed haec [k] conversio non est in [l] omissione; ergo non habet rationem peccati.

4. Quarta ratio. Duae sunt partes [m] iustitiae, scilicet declinare a malo et facere bonum, Psalmus [2]: *Declina a malo et* [n] *fac bonum.* Per has autem datur [o] iustitia, ita quod non est perfecta iustitia sine iis duabus; unde nulli istarum per se convenit ratio iustitiae; ergo similiter duae sunt partes, per quas datur ratio iniustitiae sive peccati, scilicet declinare a bono [p] et facere malum; et neutra habebit rationem peccati vel iniustitiae; declinare ergo a bono per se non habebit rationem peccati; sed declinare a bono est omittere; ergo omissio non habet rationem peccati [q], immo solum est pars rationis peccati sive conditio peccati [r] et non dicetur esse peccatum.

5. Quinta ratio. Praeceptum stricte sumptum non est prohibitio stricte sumpta, licet idem sint, large accipiendo praeceptum, prout scilicet est de faciendo [a] et non faciendo. Sed sumamus stricte ut sit praeceptum de faciendis, prohibitio autem de non faciendis. Ex hoc arguitur [b]: Nullum praeceptum est prohibitio; sed facere bonum pertinet ad praeceptum, declinare a malo pertinet ad prohibitionem, quia ad hoc est prohibitio ut scilicet homo declinet a malo; ergo facere bonum non est declinare a malo; ergo per oppositum, facere malum non est declinare a bono [c] sed declinare a bono est omittere [d]; ergo omittere non est facere malum; sed peccatum est in perpetratione mali; ergo omittere non est peccare.

6. Item, dicit Augustinus [3] quod peccatum est dictum vel factum vel concupitum contra legem Dei; sed in omissione non substernitur aliquod istorum, immo est ipsorum remotio ab omissione; ergo omissio non est peccatum.

Ad oppositum, *a.* habetur Iac. 4, 17: *Scienti bonum et non facienti peccatum est illi.* Sed hoc non est nisi peccatum omissionis, quia est peccatum ex hoc quod non facit bonum quod scit et hoc est omittere, scilicet non facere; cum ergo peccet ex non faciendo, constat quod peccat omittendo; ergo omissio est peccatum.

b. Item, Augustinus, in *Enchiridion* [4]: « Duabus ex [f] causis peccamus: aut nondum videndo quid facere debeamus aut non faciendo quod debere fieri iam videmus ». Sed non facere quod debere fieri iam videmus, est omittere; ergo omittere est peccatum.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod omissio est peccatum.

[Ad obiecta]: 1. Ad primo autem obiectum dicendum quod voluntarium dicitur dupliciter in peccato actuali mortali: uno modo proprie [g] illud cuius principium est in ipso volente [5], et tra hitur [h] voluntas ex determinato appetibili, in qu quiescit: et secundum hoc [i] peccatum transgres sionis, in quo fit conversio ad mutabile bonum quietans appetitum, dicitur voluntarium; sic autem non dicitur peccatum omissionis per se ipsum voluntarium. Alio vero [k] modo dicitur voluntarium communiter, cuius principium est in ipso quia vero in ipso est velle et [l] non velle, facere et non facere, peccatum autem omissionis est in non velle vel non facere quod tenetur, peccatum omissionis hoc modo dicitur [m] voluntarium.

---

[a] V om. *ergo... voluntarium,* in Z est add. mg. [b] F *adversario,* quod RL corr. [c] Ita VB, alii *mutabili.* [d] V om. [e] FRLZ *ho*
[f] V *non dicit* pro *c. d.* [g] V *aliquid.* [h] BTFRZ *verum,* quod L corr. [i] BTFZ *detur,* quod RL corr. [k] B om. [l] T or
[m] T *species.* [n] V om. *facere... et.* [o] Ita VRL, alii *detur,* quod RL corr.; item infra. [p] L *bonum,* quod R corr. [q] VZ om. *sed... peccat*
[r] B om. *s. c. p.*; R *dicitur* pro *dicetur.*
[a] V *deficiendo* pro *d. f.* [b] V add. *quod.* [c] T *malo,* quod R corr. [d] V *sed committere* pro *sed... omittere.* [e] T *hic.* [f] T *d*
[g] V om. [h] R *contrahitur.* [i] B add. *est.* [k] V om. [l] L *vel.* [m] T add. *peccatum.*

1 Cf. Augustin., *De lib. arbit.*, II, cc. 19 sq. (PL 32, 1269); cf. supra, num. 261.
2 Psalm. 36, 27.
3 *Contra Faustum,* XXII, c. 27 (PL 42, 418).
4 Cap. 81 (PL 40, 271).
5 Cf. Aristot., *Ethica ad Nicom.*, III, c. 1 (II, 24).

2. Ad secundum dicendum [a] quod uno modo licitur volitum proprie quod consistit in posi-ione, et sic non dicitur omissio voluntarium [b]. Alio vero modo volitum dicitur etiam non fa-ere, prout dicitur in Glossa ad Rom. 7, 15 [1], quod 'operor' et 'non operor' sunt partes eius quod est 'operor'; et sic dicitur 'omittere' velle non facere.

3. Ad tertium dicendum quod, prout pecca-um dicitur conversio ad mutabile bonum, mutabile bonum dicitur communiter ad facere et non facere.

4. Ad quartum dicendum quod non est si-nile de peccato et iustitia. Iustitia enim ut sic [c] equirit utrumque: et declinare a malo et facere bonum; peccatum vero ut sic non requirit nisi defectum alterius illorum, scilicet [d] cum declina-ur a bono vel fit malum.

5. Ad quintum dicendum [e] quod facere ma-lum dicitur dupliciter: uno modo proprie, se-cundum quod transgredi dicitur facere malum, cum [f] fit aliquid contra praeceptum affirmativum, et hoc modo omittere non est facere malum; alio modo sumitur communiter, sicut habetur ad Rom. 7, 15 super illud: *Quod enim operor, non intelligo,* Glossa [2]: « Dimittere bonum [g] et facere malum sunt partes eius quod est operari malum ».

6. Ad sextum dicendum quod illa definitio [h]: 'Peccatum est dictum vel factum' [i] etc., secundum quod convenit omissioni, sic intelligitur ut dictum et [k] factum et [l] concupitum communiter accipian-tur [m] ad dicere et non dicere et facere et non fa-cere [n], sicut ex praedicta Glossa habetur. Quod si non sic accipitur [o], propria est definitio trans-gressionis.

CAPUT II. 328

UTRUM OMISSIO SIT PECCATUM ACTUALE [3].

Secundo quaeritur utrum omissio sit peccatum actuale.

1. Peccatum enim actuale [p] determinatur penes actum; sed omissio non determinatur [q] penes actum, sed penes amotionem actus; ergo omissio non est actuale peccatum.

2. Praeterea, si esset species actualis peccati diversa a commissione, penes actum diversum oporteret determinari; sed non determinatur penes diversum actum; ergo non est actuale peccatum.

Respondeo: 1. Dicendum [r] quod actuale pec-catum dicitur propter hoc actuale, quia ex actu propriae voluntatis procedit. Cum enim teneatur facere aliquid, cum [s] in voluntate sit non facere, si non facit, actuale peccatum dicitur; eodem [t] modo, cum teneatur velle, et non vult, quia in voluntate est velle sicut et nolle. Non ergo ab hoc actu exteriori dicitur actuale peccatum, sed ab actu interiori. Et ita, licet sit remotio actus exterioris, nihilominus est positio actus interioris in omissione.

2. Ad aliud vero dicendum quod omissio et commissio penes alium et alium actum determi-nantur. Velle enim non facere quod tenetur fa-cere et velle facere quod tenetur non facere sunt actus disparati, et ita omissio est actuale pecca-tum aliud a transgressione sive a commissione.

CAPUT III. 329

UTRUM OMISSIO SIT PECCATUM SEPARATUM A TRANSGRESSIONE.

Tertia quaestio [u] est utrum omissio sit pecca-tum separatum a transgressione an sese con-comitentur.

Ad quod sic: 1. Augustinus [4] dicit: « Duabus ex [v] causis peccamus: aut nondum videndo quid facere debeamus aut non faciendo quod [x] debere fieri videmus ». Si ergo haec est sufficiens divi-sio, transgressio ergo altero istorum duorum modorum erit; sed non primo, cum illud sit pecca-tum ignorantiae; ergo erit secundo modo; sed illud est omissio [y]; ergo transgressio est cum omissione.

2. Item, cum aliquis tenetur non fornicari, et fornicatur, transgreditur; sed simul omittit, quia tenetur resistere tentationi fornicationis et non resistit; ergo eodem actu peccat peccato trans-gressionis et omissionis; ergo unum concomi-tatur aliud.

---

[a] Ita V, alii add. *est.* [b] BT *voluntaria.* [c] FLZ *sit.* [d] L *quia.* [e] Ita V, alii add. *est.* [f] V *ut.* [g] V om. [h] BT *distinctio.* V add. *vel concupitum.* [k] V *est et;* T *vel.* [l] T *vel.* [m] BT *accipiatur.* [n] B exp. [o] Z *accipiatur;* BT om. *sic.* [p] V om. *P. e. a.* FRZ *terminatur,* quod L corr.; T om. *sed... actum.* [r] Ita V, alii add. *est.* [s] R *et.* [t] BT *eo.* [u] T *tertio queritur* pro *t. q.;* *tertio* pro *tertia.* [v] BT *de.* [x] V *quid.* [y] B *commissio.*

[1] Cf. Lombard., in h. l. (PL 191, 1422).
[2] Lombardi, loc. cit.
[3] Cf. Guil. Altissiod., *Summa,* tr. 29, c. 2 (fol. 104b).
[4] *Enchirid.,* c. 81 (PL 40, 271).

3. Item, quicumque facit aliquod malum opus, deficit in genere boni operis vel in circumstantia; sed quando deficit in omissione operis vel in circumstantia, omittit [a] vel negligit; ergo alterum [b] istorum concomitatur transgressionem.

Contra. *a.* Lev. 6, 17, distinguuntur ad invicem delictum et peccatum. « Delictum enim dicitur [c] desertio boni, peccatum perpetratio mali [1] »; et haec distinguuntur; ergo omissio et commissio distinguuntur.

b. Item, differunt ad invicem praecepta et prohibitiones; sed penes defectum praeceptorum est omissio, penes defectum prohibitionum est transgressio; ergo inter se separantur quemadmodum et illa.

[Solutio]: 1. Ad quod respondendum quod illa divisio peccati, quam facit Augustinus, ad hoc tendit ut ostendatur differentia [d] inter defectum ex parte cognitivae et ex parte operativae; unde, proprie loquendo, separat peccatum omissionis peccato ignorantiae. Peccatum enim ignorantia est, cum non videmus quod facere debemus, peccatum omissionis, cum non facimus quod [e] videmus debere fieri. Posset tamen large accipi illu membrum, ut 'non facere' communiter accipiatu et 'debitum' similiter, et secundum hoc sub ill membro continerentur omissio proprie dicta e transgressio: qui enim transgreditur non faci quod deberet fieri.

2. Ad secundum vero dicendum quod omis sio accipitur proprie et communiter. Si propri accipitur, distinguitur a transgressione; si com muniter, ad transgressionem sequitur omissio non tamen sicut genus, sed sicut concomitans.

3. Ad tertium dicendum secundum eamden rationem. Deficere enim a genere operis vel circumstantia operis [f] dicunt omissionem vel ne gligentiam [g] communiter, et non proprie.

330

CAPUT IV.

UTRUM OMISSIO MULTIPLICETUR PER SPECIES PECCATI.

Quarto quaeritur utrum omissio multiplicetur per species peccati, ut dicatur quaedam venialis, quaedam mortalis, et iterum si plures sint species omissionum mortalium.

Quod autem quaedam omissio sit [h] venialis, quaedam mortalis, videtur, 1. per hoc quod aliquando non facit homo quod tenetur facere, aliquando non facit quod expedit fieri, et utroque modo est omissio. Si vero non facit quod tenetur facere, mortalis est culpa; si vero non facit quod expedit fieri, venialis est culpa; ergo omissio quaedam erit venialis, quaedam mortalis.

2. Ad secundum vero videtur sic argui: Illa, ad quae facienda tenetur homo, dividuntur [i] per species, sicut ea, ad quae non facienda tenetur homo, dividuntur per species; ergo sicut transgressio habet species mortalium peccatorum plures, ita omissio habebit species mortalium [k] plures.

Respondeo [l]: 1. Ad primum dicendum quod, si omissio accipiatur communiter respectu debi vel expedientis, tunc posset esse omissio ali quando venialis, aliquando mortalis; sed, qui consuetum [m] est accipere respectu debiti, dicitu omissio tantum mortale peccatum.

2. Ad secundum vero dicendum [n] quod omis sio aliter dividitur quam transgressio. Transgressi enim est, cum fit malum; malum autem potest ess multipliciter: et circa diversum actum et circ eumdem; unde utroque modo potest habere spe cies. Omissio vero est desertio actus boni; bonu autem non dividitur per species nisi secundum di versitatem actuum: circa enim eumdem actum no est bonum nisi uno modo; unde omissio non to modis multiplicatur quot modis transgressio. Po test enim transgressio esse secundum superfluu et diminutum, omissio vero non habet huiusmod differentias, sed cum boni, quod est virtus, sint di ferentiae secundum actus in specie differentes, omis sio secundum illa [o] materialiter diversificabitur.

331

CAPUT V.

UTRUM ALIQUIS TENEATUR AD IMPOSSIBILE [2].

Quinto quaeritur I. utrum aliquis teneatur ad impossibile, et ex hoc omittat [p], cum ad illud teneatur.

Quod videtur. 1. Aliqua enim vovit [q] virginita tem; ex voto ergo continere tenetur. Sit ergo quo fornicetur vel quod [r] contrahat matrimonialiter

[a] V *committit.* [b] T *altero.* [c] R om. [d] V *aut.* [e] T add. *debemus vel quod.* [f] B om. *v. a. c. o.* V om. *a.* [g] R *transgressionem* [h] V om. [i] FRLZ *dividentur.* [k] BT add. *peccatorum.* [l] Ita V, alii om. [m] R *assuetum.* [n] Ita V, alii add. *est.* [o] V *illam* [p] R *omittit.* [q] RLZ *novit,* quod F corr. [r] B om.

[1] *Glossa ordin., In Levit.* 7, 7 (PL 113, 315), ex Augustino, *In Heptat.,* III, n. 20 (PL 34, 681).

[2] Cf. Guil. Altissiod., *Summa,* tr. 28, c. 2, q. 2 (fol 104c sqq.); Ioan. de Rupella, *Summa de vitiis* (fol. 11c).

onstat quod prius tenebatur ad virginitatem, et per [a] culpam non absolvitur a tentione: sic enim le peccato reportaret lucrum; ergo adhuc tenetur; ed est impossibile; ergo tenetur ad impossibile.

2. Item, iste tenetur reprimere motum libidinis; rgo aut antequam sit mortalis vel postquam sit nortalis. Sed non videtur quod [b] ante, quia ante enialis est; non tenetur autem declinare a veiali: non enim veniale est in prohibitione [c]. Si ero tenetur reprimere cum est mortalis vel post, oc est impossibile, quia, cum est mortalis, non otest non esse mortalis, et post necesse est uisse; ergo tenetur ad impossibile.

3. Item, iste tenetur nunquam fornicari, quia rohibitiones obligant ad semper; ergo tenetur on fornicari in A. Posito ergo quod [d] fornicetur n A, ipsum non fornicari in A est impossibile; t ad hoc tenetur; ergo tenetur ad impossibile.

Contra. *a.* Omne illud, ad quod tenemur, est sub [e] praecepto vel prohibitione; sed quod est sub raecepto vel prohibitione est voluntarium; quidquid autem est voluntarium [f] subest libero arbirio; ergo a primo, omne illud, ad quod tenemur, ubest libero arbitrio; sed nullum impossibile ubest [g] libero arbitrio; ergo ad nullum impossiile tenemur.

b. Item, omnis tentio est respectu futuri; impossibile vero per accidens, pro tempore quo est mpossibile, non est futurum; impossibile autem er se pro nullo tempore est futurum.

c. Item, quod homo non teneatur ad veniale vitandum facit infirmitas: Adam enim ante infirnitatem tenebatur ad evitandum motus illos in genere, qui modo sunt veniales; infirmitas ergo, quamvis homo se ingesserit [h] in eam ex culpa, acit [i] quod non tenemur ad illos motus evitandos universaliter; ergo multo fortius impossibiitas solvit [k] nos a tentione, quamvis ex culpa nostra in eam incidamus.

II. Huius gratia quaeritur quid sit tentio et ex quibus causis homo teneatur; deinde, quae solvunt tentionem.

A. Potest ergo dici quod [l] tentio aliquando est ratione praecepti vel prohibitionis; aliquando ratione proprii consensus, sicut in contractibus, votis, iuramentis et promissis; aliquando ratione peccatorum, sicut homo tenetur ad poenam. Tentio igitur sic potest describi: ex vi alieni [m] praecepti vel prohibitionis vel proprii consensus [a] vel culpae ad agendum vel non [b] agendum vel [c] ad patiendum obligatio: ad agendum ratione praeceptorum, ad non agendum ratione prohibitionum, ad utrumque ratione proprii consensus, ad patiendum ratione culpae.

B. Habito ergo quid sit tentio et ex quibus causis, sequitur de iis quae solvunt tentionem. Haec autem dicuntur esse tria: impossibilitas, dispensatio et poenitentia. Potest ergo primo quaeri ratio [d] istius numeri.

Et videntur sic differre, ut poenitentia solvat tentionem ex parte eius qui tenetur, et sic generaliter posset dici solutio debiti; dispensatio vero [e] ex parte illius cui fit obligatio vel a quo est obligatio; impossibilitas vero ex parte rei ad quam obligatur.

C. Sed potest quaeri si impossibilitas solvat hominem a tentione.

Quod non, videtur. 1. Tentio enim est ratione praecepti aut prohibitionis sive proprii consensus; sed impossibilitas non aufert has causas; ergo nec effectum, cuius sunt hae [f] causae sufficientes; sed tentio est effectus sufficiens ab istis causis procedens; ergo non solvitur per impossibilitatem.

2. Item, dicit Hieronymus[1]: « Anathema sit qui dicit Deum praecepisse impossibile », et accipitur [g] ibi 'praecipere' communiter; ergo Deus non prohibuit aliquid quod non possit non fieri, sicut [h] non praecepit aliquid quod non possit fieri; ergo non circa idem sunt tentio et impossibilitas; aut ergo nunquam tenebatur aut, si tenebatur, non tenebatur nisi ad possibile [i] fieri.

3. Item, aut incidit in impossibilitatem illam ex culpa aut non ex culpa. Si ex culpa, sicut sacerdos, qui [k] ignorans officium suum et tenetur quotidie dicere et ludens [l] ad talos amittit librum suum, ex culpa non debet reportare commodum; ergo non solvitur per impossibilitatem a tentione. Si vero non ex culpa, nec sic solvitur per impossibilitatem, sicut accidit in sacerdote infirmo, qui non potest celebrare et tenetur ex officio vel promisso [m] celebrare: non enim tenebatur nisi debitis conditionibus existentibus in persona; debita autem [n] conditio est quod sanus sit vel ad minus potens celebrare et quod habeat ea quae necessaria sunt ad officium [o].

D. Similiter de dispensatione potest quaeri[2]. Potest enim quaeri si aliquis potest dispensare contra praeceptum naturae. Similiter quaeritur si aliquis [p] potest dispensare contra praeceptum

---

[a] T om. [b] T *quando*. [c] V *probatione*. [d] V om. [e] V *ex*. [f] Z om. *q. a. e. v.*, in FL est add. mg. [g] V om. [h] BTFL *inieserit*; TFLZ om. *se*, in R est add. interl.; V om. *in*. [i] V *fuit*. [k] Z om. [l] Ita VT, alii *quia*. [m] V *tentio est ex vi alicuius* pro *e. v. a.* [a] Ita VR, alii *assensus*. [b] F add. *ad*. [c] RL om., in F est add. interl. [d] B *ratione*. [e] Z *ergo;* L om. *illius*. [f] V om. V *accipiatur*. [h] V *sic;* T om. *non*, in L est add. interl., in F add. mg. [i] T *impossibile*, quod F corr. [k] F om. [l] V *videns*. [m] L *promissio*, quod F corr. [n] R *enim*. [o] T add. *suum*. [p] T add. *enim*.

[1] Cf. supra, p. 304, nota 5.

[2] Cf. Ioan. de Rupella, loc. cit. (fol. 11d).

Summi Pontificis vel contra praeceptum proprii pontificis, verbi gratia episcopus [a] contra praeceptum archiepiscopi, cum par [b] videatur esse dignitas, nulla autem maior sit quam pontificalis.

[Solutio]: I. Ad quod dicendum quod nullus tenetur ad impossibile, sed ex impossibilitate, si in eam incidit ex sua culpa, tenetur ad quid praeter illud ad quod prius tenebatur, ut ad satisfactionem de culpa et de damno.

[Ad obiecta]: 1. Ad primo autem obiectum dicendum [1] quod illa, quae tenebatur ex voto ad virginitatem, aut fornicatur aut contrahit matrimonialiter. Si fornicatur, tenebitur adhuc [c] in posterum ad continentiam et tenebitur ad satisfactionem de culpa. Si vero contrahit matrimonialiter, tenetur agere poenitentiam de voti transgressione et tenetur non petere debitum, licet [d] teneatur reddere: hoc [e] enim suae potestatis est, illud [f] vero alieni iuris.

2. Ad secundum vero dicendum [g] [2] quod, cum dicitur 'tenetur reprimere motum libidinis', sensus est: tenetur non consentire, vel simpliciter vel per dominationem, motui libidinis mortali. Cum ergo quaeritur utrum teneatur reprimere antequam sit mortalis [h] vel cum est, dicendum [i] quod haec determinatio 'ante' vel 'cum' potest referri ad hoc verbum 'tenetur' vel ad [k] hoc verbum 'reprimere'. Si ad hoc verbum 'tenetur', verum est [l] quod ante tenetur quam sit mortalis. Si vero determinat hoc verbum 'reprimere', non tenetur reprimere ante, quia non tenetur [m] non consentire ante, nisi quia non [n] consentire mortali est secundum omne tempus; sed si esset determinatum secundum certum tempus, non teneretur reprimere ante. Vel potest dici quod tenetur reprimere ante. — Ad illud [o] quod obicitur quod 'ante est veniale' etc.: dicendum quod non tenetur reprimere in quantum veniale, sed quia fieret mortale [p] nisi reprimeretur.

3. Ad tertium vero dicendum quod, cum fornicatur aliquis, utpote in A, non tunc tenetur ad non fornicandum in A, sed ad non fornicandum in [a] posterum; sed quia fornicatus est in A tenetur ad satisfactionem, et ita ad duo tenetu in posterum.

C. Ad id vero quod postea quaeritur 'utrur aliquis per impossibilitatem solvatur a tentione' dicendum quod non proprie dicitur illud, se per hoc datur intelligi [b] quod non est tentio nis eius quod possibile est fieri et eius qui potes pro tempore pro quo potest. Unde, cum [c] e eventu fit aliquid impossibile, non pro illo tem pore [d] tenetur, sed ad aliud [e] tenetur, quod pos sibile est, si manet ex parte ipsius [f] possibilitas si vero non manet ex parte eius possibilitas sicut est in eo qui incidit in furiam [h] perpetuam tunc solvitur a tentione, nisi in eam incideret e culpa sua, et tunc secundum quosdam tene retur ad poenam ex impossibilitate, in quam in cidit ex culpa, secundum alios vero simplicite absolvitur pro illo tempore.

[Ad obiecta]: 1-2. Per hoc potest esse mani festum illud quod obicitur. Nam tentio non es nisi eius qui possibilitatem habet pro tempor pro quo habet, et ita intelligitur illud quod dici B. Hieronymus. Si enim non posset homo im plere aliquo modo faciendo vel non faciendo non praeciperetur a Deo vel prohiberetur.

3. Ad tertium vero dicendum quod aliud es de impossibilitate [i] ex parte rei, ad quam obli gatur, ex eventu temporis [k], et aliud ex parte per sonae. Nam illa, quae est ex parte ipsius [l] re ex tempore, non absolvit hominem manente apu ipsum possibilitate, sed tenebitur ad illud vel a aliud ex defectu solutionis illius. Sed, si aufer tur possibilitas ex parte personae, tunc absolvi tur a tentione qua prius tenebatur.

D. Ad id vero quod quaeritur [m] de dispensa tione, respondendum est in parte illa, ubi agetu de iure naturali et positivo [3]. Ibi enim de dispen sationibus, quae sunt relaxationes iuris com munis, est agendum.

332 CAPUT VI.

DE COMPARATIONE OMISSIONIS AD COMMISSIONEM QUANTUM AD QUANTITATEM PECCATI.

Sexta quaestio est de comparatione omissionis ad commissionem quantum ad quantitatem peccati.

Quod autem commissio [n] sit maius peccatur quam omissio [o] sic ostenditur: *a.* Super illu Psalmi [4]: *Declina a malo, et fac bonum,* dici

---

[a] V om. [b] R *compar* pro *c. p.*, quod FL corr. [c] R add. *et.* [d] Z add. *non.* [e] V *hec.* [f] V *ille.* [g] BT add. *est.* [h] V *mortal* [i] Ita F, alii add. *est.* [k] FR om., in L est add. interl. [l] B om. [m] V om. *r. a. q. n. t.* [n] B om. [o] Ita VR (interl.) L (mg.), alii on [p] Ita B, alii *mortalis.*

[a] B om. *A... in.* [b] T om. [c] Z *etiam.* [d] Z add. *et.* [e] V *illud.* [f] V *illius.* [g] B om. *si vero... possibilitas.* [h] VRZ (mg add. *in,* quod FL corr. [i] V *aliquid est impossibile* pro *a. e. d. i.* [k] V *temporum.* [l] R *illius.* [m] Z *loquitur.* [n] Ita FZ, alii *omissi* [o] VBTL *commissio.*

1 Cf. Guil. Altissiod., *Summa,* tr. 29, c. 2, q. 2 (fol. 104 d).
2 Cf. Guil. Altissiod., loc. cit.
3 In libro III huius *Summae.*
4 Psalm. 33, 14.

Glossa[1]: « Duo bona sunt, *diverte a malo et fac bonum;* illud vitat culpam, scilicet declinare a malo; hoc meretur palmam, scilicet facere bonum ». Maius autem est illud bonum quod meretur palmam quam illud quod vitat[a] culpam; ergo ex parte iustitiae maius est bonum 'facere bonum' quam 'declinare a malo'; ergo oppositum eius quod est facere bonum, scilicet facere[b] malum, est maius malum ex parte iniustitiae quam oppositum eius quod est declinare a malo, scilicet declinare a bono, et sic maius malum est facere malum quam declinare a bono; ergo, cum penes declinare a bono sumatur peccatum omissionis, et penes facere malum, peccatum commissionis, relinquitur quod maius est peccatum commissio quam omissio.

Ad oppositum. 1. Maius bonum est observare praecepta quam prohibita, quia non propter observationem prohibitorum habebit homo[c] gloriam, sed solum vitabit poenam, propter observationem vero praeceptorum habebit gloriam, sicut dicitur in Glossa praedicta[2]; sed omissio est contra observationem[d] praeceptorum, commissio est contra observationem prohibitorum[e]; ergo, cum maius malum et[f] maius bonum[g] opponitur, maius peccatum erit omissio quam commissio.

Respondeo[h] quod peccatum omissionis et commissionis in diversis[i] quantum ad quantitatem peccati se habent ut[k] excedentia et excessa, quia aliquando est maius peccatum omissio quam commissio, aliquando e converso. Si vero fiat comparatio unius ad alterum in genere, maius malum est commissio quam omissio[l]. Nam arbor, quae malum fructum facit, plus nocet quam illa quae nullum fructum facit; commissio autem est sicut arbor quae facit malum fructum, omissio autem[m] sicut *arbor quae non facit fructum bonum;* utraque autem *excidetur et in*[n] *ignem mittetur*[3]. Nihilominus tamen ad differentiam parvulorum non baptizatorum, qui non faciunt fructum bonum, quia nullum faciunt, dicuntur omittentes[o] facere fructum malum: nam non facere, cum debet et possit, est fructus malus, sed non sic[p] sicut facere malum directe, ad cuius contrarium tenetur.

[Ad obiecta]: 1. Ad id vero quod obicitur in contrarium, dicendum est quod tenet consequentia in contrario[q], non consequentia in ipso. Nam si[r] facere malum opponitur ei quod est declinare a malo, declinare vero a bono opponatur ei quod est facere bonum, declinare autem a malo sit minus bonum quam facere bonum, non propter hoc facere malum est minus malum quam declinare[s] a bono, sed e converso.

CAPUT VII. 333

QUO TEMPORE DICATUR PERPETRARI OMISSIO[4].

Septimo quaeritur quando dicitur perpetrari omissio, id est quo tempore.

Et ponatur exemplum de aliquo qui dormit et tenetur surgere ad Matutinas et non surgit. Quaeritur ergo quando iste omittit? Quia non debet dici omittere quando non surgit, quia tunc dormit; sed[a] nullum peccatum fit a dormiente; ergo tunc non omittit. Nec omittit[b] quando se ordinat[c] dormitioni, quia potest adhuc contingere quod evigilet hora debita et surgat. Nec post dormitionem[d] omittit, quando scilicet evigilat[e]: tunc enim dictae sunt Matutinae; ergo nullo tempore omittit.

[Solutio]: Ad quod respondendum quod tunc dicitur omissio perpetrari, quando aliquis applicat se ad actum illicitum incompossibilem cum illo actu ad quem tenetur, ut si iste tenetur ire ad Matutinas et inebriet se vel sit in colloquio infructuoso, et ita de aliis, propter quod non surgat ad Matutinas, tunc omittit. Si vero applicat se alicui actui bono, ad quem tenetur, et ex illo fessus dormiat et non surgat[f], non omittit. Si vero fuerit actus indifferens, tamen quia impeditivus est eius ad quod tenetur, et sic omittit. — Sed posito quod teneatur surgere et non surgat, nec hoc est ex aliqua causa praecedente quae in ipso sit, sed tantum quia ligata est vis sensibilis, numquid omittit in[g] dormiendo? Dicendum est quod non: subintelligendum enim est quod tenetur surgere, cum audierit signum surgendi; sed si non surrexit ex causa quae fuerit[h] in ipso, tunc omittit cum causam perpetrat.

---

[a] B om. *q. v.* [b] V om. *b. s. f.* [c] Z *hanc.* [d] V *observantiam,* item infra. [e] T om. *commissio... prohibitorum.* [f] Ita B, alii om. F (corr.) *bono;* FRL *magis* pro *maius.* [h] BTFL *respondendum.* [i] R add. mg. *scilicet personis.* [k] L om. [l] R *dimissio.* B add. *est.* [n] Z om., in F est add. interl. [o] VT *committentes.* [p] BT om. [q] Z *continentia in contraria* pro *c. i. c.* [r] V *et.* R om. *q. d.*

[a] V *et.* [b] V om. *n. o.* [c] Ita V, alii *ordinavit.* [d] R *dormitationem,* quod F corr. [e] VLZ *evigilabat,* quod F corr., R *evigilabit.* Ita FR, alii *surgit.* [g] B om. [h] VR *fuit.*

[1] Lombardi, in h. l. (PL 191, 343).
[2] Loc. cit.
[3] Matth. 7, 19.
[4] Cf. Guil. Altissiod., *Summa,* tr. 29, c. 2, q. 3 (fol. 105c sq.); Ioan. de Rupella, *Summa de vitiis* (fol. 11d sq.).

334

CAPUT VIII.

DE ORDINE OMISSIONIS AD COMMISSIONEM.

Octavo quaeritur de ordine omissionis ad commissionem.

Ad quod sic: 1. Dicitur in Psalmo[1] super illud: *Incensa igni et suffossa,* quod duplex est radix peccati: amor male incendens et timor male humilians; timor vero ad amorem reducitur, sicut dicit Augustinus, in libro *De libero arbitrio*[2]. Si ergo omissio est ex timore male humiliante, commissio ex amore male incendente, quemadmodum timor radicatur in amore, sive sit bonus sive [a] malus, omissio radicabitur in [b] commissione.

Ad oppositum. *a.* Sicut [c] dicit Philosophus[3], tria sunt in operationibus virtutum, scilicet scire, velle et firmiter operari: unde prius est scire et postea [d] velle et [e] post est operari; ergo hunc ordinem habent peccata, quae sunt contra [f] istos actus; sed ignorantia est contra primum actum, quando [g] scilicet tenetur aliquis scire aliquid et non sci illud; omissio autem est contra [h] secundum actum quando scilicet tenetur aliquis velle aliquid e non vult illud; sed commissio contra ipsum ope rari, quando scilicet aliquis facit aliquid quo tenetur non facere; ergo ignorantia est contr priorem actum quam omissio, et omissio contra priorem actum quam commissio [k]; ergo prio est omissio quam commissio.

Respondeo: Dicendum est quod omissio in or dine peccatorum, sicut contingit ordinem [l] dicere prior est [m] quam commissio.

Ad obiectum [n] 1. in contrarium dicendum [o] quo radix omissionis non semper est timor, sed amo sive libido. Sicut enim ex amore male accendent aliquis facit malum, quod tenetur non facere, it aliquis non facit bonum, quod tenetur facere Unde penes illas duas radices non distinguuntu essentialiter omissum et commissum.

335

CAPUT IX.

UTRUM, QUANTUMCUMQUE SIT HOMO PERFECTUS, SEMPER OMITTAT.

Nono quaeritur utrum quantumlibet perfectus semper omittat.

1. Dicit enim Origenes, *Super Exodum*[4]: « Quantum quis potest, tantum [a] debet ». Sed nullus potest tantum [b] facere quantum debet; ergo semper omittit [c], quia tenetur tantum facere quantum debet, et non facit.

2. Item, ad Rom. 13, 10, super illud: *Plenitudo legis est dilectio,* Glossa[5]: « Caritas quanto magis solvitur, tanto magis debetur ». Ergo quanto quis [d] magis diligit, tanto magis diligere tenetur; minus ergo diligit semper quam debeat [e]; ergo semper omittit.

3. Item, Luc. 17, 10: *Cum omnia bene feceritis, dicite quoniam servi inutiles estis.* Sed servus inutilis non adimplet quod tenetur; ergo, *cum omnia bene feceritis* [f], nondum quantum tenemini adimplevistis; ergo omisistis.

Respondeo [g]: 1. Ad primum dicendum quod cum dicitur « quantum quis potest boni, tantum debet », intelligendum est quod duplex est de bitum: ratione accepti et ratione praecepti. Ra tione accepti [h] est hoc verum quod dicitu « quantum quis potest boni, tantum debet » hoc est ex quanto posse vel ratione quanta potentiae. Si vero ratione praecepti, secundum hoc non est verum « quantum quis boni po test, tantum debet » vel 'quod boni quis po test, hoc debet'. Cum autem [k] subditur 'nu lus potest tantum facere quantum debet, erg omittit', intelligendum est quod omissio [l] no respicit debitum ex accepto, sed ex praecepto potest autem unusquisque facere quod debe ex praecepto, et ita non omittit; omissio etiam [m] sicut dictum est[6], non respicit circumstantian sed genus actionis, secundum quod est in prae cepto [n].

---

[a] F add. *sit.* [b] V om. *amore... tn.* [c] V om. [d] L add. *est.* [e] Z om. [f] R *circa.* [g] V *quoniam.* [h] R *circa.* [i] FLZ *circ*
[k] R om. *et... commissio.* [l] BT *ordinationem.* [m] VRLZ add. *omissio,* quod F delev. [n] BTR add. *autem.* [o] R add. *est.*
[a] V *quantum.* [b] V om. [c] R *omittat,* quod F corr. [d] T om. [e] T add. *diligere.* [f] T om. *dicite... feceritis.* [g] Ita V, alii or
[h] V om. *et... accepti.* [i] F *sed.* [k] V om. [l] BT *amissio.* [m] R *autem.* [n] V *cepto.*

1 Psalm. 79, 17; Lombard., in h. l. (PL 191, 766).
2 Cf. lib. I, c. 4, n. 9 (PL 32, 1225).
3 Cf. *Ethica ad Nicom.,* II, c. 4 (II, 17).
4 Cf. hom. 4, n. 5 (PG 12, 521).
5 Cf. Lombardi, in h. l. (PL 191, 1507).
6 Cf. supra, p. 336, *ad 3* et num. 330.

2. Ad secundum vero dicendum quod illa atio non concludit quod homo omittat, sed quod omo imperfectus est in diligendo, dum est in ia: non enim potest diligere omnino [a] *ex toto orde et ex tota anima et ex tota mente*[1]; et ideo icit Augustinus, in libro *De perfectione iutitiae*[2]: « Cur non praeciperetur homini ista perctio, quamvis eam in hac vita nemo habeat? Non enim recte curritur, si, quo currendum est, esciatur; quo modo autem sciretur [b], si nullis raeceptis ostenderetur? Sic ergo curramus ut omprehendamus[3] ». Et praemittitur[4]: « Cum dhuc aliquid carnalis concupiscentiae est, quod continendo frenetur [c], non omni modo *ex tota anima* diligitur Deus ». Et ideo non sequitur quod omittat, si [d] minus diligit quam debeat, sed si non diligeret [e].

3. Ad tertium vero [f] dicendum quod reputatio servi inutilis non est quia non facit quod tenetur facere vel quantum, sed dicitur servus inutilis quia [g] non venit ad perfectum. Alio vero modo [h] dicitur servus inutilis quia [i] non facit quod tenetur facere, et sic non accipitur ibi. Quod patet per hoc quod additur [k]: *Quod debuimus facere, fecimus*, quasi dicat: in praeceptis non defecimus, sed perfectionem consiliorum non adimplevimus.

CAPUT X. 336

DE POENA QUAE DEBETUR IN FUTURO PRO PECCATO OMISSIONIS.

Decimo [a] quaeritur de poena quae debetur in futuro peccato omissionis. Et quaeritur utrum ebeatur ei poena sensus vel solum poena caentiae visionis Dei.

Ad quod sic: 1. Ille [b] qui omittit, non facit aliuod malum, quia nihil facit: dicitur enim omitere, quia deficit a bono; sed pro malo opere detur poena sensus; ergo peccato omissionis non ebetur poena sensus, sed poena carentiae.

2. Item, poena debet proportionari culpae; ergo, i culpa omissionis determinatur [c] penes defectum t carentiam boni operis, quia ille dicitur omitere qui caret bono opere, ergo ei debet respondere poena proportionalis, quae scilicet est caentia boni, scilicet visionis Dei, quia [d], secunum proportionem rectam, qui [e] tenetur facere onum et non facit, tenetur carere bono et non ffligi [f] malo.

Ad oppositum. *a*. Poena carentiae est poena oriinalis peccati, omissio autem est actuale peccatum; et differentia est inter poenam [g] peccati ctualis et peccati originalis, quia originali detur carentia, actuali peccato poena actualis; rgo peccato omissionis debetur poena actualis; ed haec est poena sensus; ergo omissioni detur poena sensus.

[Solutio]: Dicendum est quod peccato omissionis t commissionis debetur poena sensus et [h] non olum poena damni sive carentiae [i] visionis Dei. Et hoc patet ex illo verbo Domini, Matth. 7, 19: *Omnis arbor* [k], *quae non facit fructum bonum, excidetur et in ignem mittetur*. Ecce quod tangitur hic poena sensus, quae est poena gehennae, arbori non facienti fructum bonum; non facere autem fructum bonum, istud est commune omissioni et commissioni, quia non facere fructum bonum est dupliciter: vel non facere fructum bonum, solum ut ibi [l] quiescat voluntas, vel [m] non facere fructum bonum, quia facit contrarium, scilicet fructum malum. Primo ergo modo convenit omissioni non facere fructum bonum, secundo modo commissioni. Ergo ex hoc verbo patet quod utrique, scilicet omissioni et commissioni, debetur poena afflictionis gehennae, quae est poena sensus. Similiter illud patet ex alia ratione, quoniam impassibilitas [n], prout est dos, redditur facienti bonum fructum finaliter; facere autem bonum fructum habet duo opposita, scilicet non facere fructum bonum [o] cum teneatur, et hoc est omissionis, et facere fructum malum, et hoc est commissionis; ergo utrique, scilicet omissioni et commissioni, debetur passibilitas [p] gehennae, et ita poena sensus.

[Ad obiecta]: 1. Et si obiciatur ut prius quod [q] 'ille qui omittit non facit aliquod malum': dicendum [r] quod falsum est; secundum quod superius[5] definitum est facere malum vel pro non facere bonum vel pro facere malum contrarium bono, ita definitur operari malum superius. Ipse

---

[a] Z *omnia*. [b] V *scitur*, L (corr.) *scietur*. [c] V *continende servetur* pro *c. f.* [d] Z *sed*. [e] R add. mg. *tunc omitteret simpliciter*. VR om. [g] LZ (correcti) *qui*. [h] R *aliquando vero* pro *a. v. m.*; V om. *vero*. [i] Ita VR, alii *qui*. [k] BT *attenditur*. [a] L *septimo*. [b] Ita R (corr.), alii *quia ille*. [c] Ita R (corr.), alii *detur*. [d] B *qui*. [e] R om. [f] V add. *bono*. [g] Ita R (corr.), ii *penitentia*. [h] V *ut*, quod FL corr. [i] BTF *carentia*. [k] T om. [l] RL om. [m] L *et*. [n] RZ *impossibilitas*, quod L corr. BT om. [p] Z *possibilitas*. [q] V om. [r] R add. *est*.

[1] Matth. 22, 37.
[2] Cap. 8, n. 19 (PL 44, 301).
[3] Cf. I Cor. 9, 24.
[4] Loc. cit.
[5] Cf. hic, in *Solutione* et supra, num. 332.

autem omittens, licet non faciat malum contrarium bono, tamen [a] operatur malum, quia non facit bonum, et sic peccatum omissionis perpetratur in [b] opere, et per relationem ad opus determinatur utrumque, sed unum cessando a bono opere, aliud vero [c] perpetrando opus malum; unde utrumque hoc modo respicit actum [d] vel opus malum, secundum Glossam praedictam [1].

2. Ad secundum vero [e] dicendum quod omittens peccat actu, et ideo punitur poena sensus sive sensibili. Verbi gratia, si aliquis parvulus decederet nondum baptizatus, ipse solum puniretur poena damni sive carentiae et non poena sensus, quia non habuit usum voluntatis nec actum: unde non peccavit actu. Sed, si decederet adultus quia haberet usum et actum voluntatis, si no baptizaretur, puniretur poena sensus, quia [f] habe usum arbitrii et in voluntate sua fuit quod no baptizabatur: unde actu voluntatis peccavit ibi Similiter dicimus in omissione, quod [h] est re spectu actus voluntatis interioris, qui quiesci super ipsum 'non facere'; unde dicit omitten 'volo non facere' vel 'non volo facere'; vell autem et non velle sunt actus ipsius voluntatis Ideo dicimus quod [i] peccatum ipsius omissionis in actu perpetratur et determinatur, hoc est i actu voluntatis interiori et non solum in ips defectu vel carentia boni, quia ipse utitur act suae voluntatis sive arbitrii.

TITULUS III.

DE NEGLIGENTIA.

Quaestio est de negligentia.

Et primo quaeritur [l] utrum negligentia sit peccatum;

secundo, utrum sit semper [m] veniale vel semper mortale vel aliquando hoc aliquando illud;

tertio, de differentia eius ad alia peccata, cum quibus videtur habere convenientiam

quarto, utrum sit de generalibus vel [n] capitalibus primis peccatis vel ad aliquod reducitur;

quinto, de radice et causa negligentiae quam assignat Gregorius, Ierem. 48, 10

sexto, circa quos actus sive opera Dei dicatur esse negligentia [p];

septimo, cum negligentia specialiter dicta [q] sit circa circumstantias actuum, utrum sit aequaliter circa omnes [r];

octavo, utrum peccator semper negligat;

nono, quid est illud quod est principaliter oppositum [s] negligentiae;

decimo, de negligentia praelati, an sit simplex [t] peccatum vel pro duplici peccat reputetur [u].

337

CAPUT I.

UTRUM NEGLIGENTIA SIT PECCATUM [2].

Ad primum sic: 1. Diligentia et [v] negligentia sunt opposita, quoniam aliquis dicitur diligens in bono opere, quando est ei curae [x] quando et quo modo et ubi faciat opus suum; per oppositum huius dicitur negligentia; sed diligentia non est virtu immo dispositio concomitans [y] virtutem, circuien omnes virtutes; ergo similiter negligentia no erit peccatum, immo erit dispositio, quae e

---

[a] VZ *cum.* [b] R *sine.* [c] Ita R (corr.), alii *non,* quod L exp. [d] BT *actus;* V *utrum* pro *utrumque.* [e] VBT om. [f] R *qu* BT *habuit* pro *habet.* [g] V om. [h] R *qui dicendus,* B om. *respectu.* [i] V om. [k] B *commissionis;* V om. *ipsius.* [l] F o [m] V *peccatum.* [n] V *venialibus vel de* pro *g. v.* [o] BT *quod.* [p] VRL add. *utrum sit equaliter circa omnes.* [q] L *differenti* [r] VRL om. *u. s. a. c. o.* [s] BT *principaliter opponitur* pro *e. p. o.* [t] R *duplex.* [u] Ita Z, alii *reputatur.* [v] F *ut.* [x] L add. [y] FRLZ *comitans.*

[1] Lombardi, *In Psalm. 33,* 14 (PL 191, 343); cf. supra, p. 339, nota 1.

[2] Cf. Guil. Altissiod., *Summa,* II, tr. 29, c. 3 (fo 106c sqq.); Ioan. de Rupella, *Summa de vitiis* (fol. 12b

omes; negligentia ergo non [a] est peccatum, sed ircumstantia peccati sive dispositio concomitans eccatum.

2. Item, Philosophus[1] dicit quod προαίρεσις dem est quod eligentia; sed eligentia [b] recta pponitur negligentiae, quoniam negligere est non ligere: unde est privatio ipsius eligentiae [c]; sed, ecundum Philosophum[2], eligentia non est virus, sed principium virtutis consuetudinalis sive noralis [d]; ergo per oppositum ipsa negligentia, uae est ejus [e] privatio, non est peccatum, sed omes peccati, sicut nec eligentia virtus [f], sed omes virtutis.

Ad oppositum. *a.* Ierem. 48, 10, dicitur: *Maledictus homo, qui facit opus Dei negligenter.* Sed naledictio non datur nisi ratione peccati, secundum interpretationem Scripturae; et constat quod on datur haec maledictio ratione operis Dei, uoniam facere opus Dei non est peccatum; ergo atur haec maledictio ratione eius quod est facere *egligenter* [g]; ergo negligentia est peccatum.

b. Item, Hieronymus[3]: « Qui claudam et uasi sorde maculatam offert hostiam, reus est acrilegii; quanto magis qui partem sui corporis t illibatae animae puritatem amplexibus Regis arat, si negligens fuerit, punietur ». Non autem unitur nisi peccatum; ergo, si punitur quia neligens fuerit, patet quod negligentia erit peccatum.

Respondeo [h]: 1. Ad primum dicendum quod iligentia [i] aliquando nominat dispositionem comitantem virtutes generaliter, aliquando autem ominat virtutem, ut cum dicitur: *Mulier dilirens corona est viro,* Prov. 12, 4. Nam diligentia uamdam dicit et importat sollicitudinem; sed poest dicere sollicitudinem ex parte ipsius rationis el intellectus vel ex parte voluntatis, sicut cum icimus [k] 'homo diligit esse sollicitus circa bonum'. Secundum quod dicit sollicitudinem ex arte voluntatis ad bonum, sic [l] diligentia est virtus, et hoc modo negligentia [m], ei opposita, est ex parte voluntatis similiter prout diligit anima non esse sollicita ad bonum, et haec negligentia est peccatum. Si autem dicat diligentia sollicitudinem ex parte rationis vel intellectus, hoc modo non est virtus, sed comes virtutis; unde hoc modo disparatur sive separatur a virtute, sicut scientia [n] disparatur a virtute: et hoc modo similiter negligentia, ei opposita, non est peccatum, immo comes vel dispositio peccati. Unde, sicut dicimus quod ignorantia [o], prout est in ratione, non est peccatum, immo poena peccati, prout autem est in voluntate, sic est peccatum, scilicet [p] prout dicimus de aliquo quod ipse vult ignorare, quia hoc modo ipsa est peccatum — unde ad Rom. 2, 4, super illud: *Ignoras quoniam benignitas Dei ad poenitentiam te* [q] *adducit?* dicit Glossa[4]: « Gravissime peccas, quia ignoras te contemnere » — sic dicendum est de negligentia quod [r] negligentia, prout est in ratione vel intellectu, non est peccatum, immo magis comes sive [s] dispositio quaedam vel poena ex peccato; sed secundum quod est in voluntate, peccatum est, hoc est secundum quod est defectus illius sollicitudinis vel attentionis in [t] voluntate, quam nominat diligentia virtus; secundum [u] quod est defectus sollicitudinis illius in ratione, non.

2. Ad secundam rationem, qua obicitur de eligentia, similiter dicendum est quod eligentia [v], prout est rationis, sicut [x] non est virtus, sed comes virtutis, sic negligentia, opposita eligentiae, comes est peccati. — Vel potest dici eligentia ipsa voluntas eligendi bonum et repellendi malum, et haec est in voluntate, et haec est virtus: et per oppositum negligentia, ipsi opposita, dicitur esse peccatum, et haec negligentia dicitur [y] voluntas eligendi malum et repellendi bonum: haec enim est peccatum, et hoc [z] est negligentia. Unde patet quod negligentia, secundum quod est opposita eligentiae virtuti, dicitur esse peccatum.

CAPUT II. 338

UTRUM NEGLIGENTIA SIT SEMPER VENIALE VEL SEMPER MORTALE[5].

ecundo quaeritur utrum negligentia sit semper veniale vel semper mortale vel aliquando eniale, aliquando mortale vel neutrum.

Et ostenditur quod negligentia sit semper mortale peccatum. 1. Dicitur Ierem. 48, 10: *Maledictus homo, qui facit opus Dei negligenter.* Sed

---

[a] V om. [b] V om. *s. e.* [c] VL *eligere.* [d] F *mortalis,* quod R corr. [e] BT *prius.* [f] R add. *scilicet.* [g] Z *negligentiam.* Ita V, alii om. [i] F *negligentia,* quod RLZ corr. [k] V *dicitur omnis.* [l] T *sed.* [m] V *diligentia.* [n] BT *anima.* [o] Ita FL (corrected) Z, alii *negligentia.* [p] VF om. [q] RLZ om., in F est add. interl. [r] Z *quia.* [s] BTRLZ *sicut,* quod F corr. [t] L *a,* (corr.) *et.* [u] VBT om.; L om. *est,* in FR est add. interl. [v] B *diligentia.* [x] V *sic.* [y] Z add. *esse;* T *esse* pro *voluntas.* [z] V *hec.*

1 Cf. *Ethica ad Nicom.,* II, c. 4 (II, 17).
2 Loc. cit.
3 *Epist.* 107, n. 6 (PL 22, 684).
4 Lombardi, in h. l. (PL 191, 1338).
5 Cf. Ioan. de Rupella, *Summa de vitiis* (fol. 12b).

maledictio in Scriptura non attribuitur nisi mortali [a]; ergo negligentia est mortale peccatum.

2. Item, ex auctoritate praecedenti super illud Malach. 1,14: *Maledictus homo, qui habet in grege* etc., dicit Hieronymus[1]: « Qui claudam et quasi maculatam sorde » etc. Ex qua auctoritate habetur quod negligentia punitur; sed puniri, ubi [b] simpliciter sumitur, dicitur pro peccato mortali; ergo negligentia est peccatum mortale.

3. Item, hoc videtur ex eadem auctoritate, quia comparat Hieronymus, in illa auctoritate, ipsam negligentiam sacrilegio, et ita, si [c] sacrilegium est peccatum mortale, et negligentia.

4. Item, eadem [d] ratio, Prov. 12,4: *Mulier diligens corona est viro,* hoc est dictu quod ei debetur corona propter diligentiam; sed diligentia et negligentia opponuntur; ergo, si [e] coronam meretur diligentia, relinquitur per oppositum [f] quod negligentia ipsa demeretur, cum sit contrarium eius; sed omne tale est mortale peccatum; ergo negligentia est mortale peccatum.

5. Item, Prov. 19,16 habetur: *Qui negligit viam* [g] *suam, mortificabitur,* et loquitur de mortificatione quae est in gehenna; sed haec non debetur nisi peccato mortali; et haec debetur propter negligentiam; ergo negligentia est peccatum mortale.

Ad oppositum, ostenditur quod sit veniale, et non [h] **mortale semper,** *a.* quoniam est quaedam negligentia in sermonibus; sed [i] haec non est peccatum mortale, sed veniale; ergo negligentia quaedam est peccatum veniale; non ergo semper mortale. — Quod autem illa negligentia sit peccatum veniale, patet per Augustinum, in libro *De natura et gratia*[2], accipientem [k] illud verbum Iac. 3,8: *Linguam hominum nullus domare potest,* et dicit: « Non hoc ideo dixit apostolus Iacobus [l] ut huiusmodi in nos mali dominationem per negligentiam permanere patiamur, sed ut ad domandam linguam divinae gratiae poscamus auxilium, ut quod nos nostris viribus non valemus, adiutorio Dei suppleamus ». Ex hac auctoritate patet quod negligentia, quae est in sermone quotidiano servando, sit supra vires nostras ad hoc ut ipsam vitemus; sed nullum peccatum mortale est supra vires nostras quin ipsum vitare possimus, immo anima habet posse contra mortalia, ut ipsa [m] caveat, licet non contra venialia, hoc est quin [n] surgat aliquod veniale; ergo negligentia, quae est in sermone quotidiano custodiendo, non est peccatum mortale, immo veniale, cum [o] ipsam non possimus [p] vitare, sicut nec lapsum linguae in sermonibus.

b. Item, Eccli. 7,34: *De negligentia purga te cum paucis,* et dicit Glossa[3]: « Quamvis oblatio parva sit, in [q] mente humili et pura dilectione facta multorum delictorum purgat negligentias, quia *caritas operit multitudinem peccatorum*[4] ». Si ergo pauca oblatione purgatur negligentia, ergo ipsa non est peccatum mortale, sed solum veniale.

c. Item, statuta fuerunt in Lege sacrificia pro peccatis mortalibus in genere [r], et haec erant [s] quas confessio in opere, sicut patet Levit. 4, 5 et 6 sed nullum fuit statutum sacrificium pro negligentia; relinquitur ergo quod ipsa non reputatur inter peccata mortalia.

Sed videtur quod aliquando sit mortale, aliquando veniale, 1. quoniam, sicut dictum est[5] omissio aliquando est actus debiti, qui est in praecepto, aliquando est actus expedientis, qui non est in praecepto; et primo modo est peccatum mortale, secundo modo veniale. Sed sicut circa actum contingit [t] esse hanc duplicem differentiam, scilicet debitum et expediens, ita et circa circumstantiam, ut sit aliqua circumstantia debita aliqua expediens; et ita, cum sit negligentia ipsius circumstantiae, potest esse negligentia ipsius circumstantiae debitae vel expedientis; et si est circumstantiae debitae, erit mortale peccatum; si expedientis, veniale, sicut est in omissione respectu actus. Ergo negligentia aliquando est peccatum mortale et [u] aliquando veniale.

Ad oppositum, videtur quod non semper sit mortale peccatum nec veniale, sed solum indifferens aliquando, *a.* quoniam aliquis potest se circa actum indifferentem negligenter habere; et sicut actus ille indifferens est, ita et circumstantia eius erit indifferens, cum circumstantia sequatur actum, sicut patet in hoc actu 'manducare' ergo negligentia circa huiusmodi circumstantiam est indifferens, et non veniale vel mortale, et ita aliquando se habet per indifferentiam ad veniale et mortale.

[Solutio]: Dicendum est quod negligentia aliquando est mortale peccatum [v], aliquando veniale. Mortalis est negligentia, quando scilicet est circa circumstantiam debitam, quae est in praecepto, sicut est quod aliquis tenetur dare eleemosynam indigenti et quando necesse est dare eleemosynam [x] est quidam actus, circumstantiae autem determinantur per hoc quod es

---

[a] V add. *peccato.* [b] V *non,* B *ibi;* BT *accipitur* pro *sumitur;* V om. *dicitur.* [c] V *sicut,* T om. [d] Ita V, alii om. [e] L om. [f] B *oppositionem.* [g] Codd. *vitam.* [h] Z om. [i] V *et.* [k] V *accipiens;* L *accipitur.* [l] V add. *non.* [m] V *ipsi.* [n] V *quia.* [o] V om. [p] V *possumus,* quod R corr. [q] BT om.; V *si cum* pro *s. i.* [r] L om. *i. g.* [s] Ita V, alii *erat;* BTZ *hoc* pro *haec.* [t] BT *convenit.* [u] Z om. [v] R om. [x] B om.

1 Cf. supra, p. 343, nota 3.
2 Cap. 15 (PL 44, 254).
3 *Ordin.,* in h. l., ap. Lyran.
4 I Petri 4, 8
5 Cf. supra, p. 336, sub *Respondeo.*

ndigenti' et per hoc quod est[a] 'in tempore ne-essitatis' sive 'quando est necesse'. Hae[b] cir-umstantiae debitae sunt et[c] in praecepto; negli-entia ergo circa ipsas[d] debet dici mortalis. Si-iliter dicit Apostolus, I Cor. ultimo[e], 14: *Omnia estra in caritate fiant;* haec est circumstantia raeceptorum affirmativorum; haec circumstantia st in praecepto; negligentia ergo circa huiusmodi ircumstantiam diceretur esse peccatum mortale. – Item, aliquando est negligentia venialis, sicut uando est circa talem actum ubi de natura actus on sequitur peccatum mortale, sicut quando st circa loqui, qui actus ponitur in lubrico lin-uae. Unde, quia difficile est cavere ab huiusmodi ubrico linguae, secundum quod habetur Eccli. 4,1: *Beatus vir qui non est lapsus verbo ex re suo,* cum hoc dicatur propter difficultatem[f] avendi, ideo dicimus quod est veniale peccatum irca ipsum actum locutionis, prout est[g] in lubrico nguae. Nam ex hoc quod difficile est ad caven-um huiusmodi linguae lubricum, habet ratio-em venialis peccati, quod difficile est cavere. 'erumtamen respiciendo ad ipsam materiam, non d genus actus, contingit bene quod negligen-a circa locutionem sit peccatum mortale: sicut si aliqui[h] indigerent verbo praedicationis et ali-quis negligeret eis tempore et loco, cum esset necesse, ostendere et aperire verbum veritatis, propter huiusmodi defectum et negligentiam osten-sionis veritatis diceretur ipse peccare mortaliter. Unde huiusmodi negligentia esset peccatum mor-tale et hoc ratione materiae, non ratione ipsius generis actus sive locutionis, quando talis negli-geret quantum ad circumstantiam debitam ipsius actus, cum esset tempus[i] et locus necessitatis idoneus et ipsi auditores indigentes desiderarent audire. Unde, quia omitteret in circumstantia de-bita, esset mortalis eius negligentia; ratione autem ipsius sermonis quotidiani, qui de facili non po-test vitari, dicitur veniale.

[Ad obiecta]: Ad rationes patet responsio ex dictis.

Ad ultimam rationem dicendum quod bene potest esse negligentia circa circumstantiam indif-ferentem, et tunc non erit veniale neque mortale. Sed tunc dicitur esse mortale, quando est circa circumstantiam actus debitam ut fiat; veniale au-tem est, quando est[k] circa circumstantiam expe-dientem, et hoc modo de ipsa loquimur, non prout est indifferens.

CAPUT III. 339

DE DIFFERENTIA NEGLIGENTIAE AD ALIA PECCATA.

Tertia quaestio est[l] de differentia negligentiae ad alia peccata, cum quibus videtur habere onvenientiam, sicut ad desidiam et torporem vel igritiam vel[m] ignaviam et ad omissionem.

I. Quaeritur ergo quo modo differunt.

Respondeo: Dicendum[n] quod negligentia ha-et oppositionem ad diligentiam; unde sicut di-gentia dicitur esse in voluntate eligendi recte, rout est virtus, ita per oppositum[o] negligentia, ei pposita, dicetur esse et sistere in voluntate et sic egligentia respicit ipsam voluntatem intra, ut licatur negligentia noluntas[p] eligendi sive volun-as non eligendi recte. Ipsa autem desidia[q] et igritia respicit opus extra: unde sunt respectu peris exterioris a voluntate egredientis, sed dif-erenter, quoniam ipsa pigritia est respectu boni peris fiendi, desidia autem[r] respectu operis boni ontinuandi. Unde, quando non vult homo facere onum opus, dicitur piger[1], Prov. 20,4: *Propter rigus piger arare noluit,* et Prov. 19,24: *Abscondit piger manum suam* etc. Sic ergo pigritia dicitur respectu boni operis fiendi, sed desidia dicitur respectu boni operis continuandi sive prosequendi, sicut quando aliquis videt difficultatem[s] in bono opere continuando et prosequendo, desistit et cessat ab illo opere: unde dicitur talis desidio-sus, quia dicitur desidia a desinendo. Negligen-tia autem est[t] respectu eligendi illud quod debet esse extra; unde praecedit haec negligentia alia vitia, licet aliquando in Scriptura unum pro aliis accipiatur, tamen hae sunt propriae rationes istorum.

II. Sed quaeritur de differentia omissionis et ne-gligentiae.

Quoniam videtur negligentia esse omissio, 1. quoniam dicit Augustinus, in libro *De per-fectione iustitiae hominis*[2]: « Omne peccatum est si aut[u] illa fiant quae prohibentur aut illa non fiant quae iubentur ». Sed primum est commissio, secundum[v] omissio; ergo omne peccatum actuale

---

[a] T om. *indigenti... est,* in F est add. mg. [b] V add. *autem.* [c] L om. [d] BT *ipsos.* [e] V *vult ut.* [f] V *difficilitatem.* T om.; V om. *linguae.* [h] V *aliqua.* [i] T om. [k] V om. *q. e.* [l] T *tertio queritur* pro *t. q.*; B *tertio* pro *tertia.* [m] V *et.* [n] Ita V, ii *dicendum est* pro *R. d.* [o] V *oppositionem.* [p] Ita FZ (corr.), alii *voluntas.* [q] V *desideria;* Z *vel* pro *et.* [r] R *enim.* [s] V *differt,* (corr.) *deficientem.* [t] V *dicitur;* Z *negligendi* pro *eligendi.* [u] Z *autem.* [v] F add. *est.*

[1] Cf. *Glossa ordin.* et *interlin.,* in h. l., ap. Lyran. | [2] Cap. 5 (PL 44, 296).

est omissio vel commissio; sed negligentia est actuale peccatum; ergo est omissio vel commissio; sed [a] non est commissio, quia cum quis negligit [b], non facit ea quae prohibentur; ergo est omissio. Sic [c] ergo non differunt peccatum negligentiae et omissionis.

Ad oppositum. *a.* Bonum in genere et bonum ex circumstantia distinguuntur; sed negligentia est ex defectu boni ex circumstantia, omissio est ex defectu boni in genere; ergo omissio non [d] est negligentia.

b. Item, omissio est cum [e] non fit opus Dei quod deberet fieri, negligentia autem cum fit eius opus non sicut debet fieri; ergo negligentia non est omissio.

Solutio: Dicendum quod negligentia non est omissio [f], immo differunt et prout sunt peccata mortalia et prout sunt venialia. Prout autem sunt peccata mortalia sic differunt, quoniam omissio proprie dicitur respectu actus debiti, negligentia autem respectu circumstantiae debitae, utpote respectu temporis vel loci vel finis debiti [1]. Item, quando [g] utrumque est veniale, differunt, quoniam omissio dicitur respectu actus expedientis, negligentia autem respectu circumstantiae expedientis.

340 CAPUT IV.

UTRUM NEGLIGENTIA SIT DE CAPITALIBUS PECCATIS.

Quarta quaestio est [h] utrum negligentia sit de capitalibus et generalibus peccatis primis an ad aliquod illorum reducatur.

Ostenditur autem 1. quod reducitur [i] ad acidiam, quoniam Gregorius [2] nominat eam inter filias acidiae, dicens: « De tristitia nascuntur malitia, rancor, pusillanimitas, desperatio, torpor circa praecepta ». Sed torpor circa praecepta [k] nihil aliud est quam negligentia; ergo negligentia nascitur de tristitia sive acidia, quod idem est; ergo est filia acidiae, et sic reducitur ad acidiam.

2. Quod autem reducatur ad imprudentiam [l], ostenditur sic, quoniam dicitur Eccli. 20,7: *Lascivus et imprudens* [m] *non servabunt tempus.* Sed non servare tempus, hoc est negligere; et hoc est imprudentia; ergo negligentia ad imprudentiam reducitur. — Item, diligentia reducitur ad prudentiam; ergo [n], per oppositum [o], negligentia ad imprudentiam sive ad stultitiam, quae est « rerum vitandarum et appetendarum » ignorantia, ut dicit Augustinus, in libro [p] *De libero arbitrio* [3]; et haec est ratio negligentiae; ergo negligentia reducitur ad imprudentiam.

Ad oppositum, videtur quod non reducatur ad aliquod peccatum, sed [q] **circueat omnia peccata,** *a.* quoniam negligentia non solum accipitur secundum circumstantias illius actus debiti, a quo [r] deficit acidia vel imprudentia, immo secundum circumstantias etiam illorum actuum, a quibus deficiunt invidia, superbia, avaritia et sic de aliis vitiis. Ergo relinquitur quod circuit omnia vitia, et ita non reducitur ad aliquod illorum, cum omnia peccata deficiant ab aliquo proprio actu et circumstantiis debitis, et sic determinatur in circumstantiis [t] aliorum actuum, a quibus deficiunt alia vitia.

b. Item, Augustinus, in libro *De libero arbitrio* [4], versus finem, dicit: « Peccatum [u] malum est in negligentia vel ad accipiendum praeceptum Domini vel ad observandum vel ad [v] custodiendum contemplationem sapientiae ». Sed malum quod est [x] in istis tribus est commune [y] ad omnia peccata; ergo negligentia non solum determinatur ex defectu circumstantiarum, quae pertinent ad defectum acidiae, sed etiam omnium peccatorum. Ergo circuit omnia peccata et non reducitur ad aliquod illorum.

[Solutio]: 1-2. Dicendum [z] quod negligentia, generaliter considerata, concomitatur diversa genera peccatorum, et sic accipitur in praedicta auctoritate Augustini; unde negligentia, sic generaliter sumpta, est de circueuntibus ipsa peccata. Aliter autem est loqui de negligentia specialiter et hoc multipliciter, quia aliquando dicitur negligentia, secundum quod homo negligens fastidit bona spiritualia; cum ergo acidia sit tristitia de spirituali bono, hoc modo dicimus quod acidia generat negligentiam ad eligendum e

---

[a] R *si,* quod FL corr. [b] V *negligenter;* B om. *quis.* [c] V om. [d] BT om. [e] VF *quando.* [f] V om. *Solutio... omissio* [g] T *quandoque;* V om. *item;* F (corr.) *differenter* pro *differunt.* [h] T *quarto queritur* pro *Q. q. e.* [i] R *reducatur.* [k] V om. *s. t. c. p.* in L est add. mg. [l] F *impudentiam.* [m] R *impudens.* [n] FRLZ add. *et.* [o] VBT add. *et.* [p] R om. *i. l.* [q] V om. [r] V *quo* [s] T om. [t] T om. *debitis... circumstantiis;* V *determinetur* pro *determinatur.* [u] B om. [v] V add. *peccati.* [z] Ita VZ, alii om [y] R *consequens.* [z] BTF (interl.) Z add. *est.*

1 Cf. supra, num. 338.
2 *Moral.,* XXXI, c. 45, n. 88 (PL 76, 621).
3 Lib. I, c. 13, n. 27 (PL 32, 1235).
4 Lib. III, c. 24, n. 72 (PL 32, 1306).

rporem ad faciendum. Item, aliquando contingit egligentia, ut quando homo est in magna properitate et ex hoc fit negligens ad eligendum onum et vitandum malum, et sic comes est egligentia cupiditatis vel avaritiae: unde haec egligentia ex avaritia nascitur et ad ipsam reucitur; unde Ierem. 32,23: « *Ingressi sunt et ossederunt terram et non obedierunt* etc., dicit lossa[1]: « Nihil [a] medium est inter possessioes [b] et inobedientiam; ubertas enim securitatem, ecuritas negligentiam, negligentia contemptum arit »: et ita reducitur negligentia ad cupiditatem el avaritiam. Secundum autem quod generaliter accipitur et circuit diversa genera peccatorum, sic reducitur ad imprudentiam, quoniam imprudentia circuit et concomitatur [c] diversa peccata, sicut prudentia diversas virtutes, quia ipsa est auriga virtutum, ut dicit Bernardus[2]. Unde imprudentia circuit alia genera peccatorum: nam imprudens dicitur qui non observat [d] circumstantiam in suis operibus. Sic [e] ergo negligentia est comes imprudentiae et circuit alia, et sic negligentia nascitur ex diversis peccatis. Nihil autem [f] prohibet secundum diversa motiva unum peccatum ex pluribus nasci. — Et per hoc patet responsio ad rationes.

CAPUT V. 341

DE RADICE ET CAUSA NEGLIGENTIAE.

Quinta quaestio est I. de radice et causa negligentiae, *a.* quam assignat Gregorius[3], rem. 48,10 super illud: *Maledictus qui facit* [g] *pus Dei negligenter,* et super illud Iob 9,28: *erebar omnia opera mea* etc., et ponit desidiam ro negligentia, dicens: « Desidia, id est negligentia, per torporem nascitur, fraus per privatam lectionem; illam minor amor Dei exaggerat, anc proprius amor sui excitat ». Vult ergo dire quod « minor amor Dei » facit negligentiam el [h] desidiam, « proprius » autem sive nimius amor sui excitat » fraudulentiam.

Ostenditur autem [i] **quod proprius amor sui trumque** [k] **facit,** 1. quoniam [l] dicit Augustinus, in libro *De libero arbitrio*[4], quod anima ut convertitur ad summum bonum aut [m] avertitr a summo bono. Si convertitur ad summum onum, bene ordinata est; si autem avertitur a ummo bono et convertitur ad bonum commutaile, tunc peccat. Et tunc distinguendum [n], quia aut onvertitur ad proprium bonum, diligendo suam xcellentiam, aut ad bonum exterius, sicut ad temorales divitias, aut ad bonum inferius, quod st bonum carnis. Et secundum hoc sumuntur lae tres radices peccatorum quas ponit B. Ioanes in I Canonica, 2,16, dicens [o]: *Omne, quod st in mundo, aut est concupiscentia carnis aut oncupiscentia oculorum aut superbia vitae.* Unde ose dicit, in libro *De libero arbitrio*[5]: « Voluntas, adhaerens communi atque incommutabili [p] bono, impetrat prima et magna hominis bona, cum ipsa sit medium quoddam bonum. Voluntas autem aversa ab incommutabili et communi bono et conversa ad proprium bonum aut ad [q] exterius aut ad [r] inferius, peccat. Ad proprium convertitur, cum [s] suae potestatis vult esse; ad exterius, cum aliorum propria vel quaecumque ad se non pertinent, cognoscere [t] studet; ad inferius, cum voluptatem corporis diligit atque ita homo, superbus et curiosus et lascivus effectus, excipitur ab alia vita, quae in comparatione vitae superioris mors [u] est ». Haec tamen omnia reducit ipse Augustinus ad amorem sui indebitum, qui est radix omnium peccatorum, et vocat ipsum libidinem, id est improbum amorem sui. Unde Augustinus, in libro *De civitate Dei*[6], dicit quod amor Dei facit civitatem Ierusalem, amor vero sui facit civitatem [v] Babylonis. Proprius ergo amor sui est causa et radix omnium peccatorum; ergo ad ipsum tamquam ad radicem reducitur negligentia et fraus; ergo non distinguuntur per illam distinctionem, quoniam utrumque facit proprius amor sui.

2. Item, quoniam minor [x] amor Dei supponit et ponit amorem Dei, et maxime cum caritas non remittatur [y], constat quod sequitur 'si est minor amor Dei, quod sit amor Dei et ita caritas'; sed [z] caritas non compatitur secum mortale peccatum:

---

[a] V *vel,* quod F corr. [b] Z *passiones.* [c] VRLZ *comitatur.* [d] T *obscurat,* quod R corr. [e] V *si.* [f] V *et nihil* pro *n. a.* R *agit.* [g] BT *sive.* [h] B om. [i] Z *utrum,* quod F corr. [l] Ita BT, alii add. *sicut.* [m] V om. *c. a. s. b. a.* [n] V add. *est.* [o] V om. T *commutabili.* [q] L om., in F est add. interl, [r] V om. [s] Z *dum.* [t] VBTR *cogitare;* VR *voluntatem* pro *voluptatem.* [u] V *mortalis.* VB om. *Ierusalem... civitatem.* [x] V *interior,* quod FR corr. [y] V *remittitur* pro *n. r.* [z] R *hec.*

1 *Ordin.*, in h. l., ap. Lyran.
2 *In Cant.*, sermo 49, n. 5 (PL 183, 1018).
3 *Moral.*, IX, c. 34, n. 53 (PL 75, 888).
4 Lib. II, c. 19, n. 53 (PL 32, 1269).
5 Augustin., loc. cit.
6 Lib. XIV, c. 28 (PL 41, 436).

unde non potest fieri informis nec remitti; ergo, si minor amor Dei est causa negligentiae, constat quod non est negligentia mortale peccatum; sed hoc est falsum: ipsa enim negligentia est digna maledictione, Ierem. 48, 10; et omne tale est peccatum mortale; ergo Gregorius male ponit [a] minorem amorem Dei esse causam negligentiae.

[Solutio]: Dicendum quod utrumque est in utroque; unde et in negligentia et [b] in fraudulentia sunt haec duo, scilicet « minor amor Dei » et nimius [c] vel « proprius amor sui », quoniam ibi est aversio a Deo et conversio ad bonum commutabile. Tamen per appropriationem respondet negligentiae pro causa minor amor Dei, fraudulentiae autem nimius vel proprius amor sui. Et hoc est quoniam, quando [d] deficit in homine fervor caritatis, tunc negligit facere bona; unde ex defectu caritatis in Deum ferventis consequitur homo negligentiam, quia, si esset homo fervens in Deum, non esset negligens circa opera Dei, sicut circa psallere Deo et orare et huiusmodi. Similiter per appropriationem dicitur quod [e] fraudulentiam facit proprius amor sui. Et vocat [f] [1] hic amorem sui nimium vel proprium, amorem temporalium nimium: talis enim facit fraudem, quando scilicet homo intendit illud bonum et praeponit ipsum summo bono, quod debet intendere et habere pro fine; unde tunc est fraudulentia. Et hoc est quod dicit Gregorius, in praedicta Glossa[2], dicens: « Fraudem quippe in Dei opere perpetrat, qui, se inordinate diligens, per hoc quod recte agit, ad remunerationis transitoriae bona festinat ». Et haec fraudulentia est in ore, corde et opere, quando scilicet quis dicit vel cogitat vel operatur in quo praeponit bonum temporale et minus intendit summum bonum. Sed desidiam, id est negligentiam, facit minor amor Dei; unde dicit ibi[3]: « Saepe desidia, id est negligentia, interveniente, opera bona deficiunt, et frigescente amore, tabefiunt [g] ». Unde patet quod reducendo ad causas sive radices proprias, ipsius negligentiae causa est minor amor Dei, hoc est minor fervor caritatis quando frigescit homo, secundum quod habetur Matth. 24, 12: *Refrigescet* [h] *caritas multorum;* radix autem fraudulentiae proprius amor sui sive nimius.

[Ad obiecta]: 1. Ad primam ergo rationem in contrarium dicimus quod quaedam assignatur radix communis peccatorum, quaedam autem sunt radices propriae et propinquae. Amor ergo sui inordinatus, quem vocat Augustinus libidinem est causa et radix communis omnium peccatorum et ad ipsum [i] omnia peccata reducuntur sicut vult Augustinus. Sunt tamen aliae radices peccatorum propriae et [k] propinquae, sicut timor male humilians et amor male incendens ut habetur [l] [4] super illud Psalmi [5]: *Incensa igni et suffossa* [m]. Unde per appropriationem est quoddam peccatum ex timore male humiliante, quoddam ex amore male incendente. Tamen generaliter omne peccatum est ex amore sui illicito unde timor ad amorem reducitur, quia non timet aliquis inordinate sive male nisi quia amat se inordinate. Dicimus ergo quod, reducendo ad generalem radicem, concedimus bene quod nimius amor sui est causa negligentiae; tamen per appropriationem et accipiendo quasi propinquam et propriam radicem dicemus quod minor [n] amor Dei est causa eius, sicut dictum est [6], amor tamen sui illicitus est prima eius causa et radix.

2. Ad secundum dicimus quod triplex est dilectio Dei a creatura. Una est naturalis, qua diligit homo Deum naturaliter; alia est voluntaria sive procedens ex voluntate deliberata, sicut quando homo deliberat in se quod Deus hominem fecit illi et hoc et [o] quod talis est, ex hac deliberatione surgit in ipso dilectio Dei; tertia est dilectio procedens ex voluntate gratuita, et ista dilectio est caritatis [p]. Cum ergo dicitur quod minor amor Dei facit negligentiam, amor non stat ibi pro caritate. Unde hoc quod est 'minor' non minuit ibi amorem prout est caritas, quia non est caritas cum negligentia mortali, sed stat ibi amor communiter ad amorem naturalem et deliberativum [q]; et illud quod diminuitur ibi, non est caritas, sed dilectio voluntatis deliberatae principaliter, quae potuit formari per caritatem et fuit formabilis ab ipsa, quae tamen minoratur per peccatum; caritas autem non minueretur, immo aut tota ibi erit aut tota recedet. Non est autem aliquo modo cum peccato mortali, quod tamen potest esse dilectio deliberata sive voluntatis deliberatae.

II. Sed quaeritur iuxta hoc: Ierem. 48, 10 habetur quod *maledictus homo, qui facit opus Dei fraudulenter,* et dicit alia littera [7] *negligenter.* Unde dicit Glossa [8]: « Fraudulenter [r], id est desidiose », et sumit ibi desidiam pro negligentia. Quaeritur ergo quare potius attribuitur [s] maledictio negligentiae

[a] L *exponit,* FL (corr.) *componit,* quod R corr. [b] V om. [c] F add. *amor.* [d] V *cum.* [e] V add. *per.* [f] Z *vocatur.* [g] Ita V alii *calefiunt.* [h] F *infrigescet,* L *refrigescit.* [i] V *ipsam.* [k] R om. [l] R om. [m] R add. *etc.* [n] B om. [o] V *est,* L om., in F e add. interl. [p] BT *caritas.* [q] VR *deliberationem;* T om. *et.* [r] Z add. mg. *enim.* [s] BT *attribuatur.*

1 Scilicet Gregorius M.
2 Cf. supra p. 347, nota 3.
3 Loc. cit. (PL 75, 889).
4 Lombard., in h. l. (PL 191, 766).
5 Psalm. 79, 17.
6 Cf. hic, in *Solutione.*
7 Iuxta Septuaginta.
8 *Interlin.,* in h. l., ap. Lyran.

uam alii peccato ibi, quoniam alia peccata ita gna sunt maledictione sicut negligentia.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod ratio huius atet ex materia de qua loquitur ibi Propheta; nde ex congruentia materiae, quia ei convenit hoc quod est ibi posita [a] maledictio negligenae. Voluntas enim Domini fuit ut Nabuchodoosor affligeret populum [b] Israel ad eius correctioem; unde opus illud fuit Dei committentis, fuit [c] utem ipsius Nabuchodonosor solum tamquam ersequentis. Illud autem, quod Dominus fecit er illum, non Deo auctori, sed sibi adscripsit, et hoc excessit. Unde Isai. 10, habetur de Sencherib, qualiter dicit Dominus quod sibi attriuit quod fecit et qualiter per superbiam suam xcedit in opere sibi commisso a Domino. Unde cit ibi de ipso [1]: *Ad gentem fallacem mittam um, plenum furoris mei; mandabo illi ut aufeut spolia et dividat praedam;* et post sequitur [2]: *se autem non sic arbitrabitur,* quasi dicat: totum bi adscribet et non mihi, *et cor eius non ita aeimabit, sed ad conterendum* [d] *erit cor eius.* Iste utem non Deo, sed sibi adscripsit factum suum, et ideo negligenter fecit; et propter tales [e] attribuitur maledictio negligentiae, quia tales non faciunt opus Dei ut debent: unde negligunt [f] circa opus Dei [g], et ratione talium datur Ierem. 48, 10 maledictio negligentiae, quia de talibus loquitur; ipsi autem maledicti sunt, et ideo maledicta ibi negligentia. Unde [h] Zach. 1, 14-15: *Dicit Dominus: Zelatus sum Ierusalem et Sion zelo magno; et ira* [i] *magna ego irascar super gentes opulentas, quia ego iratus sum parum, ipsi vero adiuverunt in malum.* Ex hoc sunt maledicti; ideo Propheta, loquens de iis, maledicit negligentiae, non quia alia peccata non sunt digna maledictione, sed quia hoc competit suae materiae. Alia enim peccata sunt etiam digna maledictione, sicut patet in libro Sap. 12, 11 de peccatoribus quod naturalis erat malitia eorum: *Semen enim erat maledictum ab initio,* haec est [k] maledictio pro peccato originali; similiter Deuter. 27, habetur maledictio peccatorum actualium, sicut patet de maledictionibus ibi positis. Et sic patet quod et [l] isti peccato et aliis dentur maledictiones, sed isti [m] specialiter in illo loco Ieremiae.

CAPUT VI. 342

CIRCA QUOS ACTUS SIVE OPERA DICATUR ESSE NEGLIGENTIA.

exta quaestio est [n] I. circa quos actus sive opera dicatur esse negligentia.

Ad quod sic obicitur: 1. Nam quoddam opus st meritorium [o], quoddam demeritorium et quodam indifferens. Si est opus indifferens [p], circa illud on facit negligentia peccatum [q]; sed negligentia st peccatum; ergo non est circa opus indifferens.

2. Item, non est circa opus demeritorium, quia egligentia est circa opus Dei, sicut patet Ierem. 8, 10: *Maledictus* [r] *qui facit opus Dei negligenter;* ed opus demeritorium non est opus Dei; ergo on est circa illud.

3. Item, non est circa opus meritorium, quoniam pus meritorium [s] tollit omnem negligentiam; rgo non est circa aliquod genus operum.

4. Praeterea, ponatur quod aliquis male dicat oras suas [t], numquid circa istum actum erit neglientia? Videtur quod non, quoniam negligentia adit sub maledictione; sed iste non propter hoc st maledictus, licet non dicat Horas ad tempus el huiusmodi; aliquando ergo circa istum actum non cadit negligentia; ergo non cadit circa omnia opera Dei. — Similiter ponatur quod aliquis dicat aliquod verbum [u] improvide, numquid propter hoc dicetur negligens, cum non sit maledictus? Et ita non est circa omnia opera [v].

II. Quaeritur ergo iuxta hoc utrum circa omnia opera Dei possit esse negligentia quae est peccatum mortale, quae scilicet est digna maledictione.

Et obicitur sic: 1. Iste semel dicit male et negligenter. Horas suas [x]; haec negligentia est venialis [y]; ergo, si decies male dicat Horas suas, non dicetur peccare mortaliter, cum negligentia illa sit venialis; ergo non est circa illud opus Dei. Similiter est de aliis, ita quod non erit circa illa negligentia mortalis.

Quaeritur ergo: quando est negligentia mortalis et quando venialis circa opera Dei?

[Solutio]: I. Dicendum [z] quod non debet illa divisio hic sumi, ut dicatur 'negligentia aut est circa opus meritorium vel demeritorium vel

---

[a] L add. interl. *et.* [b] Ita BT, alii *ipsum.* [c] V *sicut.* [d] L *tenendum;* V *ille* pro *iste.* [e] B om. [f] V *negligenter,* F *negligentia, negligit.* [g] T om, *ut... Dei.* [h] V *ubi.* [i] VZ *ita,* quod FL corr.; L om. *et.* [k] L *enim.* [l] BT om.; V *etiam;* T om. *peccato.* [m] V *illi,* Z om.; V *dantur,* R (corr.) *debentur* pro *dentur.* [n] T *Sexto queritur* pro *s. q. e.* [o] V add. *et.* [p] V om. *s. e. o. i.* [q] V add. *negligentia peccatum,* quod L exp. [r] T add. *homo.* [s] V om. *q. o. m.,* in L est add. mg. [t] Ita BT, alii om. [u] R add. interl. *num,* quod FL exp. [v] B add. *Dei.* [x] V om. [y] Z exp. *h. n. e. v.* [z] Ita VR, alii add. *est.*

[1] Isai. 10, 6. | [2] Cap. 10, 7.

indifferens', quia nullum istorum illi substernitur; sed debet dici quod est quoddam bonum in genere, sicut psallere, orare, eleemosynam dare et huiusmodi, quoddam autem est bonum ex circumstantia. Quando ergo dicitur: *Maledictus, qui facit opus Dei negligenter,* hoc *opus Dei* non supponit pro opere [a] meritorio, quia illud tollit omnem negligentiam, sed supponit pro bono in genere cum suis circumstantiis, aliqua tamen vel aliquibus deficientibus, ex quo [b] defectu dicitur negligentia. Sicut patet, psallere Deo sive orare suas habet circumstantias, quia debet fieri sapienter [1] et devote et intendendo ipsum summum bonum; si ergo non psallit homo sapienter, id est quod non intendat ad [c] illud quod dicit, deficit una circumstantia debita [d] et dicitur fieri negligentia circa illum actum. Similiter etiam si non faciat illud devote et ad quod debet, et iste defectus facit ut ipsum psallere non sit meritorium, non tamen ipsi negligentiae propter hoc substernitur opus demeritorium, immo opus bonum in genere, quod, ex hoc quod fit negligenter, fit [e] demeritorium.

II. Ad illud ergo quod quaeritur 'quando et circa quae fit negligentia mortalis et venialis': dicendum quod quaedam sunt opera privilegiata, sicut est opus Eucharistiae sive celebrationis Missae et opus praedicationis et huiusmodi. Haec enim opera [f] debent fieri cum magna diligentia et cum magna circumspectione circumstantiarum: unde in iis operibus debet homo diligenter suas circumstantias circumspicere [g], ut faciat quod debet et sicut debet; et circa talia opera dicimus esse negligentiam quae est mortale peccatum, quando deficit aliqua circumstantia debita.

[Ad obiecta]: 1. Ad illud [h] quod obicitur d hoc opere quod est psallere vel dicere Horas negli genter: dicendum quod, quando consuetudo ne gligentiae circa illud opus ducit hominem i contemptum, tunc negligentia ista est peccatur mortale, sicut potest accidere quod ex consue tudine, quam habet homo [i] negligenter psallend contemnit [k] et non curat dicere bene Horas suas Nam ratio habet duas portiones, scilicet supe riorem et inferiorem; quando ergo pars superio rationis non acquiescit inferiori parti in non ben psallendo sive negligenter, non dicitur esse con temptus, et tunc potest esse [l] quod negligenti illa non sit mortale; sed quando ipsi acquiesci et non cohibet ipsam partem inferiorem, quand debet cohibere ad hoc quod bene dicat, tunc es contemptus et est peccatum mortale illa negli gentia. Et dicimus quod non valet ratio in con trarium, quia sicut gutta aquae non cavat lapi dem, sed quando multotiens et frequenter cadi super ipsum [m] [2], haec et illa per frequentiam ipsum cavat; et etiam gutta aquae non submergit na vim, tot tamen possent [n] incurrere quod submer gerent: ita est hic [o] quod, licet negligentia in di cendo semel vel bis Horas suas non sit mortale si non fiat hoc [p] ex contemptu, potest tamen ac cidere quod ex frequentia et consuetudine duca tur [q] homo ad hoc ut contemnat bene dicere e non curet, et cadat [r] in peccatum mortale, no quia veniale fiat mortale, sed ex consuetudin venialium decidat [s] in mortale per contemptum Unde Eccli. 19,1: *Qui spernit modica, paulatim decidet.* Et sic patet quando est peccatum mortal et quando non. — Et [t] per hoc patet responsi ad obiectiones.

343 CAPUT VII.

UTRUM NEGLIGENTIA AEQUALITER SIT CIRCA OMNES CIRCUMSTANTIAS ACTUUM.

Septima quaestio est [u] utrum negligentia aequaliter sit circa omnes circumstantias actuum, quia contingit omnes deficere. Suntne ergo pares negligentiae circa illas [v] an maior sit negligentia circa unam quam [x] circa aliam?

Ad quod sic: 1. Finis denominat opus bonum: unde, etsi sint aliae circumstantiae et finis deficiat, non poterit opus esse bonum, quoniam finis imponit [y] necessitatem operi; ergo bonum principaliter determinatur secundum finem.

2. Et hoc etiam patet de ratione boni, quoniam bonum dicitur in comparatione ad finem; erg inter omnes defectus circumstantiarum defectu finis maior est et principalior; ergo negligenti circa finem maior est et [z] principalis.

Ad oppositum, ostenditur quod negligenti circa tempus operis sit maxima, *a.* quoniam ho

---

[a] V *vel opera Dei* pro *p. o.* [b] Ita F (corr.), alii *aliquo*; V *potest* pro *dicitur.* [c] L *intelligat* pro *i. a.*; V om. *non.* [d] B om. [e] V es
[f] T om. [g] B *conspicere.* [h] Ita V, alii om. *a. i.* [i] B om. [k] V *contemptat.* [l] Z *dici.* [m] R add. *et.* [n] R *possint*, F possu
[o] V *ita.* [p] F om. [q] Ita B, T *dicetur*, R *ducitur*, VFLZ *ducetur.* [r] Ita B, T *cadit*, alii *cadet.* [s] Ita B, alii *decidet.* [t] RL o
[u] T *septimo queritur* pro *s. q. e.* [v] F *eas*; V om. *c. l.* [x] BT *an.* [y] Z *non ponit.* [z] B om. *principalior... et.*

1 Cf. Psalm. 46, 8; cf. Lombard., in h. l. (PL 191, 456).
2 Alludit ad illud: *Gutta cavat lapidem* (Ovid., *Ex Ponto*, IV, 10, 5), quod deinde productum fuit in: *Gutta cav lapidem, non vi, sed saepe cadendo.*

lt etiam ostendere Seneca[1] quod negligentia nporis principalis sit, quia irrecuperabilis est; de dicit: « Turpissima[a] negligentia est quae r iacturam temporis fit »; illa enim irrecupera- is est. Negligentia ergo[b] temporis in actione aior est inter alias, et ita non est aequalis negli- ntia circa omnes circumstantias.

[Solutio]: Dicendum quod verum est quod a fine nominatur actio bona et a defectu finis debiti ala principaliter. Potest tamen esse in iis plus, secundum diversas conditiones et diversas con- derationes dicatur[c] negligentia temporis maior et militer negligentia finis. Nam potest dici negli- ntia maior aut quia est magis damnosa aut quia t circa circumstantiam meliorem et per quam de- rminatur[d] bonitas in actione. Si ergo dicatur gligentia maior quia est magis damnosa, hoc odo potest dici negligentia temporis maior, quia illa[e] valde damnosa est, eo quod[f] irrecuperabilis est; et propter hoc dicit Seneca quod est indecentissima et valde damnosa. Similiter etiam potest esse aliquando secundum hunc modum negligentia loci maior, quia maius infert damnum, sicut si aliquis iaciat negligenter lapidem in loco communi aliquo et occidat hominem, iste negligenter iecit lapidem: haec negligentia infert magnum damnum. Sed secundo modo dicitur esse maior et principalis circumstantia circa finem. Unde[g] comparando bonitatem circumstantiae ad bonitatem circumstantiae, haec[h] est maior quae est negligentia finis, cum ab ipsa principaliter determinetur bonitas actionis; et hoc ostendit Philosophus[2]. Et si ex parte bonitatis circumstantiae haec semper est principalis et maior, tamen ex parte damni, quia scilicet magis est[i] damnosus defectus alicuius circumstantiae, potest esse alia maior.

CAPUT VIII. 344

UTRUM PECCATOR SEMPER PECCET PECCATO NEGLIGENTIAE DUM EST IN PECCATO SUO[3].

ctava quaestio est[k] I. utrum peccator semper peccet peccato negligentiae, dum est in pec- to suo.

Et videtur quod sic, 1. quoniam homo semper netur conteri vel atteri de peccato suo post- uam peccavit, et indifferenter tenetur ad hoc quolibet instanti, tam in hoc quam in illo, uia Deus offert gratiam suam ad hoc et ad roficiendum ulterius indifferenter in quolibet in- anti; dolere[l] ergo de peccato non plus deter- inat hoc tempus quam illud. Si ergo homo, ostquam peccavit, non dolet de peccato suo mper et in quolibet instanti, ergo non facit cut tenetur facere; ergo est negligens circa illud; d talis est homo qui durat in peccato suo, quia on conteritur, quando debet conteri; ergo omnis ui stat in peccato suo, peccat cum hoc peccato egligentiae, quamdiu durat in suo peccato.

2. Item, dicit[m] Ioannes Chrysostomus[4]: Ponatur[n] quod servus[o] offendat dominum suum; habet amicos, implorat eos et rogat de reconci- atione cum domino suo et dat ianitoribus de suo deprecatur ut intret, et ita omnem diligentiam adhibet ut cum ipso reconcilietur, nec expectat de die in diem, de hora in horam, de instanti in instans, ut reconcilietur[p]. Quanto ergo magis ille qui offendit Deum[q] caeli debet hoc facere! ». Unde ipse dicit de negligentia confessionis: « Qui neque quod peccasti scire vis, pro quibus delictis Deum rogabis? Pro iis quae nescis? Hominem exacuens[r], amicos et vicinos et ianitores deprecaris, ut sic reconciliari possis; Deum autem caeli offendisti, et deses, id est, negligens efficeris? » Et dicit[5]: « Si desides fuerimus, neque per alios[s] salvari poterimus; si autem vigilaverimus, per nos ipsos hoc poterimus. Hoc dico, non ut non[t] deprecemur sanctos, sed ut non desides simus, neque dormientes aliis dimittamus quae[u] secundum nos sunt ». Ex hac auctoritate patet quod homo in quolibet instanti tenetur dolere et confiteri de peccato suo; et ita, quamdiu stat in peccato suo, negligit.

II. Iuxta hoc autem quaeritur: Ponatur quod aliquis sit in peccato negligentiae mortali, sicut aliquis negligit in celebrando Missam, postea ipse negligit dolere et confiteri de illa[v] negligentia.

---

[a] BT *dicitur pessima* pro *d. t.*; R *irreparabilis* pro *irrecuperabilis*, item infra. [b] BT *vero*. [c] R add. *esse*. [d] V *terminatur*. [e] BT *ipsa*, quod Z corr. [f] V *quia*, T *et quia* pro *e. q.* [g] Ita BTF (corr.), alii *vel*. [h] F (corr.) *finis*. [i] R (corr.) *potest esse*, LZ *et*, od F exp. [k] T *octavo quaeritur* pro *o. q. e.* [l] V om. *quia Deus... dolere*. [m] VRLZ om., in F est add. mg. [n] T *ponitur*, quod corr. [o] BTZ om., VL *aliquis*; F add. mg. *qui*; R *offenderit*, LFZ *offendit* pro *offendat*. [p] R om. *nec... reconcilietur*. [q] BT *Dominum*. [r] *metuens*. [s] Ita R (corr.) L, V *quos*, BTFZ *aliquos*. [t] BT om., in R est add. interl. [u] V *quod*. [v] Z *ipsa*.

[1] *Epist.*, I, 1, *Ad Lucilium*.
[2] Cf. *Ethica ad Nicom.*, III, c. 7 (II, 32).
[3] Cf. Guil. Altissiod., *Summa*, II, tr. 29, c. 2, q. 2 et IV, . 6, c, 2, q. 4 (fol. 105a sq. et 27b sqq.); Ioan. de Rupella, *Summa de vitiis* (fol. 11d sq.); S. Bonav., IV *Sent.*, d. 16, p. 1, a. 3, q. 2 (IV, 392sq.).
[4] Cf. *In Matth.*, hom. 14, n. 4 (PG 57, 221), ubi et sequens.
[5] Loc. cit., hom. 5, nn. 4 et 5 (PG 57, 60).

Quae ergo istarum negligentiarum est maior, vel prima vel secunda?

Et ostenditur quod prima sit maior, *a.* quia potuit iste resistere magis primae negligentiae quam secundae eo quod tunc habebat adiutorium gratiae, quando decidit in illam et cecidit homo ab alto; modo autem est fragilior, quia postquam cecidit homo in peccato, fragilior efficitur ad resistendum alii peccato; nec etiam modo habet auxilium gratiae gratum facientis, sicut prius; ergo minus potest modo [a] resistere, et ita minor est ista secunda negligentia quam prima.

Ad oppositum. 1. Dicit Ioannes Chrysostomus[1]: « Neque quoniam non doles, cum peccas, neglige vel [b] contemne, sed propter hoc [c] ipsum maxime ingemisce [d] quoniam non sentis dolorem; non enim quia non mordet peccatum, contingit hoc, sed [e] quia iam delinquens insensibilis es [f] ». Et post dicit[2]: « Non dolere [g] eos, qui peccant, magis quam peccare Deum facit irritare [h] et irasci ». Ergo magis offenditur Deus de non dolendo [i] pro peccato quam de perpetrando peccatum; ergo maior est negligentia et gravior quae est in [k] non dolendo de peccato, quam illa quae est in perpetrando [l] peccatum, et ita maior est negligentia secunda quam prima.

III. Sed ulterius quaeritur iuxta hoc [m] utrum peccator peccet simul pluribus negligentiis.

Et ostenditur quod sic. Nam tres sunt vires in anima, quarum quaelibet habet suum actum contra [n] peccatum ad quem tenetur. Ipsa enim irascibilis tenetur insurgere contra peccatum; unde Psalmus[3]: *Irascimini et nolite peccare;* et ideo dicit Apostolus [o], Ephes. 4,26: *Sol non occidat* [p] *super iracundiam vestram.* Ipsa vero concupiscibilis tenetur dolere et conteri de peccato; ipsa vero rationalis tenetur eligere illud quod bonum est et fugere [q] quod malum est, et illud bonum, quod [r] tenetur eligere post peccatum, est bonum poenitentiae; similiter ipsa tenetur cogitare quam malum sit peccatum et fugere illud, Ierem. 2,23: *Vide vias tuas in convalle,* ita dicitur animae peccatrici, quasi dicat[4]: cogita peccatum tuum. Unaquaeque ergo vis tenetur ad actum proprium contra peccatum, et quaelibet tunc est negligens [s] circa suum actum, cum peccat; et differt unus actus ab alio; ergo plures sunt ibi negligentiae; ergo peccator, existens in suo peccato, peccat s mul pluribus negligentiis.

Respondeo [a]: I. 1. Ad primum dicendum quo ipsa diuturnitas actionis de peccato et pecca manifestandi actu bene aggravat peccatum, se non dico quod propter hoc aggeneretur [b] novu peccatum negligentiae. Unde bene concedo quo homo tenetur in quolibet instanti conteri vel a teri de peccato suo, etsi non actu, saltem habitu Licet ergo non semper conteratur actu, non tame novum peccatum ex hoc generatur, sed ex ha diuturnitate aggravatur suum peccatum, quia no tenetur conteri semper [c] actu sive pro quolib instanti, et ideo non sequitur quod semper ne gligat. Sed si ita sit quod peccator cogitet d peccato suo quod sit tantum [d] malum et ta grave et convertatur super ipsum et excitetur gratia Dei ad conterendum, quia hoc modo [e] ipsu excitat quando facit peccatorem cogitare de su peccato, dico quod tunc tenetur actu dolere pr illo instanti, et, si non conteratur tunc, pecc per negligentiam et innovatur aliquod peccatum i ipso, quod est negligentia. Dico tamen quod s semper doleret homo actu de peccato suo, istu esset perfectionis. Et quando loquitur Chrys stomus de hoc, non dicit hoc quia [g] homo te neatur ad hoc pro quolibet instanti ut [h] actu co teratur, sed quia hoc esset perfectionis; unc quantum ad statum perfectionis [i] loquitur ips non aliter. Et propter hoc non peccat homo mo taliter per negligentiam, si non actu semp conteratur, nisi cogitet de peccato suo et sit excitatus a gratia Dei ut poeniteat de peccat suo, quia, si Deus ipsum [l] excitat et tunc no conteritur, bene [m] sequitur quod peccat negl gentia mortali, vel si ita esset [n] quod nunqua contereretur [o]. Sed si non conteritur semper act non tamen [p] peccat mortaliter ex hoc, sed ex ho suum peccatum aggravatur. — Et si obicitu quod tenetur conteri in quolibet instanti: dice dum quod verum est, sed non tenetur conte pro quolibet actu [q], quia hoc est ei impossibile quod tamen in quolibet non conteratur, hoc e ei pro peccati aggravatione.

2. Ad id ergo quod secundo obicitur d auctoritate Chrysostomi, dicendum quod no dicit hoc quia hoc [r] sit necessitas, ad quam te neatur homo, sed quia hoc esset perfectionis, u

---

[a] VR om. [b] VFRL *nihil.* [c] V *per hoc propter* pro *p. h.* [d] V *ingeris te.* [e] VL *scilicet.* [f] Ita V (corr.), alii *est.* [g] V *dele*
[h] Z *irritari.* [i] V *volendo* pro *n. d.* [k] R om. [l] RLZ *impetrando* pro *i. p.*, quod F corr. [m] V *hic* pro *i. h.*; B *gravior* pro *peccato*
[n] TR *circa.* [o] V add. *ad.* [p] Z *accidam,* quod F corr. [q] V *facere.* [r] L *non.* [s] R om.; V om. *tunc.*
[a] Ita V, alii om. [b] VLZ *aggravetur,* quod R corr. [c] V *super.* [d] Z *tam.* [e] T add. *hoc.* [f] Ita BT, alii *etsi*; R om. *sempe*
[g] VFRL *quod.* [h] V *in.* [i] T om. *unde... perfectionis.* [k] Ita RL, alii *sic.* [l] V *cum*; B om. *si.* [m] T *et unde.* [n] V *sit*; F om. *v*
[o] FRLZ *conteritur.* [p] V add. *actu.* [q] Z add. interl. *id est actualiter*; V om. *ei.* [r] VRL *hec.*

[1] *In Matth.*, hom. 14, n. 3 (PG 57, 221).
[2] Loc. cit., n. 4 (PG 57, 221).
[3] Psalm. 4, 5.
[4] Cf. *Glossa ordin.*, in h. l., ap. Lyran.

emper homo post peccatum deprecaretur Deum faceret quod in se esset ad hoc quod recon-liaretur ipsi.

II. Ad secundo quaesitum dicendum quod non dolere' dicitur multipliciter. Uno modo dicitur on dolere, id est insensibilem [a] esse sive obsti-atum esse in peccato, et de tali loquitur Chry-ostomus, sicut patet per verba sua, quia di-t: « Propter hoc ipsum maxime ingemisce, quia on sentis dolorem »; si ergo negligentia secunda t in non dolendo hoc modo, bene concedo quod ravior est ac peior quam prima. Alio modo di-tur 'non dolere' magis communiter, ut dicatur on dolere quando aliquis actu non dolet nec conteritur [b] super peccatum, sed [c] negligit, et haec negligentia secunda non est maior quam prima.

III. Ad tertio quaesitum dicendum quod, licet tres sint potentiae animae, sunt tamen ad invicem ordinatae, ita quod una cooperatur alteri in sua operatione et invicem ordinatae sunt earum [d] operationes: unde eiusdem personae sunt actus; et etiam sunt [e] circa eamdem rem: unde ad unum ordinantur. Unde [f] dicitur unum meritum vel demeritum, quia una alteri cooperatur et actus earum [g] ordinati sunt et ad unum operantur. Et ideo non debet [h] dici triplex peccatum secundum tres actus earum [i], sed unum, et similiter negligentia debet dici una.

CAPUT IX. 345

DE OPPOSITO NEGLIGENTIAE.

Nona quaestio est de opposito negligentiae, quia dicitur Eccle. 7,19: *Qui timet Deum, nihil negligit.* Quare ergo potius dicit de timore uod opponitur negligentiae et quod removet sam quam de alio?

Videtur enim 1. quod potius debet attribui ipsi rudentiae remotio negligentiae quam timori [k], t magis dicatur 'qui prudens est, nihil negligit', uia prudentia dat memoriam praeteritorum, pro-identiam futurorum, intelligentiam praesentium. nde dicitur [l] a B. Bernardo [1] quod « pru-entia non tam est virtus quam auriga virtutum »; nde ipsa dirigit et debet circumspicere circum-tantias omnes, quia aurigae est circumspicere. sius ergo prudentiae est praevidere defectus; ed talis nihil negligit; ergo magis proprie debet ici prudentia removere negligentiam quam timor.

2. Praeterea, videtur quod caritas magis pro-rie removeat ipsam negligentiam quam timor, uoniam *caritas operit multitudinem peccatorum,* icut habetur Prov. 10,12 et Iac. ultimo, 20; ergo perit negligentiam. Sed istud operire nihil aliud st quam removere; ergo proprie ipsa removet [m] egligentiam. — Secunda ratio ad hoc est, quo-iam caritas importat in se quamdam circumspec-onem spiritualem, quia ipsa caritas est lux piritualis, quae [n] dirigit oculum mentis spiritua-em; unde super illud [o] Matth. 6,22: *Si oculus tuus uerit simplex* etc., dicit Glossa [2]: « Oculus unus [p] t simplex est, scilicet caritas, quae [q] modo lucet in fide sicut lux in testa ». Et ibidem alia Glossa [3] super illud [4]: *Lucerna corporis tui est oculus tuus* [r], dicit: « Sicut oculus ad operandum membra dirigit, sic intentio et lux fidei omnes virtutes; lucerna est lumen in testa, sic caritas in fide; cum fides cessabit, sola caritas lux erit ». Ipsius ergo caritatis est dirigere mentem et circumspicere circumstantias actuum; ergo proprium est ipsius expellere negligentiam.

Quare ergo potius appropriatur istud timori quam caritati vel prudentiae?

[Solutio]: Dicendum quod ratio huius quare dicitur timor expellere negligentiam, habetur Iob 9,28, quia dicit: *Verebar omnia opera mea,* id est cum timore examinabam [s], *sciens quod non parceres delinquenti,* supple 'in die iudicii'. Iste enim timor iudicii, in quo fiet omnium examinatio usque ad minimum, est principale et primum faciens ut homo examinet facta sua et non sit negligens in circumspiciendo illa, et ideo dicebat illud Iob, et ideo dicitur quod timor expellit negligentiam.

[Ad obiecta]: 1-2. Et ad hoc [t] quod obicitur de aliis, dicimus [u] quod principium propinquum potest esse prudentia et similiter caritas expellendi negligentiam; sed primum principium et principale est timor iudicii sive timor Dei in iudicio, quoniam sic habetur Prov. 15,27: *Per timorem declinat omnis a malo,* et maxime ab hoc defectu qui [v] est in negligentia in circumspiciendo opera et [x] examinando. — Et per hoc patet responsio ad rationes [y] 5.

---

[a] F *sensibilem.* [b] Ita B, alii *convertitur.* [c] Z add. *si.* [d] VB *eorum,* quod FRL corr. [e] F om. [f] V *et non.* [g] L *eorum,* quod R corr. [h] V *oportet.* [i] B om., L *eorum;* V *simpliciter* pro *similiter.* [k] V *negligentia quam timor* pro *n. q. t.* [l] Ita V, alii id. *prudentia.* [m] R *remanet,* quod FL corr. [n] BT *quia.* [o] Ita V, alii om. *s. t.* [p] V *tuus;* L om. *est.* [q] L *quo.* [r] V *etc.* pro *o. t.* [s] V *communicabo.* [t] Ita V, alii om. *a. h.* [u] Ita V, alii add. *ad hoc;* B *dico.* [v] Ita F (corr.), alii *quod.* [x] R om. [y] F *omnes rationes;* nota mg. *Hic deest unum problema;* F nota alia manu: *Hic deficit unum problema quod non est factum adhuc.* Deest decimum quaesitum.

1 *In Cant.,* sermo 49, n. 5 (PL 183, 1018).
2 *Ordin.,* in h. l. (PL 114, 104).
3 Loc. cit.
4 Matth. 6, 22.
5 Quaestiones de negligentia et de omissione pene verbotenus occurrunt in cod. Assisiensi 138, fol. 84d-87c.

SECTIO II. — De commisso [1].

Dicto de omissione, consequenter dicendum est de transgressione sive commisso. Et potest quaeri:

Primo, utrum una sit transgressio voluntatis et operis an plures et ita plura peccata;

secundo, si propter diversarum legum transgressiones debeat dici unum peccatum vel plura;

tertio, quaeritur si commissum est transgressio legis tantum;

quarto, utrum sit divisibile in species formales aut non sit divisibile.

346 CAPUT I.

UTRUM UNA SIT TRANSGRESSIO VOLUNTATIS ET OPERIS AN PLURES.

Ad primum sic: 1. Voluntas et operatio sunt diversa in substantia, quorum unum est sine altero; et in utroque contingit esse transgressionem, cum [a] vult quod tenetur non velle et facit quod tenetur non [b] facere; ergo diversa erunt commissa; ergo diversa [c] peccata.

2. Item, alia prohibitio est in Decalogo [2]: *Non moechaberis;* et alia [3]: *Non concupisces uxorem proximi tui;* et similiter alia est prohibitio [4]: *Non furaberis;* et [5]: *Non concupisces rem proximi tui* [d]. Sed una est prohibitio actus et altera est prohibitio voluntatis; ergo diversa erunt commissa; ergo diversa [e] peccata: multiplicatur [f] enim res generis secundum multiplicationem rerum speciei.

3. Item, in Glossa [6], super illud Exodi 20, 14-15: « Qui opus adicit voluntati, iniquitatem adicit iniquitati [g] ». Ergo diversae sunt iniquitates; ergo diversa peccata.

Contra. *a.* Unica est conversio ad unum numero delectabile; unica autem existente conversione est unum peccatum; ergo sunt unum peccatum.

b. Item, una est macula quae relinquitur in anima; peccatum autem est [h] macula; ergo unum est peccatum.

c. Item, peccatum a voluntate dicitur peccatum, sed una est voluntas; ergo unum dicitur peccatum; nonnisi in specie transgressionis; ergo una est transgressio.

[Solutio]: Ad quod respondendum quod unitas peccati vel pluralitas potest attendi secundum diversa subiacentia vel secundum praevaricationes prohibitionum. Et secundum hoc, ubi [i] sunt diversarum praevaricationum [k] prohibitiones, dicentur diversa peccata, ubi vero est una prohibitio dicetur una praevaricatio et ita unum peccatum, sicut cum dicitur [7]: *Non falsum testimonium dices*, una est ibi prohibitio voluntatis et operis, et quoad hoc dicetur una praevaricatio. Si vero habeatur respectus ad subiacentia, dicentur esse plura peccata. Si vero ad motivum, quod inclinat voluntatem et penes quod est principalis deformitas, dicetur esse unum peccatum et unum commissum. — Ex iis patet responsio ab obiecta.

347 CAPUT II.

UTRUM PROPTER DIVERSARUM LEGUM TRANSGRESSIONES DEBEAT DICI UNUM PECCATUM VEL PLURA.

Secundo quaeritur si propter diversarum legum transgressiones debeat dici unum peccatum vel plura.

Et videtur quod plura. 1. Peccatum enim est praevaricatio legis divinae, sicut dicit Ambrosius [8]; multiplicata ergo praevaricatione

[a] L *tamen*, quod FZ corr. [b] B om. *velle... non.* [c] B add. *erunt.* [d] V om. *et similiter... tui.* [e] V om. *erunt... diversa.* [f] R *multiplicantur.* [g] B om. *i. a. i.* [h] V add. *una.* [i] FZ om., T *ibi;* VL om. *ubi sunt,* in R est add. interl.; F exp. *hoc sunt.* [k] T *prevaricar*

[1] Cf. Guil. Altissiod., *Summa,* II, tr. 29, p. 2, c. 1 (fol. 107b sqq.); Ioan. de Rupella, *Summa de vitiis* (fol. 12d).
[2] Exod. 20, 14.
[3] Exod. 20, 17.
[4] Exod. 20, 15.
[5] Exod. 20, 17.
[6] Cf. *Interlin., In Psalm. 68,* 28, ap. Lyran.
[7] Exod. 20, 16.
[8] *De paradiso,* c. 8, n. 39 (PL 14, 292).

ultiplicatur peccatum; sed contingit multiplicare raevaricationem secundum multiplicationem leis: est enim lex naturalis et lex Moysi et lex ratiae, et in uno et eodem potest fieri praevacatio uniuscuiusque: moechia enim in omnibus rohibetur; ergo tres erunt [a] praevaricationes et a tria peccata.

Contra. *a.* « Peccatum est actus incidens ex efectu boni [1] »; sed unus est actus incidens x defectu boni [b]; ergo unum est peccatum; onnisi in genere commissi; ergo unum est comissum.

[Solutio]: 1. Ad quod dicendum [2] quod non multiplicatur commissum secundum substantiam, cum multiplicatur lex secundum quam est prohibitio, sed ex hoc est augmentum peccati. Unde, licet multae sint praevaricationes, non tamen sunt multa peccata, nisi confundantur in diversis actibus specie vel numero; sed maius est peccatum, quia perpetrando illud facit contra duplicem legem vel triplicem. Et ideo dicitur in Ezech. 21,14: *Duplicetur ac triplicetur gladius interfectorum;* poena enim respondet secundum quantitatem praevaricationis maioris.

CAPUT III. 348

UTRUM COMMISSUM SIT TRANSGRESSIO LEGIS TANTUM.

ertio quaeritur si commissum [c] est transgressio legis prohibentis.

1. Lex autem dividitur contra consuetudinem et aturam: lex enim est ius scriptum asciscens hoestum et prohibens contrarium; non ergo vietur commissum fieri contra naturam vel conuetudinem.

Contrarium habetur *a.* ad Rom. 1,26-27 ubi icitur quod [d] *tradidit illos Deus in passiones gnominiae: nam feminae eorum mutaverunt naturalem usum in eum qui est contra* [e] *naturam, imiliter et masculi.*

b. Similiter sunt consuetudines honestae et approbatae in Ecclesia, contra quas si fiat, peccatur [f] a ministris Ecclesiae. Ergo non tantum fit ommissum contra legem, immo contra naturam t consuetudinem.

[Solutio]: 1. Ad quod respondendum quod illud uod fit contra naturam, fit contra legem natuae, prout habetur ad Rom. 2,14-15: *Cum gentes, uae legem non habent, naturaliter quae legis unt, faciunt, ipsi sibi sunt lex, qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis.* Quod ergo fit contra naturam, fit contra huiusmodi legem, quae, licet non sit extra scripta, est tamen scripta in corde. Committitur autem dupliciter contra legem exterius scriptam: quaedam enim prohibet lex quantum ad omne tempus et quaedam quantum ad tempus determinatum. Contra legem ergo peccatur, si fiat aliquid quod prohibetur secundum omne tempus; contra legem iterum committitur, si fiat aliquid pro tempore pro quo prohibetur.

b. Ad id vero quod obicitur de consuetudine, dicendum [g] quod consuetudo est altera lex. Sicut enim lex est mos scriptus et dicitur constitutio, sic consuetudo est mos non scriptus et tenet vim legis, cum est consuetudo honesta, approbata et antiqua; committitur ergo, si fiat contra huiusmodi consuetudinem [h]. Sed attendendum est quod quaedam consuetudo est circa honestum et quaedam circa utile. Si fiat contra consuetudinem circa honestum, peccatur; si vero fiat contra consuetudinem circa utile, est occasio peccati et impedimentum perfectionis.

CAPUT IV. 349

UTRUM COMMISSUM SIT DIVISIBILE IN SPECIES FORMALES QUEMADMODUM DELICTUM.

uarto quaeritur utrum sit divisibile in species formales aut non sit divisibile quemadmoum delictum.

Quod non, videtur. *a.* Delictum enim dividitur er defectum scientiae et per defectum actus et per efectum circumstantiae debitae; commissio autem non sic: nulla enim commissio est in hoc quod scit quae [i] non tenetur scire, sed tantum consistit circa factum; si ergo factum non dividitur nisi materialiter, ut [k] factum tale aut tale, non erit divisio commissi nisi per species materiales.

Contra. 1. Commissum dividitur per superbiam, invidiam et huiusmodi, et hae dicuntur differentiae

---

[a] R *crescunt* pro *t. e.*, quod F corr. [b] V om. *sed... boni.* [c] F *omissio*, quod L corr., Z (corr.) *omissum.* [d] V om. [e] T *extra.* [f] V *purgatur.* [g] Ita B, alii add. *est.* [h] B add. *circa honestum.* [i] R *qui.* [k] Ita R, alii *vel.*

[1] Augustin., *Hypognost.*, IV, c. 1 (PL 45, 1639). [2] Cf. supra, num. 346.

formales, cuiusmodi non habet delictum; ergo in amplius extenditur [a] secundum divisionem peccatum commissionis quam peccatum delicti.

2. Item, sicut contingit non credere quae credenda sunt, et ita delinquere, ita credere [b] quae non sunt credenda, et sic committere. Ex quo videtur quod consimilis divisionis sint ista duo genera peccatorum.

[Solutio]: 1. Ad quod dicendum quod aliter attenditur divisio commissionis et delicti. Nam divisio delicti attenditur secundum defectus illorum in quibus prius et posterius ordinatur bonum: haec enim ordinantur secundum prius et posterius, scire, velle et operari in circumstantiis debitis. Commissio vero non sic dividitur, sed se cundum differentias actionum in specie; secun dum differentias etiam boni et mali, prout qui dam actus sunt respectu boni, quidam respect mali, et nihil prohibet has et illas esse formales sed alio et alio modo.

2. Ad id vero quod obicitur quod consimili deberent esse divisionis, dicendum [c] quod hoc es verum quantum ad aliquos actus circa quos indif ferenter se habent commissio et delictum, sicut es de actu credendi. Et similiter potest esse de act timendi [d] et diligendi: contingit enim delinquer non timendo quae timenda sunt, et committer timendo quae timenda non sunt, et ita de aliis

---

[a] Z *ostenditur.* [b] B om. *i. c.* [c] Ita V, alii add. *est.* [d] V om. *et similiter... timendi.*

TRACTATUS TERTIUS

DE PECCATIS CORDIS, ORIS ET OPERIS

SECTIO I. — De peccatis cordis.

QUAESTIO I.

DE PECCATO CORDIS PER COGITATIONEM.

Habita divisione peccati actualis in delictum et commissum, consequenter dicendum est de divisione peccati actualis prout dividitur in peccatum cordis, oris et operationis. Et sumitur iuxta illam definitionem [1]: « Peccatum est dictum vel actum vel concupitum contra legem Dei ». Peccatum autem cordis praeambulum est respectu peccati oris et operis, et ideo primo dicendum est [a] de illo.

Peccatum autem cordis vel [b] est cogitationis vel iudicii vel consensus sive assensus: primo enim cogitat ratio, secundo iudicat sive definit, tertio consentit sive assentit.

Primo autem dicendum est de peccato cogitationis.

Circa quod primo quaeritur utrum peccatum sit in cogitatione;

secundo, utrum sit mortale an [c] tantum veniale;

tertio, de comparatione huius peccati ad illa quae sunt oris et operis;

quarto, utrum peccetur in sensibus, ex quibus prodeunt cogitationes intellectus;

quinto, de differentia huius peccati respectu rerum praeteritarum, praesentium et futurarum.

CAPUT I. 350

UTRUM PECCATUM SIT IN COGITATIONE [2].

Circa primum sic obicitur: quod in cogitatione sit peccatum. *a.* Dicitur enim Isai. 1, 16: *Auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis.* Ergo peccatum est in cogitatione.

b. Item, Isidorus [3]: « Magna [d] observantia circa cordis custodiam est adhibenda, quia aut bonae aut malae rei ibi consistit origo; nam scriptum est [4]: *De corde exeunt cogitationes malae* ». Ergo in cogitatione est peccatum.

c. Item, Iob 31, 1: *Pepigi foedus cum oculis meis, ut non cogitarem de virgine; quam enim partem haberet in me Deus?* Ex quo colligitur quod [e] in cogitatione est peccatum.

d. Item, super illud Eccle. 10, 1: *Muscae morientes perdunt suavitatem unguenti,* Gregorius, in *Moralibus* [5]: « Cogitationes superfluae, quae assidue in animo carnalia cogitante [f] nascuntur et deficiunt, eam suavitatem, qua unusquisque per Spiritum intrinsecus unctus est, perdunt ».

e. Praeterea, in confessione generali accusat se homo de peccato cogitationis; ergo in cogitatione est peccatum.

Contra. 1. Cogitatio praevenit voluntatem; sed ante voluntatem non est peccatum; ergo in cogitatione sola non est peccatum.

2. Item, Gregorius [6]: « Mentem nequaquam cogitatio immunda inquinat, cum pulsat ».

---

[a] VFRL om. [b] V om. [c] V *aut*, quod Z corr. [d] Z *magis*. [e] T add. *enim*. [f] V *anima carnali a cogitatione* pro *a. c. c.*

1 Augustin., *Contra Faustum*, XXII, c. 27 (PL 42, 418).
2 Cf. Ioan. de Rupella, *Summa de vitiis* (fol. 13a).
3 *Sentent.*, II, c. 25, n. 8 (PL 83, 627).
4 Matth. 15, 19.
5 Lib. XVIII, c. 43, n. 68 (PL 76, 78).
6 Loc. cit., XXI, c. 3, n. 7 (PL 76, 192).

3. Item, Isidorus[1]: « Non est arbitrii nostri cogitationis pravae suggestionibus praevenire; iacere autem in animo [a] cogitationem, nostrae attinet voluntati; illud ad culpam non redigitur, istud culpae propriae imputatur [b] ». Cogitatio ergo sola non imputatur ad peccatum.

4. Item, cogitatio bona non sufficit ad meritum; ergo nec cogitatio mala sufficiens est ad demeritum; ergo nec ad peccatum.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod est cogitatio speculativa et est cogitatio practica. Cogitationem autem practicam dico quae [c] procedit usque ad consensum, cum [d] cogitationi adicitur desiderium. Primo ergo modo cogitatio non est peccatum, secundo modo est peccatum. De illa dicit Isidorus[2]: « Cogitatio prava delectationem parit, delectatio consensionem [e] »; et Gregorius[3]: « Turbis cogitationum carnalium ad ima [f] corda sunt depressa, ut ad quietis intimae desiderium non leventur [g] ». Et per hoc solvuntur [h] ea, quae ex utraque parte sunt quaesita [i]. Ideo dicit B. Gregorius[4]: « Humana tentatio est, qua plerumque in cogitatione tangimur nolentes; quod enim illicita ad animum veniant, ex humanitatis corruptibilis pondere habemus. Daemoniaca [k] autem tentatio [l] est, cum ad hoc quod carnis corruptibilitas [m] suggerit, per consensum se animus astringit ».

[Ad obiecta]: 1. Ad primo autem obiectum respondendum est quod cogitatio quae praevenit consensum est speculativa, et talis non est peccatum, licet sit peccati occasio.

2. Ad secundum vero [n] dicendum quod, cum cogitatio prava pulsat animum, aliquando mens renititur, et non est peccatum: aliquando vero per desiderium ducitur, et tunc dicitur esse peccatum propter ipsam delectationem adiunctam.

3. Ad tertium vero [o] dicendum quod iacere dicitur cogitatio in animo, cum in ea fit [p] delectatio, et tunc ad culpam pertinet.

4. Ad quartum vero dicendum [q] quod non sequitur universaliter, si cogitatio bona non est sufficiens ad meritum [r], quod mala non sit sufficiens ad demeritum: plura enim exiguntur ad meritum quam ad demeritum. Si tamen [s] utrobique accipiatur cogitatio speculativa, quoad hoc parificantur [t].

351 CAPUT II.

UTRUM COGITATIONIS PECCATUM SIT MORTALE AN TANTUM VENIALE.

Secundo quaeritur utrum cogitationis peccatum sit mortale an [a] tantum veniale.

Et videtur quod sit veniale. *a.* Cogitatio enim mala est citra delectationem; si ergo in ipsa delectatione [b] est veniale peccatum, multo fortius in cogitatione [c] praecedente.

b. Item, Gregorius[5]: « Nonnunquam impulsu cogitationis illicitae affligimur [d], quia in quibusdam internae [e] conversationis actibus, quamvis licitis, libenter [f] occupamur; et ideo sacerdos Legis pedes atque intestina hostiae iubetur aqua diluere ». Ergo, cum huiusmodi cogitatio illicita sit venialis, erit peccatum veniale.

Contra. 1. Isidorus[6]: « Sicut vipera a filiis in utero positis lacerata perimitur, ita nos cogitationes nostrae intra nos enutritae occidunt ». Ergo cogitatio mala est mortale peccatum: nihil enim occidit nisi mortale peccatum.

2. Item, Gregorius[7]: « Plerumque contingit ut nondum procedat [g] in opere motus mentis, et iam perfecta est culpa ex ipso reatu cogitationis ». Ergo cogitatio facit animam ream; sed reatus proprie dicitur mortale peccatum; ergo cogitatio mala est mortale peccatum.

3. Item, Gregorius[8]: « Cum desideriorum cogitationes semper diabolum [h] sequantur in opere valde tamen se obligant in cogitatione ». Ex quibus colligitur quod cogitatio illicita est mortale peccatum.

[Solutio]: *a-b.* 1-3. Ad quod respondendum quod est cogitatio duplex [i]: de veniali vel de mortali. Si sit cogitatio de veniali progrediens usque ad delectationem vel consensum, venialis dicetur [k]; si vero fuerit cogitatio de mortali et procedat ad consensum, dicetur mortale peccatum, non propter cogitationem principaliter, sed propter consensum.

---

[a] V *anima.* [b] B om. *i. c. p. i.* [c] RL *quod,* quod F corr. [d] VR om. [e] V *confusionem.* [f] Z *una.* [g] VRLZ *laventur* quod F corr. [h] L add. *omnia.* [i] B add. *et.* [k] BT *denominata,* R *demonica,* quod F corr. [l] BT *intemptatio* pro *a. t.* [m] BT *corruptibilitatis.* [n] V om. [o] V om. [p] RZ *sit.* [q] V *dicitur* pro *v. d.* [r] V *virtutem.* [s] V *sed cum* pro *s. t.* [t] V *parificatur.*
[a] V *aut.* [b] R *dilectione.* [c] FRLZ *cogitante.* [d] V *confligimur.* [e] V *intime.* [f] T om. [g] BT *precedat.* [h] V *consensum* [i] L add. *vel.* [k] V *dicitur.*

1 *Sentent.,* II, c. 25, n. 5 (PL 83, 626).
2 Loc. cit., c. 23, n. 3 (PL 83, 624).
3 *Moral.,* XVIII, c. 43, n. 68 (PL 76, 78).
4 Loc. cit., XXI, c. 3, n. 7 (PL 76, 192).
5 Loc. cit., IX, c. 55, n. 84 (PL 75, 904).
6 *Sentent.,* II, c. 25, n. 4 (PL 83, 626).
7 Loc. cit., XXV, c. 5, n. 7 (PL 76, 323).
8 Loc. cit., XIV, c. 17, n. 21 (PL 75, 1051).

CAPUT III. 352

DE COMPARATIONE PECCATI COGITATIONIS AD ALIA, QUAE SUNT ORIS ET OPERIS.

Tertio quaeritur de comparatione huius peccati ad alia, quae sunt oris et[a] operis.

Videtur enim esse causa aliorum peccatorum, . per hoc quod dicitur Matth. 15, 19: *De corde xeunt* etc. Cor ergo est principium aliorum pec-atorum; unde et comparatur arbori malae quae roducit fructum malum[1]; sed causa in bonis ielior est suo causato; ergo causa in malis si-iiliter; ergo deterius est peccatum cogitationis uam oris et operis.

2. Item, super illud Iob 18, 16: *Deorsum radices ius siccentur, sursum autem atteratur messis ius*, Gregorius[2]: « Radicum[b] nomine quae in cculto sunt sitae cogitationes accipimus, mes-is vero nomine aperta operatio designatur, quae x latenti radice producitur. Per hoc ergo[c] quod adices siccantur, messis atteritur, quia dum[d] ogitationes suas in infimis rebus ponit et sem-iternae viriditatis gaudia appetere negligit, omnis peratio superno[e] iudicio quasi nihilum reputa-ur ». Sic[f] ergo sicut in radice est tota virtus rboris, ita in cogitatione procedente ad consen-um est tota[g] virtus peccati; ergo maius videtur sse peccatum cordis quam oris et operis.

Contra. *a.* Super illud Iob 3, 11: *Quare non in ulva mortuus sùm?* ibi distinguitur peccatum uatuor modis in corde et quatuor modis in opere t designatur ibi progressus in peccato. Unde dicit Gregorius[3]: « In peccato conceptum foras delectatio rapuit. Sed utinam in ea delectatione[h] occumberem, ne usque ad operis[i] consensum desiperem[k]! *Exceptus* est *genibus*[4], quando per consensum spiritus, omnibus sensibus[l] subiectis, quasi genibus culpam consummavit ». Et ita pro-gressum peccati designat; sed quanto maior est progressus peccati, tanto maior est culpa; ergo peccatum operis vel locutionis maius est quam peccatum cordis.

b. Eodem modo potest haberi per verbum Isi-dori[5], qui[m] dicit: « Cogitatio prava delectationem parit, delectatio consensum, consensus actionem, actio consuetudinem, consuetudo necessitatem ». Sic ergo peccatum operis maius est quam pec-catum[n] cordis vel locutionis.

[Solutio]: 1-2. Ad quod respondendum quod peccatum operis maius est quam[o] cogitationis vel cordis, cum ad illud ordinatur: posito enim pec-cato operis ponitur peccatum cordis et non e con-verso. Nec hoc est contrarium quod illud dicitur esse causa illius; non enim sequitur, si causa est, ut tota malitia operis sit in cogitatione, sed e converso: causa enim aliquando abundat[p] super causatum in malitia, aliquando vero e converso, cum scilicet causatum habet aliquam malitiam praeter illam quam contrahit a causa; malitia vero operis habet praeter malitiam cordis etiam[q] malitiam sui generis.

CAPUT IV. 353

UTRUM PECCETUR IN SENSIBUS EX QUIBUS PROCEDUNT COGITATIONES INTELLECTUS.

Quarto quaeritur utrum peccetur in sensibus, ex quibus procedunt cogitationes intellectus.

Quod videtur[r], **1.** per hoc quod dicitur Matth. ,28: *Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, am moechatus est in corde suo;* et dicitur Ie-em. 9, 21: *Ascendit mors per fenestras nostras*[s]. 'enestrae autem dicuntur sensus, mors autem icitur peccatum[6]; ergo peccatur per ipsos sensus.

2. Item, Gregorius[7]: « Illecebratus animus ad usus[t] suos sensus corporeos famulari more[u] tyranni exigit, suis voluptatibus oculos servire[v] compellit atque, ut ita dicam, fenestras luminis ad tenebras aperit caecitatis[x] ». Similiter dicit alibi[8]: « Ipso conspectu[y] animus concupiscentiae gladio confoditur; non enim David Uriae uxorem ideo studiose respexit quia concupierat, sed ideo concupivit quia incaute respexit[9] ». Sive[z] ergo

---

[a] Z *vel.* [b] B *radicis;* F *occulta* pro *occulto;* V *eis* pro *eius.* [c] T om. [d] R *dicit.* [e] V *sempiterno.* [f] L (corr.) *si.* [g] V *toto.* F *dilectione.* [h] BTRZ *operationis.* [k] V *desperem.* [l] L *consensibus.* [m] V *ubi.* [n] V om. [o] R add. *peccatum.* [p] V *imminet; tantum* pro *causatum.* [q] Ita R, alii *et;* F *gentis* pro *generis.* [r] V *habetur.* [s] BFRLZ *vestras.* [t] VL *adversus* pro *a. u.* [u] V om. T om. [v] B add. *et.* [x] B *aspectu.* [y] V *cum.*

1 Cf. *Gloss. ordin., In Matth.* 7, 17 sq. (PL 114, 110 sq.).
2 *Moral.*, XIV, c. 20 (PL 75, 1052).
3 Loc. cit., IV, c. 27, n. 53 (PL 75, 664).
4 Iob 3, 12.
5 *Sentent.*, II, c. 23, n. 3 (PL 83, 624).
6 Cf. *Glossa interlin.*, in h. l., ap. Lyran.
7 *Moral.*, XXI, c. 8 (PL 76, 197).
8 Loc. cit.
9 Cf. II Reg. 11, 2.

sensus famulentur concupiscentiae sive [a] provocent concupiscentiam, videtur ex verbis Gregorii quod peccetur per ipsos sensus.

3. Item, dicit Gregorius[1]: « Providendum nobis est, quia non licet intueri quod non licet concupisci ». Sed si illicitum est intueri, peccatum est; ergo ipso visu peccatur.

4. Item, Chrysostomus[2]: « Qui studet videre pulcros visus, maxime caminum passionis accendit et animam captivam facit et velociter ad [b] actum venit ». Sed facere animam captivam non est nisi per peccatum; ergo ipso visu peccatur [c]. Similiter[3]: « Qui studet clara [d] corpora circumscrutari et fovere inspectione animam [e] et infigere oculos bonis faciebus, iam adulteravit [f] ». Ergo ipso visu peccatur [g].

Contra. *a.* Secundum irrationalem partem non est peccatum; sed pars sensibilis [h] est pars irrationalis; ergo secundum eam non est peccatum.

b. Item, apprehensio praecedit desiderium, apprehensio vero sensibilis intelligibilem; si ergo in [i] apprehensione intelligibili secundum se ipsam non est peccatum, in apprehensione [k] sensibili non erit peccatum.

c. Praeterea, si [in] ipsis sensibus esset peccatum [l], cum nolentes aliquando videamus, esset peccatum ubi non esset voluntas; quod cum non sit, non erit in ipsis sensibus peccatum.

[Solutio]: Ad quod respondendum quod sensus aliquando praecedit ipsum desiderium, aliquando sequitur, sicut dicit Gregorius[4]: « Saepe tentatio per oculos trahitur, et nonnunquam concepta intrinsecus compellit sibi extrinsecus oculos deservire ». Cum ergo sensus praecedunt desideria, occasiones sunt peccatorum, sed non in ipsis peccatur; et sic intelligitur illud Ierem. 9, 21: *Ingressa est mors per fenestras nostras* [m], non quod mors sit in ipsis nisi occasionaliter, sed per se in ipsis desideriis illicitis. Cum autem oculus movetur ad nutum voluntatis sive cordis, tunc ipsis peccatur, et ideo dicitur Iob 31, 7-8: *Si secutus est oculus meus cor meum et in manibus meis adhaesit macula, seram et alius co medat.* Praeterea, aliquando est desiderium illi citum cum ipso sensu, et tunc peccatur; aliquand vero desiderium illicitum sequitur sensum [n], e tunc posterius est peccatum ipso sensu.

[Ad obiecta]: Per hoc potest solvi illud quo obiectum est. 1. Cum enim dicitur Matth. 5, 28: *Qu viderit* etc., intelligitur ibi [o] desiderium cum visu quo scilicet infigit oculum et provocat concupi scentiam interiorem, et hoc modo peccatur. Und est concupiscentia infigens oculum et est con cupiscentia secundum quam consentitur in actum et una est concomitans sensum, et est peccatum quia a rationali parte provenit; et est concupi scentia sequens, et illa est maior, ad quam minc ordinat [p], et ideo dicitur: *Qui viderit ad concu piscendum.* Unde dicit Chrysostomus[5]: « Qu cumque sibi ipsi concupiscentiam colligit, qu nullo cogente feram hanc inducit cogitationi quie scenti, hoc non amplius est naturae, sed desidiae »

2. Ad id vero quod dicit Gregorius quod « ipso conspectu concupiscentiae gladio animu confoditur »: dicendum [r] quod conspectu dic ibi occasionem [s], ipsa vero concupiscentia dic causam, et ideo in ipsa concupiscentia peccatu Et ideo dicitur Eccli. 23, 5: *Omne desideriu pravum averte a me*; et in Psalmo [6]: *Averte oculo meos, ne videant vanitatem.*

3. Ad illud vero quod dicit Gregoriu quod « non debet intueri » etc.: dicendum quo illud intelligitur [t] de studio defigendi oculum a concupiendum, et ideo dicit Chrysostomus [7] « Semel et bis videns fortassis poteris cont nere [u], si autem continue hoc feceris et accen deris caminum, capieris [v] omnino ».

4. Ad illud vero quod dicit Chrysosto mus, dicendum [x] quod non prohibetur visus sim pliciter, sed studium defigendi oculum, unde ac cenditur passio concupiscentiae. Et hoc est qui causa coniuncta est ad peccatum et ipsum stu dium ab ipsa ratione male disposita descendit.

354

CAPUT V.

DE DIFFERENTIA PECCATI COGITATIONIS RESPECTU RERUM PRAETERITARUM, PRAESENTIUM ET FUTURARUM.

Quinto quaeritur de differentia huius peccati respectu rerum [y] praeteritarum, praesentium et futurarum. Potest enim quaeri utrum omnibus iis modis peccetur cogitatione: quoad recordatio nem praeteritorum, quoad intuitum praesentium quoad praecogitationem [z] futurorum.

---

[a] V *scilicet.* [b] V om. [c] V add. *ergo.* [d] R *clam.* [e] V *animum*; T om. *oculos.* [f] V *adulteratur.* [g] Ita V, alii *peccav* [h] Codd. *insensibilis.* [i] R exp. [k] T om. *intelligibili... apprehensione.* [l] V om. [m] R *vestras.* [n] V *sensus.* [o] L om. [p] Z *ord natur;* B *timor* pro *minor.* [q] VF om. [r] Ita T, V *quod est,* alii add. *est*; R *corroditur* pro *confoditur.* [s] F *actionem.* [t] Ita V, alii *i telligitur hoc* pro *d. q. t. i.* [u] V *contineri;* B om. *fortassis.* [v] T *capiens,* quod F corr. [x] T om. [y] F om. [z] BT *precognitionem.*

1 *Moral.*, XXI, c. 2, n. 4 (PL 76, 190).
2 *In Matth.*, hom. 17, n. 1 (PG 57, 256).
3 Chrysostom., loc. cit. (PG 57, 255).
4 Loc. cit., XXI, c. 8 (PL 76, 197).
5 Loc. cit., n. 2 (PG 57, 256).
6 Psalm. 118, 37.
7 Loc. cit., nota 5

Quod videtur, *a.* per hoc quod dicit Gregorius [1]: « Ita fit ut quod prius egit in corpore, ac importuna cogitatione postmodum verset in mente ». Ergo peccatur per recordationem; similiter potest patere de aliis; ergo omnibus illis modis peccatur.

b. Item, omnibus illis modis nascitur delectatio illicita; et ubi est delectatio illicita, ibi est[a] peccatum; ergo omnibus illis modis contingit peccare.

Contra. 1. Sola voluntate peccatur [2], nonnisi cum praesens est; ergo uno tantum modo peccatur, per conversionem scilicet super rem praesentem.

[Solutio]: 1. Ad quod respondendum quod illis tribus modis peccatur tamquam tribus dispositionibus; et sunt tres dispositiones differentes secundum conditiones temporis in ipsis rebus, uno tamen modo peccatur, quia semper motivum voluntatis est praesens aliquo modo in anima per speciem sive similitudinem, sive sit de re praeterita sive de[b] praesenti sive de futura.

QUAESTIO II.

DE PECCATO CORDIS PER IUDICIUM.

TITULUS I.

DE PRAVO IUDICIO INTERIORI.

DISTINCTIO I.

DE IUDICIO SUSPICIOSO.

Consequenter dicendum est de pravo iudicio, quo peccatur interius primo et exterius[c] in ore vel opere ex personarum acceptione.

Primo ergo dicendum est de pravo iudicio interiori, sive sequatur iudicium exterius sive non;

secundo de acceptione personarum interiori, ex qua sequitur iudicium acceptionis exterius.

Est autem triplex iudicium pravum, iudicium scilicet suspiciosum, iudicium usurpatum, iudicium temerarium sive perversum, cum non fit cum[d] debitis conditionibus potestatis ab illo qui habet potestatem, et vocatur iudicium extraordinarium, id est extra ordinem iuris factum. Et distinguuntur haec tria, ut iudicium suspiciosum[e] attendatur secundum motivum in iudicio sive per quod non recte sive imperfecte fit iudicium; iudicium[f] vero usurpatum sumatur ex parte ipsius per quem fit iudicium[g]; iudicium vero extraordinarium, quod et aliquando dicitur contentiosum[h], penes modum procedendi in iudicio.

Primo ergo dicendum est de iudicio suspicioso[i].

Circa quod primo quaerendum est[k] quid sit suspicio et utrum sit idem quod iudicium vel non;

secundo, utrum suspicio sit malum vel bonum;

tertio, utrum sit malum culpae vel poenae;

quarto, utrum iudicium suspicionis sit mortale tantum an[l] veniale tantum an[m] aliquando mortale, aliquando veniale;

quinto, si suspicio est malum poenae, ex qua causa;

sexto, utrum suspicio sit hominis[n] secundum statum innocentiae vel angeli vel tantum hominis secundum statum naturae corruptae;

septimo, ex qua suspicione potest esse iudicium rectum et[o] ex qua non;

octavo, de quibus potest esse iudicium huiusmodi et de quibus non.

---

[a] Ita V, alii om. [b] TFLZ om. [c] V *posterius*. [d] V om., FRLZ add. *de*. [e] Z add. mg. *sive*. [f] L om. [g] V om. *iudicium* [g]... *iudicium*. [h] V om. [i] BT *suspicionis*. [k] B om. [l] L *aut*. [m] BTL *aut*. [n] B om. [o] TRL om.

[1] *Moral.*, IX, c. 55, n. 83 (PL 75, 904). | [2] Cf. supra, num. 64, 265 et 270.

355 CAPUT I.

QUID SIT SUSPICIO ET UTRUM IUDICIUM IDEM SIT QUOD SUSPICIO.

Definitur autem sic suspicio: Suspicio est mala opinatio, sicut dicit Tullius[1]. Quaeritur ergo utrum iudicium idem sit quod suspicio.

Quod videtur. 1. Utrumque enim ad rationem pertinet et distinguitur a scientia: neque enim qui suspicatur scit, nec qui iudicat ex suspicione[a] scit, sed opinatur; in eodem ergo genere videntur poni et eamdem habere differentiam, secundum quod hic intendimus de suspicione et iudicio.

Contra. *a.* Super illud I ad Cor. 4,5: *Nolite ante tempus iudicare,* Glossa[2]: « Si suspiciones vitare non possumus, quia homines sumus, iudicia tamen, id est definitivas[b] sententias, continere debemus ». Ergo iudicium non est suspicio.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod suspic non est iudicium, secundum quod suspicio dicit acceptio unius partis cum formidine alterius, i dicium autem sententia firmata; suspicio tam disponit ad iudicium, et secundum hoc intelligit auctoritas praedicta. Est tamen suspicio, qu relinquitur ex iudicio, cum aliquis habet ratione levem vel probabilem et secundum illam iudica ex illo iudicio relinquitur suspicio et aliquan potest dici illa suspicio iudicium materialiter. S spicio autem aliquando potest sumi pro ratione p quam fit suspicio, et hoc modo dicitur iudiciu suspiciosum; aliquando vero pro ipso actu anim et sic esset oppositio si diceretur iudicium susp ciosum, ut esset sensus: firma sententia ubi est fo mido; sed si diceretur firma sententia, ubi deber esse formido, sic posset dici iudicium suspicioni

356 CAPUT II.

UTRUM SUSPICIO SIT MALUM VEL BONUM[3].

Secundo quaeritur utrum suspicio sit malum vel bonum.

Et videtur quod sit bonum. 1. Suspicio enim est in genere opinionis, et potest esse de malo quod sit malum et de bono quod sit bonum; ergo suspicio potest esse bonum.

Contra. *a.* Super illud Psalmi[4]: *Amputa opprobrium meum quod suspicatus sum,* Glossa[5]: « Maximum vitium humanitatis est suspicio ». Ergo suspicio est malum.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod suspicio potest accipi communiter, prout dicitur esse op nio vel de malo vel de bono, et secundum hu modum potest esse suspicio bonum in gener Si vero approprietur ad opinionem malam s cundum quod opinio mala est de bono quo sit malum vel e converso, secundum hoc dicit « vitium humanitatis » suspicio, et dicitur malu prout dicitur super illud Psalmi[6]: *De necessit tibus meis erue me,* Glossa[7]: « Infinitae su necessitates, ut nescire cor alterius, suspicari b num de amico infideli, malum de amico fideli Et vocatur ibi necessitas miseria poenae.

357 CAPUT III.

UTRUM SUSPICIO SIT MALUM CULPAE VEL POENAE.

Tertio quaeritur utrum suspicio sit malum culpae vel poenae.

Et videtur[c] **quod sit malum poenae,** *a.* per ho quod iam dictum est[8]. Dicitur[9] etiam I ad Cor. 4

---

[a] R *suspicatione.* [b] R add. mg. *firmasque;* V *tenere* pro *continere;* VTFLZ *ut* pro *i. e.,* quod R corr. [c] R om. *e. v.,* in Z est add. n

1 Cf. *Tuscul.*, disp. 4, c. 7.
2 Lombardi, in h. l. (PL 191, 1566), ex Augustino, *In Ioan.*, tr. 90, n. 2 (PL 35, 1859).
3 Cf. Guil. Altissiod., *Summa*, II, tr. 30, c. 3 (fol. 117a sq.); Ioan. de Rupella, *Summa de vitiis* (fol. 13b).
4 Psalm. 118, 39.
5 Lombardi, in h. l. (PL 191, 1063).
6 Psalm. 24, 1
7 Lombardi, *In Psalm. 30,* 8 (PL 191, 303).
8 Cf. supra, num. 356.
9 Lombard., in h. l. (PL 191, 1566).

uper illud: *Nolite ante tempus iudicare:* « De ominibus aliquando, immo assidue, non vera[a] ntimus, quod ad humanam tentationem pertinet, ne qua vita ista non ducitur ». Ergo suspicio t malum poenae.

Quod autem sit malum culpae videtur, 1. per oc quod cadit sub prohibitione[b], Matth. 7, 1: *olite iudicare*; et ad Rom. 2, 1: *In quo alterum dicas, te ipsum condemnas;* et super illud ad om. 14, 4: *Tu, quis es, qui iudicas alienum rvum?* Glossa[1]: « De quibus incertum est quo imo fiant, sine periculo nemo iudicat ». Et em[c] habetur Matth. 7, 1 in Glossa[2].

[Solutio]: Respondendum est quod et malum culpae potest esse et poenae. Malum culpae propter voluntatem inordinatam iudicandi de alio quod non expedit vel[d] de aliorum occultis malum suspicari; unde pravum iudicium potest dici ex[e] errore procedens temeraria sententia vel suspicio mali de occultis aliorum. Malum vero poenae dicitur propter pronitatem opinandi male de proximo; sicut enim « approbare falsa pro veris non[f] est natura hominis bene instituti, sed poena damnati[3] », ita huiusmodi opinatio ex corruptione humanae naturae procedit.

CAPUT IV. 358

UTRUM IUDICIUM SUSPICIONIS SIT MORTALE AUT VENIALE[4].

Quarto quaeritur utrum iudicium suspicionis sit mortale tantum aut veniale tantum[g] an aliquando veniale, aliquando mortale.

Et videtur quod sit veniale tantum, *a.* per hoc iod dicitur in Psalmo[5]: *De necessitatibus meis ipe*[h]*;* necessitas autem non est ad mortale pectum; ergo huiusmodi suspicari vel suspiciose dicare non est mortale peccatum; et est morle vel veniale; ergo est veniale peccatum.

Contra. 1. Dicit Augustinus, in Glossa[6], super illud[7]: *Nolite ante tempus iudicare:* « Si suspiones vitare non possumus, iudicia tamen vitare ebemus ». Ergo iudicium est mortale peccatum. 2. Item, in Glossa[8] super illud I ad Cor. 4, 5: Prohibet nobis Apostolus iudicia, quia occulta unt nobis corda hominum ».

Respondeo[i] quod differunt suspicio et iudicium, secundum quod iudicium proprie dicitur, prout dicit B. Hieronymus[9]: « De dubiis[k] non definias, sed suspensam tene sententiam », et hoc modo iudicium est prohibitum et est mortale. Suspicari tamen vel ex quadam pronitate sive levitate dicere malum de bono, sed non firmare, veniale peccatum reputatur. Suspicio ergo, cum non progreditur in sententiam firmam et[l] definitivam, veniale potest esse peccatum; cum autem progreditur, est mortale. Cum enim homo movetur ex coniectura ad opinandum et non plus extenditur quam coniectura exigat, tunc est humana tentatio; cum autem nimis amat suam sententiam et plus format sibi ex malitia libidinosae voluntatis, diabolica videtur tentatio.

CAPUT V. 359

SI SUSPICIO EST MALUM POENAE, UTRUM SIT EX ORIGINALI PECCATO.

Quinto quaeritur, si suspicio est malum poenae, ex qua causa, utrum sit ex originali peccato.

Quod videtur, 1. per hoc quod dicitur super ud[10]: *Amputa opprobrium* etc., dicitur in Glosa[11]: « Hoc est opprobrium suspicionis, quod nos falsis vera iudicamus ». Sed hoc opprobrium de originali peccato descendit sicut et ignorantia; ergo est poena sequens ex originali peccato.

Videtur etiam aliquando sequi ex peccato actuali. *a.* Sicut enim aliqui ducuntur in consuetudinem iurandi et per hoc de facili peierant, ita aliqui proprio motu ducuntur in consuetudinem suspicandi vel iudicandi temere, et ita temere

---

[a] V *vere.* [b] R add. *unde.* [c] BT *id.* [d] Codd. *nec.* [e] F *de.* [f] T *nam.* [g] FRZ om. [h] Ita Z (mg.), alii om. *D. n. m. e.;* om. *autem.* [i] L add. *dicendum;* V om. *quod.* [k] VFLZ *duobus,* quod R corr. [l] T *vel.*

1 Cf. Lombard., in h. l. (PL 191, 1512sq.), quae verbonus in sequenti habetur.
2 *Ordin.*, in h. l. (PL 114, 107).
3 Augustin., *De lib. arbit.*, III, c. 18, n. 52 (PL 32, 1296).
4 Cf. Ioan. de Rupella, *Summa de vitiis* (fol. 13b).
5 Psalm. 24, 17.
6 Cf. supra, p. 362, nota 2.
7 I Cor. 4, 5.
8 Lombardi, in h. l. (PL 191, 1565sq.).
9 Cf. *In Philemon.*, 15 (PL 26, 613).
10 Psalm. 118, 39.
11 Lombardi, in h. l. (PL 191, 1063).

suspicantur vel iudicant; provenit ergo aliquando ex actuali peccato.

[Solutio]: Quod concedendum est, ut non tantum sit poena originalis peccati, sed etiam poena [a] actualis in praesenti et disponens ulterius ad culpam, sicut est de ignorantia, quae provenit ex originali peccato et aliquando ex actuali et disponit ulterius ad culpam aliquando venialem, aliquando mortalem. Augustinus[1]: « Quan non erratur in rebus, ut recta sit [b] improba vitiorum virtutumque approbatio, profecto, si ratur in hominibus, humana tentatio est venialis « quod autem perniciosum est prohibet Apostol dicens[2]: *Nolite ante tempus iudicare* ». Et h alibi[3] dicitur diabolica tentatio, cum ex oc animi [d] procedit et in alterius nocumentum tendi

360 CAPUT VI.

UTRUM SUSPICIO SIT HOMINIS SECUNDUM STATUM INNOCENTIAE VEL ANGELI VEL TANTUM HOMINIS SECUNDUM STATUM NATURAE CORRUPTAE.

Sexto quaeritur utrum suspicio sit hominis secundum statum innocentiae vel angeli vel tantum hominis secundum statum naturae corruptae.

Quod videtur. 1. Dicitur Ierem. 51, 9, in persona angelorum: *Curavimus Babylonem, et non est sanata; derelinquamus eam et eamus unusquisque in terram suam.* Aut hoc ergo quod dixerunt '*derelinquamus*' dixerunt ex certa scientia aut ex aestimatione sive suspicione; non ex certa scientia, quia de nemine desperandum est dum est in via[4]; ergo fuit ex aestimatione sive suspicione; ergo in angelis bonis potest cadere suspicio. Pari ratione potuit esse in Adam: cum enim non cognosceret occulta cordium — hoc enim est solius Dei — potuit cogitare [e] vel suspicari bonitatem voluntatis in aliquo; ergo potuit cadere in ipsum suspicio.

Contra. *a.* Suspicio est poena; poena autem non fuit nec [g] in angelo bono nec in homine primitus instituto; ergo suspicio non fuit in illis nec est [h] in bonis angelis.

Respondeo [i]: Suspicio potest dici opinio bo vel mali, vera vel falsa; in angelis autem [k] bo confirmatis non est opinio, secundum quod s spicio est [l] acceptio unius partis cum formidi alterius, unde nec suspicio. In angelis tame malis potest esse opinio et [n] suspicio.

[Ad obiecta]: 1. Ad hoc ergo quod obicitur illo verbo Ieremiae: *Curavimus Babylonem* e dicendum est quod certa fuit scientia [o] in eis re praeterita; de futuro vero cognoverunt qu nisi auxilium superioris Medici, scilicet Dei, sup veniret [p], non curaretur. Hoc autem certum f apud eos per diligentiam quam prius appos rant [q]; non tamen omnino desperabant, quia nemine desperandum est dum est [r] in via, s de sua sufficientia ad hoc non praesumebant de inobedientia ipsius aegroti erant [s] certi qua tum ad se. In homine vero primitus instituto n erat suspicio, secundum quod importat poena Si vero dicatur opinio acceptio unius partis n per certissimam rationem, non dico cum formid alterius partis, secundum hoc [t] poterat esse opin etsi non fallax opinio, quae dicitur esse suspic

361 CAPUT VII.

EX QUA SUSPICIONE POTEST DICI IUDICIUM RECTUM ET EX QUA NON[5].

Septimo quaeritur ex qua suspicione potest dici iudicium rectum et ex qua non.

Videtur enim quod iudicium [u] ex suspicione universaliter non sit rectum, *a.* per auctoritatem Augustini[6]: « Si suspiciones [v] vitare n possumus, quia homines sumus [x], iudicia men vitare debemus ». Ergo videtur ex quod omne iudicium ex suspicione sit n rectum.

---

[a] R om. [b] V om. [c] V *veniale.* [d] VR *omnium*; V *procedat* pro *procedit*, quod R corr. [e] V *tendat*, quod R corr. [f] It alii *cognoscere.* [g] BT om., L (corr.) *nisi.* [h] Ita BT, alii om. [i] T *responsio.* [k] T om. [l] T om. *s. e.* [m] V *est in angelis boni* pro *i. a. t.* [n] Ita BT, alii *vel.* [o] T om. [p] BT *perveniret.* [q] L *opposuerunt.* [r] BTL om. *d. e.* [s] B *essent.* [t] V *sed hec* pro [u] V add. *rectum.* [v] F *suspicationes.* [x] V add. *videri.*

1 *In Ioan.*, tr. 90, n. 2 (PL 35, 1859).
2 I Cor. 4, 5; Lombard., in h. l. (PL 191, 1566).
3 Cf. supra, p. 163, n. 1; Haymo, *In Epist. I Cor.* 10, 13 (PL 117, 563); S. Bonav., II *Sent.*, d. 21, dub. 2 (II, 511a).
4 Cf. Augustin., *Sermo* 71, c. 13, n. 21 (PL 38, 456)
5 Cf. Ioan. de Rupella, *Summa de vitiis* (fol. 13b).
6 *In Ioan.*, tr. 90, n. 2 (PL 35, 1859); cf. Lomba *In I Cor.*, 4, 5 (PL 191, 1566).

Sed videtur contrarium. 1. Potest enim aliquis bere vehementem suspicionem, cum plurima nt signa mali, et secundum hoc iudicare, sicut [a] debatur Apostolus, in Act. 23, 3, cum dixit prin-ɔi sacerdotum: *Percutiet* [b] *te Deus, paries deal-te;* et Matth. 3 [1], dixit Ioannes: *Genimina vipe-rum, quis* [c] etc.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod est [d] iudi-ım quoddam eorum quae occulta sunt in corde, est iudicium aliud eorum quae sunt in opere, illorum [e] quae sunt in opere quorumdam po-st esse probatio et quorumdam non. Occultorum go cordis et occultorum simpliciter operis non t faciendum iudicium per suspiciones [f], ut homo lis suspicionibus innitatur. Ubi vero est opus, od per signa probari potest, distinguendum; t enim suspicio triplex: temeraria, quando multa nt signa boni, pauca mali, et tunc iudicare ex suspicione, id est condemnare, est peccatum mortale, si fiat cum [g] deliberatione. Si vero fuerit suspicio probabilis, quando multa sunt signa mali, pauca boni, tunc iudicare ex huiusmodi suspicione [h] peccatum est, sed non ita grave, sed veniale, dum stat in suspicione; si vero veniat ad assertionem [i] firmam cum pertinacia, praesumitur esse mortale. Est iterum suspicio violenta, cum omnia signa mali apparent, nulla boni, et tunc non est peccatum.

Ad obiectum 1. autem in contrarium dicendum [k] quod illud iudicium, quod fuit Apostoli vel B. Ioannis, ex inspiratione credendum est fuisse [l] vel fuit verbum cautelae et non assertionis, quasi diceret: Si talis es, *percutiet* [m] *te Deus.* Et similiter intelligendum est de praedicantibus, quorum est dicere verba [n] in universali et non in particulari, ne determinata persona scandalizetur vel occasione illius alii scandalizentur.

CAPUT VIII. 362

DE QUIBUS POTEST ESSE IUDICIUM SUSPICIONIS ET DE QUIBUS NON.

ctavo quaeritur de quibus potest esse iudi-cium huiusmodi et de quibus non. Potest enim quis ex suspicione asserere de malo quod sit num, et potest asserere ex suspicione [o] de bono od sit malum [p], cum apparent [q] plura signa ma-iae vel bonitatis. Quaeritur ergo utrum utroque odo peccetur.

Quod videtur, *a.* per hoc quod dicitur Isai. 20: *Vae, qui dicitis bonum malum et malum num, ponentes tenebras lucem et lucem tenebras.* ponit Glossa [2] exemplum de personis, sicut Christo et Barabba. Ergo utroque modo pecca-r mortaliter: '*vae*' enim non est nisi commi-tio poenae aeternae [3], quae debetur mortali ccato.

Contra. 1. De quolibet praesumendum est quod t bonus, donec probetur [r] contrarium sive appa-at contrarium, et tamen potest esse malus sive ccator; et ita de eo, qui malus est, non est ccatum dicere quod [s] bonus sit.

2. Praeterea, aliqua praeeminentia est in uno-uoque; propter quod dicit Apostolus [4] quod *ar-tremur* alios *superiores;* si ergo ex illa suspi-one dicamus illos esse bonos, non erit pec-tum.

3. Praeterea [t], in quolibet instanti potest quis converti ad Dominum, si vult, et si convertatur, bonus est; proniores autem debemus esse ad bonum quam ad malum; in [u] huiusmodi ergo si dicamus vel suspicemur de isto quod bonus sit, non erit peccatum.

[Solutio]: 1. Ad quod dicendum quod aliter est in parte, cum iudicatur sive dicitur esse malus et cum iudicatur sive dicitur esse bonus, et in parte est simile. Sicut [v] enim de eo, de quo constat esse bonum, non est iudicandum esse malum, et, si iudicatur, est peccatum, ita de eo de quo constat esse malum, si iudicatur vel dicitur esse bonum, est peccatum. Ubi vero non constat, dissimiliter est: sic [x] enim habet locum quod dicitur quod praesumendum est de quolibet quod sit bonus, donec constet vel appareat contrarium, et tamen potest contingere quod ille sit malus; non autem de quolibet praesumendum est quod sit malus, donec constet contrarium, et tamen pronior est natura hominis ad malum quam ad bonum.

2. Ad illud vero quod obicitur quod 'arbitrandi sunt alii superiores nobis', hoc est ad incitationem [y] humilitatis nostrae quod dicit Apostolus et quia quantum bonum contulerit Deus alii,

---

[a] V *secundum quod.* [b] Ita Z, alii *percutiat.* [c] BT om. [d] L om., in R est add. interl. [e] F *eorum.* [f] V *suspicionem.* [g] Z om. ta BT, alii om.; L om. *est.* [h] Z *affectionem;* L *tunc* pro *cum.* [i] Ita V, alii add. *est.* [l] Ita V, alii *esse.* [m] VB *percutiat.* / *verbum,* L om. [o] R *suspicative* pro *e. s.* [p] Ita BT, alii *malus.* [q] R add. *vel.* [r] V add. *in;* BTFRZ *constet de contrario* pro *p. c.* om. [s] R *item;* V *de* pro *in.* [t] B om. [u] L *si.* [x] B *sicut.* [y] Codd. *imitationem.*

[1] Potius Luc. 3, 7; cf. Matth. 3, 7.
[2] *Ordin.*, in h. l. (PL 113, 1242).
[3] Cf. Gregor. M., *In Ezech.*, I, hom. 9, n. 33 (PL 76, 885).
[4] Cf. Philipp. 2, 3.

nescimus. Non tamen, si constet de malitia actuali, pro tempore illo debemus ipsum [a] iudicare bonum.

3. Ad id vero quod obicitur quod 'in quolibet instanti potest poenitere': dicendum est quod, si post actum peccati mortalis appareant signa poenitentiae, suspicandum est ipsum esse bonum. Aliter est etiam [b] in bono et in malo, quia pro uno malo, de quo constat, potest dici malus, pro uno vero bono, de quo constat, n propter hoc [c] potest iudicari sive definiri bonu « bonum enim est uno modo, malum autem omi fariam [1] ». Aliter autem est iudicium de actib quam de personis; nam in actibus iudicium atte ditur quoad paria: ut si de malo actu iudicet quod sit bonus, ut de fornicatione, et de bo actu quod sit malus, utrobique consimiliter [d] pe catur.

DISTINCTIO II.

DE IUDICIO USURPATO.

Consequenter dicendum est de iudicio usurpato, quod alii vocant praesum tuosum, quia [e] praesumit id quod ad se non pertinet. Usurpat autem a quando quis [f] iudicium quod est Dei, aliquando iudicium quod est hominis

MEMBRUM I.

De usurpatione iudicii divini.

Dicendum est ergo primo [g] de usurpatione iudicii divini, quod dicitur iudicium hominis usurpatum.

Primo ergo quaerendum est utrum solius Dei sit iudicare de occultis;

secundo, si homo potest iudicare de occultis cordis sui;

tertio, si non [h] de occultis aliorum, sed manifestis, utrum de omnibus manifestis [i] pote fieri omnino iudicium;

quarto, si non de dubiis possumus iudica utrum in partem utramque indifferenter sit int pretandum an tantum in meliorem partem aliquando in [k] deteriorem.

363

CAPUT I.

UTRUM SOLIUS DEI SIT IUDICARE DE OCCULTIS [2].

Circa primum sic: *a.* Dicitur ad Rom. 2, 16 [3]: Solius Dei est iudicium nosse occulta cordis; I Reg. 16, 7: *Homo videt ea quae parent, Deus* [l] *autem intuetur cor;* similiter dicitur Act. 1 [4]: *Tu solus nosti corda filiorum hominum.* Ex iis accipitur quod solius Dei est iudicare de occultis.

b. Item, super illud ad Rom. 14, 1: *Non in* [m] *disceptationibus,* Glossa [5]: «Non usurpemus diiudicare cogitationes aliorum, sed Deo praebeamus».

Contra. 1. Prov. 27, 19: *Quo modo in aquis resplendent vultus prospicientium, sic corda hominum manifesta sunt prudentibus.* Ergo homo potest cognoscere occulta cordis; et secundum notitiam est [n] iudicium; ergo potest iudicare.

2. Item, Eccli. 19, 26, dicitur: *Ex visu cogn scitur vir et ab occursu faciei sensatus.* Cu ergo secundum notitiam sit iudicium, potest i dicari per ea quae exterius sunt, de ipsis c cultis cordis.

3. Praeterea, Matth. 7, 20 dicitur [o]: *A fructib eorum cognoscetis eos,* et loquitur [6] de hypocrit ergo corda hypocritarum possunt cognosci p fructus exteriores; sed sicut possunt cognos ita iudicari; ergo de occultis potest esse hum num iudicium.

[Solutio]: Respondendum est ad hoc quod s lius Dei est iudicare de occultis iudicio certi dinis.

---

[a] BTL *illum.* [b] L add. *et.* [c] T om. [d] BT *similiter.* [e] V *et.* [f] FRLZ *aliquis.* [g] V om., in F est add. mg. [h] T [i] VT om. *u. d. o. m.* [k] B om. [l] L *Dominus.* [m] V *ettam.* [n] BTL *et.* [o] L om.

1 Aristot., *Ethica ad Nicom.*, II, c. 6 (II, 20).
2 Cf. Alex. Hal., *Summa theol.*, II, num. 138.
3 Cf. Lombard., *In Rom. 14,* 3 (PL 191, 1512)
4 Potius III Reg. 8, 39; cf. Act. 1, 24.
5 Lombardi, in h. l. (PL 191, 1512).
6 Cf. *Glossa ordin., In Matth. 7,* 19 (PL 114, 111).

[Ad obiecta]: 1. Ad id[a] vero quod obicitur in ontrarium dicendum est quod illa manifestatio, ua corda dicuntur esse manifesta prudentibus, on est nisi quaedam notitia secundum coniec- ram, propter quam non debet homo procedere d[b] iudicium bonitatis aut malitiae secundum rtitudinem, sed ex hoc potest oriri quaedam aesumptio.

2. Similiter dicendum est de eo quod dicitur[c] ccli. 19, 26; coniectura enim capitur ex indiciis xterioribus eorum quae latent in corde.

3. Ad tertium vero dicendum[d] quod fructus dicuntur illa indicia manifesta, per quae potest esse cognitio praesumptionis, non certitudinis. Vel si fructus dicuntur peccata — sicut videtur dici super illud ad Rom. 14, 3: *Manducantem non iudicet,* ubi dicitur[1]: « Manifesta sunt, quae non possunt bono animo fieri, ut sunt blasphemiae, furta et huiusmodi, de quibus dicitur Matth. 7, 20: *A fructibus eorum cognoscetis eos* » — tunc de illis et per illa iudicari permittitur. Si enim opera sunt huiusmodi, bene iudicandus est esse peccator sive malus in corde.

CAPUT II. 364

UTRUM HOMO POSSIT IUDICARE DE OCCULTIS CORDIS SUI.

ecundo quaeritur si homo potest iudicare de occultis cordis sui.

Quod videtur, 1. per hoc quod dicitur I ad or. 2, 11: *Quis scit hominum quae sunt hominis, isi spiritus hominis qui in ipso est?* Ergo spi- tus hominis scit quae sunt in ipso; et de quibus cit homo, de iis potest iudicare, id est defi- ire[e]; ergo homo potest iudicare de occultis ordis sui.

2. Item, ibidem dicitur[2]: *Spiritualis homo omnia udicat.* Sed quae sunt illa *omnia*[f] nisi quae per- nent ad ipsum? Ergo spiritualis homo potest udicare de occultis cordis sui.

Contra. *a.* Super illud I ad Cor. 4, 3: *Neque e ipsum iudico,* Glossa[3]: « Periculosum nobis st de ignotis[g] cordis nostri vel aliorum iudi- are; tanta enim profunditas credenda est in ipso omine, quae lateat etiam ipsum hominem ». Et oc ostenditur[4] per Petrum, qui dixit[5]: *Et si om- es scandalizati fuerint, ego nunquam scandali- abor,* et tamen scandalizatus fuit.

[Solutio]: 1. Ad quod dicendum quod est duplex udicium: definitionis de re praesenti vel[h] prae- rita et de re futura; iterum[i] est iudicium exami- ationis. Potest ergo homo de se iudicare iudicio xaminationis praesentia et praeterita, quae, licet nt in genere suo occulta, tamen ipsi homini sunt anifesta. Unde dicitur I ad Cor. 11, 31: *Si nos psos iudicaremus, non utique diiudicaremur*[k]. Est autem iudicium definitionis de re[l] prae- senti et de re futura; de praesenti[m] vero aut de persona aut de facto; si de re[n] futura, aut quod pertinet ad fragilitatem aut quod pertinet ad virtutem[o]. Si ad fragilitatem, satis de se cer- tam potest ferre sententiam; si vero de virtute[p], vix aut nunquam potest de se ferre sententiam veram. Si vero de praesenti, quantum ad factum certam potest dare sententiam quoad genus boni vel mali vel indifferentis; si vero quoad perso- nam, de malo potest iudicare, sed de bono non, nisi fuerit ex speciali gratia data a Domino, sicut quando dixit Apostolus[6]: *Certus sum quod neque mors neque vita neque praesentia neque futura separabunt me a caritate, quae est in Chri- sto Iesu.*

2. Ad id vero quod dicitur quod *spiritualis homo iudicat omnia,* dicendum quod[q] intelli- gendum est de iudicio examinationis eorum quae pertinent ad salutem secundum sufficien- tiam. Neque est contrarium ei quod alibi dicit Apostolus[7]: *Neque me ipsum iudico;* hoc enim est de iudicio spectante ad futurum vel ad prae- sens secundum rationem boni, quasi[r]: ‘non definio me esse bonum, etsi non habeam conscientiam mali’. Potest tamen homo habere certitudinem confidentiae de futuris, etsi non certitudinem iudicii. Unde I Ioan. 3, 21-22: *Si cor nostrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Deum; et*[s] *quidquid petierimus, accipiemus.*

---

[a] L *aliud,* quod F corr. [b] Ita V, alii *procedere* pro *h. p. a.* [c] Ita V, alii *dictum est.* [d] Ita BT, V om. *vero,* alii add. *est;* T *eorum o dicuntur.* [e] R *et differre* pro *i. e. d.* [f] V om. *iudicat... omnia.* [g] V *occultis.* [h] BT *et.* [i] V *item.* [k] BTL *iudicaremur.* ta V, alii om. [l] B om. *et de... praesenti.* [m] BT om. [n] BT *veritatem.* [o] T *veritate.* [p] Ita V, alii om. *d. q.* [q] R *quod.* V *quod.*

1 Lombard., in h. l. (PL 191, 1512).
2 I Cor. 2, 15.
3 Lombardi, in h. l. (PL 191, 1565).
4 Cf. Lombard., loc. cit.
5 Matth. 26, 33.
6 Rom. 8, 38 sq.
7 I Cor. 4, 3.

365

CAPUT III.

UTRUM DE OMNIBUS MANIFESTIS POSSIT FIERI OMNINO IUDICIUM.

Tertio quaeritur, si non de occultis aliorum, sed de manifestis, I. utrum de omnibus manifestis [a] potest fieri omnino iudicium.

Quod videtur. *a.* Dicitur enim super illud [b] Luc. 6, 37: *Nolite iudicare* [c], Glossa [1]: « De manifestis licitum est iudicare [d] ». Et super illud ad Rom. 14, 3: *Manducantem non iudicet:* « Manifesta sunt quae non possunt bono animo fieri, de quibus iudicare nobis permittitur [2] ».

Contra, videtur quod non de omnibus apertis. 1. Unde super illud ad Rom. 14, 13: *Non amplius invicem iudicemus,* Glossa [3]: « Non reprehendamus ea quae nescimus quo animo fiunt; vel, etiam si aperta sint, non ita reprehendamus ut de sanitate desperemus ». Et accipitur ibi reprehendere pro iudicare; ergo non de omnibus manifestis potest fieri iudicium.

[Solutio]: Ad quod respondendum quod de manifestis potest fieri iudicium [e], prout supra determinatum est [4], cum fit ab eo a quo debet fieri et cum [f] est manifestum eo modo quo debet esse manifestum; hoc autem est iudicium definitionis. Iudicium autem condemnationis in futuro nullatenus est faciendum. Et hoc modo intelligitur illa auctoritas: « Si [g] aperta sint, non ita reprehendamus ut de sanitate desperemus ».

II. Occasione huius quaeritur utrum licitum sit nobis iudicare vel desperare de Antichristo vel de aliquibus aliis.

Et videtur quod non, *a.* per auctoritatem iam dictam [5].

b. Praeterea, de nemine desperandum est, dum est in via [6]; ergo nec de Antichristo.

Contra. 1. Ad Ephes. 2, 2 super illud: *Qui operatur in filios diffidentiae,* Glossa [7]: « De quibus diffidimus ». Ergo aliqui sunt, de quibus possumus diffidere sive [h] desperare.

2. Praeterea, videbantur angeli diffidere de salute Babylonis, cum dicebant [8]: « Migremus de iis sedibus », vel [9]: *Eamus et derelinquamus* [i] e
Ergo a simili possunt homines diffidere de s
lute aliorum, et ita iudicare iudicio condemn
tionis.

3. Praeterea, medicus, cum desperat de aegr
cum est aegritudo incurabilis, non peccat iu
cando ipsum ad mortem; ergo pari ratione erit
medico spirituali. Unde Origenes [10], Ierem. 51,
super illud: *Curavimus* etc.: « Accidit tibi [k] qu
accidit desperantibus medicis ». Ergo, si licitu
est medico relinquere aegrum et ita despera
de salute corporali, similiter desperandum est
salute spirituali.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod de nemi
desperandum est, dum est in via, simplicit
quantum est de conditione viatoris; nec de aliq
iudicium condemnationis [l] est proferendum. Reli
quitur enim in omnibus possibilitas liberi arbit
ad bonum, et ideo dicitur Dan. 4, 24: *Redime p
cata tua eleemosynis,* et sequitur: *Forsitan De
miserebitur tui.* Quantum ergo ad potentia
summi Medici [m] vel quoad possibilitatem lib
arbitrii non est desperandum: maior enim
potentia Medici quam magnitudo morbi.

[Ad obiecta]: 1. Ad hoc autem quod obici
de Glossa ad Ephes. 2, 2 dicendum est quo
habita consideratione multorum signorum
parte peccatoris, diffiditur de obedientia ex pa
ipsius vel de potentia ex parte fragilitatis h
manae in illo cuius est corrigere, non tam
simpliciter.

2. Ad illud vero quod obicitur per simile
angelis, dicendum est [11] quod nec ipsi angeli o
nino desperabant, sed secundum quid, quia era
repugnantes correctioni, sicut est de medico
derelinquit [n] aegrum repugnantem curationi
expiret [o] inter manus suas et reus videatur.

3. Similiter dicendum est ad illud quod o
citur [p] de medico corporali et dicendum est quo
licet medicus corporalis, considerans causas
feriores, diffidat de salute aegroti et secund

---

[a] V om. *u. d. o. m.* [b] T om. [c] V add. *etc.* [d] T om. *Glossa... iudicare.* [e] V om. *Ad... iudicium.* [f] BT om. [g] V
VZ *sicut* pro *sint.* [h] VL *vel.* [i] V add. *eam.* [k] V *illud.* [l] V *damnationis.* [m] LZ *medicis,* quod FR corr. [n] T *relinq*
[o] V *expediret.* [p] L om. *q. o.*; BT *aliud* pro *illud.*

1 *Ordin.*, in h. l. (PL 114, 264).
2 Lombard., in h. l. (PL 191, 1512).
3 Lombardi, in h. l. (PL 191, 1516).
4 Cf. supra, num. 364.
5 Cf. supra, nota 3.
6 Cf. Augustin., *Sermo* 71, c. 13, n. 21 (PL 38, 456).
7 Lombardi, in h. l. (PL 192, 180).
8 Cf. Flav. Ioseph., *De bello Iudaico,* VI, c. 5, n. 3
Euseb., *Hist. eccles.*, III, c. 8 (PG 20, 238).
9 Ierem. 51, 9.
10 In h. l. (PG 13, 602).
11 Cf. supra, p. 364, *ad 1.*

llas causas iudicet illum ad mortem, non tamen ic debet esse de medico spirituali: eius enim st principaliter attendere causas superiores, secundum quas datur curatio vel dari potest. Unde non est quis iudicandus ad mortem aeternam nisi constaret de finali impoenitentia.

CAPUT IV. 366

IN QUAM PARTEM SINT INTERPRETANDA DUBIA [1].

Quarto quaeritur, si non de dubiis possumus iudicare, utrum in partem utramque indifferenter sit interpretandum an [a] tantum in meliorem partem vel aliquando in deteriorem [b].

Ad [c] quod sic [d]: *a.* Dicit Beda [2] super illud Matth. 7, 1: *Nolite iudicare.* Item, ad Rom. 14, 3: *Manducantem non iudicet,* Glossa [3]: « Dubia in meliorem partem sunt interpretanda ».

Contra. 1. Matth. 20, 16: *Multi vocati, pauci vero electi;* et Gen. 8, 21: *Proni sunt sensus hominis ab adolescentia sua in malum.* Ergo plura fiunt mala intentione quam bona; et hoc scimus; ergo possumus interpretari.

2. Item [e], Isai. 5, 20: *Vae, qui dicitis bonum malum,* Glossa [f 4]: *Vae* qui dicit de eo, qui malus est, quod bonus sit [g], et e converso.

3. Item, asserere de quo quis dubitat est peccatum; ergo et interpretari.

4. Item, nos tenemur diligere proximos sicut nos ipsos; ergo, cum de factis propriis debeamus interpretari in deteriorem partem — ut habetur Prov. 18, 17: *Iustus prior accusator est sui;* et [h] Gregorius [5]: « Bonarum mentium est ibi culpam [i] agnoscere, ubi culpa non est » — ergo similiter de factis proximorum sunt dubia in deteriorem partem interpretanda.

5. Item, cum aliquis confitetur de dubio inter mortale et veniale, tam ille qui confitetur quam confessor interpretari debent in [k] deteriorem partem in [l] iniungendo et suscipiendo poenitentiam; ergo dubia in deteriorem partem sunt interpretanda.

6. **Sed quod in neutram partem sint dubia [m] interpretanda, videtur,** per Augustinum [6] qui dicit: « Ille iuste et pie vivit, qui rerum integer est aestimator », in neutram partem declinando. Ergo aequitas est servanda in iudicio, et ita non est in alteram partem declinare.

[Solutio]: 5. Ad quod dicendum quod dubia facta propria in partem deteriorem sunt interpretanda, sicut dictum est [7], in confessione, et hoc est quoad susceptionem poenitentiae; et sic intelligitur illud Gregorii: « Bonarum mentium » etc. Unde hoc interpretari non est affirmare vel iudicare simpliciter, sed se gerere circa dubium ac si deterius contigisset.

3. Et per hoc solvitur illud quod obiectum est quod 'asserere de quo quis dubitat [n], est peccatum'.

1-2. Et similiter illud quod dicitur: *Vae illis qui dicunt bonum malum* et [o] e converso. Non enim qui sic interpretatur affirmat vel asserit de [p] quo dubitat. Et licet plura sint [q] mala quam bona et pronior sit homo ad malum quam ad bonum, de factis proximorum non debemus interpretari in deteriorem partem, ubi dubium [r] est de utraque, sed in meliorem: hoc enim est in laudem liberalitatis [s] divinae, quae potest inclinare in bonum cum vult. — Si autem quaeratur ex qua causa interpretari debet homo in melius quod dubium est in proximo, cum dubium, quantum est de se, in neutram partem inclinet; respondendum est, secundum quod dicit Seneca [8], quod [t] ex humanitate debemus interpretari in melius; sapiens enim, quidquid accidit, bene illud interpretando levat, id est magnificat; quidquid dubium est, ex humanitate inclinat in melius. — Si vero [u] quaeritur quid sit ista humanitas, an sit virtus vel [v] non, respondendum est quod non: communis enim est bonis et malis, sed est vis insita humanae naturae a principio. Sicut enim per synderesim fit respectus ad propriam salutem, ita per hunc habitum naturae fit respectus ad ea quae sunt proximi. Sed haec debilior est, quia magis inclinamur ad bonum nostrum quam ad bonum proximi.

4. Ad id vero quod obicitur quod, 'cum dubia in nobis interpretari debeamus in deterius, et ita

---

[a] L *aut.* [b] VL add. *partem.* [c] Ita V, alii om. [d] R add. mg. *scilicet in meliorem.* [e] Ita V, alii add. *in.* [f] Z om. [g] Ita V, alii *est.* V om. [h] V *culpas.* [i] Ita VF (interl.), alii om. [k] BT om.; L om. *et.* [l] Ita V, alii om. [m] Z *dubitatur.* [n] VLZ *vel.* V add. *eo de.* [o] BT *fuerint.* [p] V *nisi dubium dubium* pro *u. d.* [q] B *libertatis;* codd. *qui* pro *quae.* [r] Ita BT, alii *quia.* V *autem.* [s] F *an.*

1 Cf. Guil. Altissiod., *Summa,* tr. 30, c. 3 (fol. 117b sq.); Joan. de Rupella, *Summa de vitiis* (fol. 13b), ubi sola argum. *a* et 1-4 verbotenus occurrunt.
2 In h. l. (PL 92, 36).
3 Lombardi, in h. l. (PL 191, 1512).
4 *Ordin.,* in h. l., ap. Lyran.
5 *Moral.,* XXIV, c. 9, n. 22 (PL 76, 208).
6 *De doctrina christ.,* I, c. 27 (PL 34, 29).
7 Cf. supra, sub n. 5.
8 Cf. *De ira,* I, c. 24 sqq.

similiter ea quae sunt proximi': dicendum est quod non est simile. Dubia enim in nobis interpretanda sunt in partem deteriorem propter timorem et cautelam, et ideo dicit Iob 9,28: *Verebar omnia opera mea, sciens quod non parceres delinquenti,* hoc est cum timore ponderavi. Ea vero quae sunt proximi, ex bono humanitatis [a] in melius interpretemur [b].

6. Ad id vero quod dicit Augustinus quo « ille iuste et pie » etc.: dicendum est quod ho attenditur in iudicio contentioso [c], in quo cons derandae sunt omnes circumstantiae, et persona et facti, nec declinare debet a veritate, cum d catur Exod. 23,3: *Pauperis non misereberis iudicio,* et in Deuter.[1] dicitur: *Non accipies pe sonam.*

MEMBRUM II.

De usurpatione iudicii humani.

Sequitur de iudicio usurpato humano, cum scilicet homo usurpat iudicium quod est alterius. Hoc autem potest contingere dupliciter: vel cum non habet iurisdictionem vel, si habet, no extendatur sua iurisdictio ad illud quod est alteriu sed [e] separatae sunt iurisdictiones, non subalterna

CAPUT I.

DE USURPATIONE IUDICII AB ILLO QUI NON HABET IURISDICTIONEM.

367 ARTICULUS I.

Utrum Moyses peccaverit occidendo Aegyptium.

Propter primam usurpationem obicitur de Moyse[2], qui vidit virum Aegyptium percutientem quemdam de Hebraeis, quem percussum abscondit in sabulo.

Videtur ergo, cum [f] nondum constitutus esset iudex a Domino ad puniendum delinquentes, quod usurpaverit iudicium. *a.* Cum enim duo pertineant ad officium praelati, scilicet subiectis possidenda iuste dispensare et eos contra iniustitiam defendere [g], videtur usurpasse illam partem officii quae pertinet ad severitatem.

b. Praeterea, dicitur [h] ad Rom. 14,4: *Tu, quis es qui iudicas servum alienum? Suo [i] domino stat aut cadit.* Ex quo videtur quod iudicis [k] officium usurpavit.

c. Dicitur etiam in Evangelio Matth. 26,52: *Omnis, qui acceperit gladium, gladio peribit.* Accipere autem videbatur gladium, cum non esset constitutus in iudiciaria potestate. Dicit autem Augustinus, *Contra Faustum*[3]: « Ille utitur gladio qui nulla superiore ac legitima potestate vel iubente vel concedente, in sanguinem alicuius armatur ». Ergo Moyses sic accipiendo gladiu id est potestatem, peccavit.

Sed videtur contrarium, quod non pecc verit [l] usurpando sibi potestatem iudiciaria 1. per hoc quod dicit Ambrosius, in libro *officiis*[4]: « Non in [m] inferenda, sed in debellan iniuria lex virtutis est. Qui enim non repellit in riam a socio, si potest, tam [n] est in vitio quam i qui facit. Unde sanctus Moyses hinc prius ors est tentamenta imbecillae fortitudinis. Nam, cu vidisset Hebraeum ab Aegyptio iniuriam ac pientem, defendit ita ut Aegyptium [o] prosterne atque in arenam absconderet ». Ex quo accipi quod licitum est depellere iniuriam a socio, eti nocendo alteri, et ita non peccavit Moyses. Item, in eodem libro[5]: « Fortitudo, quae bell tuetur a barbaris patriam vel domi defendit firmos vel a latronibus defendit [q] socios, ple iustitia est ». Sed Moyses quasi domi defen infirmum; ergo plenam iustitiam exercuit; e non peccavit usurpando alienum iudicium.

2. Item, videtur ex verbis B. Stephani in lib Act. 7,24-25 quod divinitus fuerit ei inspiratu

---

[a] T *humilitatis.* [b] V *interpretamur.* [c] V *extensioso.* [d] R (corr.) *utrum.* [e] R (corr.) *si.* [f] VLZ *quod,* F *quod* [g] B om. *e. e. c. i. d.* [h] L add. *Prov. 4.* [i] V *non.* [k] Ita V, alii *iudicii.* [l] V *peccavit.* [m] Ita BT, alii om. [n] Z *co* [o] L *Egyptum.* [p] R *bella.* [q] B om. *infirmos... defendit.*

1 Cap. 16, 19. 2 Cf. Exod. 2, 11 sq.
3 Lib. XXII, c. 70 (PL 42, 444).
4 Lib. I, c. 36, n. 178 (PL 16, 75).
5 Lib. I, c. 27, n. 129 (PL 16, 57).

Dicitur enim ibidem: *Cum vidisset quemdam iniuriam patientem, vindicavit eum et fecit ultionem pro qui iniuriam sustinebat, percusso Aegyptio; existimabat*[a] *autem intelligere fratres quoniam Deus per manum ipsius daret salutem illis*[b]. Ex quibus verbis videtur intelligi quod ipse divinitus hoc fecerit et quod credebat hoc ab aliis intelligi et praefigurari quod esset futurus iudex populi Israelitici. Et hoc videtur dicere Augustinus, in *Quaestion. Exodi*[1], cum dicit: « Per hoc testimonium videtur Moyses divinitus admonitus, quod Scriptura eo loco tacet, hoc audere potuisse ». Ex quo videtur dicere quod hoc fecerit divinitus, licet Scriptura non expresse dicat.

3. Hoc etiam videtur Augustinus dicere, *Contra Faustum*[2], cum dicit: « In persona prophetica id hoc divinitus fieri permissum est, ut futurum aliquid praesignaret », et loquitur de percussione Aegyptii facta a Moyse.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod, licet Moyses fecerit hoc ad defensionem ipsius Israelitae, non tamen excedere debebat modum; excessus autem fuit in occidendo. — Quod patet per hoc quod dicit Augustinus[3], loquens de Moyse et Petro: « Uterque non detestabili immanitate, sed commendabili[c] animositate, iustitiae regulam excessit ». Et in *Quaestion. Exodi*[4] dicitur: « Non videtur ipsum factum iustificandum ». Et praemittitur[5]: « Sicut uber terra ante[d] utilia semina quarumdam herbarum inutilium fertilitate laudatur », « sic ille[e] animi motus, quo Moyses peregrinum fratrem a cive[f] improbo iniuriam perpetientem[g], non observato ordine potestatis, inultum esse non pertulit, non virtutum fructibus inutilis erat, sed adhuc incultus vitiosa quidem, sed magnae fertilitatis signa gerebat ». Sic ergo peccavit Moyses, cum adhuc nullam legitimam potestatem gereret, nec divinitus acceptam nec humana societate ordinatam.

[Ad obiecta]: 1. Ad primo autem obiectum[h] dicendum est quod, licet non peccaret defendendo Hebraeum, peccavit tamen excedendo. Illud etiam[i], quod dicitur in Prov. 24, 11: *Erue eos qui ducuntur ad mortem,* non intelligitur nisi[k] salva iustitia; hoc enim dicitur in praedicta auctoritate.

2. Ad id vero quod dicitur in Act., dicendum est quod non ex hoc datur intelligi quod ipse divinitus accepta potestate hoc fecerit, sed[l] praefiguratur quodam modo in eo accipienda[m] potestas et quaedam idoneitas futurae potestatis, in qua poterat populus praesentire potestatem sibi conferendam.

3. Ad tertium dicendum quod hoc non dixit Augustinus asserendo, sed futurum quid praesignando. Hoc enim patet per ea quae sequuntur. Videtur tamen Augustinus quasi duplicem ponere opinionem: aut quod divinitus acceperit potestatem, quod tamen ex Scriptura non habetur, aut quod animositatis esset iudicium, non acceptae potestatis. Non enim in hoc facto Moyses laudatur simpliciter, sicut[n] nec Petrus a Domino[6]; « uterque tamen odio improbitatis alienae fecit, sed ille fraterno, iste dominico, licet adhuc carnali, tamen amore peccavit », sicut dicit Augustinus[7].

ARTICULUS II. 368

Utrum Phinees peccaverit interficiendo Israelitem coeuntem cum Madianitide.

Deinde quaeritur de Phinees, filio Eleazari, utrum peccaverit interficiendo[o] Israelitem coeuntem cum Madianitide[p][8].

Videtur enim usurpasse potestatem. 1. Accederat enim pater eius potestatem sacerdotalem; non legitur autem accepisse mandatum a patre suo nec a Domino; ergo usurpavit.

2. Legitur enim Num. 25, 4 quod Dominus dixerit[q] Moysi pro illo peccato populi, quod suspenderet principes populi in patibulis; Moyses etiam dixit iudicibus Israel quod occideret unusquisque proximum suum, qui initiatus esset[r] Beelphegor[9]. Non ergo ex mandato Domini nec ex mandato Moysi interfecit illum Israelitem, et ita usurpavit potestatem.

Contra. *a.* Dominus ibidem commendat ipsum, dicens[10]: *Phinees, filius Eleazari, avertit iram meam a filiis Israel, quia zelo meo commotus est*[s] *contra eos*[t]*; idcirco loquere ad eum: Ecce do tibi pacem foederis mei.*

b. Praeterea, dicitur[u] I Mach. 2, 26: *Zelatus est legem sicut fecit Phinees Zambri, filio*[v] *Salomi;* et in Psalmo[11]: *Reputatum*[x] *est ei ad iustitiam.*

---

[a] VFL *estimabat.* [b] VL *Israel;* T om. *verbis.* [c] V *commendabili.* [d] Z *autem,* quod R corr. [e] VBTL *illi.* [f] T *active* pro *a. c.;* add. *per.* [g] V *perpatientem.* [h] Ita V, alii *obiectum autem* pro *p. a. o.* [i] F *autem.* [k] L *intelligitur* pro *n. i. n.* [l] T om. [m] T *accipiendi.* [n] V om. [o] T om. [p] BT *Madianite.* [q] V *dixerat.* [r] Ita BT, alii *est.* [s] FRLZ om. [t] FZ (mg.) add. *scilicet,* quod R exp.; R *ideo* pro *idcirco,* quod Z corr. [u] Ita V, alii add. *in.* [v] BT *filie.* [x] V *imputatum.*

1 *In Heptat.*, II, q. 2 (PL 34, 597).
2 Lib. XXII, c. 70 (PL 42, 444).
3 *Contra Faustum,* XXII, c. 70 (PL 42, 445).
4 *In Heptat.*, II, q. 2 (PL 34, 597).
5 *In Heptat.*, et *Contra Faustum,* loc. cit.
6 Cf. Ioan. 18, 11.
7 *Contra Faustum,* loc. cit.
8 Cf. Num. 25, 7 sq.
9 Cf. Num. 25, 5.
10 Num. 25, 11 sq.
11 Psalm. 105, 31.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod, licet eodem zelo percusserit Petrus quo et[a] Phinees, sicut dicitur in Glossa[1] super Lucam, tamen non erat omnino idem zelus. Zelus enim erat in Petro carnalis dilectionis Domini, zelus vero in Phinees ut vindicaret iniuriam Domini, quam intulerant idololatrae, et ita non simpliciter erat idem zelus. Praeterea, Phinees, licet non esset summus sacerdos, tamen sacerdos erat et filiu summi sacerdotis et ad iustitiam ei reputabatur Non enim tempore illo prohibebatur sacerdotibu ne iustitiam exequerentur in homicidas person liter vel[c] etiam in malefactores. In Petro aute hoc fuit ostensum quod sacerdotes evangeli non sint executores huiusmodi legis. Unde dictu est ei[2]: *Converte gladium tuum*[d] *in vaginam.*

369 ARTICULUS III.

Utrum Daniel legitime iudicaverit duos senes.

Item obicitur de Daniele, qui non habuit legitimam potestatem et tamen iudicavit iudices illius temporis senes[3].

Videtur ergo quod usurpaverit iudicium 1. et maxime respectu illorum qui superiores erant constituti.

2. Quod etiam videtur per hoc quod David, cum praecidisset *oram chlamydis Saulis, percussit cor suum*[4]. In quo notatur, sicut dicit Gregorius[5], quod inferioris non est iudicare vel reprehendere facta superiorum. Ergo Daniel usurpavit iudicium iudicando illos senes.

[Solutio]: Ad quod respondendum per hoc quod dicitur in *Causa* II, q. 7[6]: « Nos si incompetenter aliquid egimus » etc.: « Miracula, maxime Veteris Testamenti, sunt admiranda, non in exemplum nostrae actionis trahenda; multa enim concedebantur tunc[e] quae nunc prohibentur. Tunc Samuel Agag, regem pinguissimum Amalec *in frusta*[f] *concidit*[7]; nunc nulli ecclesiasticoru iudicium sanguinis agitare licet. Tunc Phinees I daeum coeuntem cum Madianitide interfecit[8], *reputatum est ei ad iustitiam*[9]; hodie sacerdotib in perniciem[g] sui verteretur officii ». In figura er contigit quod Daniel puer senes iudicavit; prae guravit enim Christum puerum, qui Scribas Pharisaeos iudicavit[10]. De Christo enim dicitu Isai. 16, 5: *Praeparabitur*[i] *in misericordia soli et sedebit super illud, in veritate iudicans et qu rens iudicium et velociter reddens quod iustum e* et dicitur[k] Ierem. 23, 5: *Regnabit Rex et sapie erit et faciet iudicium et iustitiam in terra*[l].

[Ad obiecta]: 1-2. Ad illud[m] quod obicit quod 'non habuit potestatem' etc.: dicendur quod immo a Domino. Quod patet per textu Dan. 13, 45, ubi dicitur: *Suscitavit Dominus s ritum pueri iunioris* etc.

CAPUT II.

DE IUDICIO USURPATO AB EO QUI HABET POTESTATEM DISPARATAM.

Consequenter dicendum est[o] de iudicio usurpato ab eo qui habet potestatem disparatam[p], sicut legitur[q] II Par. 26, 16 de Ozia Rege, qui usurpavit sibi sacerdotium. Unde dictum est ei: *Non est tui officii ut adoleas incensum Domino, sed sacerdotum.* Et similiter legitur de Ieroboam, qui ascendit super altare ut adoleret incensum, III Reg. 13, 1.

Potest autem quaeri, si potestas ecclesiastica usurpet ea[r] quae sunt potestatis saecularis, utru peccet vel non;

secundum est si usurpatio fit[s] iudicii, n tantum quantum ad potestatem, sed etiam qua tum ad scientiam vel bonitatem, utpote si ign rans usurpat sibi iudicium ac si esset sciens malus ac si esset bonus;

tertium est secundum quos modos et qu fit[t] usurpatio iudicii.

---

[a] V om. [b] L *reputatur.* [c] B *ut.* [d] Ita V, alii om. [e] Ita R (interl.), alii om.; V om. *m. e. c.* [f] Ita BTF, alii *frus* [g] Ita R, alii *pernicionem.* [h] Ita V, alii add. *in;* VFRLZ *ipso* pro *Christo.* [i] R *properabitur;* V om. *in misericordia.* [k] Ita V, alii add [l] L om. *t. t.* [m] V om. *a. l.* [n] V add. *est.* [o] FRLZ om. [p] F *disperatam.* [q] V *dicitur,* Z *habetur.* [r] BT *ei.* [s] FRLZ [t] FRLZ *sit.*

1 *Interlin., In Luc. 22,* 38, ap. Lyran.
2 Ioan. 18, 11.
3 Cf. Dan. 13, 45 sqq.
4 I Reg. 24, 5 sq.
5 *Moral.,* V, c. 11, n. 24 (PL 75, 691).
6 *Glossa* Gratiani, in h. l., c. 41 (ed. A. Friedberg, I, 4
7 Cf. I Reg. 15, 33.
8 Cf. Num. 25, 7 sq.
9 Psalm. 105, 31.
10 Cf. Luc. 2, 46.

ARTICULUS I. 370

Utrum possit potestas ecclesiastica s. usurpet ea quae sunt potestatis saecularis.

Circa primum sic: *a.* **Potestas** [a] **ecclesiastica et saecularis e diverso dividuntur** sicut dividuntur vita terrena et vita spiritualis; sed terrena vita non est sub spirituali nec e converso; ergo nec potestas sub potestate, potestas ergo ecclesiastica, ut quantum huiusmodi, si dicat vel [b] exequitur iudicium saeculare, usurpat et usurpando peccat.

b. Item, in illo verbo Evangelii Matth. 22, 21: *Reddite quae sunt Caesaris Caesari et quae sunt Dei*, Deo designatur discretio potestatis spiritualis a terrena, ecclesiasticae a saeculari. Sicut ergo saecularis potestas, si extenderet manum in eos ut sursum Ecclesiae, usurparet quod esset potestatis ecclesiasticae, ita e converso. — Quod autem sic sit, videtur per hoc quod dicit Iugo [11]: « Spiritualis siquidem potestas non debet praesidere ut terrenas in suo iure praeiudicium faciat, sicut ipsa terrena potestas, quod spirituali debetur, numquam [d] sine culpa usurpat ».

c. Item, in Evangelio Luc. 22, 38, dicitur: *Ecce duo gladii.* et Dominus dixit: *Satis est.* Ex quo datur quod potestas saecularis e diverso est contra ecclesiasticam: gladius enim materialis pertinet ad potestatem saecularem et spiritualis ad ecclesiasticam; sicut ergo gladius spiritualis non arripitur [e] a potestate saeculari, sic nec gladius materialis arripi [f] debet a potestate ecclesiastica; ergo, si arripit [g], usurpat.

Arguitur [h] **quod distincta sunt iudicia ecclesiastica et saecularia, ex distinctione officiorum.** Unde Cyprianus [2]: « Mediator Dei et hominum Christus propriis actibus et dignitatibus distinctis officia potestatis utriusque discrevit propria, volens medicinali humilitate [i] sursum efferri, non humana superbia rursum in infernum emergi, ut christiani imperatores pro aeterna vita Pontificibus indigerent et [k] Pontifices pro cursu temporalium rerum tantummodo imperialibus legibus uterentur ».

Item, Gelasius [3]: « Duo sunt, quibus principaliter hic mundus regitur: auctoritas sacra Pontificum et regalis potestas; in quibus tanto gravius est pondus sacerdotum, quanto pro ipsis regibus hominum in divino [l] sunt reddituri rationem examine [m] ».

Videtur contrarium [n], per hoc quod dicitur Dist. 22, *Omnes sive Patriarchae* [4] etc.: « Ecclesiam solus ipse fundavit et supra petram fidei mox nascentis erexit, qui B. Petro, aeternae vitae clavigero, terreni simul et caelestis iura [o] commisit ».

Et dicit [p] Gregorius [5]: « Nos sanctorum praedecessorum statuta tenentes, eos, qui fidelitate aut sacramento [q] excommunicatis sunt constricti, apostolica auctoritate a sacramento absolvimus et ne sibi fidelitatem servent omnibus modis prohibemus ».

Item, ipse Dominus in se ipso utrumque iudicium exercuit, cum vendentes et ementes eiecit de templo [6], cum adulteram absolvit [7]. Ex quo videtur designasse coniunctionem utriusque potestatis in una persona futuram.

Hoc etiam arguitur ex Moyse, qui utrumque exercuit, quod est principis et quod est sacerdotis. Cum enim unxit Aaron [8], officium gessit summi sacerdotis; cum autem constituit tribunos et centuriones [9], officium gessit principis. Ex quo videntur coniungi officia [r] utriusque potestatis et iudicia in una persona [s].

Contra, spiritualis potestas maior est dignitate. Quod sic probatur: 1. Quemadmodum se habet corpus ad animam, ita se habet potestas saecularis ad spiritualem; sed anima potest super corpus, non e converso; ergo spiritualis potest super terrenam et ecclesiastica super saecularem.

2. Praeterea, a Deo primum sacerdotium est institutum; per sacerdotium vero, iubente Deo, regalis potestas est ordinata, sicut habetur [t] I Reg. 10, de Saule invento a Samuele et constituto rege [u].

3. Praeterea, sacerdotalis [v] dignitas benedicit regalem; maior autem est qui benedicit quam qui benedicitur [x 10]; ergo subest saecularis potestas ecclesiasticae.

---

[a] *Add.* autem BT. *Cetera om.* Arg. [b] *Augustinus.* [c] T *spirituali nunquam tamen.* [d] VP *accipitur.* [e] B *accipi.* [f] *accipi.* [g] *accipit.* [h] *Ad. contra arguitur.* [i] *divinitus, quod* T *corr.* [j] *offert.* Z *rest. pro offert.* [k] *mediabili: vita medicinali.* [l] N *ut.* [m] *examinetur.* [n] VL *item videtur pro V. r.* [o] FZ *vita.* [p] V *dixit.* [q] V *sacrato.* [r] VL *videtur coniungi officia.* [s] BT *om. Arguitur quod distincta... persona,* in Z *est add. mg.,* V *delevit per vacat.* Haec ergo *Arguitur quod distincta...* [t] Ita V, *alii add. in.* [u] V *in regem.* [v] T *add. potestas vel;* R *item pro praeterea.*

[1] *De sacram. christ. fidei,* II, p. 2, c. 7 (PL 176, 420).
[2] Potius Nicolaus I, Dist. 96, c. 6 (I, 339).
[3] Dist. 96, c. 10 (I, 340).
[4] Cap. 1 (I, 73).
[5] C. 15, q. 6, c. 4 (I, 756).
[6] Cf. Matth. 21, 12.
[7] Cf. Ioan. 8, 11.
[8] Cf. Exod. 28, 41 et 29, 7 etc.
[9] Cf. Exod. 18, 21.
[10] Cf. Hebr. 7, 6-7.

4. Praeterea[1], si tantum gladius spiritualis esset ipsius potestatis ecclesiasticae, cum [a] dictum fuit in Evangelio[2]: *Ecce duo gladii hic,* non respondisset Dominus: *Satis est;* in hoc enim innuit quod uterque gladius est [b] Ecclesiae; nec dixisset Petro[3]: *Converte gladium in vaginam,* de gladio enim materiali intellexit Dominus; eius autem est convertere qui habet potestatem; cum ergo Petrus typum gerat praelati ecclesiastici, penes praelatum ecclesiasticum residet potestas gladii materialis.

[Solutio]: Ad quod dicendum [c] quod potestates illae supra dictae duae divisae sunt ab invicem quantum ad exercitium, divisae etiam sunt [d] quantum ad imperium, sed non divisae sunt quantum ad nutum. Aliquando etiam sunt coniunctae quantum ad imperium, cum scilicet principes terreni concedunt non tantum utilitatem Ecclesiae, sed etiam potestatem; nihilominus tamen reducendae sunt istae potestates [e] ad diversas rationes personarum. Cum ergo quaeritur utrum potestas ecclesiastica usurpet iudicium quod est potestatis saecularis, dicendum est quod [f] usurpat, si exerceat iudicium saeculare per se ipsam; cum autem est Ecclesiae collata potestas a principe terreno, exercitium iudicii saecularis spectare debet ad laicas personas; potestas autem constituendi illas [g] potest tunc spectare ad Ecclesiam. Unde dicit Hugo[4]: « Licet Ecclesia fructum terrenae possessionis in [h] usum accipiat, potestatem tamen [i] exercendae iustitiae per ecclesiasticas personas aut iudicia saecularia exercere non potest; potest tamen ministros habere laicas personas, per quas [k] iura et iudicia, ad terrenam pertinentia potestatem, secundum tenorem legis et debitum iuris terreni exerceat ». Cum autem divisae [l] sunt potestates in personis, non est usurpatio, si [m] nutu potestatis ecclesiasticae fiat exercitium iustitiae a potestate saeculari. Unde dicit Bernardus, IV *Ad Eugenium*[5]: « Uterque est [n] Ecclesiae, et spiritualis scilicet gladius et materialis, sed is [o] quidem pro Ecclesia, ille vero ab Ecclesia exercendus, ille sacerdotis, iste [p] militis manu, sed ad nutum sacerdotis et iussu imperatoris ».

[Ad obiecta]: Ex iis patet qualiter respondendum est ad obiecta. Concedendum enim est quod distinctae sunt potestates, maxime quantum ad exercitia et quantum ad imperia, sicut quaedam rationes probant; nihilominus non est consimilis [q] comparatio potestatis saecularis ad ecclesiasticam sicut ecclesiasticae ad saecularem. Ecclesiastica enim in nullo subesse debet saeculari, sed saecularis in aliquo subesse debet ecclesiasticae sicut sequentes ostendunt rationes. Unde licet ad Ecclesiam pertineat potestas constituendi eos per quos fiant iudicia saecularia [r] et exerceatur gladius materialis, non tamen ad potestatem saecularem pertinet constituere eos qui utuntur gladio spirituali, in quantum huiusmodi, vel usum demandare, et ideo ex una parte potest esse usurpatio aliquo modo, quo [s] modo non erit ex alia

371 ARTICULUS II.

Utrum sit usurpatio iudicii quantum ad scientiam vel bonitatem sicut quoad potestatem.

Secundo quaeritur si est usurpatio iudicii quantum ad scientiam vel bonitatem sicut quoad potestatem.

Quod videtur. 1. Ad iudicium enim rectum concurrunt potestas, scientia et dignitas, quae est ex bonitate vitae; ergo, si praesumat aliquis iudicare [t] in quo aliquod eorum defuerit, erit iudicium usurpatum.

2. Ad idem: Iudicium est de notis; nota autem secundum scientiam nota esse debent; si ergo non sit scientia, consequenter nec erit iudicium rectum [u]. Unde Hieronymus[6]: « Reprehensibile valde est de non bene cognitis proferre sententiam »; et dicitur Iob 29,16: *Causam, quam nesciebam, diligentissime investigabam.* Si ergo aliquis procedit ad iudicandum, non praehabita scientia eorum quae necessaria sunt ad iudicium usurpat iudicium.

3. Item, dicitur [v] Ioan. 8,7: *Qui sine peccato est primus in eam lapidem mittat.* Super quod [x] dicit B. Augustinus[7]: « Docet nos, auditis alicuius

---

[a] R *et.* [b] L om. [c] Ita VR, alii add. *est.* [d] T *sunt ad invicem etiam* pro *e. s.* [e] B *utilitates.* [f] V om. [g] Ita FLZ, alii *illos* [h] Ita F, alii om. [i] R om. [k] Ita V (corr.) F, alii *que.* [l] F *diverse,* quod Z corr. [m] VTZ *sed.* [n] B *communis.* [o] V *hic.* [p] V *ille* [q] B *similis.* [r] B om. [s] B *quoquo.* [t] BT *videre.* [u] V *facto,* quod L corr. [v] Ita V, alii add. *in.* [x] Ita V, alii *quo.*

1 Cf. Bernard., *De consider.*, IV, c. 3, n. 7 (PL 182, 776).
2 Luc. 22, 38.
3 Ioan. 18, 11.
4 *De sacram. christ. fidei,* II, p. 2, c. 7 (PL 176, 420).
5 Loc. cit.
6 Cf. *In Philemon.*, v. 15 (PL 26, 613).
7 Cf. *In Ioan.*, tr. 33, n. 5 (PL 35, 1649sq.); Alcuin. *In Ioan. 8,* 7 (PL 100, 854), verbotenus in *Glossa ordin. In Ioan. 8,* 1, ap. Lyran.

alis, non temere iudicare, sed prius digito dis- etionis nos ipsos discutere, sicut illis dicitur[1]: *ui sine peccato est*[a], quasi: prius sitis iusti, ut[b] ost ream puniatis. Si enim lex iubet punire reos[c], on tamen a similiter[d] puniendis ». Ergo teme- rium est iudicium, si non praecedat discretio vitae dignitas.

4. Item, idem[2]: « Non simpliciter iubet universa eccata non iudicare, sed iis qui decem millibus leni sunt malis ».

5. Item, Chrysostomus[3]: « Videre festu- am et eicere non est omnium, sed doctorum, horum non omnium, sed[e] iustorum ». Ex quo accipitur quod praesumptuosum est iudicium sive usurpatum, cum non est scientia vel digni- tas vitae.

Contra. *a.* Potestas iudicandi penes ipsum[f] re- sidet; ergo iudicat de iis quae ad se[g] pertinent; ergo non usurpat iudicium.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod aliud est de potestate et de scientia sive dignitate. Potestas enim pertinet essentialiter, sed alia duo pertinent ad congruitatem sive opportunitatem. Proprie au- tem est usurpatio iudicii quoad potestatem, te- meritas autem vel praesumptio potest dici quan- tum ad alia duo.

ARTICULUS III. 372

Secundum quos modos et quot fiat usurpatio iudicii.

Tertio quaeritur secundum quos modos et uot fit[h] usurpatio iudicii.

[Solutio]: Ad quod potest dici per hoc quod icit Hugo[4], quod aliquid dicitur esse illicitum secundum personam, ut saeculari iudici manum ittere in clericum non licet », supple ad iudican- um. Iterum[i], secundum causam aliquid[k] est il- citum, ut [si] spiritualia et ecclesiastica negotia a idice saeculari examinentur. Secundum mensu- am etiam poenae et qualitatem poenae, ut non cet saeculari iudici spirituali gladio uti. « Secun- um locum, ut si loca sacra violare praesumeret[l] confugientibus ad illa[m], etiam reis, inordinate iolentiam inferre tentaret. Secundum tempus, si acris et solemnibus diebus reverentiam non exhi- eret, sed indifferenter sua iudicia exerceret ». Iis ergo modis fit iudicii usurpatio apud iudicem saecularem. Etsi enim alias habeat[n] potesta- tem, limitata tamen est ei[o] potestas et quoad personam et quoad causam et quoad modum poenae sive[p] qualitatem et[q] quoad locum et quoad tempus.

Quoad personam vero ecclesiasticam usurpatio esset quantum ad quemdam modum poenae, quantum ad quemdam modum[r] causae, sicut est causa sanguinis, cuius exercitium non pertinet ad eam, quantum ad quoddam tempus. Quantum autem ad personas et loca, dummodo servetur honestas in loco, potest attendi generalitas: per- sona enim ecclesiastica et saecularis subest iu- risdictioni ecclesiasticae. Locus etiam sacer et non sacer potest esse, in quo tractetur negotium ecclesiasticum, magis tamen congruit locus sacer.

CAPUT III.

DE IUDICIO USURPATO PROUT EST INTER ECCLESIASTICAS PERSONAS.

Deinde quaeritur de iudicio usurpato prout est inter ecclesiasticas personas. Et hoc contingit dupliciter: vel in foro poenitentiae vel in foro exterioris causae.

ARTICULUS I.

De iudicio usurpato in foro poenitentiae. 373

Quaeritur ergo de usurpatione iudicii in foro oenitentiae utrum sit illicitum uni confessori udire in confessione et poenitentiam iniungere ubdito alterius.

Quod videtur, 1. per hoc quod dicitur in[s] Deu- ter. 19, 14: *Non assumes nec transferes terminos proximi tui.* Sed transfert ille terminos qui suam iurisdictionem dilatat et alterius coarctat.

---

[a] V add. *etc.* [b] T *et*; V *reum* pro *ream*; T *peniteatis* pro *puniatis.* [c] V *nos.* [d] Ita BT, R *a simili*, VFLZ *consimiliter*; RL *puniendos* o *puniendis.* [e] B om. *h. n. o. s.* [f] R *ipsam.* [g] V add. *ipsum.* [h] Ita TLZ, alii *sit.* [i] BL *item.* [k] R *quid.* [l] T *presumet.* L *illam.* [m] R *habeant*, Z *hanc*, VF add. *hanc.* [n] B *eius.* [o] T add. *ad.* [p] R om. [q] B om. *poenae... modum.* [r] V om.

1 Ioan. 8, 7.
2 Chrysostom., *In Matth.*, hom. 23, n. 1 (PG 57, 308).
3 *In Matth., op. imperf.*, hom. 17, n. 1 (PG 56, 725).
4 *De sacram. christ. fidei*, II, p. 2, c. 8 (PL 176, 420 sq.).

2. Praeterea, dicitur[a] Prov. 22,28: *Ne transgrediaris terminos antiquos, quos posuerunt patres tui.* Sed antiqui patres posuerunt limites iurisdictionis ipsis confessoribus; ergo[b] qui iudicat subditum alterius in foro poenitentiae, usurpat iudicium[c].

3. Hoc etiam dicit Calixtus papa[1]: « Nullus terminos alterius usurpet ». Et dicitur in *Canone*[2]: « Placuit ut deinceps nulli sacerdotum liceat quemlibet commissum alteri sacerdoti ad poenitentiam suscipere sine eius consensu, cui se prius commisit, nisi per ignorantiam illius, cui poenitens prius confessus est. Qui ergo contra statuta facere tentaverit, gradus sui periculo subiacebit ».

Contra. *a.* Dicit Gelasius[3]: « Si quis monachus fuerit, qui venerabilis vitae merito sacerdotio dignus praevideatur, si placeat abbati, omnia, quae ad sacerdotii[d] officia pertinent, episcopi electione provide ac[e] iuste agere potest ».

b. Similiter Gregorius[4]: « Moderamine apostolicae auctoritatis decernimus[f] ut monachi, si presbyterii honore sint dedicati, cum ligandi solvendique potestate, decimarum et oblationum portionem[g] non minus quam ceteri sacerdotes laudabiliter sibi vindicent ».

c. Praeterea, licitum est aegroto et rationabile discretiorem medicum eligere, ne de vita corporali periclitetur; ergo licitum est peccatori, qui aegrotat spiritualiter, discretiorem confessorem eligere, ne de vita spirituali periclitetur.

[Solutio]: 1-3. Ad quod dicendum quod aliud est propria voluntate iudicium huiusmodi assumere et aliud est ex obedientia superioris, utpote illius qui habet potestatem specialem[h] vel generalem super illum qui confitetur. Rationes ergo illae vel auctoritates, quae inducuntur ad hoc quod non assumat aliquis iudicium, intelliguntur de illo qui propria voluntate hoc facit: talis enim dicitur usurpare. Si vero fecerit[i] superioris auctoritate vel ingruente necessitate, sicut in articulo mortis, vel[k] propter ignorantiam alterius confessoris, non usurpatur iudicium. Unde dicendum[l] quod aliud est ex sua praesumptione et aliud est[m] ex obedientiae iniunctione vel ex alterius concessione[n] huiusmodi iudicium exequi: uno modo fit usurpatio, aliis vero modis non fit.

374 ARTICULUS II.

De iudicio usurpato in foro exterioris causae.

Deinde quaeritur quantum ad forum causae[o], utrum illicitum sit vel licitum alicui praelato iudicare subditum alterius.

Quod non, videtur, *a.* per hoc quod dicit Calixtus[5]: « Nullus alterius parochianum iudicare vel ordinare aut excommunicare praesumat, quoniam nullus[p] alterius iudicis nisi sui[q] sententia tenebitur aut damnabitur ».

b. Item, sicut ordinatio alteri[r] praelato prohibetur, ita iudicatio et aliarum rerum dispositio.

c. Item, ex Antiocheno Concilio[6]: « Episcopi, qui extra dioecesim sunt, ad ecclesias[s], quae extra eorum terminos sunt, non accedant ». Ex quo derelinquitur quod, si huiusmodi accessus fuerit, iudicii erit usurpatio.

Contra. 1. Deuter. 23,24 super illud: *Ingressus vineam proximi tui,* Glossa[7]: « In ecclesia alterius episcopi potest alter aliquos corrigere vel confirmare ».

2. Item, ex Concilio Antiocheno[8]: « Per singulas provincias episcopos scire oportet metropolitanum[t], qui praeest, curam et sollicitudinem provinciae suscepisse[u]. Propter quod ad metropolitanam civitatem ab iis, qui causas habent, concurratur ».

3. Item, ratione delicti vel contractus sortitur quis forum alterius.

Ex iis colligitur quod non fit[v] usurpatio iudicii, si quis ferat iudicium de subdito alterius in foro exteriori.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod regulare est quod nullus iudicet subditum alterius, habet tamen instantiam in certis casibus. Potest enim de consensu illius, cuius subditus est, in minoribus iudicium ferre. Et hoc modo intelligitur illud Deuter.; unde sequitur[9]: « Totam plebem non licet ei regere vel magna negotia tractare ». In casu etiam illo, ubi per appellationem vel per negligentiam devolvitur ius ad superiorem, sicut est de metropolitano, et sic intelligitur quod de

---

[a] TFRLZ add. *in.* [b] B om. [c] B om. [d] R *sacerdotis.* [e] V *provideat* pro *p. a.* [f] Ita V, alii *decrevimus.* [g] V *portionum* [h] L *spiritualem.* [i] Codd. *fuerit.* [k] V om. [l] Ita V, alii add. *est.* [m] L om. [n] BTL *confessione.* [o] B *ecclesie,* T add. mg. *exterioris* [p] Ita F, alii *nullius.* [q] VL *sua.* [r] R *alii.* [s] V *ecclesiam a;* L *sint* pro *sunt.* [t] Ita VR (corr.), alii *metropolitanam;* B *que* pro *qui* [u] B om. [v] R *sit.* [x] T om.

1 C. 9, q. 2, c. 1 (I, 602).
2 Loc. cit., c. 2 (I, 602).
3 C. 16, q. 1, c. 28 (I, 768).
4 Loc. cit., c. 23 (I, 767).
5 C. 9, q. 2, c. 1 (I, 602).
6 Loc. cit., c. 8 (I, 604).
7 *Ordin.,* in h. l. (PL 113, 479).
8 C. 9, q. 3, c. 2 (I, 606).
9 *Glossa ordin.,* loc. cit

etropolitano dicitur « nisi forte causa fuerit mmissa a Summo Pontifice ». Ratione etiam deti vel contractus potest subiacere iurisdictioni terius. Et iis modis non fit usurpatio.

Iis intellectis de iudicio suspicioso et usurpato, dicendum esset de iudicio contentioso; sed de illo dicetur in proprio Tractatu de praeceptis iudicialibus [1].

TITULUS II.

DE PERSONARUM ACCEPTIONE.

Sequitur de personarum acceptione.

Primo ergo videndum est quid sit personarum acceptio;

secundo, cum sint tres differentiae acceptionis personarum, quo modo pectur unaquaque [a];

tertio [b], qua de causa dicatur acceptio personarum;

quarto, quare ita specialiter removetur personarum acceptio a Deo in Sacra criptura.

MEMBRUM I. 375

Quid sit personarum acceptio [2].

efinitur I. autem sic: Acceptio personae [c] est iniustitia, qua praefertur persona personae opter causam indebitam. — Quod enim opnatur iustitiae, patet per hoc quod dicitur vit. 19, 15; statim enim postquam dictum est: *on facies quod iniquum est nec iniuste iudicabis*, biungitur: *Non consideres personam pauperis c honores vultum potentis.* Similiter, in [d] Deu-. 16, 18, cum dicitur: *Iudices constitues in omnis portis tuis, ut iudicent populum iusto iudicio;* subditur [3]: *Non accipies personam nec munera.*

Contra hanc definitionem potest obici 1. propter c quod acceptio personae videtur esse actus cors, sicut patet ex coniugato, cum dicitur 'hoc accepm est mihi'; praelatio vero, qua praefertur persona rsonae, est exterius; ergo non recte definitur.

2. Praeterea, potest quaeri quae sit causa indeta. Si enim consideretur pauper ratione suae upertatis, et ex hoc moveatur aliquis ad plus mpatiendum, sic praefertur persona personae; go [e] consideratur persona pauperis nec dicitur ceptio personae; ergo non quaecumque praeio personae ad personam [f] dicitur esse acceptio rsonae. Ponatur quod hoc esset propter caum indebitam.

3. Praeterea, propter quid magis dicitur acceptio rsonae quam acceptio alterius rei? Cum enim dicitur acceptio [g] munerum, res determinata dicitur; cum autem dicitur acceptio personae, res [h] indeterminata dicitur. Propter quid ergo dicitur personae acceptio?

[Solutio]: 1. Ad quod dicendum quod, licet acceptio personae dicat primo actum interiorem, nihilominus per posterius dicit actum exteriorem. Et [i] similiter dicitur ex parte definitionis: praefertur enim primo [k] persona personae in iudicio interiori et deinceps in actu exteriori, et secundum hoc intelligitur acceptio personae.

2. Ad secundum vero [l] dicendum quod consideratio personae pauperis, quia pauper est, non est acceptio personae, licet consideratio divitis, in quantum dives, sit acceptio personae. Non enim quaecumque praeeminentia personae ad personam in iudicio est acceptio personae, etiam propter causam [m] indebitam, ut in illo genere, sed cum ex conditione praeeminenti in persona movetur ad praeferendum, ut conditio divitiarum vel potestatis terrenae vel cognationis carnalis et huiusmodi: hae enim sunt conditiones quae in iudicio hominis praeferuntur.

3. Ad tertium vero [n] dicendum quod acceptio dicitur personae, cum attenditur persona, non propter id quod est divinum in ea, sed propter ea quae adiacent personae [4]: persona enim sic accipitur in hoc loco [o] ad similitudinem personae

---

[a] BTRL *unoquoque.* [b] VL add. *queritur.* [c] R *personarum.* [d] V om.; V *sequitur* pro *dicitur.* [e] Z add. *si.* [f] B om. *p. a. p.* om. *alterius... acceptio.* [h] Z om. *determinata... res.* [i] V om. [k] V om. [l] V om. [m] V *gratiam.* [n] V om. [o] Z om.

1 In libro III huius *Summae.*

2 Cf. Ioan. de Rupella, *Summa de vitiis* (fol. 13c).

3 Cap. 16, 19.

4 Cf. Guil. Altissiod., *Summa*, II, tr. 30, c. 3, q. 1 (fol. 119a).

in theatro, quae larvata dicebatur[1]. Unde dicit Gregorius[2]: « Superbia nostra retunditur [a], quia in hominibus non naturam, qua [b] ad imaginem Dei facti sunt, sed honores et divitias honoramus ». Item, idem [c 3]: « Increpatur nostra superbia, quae nescit pensare homines propter homines [d]; sola quae circumstant hominibus pensat [e], naturam non aspicit, honorem Dei in hominibus non agnoscit [f] ». Ex iam dictis patet quod accipere personam est peccatum; unde Eccli. 42, 1: *Ne accipias personam, ut delinquas.*

II. Occasione etiam praedictorum quaeritur utrum sicut in personarum acceptione est peccatum, ita in personarum contemptu. — Quod videtur. Sicut enim in praeferendo non praeferendum [g] est peccatum, ita in contemnendo non contemnendum. Unde super illud Iac. 2, 1: *Nolite in personarum acceptione habere fidem,* Glossa[4]: « Quicumque divitem propter divitias eligit et propter paupertatem pauperem abicit, utrobique peccat ». Quaeritur ergo utrum sint duo peccata et si utrumque spectat ad acceptionem personae an [h] alterum tantum.

Quod autem sit unum peccatum et ad acceptionem personae utrumque spectet, videtur *a.* per hoc quod dicit Augustinus[5]: « Non est putandum leve peccatum *in personarum acceptione habere fidem Domini* gloriae. Quis enim ferat divitem eligi ad sedem honoris Ecclesiae contempto paupere instructiore [i] et sanctiore? Cum autem [k] unum praefert, alterum contemnit eo ipso ergo unicum est peccatum.

Contra. 1. Duo sunt actus oppositi; et penes differentias actuum attenduntur peccata; ergo duo sunt peccata; et penes unum attenditur acceptio personae, non penes alterum: nullus enim dicit acceptam esse personam quae contemnitur.

[Solutio]: 1. Ad quod dicendum [l] quod, licet sint diversi actus, tamen, quia unus consequitur ad alium — cum enim praefertur iste, contemnitur ille — pro uno peccato reputantur et [m] ad illud quod principalius est referuntur: et hoc est peccatum acceptionis quod prohibetur, et per consequens aliud intelligitur prohibitum.

MEMBRUM II.

De triplici differentia acceptionis personarum [6].

Secundo quaeritur, cum sint tres differentiae acceptionis personarum, quo modo peccatur unaquaque [n].

Est autem acceptio in promotione ad dignitates, de qua intelligitur illud I Reg. 16, 7: *Dixit Dominus ad Samuelem: Non respicias vultum eius nec altitudinem staturae eius, quoniam abieci eum.* Et dicit Isidorus[7]: « Qui consanguinitatis vel [o] amicitiae favore iudicem pervertunt, in Christum, qui est veritas, peccare noscuntur ». — Est iterum acceptio personae in executione iudicii, Deuter. 16, 19: *Non accipies [p] personam vel munera.* Et dicitur[8] ad Ephes. 6, 9, super illud: *Non est personarum acceptio apud Deum*: « Iustus iudex causas discernit, non personas ». — Est iterum acceptio personae cum exhibitione honoris, Iac. 2, 1: *Nolite in personarum acceptione habere fidem Domini nostri Iesu Christi.*

CAPUT I.

DE ACCEPTIONE PERSONARUM IN PROMOTIONE AD DIGNITATES.

376

ARTICULUS I.

Utrum promovere propter consanguinitatem sit acceptio personae.

Quaeritur ergo utrum promovere propter consanguinitatem sit acceptio personae[9]. Ponatur enim quod duo sint aequalis meriti et scientiae, et unus illorum est [q] consanguineus vel nepos episcopi

[a] T *reconditur.* [b] V *que.* [c] V *ibidem.* [d] V *honores,* quod FL corr.; R add. *hec.* [e] V *pensant.* [f] V *cognoscit;* B om. *Deus* [g] T om. *sicut... praeferendum.* [h] V *aut.* [i] V *instructore.* [k] V *enim.* [l] Z om. [m] V *reputatur* pro *r. e.* [n] Ita F, L *in unoquoque* alii *unoquoque.* [o] T *aut.* [p] Z *accipias.* [q] V om.

1 Cf. Alex. Hal., *Summa theol.*, I, p. 566 b.
2 *In Evang.*, hom. 28, n. 1 (PL 76, 1211).
3 Loc. cit.
4 *Interlin.*, in h. l., ap. Lyran.
5 *Epist.* 167, n. 18 (PL 33, 740); cf. Iac. 2, 1.
6 Cf. Ioan. de Rupella, *Summa de vitiis* (fol. 13 c).
7 *Sentent.*, III, c. 53, n. 1 (PL 83, 726).
8 Lombard., in h. l. (PL 192, 218).
9 Cf. Guil. Altissiod., *Summa*, II, tr. 30, c. 3, q. 2 (fo 119 a); Ioan. de Rupella, *Summa de vitiis* (fol. 13 d sq.)

ei confertur beneficium, utrum est acceptio rsonae et utrum peccat sic conferendo.

Et videtur quod sic, *a.* quia praefert eum propter nsanguinitatem, et ita propter causam indebitam. Quod enim causa sit indebita, patet r simile. Dicit enim Isidorus[1]: « Amore[a] corpitur iudicium, dum[b] amico vel propinquis aestare contendimus ». Sicut ergo consanguitas est causa indebita propter quam corrumtur iudicium, ita est causa[c] indebita propter am confertur beneficium.

b. Praeterea, in conferendo beneficio spirituali endenda est causa spiritualis; sed consaninitas non est causa spiritualis; ergo indebita usa est propter quam conferri[d] debeat beneium.

c. Item, Origenes, *Super librum Numerorum*[2]: Nulla est populi acclamatio, nulla consanguitatis ratio, nulla est habita contemplatio proquitatis », et fit sermo de electione Iosue. Ex o patet per simile, sicut in electionibus[e], ita collationibus[f] beneficiorum non attendendam tionem consanguinitatis.

d. Item, Bernardus[3]: « O infinita ambitio et satiabilis avaritia! Cum primos honorum gradus eruerint in Ecclesia[g], meruerint[h] autem vitae erito vel merito pecuniae sive carnis et sainis, quae *regnum Dei non*[i] *possidebunt*[4], praegativa, non ideo corda quiescunt ». Ex quo cipitur quod illud meritum, quod est ex[k] praegativa carnis et sanguinis, est reprobabile apud eum; ergo est causa indebita propter quam est aeferendus; ergo est acceptio personae.

Contra. 1. Ordinata caritas magis diligit domecos quantum ad effectum, secundum illud ad al.[l] ultimo, 10: *Maxime autem ad domesticos dei;* sed quod fit ex caritate, ordinatum est; go in collatione beneficii potest attendi ratio nsanguinitatis.

2. Item, dicitur I ad Tim. 5, 8: *Si quis suorum, maxime domesticorum, curam non habet, fidem gavit.* Domestici autem dicuntur qui in[m] conguinitate attinent; ergo ratio consanguinitatis tendi potest in beneficiis conferendis.

3. Hoc etiam habetur per hoc quod dicitur a Ambrosio[5], quod ordo[n] caritatis attenditur oad effectum in iis qui[o] attinent linea conguinitatis.

4. Praeterea, pares[p] sunt circumstantiae, et additur haec conditio, quae non videtur diminuere, et sufficit quod conferatur bono, sicut habetur ex *Canone*[6]; ergo non peccat conferendo consanguineo; sed acceptio personarum est peccatum; ergo in hoc non est acceptor[q] personae.

Videtur tamen contrarium, propter hoc quod scandalum vitandum est in beneficiis conferendis; scandalizantur autem multi, cum confertur beneficium consanguineo: creditur enim quod hoc fit[r] propter consanguinitatem, licet aliae sint conditiones bonae; ergo huiusmodi conditio non est attendenda.

Praeterea, dicitur Mich. 3, 10: *Vae illis qui aedificant Sion in sanguinibus!* Sed 'aedificare *Sion in sanguinibus*' est collocare in Ecclesia[s] personas ratione consanguinitatis; ergo huiusmodi conditio non est attendenda; ergo peccatur hoc modo in beneficiorum collatione.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod sunt beneficia spiritualia et sunt corporalia sive temporalia. In collatione temporalium, ubi spirituale non est annexum, licitum est conferre consanguineo, si bonus est, ex intentione[t] consanguinitatis. Si vero temporale est annexum spirituali, licitum est ei conferre, non ex ratione consanguinitatis principali, sed secundaria, ut non egeat, sed non ita quod[u] luxurietur. Si vero est spirituale beneficium, non attendenda est[v] ratio consanguinitatis vel ratio carnis, sed ratio spiritualis. Si vero aliae conditiones sint pares, potest ex illis conditionibus moveri ad conferendum consanguineo, dummodo non sit scandalum passivum ex[x] respectu consanguinitatis: in huiusmodi enim aliqua dimittenda sunt propter scandalum. Tunc autem solum est acceptio personae, quando praefertur ratione consanguinitatis in spiritualibus beneficiis: sic enim est causa indebita.

[Ad obiecta]: Per iam dicta potest videri qualiter respondendum est ad obiecta.

a-d. Rationes enim primae ad hoc tendunt, ut in beneficiis spiritualibus non sit ratio consanguinitatis movens.

1. Rationes vero, quae sunt in contrarium, respiciunt praeeminentiam in beneficiis temporalibus, in quibus bene potest attendi ratio consanguinitatis, existentibus aliis circumstantiis bonis. Sic enim intelligitur illud ad Gal. secundum unam expositionem[7]; secundum aliam expositionem[y 8]

---

[a] BT *amare.* [b] VFR *de,* quod LZ corr. [c] B *enim.* [d] Ita V, alii *conferre.* [e] T *electione.* [f] V *collocationibus.* [g] Ita R, alii *. i. e.;* V *bonorum et* pro *honorum.* [h] VB *meruerunt.* [i] L om. [k] BT om. [l] V *Corinthios.* [m] Z om. [n] V *corde.* ta BT (corr.), alii *que.* [p] L *partes.* [q] V *acceptio.* [r] Ita B, alii *sit.* [s] T *ecclesias.* [t] R add. *causa;* VRLZ om. *est.* [u] R *ut.* Z om., in R est add. interl. [x] Z *et.* [y] Z add. *in.*

1 *Sentent.,* III, c. 54, n. 7 (PL 83, 723).
2 Hom. 22, n. 4 (PG 12, 745).
3 *De morib. et offic. episc.,* c. 7, n. 27 (PL 182, 827).
4 I Cor. 15, 50.
5 Cf. *Glossa ordin., In Cant., 2,* 4 (PL 113, 1137).
6 Cf. Dist. 24, c. 2 (I, 87).
7 Cf. *Glossa ordin.,* in h. l., ap. Lyran.
8 Cf. *Glossa ordin.,* loc. cit.

praeeminentia attenditur ratione fidei, et tunc est ratio spiritualis.

2. Illud vero quod dicitur I ad Tim. 5, attendendum est in consiliis et necessariorum subventione, ubi potest attendi praeeminentia cognationis.

3. Similiter potest attendi illud Ambrosii.

4. Si vero pares sunt circumstantiae [a], sicu dictum est [1], ex consideratione illarum licitun est [b] conferre, nisi ex alia parte scandalum mul torum timeatur.

377 ARTICULUS II.

Utrum sit acceptio personae in praeferendo nobilem [2].

Potest etiam quaeri, si conditiones sunt excedentes [c] et excessae, ut si unus est bene litteratus ignobilis, alter vero nobilis, sed minus litteratus, utrum sit acceptio personae in praeferendo nobilem [d].

Quod videtur, 1. quia nobilitas non est causa spiritualis; ergo non videtur debere attendi [e] in beneficiis spiritualibus conferendis. Unde dicit Bernardus [3], quasi reprobans huiusmodi vocationes: « Illum [f] praepositus aut decanus, ut sibi succederet, plus quam materno educavit affectu: ille dignus archidiaconatu, utpote filius principis, magis autem ut sit episcopus. Alius circuit sedulus explorator, blanditur, obsequitur, simulat et [g] dissimulat miseraque suffragia mendicare non erubescit, si quo modo ingerere se valeat in patrimonium [h] Crucifixi ». Ex quo habetur quod indebita causa est consideratio nobilitatis.

2. Praeterea, cum sit illitteratus, non habet [i] virtute scientiae potestatem [k] generandi filios Deo; prohibetur autem in Deuter. [4] quod eunuchus non intret ecclesiam Domini; eunuchus autem dicitur « qui non habet semen verbi Dei ». Ergo talis non est idoneus ad regimen [l] Ecclesiae Dei.

Contra. *a.* In dispensationibus Summus Pontifex attendit nobilitatem personae, sicut habetur in *Decretali* [5]: « Circa sublimes et litteratas personas, quae maioribus sunt beneficiis honorandae [m], cum ratio postulaverit, per Sedem Apostolicam poterit dispensari ». Ergo nobilitas est una conditio magis attendenda in collatione beneficii eccle siastici.

b. Praeterea, talis [n] magis potest defendere Eccle siam; in corpore autem Ecclesiae non tantun debet esse oculus, sed etiam manus; ergo huius modi persona potest praeferri in collatione bene ficii; ergo non est acceptio personae.

c. Praeterea, dispensatio fit causa necessitatis ve utilitatis ecclesiasticae; sed utilitas ecclesiastic consistit in promotione huiusmodi personarum plu quam in promotione personarum [o] quae litterata sunt; ergo non est acceptio personae, si [p] huius modi pro loco et tempore conferantur [q] beneficia

[Solutio]: 1. Ad quod dicendum quod, licet litteratura sive scientia sit praeferenda simplicite nobilitati, eo quod ipsa necessaria est in regimin Ecclesiae, nihilominus tamen in casu praeferi potest ipsa nobilitas personae, ad hoc ut arcean tur lupi, qui non tantum pacem temporalem, imm etiam [s] spiritualem Ecclesiae pacem [t] impediun et in hoc casu, ut diversa sint membra in cor pore Ecclesiae, quae pacem eius conservent, pos sunt nobiles promoveri, dummodo morum hone stas substernatur.

2. Et per hoc potest solvi illud quod obicitu de eunucho. Licet enim non posset generare filio Deo [u] ratione eminentis scientiae, potest tame ratione vitae, et talis non dicitur eunuchus, sicu habetur ibi in Glossa [6]: eunuchus enim [v] dicitu « qui non habet semen verbi Dei nec qui oper bona producit ».

378 ARTICULUS III.

Utrum sit acceptio personae si scienter praeferatur minus bonus magis bono [7].

Potest quaeri utrum in [x] electione personae, si praeferatur minus bonus magis bono scienter, utrum sit acceptio personae.

Quod videtur, 1. per hoc quod dicitur Levit. 8 ubi agitur de ordinando sacerdote, dicit [y] Hie ronymus [8]: « Qui praestantior est ex omn

[a] BT om. [b] R add. *et*, LZ add. *ex.* [c] V add. *sunt.* [d] Z *nobiliori.* [e] Ita R (mg.), alii om. *d. a.* [f] V *ille.* [g] V om. [h] V *patrimonio.* [i] V *potest*; BT *virtutem* pro *virtute.* [k] BT om. [l] B *regnum.* [m] VLZ *onerande*, quod FR corr. [n] V om. [o] B om. *plus... personarum.* [p] V *sed.* [q] V *conferuntur.* [r] T om. [s] F *et.* [t] V om. *temporalem... pacem.* [u] F *Dei.* [v] V *ver* [x] L *de.* [y] V *sicut.*

1 Cf. supra, in *Solutione.*
2 Cf. Guil. Altissiod., *Summa*, II, tr. 30, c. 3, q. 3 (fol. 119b); Ioan. de Rupella, *Summa de vitiis* (fol. 14a).
3 Guerric., *Declam. ex S. Bern. serm.*, c. 13, n. 14 (PL 184, 445).
4 Cap. 23, 1; cf. *Glossa interlin.*, in h. l., ap. Lyran
5 Gregor. IX, III, tit. 5, c. 28 (II, 478).
6 Loc. cit., nota 4.
7 Cf. Guil. Altissiod., loc. cit.
8 Origenes, *In Levit.*, hom. 6, n. 3 (PG 12, 469).

ɔpulo, qui doctior, qui sanctior, qui in omni virte eminentior, ille eligatur [a] ad sacerdotium; et ɔc, adstante [b] populo, ne qua postmodum reıctatio [c], ne quis scrupulus resideat». Ergo in ɛctione optimus praeferendus est.

2. Item, Leo Papa[1]: «Ex presbyteris eiusdem clesiae vel diaconis [d] optimus eligatur [e]».

3. Item, Gelasius[2]: «Cuiuslibet utilitatis usa vel presbyterum vel diaconem non iis praerre [f] audeant qui ante eos fuerint ordinati». rgo melior est praeferendus et prior; si ergo ɔn praeferatur, est acceptio personae.

Contra, videtur sufficere quod sit bonus, *a.* per ɔc quod dicit Gelasius[3]: «Si de vita vel ɔribus nihil est quod [g] contra statuta Canoım veniat, supra scriptum [h] presbyterii honore decorabis [i]». Ex quibus colligitur quod sufficit hominem [k] bonum eligere, qui sufficiens sit ad regimen [l] animarum; si ergo talis praeferatur in electione, non erit peccatum.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod solet distingui quod aliud est in maiori dignitate et aliud est in minoribus beneficiis. Praeterea, aliud est, cum eligitur [m] de gremio illius ecclesiae et cum eligitur de gremio alterius ecclesiae sive postulatur. Cum ergo est electio facienda ad episcopalem dignitatem, requiritur [n] quod secundum conscientiam eligatur utilior; in [o] minori vero beneficio sufficit quod bonus. Similiter si fiat postulatio, maior requiritur diligentia: unde, si non secundum scientiam [p] vel credulitatem eligit meliorem et utiliorem, peccare videtur.

CAPUT II. 379

DE ACCEPTIONE PERSONARUM IN EXECUTIONE IUDICII[4].

)einde quaeritur de acceptione personarum in executione iudicii utrum pauper possit praeɾri diviti ex compassione.

Quod non, videtur, *a.* per hoc quod dicitur ɤod. 23, 6: *Non declinabis in iudicium pauperis*; Levit. 19, 15: *Non consideres personam pauperis.*

b. Item, Chrysostomus[5]: «Pro nulla re corɯpamus iustitiam, sed omnia pro hac faciamus, ve inops sive dives fuerit quis. Non personas ɬendamus, sed res scrutemur».

Contra. 1. Dicitur in Eccli.[6]: *In iudicando esto ɰpillis [q] misericors ut pater;* et Isai. 1, 17: *Quaɬe iudicium, subvenite oppresso, iudicate pupillo.*

[Solutio]: Ad quod dicendum quod in iudicio debet esse aequitas, ut non in iudicio occasione huius personae vel illius sit declinatio a veritate.

[Ad obiecta]: 1. Nec est contrarium quod dicitur in Eccli. vel in Isaia. Hoc enim est ut iudex miserabiles personas tueatur ab oppressione divitum et potentum. Et si [r] amore vel timore potentum [s] vel sola ratione paupertatis defuerint [t] personae, quae necessariae sunt [u] ad instructionem causae pauperis vel [v] personae miserabilis, iudex ex officio tenetur subvenire, in veritate autem sententiae [x] neutri parti debet parcere.

CAPUT III.

DE ACCEPTIONE PERSONARUM CUM EXHIBITIONE HONORIS.

ARTICULUS I. 380

Utrum sit acceptio personae si praelatus malus honoretur[7].

)einde quaeritur de acceptione personae [y] cum exhibitione honoris. Circa quod primo quaeɯur utrum sit acceptio personae si praelatus ɑlus honoretur.

Quod videtur, 1. per hoc quod dicitur ab Hieronymo[8] super Osee: «In exemplum [z] culpa vehementer extenditur, cum pro reverentia ordinis peccator honoratur».

---

[a] Ita BT, alii *eligitur.* [b] V *attestante;* B om. *populo.* [c] Z *retractio,* quod R corr. [d] BTFZ *diaconus,* quod RL corr. [e] Ita BT, *eligetur.* [f] V *preferente.* [g] V om. [h] V *scripta.* [i] V *deorabitur.* [k] BTF om. [l] V *regnum.* [m] R *eligit.* [n] BT *relinquitur.* [o] *aut,* BT *et in* et om. *vero.* [p] R *conscientiam.* [q] B *pupillus.* [r] V add. interl. *non.* [s] RZ *potenter.* [t] V *deferatur.* [u] B *sint.* [x] om. [y] BT *scientie.* [z] F om. [a] Ita T, alii *extremum.*

1 Dist. 63, c. 19 (I, 240).
2 Dist. 75, c. 7 (I, 267).
3 Dist. 24, c. 3 (I, 88).
4 Cf. Ioan. de Rupella, *Summa de vitiis* (fol. 13d).
5 *In Ioan.*, hom. 49, n. 2 (PG 59, 278).
6 Cap. 4, 10.
7 Cf. Ioan. de Rupella, *Summa de vitiis* (fol. 13d).
8 Rectius Gregor., *Reg. pastor.*, I, c. 2 (PL 77, 16).

2. Philosophus[1]: « Non possumus ob honores reverendos iudicare, quos ipsi[a] honoribus reputamus indignos ».

Contra. *a.* Super illud Thren. 4, 16: *Facies Domini divisit eos,* Glossa[2]: « Sacerdotes, quamvis sint mali, non sunt tamen contemnendi, sed ille in eis venerandus est atque colendus a quo sunt missi ».

b. Praeterea, cum dicitur[b] Exod. 20, 12: *Honora patrem tuum,* dicit Glossa[3] quod per patrem intelligitur praelatus. Ergo, cum unusquisque teneatur ad illud praeceptum, tenetur ad exhibitionem honoris suo praelato, licet etiam malus sit.

c. Similiter[c] dicitur in Eccli.[d 4]: *Presbytero hu milia animam tuam;* et alibi[e 5]: *Honorifica sa cerdotes.*

[Solutio]: Ad quod dicendum quod honor ex hibendus est praelatis ratione qua a Deo acce perunt potestatem.

[Ad obiecta]: 1. Ad illud autem quod dicit Hieronymus, dicendum est quod hoc intelli gitur, cum quis[g] peccator honoratur indebite maiore[h] a quo deberet corripi. Unde dicit Hie ronymus[6]: « Episcopus, qui talium crimin non corripit, magis dicendus est canis impudicu quam episcopus ».

381 ARTICULUS II.

Utrum sit acceptio personae si praelatus malus propter potentiam honoretur[7].

Similiter[i] potest quaeri de praelato saeculari utrum sit acceptio personae si praelatus malus propter potentiam honoretur.

Quod non, videtur. *a.* Dicitur enim I Petri 2, 18: *Servi, subditi estote dominis vestris, non tantum bonis et modestis*[k], *sed etiam dyscolis.* Et dicitur ad Rom. 13, 7, ubi loquitur de potestatibus saecularibus: *Cui honorem, honorem;* et loquitur communiter de bonis et[l] malis praelatis; ergo reverentia honoris exhibenda est iis et illis.

Contra. 1. Habetur in[m] Esther 3, 2 quod *imperator praeceperat* quod omnes flecterent genua et adorarent[n] Aman, *solus* autem *Mardochaeus non flectebat genua neque adorabat,* et in hoc videbatur commendabilis. Si ergo adorasset[o], peccasset, indignam personam accipiendo; et ita non videtur praelatus saecularis, cum malus est, honorandus.

[Solutio]: 1. Ad quod dicendum[p] quod honorandus est, licet sit malus, sed non honore vel reverentia quae debetur Deo vel cum conscienti dictante contrarium. Videtur autem quod tun temporis huiusmodi honor Deo soli exhiberetu per hoc quod dicitur Esther 13, 12-14: *Non pro su perbia vel contumelia vel cupiditate gloriae fe hoc, ut non adorarem Aman; libenter enim pr salute Israel vestigia pedum eius deosculari pa ratus essem, sed timui ne honorem Dei me transferrem ad hominem, et ne*[q] *quemquam ado rarem, excepto Deo meo.* Et dicitur de adora tione latriae: talem enim videtur Aman quae sivisse, per hoc quod dicit Glossa[8]: « Potente saeculi, qui beneficiis divina pietate collatis abu tentes, quos consortes habent[r] naturae, dedignan tur habere consortes gratiae, et honorem et re verentiam, quam soli Deo debuerunt, in ses transferre contendunt ». Cum hac ergo conscienti non peccavit Mardochaeus non adorando[s] ipsum licet a rege esset praeceptum: sicut enim habe tur in littera[9], praeceptum illud extendebatur a servos regis qui erant *in foribus palatii.*

382 ARTICULUS III.

Utrum divites honorandi sint propter divitias[10].

Deinde quaeritur utrum divites honorandi sint propter divitias.

Quod non, videtur, 1. propter illud quod dicitur[11] Iac. 2, 1, super illud: *Nolite in personarum acceptione* etc.: « Quicumque divitem propter d vitias honorat, peccat ».

2. Praeterea, qui honorat propter divitias, ac cipit hominem, non ex eo quod homo est, se ex rebus adiacentibus; sed talis est accepto

---

[a] BTR *ipsis,* quod F corr. [b] Ita V, alii add. *in.* [c] V *simile.* [d] R add. mg. *4.* [e] R add. interl. *7.* [f] V *dixit.* [g] V *aliqui*
[h] VBTZ *amore* pro *a. m.,* quod R corr. [i] V *sic simpliciter.* [k] F *etc.* pro *b. e. m.* [l] VFLZ add. *de.* [m] V om. [n] R *orarer*
[o] B *orasset.* [p] F add. *est.* [q] Ita BT, alii *nequaquam.* [r] V *humane.* [s] Z *ad honorando.*

1 Cf. *Ethica ad Nicom.,* IV, c. 3 (II, 45).
2 *Ordin.,* in h. l., ap. Lyran.
3 *Interlin., In Deuter. 5,* 16, ap. Lyran.
4 Cap. 4, 7. 5 Cap. 7, 33.
6 Dist. 83, c. 2 (I, 293).
7 Cf. Ioan. de Rupella, *Summa de vitiis* (fol. 13d).
8 *Ordin., In Esther 3,* 1 sq. (PL 113, 743).
9 Esther 3, 2.
10 Cf. Ioan. de Rupella, *Summa de vitiis* (fol. 13d).
11 *Interlin.,* in h. l., ap. Lyran.

rsonarum, sicut dicit Gregorius[1]; ergo talis ccat.

Contra. *a.* Augustinus[2]: « Si hanc distantiam dendi et standi ad honores ecclesiasticos[a] refe-mus, non est[b] putandum leve peccatum *in per-narum acceptione habere fidem* gloriae *Domini.* iis enim ferat[c] divitem eligi ad sedem honoris clesiae, contempto paupere instructiore et sanc-re? Si autem [de] quotidianis sessibus[d] loquitur is, non hinc[e] peccat ». Ergo, si fiat sermo de ho-re publice exhibito divitibus, non est peccatum.

b. Praeterea, quod non est peccatum, debemus facere pro scandalo vitando; sed, si divites non honoraremus[f], sed eis praeferremus pauperes, scandalizarentur; ergo honorandi sunt.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod, si tantum habeatur intuitus ad divitias, ut tanto melior quanto ditior videatur, peccatum est, vel si de exhibitione honoris ecclesiastici hoc intelligatur, sicut dicit Augustinus. Si tamen hoc fiat pro vitatione scandali, ita tamen quod pauper non contemnatur[g], vel dives in peccato suo non foveatur, licitum est[h].

MEMBRUM III. 383

Qua de causa dicatur acceptio personarum.

ertio quaeritur qua de causa dicatur acceptio personarum.

1. Si enim persona attenditur hic secundum ea ae adiacent homini, sicut dicit B. Gregorius, homilia[i] *De filio reguli et servo centurionis*[3]; super illud Luc.[4]: *Cui*[k] *multum datum est, ltum*[l] *quaeretur ab eo,* dicitur[m], libro *Mora-m* XXV[5]: « Plerumque hominem non ex eo od ipse, sed ex iis quae circa ipsum sunt, neramur; cumque non intuemur quid ipse sit, d quid possit, in acceptionem personarum, non persona[n], sed ex rebus adiacentibus ducimur ». cundum hoc[o] potentia, divitiae et omnia huius-odi dicuntur adiacentia et penes omnia dicetur ceptio personae. Si vero aliqua istorum dicun-r esse adiacentia et alia non, quae[p] potest se ratio, cum possint adesse et abesse tamquam trinsecus contingentia et bona fortunae dicun-r? Et sicut potestas datur a Domino, ita et di-tiae dantur a Domino et alia bona quae dicun-r fortunae. Et sicut honorari potest Dominus bono potentiae dato, ita in bono divitiarum sic in aliis bonis. Cum ergo non dicatur acceptio personae si honoretur Deus potens in homine potente, sic non[q] dicetur acceptio personae, si honoretur Deus dives in homine divite, et Deus nobilis in homine nobili.

[Solutio]: Ad quod dicendum[r] quod aliter dicendum est de potestate et[s] divitiis et huiusmodi bonis fortunae. Per potestatem enim gerit homo vicem Dei et sine potestate ordinata[t] non regitur universitas, et ideo ei per se debetur reverentia. Divitiae autem quasi ex quadam usurpatione provenerunt, secundum quod dicit Hieronymus[6]: « Omnis dives est iniquus vel haeres iniqui; ex lege enim naturae omnia erant communia ». Est tamen considerare potestatem dupliciter: vel in quantum ordinata est sub Deo vel tantum in quantum est super homines. Si ultimo modo, vanitas est in potestate sicut in divitiis, et illo modo posset esse acceptio personae.

[Ad obiecta]: **1.** Ad id vero quod obicitur quod 'utrobique Deus potest honorari in donis suis': dicendum est quod honor, quo honoratur Deus in donis suis, non est acceptio personae, sed honor quo honoratur persona ratione adiacentium sibi, non relatione ad Deum.

MEMBRUM IV. 384

uare ita specialiter removeatur personarum acceptio a Deo in Sacra Scriptura[7].

uarto quaeritur quare ita specialiter remo-vetur personarum acceptio a[u] Deo in Sacra riptura.

a. Dicitur enim ad Rom. 2, 11: *Non est personarum acceptio apud Deum,* et loquitur ibi de Iudaeo et Graeco. Similiter dicitur ad Col.[v 8]:

---

[a] Z *ecclesiasticas,* quod L corr. [b] V *enim.* [c] V *velit* pro *e. f.* [d] Codd. *sensibus.* [e] Codd. *hic.* [f] F *oneraremus.* [g] *condempnatur.* [h] Ita L, alii om. *l. e.* [i] V *homiltis.* [k] LZ *tibi.* [l] FRLZ om. *e. m.* [m] V om. [n] V *personarum.* [o] *sed hec.* [p] V *non.* [q] BT *nec.* [r] Ita V, alii add. *est.* [s] FRLZ add. *de.* [t] B *ordinate.* [u] BT *in.* [v] R add. *3.*

[1] *Moral.*, XXV, c. 1 (PL 76, 319).
[2] *Epist.* 167, n. 18 (PL 33, 740); cf. Iac. 2, 1.
[3] *In Evang.*, hom. 28, n. 2 (PL 76, 1211).
[4] Cap. 12, 48. [5] Cap. 1 (PL 76, 319).
[6] *Epist.* 120, c. 1 (PL 22, 984), ubi illud dictum affertur quidem ut « vulgata sententia », quae tamen Hieronymo « videtur esse verissima ». Cf. Augustin., *Enarr. in Psalm. 48,* sermo 1, n. 13 (PL 36, 552).
[7] Cf. Ioan. de Rupella, *Summa de vitiis* (fol. 14a).
[8] Cap. 3, 25.

Non est personarum acceptio apud Deum, et loquitur ibi de domino et servo. Et idem dicitur ultimo ad Ephes.[1]; similiter dicitur I Petri 1, 17: *Sine acceptione iudicat;* et Act. 10, 34: *Non est personarum acceptor Deus.* Non est ergo acceptio ratione ritus vel conditionis et aliorum quae sunt circa personam.

Potest ergo quaeri quare tanta laus [a] attribuitur Deo in Scripturis ratione huius conditionis, cum tamen in quibusdam videatur contrarium? Elegit enim populum Israeliticum, sicut habetur [b] Deuter. 7, 6: *Te elegit Dominus Deus tuus, ut sis ei populus peculiaris.* Elegit etiam quosdam filios patriarcharum, quosdam reprobavit[2]; quosdam etiam de regibus elegit et quosdam reprobavit[3]; quibusdam etiam praedicavit et quibusdam non[4]. Ergo videbatur personarum acceptor.

[Solutio]: Ad quod dicendum [c] quod duplex est iustitia: severitatis et liberalitatis. Iustitia autem liberalitatis magis proprium est divinae bonitatis; huic autem opponitur acceptio personae. Quia ergo tantum commendatur Deus in iustitia liberalitatis, propter hoc removetur in Sacra Scriptura ab eo acceptio personae. Iustitia autem liberalitatis descendit in omnes et ratione sexus et ratione conditionis et ratione ritus; ideo dicitur ad Gal. 3, 28: *Non est Iudaeus neque Graecus, non est servus neque liber, non est masculus neque femina; omnes vos estis unum* [d] *Christo* [d] *Iesu;* et ad [e] Col. 3, 10-11: *Induentes ho minem novum, qui renovatur in agnitione Dei se cundum imaginem eius qui creavit eum, ubi non est Gentilis et Iudaeus, circumcisio et pra putium, Barbarus et Scytha, servus et liber, se omnia* [*et*] *in omnibus Christus;* et I ad Tim. 2, 3-4 *Hoc est bonum et acceptum coram Deo Salvatore nostro, qui omnes homines vult salvos fieri et ad agnitionem veritatis venire.* Est ergo, quantum in ipso [g] est, liberalitas in omnes descendens.

[Ad obiecta]: 1. Quod autem dicitur esse electio divina quorumdam vel ratione gentis vel personae, hoc est ex gratia et nihilominus ex praevisione occultissimorum [i] meritorum[5], quo rum tamen meritorum [k] est principium gratia, lice liberum arbitrium cooperetur. Dicit etiam Augustinus[6] quod voluntas divina ex ratione est cuius tamen rationis altitudinem ignorans Apostolus exclamat, dicens[7]: *O altitudo divitiarum sa pientiae et scientiae Dei* [m] etc. Dicendum [n] erg quod in huiusmodi electione non est acceptio personae: non enim est propter causam indebitam sed, cum omnes descendentes a massa peccatric de iustitia possent damnari, ex gratia est, scilic gratuita bonitate, quod quidam eliguntur, ex iu stitia vero [quidam] dicuntur reprobari: bonu enim a Deo est, malum vero ab homine.

---

[a] BT add. *actus.* [b] Ita V, alii add. *in.* [c] Ita V, alii add. *est.* [d] Ita BT, alii *gloria.* [e] V om. [f] R *ibi,* quod F co [g] VZ *ipsa,* quod F corr. [h] V om. [i] T add. *etiam.* [k] V om. *q. t. m.* [l] Z *eius.* [m] V om. [n] Ita V, alii add. *est.*

1 Cap. 6, 9.
2 Cf. Malach. 1, 2.
3 Cf. I Reg. 16, 1 sq.
4 Cf. Matth. 12, 41; Act. 16, 6 sq.
5 Cf. Augustin., *De div. quaest. 83,* q. 68, n. 4 (PL 40, 72
6 Cf. *De praedest. sanctor.,* n. 16 (PL 44, 972); *Ep stola* 194, n. 4 sq. (PL 33, 875 sq.).
7 Rom. 11, 33.

QUAESTIO III.

DE PECCATO CORDIS PER CONSENSUM.

Consequenter post Tractatum de peccato [a] cogitationis et iudicii dicendum est de peccato consensus. Consensus enim sequitur [b] iudicium, iudicium vero cogitationem.

Primo ergo dicendum est quid sit consensus et quae differentiae consensus;

secundo, cum sit duplex consensus, utrum secundum utrumque sit mortale peccatum an veniale aliquando;

tertio, si consensus est mortale peccatum cum est contra conscientiam rectam, quaerendum est de iis quae spectant ad conscientiam prout aliquid fit [c] contra conscientiam;

quarto, quid agendum est in perplexitate conscientiae, si est aliqua perplexitas.

CAPUT I.

QUID SIT CONSENSUS ET QUAE EIUS DIFFERENTIAE [1].

Definitur autem sic consensus a B. Bernardo [2]: « Consensus est [d] motus voluntatis spontaneus vel motus animi liber sui. Nihil enim ita est in potestate animi sicut consentire vel non consentire ». Supposita hac ratione, attendendum est quod duplex est consensus. Est consensus in opus et consensus in delectationem, sicut dicit Augustinus, in libro *De Trinitate* [3]: « Consensus enim aliquando sola animi delectatione contentus est; superioris vero auctoritate consilii membra retinentur, ut non exhibeantur [e] *membra iniquitatis* [*arma*] *peccato* [f] [4] ». Est iterum consensus, ut, si potestas sit, quod etiam opere compleatur.

ARTICULUS I. 385

Utrum consensus sit rationis vel voluntatis [5].

Potest quaeri utrum consensus sit rationis aut voluntatis.

Et videtur quod sit rationis, 1. per hoc quod dicit Augustinus, in libro *De Trinitate* [6], quod superior portio rationis est quae supernis [g] consiciendis et consulendis inhaerescit; huius autem est decernere faciendum et consentire ut fiat; ergo consensus est ipsius rationis.

Videtur autem esse ipsius voluntatis, *a.* propter supra dictam Bernardi [7] rationem.

[Solutio]: Et [h] dicendum est quod utriusque est [i], secundum quod dicit Bernardus [8]: « Consensus, ob voluntatis [k] inamissibilem libertatem et [l] rationis indeclinabile iudicium, liberum dicitur arbitrium: liber [m] propter voluntatem, iudex sui propter rationem ».

ARTICULUS II. 386

Utrum consensus sit superioris partis rationis aut inferioris aut utriusque.

Quaeritur etiam si consensus sit superioris partis rationis aut inferioris aut utriusque.

Et videtur esse inferioris. 1. « Consensus enim, contentus sola delectatione animi [9] », est inferioris

---

[a] Z om. *d. p.* [b] Z *consequitur.* [c] V *est.* [d] Ita V, alii om. *c. e.* [e] T *prohibeantur.* [f] V om. [g] VFLZ *superius.* BT om. [i] L om. [k] V *est ob voluntatem* pro *o. v.* [l] T add. *etiam.* [m] V *liberum.*

1 Cf. Ioan. de Rupella, *Summa de vitiis* (fol. 14a).
2 *De grat. et lib. arbit.*, c. 2, n. 3 (PL 182, 1003).
3 Lib. XII, c. 12, n. 17 (PL 42, 1007 sq.).
4 Cf. Rom. 6, 13.
5 Cf. S. Bonav., II *Sent.*, d. 38, a. 2, q. 2 (II, 893a sq.).
6 Lib. XII, c. 7, n. 12 (PL 42, 1005).
7 Cf. supra, nota 2.
8 Loc. cit., n. 4 (PL 182, 1004).
9 Cf. supra, nota 3.

partis rationis; ergo consensus dicitur inferioris partis.

2. Praeterea, eius [a] est consentire vel non consentire illecebrae carnali.

Quod autem sit superioris partis, *a.* habetur per hoc quod dicit Augustinus[1]. Eius enim est consentire inferiori parti rationis vel non consentire; tenet enim locum viri; eius etiam est per voluntatem cohibere vel non cohibere membra ergo penes ipsam residet principaliter [b] consensus

[Solutio]: Quod concedendum est. Utriusque enim est decernere, utriusque etiam est consentire [c]: in utraque enim constituitur peccatum sed differenter, sicut ostendit Augustinus, in libro *De Trinitate*[2], et recitat illud Magister in libro *Sententiarum*[3].

387 CAPUT II.

UTRUM SECUNDUM CONSENSUM RATIONIS TUM INFERIORIS, TUM SUPERIORIS, SIT MORTALE PECCATUM AN VENIALE ALIQUANDO.

Secundo quaeritur, cum sit duplex consensus, utrum secundum utrumque sit mortale peccatum an veniale aliquando.

I. Et videtur quod veniale sit in inferiori parte, 1. per hoc quod dicit Augustinus[4]: « Si cum [d] cogitatione mens oblectatur illicitis, non decernens esse facienda, tenens tamen et volvens libenter quae statim ut attigerunt animum, respui debuerunt, non negandum est esse peccatum, sed longe minus quam si opere statuatur implendum. Et ideo de talibus cogitationibus venia est petenda pectusque percutiendum atque dicendum[5]: *Dimitte nobis debita nostra sicut et nos dimittimus debitoribus nostris* ». Sed ad venialia quaedam peccata [e] delenda dicitur valere oratio Dominica[6]; est igitur [f] huiusmodi veniale peccatum.

Sed videtur contrarium, *a.* per hoc quod subiungit Augustinus[7]: « Una persona unusque homo totus damnabitur nisi haec, quae [g] sine voluntate perpetrandi, sed tamen cum voluntate animum [h] talibus oblectandi [i], solius cogitationis sentiuntur esse peccata, per Mediatoris gratiam remittantur ». Sed damnatio non est nisi pro mortali peccato; ergo huiusmodi fit mortale peccatum.

b. Similiter praemittitur ibidem[8]: « Si mulier sola cibum edisset illicitum, sola mortis supplicio plecteretur. Non ita dici potest in homine uno, si delectationibus illicitis, a quibus se continuo deberet avertere cogitatio, libenter pascatur sola, nec facienda decernantur mala, sed [k] tantum in recordatione suaviter teneantur, quasi mulierem sine viro posse damnari ». Ex quo accipitur [l] quod pro huiusmodi peccato debetur damnatio; damnatio autem non solet in Scriptura accipi nisi pro mortali peccato; ergo huiusmodi est mortale peccatum.

II. Item, in superiori parte rationis quaeritur utrum fiat veniale peccatum.

Quod non, videtur. 1. In illa enim parte est consummatio peccati; consummatio autem peccati est, cum est [m] mortale peccatum; ergo in illa parte est tantum mortale peccatum.

2. Praeterea [n], Magister, in libro *Sententiarum*[9]: « Si adsit plena voluntas perficiendi, ut si adsit facultas, ad effectum [o] perducatur, vir manducat, quia superior pars rationis illecebrae consentit; tunc est enim [p] damnabile et grave peccatum ». In superiori ergo parte rationis tantum videtur esse differentia mortalis peccati.

[Solutio]: I. Ad quod dicendum quod in inferiori parte potest esse et mortale peccatum et veniale « cum mens oblectatur cum cogitatione in illicitis non decernens tamen esse facienda ». Si enim [q] repellitur a superiori parte rationis, veniale est: et in remedium huiusmodi peccati valet tunsio pectoris cum oratione Dominica. Si autem progrediatur ut [r] non a superiori parte post deliberationem sufficientem cohibeatur, dicitur mortale peccatum quando versatur delectatio circa genus mortalis peccati. Et hoc modo intelligitur illud [s] quod mulier non sine viro damnatur: iam enim est consensus superioris partis vere vel interpretative. Difficillimum tamen est in hac parte fines venialis peccati et mortalis distinguere in subiecta materia. Et ideo volebant aliqui dicere quod, dum est consensus ad delectandum et nullatenus ad

---

[a] L *huius.* [b] V *primus.* [c] BT om. *u. e. e. c.* [d] VTFL *sicut,* R *sicut in* pro *s. c.* [e] BT *predicta.* [f] T om. *e. i.* [g] VF *hic qu* pro *h. q.* [h] Z add. *in.* [i] Ita RZ, alii *oblectanda.* [k] L om. [l] V om.; BT om. *pro.* [m] R om. *c. e.* [n] R *item.* [o] V *voluntas a effectum facultas* pro *f. a. e.* [p] Ita BT, alii om. [q] Ita BT, alii om. [r] V om. [s] B om. [t] T om.

1 *De Trinit.,* XII, c. 12, n. 17 (PL 42, 1007 sq.).
2 Loc. cit.
3 Lib. II, d. 24, c. 4 sqq. (p. 422 sqq.).
4 Loc. cit., n. 18 (PL 42, 1008).
5 Matth. 6, 12.
6 Cf. Augustin., *Enchirid.,* c. 71 (PL 40, 265).
7 Loc. cit. 8 Loc. cit
9 Lib. II, d. 24, c. 11 (p. 424).

rpetrandum opere, est veniale peccatum; dam-
tionem vero exponebant viri cum muliere per[a]
nitionem in huiusmodi, ut punienda sit superior
rs in praesenti sive poena temporali, quia non
hibuit delectationes inferioris partis sicut de-
it; tunc autem damnatur vir cum muliere dam-
tione mortalis peccati, cum adest consensio[b]
ıle utendi rebus quae per sensum[c] corporis
ntiuntur, et « decernitur peccatum, ut, si pote-
ıs sit, opere compleatur[1] »: tunc enim, secundum
ugustinum[2], « mulier intelligenda est dedisse
ro secum[d] simul edendum illicitum cibum ».

II. Ad id vero quod obicitur de superiori parte
ionis, dicendum est quod aut superior pars
ionis versatur circa genus venialis peccati aut
ca genus mortalis peccati. Si versatur circa genus venialis peccati[e], ut si consentit non cohibendo membra ab otioso[f] sermone, videtur esse[g] veniale peccatum. Si vero versatur circa genus mortalis peccati, consentiendo ut fiat, nec[h] cohibendo membra, mortale est peccatum. Quod autem dicit Augustinus in superiori parte esse damnabile et grave peccatum, intelligitur per quamdam coarctationem circa genus mortalis peccati[i]: haec enim nomine illicitorum intelliguntur. Et quia circa ista erat differentia sensualitatis inferioris partis et superioris secundum veniale et mortale — nam in sensualitate veniale tantum, sicut dicit Magister in libro *Sententiarum*[3], in inferiori veniale et mortale, in superiori[k] mortale tantum — ideo in superiori[l] parte dixit tantum « damnabile et grave esse[m] peccatum ».

CAPUT III.

DE IIS QUAE FIUNT CONTRA CONSCIENTIAM RECTAM.

ertio quaeritur de causa peccati interiori mor-
talis, quae est quando aliquid fit in consensu
ntra conscientiam rectam.

Et ad huius explanationem primo quaeritur
rum conscientia liget, sive sit recta sive erronea;
secundo, utrum magis liget[n] quam praeceptum
aelati vel non;

tertio, circa[o] quae liget et circa quae non, an circa omnia;

quarto, utrum meritum sit in agendo secundum conscientiam sicut demeritum in agendo contra conscientiam;

quinto, utrum in omni peccato sit fieri contra conscientiam.

ARTICULUS I. 388

Utrum conscientia liget[4].

I. Ad primum sic[p]: *a.* Dicit Damascenus[5] od « conscientia est lex intellectus nostri ». Sed intellectus nostri dictat esse faciendum quod t faciendum, et quod non est faciendum dictat n esse faciendum; cum ergo lex liget, con-ientia ligabit.

b. Praeterea, super illud ad Rom. 2, 14: *Cum ntes, quae legem non habent, naturaliter ea ae legis sunt, faciunt,* Glossa[6]: « Etsi non bet legem scriptam, habet[q] tamen legem natu-lem, qua intelligit et sibi conscius est quid sit num et quid sit[r] malum ». Et sicut scientia gat ipsum intellectum ad ea quae egrediuntur a principio scibili, ita conscientia ligat intellectum practicum ad ea quae sciuntur ab ipso.

c. Item, conscientia est iudex, sicut habetur[7] Eccle. 7, 23 super illud: *Scit enim conscientia tua.* Iudex autem ligat illum[s] sive obligat qui subest iudicio ad faciendum quod iudicatum[t] est; ergo conscientia ligat ad id cuius est conscientia.

d. Item, ad Rom. 14, 23: *Omne, quod non est ex fide, peccatum est,* et exponitur[u][8]: « Quod est contra conscientiam ». Ergo conscientia[v] obligat ad non faciendum, similiter ad faciendum[x].

e. Item, Origenes[9], super illud: « Desides animas astringit Apostolus, ut nihil sine fide

---

[a] V *et.* [b] BT *ostensio.* [c] B *consensum.* [d] V *sed.* [e] V om. *si... peccati.* [f] V *a limoso* pro *a. o.*, quod L corr.; B *ob* pro *ab.* [g] (corr.) *est* pro *v. e.*; V *vel* pro *videtur*, quod RLZ corr. [h] Ita BT, alii *non.* [i] FRL om.; V *hic* pro *haec.* [k] T add. *parte.* [l] om. *mortale... superiori.* [m] VL *est*, T om. [n] F *licet*; V *peccatum* pro *praeceptum.* [o] R om. [p] LZ (corr.) *sicut.* [q] B *habent.* [r] om. [s] B om. [t] V *iudicandum*, R *indicatum.* [u] T *ponitur.* [v] V om. *e. c.* [x] B om. *s. a. f.*, in L est add. mg.

[1] Augustin., *De Trinit.*, XII, n. 17 (PL 42, 1008).
[2] Loc. cit.
[3] Lib. II, cc. 9-11 (p. 424).
[4] Cf. Ioan. de Rupella, *Summa de vitiis* (fol. 14b), ubi ura sequentium verbotenus occurrunt; S. Bonav., II *nt.*, d. 39, a. 1, q. 3 (II, 905sqq.).
[5] *De fide orthod.*, IV, c. 22 (PG 94, 1199).
[6] Lombardi, in h. l. (PL 191, 1345).
[7] *Glossa interlin.*, in h. l., ap. Lyran.
[8] *Interlin.*, in h. l., ap. Lyran.
[9] *In Epist. ad Rom.*, X, n. 5 (PG 11, 1255).

agant vel dicant vel cogitent». Si ergo fides est conscientia, nihil agendum vel dicendum vel cogitandum est [a] nisi secundum conscientiam; ergo conscientia ligat [b].

II. Quaeritur etiam de conscientia erronea si ipsa obliget.

Quod videtur, *a.* per hoc quod dicitur in Glossa [1] super illud [2]: *Omne quod non est ex fide* etc.: «Omne quod ad conscientiam pertinet, si aliter fiat, dicit esse peccatum. Quamvis enim fiat quod bonum est, et si non esse [c] faciendum credatur vel non sic faciendum [d] ut fit, peccatum est». Ergo conscientia erronea etiam [e] obligat: conscientia enim erronea [f] est quae dictat de faciendo non esse faciendum.

b. Item, sicut dicitur I ad Cor. 8, 7: *Quidam cum conscientia idoli quasi idolothytum* [g] *manducabant et conscientia ipsorum, cum esset infirma, polluebatur.* Sed non est pollutio nisi per peccatum; hoc autem non erat, quia comederent idolothytum [h], sed quia conscientia dictabat idolis [i] esse consecratum; dictabat ergo conscientia non esse licitum quod erat in se licitum, et ideo [k] peccabant sic faciendo; ergo conscientia erronea ligabat.

Contra. 1. Conscientia [l] est in ratione; ratio autem consiliaria est voluntatis; consilium autem non est obligatorium; igitur conscientia, secundum quam formatur consilium, non obligat.

2. Item, conscientia aliquando formatur ex opinatis; opinio vero ad utramque partem se habet: est enim opinio vera et falsa, vera [m] etiam est possibilium aliter se habere; igitur conscientia non est obligatoria, cum non fundetur super re certa semper.

3. Item, «peccatum est dictum vel factum vel concupitum contra legem Dei [3]»; sed quod fit contra conscientiam erroneam non fit contra legem Dei, immo secundum legem; ergo non est peccatum facere contra conscientiam erroneam.

4. Si vero dicatur quod conscientia erronea est lex illi [n] cuius est conscientia – contra: omnis error est dimittendus; ergo illa conscientia erronea est dimittenda: erronea enim conscientia dictat peccatum esse faciendum; sed nullus tenetur ad faciendum peccatum, immo tenetur ad non faciendum; ergo tenetur ad non faciendum [o] quod dictat conscientia erronea.

[Solutio]: I. Ad quod dicendum [4] quod sun quinque genera operum: quaedam ita bona quo nullo malo fine fieri possunt, ut diligere Deun propter se et super omnia; quaedam autem ita mala ut nullo [b] bono fine fieri possint, ut forni cari et [c] mentiri et huiusmodi; sunt autem ali opera, quae bona sunt in genere et possunt ta men fieri malo fine, ut dare eleemosynam, quo potest fieri causa inanis gloriae; sunt alia, qua sunt mala in genere, ut ire ad lupanar, quo potest fieri bono fine, ad correctionem scilicet fornicariae; sunt autem quaedam indifferenti omnino. In primis ergo duobus ligat conscienti ad faciendum id quod faciendum est et ad [e] no faciendum id [f] quod faciendum non est. In [g] alii autem non ligat conscientia, secundum quod [h] es «lex intellectus nostri», nisi quatenus ad ista re ducuntur, ut ligat ad dandum eleemosynam, cun formatur debitis circumstantiis, et ad non eundun ad lupanar, cum [i] attenditur scandalum. Ad in differentia vero omnino ligat.

II. Conscientia vero erronea non ligat quoa duo prima [k] membra, sed error conscientiae es deponendus. Si enim conscientia dictat aliqui faciendum contra legem Dei, deponenda est, e absolvitur homo ab huiusmodi vinculo. In alii autem, etsi conscientia erronea, in quantum erro nea, non ligat, ligat tamen sub ratione conscien tiae, dum non deponitur; ad hoc autem princi paliter ligatur homo ut error deponatur.

1. Ad primum ergo obiectum [l] responden dum est quod conscientia, licet sit in ratione quae consiliaria est voluntatis, consilium auten non sit obligatorium, nihilominus tamen conscien tia recta obligat, quia ipsa determinat quid es eligendum vel non eligendum rationi, quid es faciendum vel [m] non faciendum voluntati; und est circa praecepta vel prohibita vel quae a illa quodam modo reducuntur sub aliqua gene ralitate. Quod autem dicitur ratio consiliaria non propter aliud est nisi quia non cogit volun tatem, et quoad hoc non dicitur consilium obli gatorium, id est compulsivum, est tamen obli gatorium, ut, si non fiat, peccetur.

2. Ad secundum vero dicendum quod con scientia, licet aliquando formetur ex opinatis, e parte autem opinionis solum non obliget, obligat tamen ex parte scientiae coniuncta sibi opinione ut scientia est, id est certae acceptionis, quo

---

[a] Ita V, alii om. [b] V om. *e. c. l.* [c] T *est.* [d] T om.; VBLZ *sit* pro *sic.* [e] V om. [f] T om. *etiam... erronea.* [g] B *idoloticum* VRLZ *idolaticum.* [h] RL *idolaticum*, quod F corr.; T om. *quia.* [i] R (corr.) *idolotitum.* [k] V *non.* [l] F *scientia.* [m] VFR om. *e. f. v* in Z est add. mg.; L exp. *vera.* [n] B om., F *illa*, quod RZ corr. [o] BT om. *e. t. a. n. f.*
[a] T om. [b] Z add. *modo.* [c] R om. [d] T om. [e] Ita V, alii om. [f] Ita V, Z exp., alii om. [g] V om. [h] BT *auten* [i] B add. *non.* [k] F om. [l] Ita V, T *obiecta autem*, alii *obiecta ergo* pro *p. e. o.* [m] BT add. *voluntati.* [n] L om.; T om. *scientiae.*

1 Lombardi, in h. l. (PL 191, 1519).
2 Rom. 14, 23.
3 Cf. supra, p. 274a.
4 Cf. Augustin., *Contra mendac.*, c. 7, n. 18 (PL 40, 528 sq.)

lasphemus est duriter castigandus, vel, secun-um Legem Veterem [1], interficiendus; opinio autem diungitur quod iste sit blasphemus; ex parte pinionis per se non est obligatio, sed ex parte cientiae cum opinione, et haec [a] potest dici con-cientia.

3-4. Ad id vero quod obicitur [b] tertio et quarto de erronea conscientia quod non obliget, dicendum [c] quod hoc est ex parte erroris, non ex parte conscientiae, cum est de iis quae videntur indifferentia; duobus autem primis modis nulla-tenus obligat erronea conscientia.

ARTICULUS II. 389

Utrum conscientia magis liget quam praeceptum praelati [2].

Secundo quaeritur utrum conscientia magis get quam praeceptum praelati vel non.

Et videtur quod sic. 1. Qui enim agit contra nscientiam, aedificat ad gehennam [3]; pro nullo utem [d] praecepto praelati debet quis facere quod edificet ad gehennam; ergo magis ligat con-cientia quam praelatus.

2. Item, conscientia iudex est, sicut habetur [4] su-er Eccle. 7, 23: *Scit enim conscientia tua.* Con-cientia autem recta nullum habet iudicem supra praeter Deum; praelatus vero potest habere idicem supra se alium a Deo; ergo ecta est superior iudex quam praelatus; ergo agis obligat: mandatum enim superioris plus st obligatorium quam mandatum inferioris, immo bsolvit a mandato inferioris.

Contra. *a.* Matth. 23, 2: *Super* [e] *cathedram Moysi ederunt Scribae et Pharisaei; omnia, quae dicunt, acite.* Hoc autem non intelligitur nisi de iis uae non [f] sunt contra Deum; si ergo non sunt [g] ontra Deum [h], standum est mandato superioris; rgo in [i] indifferentibus non est credendum con-cientiae, si dictat contrarium.

b. Item, ad Rom. 13, 1: *Omnis anima sublimio-bus potestatibus subdita sit,* Glossa [5]: Man-atum superioris absolvit a mandato inferioris; raelati autem spirituales praesunt ipsis anima-us subditorum, ad Hebr. ultimo, 17: *Ipsi enim ervigilant, rationem reddituri de animabus ve-ris;* ergo praesunt conscientiis. Si ergo con-cientia dictet contrarium in iis quae praecipit raelatus, in [k] indifferentibus obediendum est agis praelatis; ergo magis ligat praelatus quam onscientia.

[Solutio]: Ad quod dicendum [l] quod obediendum st magis praelato quam conscientiae in huiusmodi. Unde Glossa [6] super illud ad Rom. 13, 5: « *Non solum propter iram* principis vel Dei vitan-dam, *sed etiam propter* [m] *conscientiam,* scilicet ut munda sit mens nostra ». Ergo conscientia ordi-nat ad hoc quod obediamus praelatis in indiffe-rentibus. De talibus enim loquitur Apostolus: loquitur enim de discernentibus cibos, conse-quenter et de iis quae debentur praelatis. Aliter tamen est [n] in saecularibus et religiosis. Sae-culares debent sequi sententiam praelatorum in iis quae pertinent ad cathedram, sicut dicitur Matth. 23, 3, super illud: *Quae* [o] *dicunt vobis, facite* etc. Religiosi vero, qui renuntiaverunt propriae voluntati et proprio sensui, tenentur sequi mandatum superioris in iis quae non [p] sunt praecepta vel prohibita e contrario a Deo vel in Regula quam profitentur vel in constitutionibus obligatoriis ad culpam, quae fiunt ab Ecclesia super ipsos vel a Capitulo generali cum consensu praelatorum [7]. Cavere autem debent praelati ne indiscrete praecipiant propter periculum con-scientiarum [8].

[Ad obiecta]: 1. Ad primum autem obiectum [q] in contrarium dicendum est quod sicut qui agit contra conscientiam aedificat ad gehennam, ita qui agit contra [r] discretum mandatum praelati aedificat ad gehennam. Conscientia autem sub-diti debet formari [s] secundum discretionem prae-lati in dubiis; praelatus vero non tenetur for-mari in agendis secundum conscientiam quam-cumque ipsius subditi, et ideo standum est man-dato discreto ipsius praelati: hoc enim dictat conscientia.

2. Ad secundum vero [t] dicendum quod, licet conscientia [u] subditi sit iudex [v], non est iudex immediate sub Deo nisi quoad ea quae praecipit vel prohibet Deus, habet autem praelatum supra

---

[a] FR *hoc.* [b] V om. [c] Ita V, alii add. *est.* [d] B *enim.* [e] FR *supra.* [f] V om. [g] T *semper est;* V *sic* pro *si.* [h] B om. *st... Deum.* VT om. [k] T om. [l] V add. *est.* [m] T add. *Det.* [n] T om. [o] Z *qui.* [p] Z add. *si.* [q] Ita V, alii *obiectum autem* pro *p. a. o.* T om. [r] Z add. mg. *sed.* [s] V om. [t] T om. [u] V add. *immediate sub Deo.*

1 Cf. Levit. 24, 16.
2 Cf. Ioan. de Rupella, *Summa de vitiis* (fol. 14c).
3 Cf. I Cor. 3, 12 sq.
4 *Glossa interlin.*, in h. l., ap. Lyran.
5 Cf. Lombard., in h. l. (PL 191, 1505).
6 Lombardi, in h. l. (PL 191, 1506).
7 Cf. S. Bonav., II *Sent.*, d. 39, a. 1, q. 3, *ad 4* et d. 44, a. 3, q. 2 (II, 907b, 1013 sq.).
8 Cf. Thom. de Celano, *Vita secunda S. Franc.*, n. 153 (AF, X, 219).

se, secundum cuius discretionem formari debet. Quod autem dicitur [1] conscientia iudex [a], « quo iudice nemo absolvitur », intelligendum est de illa conscientia quae arguit hominem in praesenti et condemnat in futuro: secundum enim librum conscientiae reddetur iudicium [2].

390 ARTICULUS III.

Circa quae liget vel non liget conscientia.

Tertio quaeritur circa quae liget conscientia et circa quae non, an circa omnia.

Et videtur quod conscientia non liget circa indifferentia. 1. Conscientia enim est « lex intellectus nostri [3] » sive mentis nostrae; lex autem mentis nostrae determinata est circa facienda et non facienda secundum illas regulas [4]: ' quod tibi non vis fieri ' etc. et iterum: ' quod tibi vis fieri, hoc idem alii facias '; ergo conscientia determinatur circa ea [b] quae sunt determinate bona vel determinate mala; sed indifferentia, in quantum huiusmodi, non sunt talia; ergo circa indifferentia, prout [c] huiusmodi sunt, non ligat conscientia nisi [d] in quantum reputantur facienda vel non facienda; sed haec reputatio error quidam est; error autem non obligat simpliciter; ergo nec conscientia ratione sui nec ratione erroris superadditi obligat circa indifferentia.

2. Praeterea, aliqua sunt licita quae non expediunt et aliqua sunt quae expediunt, sicut licitum est praedicatori accipere sumptus ab iis quibus [e] praedicat, aliquando autem non expedit. Conscientia ergo aut est tantum [f] licitorum et illicitorum aut etiam expedientium et non expedientium. — Quod sit [g] licitorum et illicitorum, videtur per hoc quod haec ad legem naturae pertineant [h]. Quod autem sit expedientium et non expedientium [i] videtur per hoc quod dicit Apostolus, I ad Cor. 8, 12, loquens de illis quorum conscientia laedebatur circa non expedientia, licet essent in se licita; ergo conscientia non tantum respicit licita et illicita, sed etiam expedientia et sibi opposita.

[Solutio]: 1. Ad quod dicendum [l] quod conscientia non ligat ad indifferentia prout huiusmodi, sed ad indifferentia sub ratione differenti bonorum definite vel malorum definite — hoc enim nomine scientiae importatur — nihilominus tamen dicitur esse circa indifferentia in genere suo, et ita supra dictum est [5].

2. Ad secundum vero dicendum [m] quod conscientia est licitorum simpliciter et illicitorum vel expedientium et non expedientium [n], quae dicuntur licita vel illicita in suo genere: omnia enim [o] aliquo modo ad legem mentis reducuntur. Sicut enim illud quod est consilium, in casu potest esse praeceptum, licet non sit generaliter praeceptum, sic etiam [p] illud quod non [q] expedit pro tempore et loco dicitur illicitum, licet non sit simpliciter illicitum.

391 ARTICULUS IV.

Utrum meritum sit in agendo secundum conscientiam [6].

Quarto quaeritur utrum meritum sit in agendo secundum conscientiam sicut est [r] demeritum in agendo contra conscientiam [s].

Et videtur quod non. *a.* Ad Rom. 14, 23, super illud: *Omne, quod non est ex fide, peccatum est,* Glossa [7]: « Apparet quod, licet *omne, quod non est ex fide* sive contra conscientiam, sit *peccatum,* non tamen *omne, quod est* [t] *ex fide* sive quod [u] secundum conscientiam agitur, est bonum ». Ex quo accipitur quod non omne, quod secundum conscientiam agitur, est bonum.

Contra. 1. Fides dicitur esse [v] fundamentum operum, et solum [x] bonorum [8]; illud ergo quod erit ex fide, erit bonum.

[Solutio]: 1. Ad quod dicendum quod non est simile in construendo et destruendo. Quod enim fit contra conscientiam, peccatum est sive demeritorium, non [y] tamen omne, quod fit secundum conscientiam, est bonum et meritorium. Fier

[a] T add. *in.* [b] T om. [c] Z exp.; F add. *in.* [d] L *non.* [e] B add. *non.* [f] T om. [g] L om. [h] VR (corr.) *pertinent* [i] V add. *patet.* [k] V om. [l] Ita VR, alii add. *est.* [m] Ita V, alii add. *est.* [n] TFRLZ *inexpedientium* pro *n. e.*; V om. *e. n. e.* [o] T om [p] V *et sic est* pro *s. e.*; B *et.* [q] R exp. [r] BT *et.* [s] BT add. *dicitur.* [t] L om., in F est add. interl. [u] V om. [v] FR om [x] L add. *operum.* [y] BT *nec.*

1 Cf. supra, p. 389, nota 4.
2 Cf. *Glossa ordin., In Apoc. 20,* 12 (PL 114, 745).
3 Damasc., *De fide orthod.,* IV, c. 22 (PG 94, 1199).
4 Cf. Matth. 7, 12.
5 Cf. supra, num. 388.
6 Cf. Ioan. de Rupella, *Summa de vitiis* (fol. 14c).
7 Cf. Lombard., in h. l. (PL 191, 1519) et *Interlin.,* in h. l., ap. Lyran.
8 Cf. Lombard., *In Hebr. 11,* 1 (PL 192, 488).

nim secundum conscientiam est, cum creditur sse bonum quod fit; hoc autem non sufficit ad sse bonum: mali enim[a] sumus sufficiens prinipium, boni autem non sumus sufficiens prinipium. Sumitur tamen aequivoce conscientia. Si nim dicatur conscientia pro lege mentis nostrae, ecundum hoc, quod fit secundum conscientiam, st bonum; non tamen sequitur quod sit meritoum: meritum enim requirit gratiam ad hoc quod pus sit meritorium; hoc autem non est nisi a Deo, et[b] ideo agere secundum conscientiam non sufficit ad esse meritorium, licet[c] sufficiat ad esse bonum secundum hunc modum[d]. Si vero conscientia dicatur secundum extensionem vocabuli ad credulitatem de agendo vel non agendo, secundum hoc nec agere secundum conscientiam sufficit ad esse bonum nec ad esse meritorium, agere vero contra conscientiam sufficit ad esse malum et ad esse demeritorium[e]: deest enim una conditio boni meritorii.

ARTICULUS V. 392

Utrum in omni peccato sit fieri contra conscientiam.

Quinto quaeritur utrum in omni[f] peccato sit eri contra conscientiam.

Quod videtur. 1. In omni enim peccato actuali t malum; de ipso enim primo motu dicitur[1]: *Quod nolo, hoc ago,* et ita contra legem mentis gitur; cui autem repugnat[g] lex mentis, repugnat onscientia; ergo in omni peccato, etiam veniali, t[h] contra conscientiam.

Contra. *a.* Omne quod fit contra conscientiam, edificat ad gehennam; sed aedificatio ad gehennam[i] non fit nisi per mortale peccatum: solo nim peccato mortali constituitur homo reus gehennae; ergo tantum in mortali peccato fit contra onscientiam.

b. Praeterea, dicit Apostolus ad Rom. 2, 15: *Testimonium reddente conscientia cogitationum ad invicem accusantium*[k], et loquitur de malis; si rgo huiusmodi accusatio non est nisi de mortali eccato, erit agere contra[l] conscientiam tantum n mortali peccato. Et hoc videtur per hoc quod icitur super illud Thren. 1, 2: *Plorans ploravit in octe*[m], super quo dicit Paschasius[n 2]: « Maxilla nimae conscientia est[o] ». Conscientia vero, quae novit peccata sua, semper debet fonte lacrimarum irrigari; unde David[p 3]: *Peccatum meum contra me est semper;* aliter[4] *non est qui consoletur eam.* Cum ergo consolator dicatur Spiritus Sanctus[5], deest Spiritus Sanctus[q], ubi non est huiusmodi fletus[r] in conscientia; hoc autem non est nisi ubi est mortale peccatum; ergo mortale peccatum tantum est illud quod agitur contra conscientiam.

[**Solutio**]: Ad quod dicendum quod aliud est agere contra conscientiam, aliud est[s] agere praeter conscientiam. Contra conscientiam agitur, cum fit quod prohibetur fieri vel non fit quod praecipitur fieri, et hoc est mortale peccatum. Praeter conscientiam vero fit malum veniale: conscientia enim, etsi[t] novit esse malum, non tamen dictat illud esse prohibitum.

Ad obiectum 1. autem in contrarium dicendum[u] quod, licet non concordet conscientia cum veniali peccato, et ideo dicatur repugnare, nihilominus tamen secundum conscientiam regulatur interius liberum arbitrium circa praecepta et prohibitiones, et ideo non dicitur tunc regnare[v] peccatum: regnum enim peccati actualis mortalis et regnum conscientiae simul stare non possunt.

CAPUT IV.

DE PERPLEXITATE CONSCIENTIAE.

Dicto de consensu peccati, in quo fit contra conscientiam, dicendum est de perplexitate onscientiae.

Et[x] primo quaeritur utrum sit perplexitas conscientiae;

secundo, attendendi sunt casus, in quibus dicitur esse perplexitas conscientiae.

Primo ergo[y] attendendum est quod triplex est perplexitas[6]. Est enim[z] perplexitas intelligentiae verborum Sacrae Scripturae; est iterum

---

[a] Codd. *autem.* [b] L *ut.* [c] T *sed.* [d] F om. *s. h. m.*; BT *sive* pro *si vero*; FR om. *vero*, in Z est add. mg. [e] B *meritorium.* V add. *merito.* [f] R *impugnat.* [h] R *est fieri.* [i] V om. *s. a. a. g.*, in L est add. mg.; Z *edificatum* pro *aedificatio*, quod FR corr. R *excusantium.* [l] L om. [m] T add. *etc.* [n] VFRLZ *Pascius.* [o] T om. [p] V *dicit*, T *dicendum.* [q] Z om. *d. S. S.*, in FR est add. mg. V *fetus.* [s] V om. [t] L add. *non.* [u] Ita V, alii add. *est.* [v] B *regulare*, TZ *repugnare.* [x] FRZ om. [y] BT *autem.* L om. *e. p. e. e.*, in F est add. mg.

1 Rom. 7, 16.
2 *In Lament. Ierem.* (PL 120, 1068), ubi et sequentia d sensum.
3 Psalm. 50, 5.
4 Thren. 1, 2.
5 Cf. Ioan. 14, 16.
6 Cf. Guil. Altissiod., *Summa*, III, tr. ultim., c. 1 (fol. 262a sq.); Ioan. de Rupella, *Summa de vitiis* (fol. 14c sq.).

perplexitas cognitionis [a] faciendorum, et utraque potest esse in bonis hominibus; tertia est inevitabilitas peccandi. Prima solvitur per considerationem causarum dicendi in diversis locis Scripturae: « intelligentia [b] enim dictorum ex causis est assumenda dicendi [c] », ut dicit Hilarius. Secunda vero tollitur unctione Spiritus Sancti quae docet de omnibus [2]; tertia vero per depositionem erroneae conscientiae, de qua ad praesens est intentio.

393 ARTICULUS I.

Utrum sit perplexitas conscientiae [3].

Quaeritur ergo utrum sit huiusmodi perplexitas.

Quod videtur, 1. per hoc quod dicitur Iob 40, 12: *Nervi testiculorum Leviathan sunt perplexi;* super quo dicit Gregorius [4]: « Suggestionum [d] illius argumenta implicitis inventionibus alligantur, ut plerosque ita peccare faciant [e], quatenus, si fortasse peccatum fugere appetant, hoc sine alio [f] peccati laqueo non evadant ». Et alibi dicit [5]: « Argumenta machinationum illius, quo laxantur ut relinquant, eo magis implicantur [g] ut teneant ». Ex quo accipitur quod aliquis potest esse perplexus perplexitate conscientiae.

Contra. *a.* Nullus peccat in eo quod vitare non potest [6]; ergo non est inevitabilitas peccandi; ergo non est perplexitas.

b. Item, perplexitas [h] dicitur necessitas peccandi aliquo modo [i]; sed nullus est in tali statu, dum est viator, quin possit obtinere gratiam; ergo nullus est in tali quin possit amovere perplexitatem: perplexitas enim opponitur gratiae gratum facienti.

c. Praeterea, dicitur in Psalmo [k 7]: *Salvasti de necessitatibus animam meam.* Ergo Deus salvat a necessitatibus miseriae; sed quae est maior necessitas miseriae quam perplexitas? Ergo Deus [l] salvat a perplexitate.

d. Ad idem dicit Augustinus, *De natura et gratia* [8]: « Quod ex vitio naturae [m], non ex conditione, sit peccandi necessitas, audiat homo atque ut eadem necessitas non sit, dicat [n] Deo [9]: *De necessitatibus meis* [o] *erue me* ». Ergo, si homo instanter oret, eruet eum Dominus a necessitate peccandi; perplexitas autem est necessitas peccandi; ergo eruet eum a perplexitate.

[Solutio]: 1. Ad quod dicendum [p] quod duplex est perplexitas, id est dubietas, ex [q] qua dicitur inevitabilitas peccati, perplexitas scilicet iuris facti. Quantum ad ius nullus debet esse perplexus: nullus enim est in tali statu quin possit ab eo amoveri dubietas iuris. Quantum autem ad perplexitatem facti, potest aliquis ex propria vitio esse perplexus. Unde si primo [r] ablatum esset vitium, non sequeretur perplexitas, sed manente tali statu potest esse perplexitas, et secundum hoc dicit Gregorius.

a-d. Ad id vero quod dictum est de necessitate peccandi, dicendum [s] quod, si homo ingerit se in necessitatem, nihilominus peccat: potuit enim vitasse. Est autem duplex necessitas. Uno enim modo dicitur necessitas idem quod pronitas, et secundum hunc modum intelligitur illud quod dicitur in Psalmo et quod dicitur in libro *De natura et gratia.* Liberat enim [t] Dominus a pronitate aliquando [u] ita quod non deducitur ad effectum. Similiter secundum quod necessitas dicit inevitabilitas peccati, si homo instanter peteret prout deberet, non caderet in huiusmodi necessitatem. Permittit tamen Dominus hominem cadere in huiusmodi necessitatem perplexitatis, sic confundatur homo super peccato suo et revertatur ad Dominum per poenitentiam. Aliquando etiam non caderet homo in perplexitatem, si prius poeniteret, sicut est de sacerdote, qui est in voluntate peccandi mortaliter, et celebrat usque ad consecrationem: si [v] consecrat in tali statu percipit Sacramentum indigne, peccat mortaliter; si vero non procedit ad consecrandum, scandalizat assistentes scandalo gravissimo; si vero ductus esset poenitentia, consecrare posset et non caderet in huiusmodi perplexitatem.

---

[a] Z *cogitationis.* [b] RLZ *intelligentie,* quod F corr. [c] V *dicendo.* [d] VZ *suggestionem* [e] V *etiam peccare faciat* pro *e. p.* [f] B add. *peccato.* [g] T *impleantur.* [h] V om. *I. p.* [i] Ita V, alii *modorum.* [k] V *philosopho.* [l] T *dominus.* [m] F *intentione* pro *v.* [n] Z *dicat.* [o] Ita V, alii om. [p] R add. *est.* [q] V *dubietas de* pro *i. e. d. e.* [r] V *post.* [s] Ita V, alii add. *est.* [t] V *et* [u] R om. [v] Z *sed,* quod R corr.

1 *De Trinit.,* IV, n. 14 (PL 10, 107).
2 Cf. I Ioan. 2, 27.
3 Cf. Guil. Altissiod., loc. cit.; Ioan. de Rupella, loc. cit.
4 *Moral.,* XXXII, c. 20, n. 35 (PL 76, 657); cf. Dist. 13, c. 2 (I, 31).
5 Loc. cit., n. 37 (PL 76, 658).
6 Cf. Augustin., *De lib. arbit.,* III, c. 18, n. (PL 32, 1295).
7 Psalm. 30, 8.
8 Cap. 66 (PL 44, 286).
9 Psalm. 24, 17.

Articulus II.

Casus de perplexitate conscientiae.

Deinde dicendum est de casibus, in quibus idetur accidere perplexitas conscientiae. Et est quaedam perplexitas circa operationes spirituales, quaedam vero circa operationes[a] corporales.

Particula I. 394

Casus perplexitatis circa operationes spirituales.

De perplexitate vero in operationibus spirituabus ponuntur casus a Magistris quantum ad tatum praelationis.

I. Scit enim aliquis sacerdos[1] quod aliquis ubditus est[b] in peccato mortali nec vult poeitere. Ponatur ergo[c] quod instanter petat Euchastiam. Si dat ei, proicit corpus Christi in latrinam iaboli, scit etiam quod ille *iudicium sibi manucat et bibit*[2] vel ad minus praesumit; ergo, cum ebeat diligere salutem subditi et propriam, teetur ei[d] non dare. Si vero non dat, scandalizat, pso etiam facto videtur esse proditor confessiois, manifestando peccatum occultum ipsius subiti; ergo videtur esse perplexitas.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod, si petat n manifesto instanter, non est ei denegandum, xemplo Christi, qui tradidit corpus suum Iudae n Coena[3], quem sciebat esse in mortali peccato. t dicit Augustinus, super illud[4]: *Manducaerunt, et adoraverunt omnes pingues terrae*, Glossa[5]: « Non prohibeat dispensator manduare, sed exactorem moneat[e] timere ». Nec ipse icitur tunc proprie dare, sed alius dicitur rapere. liter autem esset, si peccatum eius esset manestum ipsi Ecclesiae. De hoc enim dicit Augustinus[f 6]: « Si quis in crimine manifesto perdut, prohibendus est, occultus vero monendus st ». Rationes autem, propter quas tenetur in nanifesto dare occulto peccatori instanter petenti, identur esse tres: prima est vitatio scandali; ecunda, ne sit proditor peccati; tertia, ne *tunica* Domini *inconsutilis*[7] rumpi videatur: eodem enim nodo sacerdotes possent alios recusare.

II. Similiter quaeritur[8] de sacerdote promoto imoniace ad Ordinem sacerdotalem, qui tenetur ex officio personaliter celebrare. Aut ergo celebrabit aut non celebrabit[g]. Si celebrat, indigne celebrat, et ita peccat mortaliter: ipso enim iure suspensus est. Si non celebrat, scandalizat, cum ex officio teneatur.

[Solutio]: Ad quod respondendum quod, si simoniace est ordinatus et peccatum illud est occultum, ipso iure suspensus est quoad se tantum; si vero est manifestum, ipso iure suspensus est quoad se[h] et quoad alios. In primo ergo casu, quia non est suspensus quoad alios, si est in officio celebrandi, cum dolore poenitentiali Missam perficiat: sic enim vitat maius malum. Si vero nondum est in officio celebrandi, dimittat illud[i] officium, propter quod tenetur celebrare personaliter, et expectet gratiam dispensationis, si eam potest obtinere. In secundo vero casu non celebret: sic enim dupliciter peccaret et quoad se et quoad alios, quibus generaret scandalum.

III. Similiter ponit casum Gregorius de illo qui promovetur ad ecclesiasticum regimen simoniace: perplexus enim est utrum teneat vel deserat. De quo dicit Gregorius[9]: « Esse sine reatu criminis ex neutra parte videtur, si aut[k] susceptus semel grex relinquatur aut rursus sacra actio saeculariter empta teneatur ».

[Solutio]: Ad quod dicendum quod illam partem convenit eligere ut deserat officium susceptum simoniace, sicut habetur XIV, q. 6, *Si res aliena*[10], et *Extra, De restitutione spoliatorum, Gravis*[11].

IV. Item[12], proponitur casus perplexitatis de illo qui gerit ex voto vitam eremiticam et vocatur ad civitatem, et dicitur ei a multis quod lucrari

---

[a] V om. *spirituales... operationes.* [b] V *sit.* [c] B om., in F est add. mg. [d] Ita V, alii om. [e] VB *moveat.* [f] B om. [g] R om. T om. *tantum... se.* [i] V om. [k] VLZ *autem*, quod F corr.

[1] Cf. Guil. Altissiod., *Summa*, III, tr. ultim., c. 2 (fol. 62b sq.).
[2] I Cor. 11, 29.
[3] Cf. Augustin., *In Ioan.*, tr. 62, n. 3 (PL 35, 1802).
[4] Psalm. 21, 30.
[5] *Enarr. in Psalm. 48*, n. 3 (PL 36, 545); Lombard., in . 1. (PL 191, 238).
[6] Cf. *De fide et operib.*, c. 19, n. 35 (PL 40, 221), verotenus ap. Lombard., loc. cit.
[7] Ioan. 19, 23; cf. Augustin., *In Ioan.*, tr. 13, n. 13 (PL 35, 1499).
[8] Cf. Guil. Altissiod., loc. cit. (fol. 262d); Ioan. de Rupella, *Summa de vitiis* (fol. 14d sq.).
[9] *Moral.*, XXXII, c. 20, n. 38 (PL 76, 658).
[10] C. 1 (I, 742).
[11] Gregor. IX, II, tit. 13, c. 11 (II, 284).
[12] Cf. Guil. Altissiod., loc. cit. (fol. 262c); Ioan. de Rupella, *Summa de vitiis* (fol. 14d).

potest consilio suo et exemplo multas animas Deo, quae diu iacuerunt in peccatis.

Et videtur quod debeat exire: 1. Non enim est maius sacrificium quam offerre Deo animas peccantium.

2. Praeterea, dicitur in Cant.[1]: *Egrediamur in agrum, commoremur in villis,* et dicitur hoc in persona eorum qui sunt in statu [a] contemplationis; ergo bonum est [b] talibus. Ad hoc etiam est exemplum B. Hilarionis [c] [2], qui, cum rogatus esset a quadam matrona ut veniret ad filiam suam, quae graviter infirmabatur, noluit; tandem ad verbum illius, quo dixit quod hic sexus peperit Salvatorem, exivit et visitavit filiam illius.

Contra. *a.* Facit contra votum suum nec intervenit dispensatio superioris; ergo peccat mortaliter.

b. Praeterea, tenendum est certum et dimittendum est [d] incertum[3]; certum autem est quod potest proficere [e] quoad se in vita solitaria, incertum autem est si proficiat quoad alios exeundo.

c. Praeterea, si exiret ad unum vel ad duos, similiter videretur quod oporteret exire ad alios aut videretur esse acceptor personarum [f].

[Solutio]: Respondendum est, cum venire contra votum et professionem propria voluntate [g] sit *manum mittere ad aratrum et respicere* [h] *retro*[4] nec *prodest, si totum mundum lucretur, detrimentum vero* [i] *animae suae patiatur*[5], non est eundum nisi in illo casu, ubi fides periclitaretur et crederetur per ipsum relevari [k] vel si compelleretur a superiori, ut a Papa.

[Ad obiecta]: 1. Ad obiectum autem primum [l] in contrarium dicendum [m] quod illud quod dicitur 'non esse maius sacrificium' etc. attenditur in genere sacrificiorum, non secundum conditionem personae, quae obligata est ex voto ad contrarium statum, sicut est de illo qui ex voto obligatur ad vitam solitariam. Praeterea, talis potest offerre illud sacrificium Deo consulendo, si ad ipsum veniant, vel orando vel verbum salutis demandando.

2. Illud vero quod dicitur in Cant. intelligitur de praelato, qui se convertit ad contemplationem aliquando, et videt necessitatem in cura subditorum, vel de religioso, qui habet officium praedicationis generale, et videt plures fame verbi Dei morientes. Nec illud exemplum B. Hilarionis [n] compellit: *unctio* enim *docuit*[6] eum [o] in illo casu, quae movit eum ad visitandam filiam matronae.

V. Item, alium casum proponit B. Gregorius de illo qui, renuntians saeculo, obligat se vot et professioni quod sequetur voluntatem sui su perioris per obedientiam in omnibus quae no sunt contra Deum, superior autem suus praecip ei agere quae sunt mundi, sicut est in iis qui sunt in officiis saecularibus. Subditus ergo, per sans quae sit culpa inobedientiae et quod s contagium saecularis vitae, et obedire trepidat et non obedire formidat, ne aut illicitis obten perans hoc, quod pro Deo appetit, contra Deu exerceat, vel non obtemperans eum, quem suu iudicem quaesierat, suo iudicio supponat.

[Solutio]: De tali autem dicendum est quo licet non sit directe contra praeceptum Domin potest tamen esse contra illud quod vovit: quo prius fuit ei consilium, nunc autem est ei pra ceptum ex professione Regulae. Si ergo praec piatur ei a superiore aliquid quod sit contra m tas Regulae suae vel religionis, non est superio obediendum: non enim praeest Regulae praelatu sed Regula praeest ei, quam profitetur, sic dicit [r] Bernardus[8]. Si vero non est cont Deum vel contra Regulam, salva utrobique ver tate, est ei obediendum.

VI. Deinde quaeritur de aliquo existente saeculo, qui tenetur honorare parentes suos, p rentes autem sunt pauperes, et ita timet, si r linquat saeculum, ne transgrediatur illud pra ceptum[9]: *Honora patrem et matrem;* ex alia par voto obligatur ad relinquendum saeculum. Qu agendum est ei? Si relinquit saeculum, transgr ditur praeceptum de honorando patrem et m trem; si manet [s] in saeculo, facit contra votu Ergo perplexus est in conscientia.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod tenet providere parentibus de bonis quae habet, pro potest, sed non debet dimittere quin votum i pleat. Unde dicit Hieronymus, *Ad Heliod rum*[10]: « Solum genus pietatis est in hac re es crudelem ». Et alibi[11]: « Gladium tenet hostis me perimat, et ego de lacrimis parentum cog tabo? » Dum ergo possunt servari illa duo i simul [t], et quae sunt voti et quae sunt praecep servanda sunt; si vero unum non potest sim esse cum alio, ei quod plus obligat adhaere dum est. Unde Hieronymus, *Ad Furiam* [u] « *Honora patrem tuum*[13], sed si te a vero Pat

---

[a] V om. [b] T om. [c] V *huiusmodi b. Hilarii* pro *B. H.* [d] B om. [e] V *perficere.* [f] Z om. [g] V om. *p. v.* [h] Z *aspice* [i] F om. [k] V *revelari.* [l] Ita V, alii om. [m] LZ (mg.) add. *est.* [n] V *Hilarii.* [o] VT *illum,* B *cum;* B *mutuo,* T *unctis* pro *unc* [p] V *que.* [q] L *et tepidat.* [r] L add. *beatus.* [s] V *sed manens* pro *s. m.* [t] V *simul.* [u] F *Suriam.*

1 Cap. 7, 11.
2 Cf. Hieronym., *Vita S. Hilarionis,* n. 13 (PL 22, 33).
3 Cf. Augustin., *Sermo* 393 (PL 39, 1715). 4 Luc. 9, 62.
5 Matth. 16, 26. 6 I Ioan. 2, 27.
7 *Moral.,* XXXII, c. 20, n. 37 (PL 76, 657sq.).
8 Cf. *De praec. et dispens.,* c. 4, n. 9 (PL 182, 865)
9 Matth. 15, 4. 10 *Epist.* 14, n. 2 (PL 22, 34
11 Loc. cit., n. 3 (PL 22, 349).
12 *Epist.* 54, n. 3 (PL 22, 551).
13 Marc., 7, 10; Luc. 18, 20.

on separat. Tamdiu scito sanguinis copulam, uamdiu ille suum noverit Creatorem. Alioquin avid canet [a] tibi [1]: *Audi, filia, et vide, et* [b] *obli-iscere populum tuum et domum patris tui* [c]». Di-t etiam Dominus in Evangelio discipulo, qui voluit ire sepelire patrem suum [2]: *Sequere me, et dimitte mortuos sepelire mortuos suos.* De quo dicit Gregorius [3]: «Propter patrem militiam Christi deseram, cui sepulturam Christi causa non debeo?»

PARTICULA II. 395

Casus perplexitatis in operationibus corporalibus.

Dicto de perplexitatibus quae emergunt [d] in perationibus spiritualibus, dicendum est de iis uae emergunt in operationibus corporalibus.

I. Ponatur enim [4] quod aliquis deponat gladium enes aliquem, qui iuramento constringitur ei uod reddet ei quandocumque petierit; postea ominus gladii, factus furiosus, repetit gladium. erplexus videtur, quia, si non dederit, crimen eriurii videtur incurrere; si vero dederit, crimen currit homicidii.

II. Similiter quaeritur de usurario, qui deponit ecuniam suam penes aliquem, postea repetit ecuniam, et praesumitur vehementer quod ex a foenerabit. Videtur quod sit perplexus. Si non eddit, arguitur de infidelitate: contrectat enim em alienam non de consensu [e] illius, et praeter oc videtur venire contra iuramentum. Si vero eddit, exponit animam fratris sui periculo: si nim pro vitanda morte corporali tenebatur non eddere gladium furioso, multo fortius pro vi-anda morte spirituali tenetur non reddere pecu-iam usurario, de quo praesumitur [f] quod male tetur in damnum animae suae.

[Solutio]: I. Ad quod dicendum, secundum con-ilium Gregorii [5]: «In huiusmodi, cum mens ater maiora et minora constringitur, si non sit ine peccato evadendi aditus, minora eligantur, uia qui murorum undique ambitu, ne fugiat, lauditur, ibi se in fugam praecipitat [g], ubi bre-ior murus invenitur». Quia ergo minus pericu-osum est non reddere gladium furioso, videtur icendum quod non reddatur. Et [h] subintelligen-um est in [i] iuramento 'quod reddet, si potest alva pietate reddere': iuramentum enim obser-andum est quod non vergit in deterius; ver-eret [k] autem in deterius, si esset causa homicidii.

II. Ad aliud dicendum quod non est simile de usurario. Si enim dominus Papa dicit, in *Decretali* [6], quod ille, qui tenetur iuramento reddere usuram, reddat eam, cum tamen [l] manifestum sit quod usura illa [m] non sit usurarii, multo fortius reddenda est pecunia usurarii [n], quam habet aliquis in deposito sub iuramento. — Ad obiectum [o] in contrarium dicendum quod, licet usura sit res aliena, tamen ei reddenda est propter iuramentum; et [p], cum sit compos mentis suae, non est firmiter credendum quin Dominus mutare possit mentem ipsius ad hoc ut bene utatur; magis autem [q] cavendum est proprium periculum quam alienum. Nec est simile de furioso, qui non est compos mentis suae nec imputatur ei ad peccatum, dum est in furia, sed tradenti gladium.

III. Similiter quaeritur de uxore usurarii, quia [r] quidquid habet habet [s] de usura et hoc dictat ei conscientia. Videtur ergo quod sit perplexa, quia non habet alia bona unde sustentetur, et ita imminet [t] sibi malum, si abstineat a bonis illis; si vero utatur illis, particeps est usurae.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod, licet mulier sit subiecta viro in iis quae pertinent ad thorum, secundum quod dicit Apostolus, I Cor. 7, 4: *Mulier non habet potestatem corporis sui, sed vir,* tamen non debet communicare [u] viro in iis quae sunt «in contumeliam Creatoris [7]». Unde abstinere debet a re foenebri [v] et lucrari opere manuum suarum vel quaerere sibi necessaria a parentibus vel aliunde vel [x] ab aliquibus bonis viris mendicare. Si vero cogeret eam ad utendum bonis illis illicite acquisitis, potest dimittere eum ad tempus quoad thorum propter causam fornicationis spiritualis.

---

[a] BT *canit.* [b] FRL om. [c] Ita V, alii *domum tuam etc.* pro *populum... tui.* [d] Ita V, alii *mergunt;* BT *perplexionibus* pro *perexitatibus.* [e] Ita V, alii *conscientia.* [f] F *presumit.* [g] Ita V, alii *precipitet.* [h] B om. [i] V *de.* [k] FRLZ *vergit.* [l] BT om., Z *tam.* [m] F om. [n] V *usurario.* [o] V add. *autem.* [p] BT om. [q] V *etiam;* LZ add. *ad,* quod R exp. [r] Ita BT, L om., alii *qui.* V om. [s] Ita V, alii *iniciet;* FRZ *manum* pro *malum.* [t] L *commendare;* T *vero* pro *non.* [u] F *funebri.* [x] BT om.; FRLZ om. *ab.*

1 Psalm. 44, 10.
2 Luc. 9, 59 sq.
3 Rectius Hieronym., *Epist.* 14, n. 3 (PL 22, 349).
4 Pro casibus I-III cf. Guil. Altissiod., *Summa,* III tr. ultim., c. 3 (fol. 262d sq.); Ioan. de Rupella, *Summa de vitiis* (fol. 15a).
5 *Moral.,* XXXII, c. 20, n. 39 (PL 76, 659).
6 Gregor. IX, II, tit. 24, c. 6 (II, 360).
7 Lombard., *In I Cor.* 7, 15 (PL 191, 1593).

IV. Item, proponitur talis casus a Gregorio[1] de illo qui iuravit alteri[a] quod secreta eius omni silentio tegeret, et contingit[b] postea quod ille, cui iuravit, perpetrat adulterium et procurat homicidium ipsius mariti adulterae, et hoc scit qui iuravit. Videtur quod sit perplexus, quia si tacet, non praemuniens aliquo modo, cum sit conscius, videtur particeps homicidii; si vero revelat, reus videtur periurii. Sic ergo est perplexus.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod illum debet admonere fraterna correctione, prout dicitur[c] in Matth. 18, 15: *Si peccaverit in te frater tuus* etc. Si noluerit cessare, potest dicere in generali illi cuius procuratur homicidium: 'aliquis vult te interficere', ita tamen[d] quod non deprehendatur ex aliqua circumstantia quis ille sit, sicut habetur in *Extra, De officio Ordinarii, Si sacerdos*[2]. Vel si periculum est dicere illi personae, dicendum est alicui qui potest prodesse et non obesse in generali, ut sacerdoti, quod[e] praemuniat illum, sicut dicit Augustinus, in *Quaestion. Levitici*[3]: « Mihi videtur quod ab hoc peccati vinculo se solvat, si indicet talibus qui magis possunt prodesse quam obesse », hoc tamen salvo quod per circumstantiam non indicetur[f] persona. Nec est iste reus periurii, quia non indicat secretum illius; unde in Eccli.[4]: *Denudare mysteria amici desperatio est animae infelicis.*

V. Quaeritur etiam: Si quaeratur aliquis[g] ad mortem, et fuerit in loco secreto domus, si prodo ipsum, pecco mortaliter; si dico quod[h] nescio ubi sit, mentior, et ita pecco — non enim mentiendum est pro vita alterius[i] salvanda, sicut habetur ab Augustino, in libro *De mendacio*[5]: « Commoditas cuiusque aut salus corporalis non est perfectae fidei praeferenda »; et Augustinus[6], super illud Psalmi[7]: *Perdes omnes qui loquuntur mendacium:* « Non est mentiendum pro salute corporali alterius » — si vero taceo, ex taciturnitate mea quodam modo ipsum manifesto, et ita videtur perplexus qui est in tali statu.

[Solutio]: Ad quod dicendum, secundum Augustinum[8], quod nec prodere debet nec mentiri, sed vel tacere vel dicere quod[k], si etiam sciret, non diceret. Nullatenus enim peccandum est contr veritatem pro alterius salute, sicut dicit Augu stinus, in libro *De mendacio.* « Faciat homo pr temporali vita vel salute quod potest; cum autei ad hoc ventum[l] fuerit ut tali saluti nisi pec cando consulere non possit, iam se existimet no habere quid faciat[9] ».

VI. Quaeritur etiam: Si aliquis[m] perplexus e inter duo venialia peccata, sicut dictum est c perplexitate inter duo mortalia, verbi gratia al quis promisit simplici verbo quod plus qua oportet, comederet; si plus comedit, venialit peccat; si venit contra verbum suum, peccat venialiter.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod agere d bet poenitentiam de indiscreta promissione, n comedendum est[o] plus quam oportet.

VII. Quaeritur etiam si quis potest committe venialia, ut alter[p] evitet mortale.

Quod videtur, 1. per hoc quod[q] dicitur a Rom. 9, 3: *Optabam fieri anathema pro fratribu meis.* Sed *fieri anathema*[r] non est nisi pro al quo peccato, ad minus veniali[s]; ergo pro s lute spirituali alterius potest aliquis[t] committe veniale.

Contra, *a.* per hoc quod supra dicit Augustinus[10]: « Cum ad hoc ventum fuerit ut tali s luti[u] » etc., et dicit Augustinus, in *Quaestion. super Genesim*[11], qualiter Patriarcha n luit[v] dicere falsum, ut salvaret pudicitiam ux ris suae.

[Solutio]: Ad quod dicendum[x], secundu quosdam, quod perfectus non debet venial committere, ut alter[y] evitet mortale, sed poena potest sustinere temporalem; imperfectus aute potest. Alii vero dicunt quod potest aliqu committere veniale, etiam perfectus, ut alius evit mortale, sed cadit quodam modo a perfection Videtur autem quod nulla tentio sit ad venia peccatum, sed potest esse tentio ad salvandu alium a mortali peccato, et, si aliter non potes per veniale; et est aliud de salute spirituali de salute corporali ipsius proximi: veniali eni non debetur nisi poena temporalis, dum hon existit in caritate.

---

[a] V om. *d. i. q. i. a.* [b] Ita VT, alii *contigit.* [c] T om. [d] BT om. [e] Z *ut.* [f] B *iudicetur,* quod R corr.; V *persone* pro *perso*
[g] FR *quis.* [h] F om. [i] B *hominis.* [k] Ita V, alii om. [l] F *perventum.* [m] VRZ *quis;* FRLZ om. *est.* [n] FRLZ om. [o] FRLZ o
[p] VRZ *aliter,* quod L corr. [q] Ita V, BLZ *quod,* F *cum,* R *quia* pro *p. h. q.* [r] T om. *pro... anathema.* [s] FL *veniale.* [t] BT *qu*
[u] T add. *esset.* [v] VFLZ *voluit.* [x] Ita F, alii add. *est.* [y] R *aliter.*

1 *Moral.,* XXXII, c. 20, n. 36 (PL 76, 657).
2 Gregor. IX, I, tit. 31, c. 2 (II, 186).
3 Quaest. 1 (PL 34, 673).
4 Cap. 27, 24.
5 Cap. 21, n. 42 (PL 40, 516).
6 Loc. cit., c. 6 (PL 40, 495) et *Enarr. in Psalm.* 5, (PL 36, 85).
7 Psalm. 5,
8 Loc. cit., c. 13, n. 23 sq. (PL 40, 505 sq.).
9 Augustin., *Contra mendac.,* c. 17 n. 34 (PL 40, 542).
10 Cf. nota 9.
11 Cf. quaest. 26 (PL 34, 554 sq

[Ad obiecta]: 1. Ad id autem quod dicit Apolus quod 'optabat esse *anathema pro fratris*, id est pro salute fratrum': dicendum est od *anathema* accipitur ibi pro poena illa quae quando etiam iniuste infligitur, et tunc non est nisi poena tantum; talis autem poena sustinda est et pro salute sua [a] spirituali et pro lute [b] alterius spirituali. Secundum autem quod cit poenam iuste inflictam, cointelligit peccatum ortale, si tota ratio iustitiae adsit, et hoc modo non optabat Apostolus nec optabile est pro alicuius vel aliquorum salute.

a. Ad id vero quod obicitur de Abraham, qui videtur mentitus esse, dicendum est, secundum Augustinum [c 1], quod non dixit falsum neque mentitus est. Non enim dixit eam non esse uxorem suam, sed dixit esse sororem suam — soror autem dicitur [d] multipliciter — quia filia erat fratris, vel soror potest dici ex eodem patre vel [e] ex eadem matre genita [f].

SECTIO II. — De peccatis oris.

QUAESTIO I.

DE PECCATO TACITURNITATIS.

Habitum est supra de peccatis cordis, consequenter [g] dicendum est de peccatis oris [h] sive locutionis, et dicitur aliquis peccare tacendo, aliquis peccare loquendo. Peccatum vero locutionis fit pluribus modis [i]: contra veritatem, contra nitatem et [k] contra rectitudinem. Contra veritatem, ut in mendacio [l]; contra bonitam [m], ut in scurrilitate; contra rectitudinem, ut in convitio vel detractione.

Dicendum est ergo primo de peccato [n] taciturnitatis. Quod autem peccatum sit cere, patet per hoc quod dicit Gregorius [2]: « Discrete pensanda sunt tempora, ne t, cum restringi [o] lingua debet, per verba inutiliter se solvat, aut, cum loqui utiliter test, semetipsam pigra restringat ».

Potest ergo quaeri primo utrum peccatum sit tacere;

secundo, utrum sit peccatum mortale semper an aliquando veniale, aliquando mortale;

tertio, de comparatione peccati taciturnitatis ad peccatum locutionis.

CAPUT I. 396

UTRUM PECCATUM SIT TACERE.

uod autem non sit peccatum, videtur. 1. Omne enim « peccatum est actus incidens ex defectu ni [3] »; sed tacere non est actus; ergo non est ccatum.

2. Similiter arguitur ex illa definitione pecti [4]: « Peccatum est dictum vel factum vel concupitum » etc.; nullum autem horum est tacere; ergo non est peccatum.

3. Item, si esset peccatum, esset in dormiente peccatum: maxime est enim in dormiente [p] taciturnitas; in dormiente autem non est peccatum; ergo taciturnitas non est peccatum [q].

---

[a] B om. [b] V om. *s. s. e. p. s.* [c] B om. *s. A.* [d] R add. *esse.* [e] V *et.* [f] BTR *gignita.* [g] B om. [h] T om. *consequenter... oris.* om. [k] B om. [l] T *mentiendo* pro *l. m.* [m] R *mendacium,* quod FZ corr. [n] B om. *p. d. p.* [o] B *constringi.* [p] V om. *peccatum... miente.* [q] T om. *e. t. n. e. p.*

[1] Loc. cit.
[2] *Moral.,* VII, c. 17, n. 61 (PL 75, 802).
[3] Cf. supra, num. 66 et 266.
[4] Cf. supra, num. 259.

Contra. *a.* Augustinus[1], super illud Matth. 18, 21: *Domine, quotiens peccabit in me frater meus, et dimittam?* « Non passim iubet peccanti dimittere, sed poenitenti. Ita peccat qui, videns fratrem peccare, tacet, sicut qui poenitenti non indulget ». Ergo tacere est peccatum [a].

b. Item, in Psalmo [b 2]: *Quoniam tacui, inveteraverunt ossa mea.* Inveteratio autem [c] ossium defectus est fortitudinis spiritualis; defectus autem fortitudinis spiritualis non est nisi per peccatum; ergo tacere est peccatum.

c. Item, super illud Iob 16, 7: *Si tacuero, non recedet dolor meus,* Glossa[3]: « Hoc ipsum amplius quod tacet, gemit, quia, se tacente, perversorum culpas excrescere conspicit ».

d. Item, Eccle. 3, 7: *Tempus tacendi, tempus loquendi.* Si ergo tacet homo, cum debet loqui, peccatum est; unde dicit Gregorius[4]: « Immoderatum silentium si culpa non esset, Propheta non dixisset[5]: *Vae mihi, quia tacui* ».

[Solutio]: Ad quod dicendum quod tacere aliquando est actus virtutis; unde dicit Gregorius[6]: « Os discretum et congruo tempore vox aperiat et rursum congruo tempore taciturnitas claudat ». Aliquando vero est nomen vitii, sicut supra habitum est[7].

[Ad obiecta]: 1. Ad id vero [d] quod obicitu quod 'tacere non est actus', dicendum [e] quo actus dupliciter accipitur: vel prout est commun ad operari et [f] non operari, sicut habetur [8] a Rom. 7, 15-17: « Operor et non operor partes sur eius quod est operor »; et secundum hoc dicitu tacere actus, sed non dicitur actus peccati, nis in quantum refertur ad voluntatem, prout aliqui ex voluntate tacet, cum tacere non debet. Si ver accipiatur actus proprie, tacere non est actu nec esset peccatum, nisi prout actus voluntati cadit super ipsum.

2. Per hoc patet solutio ad secundum.

3. Ad obiectum vero de dormiente, dicen dum est quod tacere non est peccatum, nisi cui congruit loqui et tenetur; hoc autem non est i dormiente.

Si vero quaeratur in quo genere peccati si utrum in ratione delicti aut commissi: dicendur est quod in ratione delicti [g]. Tacere enim nih aliud est quam non loqui in eo qui potestate habet pro loco et tempore et aliis circumstantiis cum teneatur loqui et non loquitur, peccat pe cato delicti, sicut qui tenetur non loqui pro tem pore et loco et aliis circumstantiis, et loquitu transgreditur.

397 CAPUT II.

UTRUM TACERE SIT SEMPER MORTALE VEL ALIQUANDO MORTALE, ALIQUANDO VENIALE.

Deinde quaeritur I. utrum sit peccatum mortale semper, an aliquando mortale, aliquando veniale.

Et videtur quod aliquando mortale, aliquando veniale. *a.* Sicut enim loqui aliquando est veniale, aliquando mortale, ita per oppositum videtur tacere aliquando mortale, aliquando veniale.

b. Praeterea, aliquando tacet homo, cum tenetur loqui, aliquando cum expedit vel cum congruit; sed cum tacet [h] in iis in quibus congruit, et non tenetur vel expedit, veniale est peccatum; ergo tacere aliquando est veniale peccatum, aliquando mortale, sicut habitum est ex [i] praecedenti [9].

Quod autem sit mortale, 1. habetur ex hoc quod dicit Gregorius[10]: « Quae [k] corrigere non valet, increpare non desinat [l], ne se participe delinquentium ex consensu taciturnitatis add cat [m] ». Et loquitur de illo ad quem pertinet o ficium correctionis.

2. Item, qui tenetur mederi aegroto, et subtrah usum medicaminis pro tempore et loco, pecc mortaliter; sed praelatus tenetur mederi subditi cum infirmantur ex peccato; ergo, cum tacend subtrahat usum medicaminis, peccat mortalite Unde Gregorius[11]: « Plerumque nimis taci dum quorumdam mala respiciunt, et tamen [n] s lentio linguam premunt, quasi conspectis [o] vulne ribus usum medicaminis subtrahunt, et eo morti auctores fiunt quo virus, quod [p] poterant eice loquendo, noluerunt ». Ergo taciturnitas est pe catum mortale: qui enim auctor est mortis spir tualis in alio, in se ipso contrahit mortem.

---

[a] V om. *e. t. e. p.* [b] Ita V, alii *Psalmus.* [c] V om. [d] L om. [e] Ita V, alii add. *est.* [f] Z *vel.* [g] V om. *aut... delicti* in F est add. mg. [h] B om. [i] F *in.* [k] B *qui.* [l] V *cessat.* [m] V *addiscat.* [n] RL *cum.* [o] V *conspectum.* [p] R *quos,* quo F corr., Z *quoque.*

1 Potius *Glossa ordin., In Luc. 17,* 3 (PL 114, 317sq.); cf. Beda, in h. l. (PL 92, 539).
2 Psalm. 31, 3; cf. Lombard., in h. l. (PL 191, 319).
3 *Ordin.,* in h. l., ap. Lyran.
4 *Moral.,* VII, c. 17, n. 60 (PL 75, 802).
5 Isai. 6, 5.
6 Loc. cit., n. 61 (PL 75, 802).
7 Cf. supra, p. 397, nota 2 et hic sub *Contra.*
8 Cf. Lombard., in h. l. (PL 191, 1422).
9 Cf. hic sub litt. *a.*
10 *In Ezech.,* I, hom. 9, n. 23 (PL 76, 881).
11 *Reg. pastor.,* III, c. 14 (PL 77, 72).

Solutio]: Ad quod dicendum quod taciturnitas quando est veniale peccatum, aliquando mor-. In iis enim ad[a] quae tenetur homo, est taci-nitas mortale peccatum; verbi gratia, cum etur[b] proprium peccatum confiteri pro tem-e debito et aliis circumstantiis, et mederi pro-no sermone medicinali[c] pro tempore debito aliis circumstantiis, in iis est[e] mortale pec-um; cum autem non tenetur, sed expedit aut et, veniale est peccatum. Quando autem hoc rit et quando non, difficile est determinare singulis, sed ipsa *unctio docet*[1], quae non per-tit hominem sibi adhaerentem de facili errare.

Ad obiecta]: 1-2. Ad id vero quod obicitur contrarium, dicendum[f] quod illae auctoritates Gregorii intelliguntur de illo[g] qui tenetur officio corrigere et mederi[h] aliis in verbo rrectionis; in talibus autem si fiat omissio pro npore debito, erit mortale peccatum. Dicitur m[i] Ezech. 33, 6: *Si speculator viderit gladium nientem, et non insonuerit buccina, et populus n se custodierit, veneritque gladius et tulerit de animam, ille in*[k] *iniquitate sua captus est, san-inem autem eius de manu speculatoris requiram.*

II. Sed potest quaeri propter illud verbum quod itur Eccli. 20, 7: *Homo sapiens tacebit usque tempus,* quod sit illud tempus[l] *a.* Si enim di-ur tempus opportunum, et quod ante illud npus non dicatur esse peccatum, et hoc vide-dici super illud Levit. 15, 2: *Vir*[m] *qui patitur xum seminis* etc., Glossa[2]: « Quid est sermo, i semen, qui dum ordinate mittitur, audientis ns quasi[n] uterus impraegnatur; si inoppor-ne[o], polluit mentem et generandi perdit virtu-n? » Et dicitur Eccle. 8, 6: *Omni negotio est npus et opportunitas;* et Prov. 25, 11: *Mala rea in lectis*[p] *argenteis, qui loquitur verbum in npore suo,* Glossa[3]: « Qui verbum Dei oppor-ne novit iuxta audientium capacitatem praedi-re, modo exempla iuxta litteram replicat, modo aviores spiritualium sensuum flores pandit ».

Sed videtur contrarium 1. per hoc quod[q] dici-II ad Tim. ultimo, 2: *Praedica verbum, insta portune, importune.* Ergo importune est etiam aedicandum; ergo non est expectanda oppor-nitas. Quando ergo dicendum est quod peccatur taciturnitate ab eo cui incumbit officium praedicationis vel correctionis?

[Solutio]: Respondendum est quod aut intelligitur opportunitas ex parte aliquorum audientium et aliquorum non aut ex nulla parte. Si ex parte aliquorum intelligitur opportunitas, ex parte aliorum non, nihilominus est praedicandum. Et hoc est quod dicit Apostolus: *Praedica verbum, insta opportune, importune,* Glossa[4]: « *Opportune,* quantum ad eos quibus placet; *importune,* nolentibus ». Et dicit Augustinus[5]: « Sonet verbum tuum volentibus, nolentibus, *opportune, importune:* invenit locum ubi[a] requiescat, terram ubi[b] germinet, licet aliqui sint ut[c] terra petrosa ». Si vero non placeat auditoribus tunc[d] cum auditur, prodesse nihilominus potest[e] in posterum; et adhuc dicitur praedicare *opportune, importune.* Unde Glossa[6]: « Tu quidem opportune[f] agis, sed importunus videris ei qui libenter non audit ». Hoc autem attendendum est, si creditur ipsos esse corrigibiles. Si vero sunt incorrigibiles, non dicitur opportunitas, et tunc est tempus tacendi. Unde super illud[7]: *Noli arguere derisorem:* « Aliquotiens ab eius correctione non tuae timiditatis, sed dilectionis gratia, est cessandum ». Et dicitur[8] Matth. 7, 6: *Nolite sanctum*[g] *dare canibus neque margaritas* etc.[h]: « Per *sanctum* intelligitur verbum praedicationis, quod non debet corrumpi; corrumpitur autem in aliis, cum sunt[i] impugnatores veritatis et contemptores[k] ». Unde dicit[l] Cassiodorus[9]: « Grave peccatum est obstinatis praedicare »; et ideo dicitur Amos 5, 13: *Prudens in illo tempore tacebit,* ubi dicit Glossa[10]: « Videns vir ecclesiasticus incorrigibiles, subtrahet[m] correctionem, ne videatur *sanctum dare canibus* ».

Sed quid est quod dicitur[n] Ezech.[11] quod ipse loquatur ad *domum exasperantem,* cum *domus exasperans* videatur dici populus incorrigibilis. — Ad quod dicendum quod non dicitur hic *domus exasperans* per incorrigibilitatem, sed dicitur *exasperans* per differentias peccatorum. Unde Gregorius[12]: « *Noli esse exasperans*[13] ne tibi[o], commissa tacendo et[p] maledicta non increpando, Deum exasperes sicut illi male faciendo ».

III. Occasione dictorum quaeritur utrum praedicandum sit illis quos scit esse[q] incorrigibiles.

---

[a] B om. [b] Ita V, alii *teneatur;* R add. *homo.* [c] BT *medicabili.* [d] T om. [e] T add. *enim.* [f] Z add. *est.* [g] V om. *d. i.* add. *in.* [h] Ita V, alii add. *in.* [k] FLZ om. [l] B om. *q. s. i. t.* [m] V om. [n] V *sicut.* [o] BT *importune.* [p] Z *electis.* [q] F om. [a] V *qui.* [b] R *vero.* [c] F *in.* [d] V *tamen.* [e] T *prodest.* [f] T *importune,* quod Z corr. [g] Z *semen.* [h] Z *et cum,* quod FL corr.; emen pro *sanctum.* [i] B *sint.* [k] V *condempnatores.* [l] V om. [m] Z add. mg. *et.* [n] V *dicit.* [o] V *etc.* pro *n. t.;* Z om. *ne. sed.* [q] Ita V, alii om.

I Ioan. 2, 27. 2 *Ordin.,* in h. l., ap. Lyran.
3 *Ordin.,* in h. l., ap. Lyran.
4 Lombardi, in h. l. (PL 192, 378).
5 *Enarrat. in Psalm. 128,* n. 1 (PL 37, 1689).
6 Lombardi, loc. cit.
7 Prov. 9, 8; cf. *Glossa ordin.,* in h. l., ap. Lyran.
8 *Glossa interl.,* in h. l., ap. Lyran.
9 Cf. *In Psalm. 38,* 3 (PL 70, 281).
10 *Ordin.,* in h. l., ap. Lyran.
11 Ezech. 2, 5sq.; 3, 9; 12, 2.
12 *In Ezech.,* I, hom. 9, n. 27 (PL 76, 882).
13 Ezech. 2, 8.

Quod[a] **videtur**, 1. per hoc quod Petrus praedicavit Simoni Mago, dicens[1]: *Poenitentiam age ab hac nequitia;* et dicit Glossa[2]: « Non quod ignoret Petrus eum poenitentiam non acturum, sed, quia omnibus iussus est praedicare[3], suum facit officium, ut ille sit inexcusabilis ».

Et[b] Ioan. 15, 22 dicitur: *Si non locutus fuissem eis, peccatum non haberent; nunc autem excusationem non habent de peccato.* Sed, cum scivit eos Dominus poenitentiam non acturos, numquid praedicavit eis ut augeretur malitia eorum?

Quod non, videtur, 2. immo quod potius tacendum sit, secundum quod dicit Gregorius[4]: « Cum conspiciunt[c] quia vitam auditorum loquendo lucrari non possunt, tacendo *scientiam* suam *abscondunt*[5]. Unde, cum Herodes interrogaret I sum *multis sermonibus, nihil* ei *respondebat*[6] »

[Solutio]: 1. Ad quod dicendum quod hoc quo Petrus dixit, non tantum fuit ut suum facer officium, sed ne alii fallerentur per malitiam S monis Magi. Unde dicitur in Glossa[7]: « Cora omnibus arguitur, ne amplius ab eo fallantur »

2. Illud autem quod dicit Gregorius de tac turnitate duplicem habuit causam. Unde subd Gregorius[8]: « Quotiens auditores nostri nostra volunt quasi laudanda[e] cognoscere, non aute sua perversa mutare, omnino taceamus, ne, ostentationis studio verbum Dei loquimur, et ill rum culpa, quae erat, esse non desinat, et nostr quae non erat, fiat ».

398

CAPUT III.

DE COMPARATIONE PECCATI TACITURNITATIS AD PECCATUM LOCUTIONIS.

Tertio quaeritur de comparatione peccati taciturnitatis ad peccatum locutionis.

Et videtur quod maius peccatum sit in locutione quam in silentio sive taciturnitate, *a.* per verbum Senecae[9]: « Diogenes, interrogatus quare inter malos taceret, respondit: Plus expedit sapienti tacere quam contra se loqui; novi enim multos loquendo, paucos tacendo circumventos ». Ergo in pluribus est peccatum locutionis quam taciturnitatis. Quid enim aliud est circumveniri nisi per indiscretionem sermonis seduci?

b. Similiter idem accipitur per aliud verbum Senecae[10]: « Sis rari sermonis ipse, sed loquentium patiens; locutum esse aliquando poenitet, tacuisse nunquam ».

c. Praeterea, Iac. 3, 6 dicitur quod *lingua est universitas iniquitatis;* de silentio sive taciturnitate nihil tale dicitur; ergo maius malum est locutionis quam taciturnitatis.

Contra. 1. Maius est bonum locutionis quam sit bonum silentii, quia tacendo sibi soli prodest, loquendo utiliter sibi et[f] aliis; ergo peccatum quod opponitur locutioni maius est quam peccatum quod opponitur[g] silentio; sed peccatum taciturnitatis opponitur virtuti locutionis, peccatum vero locutionis opponitur bono silentii; erg maius est peccatum taciturnitatis quam peccatu locutionis.

2. Item, super illud[11]: *Vir linguosus non dirigetu in terra:* « Perfectius esset[h] omnes audire spo sum[i] cum Ioanne, qui non tantum gaudebat, qu docebat, quantum quia[k] audiebat, sicut habet Ioan. 3, 29: *Amicus sponsi stat et audit et gaud propter vocem sponsi.* Sed propter imperitos n cesse est loqui aliquando, ut doceantur; gaudiu ergo sit taciturnitatis et sponsum audiendi[l] voluntate, vox doctrinae sit in necessitate ». Cu ergo silentium malum opponatur[m] silentio bon locutio vero mala opponatur locutioni bona maior autem sit perfectio in auditu sponsi cu silentio bono quam sit in ipsa locutione uti erit maius malum silentium indebitum[n] qua locutio indebita.

3. Item, videtur magis[o] debere esse praeceptu de tacendo quam de loquendo: pronus enim hom est ad loquendum. Unde super[p] illud Psalmi[12]: *non delinquam in lingua mea,* Glossa[13]: « N frustra est lingua in humido[q], quia de facili lab tur ». Et super illud Iac. 3, 6[14]: *Lingua est ignis* et « Cum fere sit impossibile vitare peccatum li guae, etiam a perfectis, non quivis debet appete

---

[a] V *et.* [b] Ita V, alii add. *in.* [c] V *aspiciunt;* L om. *quia.* [d] B om.; RZ *nolunt* pro *volunt.* [e] V *laudando;* B *agnosc* pro *cognoscere.* [f] L *de.* [g] V om. *locutioni... opponitur.* [h] V om. [i] V *responsum.* [k] V *quare.* [l] V *audiendo.* [m] B *opponebat* [n] B om. [o] V *maius.* [p] T om. [q] B *habendo.*

1 Act. 8, 22.
2 *Ordin.,* in h. l. (PL 114, 446).
3 Cf. Marc. 16, 15.
4 *Moral.,* XXII, c. 16, n. 38 (PL 76, 235).
5 Prov. 10, 14.
6 Cf. Luc. 23, 9.
7 *Ordin.,* loc. cit.
8 Loc. cit. (PL 76, 236).
9 Pseudo-Caecil. Balb., Φ, XXVI, 2; cf. E. Steche *De Catonis quae dicuntur distichis,* Greifswald 1912, p. 5
10 Pseudo-Caecil. Balb., loc. cit., 1; cf. Pseudo-P blilii Syri, *Sentent.,* n. 336 (ed. Woelfflin, p. 132).
11 Psalm. 139, 12; cf. Lombard., in h. l. (PL 191, 123
12 Psalm. 38, 2.
13 Lombardi, in h. l. (PL 191, 389).
14 *Glossa ordin., In Iac. 3,* 5 (PL 114, 676).

magisterium ». Praeceptum autem ad hoc datum st ut cohibeat se homo a delicto; non autem ita ronus est homo ad peccatum taciturnitatis; ergo agis dandum esset praeceptum de tacendo quam raeceptum de loquendo: praeceptum enim de cendo cohibere debet a vitio locutionis, praeptum vero locutionis a vitio taciturnitatis.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod maius ditur peccatum peccato vel quia in pluribus pecatur, et secundum hoc maius dicitur peccatum ocutionis quam taciturnitatis; vel maius dicitur eccatum, quia occasio sive causa est maioris amni: secundum hoc peccatum taciturnitatis est aius, quia per illud subtrahitur utilitas locuonis, quae est maior utilitate silentii.

[Ad obiecta]: *a-c.* Ad primo autem obiectum [a] icendum est quod prima ratio sumitur ex comaratione [b] secundum pluralitatem delicti, et siiliter secunda et similiter [c] tertia.

1. Ad obiectum autem ex alia parte dicendum quod prima ratio respicit causam maioris amni, et hoc modo peccatum taciturnitatis est aius.

2. Ad secundo vero obiectum dicendum [d] uod peccatum taciturnitatis opponitur bonitati ocutionis et [e] opponitur silentio bono, sed alir et aliter. Ratione enim oppositionis in actu opponitur bonitati locutionis; ratione vero qualitatis, manente consimili actu, opponitur silentio bono. Silentium autem [f] bonum, in quo auditur vox Sponsi, habet quamdam bonitatem, et ratione silentii, quia silet ab eo a quo silendum est, et habet bonitatem ratione auditus vocis divinae, ratione cuius dicitur habere perfectionem. Licet ergo opponatur taciturnitas mala ratione illius perfectionis, non tamen est maius peccatum quam peccatum [g] locutionis: peccatum enim locutionis plus etiam [h] contrariatur eidem, et ita non ex hoc sequitur quod sit maius, sed e contrario.

3. Ad id vero quod quaeritur ' quare magis est praeceptum de locutione quam de silentio ', dicendum [i] quod locutio pluribus modis habet rationem bonitatis: et quoad se et quoad proximum, praeceptum autem silentii habet bonitatem quoad se. Praecepta autem affirmativa aliter se habent quam negativa: negativa enim [k] sunt ad cohibendum a malo, affirmativa vero ut proficiat in bono. Quia ergo, cum proficit, magis proficit loquendo quam tacendo, ideo magis est praeceptum in Sacra Scriptura de bonitate locutionis quam de bonitate silentii, cum tamen [l] pluribus modis possit esse bona taciturnitas, sed multiplicius [m] potest esse bona locutio.

QUAESTIO II.

DE MENDACIO [1].

Consequenter dicendum est de peccato quod est in locutione. Et primo contra veritatem. Veritas autem aliquando destruitur, sicut in mendacio; aliquando contemnitur, sicut in periurio; aliquando impugnatur, sicut in contentione.

Primo ergo dicendum est de mendacio. Circa quod quaerendum est:

Primo [n] quid sit mendacium;

secundo, utrum mendacium [o] ex aliqua circumstantia possit fieri bonum, sicut occiere per circumstantiam trahitur ad bonum;

tertio, utrum omne mendacium sit peccatum;

quarto, utrum omne mendacium sit peccatum mortale;

quinto, utrum perfectis liceat mentiri;

sexto, de mendaciis secundum differentias personarum [p];

septimo, de speciebus mendacii dicendum est [q];

octavo, de comparatione ad suum oppositum in dicendo.

---

[a] Ita V, alii *obiectum autem* pro *p. a. o.* [b] Z *operatione.* [c] V om. [d] Ita VB, alii add. *est.* [e] Z delev. per vacat *est maius... nitati* et om. *l. e.* [f] Z om. [g] BT om. *q. p.* [h] L om. [i] Ita V, alii add. *est.* [k] V *autem.* [l] Z add. *in.* [m] R *multipliciter,* od F corr. [n] Ita VB, alii om. [o] V om. *s. u. m.* [p] L add. *dicendum.* [q] L om. *d. e.*

[1] Sequentes quaestiones de mendacio, nempe a num. 9 usque ad num. 418 exclusive, occurrunt in cod. Assisiensi 138, fol. 70b-72c, et quidem pluries fere ad verbum.

399

CAPUT I.

QUID SIT MENDACIUM [1].

Circa primum sic: I. Dicit Augustinus, in libro *De mendacio* [2]: « Mendacium est falsa vocis significatio cum intentione fallendi ». Et hoc idem habetur in Glossa [3] super illud Psalmi [4]: *Perdes omnes qui loquuntur mendacium.*

Obicitur autem circa [a] **hanc definitionem. 1.** Contingit simulationem facere in operibus sicut in verbis: unde sicut mendacium est in falsis verbis, ita in operibus simulatis; ergo non tantum est mendacium « falsa vocis significatio ».

2. Item, aliquis dicit aliquod verum, et tamen intendit fallere; constat quod iste peccat; et [b] non videtur reduci ad aliud genus peccati quam ad mendacium; ergo non universaliter est mendacium « falsa vocis significatio ».

3. Item, ille qui iocose dicit mendacium non videtur habere intentionem fallendi, immo vult bene quod alius cognoscat quod vult dicere falsum; ergo non convenit omni mendacio.

4. Similiter videtur dicendum [c] de mendacio officioso. Aliquis enim dicit falsum ut salvet aliquem: principalis intentio eius fuit circa salutem alterius; ergo non est principalis intentio fallendi; est tamen mendacium; ergo non convenit omni mendacio.

5. Item, sophistae disputando tota die falsum dicunt et intendunt fallere. Numquid omnes peccant?

[Solutio]: Ad quod dicendum quod illa definitio est generalis mendacii [d] simpliciter. Secundum enim Augustinum requiruntur duo in mendacio simpliciter dicto: quod proferens dicat falsum et quod intendat dicere falsum. Ex qua dispositione est ut possit aliquis falli, ut sic sit falsitas ex parte intendentis et ex parte signi.

[Ad obiecta]: 1. Ad primo autem obiectum dicendum est quod mendacium non proprie dicitur in factis, licet sit ibi simulatio. Verbum enim proprie ordinatur ad significandum, mendacium autem dicitur a dictione [e] mentis; quia ergo men dicit per verbum, ideo recte dicitur mendaciu « falsa vocis significatio ».

2. Ad secundum vero [f] dicendum quod ill qui dicendo verum intendit fallere non pecca mendacio nisi quoad quid; unde et illud genu peccati dicetur secundum quid mendacium.

3. Ad tertium dicendum quod, licet ille, qu peccat mendacio iocoso, non intendat decipere intendit [g] tamen dicere falsum, ex quo posse esse in aliquo deceptio. Unde convenit ei rati mendacii: est enim intentio falsum dicendi.

4. Ad quartum dicendum quod in mendaci officioso simul est utraque pars mendacii. Lice enim sit ulterior intentio, scilicet iuvare proxi mum, nihilominus citerior [h] est intentio fallendi et quoad hoc dicetur mendacium. Illa enim in tentio per se respicit sermonem, altera vero in tentio respicit voluntatem et non per se sermonem

5. Ad quintum dicendum quod, licet sophi stae dicant falsum et intendant fallere et ita di cant mendacium, tamen, quia hoc faciunt caus exercitii et [i] ut non ignoretur virtus nominum non est peccatum.

II. Quaeritur etiam: Cum sint duae differentia — contingit enim aliquem dicere verum cum in tentione fallendi et contingit dicere falsum no cum intentione fallendi — quare plus accedit a rationem mendacii privatio primae partis cu positione secundae quam positio primae parti cum privatione secundae?

[Solutio]: Ad quod dicendum quod [k] plus perti net ad esse mendacii intentio fallendi quam fals vocis significatio. Falsa enim vocis significatio es sicut materiale in mendacio, complementum auter est intentio fallendi, et ideo, ubi remanet intenti fallendi, plus dicitur mendacium; nihilominu tamen utrumque est mendacium secundum quic

400

CAPUT II.

UTRUM MENDACIUM EX ALIQUA CIRCUMSTANTIA POSSIT FIERI BONUM.

Secundo quaeritur utrum mendacium ex aliqua circumstantia possit fieri bonum.

Quod videtur. 1. Graviora [l] sunt furtum et ho micidium quam mendacium in genere; sed hae

---

[a] V *contra.* [b] Ita V, alii om. [c] Ita B, alii om. [d] V *mendacii generalis* pro *g. m.* [e] T *condicione.* [f] VR om. [g] Z *intendi decipere intendet* pro *i. d. i.* [h] V *interior,* T *exterior.* [i] V om.; T *ubi* pro *ut.* [k] V om. [l] V add. *enim.*

1 Cf. Lombard., III *Sent.*, d. 38, cc. 3-4 (p. 722sqq.); Ioan. de Rupella, *Summa de vitiis* (fol. 15b); S. Bonav., III *Sent.*, d. 38, a. un., q. 1 (III, 839sqq.)

2 Potius *Contra mendac.*, c. 12, n. 26 (PL 40, 537) cf. *De mendac.*, c. 4, n. 5 (PL 40, 491).

3 Lombardi, in h. l. (PL 191, 98).

4 Psalm. 5, 7

raviora possunt bene fieri per aliquas circumantias formatas, ut potest quis occidere homiem maleficum, iustitia dictante, amore iustiae; similiter potest fieri contrectatio rei alienae vito domino, sicut fuit in asportatione vasorum egyptiorum [1], et tamen non peccaverunt, sed ene fecerunt, quia [a] ex mandato Domini [2] solo oc fecerunt.

Contra. *a.* Dicit Augustinus [3], loquens de malis in genere: « Si homicidium et furtum otentu alicuius boni bene [b] possunt fieri, menacium tamen [c] nunquam ».

[Solutio]: Ad quod dicendum [d] quod aliter est [e] genere furti et homicidii et de genere menacii. Furtum enim et homicidium determinant ordinationem actus respectu materiae, non determinando inordinationem ex parte finis sive intentionis; mendacium autem dicit inordinationem comparatione actus ad materiam et in comparatione ad finem. Et ideo dicit Augustinus uod mendacium non potest bene fieri, furtum aum et homicidium possunt bene fieri. Si vero furm et homicidium importarent de se inordinatioem ex parte finis vel intentionis, tunc nec illa ossent bene fieri. Praeterea, illa inordinatio, quae t ex parte materiae in furto et homicidio, propter iquam conditionem advenientem ex parte mariae, ratione cuius potest esse ordinatio, tollir, quia maius est bonum superveniens quam illud sit malum. In mendacio autem [f] est defectus veritatis, cui non potest addi conditio per quam fiat maius bonum quam defectus veritatis est malum, et ideo non est formabile ad bonum nec illo potest aliquis mereri.

[Ad obiecta]: 1. Ad id vero quod obicitur quod 'haec graviora sunt, et tamen possunt bene fieri' etc. [g], dicendum est quod 'gravius' potest dici multipliciter: vel ratione iniuriae proximi [h], et secundum hunc modum gravius dicitur furtum et homicidium quam mendacium. Praeterea, 'gravius' dicitur quod addictum est maiori poenae, et sic etiam illa addicta sunt maiori [i] poenae quam mendacium in genere, licet aliquod mendacium, ut illud quod est blasphemiae, sit addictum [k] graviori poenae in Veteri Testamento, sicut habetur in Levit. [l] 24, 16: *Qui blasphemaverit nomen Domini, morte moriatur; lapidibus obruet* [m] *eum* etc. Dicitur iterum gravius alterum altero propter hoc quod inordinationem dicit respectu rei nobilioris, et secundum hoc, quia veritas est nobilior pecunia vel vita mortali [n], mendacium dicitur gravius. Dicitur etiam gravius, quia plus importat inordinationis in sua ratione: ponit enim inordinationem ad finem, et secundum hoc dicitur mendacium iterum gravius. Et haec est ratio quare mendacium non est formabile, alia vero dicuntur formabilia, eo quod suis intentionibus non [o] ponunt deformitatem ex parte finis.

CAPUT III. 401

UTRUM OMNE MENDACIUM SIT PECCATUM ET E CONVERSO [4].

ertio quaeritur **I.** utrum omne mendacium sit peccatum.

Quod videtur. *a.* Dicit enim [p] Augustinus, in bro *De mendacio* [5]: « Qui aliquod genus mendacii eccatum non esse putaverit, se ipsum decipit ». *b.* Item, inter omnia mendacia minima sunt offiosum et iocosum; sed « haec duo genera mendaciorum non sunt sine culpa », sicut habetur in lossa [6] super illud Psalmi [7]: *Perdes omnes qui quuntur mendacium;* ergo omne mendacium est eccatum.

c. Praeterea, ex ipsa ratione mendacii elicitur: ubi enim est intentio fallendi, est peccatum; sed ubi est mendacium, ibi est intentio fallendi; ergo ubi est mendacium, ibi erit [q] peccatum.

d. Item, Augustinus, in *Enchiridion* [8]: « Verbis uti ad fallaciam, non ad id ad quod instituta sunt, peccatum est ». Sed in omni [r] mendacio hoc agitur; ergo omne mendacium est peccatum.

e. Item, Augustinus, in libro *De doctrina christiana* [9]: « Omne mendacium est iniquitas ». Sed omnis iniquitas est peccatum; ergo omne mendacium est peccatum.

---

[a] Ita V, alii *qui.* [b] BT om. [c] Ita V, alii om. [d] FRLZ add. *est.* [e] V *in.* [f] B *enim.* [g] V om. [h] L *proxime.* [i] LZ *maioris,* od R corr. [k] BT *additum.* [l] V *Deuter.,* pro *i. L.* [m] L *obruat,* Z *abruet.* [n] RZ add. *et.* [o] V *sunt intentionibus que* pro *s. i. n.* Ita V, alii om. [p] F *est;* L *non* pro *ubi.* [r] Ita V, alii om.

1 Cf. Exod. 12, 35 sq.
2 Cf. Exod. 11, 2.
3 Cf. *In Heptat.*, III, q. 68 (PL 34, 707 sq.).
4 Cf. Lombard., III *Sent.*, d. 38, c. 4 (p. 723 sq.); uil. Altissiod., *Summa,* III, tr. 23, c. 1, q. 2 (fol. 37a sqq.); Ioan. de Rupella, *Summa de vitiis* (fol. 15c sq.); S. Bonav., III *Sent.*, d. 38, a. un., q. 2 (III, 841 sqq.).
5 Cap. 21, n. 42 (PL 40, 516).
6 Lombardi, in h. l. (PL 191, 98).
7 Psalm. 5, 7.
8 Cap. 22 (PL 40, 243).
9 Lib. I, c. 36, n. 40 (PL 34, 34).

Contra. 1. Verum et mendacium opponuntur, bonitas et peccatum opponuntur similiter; sed veritas distinguitur a bonitate; ergo mendacium distinguetur a peccato; ergo mendacium non erit peccatum essentialiter.

2. Item, Augustinus, in libro *Contra mendacium*[1]: Sicut lux opponitur tenebris et e converso, ita veritas opponitur mendacio et e converso; sed lux et tenebrae opponuntur circa cognitivam [a] exteriorem; ergo veritas et mendacium circa cognitivam interiorem [b]; sed in illa non est peccatum sicut nec virtus; ergo mendacium non est peccatum.

3. Item, Ambrosius[2]: « Non solum in verbis falsis, sed etiam in simulatis operibus est mendacium ». Sed in operibus simulatio potest esse sine peccato: simulatio enim aliquando bona est et pro tempore assumenda, sicut dicit Hieronymus[3] — exemplum est de Iehu, IV Reg. 10, 18-25, et de David, I Reg. 21, 13 — ergo non omne mendacium est peccatum.

II. Deinde quaeritur utrum omne peccatum sit mendacium [c].

Quod non, videtur. *a.* Peccatum enim universalius est, eo quod est dictum vel factum vel concupitum[4], mendacium autem est dictum proprie; ergo non omne peccatum est mendacium.

Contra. 1. Super illud Psalmi[5]: *Quia delectasti me,* Glossa[6]: « Omne peccatum mendacium est, quia contra legem et veritatem est ».

2. Similiter super illud Ioan. 8, 44: *Diabolus est* [d] *mendax, et pater eius,* « id est mendacii[7] »; ibi enim [e] peccatum dicitur esse mendacium.

[Solutio]: I. Ad quod dicendum quod omne mendacium est peccatum.

[Ad obiecta]: 1. Ad id vero quod obicitur in contrarium, dicendum [f] quod mendacium duo importat in se: falsam vocis significationem fallendi intentionem. Quantum ad falsam voc significationem opponitur veritati, secundum quo veritas distinguitur a bonitate. Prout autem por intentionem fallendi, opponitur veritati, prout v ritas est sub bonitate: quia enim habet intenti nem fallendi, fallax est; fallax autem non e verax, veracitas autem species est bonitatis.

2. Ad secundum vero [g] dicendum quod lu et tenebrae possunt dici ex parte intellectus c gnitivi vel ex parte intellectus practici. Si [h] e parte intellectus cognitivi, secundum hoc si [i] v ritas et mendacium sic [k] opponuntur, non e mendacium sic [l] sub peccato. Si vero se habe circa intellectum practicum, tunc veritas et me dacium, si sic opponuntur [m], erit mendacium pe catum.

3. Ad tertium dicendum per [n] hoc quo supra dictum est[8], quod mendacium non pr prie dicitur in operibus simulatis. Si vero dic tur in operibus simulatis, distinguendum est quia est simulatio laudabilis et est simulat vituperabilis [p]. Simulatio autem vituperabilis [q] e peccatum, simulatio autem laudabilis non est pe catum. Simulatio autem vituperabilis proprie d citur [r] mendacium in operibus, sicut si aliqu simulat se esse christianum et non facit ope Christi.

II. Ad id vero quod quaeritur 'utrum omn peccatum sit mendacium': dicendum [s] quod me dacium accipitur proprie et extenso vocabul Proprie, secundum quod est « falsa vocis sign ficatio » etc., et sic non omne peccatum e mendacium. Extenso vero vocabulo accipitu cum dicitur quod omne peccatum est mend cium, quia declinat a veritate boni vel quia pr mittit quamdam veritatem delectationis, quam n adimplet.

402

CAPUT IV.

UTRUM OMNE MENDACIUM SIT PECCATUM MORTALE[9].

Quarto quaeritur utrum omne mendacium sit peccatum mortale.

Quod videtur. 1. Augustinus, in libro *Co tra mendacium*[10]: « Sicut pietas et impietas, iustit

---

[a] Ita VB, alii *cognitionem.* [b] V *exteriorem.* [c] V *mendacium sit peccatum* pro *p. s. m.* [d] L om. [e] BT om. [f] Ita V alii add. *est.* [g] V om. [h] L *sed,* quod F corr. [i] V om. [k] R exp. [l] L exp. [m] L add. *et;* VL om. *si,* in Z est add. n [n] V *quod.* [o] T om. [p] L add. *et.* [q] V om. *s. a. v.* [r] B *est,* T *vero.* [s] Ita V, alii add. *est.*

1 Cap. 3, n. 4 (PL 40, 520 sq.).
2 *Epist.* 59, n. 4 (PL 16, 1233); cf. C. 22, q. 5, c. 20 (I, 888).
3 *In Epist. ad Gal.*, c. 2 (PL 23, 339); cf. C. 23, q. 2, c. 21 (I, 873).
4 Cf. supra, num. 259 et 264.
5 Psalm. 91, 4.
6 Lombardi, in h. l. (PL 191, 857).
7 *Glossa interlin.*, in h. l., ap. Lyran.
8 Cf. supra, p. 402, *ad 1.*
9 Cf. Guil. Altissiod., *Summa,* III, tr. 23, c. 1, q. 3 (f 237d sqq.); Ioan. de Rupella, *Summa de vitiis* (fol. 15d S. Bonav., III *Sent.*, d. 38, a. un., q. 3 (III, 845 sqq).
10 Cap. 3, n. 4 (PL 40, 520).

t iniustitia differunt, sic veritas et mendacium ». ed sic differt pietas ab impietate et iniquitas a ustitia quod sunt semper mortalia; ergo mendacium sic differt a veritate quod semper est ortale.

2. Item, super illud Psalmi[1]: *Odisti omnes ui operantur iniquitatem; perdes* etc.: « Plus est erdere quam odire ». Si ergo odium Domini non st nisi propter mortale peccatum, perdere non st nisi respectu eorum qui mortaliter peccant.

3. Item, Augustinus, in libro *De conflictu itiorum et virtutum*[2]: « Nec officioso mendacio ec simplici verbo oportet quemquam decipere, uia, quomodolibet mentitur quis, occidit aniam [a] ». Sed non occiditur anima nisi per mortale eccatum; et omne mendacium fit cum intentione allendi; ergo omne mendacium est mortale pecatum.

4. Item, super illud[3]: *Perdes omnes* [b] etc.: « Si uis non vult hominem ad mortem perdere, verum aceat, sed non falsum dicat, ne pro corpore alteius animam suam occidat ». Ergo non est perperandum mendacium pro vita alterius servanda, uia occideret animam suam: quod non esset isi per mortale peccatum. Si ergo non est perperandum mendacium benignitatis, quod est minus n genere mendacii, eo quod esset mortale peatum [c], multo fortius nec alia genera [d] mendaiorum; cum ergo [e] illud esset mortale peccatum, t reliqua essent mortalia peccata.

Contra. *a.* Exod. 1, 19, ubi loquitur de obstetricius et mendacio earum, dicit Glossa quae est ugustini[4]: « Quorumdam vita longe inferior st a perfectione sanctorum, si habeat ista menaciorum peccata, provectu ipso et indole [f] sustientur ». Et dicitur ibi quod infirmis mentiri onceditur; sed nullum mortale alicui conceditur; rgo hoc [g] non fuit mortale.

b. Item, Gregorius[5]: « Hoc peccati genus faile credimus relaxari » — et loquitur de mendacio enignitatis [h] — « nam si quaelibet culpa sequenti ia operatione purgatur, quanto magis haec facile bstergitur [i], quam mater boni operis pietas coitatur! »

c. Item, super illud Psalmi[6]: *Perdes omnes,* etc., lossa[7]: « Haec duo genera mendacii non sunt sine culpa, sed non cum magna ». Sed [k] omne mortale est cum magna culpa; ergo non [l] omne mendacium est mortale.

d. Item, Isidorus[8]: « Interdum quisque incautus solet ex praecipitatione loqui mendacium ». Sed loqui ex praecipitatione, dummodo non aggravetur ex parte materiae, potest esse veniale; ergo non omne mendacium est mortale peccatum.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod non omne [m] mendacium est peccatum mortale.

[Ad obiecta]: 1. Ad illud vero quod primo obicitur, dicendum [n] quod non attenditur similitudo illa quoad genus peccati, sed quoad modum oppositionis: pietati enim opponitur impietas et iustitiae iniustitia et veritati mendacium. — Vel potest dici quod intelligitur ibi de mendacio circa [o] fidem pro corporali vita servanda: et hoc modo mendacium habet similitudinem cum aliis in genere mortalis peccati, secundum quod contrahitur ad talem materiam.

2. Ad secundum dicendum quod, cum dicitur: *Perdes omnes* etc., non extenditur ad omnes loquentes mendacium, sed, sicut vult Cassiodorus[9], hoc intelligitur de omnibus qui loquuntur mendacium contra religionem fidei vel bonorum morum, et tale maius est quam operari iniquitatem, et ideo ordinatur post ipsum.

3. Ad tertium dicendum quod intelligendum est illud Augustini, *De conflictu vitiorum* [p], de mendacio mortali, cum praeponitur commutabile bonum incommutabili [q], nec extenditur ad omne mendacium officiosum. Et hoc patet per hoc quod sequitur ibidem[10]: « *Omnibus mendacibus pars erit in stagno ignis ardentis sulphure* [r] ».

4. Ad quartum dicendum quod illud quod dicitur de mortali peccato mendacii pro vita alterius servanda, intelligitur de perfecto et spirituali viro, sicut habetur in Glossa[11]. Quis autem dicatur perfectus et spiritualis, dicetur post[12]. Aliud est etiam [s] mentiri et falsum dicere. Mentiri enim est contra mentem sive contra conscientiam ire: et quoad hanc circumstantiam, ubi invenitur, potest esse mortale peccatum; dicitur enim Sap. 1, 11: *Os, quod mentitur, occidit animam.*

---

[a] BT add. *suam.* [b] BT add. *qui loquuntur mendacium.* [c] R om. [d] T add. *peccatorum vel.* [e] T om. [f] V *incole.* [g] V om. L *bonitatis.* [h] V *substergitur;* VTLZ *hoc* pro *haec.* [i] B add. *non;* L om. *est.* [k] Ita BR (interl.), alii om. [l] V om., L *est.* Ita L, alii om. [m] V *contra.* [n] B add. *et.* [o] V add. *bono.* [p] V *sulfuris.* [q] V *autem.*

1 Psalm. 5, 7; Augustin., *De mendac.*, c. 6 (PL 40, 494).
2 Cap. 19 (PL 40, 1101).
3 Psalm. 5, 7; Lombard., in h. l. (PL 191, 98).
4 *In Heptat.*, II, q. 1 (PL 34, 597).
5 *Moral.*, XVIII, c. 3, n. 5 (PL 76, 41).
6 Psalm. 5, 7.
7 Lombardi, in h. l. (PL 191, 98), ex Augustino, in h. l. (PL 36, 86).
8 *Sentent.*, II, c. 30, n. 6 (PL 83, 632).
9 *In Psalm. 5,* 6 (PL 70, 55). 10 Apoc. 21, 8.
11 Lombardi, *In Psalm. 5,* 7 (PL 191, 98).
12 Cf. infra, num. 403.

403

CAPUT V.

UTRUM PERFECTIS LICEAT MENTIRI [1].

Quinto quaeritur I. utrum perfectis liceat mentiri.

Quod non, videtur, *a.* per verba Augustini[2], qui dicit quod perfectis omnino mentiri non convenit. Et alibi dicit[3]: « Ne quis arbitretur perfectum et spiritualem hominem pro ista temporali vita, morte cuius sua vel alterius non occiditur anima [a], debere mentiri ». Et potest esse ratio ad hoc dicendum [b]. Si enim perfectis liceret mentiri vel mendacium dicere, quibus crederetur? Iam igitur [c] nulli posset credi, quia nec perfectis, si non [d] praesumeretur quod ipsi non deberent mentiri, et multo fortius nec imperfectis. Ad hoc ergo ut stet credulitas veritatis, non videtur licitum perfectis mentiri sive mendacium dicere.

b. Item, Augustinus, in libro *De mendacio*[4], et [e] loquitur in illo casu: « Quo modo [f] quisque diligit proximum tamquam [g] se ipsum, cui ut praestet temporalem vitam, perdit aeternam? » Sed [h] non perditur vita aeterna nisi per mortale; ergo perfecto mortale est mentiri sive mendacium: quantum enim erat de genere mendacii, non erat ipsum officiosum mendacium mortale in se.

Sed contra. 1. Quaeritur quis est iste perfectus? Si enim dicatur religiosus – contra: religiosus non tenetur ad aliqua [i], ad quae non tenentur alii, nisi [k] ad quae obligat sua professio; si ergo professio religionis suae nec implicite nec explicite arctat eum ut non dicat mendacium, non erit transgressor religiosus dicendo mendacium, quod imperfecto esset veniale. — Quod autem non arctet eum sua professio, ex singulis articulis Regulae suae [l] potest perpendi.

2. Item, circumstantia non excedit circumstantiam in infinitum; ergo neque peccatum aggravatum ex circumstantia excedet [m] alterum peccatum, sine illa circumstantia existens [n], in infinitum; sed mortale in infinitum excedit veniale; ergo sola circumstantia non facit quod illud, quod erat veniale illi, mortale sit isti; status autem circumstantia quaedam est; quare non propter statum perfectionis erit perfecto mortale [o] mendacium, quod erat veniale imperfecto.

3. Similiter obicitur de praelato perfecto, cui su interest gerere curam subditorum, et maxime i sua perfectione est ut ponat *animam suam pr ovibus suis*[5]; hoc [p] autem non videtur eum plu obligare ad non dicendum mendacium quar alium, qui est imperfectus [q], nisi de iis quae pe tinent ad suum officium.

4. Item, Augustinus, in libro *Contra mend cium*[6], dicit quod quidam sunt cives Babyloni et de illis non quaerit ipse, sed de civibus Ieru salem, utrum perfectis civibus Ierusalem licea mentiri an [r] non; sed caritas facit esse cive Ierusalem; perfecti [s] ergo cives sunt qui perfe tam habent caritatem. Ponatur ergo quod [t] al quis habens perfectam caritatem dicat mendaciu sive mentiatur et [u] cadat a sua perfectione, nun quid propter hoc excidit [v] a caritate? Non vide tur. Quare, si [x], quamdiu habet caritatem, viv anima eius vita gratiae, non videtur quod pe mendacium benignitatis anima eius occidatur.

[Solutio]: Ad quod respondere possumus quo mendacium potest sumi multipliciter: uno mod falsa vocis significatio cum voluntate falsu enuntiandi; alio modo enuntiatio falsum enun tiare volentis, ut fallat; tertio modo libido pe severans mentiendi: et has intentiones ponit Au gustinus[7].

Si ergo [y] accipiatur prima intentio et dicatu perfectus religiosus, qui non ex professione h bet non dicere mendacium, non est ei proh bitum nec peccat mortaliter sic perpetrando me dacium.

Si vero secundo modo accipiatur, et dicatu perfectus ille qui habet perfectam caritatem, et c caritate [z] perfectam cognitionem, ut adhaereat t taliter Deo secundum intellectum et secundum a fectum, prout est possibile in via, si talis pecc genere mendacii, licet sit benignitatis, pecc mortaliter: qui enim perfecte adhaerebat De nullam habebat rationem trahentem quare menti

---

[a] V om. [b] B om. [c] BT om., in Z est add. mg. [d] V *vero*. [e] V om. [f] V om. [g] V *sicut*. [h] B *si*. [i] V *ab alio* pro *a. a.* [k] Z (corr.) *et*. [l] B om. *r. s.* [m] B *excedit*. [n] V *excedens*. [o] B add. *peccatum*; V *perfectio* pro *perfecto*, quod R co [p] F *hac*. [q] V *perfectus*. [r] V *ait*. [s] BT *perfectionis*. [t] Ita VB, alii om. [u] R *ut*. [v] B *cecidit*. [x] V *non*. [y] Z *ve* [z] V add. *habet*.

1 Cf. Guil. Altissiod., *Summa*, III, tr. 23, c. 1, q. 2 (fol. 237c sq.); S. Bonav., III *Sent.*, d. 38, a. un., q. 4 (III, 847sqq.).

2 *Contra mendac.*, c. 16 (PL 40, 541) et loco sequenti; Lombard., *In Psalm. 5*, 7 (PL 191, 98).

3 *Enarrat. in Psalm. 5*, n. 7 (PL 36, 85); cf. C. 22, q. c. 14 (I, 871).

4 Cap. 6 (PL 40, 49

5 Ioan. 10, 11.

6 Cap. 16 (PL 40, 54

7 Cf. *Contra mendac.*, c. 12 (PL 40, 537); *De menda* c. 4 et c. 11 (PL 40, 490, 501).

leberet. Et sicut de Adam dicitur quod ratione tatus sui primo peccavit mortaliter [1], ita et iste atione status in hoc genere [a] peccat mortaliter [2]. t hoc est quod dicit Augustinus [3], Exod. 1 [b], 20, uper illud: *Bene ergo fecit Deus* [c] *obstetricibus:* Quorum *conversatio* iam *in caelis est* [4], eos non xistimo [d] linguae modum circa veritatem falsita- emque exemplo obstetricum debere [e] formare ». anctus vir, ut perfecte [f] adhaereat veritati, nec tudiose prohibetur nec praecipitatione mentiri. Summo enim opere cavendum est omne menda- ium, quamvis nonnunquam sit aliquod genus ıendacii culpae levioris, si quisquam praestando ıentiatur. Sed quia scriptum est [5]: *Os quod menti- ur, occidit animam,* et [6]: *Perdes omnes qui loquun- ur mendacium* [g], hoc quoque mendacium perfecti iri summo opere fugiunt, ut nec vita cuiuslibet er eorum [h] fallaciam defendatur, ne suae animae oceant, dum praestare carni nituntur alienae [7] ». t dicit Augustinus, in libro *Contra menda- ium* [8]: « Ille *filius,* qui *verbum suscipiens, a per- itione longe aberit,* Prov. 29, 27, secundum aliam tteram [9], *et nihil falsi ex eius ore procedit,* tam ibi clausum deputat si [i] ad subveniendum homini er mendacium quam si per stuprum transire ogatur ». Et alibi [10]: « Filii supernae civitatis sunt lii veritatis. Eius civitatis filii [k] sunt de quibus criptum est [11]: *In ore eorum non est inventum ıendacium;* eius civitatis est filius, de quo scrip- ım est [12]: *Verbum suscipiens filius a perditione ınge aberit: excipiens autem excepit illud sibi* [l], *nihil falsi ex eius ore procedit.* Iis filiis supernae erusalem, si quando ut [m] hominibus obrepit qua- ecumque mendacium, poscunt humiliter veniam, on [n] inde quaerunt gloriam ».

Si vero accipiatur tertio modo mendacium, erit ıendacium mortale peccatum. Et secundum hoc icitur Eccli. 7, 14: *Noli velle mentiri omne men- acium: assiduitas enim illius non est bona.* Et icit Augustinus [13]: « Quis integrum dixerit nimum esse mentientis? Etenim libido ipsa recte efinitur: appetitus animi, quo aeternis bonis uaelibet temporalia praeponuntur. Nemo itaque otest convincere esse mentiendum nisi qui po- ıerit ostendere aeternum aliquod bonum obtineri osse [o] mendacio. Sed cum tanto quisque ab aeternitate discedat quanto a veritate discordat » — qui autem mentitur, a veritate discedit — « absurdissimum [a] est dicere, discedendo inde posse ad boni aliquid aliquem pervenire. Aut si est aliquod bonum [b] aeternum, quod non complectitur veritas, non erit verum, et ideo nec erit bonum. Ut autem [c] animus ipsi corpori, ita veritas ipsi animo praeponenda est, ut eam non solum magis quam corpus, sed magis quam se ipsum appetat animus ».

Ad obiecta [d] autem respondendum est. 1. Ad primum dicendum [e] quod non ex professione sua obligatur quis perfectus ad non mentiendum, id est non dicendum falsum cum voluntate dicendi [f] falsum sive fallendi; sed ex quo elevata est anima in tantum perfectione caritatis et cognitionis, non habet excusationem ut mendacium in ipso fiat veniale.

2. Ad secundum vero [g] dicendum quod circumstantia non quaecumque inducit mortale peccatum, sed quae importat ex consequenti contemptum, sicut [h] si aliquis peccabat prius ignoranter, et ideo venialiter, si [i] postea peccaret scienter, faciendo consimile, peccaret mortaliter. Similiter potest dici ex ista parte quod iste in tantum adhaesit summae Veritati quod ratione status ipsum mendacium non tantum facit ipsum cadere a perfectione, sed etiam a caritate, quia nullam causam habuit excusantem.

3. Ad tertium dicendum est de praelato quod ratione praelationis non tenetur nisi ad non dicendum mendacium in iis quae spectant ad suum officium. Si tamen mendacium importaret assiduitatem mentiendi, esset in eo crimen.

4. Ad quartum dicendum quod, licet non sit universaliter verum quod qui cadit a perfectione, cadit a toto, nihilominus tamen [k] ratione status potest [l] esse quod cadens a perfectione, cadit a caritate. Et potest esse exemplum de angelo in primo statu posito [m] quod habuerit gratiam eminentem, non tantum cecidit a gratia, sed ratione status a recuperatione gratiae [14].

II. Sed quaeritur postea a B. Augustino [15]: Ponatur quod aliquis habeat conscientiam quod, mendacio eius interveniente, possit aliquis converti

---

[a] T add. *peccati.* [b] VF om. *E. 1.* [c] V *de,* L *Dominus.* [d] V *vero non estimo* pro *n. e.* [e] V *deberi.* [f] V *perfectus.* [g] R om. B *earum.* [h] R exp. [k] Ita V, alii om.; T *cuius* pro *eius.* [l] V *excipitur illud* pro *e. i. s.* [m] BT *in.* [n] V *ubi.* [o] Ita R (corr.), FLZ *optimum posse esse,* BT *optimum posse* pro *o. p.*

[a] FRLZ *absurdum.* [b] T add. *certum.* [c] V *aut.* [d] Z *obiectum.* [e] V add. *est.* [f] Z *dicendo,* quod FL corr. [g] V om. V *sed.* [i] VTRLZ *sed.* [k] Z (corr.) *cum.* [l] V *post.* [m] Z *ponatur.*

1 Cf. supra, num. 199.
2 S. Bonav., loc. cit. (III, 848b), recitata hac opinione, ıbdit: «Sed illud adhuc calumniabile est», quod et probat.
3 *In Heptat.,* II, q. 1 (PL 34, 597),
4 Philipp. 3, 20.
5 Sap. 1, 11.
6 Psalm. 5, 7.
7 Isidor., *Sentent.,* II, c. 30, n. 7 (PL 83, 632).
8 Cap. 20 (PL 40, 546).
9 Vetus latina et Septuag. (Prov. 24, 22); priorem autem partem versiculi habet etiam Vulgata.
10 Loc. cit., c. 16 (PL 40, 541).
11 Apoc. 14, 5. 12 Cf. nota 9 et Prov. 29, 27.
13 *De mendacio,* c. 7 (PL 40, 496).
14 Cf. supra, num. 75 et 99.
15 Cf. *Contra mendac.,* c. 20 (PL 40, 546).

ad fidem sive ad Baptismum. Poteritne in hoc casu perfectus [a] mentiri? Si sic, tunc non peccat mortaliter; si non, quo modo remanebit tantum bonum pro tam modico malo?

[Solutio]: Ad quod dicendum [b], secundum Augustinum [1], quod nequaquam debet mentiri etiam in hoc casu. Et est ratio Augustini talis: si per mei luxuriam non licet [c] mihi procurare [d] alterius castitatem vel conservare, quanto magis nec per corruptionem veritatis. Et hoc accipit ex littera Septuaginta, Prov. 29, 27 in fine: *Verbum suscipiens filius a perditione longe aberi et nihil falsi ex eius ore procedet* [2]. Quod expo nens sic Augustinus dicit [f 3]: « *Filius, susc piens* [g] per gratiam *Verbum* [h] aeternum, tam sil clausum deputet ad subveniendum homini p mendacium quam si per stuprum transire cog tur ». Sed quid erit? Numquid remanebit iste nc baptizatus hac occasione? Respondet Augus nus [4]: Illa Veritas, quae fecit [i] sibi eum adha rere et elongari a falsitate, docebit alium modu subveniendi ut perveniat ad Baptismum.

CAPUT VI.

DE MENDACIIS SECUNDUM DIFFERENTIAS PERSONARUM VETERIS TESTAMENTI [5].

404 ARTICULUS I.

De mendacio Abrahae.

Sexto quaeritur de mendaciis secundum differentias personarum Veteris Testamenti.

1. Et primo de mendacio Abrahae. Gen. 22, 5 dicit ipse pueris: *Exspectate hic cum asino, ego et puer progrediemur; postquam adoraverimus, retevermur ad vos.* Constat quod ipse firmiter proponebat immolare Isaac; quare non intendebat quod reverteretur cum eo; dicebat ergo ipse Patriarcha contra conscientiam suam.

Sed contra. *a.* Dicitur de eo [6]: « Absit quod vir a Deo inspiratus in [k] illa hora mortaliter peccasset! »

[Solutio]: Ad hoc solvit Ambrosius, in libro *De Patriarchis* [7], ubi dicit: Abraham, etsi secundum formam verbi mendacium dixit, et propter hoc non est imitandus a nobis, nihilominus ratione figurae, ad quam inspiratus a Deo [l] respexit, non est praesumendum illum mendacium dixisse; I enim [m] ad Cor. 10, 11 dicitur: *Omnia in figura contingebant illis.* Fuit autem figura illa immolationis Christi. Etsi enim Filius Dei incarnatus sicut pater Abraham duceret Isaac, id est humanam naturam, ad immolandum in passione, debu tamen reverti Isaac cum Abraham, quia pos quam Filius Dei semel assumpsit humanam nat ram, nec in passione nec [n] post dimisit ea Unde ad hoc respiciens Abraham non intendeb mentiri: unde etiam, quia mentiri non intendeba Dominus ita disposuit ut nec etiam [o] secundu litteram dixerit nisi verum: ipse enim reversu est cum Isaac, sicut dixerat, ut patet Gen. 22, 1

Propter hoc ergo notandum est consequent quod huiusmodi facta sanctorum Patrum, et aliquando ibi [p] videantur esse mendacia [q] ad li teram, excusabantur [r] tamen ratione significat rum. Unde etiam [s] de Iacob, quando dixit [8]: *Eg sum Esau primogenitus tuus,* dicendum quod a litteram non volebat dicere quod ipse esset Esa sed quod ipse [t] esset ille cui iura primoge turae debebantur; excusatur etiam [u] per sensu figurativum. Per Esau enim figurabatur [v] popu lus Iudaicus, per Iacob gentilis, qui, licet ess minor natu, ipsi tamen ante Iudaicum [x] debeb tur benedictio fidei christianae, sicut vult Ap stolus ad Rom. multis locis [y] 9 et 11.

---

[a] V *perfecte.* [b] V add. *est.* [c] B *liceat.* [d] Ita cod. Assisiensis, V *perpetrare,* alii *perpetrari.* [e] Z *abierit,* quod R co
[f] V *aut.* [g] V om. [h] V *filium.* [i] V *facit.* [k] V om. [l] V *Abraham* pro *a. D.* [m] V *et II* pro *I. e.*; RL om. *enim,* in F est add. inte
[n] V add. *etiam.* [o] V *non etiam nec* pro *n. e.* [p] V *aliud.* [q] V *continentia.* [r] B *excusantur.* [s] V *ij,* quod L corr. [t] T o
[u] LZ om. [v] VZ *significabatur.* [x] T *mendacium.* [y] V om. *m. l.*

1 Loc. cit., et *De mendac.*, c. 19, n. 40 (PL 40, 514).
2 Cf. supra, p. 407, nota. 9.
3 Cf. *Contra mendac.*, loc. cit., et *De mendac.*, c. 18 n. 37 (PL 40, 512).
4 Cf. *Contra mendac.*, loc. cit.
5 Cf. Augustin., *Contra mendac.*, c. 10 (PL 40, 532 sqq.); Guil. Altissiod., *Summa,* III, tr. 23, c. 2 (fol. 239b); Ioan. de Rupella, *Summa de vitiis* (fol. 16a); S. Bonav III *Sent.*, d. 38, a. un., q. 2, *ad 1* (III, 843).
6 Cf. nota sequens.
7 Cf. *De Abraham,* I, c. 8, n. 70 sq. (PL 14, 446 sq. Origen., *In Gen.*, hom. 8, n. 5 (PG 12, 206).
8 Gen. 27, 19. Cf. Augustin., *Contra mendac.*, c. 10, n. (PL 40, 533 sqq.); *De civit. Dei,* XVI, c. 37 (PL 41, 515

ARTICULUS II. 405

De mendacio Ioseph.

Obicitur etiam de Ioseph. Gen. 44, 15 [a] legitur uod dixit fratribus suis: *An ignoratis quod on sit similis mei in augurandi scientia?* Et nte, 42, 16: *Per salutem Pharaonis, exploratores stis.* Si ergo haec falsa erant et contra cientiam haec dicebat, quare non mentiebatur?

[Solutio]: Ad primum posset solvi quod verum augurandi aliquando sumitur stricte, et tunc onat in malum tantum; aliquando autem communiter, et ad bonum et ad malum, et tunc bene verum est quod Ioseph habuit scientiam augurandi: fuit enim praescius aliquorum futurorum, sicut patet Gen. 40 et 41. Tamen, ut solvatur communiter utrumque obiectum, possumus solvere per Augustinum, in V libro *Super Genesim* [1], ubi dicit sic, loquens de verbis Ioseph: « Hoc non serio, sed ioco dictum est, ut exitus docuit, et ideo non est habendum [b] mendacium; mendacia [c] enim a mendacibus serio aguntur, non ioco ».

ARTICULUS III. 406

De mendacio obstetricum [2].

Quaeritur etiam **I.** de obstetricibus, de quibus xod. 1, 19 legitur quod dixerunt: *Non sunt Heraeae sicut Ægyptiae mulieres* etc., et [d] mentae sunt, sicut volunt Sancti et Glossa [3]. Quaetur ergo utrum mendacium earum fuerit [e] veiale aut mortale.

Et quod mortale, videtur, *a.* quia dicit ibi lossa Gregorii [4]: « Benignitatis [f] earum meres, quae potuit in aeterna vita retribui, pro culpa endacii in terrenam [g] recompensationem declinata st ». Si ergo commutata est eis merces aeterna temporalem propter mendacium, amissio autem ercedis aeternae non est nisi propter mortale, idetur quod mentiendo mortaliter peccaverunt.

Sed contra. 1. Dicitur in principio eiusdem lossae [5]: « Levioris culpae est, si quisque [h] entiatur praestando beneficium ». Sed istae sic entitae sunt; ergo ibi fuit levior [i] culpa; non rgo mortalis.

2. Item, in eadem Glossa, infra [k 6]: « Si quaelet culpa sequenti pia operatione purgatur, quanto agis haec facile abstergitur, quam mater boni peris pietas comitatur! » Sed nullum mortale cile abstergitur [l].

3. Item, aut quod nullum fuerit peccatum aut veiale solum, videtur per Glossam Hieronymi [7] t Haymonis [8] super illud Isai. 65, 21: *Aedificabant* [m] *domos* etc. Ibi enim dicit Glossa: « Pro virtutibus in caelestibus requiescent; tales domos obstetrices sibi dicuntur aedificasse, quia timuerunt Deum ». Sed nullus cum mortali aedificat sibi domum in caelis; aut ergo obstetrices, quae tunc sibi aedificaverunt domos, sicut dicitur hic, omnino non peccaverunt aut non mortaliter; et ita aut mendacium illarum [n] non fuit peccatum aut non mortale.

Solutio: Dicimus quod in facto obstetricum duo fuerunt opera. Fuit enim ibi unum opus compassionis sive pietatis; fuit etiam ibi mendacium, et illud forte non solum propter vitam puerorum servandam, sed etiam propter propriam vitam tuendam, sicut potest videri ex quadam Glossa Gregorii, quae frequenter adducta est hic [9]. Quantum ad primum ergo opus, scilicet compassionis, dicimus quod illud bonum fuit, sed hoc in [o] genere tantum, et, si adfuisset *caritas,* quae *foras mittit timorem,* sicut dicitur I Ioan. 4, 18, bene [p] ex primo motu potuissent meruisse vitam aeternam. Unde sicut dare eleemosynam, quod est bonum in genere tantum, si fiat in caritate, meritorium est vitae aeternae, si autem fiat extra, nequaquam, ita dicimus hic quod illud opus compassionis vel pietatis, si fuisset in caritate factum, fuisset meritorium vitae aeternae. Sed quod fuit factum extra caritatem [q], fuit ibi, scilicet [r] in primo opere, potentia ordinata ad gloriam, sed remota, et non necessitas sive potentia proxima. Bonum ergo fuit illud

---

[a] V add. *dicitur.* [b] V *dicendum.* [c] BT *mendacium.* [d] FLZ *id est,* R (corr.) *ibi.* [e] T om. [f] V *benignitas.* [g] V om., BTL *ernam,* Z *directam.* [h] V *quis.* [i] T om. [k] B om. [l] B om. [m] VBT *edificabunt.* [n] F *earum.* [o] Ita BT, alii *in hoc* pro *h. l.* R *unde;* LZ *in* pro *I,* quod F corr. [q] B add. *non.* [r] BT *solum.*

1 Potius *In Heptat.*, I, q. 145 (PL 34, 587); cf. C. 22, 2, c. 18 (I, 872).
2 Cf. Lombard., III *Sent.*, d. 38, c. 1 (p. 721); C. 22, q. 2, 20 (I, 873); S. Bonav., III *Sent.*, d. 38, dub. 1 (III, 854).
3 Cf. Augustin., loc. cit., cc. 15 et 17 (PL 40, 539sqq.); *lossa ordin.* et *interlin.*, in h. l., ap. Lyran.
4 *Moral.*, XVIII, c. 3, n. 6 (PL 76, 41).
5 Loc. cit., n. 5 (PL 76, 40).
6 Loc. cit.
7 In h. l. (PL 24, 647); *Ordin.*, in h. l., ap. Lyran.
8 In h. l. (PL 116, 1072).
9 Cf. supra, nota 4-6.

opus, sed non sufficiens ad merendam gloriam propter defectum caritatis. Sed quia nullum bonum irremuneratum, ideo Dominus [a] opus illud, quod non habebat sufficientiam ut remuneraretur in caelis, remuneravit hic in terra. Unde [b] illa Glossa[1], quae dicit quod « merces earum declinata est » etc., non est sic intelligenda ut pro opere illo deberetur eis prius vita aeterna, si sine mendacio factum fuisset [c], et pro mendacio amiserint [d] illam mercedem, sed intelligendum est quod dicit Gregorius: « Benignitatis earum merces potuit » etc., non dicit ' debuit ', sed potentia remota potuit, videlicet si fuissent in caritate. Sed haec non erat in ipsis; erat enim in ipsis [e] timor servilis vel humanus tantum, quo magis diligerent forte tueri vitam praesentem quam mereri aeternam: hoc autem non stat cum caritate. Unde illa declinatio non dicit ablationem [f] praemii debiti, immo possumus dicere quod dicit insufficientiam operis facti respectu praemii aeterni [g].

Ad illud ergo quod [h] quaeritur, quantum ad aliud opus, scilicet mendacii, utrum fuerit mortale vel veniale, posset sustineri quod veniale, respondendo sicut dictum est[2]. Tamen possumus dicere, sicut alii[3] dicunt, quod mendacii sui duplex fuit causa: una puerorum compassio, et respectu huius fuit mendacium veniale; alia autem fuit tuitio propriae vitae, quam quia inordinate et perverse diligebant, mendacium per relationem [i] ad causam illam fuit mortale[4].

[Ad obiecta]: 3. Ad illam ergo [k] Glossa Hieronymi dicimus [l] quod, cum dicit [m] « obst trices dicuntur sibi aedificasse », intelligendu est ' aedificasse ', id est praeparasse, quia, perseverassent in talibus operibus [n], forte D minus dedisset eis caritatem, quae consummat aedificium. Unde aliter dicuntur sancti aedifica et aliter ipsae.

1-2. Aliae autem duae Glossae Gregor non probant quod mendacium illud fuerit venia nisi [o] secundum quod fuit benignitatis, et h bene concedimus.

II. Sed quaeritur: Aliquis [p] proponit oratione metaphoricam [q], sicut dicitur ' littus aratur ' [r] haec primo unum significat, ex consequenti ali praetendit; quaeritur ergo si mentiatur sic l quendo et peccet.

[Solutio]: Ad quod dicimus [s] breviter, secu dum Augustinum[6], quod talis, si intendat dice sensum sequentem, non propter hoc dicitur pe care, maxime cum dicit illud quod potest pare sive quod [t] frequenter consuevit dici; unde n dicit contra conscientiam: non enim intendeb asserere primum sensum illius orationis [u]. Un Augustinus, ubi loquitur de Iacob utru mentitus sit, in libro *De mendacio*[7], ita dicit « Omnis enuntiatio ad id, quod enuntiat, referen est ». Et propter hoc, si referendo ad intentionen enuntiationis non fuit mendacium, non sunt ce sendi tales mentiri.

407 ARTICULUS IV.

Utrum mendacium minoris sit culpae in Veteri quam in Novo Testamento.

Quaeritur etiam utrum mendacium minoris sit culpae in Veteri Testamento quam in Novo vel e converso, paribus aliis circumstantiis.

[Solutio]: Ad quod respondet Gregorius[8] quod « et [a] sub Veteri forsitan Testamento minoris culpae esse potuit, in quo per taurorum hircorumque victimas sacrificium non fuit ipsa veritas, sed umbra veritatis. Nam in Testamento Novo praeceptis altioribus, manifestata [b] per carnem Veritate, proficimus, iustumque est ut facta quaedam, quae in illo populo umbr veritatis deservierant, deseramus. Si quis ve per Testamentum Vetus vult suum tueri [c] me dacium, quia minus illic quibusdam fortasse n cuerit [d], dicat necesse est rerum alienarum ra tum [e], dicat retributionem iniuriae, quae inf mis [f] illis concessa sunt, sibi nocere non poss Quae omnia cunctis liquet quanta animi [g] a versione Veritas insequitur, quae nobis, iam gnificationis suae umbra postposita, in vera car declaratur ».

---

[a] L (corr.) *Deus.* [b] R *quoniam.* [c] R *esset.* [d] BT *amiserunt*, quod VR corr. [e] L *ipsa.* [f] V *absolutionem.* [g] B *deb* RZ om. *respectu*, in FL est add. mg. [h] Ita V, alii *quod ergo* pro *A. i. e. q.* [i] V *revolutionem.* [k] RZ om. [l] Z (corr.) *di* [m] Z *dicimus.* [n] B om. [o] V *nec.* [p] V *quis.* [q] BT *operationem mechanicam* pro *o. m.* [r] RZ *arare*, quod F corr.; V *lutus* pro *litt* [s] L *dicitur.* [t] V om. [u] BT *operationis.* [v] V *dicitur*, Z *cum*, quod F corr. [x] V *intentiones*, Z *necessitatem.*
[a] V om. [b] Z *manifesta.* [c] V *intueri.* [d] BT *nocuit.* [e] Ita BT, alii *captum.* [f] VFRZ *inferius*, quod L corr. [g] BT *enim.*

1 Cf. supra, p. 409, nota. 4. 2 Cf. hic, parum supra.
3 Cf. Praeposit., *Summa*, II (fol. 103d); Guil. Altissiod., *Summa*, tr. 23, c. 1, q. 2 (fol. 238a sq.).
4 Hanc solutionem referens S. Bonav., loc. cit., (III, 854) ait: « Iste modus satis calumniabilis est ».
5 Proverbium; cf. J. Werner, *Latein. Sprichwörter Sinnsprüche d. Mittelalters*, Heidelberg, 1912, p. 46, n.
6 Cf. *Contra mendac.*, c. 10, n. 24 (PL 40, 533 sq.).
7 Cap. 5, n. 6 (PL 40, 492).
8 *Moral.*, XVIII, c. 3, n. 7 (PL 76, 41).

ARTICULUS V. 408

Utrum facta illorum, qui in Veteri Testamento mendacio officioso usi sunt, sint imitanda.

Quaeritur utrum facta [a] illorum, qui in Veteri estamento mendacio officioso usi sunt, sint iitanda [b].

[Solutio]: Ad quod respondet Augustinus, libro *Contra mendacium* [1], dicens: « Illae peronae, quas credendum ibi non est prophetare [c] oluisse, sed quid faciendo vel dicendo finxeint voluntate fallendi, quamvis ex ipsis quoue factis earum sive dictis aliquid [d] propheum possit exsculpi [e], per illius omnipotentiam raeseminatum [f] atque dispositum, qui bene uti ovit [g] etiam malis hominum, tamen, quantum l ipsas attinet, sine dubitatione mentitae sunt. ed non ideo debent imitanda existimari, quia eis reperiuntur libris qui [h] sancti et divini erito nominantur. Habent enim [i] scripta et mala ominum et bona: illa vitanda [k], ista sectanda, quaedam ita [l] posita, ut de illis etiam sit olata sententia, quaedam vero tacito ibi iudicio obis iudicanda permissa, quoniam non solum nos nutriri manifestis, verum [m] et exerceri oportebat obscuris. Cur autem isti imitandam sibi Thamar existimant mentientem et imitandum Iudam non [n] existimant fornicantem [2]? Ibi enim utrumque legerunt, et nihil horum Scriptura illa sive culpavit sive laudavit, sed tantummodo utrumque narravit et iudicandum utrumque nobis dimisit. Sed mirum, si aliquid horum [o] imitandum impune permisit. Quod enim Thamar non meretricandi libidine [p], sed concipiendi voluntate [q] mentita sit, novimus. Verum et [r] fornicatio, etiamsi [s] Iudae talis non fuit, potest esse cuiuspiam, qua [t] faciat ut homo liberetur, sicut illius [u] mendacium fuit ut homo conciperetur: numquid propterea etiam fornicandum est, si [v] propter illud putatur fuisse mentiendum? Non de solo itaque mendacio, sed de omnibus operibus [x] hominum, in quibus consistunt velut compensativa peccata, considerandum est quam sententiam proferre debeamus, ne aperiamus aditum non tantum parvis quibusque [y] peccatis, verum etiam sceleribus cunctis ».

CAPUT VII.

DE SPECIEBUS MENDACII [3].

ARTICULUS I. 409

De mendacio officioso.

eptimo quaeritur de speciebus mendacii, et primo de mendacio benignitatis sive officioso, ius tres dicit Augustinus esse species, in ro *De mendacio* [4], et similiter dicitur [a] in libro *ententiarum*, III, dist. 37, c. 1 [b] [5]. Contingit autem isto mendacio mentiri vel pro re alterius seranda vel pro vita corporali vel pro castitate icuius servanda.

Ponatur ergo quod aliquis mentiatur ut aliquis [c] aptizetur; hoc mendacium, constat, officiosum est sive benignitatis: sub nullo enim aliorum membrorum cadit istius trimembris divisionis mendacii, quae est per iocosum et benignitatis [d] et malignitatis, quae divisio fit et in principio [e] praedictae distinctionis [f] in *Sententiis* [6], et in Glossa [7] super illud Psalmi [8]: *Perdes omnes qui loquuntur mendacium.* In praedicto autem casu non potest dici esse mendacium iocosum neque malignitatis; erit ergo officiosum; sed talis nec mentitur pro re alterius nec pro vita [g] servanda;

---

[a] V *etiam utrum factum* pro *u. f.* [b] V *sit imitandum* pro *s. i.* [c] R *proprietate.* [d] Ita V, alii *aliquis.* [e] Ita BT, alii *ex culpa.* BT *seminatum.* [g] RZ add. *secundum*, quod FL exp. [h] VL *que*, RZ *quod.* [i] R om. [k] R add. *et.* [l] V om. [m] B *sed;* Z *etiam* pro *et.* [n] Ita F (corr.), alii *si.* [o] BT *hominum.* [p] VTLZ *libidinem*, quod FR corr. [q] VL *voluptate*, quod R corr. V om., in L est add. interl. [s] V om. [t] V *que*, RL *quam;* R om. *esse.* [u] V *illud.* [v] V om. *p. e. f. e. s.* [x] Z om. [y] BT *quiscumque;* VLZ *iterum* pro *verum.*
[a] FRLZ om. [b] R om., in L est add. interl. [c] BT *alius.* [d] B om. *e. b.* [e] RLZ *primo*, quod F corr. [f] R *diffinitionis.* ta BT, Z om., alii *re;* L add. mg. *vel castitate alterius.*

1 Cap. 14, n. 29 sq. (PL 40, 539).
2 Cf. Gen. 38, 14-18.
3 Cf. Guil. Altissiod., *Summa*, III, tr. 23, c. 1, q. 3 ol. 238b sq.); Ioan. de Rupella, *Summa de vitiis* (fol. 15b).
4 Capp. 6-8 et 12 sq. (PL 40, 494 sqq. et 501 sqq.).
5 Pag. 720 sq.
6 Loc. cit.
7 Lombardi, in h. l. (PL 191, 98).
8 Psalm. 5, 7.

quare non sufficienter dividetur mendacium officiosum per illa tria. Vel tu dicas [a] mihi ad quod illorum trium reducetur mendacium istud.

[Solutio]: Ad quod dicimus quod sufficienter dividitur [b] mendacium officiosum per haec tria, et hoc, quod dictum est, reducitur ad illud quod est mentiri pro castitate alterius salvanda [c]. Illud enim mendacium communiter [d] intelligitur fieri quantum ad illam speciem, quotienscumque aliquis officiose mentitur pro bono spirituali in alio servando; sic autem fuit in casu proposito: iste enim mentitur ut acquirat illi vitam spiritualem Hoc ergo quod dicitur 'illa tertia species, quand mentitur aliquis pro castitate alterius servanda dicimus quod ibi non dicitur causa tota mendac officiosi secundum illam speciem, sed ponitur ta tummodo exemplum. Et [e], cum dicitur ibi 'ment pro munditia [f] sive castitate alterius', non inte ligitur munditia corporalis tantum, sed illa qu bonum spirituale est. Unde pro quocumque bo spirituali salvando dicatur, intelligendum est me dacium esse in eadem specie in qua est et illud

410 ARTICULUS II.

Utrum aliquis pro castitate propria salvanda possit mentiri sine peccato [1].

Sed quaeritur postea utrum aliquis pro castitate propria salvanda [a] — et non solum loquimur de perfecto, sed etiam de imperfecto — possit mentiri sine peccato.

Quod non, *a.* patet per Augustinum [2], qui non vult aliquod mendacium esse sine peccato.

Sed contra. 1. Augustinus, in libro *De mendacio* [3]: « Illa peccata [b], quae ita committuntur in homine ut eum faciant immundum, etiam peccatis nostris evitare debemus, ac [c] per hoc nec [d] peccata dicenda [e] sunt, quae propterea fiunt ut immunditia evitetur [f] ». Et ex hoc ergo videtur quod ipse quasi per compensationem [g] vult dicere quod peccatum minus, quod propter vitationem maioris fit, non iam debeat dici peccatum. Et ita, si tu mentiris propter corruptionem castitatis tuae vitandam, non erit illud peccatum.

[Solutio]: 1. Ad quod dicimus [h] quod duplex est immunditia: una corporis tantum [i], et pro hac vitanda neminem oportet mentiri, quia, sicut dicit Augustinus, ibidem [4], « nullus recte agens immundus fieri potest quolibet contagio corporali »; est autem alia immunditia non solum corpor sed et [k] spiritus, et haec dupliciter potest fie vel respectu perfecti vel respectu imperfect Dicimus ergo quod perfectus ita fortis deb esse ut confidat [m] se nulli tentationi succumbe Unde, etiam si violentia inferretur [n] illi, deb sperare quod ipse nullo modo consentiet [o] co ruptioni violenter illatae, sed sustinebit merito tantum, et ideo talis non debet mentiri etiam tali casu. Imperfectus autem, utpote infirmu debet timere ne succumberet, si veniret [p] ad lum statum, et ideo tali propter infirmitate suam conceditur redimere periculum maio peccati per minus peccatum, et in hoc casu quitur dicta auctoritas Augustini. Nec pro ter hoc est intelligendum quod, si [q] in hoc ca tunc mentiatur, quod mendacium illud non peccatum. Et quod dicit Augustinus [5]: « N sunt peccata dicenda », non est [r] intelligendu simpliciter, sed comparative [6], hoc est sunt qu non reputanda peccata respectu illorum p quibus vitandis ista fiunt, quae longe maio sunt istis.

411 ARTICULUS III.

De illo mendacio quod fit sola mentiendi fallendique libidine [7].

Quaeritur postea de illo mendacio quarto, de quo dicit Augustinus [8] quod fit « sola mentiendi fallendique libidine, quod merum [s] mendacium est ».

Et obicitur primo sic: 1. Libido [t], sicut dici in eodem libro [9], est « appetitus quo aeternis te poralia [u] praeponuntur »; ergo, si hoc fit e

[a] V add. *tria;* R om. *mihi,* quod L exp. [b] V om. [c] FR *servanda.* [d] V *consequenter.* [e] L om. [f] Z *mendacia.* [g] BTRZ *is* [a] V *servanda.* [b] B om. [c] FR *atque;* RZ om. *per.* [d] Z add. *per,* quod RL exp. [e] Z *dimittenda,* quod R corr.; V *et* pro *q* [f] R *vitetur.* [g] B *recompensationem;* Z *non* pro *quasi.* [h] R *dicendum.* [i] F *corporalis;* V om. *tantum,* L exp. [k] V *et* V om. *v. r. i.;* B om. *ergo.* [m] L *considerat.* [n] V *infertur.* [o] V *consentiret.* [p] V *succumbat si veniat* pro *s. s. v.;* L om [q] BT *non.* [r] T om. [s] Z *inerunt,* quod F corr. [t] T om. [u] Ita R (corr.), alii *eterna temporalibus* pro *a. t.* [v] B om.; T *fit* pro *s. h.*

1 Cf. S. Bonav., III *Sent.,* d. 28, a. un., q. 6 (III, 854).
2 *De mendac.,* c. 21, n. 42 (PL 40, 516).
3 Cap. 9, n. 15 (PL 40, 499).
4 Loc. cit.
5 Loc. cit.
6 Cf. loc. cit., c. 21, n. 42 (PL 40, 516).
7 Cf. S. Bonav., III *Sent.,* d. 28, dub. 2 (III, 855).
8 Loc. cit. et c. 14 (PL 40, 505).
9 *De mendac.,* c. 7 (PL 40, 496).

entiendi libidine, hic[a] est appetitus animi quo eternis bonis aliquod temporale praeponitur: c enim definit ipse libidinem; sed quotiens sic t, mortaliter peccatur; ergo hoc mendacio semer mortaliter peccatur. Qualiter itaque[b] erit iosum?

2. Praeterea, videtur[c] hoc gravius esse[d] ceris. Constat enim, in ceteris speciebus mendacii erat aliquid aliud a mendacio movens ad entiendum, utpote quia volebat placere aut vare aut nocere[e] alicui vel aliquibus, ideo debatur mendacium in aliis speciebus, in hac utem dicitur mendacium sola libido mentiendi overe. Si ergo tanto maius[f] est peccatum et excusabilius quanto minus habet motivum, vietur tunc istud mendacium esse inexcusabilius eteris et maius.

3. Quaeritur etiam, cum libido sive improba oluntas esset generale in omnibus istis mendaciis, quo modo[g] haec species, quae dicitur ola mentiendi libidine esse, dividatur ab aliis, um generale non dividatur ab aliis specialibus[h] isi per additionem alicuius contrahentis; haec utem species non videtur dicere nisi generale on contractum.

Solutio: Dicimus quod revera tum quartum, um[i] quintum mendacium causa placendi fiunt[k]. ed placentia, quam aliquis intendit, potest esse upliciter: potest enim intendere placere alii, et unc est quintum solum de suaviloquio[l]; vel non lii extra, sed sibi ipsi tantum, et tunc est istud uartum, quod dicitur fieri sola mentiendi fallenique libidine. Et non intelligitur ibi 'fallendi', l est decipiendi alium, sed 'fallendi', id est fallum dicendi. Sicut ergo ego dividor ab aliis, ita lacentia, sistens in me sive respectu mei solum, istinguitur a placentia respectu alterius homiis extra vel rei extra. Et ideo[m] sicut quintum t quodlibet aliorum habebat propriam et specialem causam, sic[n] habet et istud. Dicitur tamen eri sola mentiendi libidine et non alia, quia, um libido dicatur a libendo sive ab eo quod bet sive cui libet, nihil habet hoc mendacium eque in se neque in causa extra illum in quo rat mentiendi libido. Non sic autem fuit in aliis nendaciis, immo habebant causam extra, et ideo oc solum, et[o] recte, dicitur fieri sola mentiendi bidine.

[Ad obiecta]: Ex iis ergo potest patere solutio ad obiecta. 1. Ad primum enim dicimus quod libido potest dici dupliciter: uno modo proprie et stricte, et sic dabatur eius[a] dicta definitio, et sic non erat radix nisi mortalium peccatorum, et sic non sumitur in descriptione huius quarti mendacii. Dicitur autem alio modo communiter, ut sit radix et mortalium et venialium; unde, cum libido dicatur ab eo quod est libere, sicut vult Augustinus[1], sicut libere, quod est liberi arbitrii, potuit inordinate moveri vel ad veniale vel ad mortale, ita et[b] haec libido potuit esse radix non solum mortalis, sed etiam venialis, et sic cadit hic[c] in ratione huius mendacii.

2. Ad aliud vero quod obicitur quod 'hoc erit maius ceteris': dicimus quod maius est quinto, sed tribus primis non. Et procedit illa obiectio per falsam suppositionem: supponebat enim quasi sic mentiens[d] recederet a veritate propter veritatem quasi contemnendo eam, et revera sic esset mortale et grave mortale. Sed non sic faciebat, immo non[e] contemnens veritatem, sed semper ipsam[f] in affectu habitualiter retinens, paululum ad tempus declinabat ab ipsa, ut acciperet aliquando vanam[g] delectationem in falso, quod sibi placebat: hoc autem veniale erat propter infirmitatem nostram. Sicut enim post lapsum habebat homo concupiscentiam quamdam venialem respectu malorum, ita habet quamdam delectationem in vanis, et hoc propter infirmitatis[h] suae corruptionem: si enim homo stetisset, non esset ei istud, et ideo non fuit hoc mendacium mortale.

3. Ad tertium similiter patet responsio[i] ex dictis. Non enim habet hoc mendacium generale tantum, sed etiam habet propriam causam contrahentem ipsum generale, scilicet[k] placentiam respectu mentientis ad se ipsum[l], quae causa facit hanc esse unam speciem per se. Patet etiam ex dictis quare Augustinus[2] dicat hoc merum[m] esse mendacium, quod de nullo aliorum dicit. Hoc enim mendacium nullam causam sui habet extra ipsum mentientem, et ideo mere[n] in ipso mentiente dicitur consistere totaliter. Alia autem habebant causas extra mentientem, sicut illum cui debebat noceri vel qui debebat iuvari[o] vel cui debebat placeri. Unde non[p] erant mere, id est[q] totaliter, in ipso mentiente quantum ad omnem sui causam[r].

---

[a] T add. *autem.* [b] BT *ita.* [c] BT om. [d] BT *esset;* VF om. *enim.* [e] V om. *a. n.* [f] F *magis;* BT om. *et.* [g] V om. B om. *a. a. s.;* V om. *cum... aliis.* [i] FRL *tam,* Z *quam.* [k] V *fuit,* TRZ *fuerit,* quod FL corr. [l] V *vaniloquio.* [m] V *ita;* R *quantum* o *quintum.* [n] R om. [o] B om.

[a] FRLZ *ei;* R *debetur* pro *dabatur.* [b] F *est;* V om. *ita.* [c] V *hoc.* [d] VFRL add. *et,* Z add. *etiam;* V *sicut* pro *sic;* Z *recaderet* o *recederet.* [e] Z om. [f] V *tam.* [g] BT *variam;* RZ *dilectionem* quod FL corr. [h] R *infirmitates,* quod L corr.; F om. *suae.* Z *solutio.* [k] BT *sive.* [l] RLZ *ipsam,* quod F corr. [m] VRLZ *mirum,* quod F corr, [n] V *meri;* R *vere,* quod L corr.; Z *recte.* B om. *v. q. d. l.* [p] Ita FL, alii om.; F *erat* pro *erant;* R *mente,* Z *recte* pro *mere.* [q] Ita RLZ, alii *et.* [r] R *sententiam* pro *s. c.,* uod F corr.

[1] Cf. *Hypognost.*, IV, c. 2 (PL 45, 1640).

[2] Cf. supra, p. 412, nota 8.

412 ARTICULUS IV.

Ad quod mendacium reducatur mendacium circa mores.

Postea [a] quaeritur, cum contingat mentiri circa mores, ad quod istud mendacium reducetur [b].

Neque enim videtur esse iocosum neque officiosum; religionis [c] etiam non videtur esse, cum non sit circa ea quae spectant ad fidem.

[Solutio]: Ad quod dicimus quod huiusmodi mendacium continetur sub mendacio religioni Ibi enim [d] dicitur religio communiter, non solu secundum quod religat nos ad tenendum quae sunt circa fidem, sed [e] etiam ad tene dum ea quae sunt circa [f] bonos mores: in i enim [g] duobus consistit summa religionis chr stianae [h].

413 ARTICULUS V.

Ad quod mendacium reducatur mendacium de religione ex infirmitate vel ignorantia.

Quaeritur [i] postea: Ponatur quod aliquis mentiatur de religione [k], non ex certa malitia, sed ex infirmitate vel ex [l] ignorantia, ut non sit peccatum in Spiritum Sanctum. Quaeritur ad quod genus mendacii reducetur istud [m].

1. Neque enim iocosum neque officiosum est: istud constat; sed neque malignitatis videtur, quia nec sub secunda nec sub tertia specie continetur: istud constat. — Si diceretur quod contineretur [n] sub prima – contra hoc videtur, quia illa prima species mendacii [o] perniciosissima est; mendacium autem istud, cum sit ex ignorantia vel ex infirmitate, non ita perniciosum videtur.

[Solutio]: Ad quod dicimus quod qui sic mentitur potest esse perfectus vel imperfectus, sive, ut melius dicamus, simplex aliquis, qui non tenetur ad omnia credenda explicite, vel aliquis magnus litteratus. Si ergo [p] sit simplex, aut mentitur de iis ad quae tenebatur explicite credenda aut non: sunt [q] enim quidam grossi articuli, sicut quod Deus sit trinus et unus, quod Filius Dei assumpsit carnem, quod passus est etc., quos [r] nullus, etiam simplex, debet ignorare. Si ergo mentitur [s] in huiusmodi, etiam [t] si ex ignorantia mentiatur, non excusatur a toto, cum teneretur illa scire et posset illa inquisivisse vel per doctrinam accepisse vel etiam ex inspiratione a Domino, si se praeparasset [u] ad hoc. Si autem aliquis magnus [v] litteratus mentiatur, de quocumque circa fidem mentiatur, etiam [x] ex ignorantia, peccat primo genere mendacii nec excusatur per ignorantiam, cum ad omnia scienda teneretur. Si autem mentiatur simplex [a] ex ignorantia vel [b] infirmitat utpote quia non potest capere ea ad quae nc tenetur scienda, tunc non oportet dicere quc mentiatur vel peccet secundum gravitatem pe cati, quae solet attendi in prima specie mendac Possunt tamen haec reduci ad primam specie sed secundum magis et minus, secundum quc sunt graviora aut leviora.

[Ad obiecta]: 1. Quod ergo obiciebatur quc 'primum mendacium erat gravissimum', hoc i telligendum est de illo quod dicitur ex certa m litia et [c] ad decipiendum: tale enim est peccatu in Spiritum Sanctum [d]; unde et gravissimum [e]. T men intelligendum est quod peccare in Spiritu Sanctum sive in Patrem sive in Filium duplicit potest dici. Uno enim [f] modo potest dici pecca in Filium qui mentitur de Filio, et in Spiritu Sanctum qui de Spiritu Sancto; sed [g] hic nc est modus secundum quem distinguitur pecc tum in Spiritum Sanctum a peccato in Patre et in [h] Filium, immo hoc modo quandoque q mentitur de Filio mentitur de Patre vel etia peccat in totam Trinitatem, sicut qui diceret quc Spiritus Sanctus non procederet a Patre et Fili iste peccat in Spiritum Sanctum [i] et etiam in t tam Trinitatem; sed hoc peccatum non est illu in Spiritum Sanctum, quod dicitur esse gravis mum, quia [k] potest esse ex ignorantia vel e infirmitate. Dicitur autem peccatum in Spiritu Sanctum alio modo, scilicet [m] secundum quod il tria distinguuntur per appropriationes, ut illu quod est ex impotentia, dicatur in Patrem [n], qu ex ignorantia, dicatur in Filium, quod ex [o] cer

---

[a] R *preterea.* [b] R *reducatur.* [c] V *religiosum;* R om. *etiam.* [d] R vacat *t. e.* [e] R *hoc,* quod L corr. [f] BT om. *fidem... cir* [g] VR om. [h] Z *preparatio.* [i] V add. *quare.* [k] V *regione.* [l] R om. [m] V add. *mendacium.* [n] FRLZ *continetur.* [o] R *pecc* [p] F *autem.* [q] R *sicut.* [r] RZ *quod,* quod FL corr.; RZ om. *simplex.* [s] V add. *etiam.* [t] R *sed,* LZ om. [u] T *parasset.* [v] R [x] F *autem.*

[a] VR *simpliciter.* [b] F add. *ex.* [c] V om. [d] R add. *scilicet,* quod L exp. [e] Z om. *u. e. g.* [f] L om. [g] Z *si;* V om. [h] V om. [i] V om. [k] V *quod.* [l] Z om. [m] Z om. [n] RZ *peccatum,* quod L corr. [o] L *autem.*

alitia, in Spiritum Sanctum, et tunc revera istud
t gravissimum illorum trium.

Sed obiciet aliquis contra illud quod dixi-
us quod mentiens ex ignorantia circa fidem
iis ad quae scienda[a] tenetur, [mentitur] men-
cio reducibili ad primum genus. Hoc enim vide-
tur falsum, quia talis qui sic dicit ex ignorantia,
si dicat falsam vocis significationem, non tamen
bet intentionem fallendi, et hoc[b] neque fallendi,
est decipiendi, neque fallendi, id est[c] dicendi
sum. Quo modo ergo dicendus est mentiri?
Ad quod dicimus quod, etsi non sit ibi totalis[d]
mpletio mendacii secundum primam speciem,
cimus tamen quod reducitur ad illud genus[e].

Dicimus enim quod dupliciter dicitur intentio: aut videlicet propositum per discretionem, et hoc modo non habet iste intentionem fallendi; aut potest dici intentio ipsa[f] voluntas, et hoc modo, cum ipse teneretur ista, de quibus mentitur, scire, et scivisset, si voluisset, sicut praedictum est [1], patet quod voluit ignorare; et si voluit ignorare circa ea de quibus oportebat eum credere vel loqui, cum ignorantem loqui frequenter contingat falsum dicere, patet quod ex consequenti habuit voluntatem manendi in tali statu in quo diceret falsum, et ita quodam modo habuit intentionem fallendi, id est dicendi illud quod de se aptum erat alium fallere, et etiam fallendi, id est dicendi falsum sive quod nescit esse verum, cum[g] deberet scire.

ARTICULUS VI. 414

Casus de mendacio.

I. Quaeritur postea: Aliquis intendit dicere con-
a fidem, sed tamen non dicit. Quaeritur ergo si
iusmodi peccatum reducendum est ad primum
endacium vel ad aliud peccatum.
[Solutio]: Ad quod dicimus quod sic. Unde
cut velle moechari reducitur[h] ad transgressionem
ius praecepti[i 2]: *Non moechaberis*, et hoc quia or-
nabatur ad illum[k] actum, ita ex parte ista, ista[l]
ala intentio, quae[m] erat ordinata ad mendacium
imi generis, reducenda est ad genus illud, etsi
on complete mentitus sit secundum illud.

II. Quaeritur postea: Aliquis bene credens pro-
nit contrarium alicuius articuli coram simplici,
i nescit utrum illud sit verum vel falsum. Ex
ia parte aliquis[n] arianus, credens verum dicere,
oponit idem falsum coram eodem simplici. Quis
go istorum plus peccat?
Et videtur quod arianus. 1. Iste enim chri-
anus etsi peccat in dicto, radix tamen non est
rrupta, quia ipse bene sentit; arianus autem
[o] in dicto peccat et in radice; maior autem est[p] corruptio, ubi est corruptio[q] utriusque quam ubi[r] alterius tantum.

Sed contra. *a.* Iste catholicus contra conscientiam dicit quod dicit, et scit quod ille simplex potest falli ex dictis eius; arianus autem nescit istud; unde nec dicit contra conscientiam nec putat illum fallere; si ergo plus peccat qui ex certa scientia[s] peccat quam qui ex ignorantia, plus videtur peccare catholicus quam arianus. — Quod concedimus.

[Ad obiecta]: 1. Ad illud ergo quod[t] obicitur quod 'in ariano est corruptio radicis maior quam in catholico', respondemus quod maior corruptio radicis potest dupliciter dici: vel in[u] intellectu, et sic revera maior est corruptio in ariano; vel in affectu, et sic est maior corruptio in catholico, qui vult dicere contra conscientiam suam et dare simplici occasionem ruendi. Maioritas ergo corruptionis primae non fuit ita[v] causa faciendi peccatum sicut maioritas corruptionis radicis modo secundo[x], et ideo plus peccat in hoc casu catholicus quam arianus.

ARTICULUS VII. 415

De numero istorum mendaciorum [3].

Quaeritur postea de numero istorum mendacio-
m, et quaeritur: Cum mendacium benignitatis et malignitatis opposita sint, saltem quantum ad suas causas, et mendacium malignitatis dividatur

---

[a] Ita V, alii *sciendum*. [b] FRLZ *hec*. [c] L om. *i. e*. [d] V *totaliter*; BT om. *ibi*. [e] B *genere*. [f] V *illa*. [g] F *tamen*. [h] V *re-
cit*; Z om. *sicut*. [i] BTZ *peccati*. [k] VBT *alium*. [l] V om. [m] R *intentione* pro *i. q*. [n] T om. [o] VL om. [p] Ita V, alii om.
ta V, alii om. [q] BTR add. *est*. [r] R *malitia*. [s] Ita V, alii *quod ergo* pro *A. i. e. q*. [t] L om., in T est add. interl. [u] V *in*;
om. *fuit*. [x] V add. *est*.

[1] Cf. supra, num. 413, in *Solutione*.
[2] Exod. 20, 14.
[3] Cf. Lombard., III *Sent.*, d. 38, c. 2 (p. 721 sq); S. Bonav., III *Sent.*, d. 38, a. un., q. 5 (III, 850 sqq).

in quasdam sui species penes [a] istas differentias 'obesse alicui et nulli prodesse, obesse alicui et prodesse alicui', quare similiter mendacium benignitatis non dividitur secundum easdem differentias, ut scilicet divideretur secundum quod est prodesse alicui et non [b] prodesse alteri vel alicui prodesse et alicui obesse et huiusmodi? Non enim ita dividitur, immo dividitur quantum ad id quod est 'prodesse' in servanda re alicuius vel vita sive bono spirituali.

[Solutio]: Ad quod dicimus quod divisio mendacii malignitatis fit secundum maiorem et minorem rationem nocumenti. Ad hoc enim, scilicet [c] ad nocendum, erat huiusmodi mendacium, et secundum hoc fuerunt tres eius species. Primum, quod maxime nocivum est, ut quod est in doctrina religionis, et hoc dicitur maxime nocivum duplici de causa, tum [d] quia omnibus nocet, [tum] quia nocet in maximo sive in nobilissimo, scilicet in fide, quae erat principium totius vitae spiritualis. Secunda species minor est illa in nocendo, videlicet cum nulli prodest et alicui obest, hoc est minus quam omnibus obesse. Tertium vero minimum est in genere illo, utpote quod nec omnibus obest nec nulli prodest, sed alicui prodest, alicui obest [e]. Sic ergo patet quod secundum maius et minus et [f] minimum nocumentum recte sumuntur differentiae mendacii malignitatis, secundum id quod est obesse omni vel alicui obesse et nulli prodesse vel alicui prodesse et alicui obesse. Sed ita e contrario non potuerunt [g] accipi differentiae mendacii benignitatis. Contra enim illam differentiam [h] quae fuit 'omnibus obesse' non potuit inveniri [i] ista differentia in officioso, quae est 'omnibus prodesse': non enim est aliquod mendacium reperire quod omnibus possit prodesse, sicut est reperire aliquod quod omnibus potest obesse. Praeterea, hoc aliud membrum 'quod alicui prodest et [k] alicui obest' non potuit stare sub mendacio benignitatis: quam cito enim alicui obest, iam transit in speciem oppositam et fit [l] malignitatis. Solum ergo hoc modo potest esse mendacium benignitatis, ut nulli obsit et alicui prosit. Patet ergo quod non potuit dividi secundum istas differentias 'omnibus prodesse' [m] et ceteras contrarias differentias mendacii malignitatis. Quare oportuit ut divideretur secundum ea in [n] quibus poterat esse maius iuvamentum [o] sive maior profectus et minor et minimus [p]. Ad iuvandum enim sive proficiendum erat mendacium: potuit autem iuvari aliquis per mendacium in maximo, et tunc est illa species quae fit pro salvanda vita vel bono spirituali alicuius, utpote castitate illius vel aliquo alio; vel pro minori, et tunc est illa species quae est pro conservanda [q] corporali vita: haec [r] enim minor est spirituali vita; vel in minimo, sicut est pro pecunia vel pro [s] aliqua re alicuius salvanda; adhuc enim minora sunt ista adiumenta [t] in huiusmodi rebus quam quae fiunt in vita corporali.

416 ARTICULUS VIII.

De ordine istorum mendaciorum [1].

Quaeritur postea de ordine istorum mendaciorum. Augustinus [2] enim [a] ordinat ista secundum primum [b], secundum et [c] tertium et sic deinceps. Quaeritur ergo: aut is ordo est solius nominationis et a voluntate [d] ordinantis solum: quod non videtur verisimile; aut erit ordo [e] istorum secundum maiorem et minorem elongationem a veritate.

Quod si dicatur – contra hoc est: Ponatur enim [f] quod ego sciam Petrum cum pecunia sua esse in domo ista; diversis de causis possum ego dicere mendacium 'Petrus non est in domo ista'. Possum enim hoc dicere ex malignitate [g], quia forte sciebam eum quaeri ad hoc ut ei [h] daretur aliquid utile sibi; possum etiam hoc dicere ex [i] ioco, et hoc secundum quartam vel quintam speciem; possum etiam sic mentiri ex benignitate [k], et hoc secundum quamlibet speciem, forte quia sciebam [l] eum quaeri vel ad auferendum pecuniam suam vel ad occidendum vel ad tollendum eius integritatem corporis. Si ergo haec falsitas vel hoc mendacium 'Petrus non est in domo ista' aeque semper elongatur a veritate sibi opposita, quacumque ex [m] causa dicatur, et ex diversis causis dictum potest esse aliquando in secunda specie, aliquando in tertia et sic de

---

[a] FRLZ add. *enim.* [b] F om. [c] RLZ *simul,* quod F corr. [d] Z *tamen.* [e] V om. *a. o.*; B om. *ergo.* [f] V *ad.* [g] V *poterunt.* [h] V *gratiam.* [i] R om. [k] Ita V, alii *sed.* [l] F *sic.* [m] B *prodest.* [n] BT om.; Z *potuit* pro *poterat.* [o] V *iuvamen.* [p] L *minima;* R *mutandum* pro *iuvandum;* V om. *ad.* [q] T *servanda.* [r] R *que;* F om. *enim.* [s] BT om. [t] B *adiuvamenta.*

[a] Ita BT, alii *autem.* [b] R add. *et.* [c] F *etiam,* R om. [d] L *auctoritate* pro *a. v.,* quod F corr. [e] T add. *iste vel.* [f] F *ergo.* [g] Codd. *benignitate.* [h] BT om. [i] RLZ *quod,* quod F corr. [k] Codd. *malignitate.* [l] R *sciens;* FL om. *vel.* [m] V *de.*

[1] Cf. S. Bonav., III *Sent.*, d. 38, a. un., q. 6 (III, 852 sqq.). | [2] *De mendac.*, c. 14 (PL 40, 505).

omnibus aliis sequentibus [a], patet quod non erit ordo in speciebus mendacii secundum maiorem vel [b] minorem recessum a veritate. Propter quod [c] restat quaestio qualiter ordinabuntur species illae.

[Solutio]: Ad quod dicimus quod revera est ibi ordo naturalis et ordinantur secundum maiorem et minorem elongationem a veritate. Sed, cum sit quaedam veritas ipsius enuntiabilis sive orationis per conformationem ad veritatem rei et alia veritas voluntatis ad veritatem increatam [d], intelligendum est quod ordo in iis speciebus non est secundum elongationem mendacii a veritate intellectus vel orationis in conformatione ad veritatem rei creatae, sed ordinantur hae species mendacii secundum maiorem et minorem elongationem veritatis voluntatis in conformatione ad veritatem increatam, ita ut quod maxime elongatur ab huiusmodi veritate vel rectitudine voluntatis primum sit et maximum in genere mendaciorum, et [e] quod minus isto, sed maius aliis, secundum. Ex quo apparere potest quod debite ordinantur. Maxime enim elongatus est a rectitudine voluntatis praedictae qui mentitur circa religionem, et ideo illud mendacium recte primum et maximum dicitur. Minus vero [f] alio, sed magis aliis mentitur qui, etsi non circa religionem sive in doctrina religionis, ita tamen ut nulli prosit et obsit alicui, et ideo illud [g] est secundum. Minus vero in genere malignitatis, qui sic mentitur ut, quamvis alicui prosit, alicui tamen obest. Et ideo recte ordinantur illae tres species inter se. — Recte etiam mendacium malignitatis praecedit et iocosum et officiosum, quia plus deviat a rectitudine vel veritate voluntatis praedicta quam illa. Et hac eadem causa recte ordinatur iocosum ante officiosum, quia minus elongatur a veritate aliquis quanto propter rationabiliorem [h] causam mentitur et qui magis quoquo modo mendacium suum poterat excusare. Unde, quia minus habet excusationis iocosum quam officiosum et ideo plus elongatur [i] a supra dicta veritate, ideo praeordinantur species iocosi speciebus officiosi. — Praecedit etiam quarta quintam recte in genere iocosi, quia minus habet causae sive placentiae, qua deberet mentiri ut placeret sibi, quam respectu alterius, et ideo in genere mendacii hoc est maius et plus elongans se quam illud, ut est dicere in genere. Et dico 'ut est dicere in genere' propter hoc quod tantus posset esse adulator aliquis et mentiri de suaviloquio tanto appetitu [k] et circa talem materiam, quod excederet istud mendacium, quoad rationem peccati, mendacium quod est in quarta specie, sed [l] hoc esset propter speciales circumstantias, et ideo dico 'ut est dicere in genere'. — Ordinantur etiam recte species officiosi, quia, cum maximum bonum alicuius esset vita spiritualis in isto, minus vita corporalis, minimum [m] eius possessio, patet quod minime est excusabilis in hoc genere [n] et plus deficiens a rectitudine voluntatis praedicta qui mentitur propter pecuniam salvandam quam qui propter alia bona. Et ideo sextum mendacium praecedit alia, utpote maius. Et similiter septimum recte octavum, utpote maius, sicut et vita corporalis minus bonum est bono spirituali. Deinde autem, quia qui pro vita alterius spirituali salvanda [o] solum mentitur, minime omnium elongatur a supra dicta veritate, ideo hoc mendacium recte ultimum ordinatur inter omnia tamquam minimum. Obiectio ergo quae fiebat opponebat ac si esset ordo istorum secundum elongationem a veritate rei creata. Unde non dicimus quod [p] secundum illam viam ordinarentur, sed sicut dictum est [1].

CAPUT VIII. 417

UTRUM MENDACIUM FACILIUS SIT AD DICENDUM QUAM VERUM.

Octavo quaeritur utrum mendacium facilius sit ad dicendum quam verum, et hoc est de comparatione [q] mendacii ad suum oppositum.

Et videtur quod difficilius sit mendacium, 1. per hoc quod dicit Gregorius [2]: « Plana [r] est veritatis via et grave est iter mendacii. Unde per Prophetam [3] dicitur: *Docuerunt linguam suam loqui mendacium; ut inique agerent, laboraverunt* ».

2. Item, Gregorius [4]: « Nihil ad [s] defendendum veritatem tutius, nihil ad dicendum veritatem [t] facilius ».

---

[a] FRL add. *mendaciis.* [b] FR *et*, quod L corr.; T om. *secundum.* [c] V *hoc.* [d] RZ *a veritate increata*, pro *a. v. i.*, quod L corr. [e] V *non.* [f] R om. [g] RZ *istud*, quod F corr. [h] RLZ *rationabilem*, quod F corr. [i] V *elongant*, BT *elongatum.* [k] BT om. *t. a.* [l] V *et.* [m] V *minima.* [n] B om. [o] V *da*, L *salvandam*, quod F corr. [p] Z *et.* [q] V *operatione.* [r] V *plena*; B om. *via.* [s] L om. [t] V om. *tutius... veritatem.*

1 Cf. Lombard., III *Sent.*, d. 28, cc. 1-2 (p. 720 sqq.).
2 *Moral.*, XII, c. 42 (PL 75, 1008).
3 Ierem. 9, 5.
4 *Reg. pastor.*, III, c. 11 (PL 77, 64).

3. Item [a], Seneca [1]: « Veritatis simplex est oratio nec quidquam minus [b] convenit quam subdola calliditas animis magna conantibus ».

4. Item, ultra veritatem qui quaerit, in planis quaerit offendiculum.

Contra. *a.* Ioan. 8, 44: *Cum loquitur mendacium, ex propriis loquitur.* Cum ergo homo habeat mendacium ex se, veritatem autem non [c] habeat a se, facilius autem est quod est ex [d] se quam quod est aliunde, ergo facilius est mendacium quam [e] sit veritas.

b. Praeterea, veritas consistit in medio virtutis [f], mendacium vero in extremo vitii; virtus autem est circa difficillimum quemadmodum et ars [2]; ergo difficilior est veritas quam mendacium.

c. Item, facile est avertere [g] a signo, difficile autem [h] est attingere signum; qui autem loquitur veritatem attingit signum, qui vero [i] loquitur mendacium divertit a signo; ergo facilius est mendacium quam sit veritas.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod est loqui secundum statum naturae primitus institutae et est loqui secundum statum naturae [k] rationalis lapsae. Si fiat sermo secundum statum naturae primitus institutae [l], secundum hoc facilis est veritas. Si vero fiat sermo [m] secundum statum naturae lapsae, difficilis est veritas et facile est mendacium. Praeterea, difficilior est falsitas ad defendendum quam veritas.

[Ad obiecta]: 1-2. Per hoc potest solvi quod quaesitum est. Nam prima ratio, quae ostendit mendacium esse difficilius, attenditur quantum ad defensionem: laborant enim mendaces ut mendacium suum cooperiant et defendant, qui labor non est tantus in sustinendo veritatem. Et hoc est quod dicit Gregorius [3]: « Quantus labor est sollicite custodire ne ipsa fallacia deprehendi queat! Hinc inde circumtegit [n] et contra hoc, ubi deprehendi potuit, veritati similem responsionem quaerit ». Unde talibus dicit Hieronymus [4] ironice: « Voluntatem habes mentiendi, artem fingendi non habes [o]; vetus proverbium est [5]: mendaces memores [p] esse oportet ».

3-4. Ad [q] idem faciunt alia primo [r] obiecta.

a-c. Ad illud autem quod [s] obicitur in parte contraria per illud Ioan., dicendum est quod illud intelligitur de facilitate quoad lapsum naturae. Et ad idem faciunt ea quae sequuntur: difficultas enim attenditur ad verum et ad bonum secundum statum naturae corruptae. Si vero fiat consideratio secundum naturam primitus institutam, utrobique erat facilitas liberi arbitrii.

b. Quod autem dicitur ' virtus esse circa difficillimum, vitium vero [t] non ' attenditur secundum genus ipsius rei, circa quam est veritas. Circa enim eamdem rem fuit virtus antequam vir fuisset lapsus et postquam est lapsus; mutata autem est conditio ex parte ipsius hominis, ut quod tunc fuit facile libero arbitrio, modo sit difficile: adiuvabat enim tunc rectitudo naturae.

Per hoc [x] possunt patere ea quae ex illa parte sunt obiecta.

QUAESTIO III.

DE CONTENTIONE.

Dicto de mendacio, quod est contra veritatem sermonis, dicendum esset [y] de periurio, quod similiter est contra veritatem, sed de hoc determinabitur in Parte de praeceptis [6]. Dicendum est ergo de tertio quod est contra veritatem scilicet de contentione, qua veritas impugnatur.

Primo ergo quaeritur quid sit contentio;

secundo, si contentio [z] semper est peccatum, et, si est peccatum, utrum sit mortale semper aut veniale aliquando vel e converso;

tertio, utrum sit contendendum cum haereticis in disputatione;

quarto, utrum contentio debeat esse in repetitione suorum.

---

[a] Ita BT, alii *preterea.* [b] BT *virus.* [c] Z (corr.) *sicut.* [d] B *a.* [e] R *cum.* [f] BT *veritatis.* [g] V *divertere.* [h] VBT om. FRLZ om. *est.* [i] Ita V, alii *autem.* [k] B om. *primitus... naturae.* [l] R om.; V *facilius* pro *facilis.* [m] R om. [n] L *cui contegit* quod F corr. [o] Z *heres.* [p] V *maiores.* [q] Ita V, B *item,* alii om. [r] F *prima,* Z om. [s] Ita V, alii *quod autem* pro *A. t. a. q* [t] RZ *nec,* quod FL corr. [u] VRZ *virtus,* quod FL corr.; R om. *enim.* [v] RL *fit.* [x] R add. *quod.* [y] V *est,* quod B corr. [z] V om. *s. s. c*

1 Epist. 49, in fine.
2 Cf. Aristot., *Ethica ad Nicom.*, II, c. 3 (II, 17).
3 *Moral.*, XII, c. 42 (PL 75, 1008).
4 *Apol. adv. Rufin.*, III, nn. 5 et 13 (PL 23, 461, 467).
5 Cf. Quintilian., *Instit. orat.*, IV, 2, n. 91.
6 In libro III huius *Summae.*

CAPUT I.

QUID SIT CONTENTIO.

Sic autem definitur contentio super illud ad Rom.[1]: *Contentione* et *dolo:* « Contentio est impugnatio veritatis per confidentiam clamoris ».

Circa hanc definitionem dubitatur. 1. Potest enim [a] esse impugnatio veritatis sine confidentia clamoris [b], etiam per sermonem; et est peccatum; ergo sub aliquo genere peccati continetur; nonnisi sub contentione; ergo non [c] est universalis ratio ad omnem contentionem.

2. Praeterea, ubi assignatur differentia inter zelum et contentionem, dicitur [d] zelus in corde, contentio in sermone; ad esse ergo contentionis non requiritur nisi impugnatio veritatis in sermone.

[Solutio]: Ad quod dicendum supra dicta datur cum circumsta quidam enim clamore vincere vo tum sit ibi impugnatio veritatis, debitus. Nihilominus tamen impu malevolentia arguitionis [e] est cor citur II ad Tim. 2, 14, in Gloss contentione talia opponi elimat argumento, ut moveant animos i trum ». Unde generaliter contenti pugnatio veritatis persistens in vincendi [f]. Haec enim conditio vi Glossa[3], cum dicitur: « Nemo licet sciat vera esse quae audit

CAPUT II.

UTRUM CONTENTIO SEMPER SIT PECCATUM ET QUALE.

Secundo quaeritur I. si contentio universaliter est peccatum.

Quod non, videtur. 1. Contendere enim est in contrarium tendere; potest autem aliquis in contrarium tendere et non peccare, ut si aliquis [g] sustineat contradictoriam veritatis, ut praevalentiam videat rationis: talis enim in contrarium tendit; potest etiam [h] hoc fieri exercitationis causa, ut in disputationibus, nec tamen peccatur; ergo contentio non est universaliter peccatum.

2. Item, ad Philipp. 1, 17: *Quidam ex contentione Christum annuntiant* etc., et dicitur[4]: *Quid? sive per occasionem sive per veritatem Christus annuntietur.* Sed Christum annuntiari per occasionem bonum est; ergo ex contentione annuntiari [i] Christum bonum est: hoc enim est per occasionem; ergo contentio huiusmodi [k] bonum est: occasio enim sub ratione utilis ponitur; non ergo universaliter est peccatum.

3. Similiter dicitur I ad Cor. 11, 19: *Oportet haereses esse, ut qui probati sunt, manifesti fiant.* Sed haereses esse est contentiones esse; ergo opportunum est contentiones ess non ergo universaliter est pecca

Contra. *a.* Iac. 3, 16: *Ubi zelus inconstantia* [l] *et omne opus pra* tentio est secundum se malum dicitur [m] ibidem [5] quod « prohibu contentionem et alia vitia, qua contentione ».

II. Similiter quaeritur si est m

Quod videtur, 1. per hoc quod hibet contentionem; unde dicit[6]: *verbis; ad nihil enim est* [o] *utile sionem audientium,* ubi exprimitu tentionis.

2. Similiter contentio enumera inter mortalia peccata, ad Rom. citur: *Plenos invidia, homicidii dolo* etc., et ita videtur contenti peccatum.

3. Item, Prov. 17, 11: *Semper iu lus; angelus autem crudelis mitt Angelus* autem *crudelis* dicitur[7]

---

[a] R *et potest* pro *p. e.* [b] Z add. *quod,* quod F exp. [c] R *is.* [d] R *dum.* [e] BT *argutionis.* [f] Z *inn* [h] BT *autem.* [i] Z *annunciare.* [k] BT *eiusmodi.* [l] V *iniustitia;* VZ *esse* pro *omne.* [m] Ita V, alii *dicit.* [n] B *pr* [p] B add. *et.*

1 Cap. 1, 29; cf. Lombard., in h. l. (PL 191, 1335).
2 Lombardi, in h. l. (PL 192, 370).
3 Loc. cit.
4 Philipp. 1, 18.
5 *Glossa ordin., In Iac. 4,* 1 (PL 11
6 II Tim. 2, 14.
7 *Glossa interlin.,* in h. l., ap. Lyra

dicitur[1] « mitti contra eum, ut post mortem ad interitum rapiat aeternum ». Sed non rapitur ad interitum aeternum nisi per mortale; ergo contentio est peccatum [a] mortale.

Contra [b]. *a.* Iob 39, 32, habetur quod Iob *contendit* [c] *cum Deo;* contendere autem ibi non videtur sonare in mortale peccatum; ergo contentio non semper est mortale peccatum [d]. Dominus enim, infra loquens de Iob, dicit [e 2]: *Non locuti estis coram me rectum sicut servus meus Iob.* Si ergo reprehensibilis erat, quoad alia erat reprehensibilis et quoad alia rectus.

b. Praeterea, aliquis [f] potest contendere cum alio in disputatione, non animo malignitatis. Numquid tunc dicetur esse mortale peccatum?

[Solutio]: I. Ad quod dicendum quod contentio, sicut supra dicta [g] est [3], peccatum est.

[Ad obiecta]: 1. Ad obiectum autem in contrarium dicendum est quod nomen contentionis potest large sumi, ut dicatur motus in contraria tendentium [h], et hoc potest fieri et [i] bono fine et malo. Si bono fine, non dicetur peccatum: et hoc modo contendunt qui disputant ad obviationem vel exercitationis causa. Si vero fiat malo fine, peccatum est in iis quae sunt ad fidem vel mores.

2. Ad id [k] vero quod dicit Apostolus quod 'gaudet in hoc quod per contentionem annuntiatur Christus': dicendum est quod aliud est dictu ex parte passivae annuntiationis et ex parte activae annuntiationis [l]. Ex parte enim annuntiationis passivae, bonum est; ex parte vero annuntiationis activae, licet sit bonum in genere, tamen potest esse malum ex circumstantia, ut si fiat ex contentione, et de illa circumstantia non gaudebat Apostolus; contentio autem ibi sumitur pro sermone clamoso procedente « ex odio privato [4] »: unde sonat in mortale peccatum, de quo non gaudebat Apostolus.

3. Ad illud vero quod dicitur [m] I ad Cor. 11, 19 quod *oportet haereses esse* etc., intelligendum est illo modo quo malum est occasio boni, non quod haeresis vel scissura [n] sit bonum. Unde dicit Haymo [5]: « Magnam utilitatem praestiterunt haereses Ecclesiae Dei, non per se, sed dum Doctores Ecclesiae exercitaverunt, qui quasi dormierant ».

II. Ad id vero quod quaeritur 'utrum sit mortale peccatum': dicendum est quod aut fit animo malignitatis aut fit causa necessitatis aut fit causa exercitationis aut fit causa eruditionis aut ex quadam titillatione gloriae vel honoris. Si fit causa malignitatis, ut qui volunt iniuste vincere vel animos simplicium subvertere, secundum hunc modum est mortale peccatum, et secundum hunc modum prohibetur ab Apostolo, cum dicit *Noli contendere verbis.* Et dicit Glossa [6]: « Contentio nihil potest nisi subvertere audientes, dum verbosus par vel superior videtur esse catholico contentio minus [p] stabilitis saepe generat scrupulum ». Et dicitur Iob 6, 29, in Glossa [7]: « Inquisitionibus non videntur veritatem assequi, sed victores videri ». Hoc autem posset esse ex [q] quadam levitate in iis ubi non est periculum, et tunc non diceretur [r] mortale peccatum. — Si vero causa necessitatis, tunc non est peccatum, secundum quod dicitur [8] Prov. 3, 30, super illud: *Noli contendas* [s] *adversus hominem frustra:* « Non vetat contendere adversus [t] eum qui male fecerit, ut corrigatur, quia hoc frustra non fit, quod certa necessitas cogit ». — Si fiat causa exercitationis, non est peccatum mortale, etsi aliquando propter modum contingat esse veniale. — Si vero causa eruditionis, nec sic est peccatum, secundum quod dicitur Prov. 29, 9: *Vir sapiens si cum stulto contenderit* etc., Glossa [9]: « Doctor fidelis et sapiens, si cum infideli et contumace contenderit sive tormenta reproborum vel [u] gaudia narret bonorum, frustra erga insensatum laborat ». — Si vero fit ex titillatione quadam honoris vel gloriae veniale videtur peccatum. Et secundum hoc videtur accipi illud Luc. 22, 24: *Facta est contentio quis eorum videretur esse maior.* Et dicit Glossa [10]: « Non est incredibile quod honore se invicem praeveniendo [11] certarent, sed qualibet ex causa contenderint [v], non quid adhuc carnales gesserint [x], sed quid spiritualis Magister iusserit, audiamus ». Ex quo accipitur quod carnales erant contendendo de praeventione honoris. Sic ergo patet quod aliquando dicitur mortale peccatum aliquando veniale, aliquando neutrum. Cum enim dicitur Luc. 13, 24: *Contendite intrare per angustam portam,* neutrum designatur, sed quod potest esse meritorium vitae aeternae.

---

[a] R om. [b] Ita VZ, alii add. *in.* [c] V *contenderit.* [d] L om. *ergo... peccatum.* [e] R *dicitur.* [f] Z om., in L est add. inte
[g] F *dictum.* [h] T om. *ut... tendentium.* [i] BT *in,* FR om. [k] RLZ *aliud,* quod F corr. [l] L *enunciationis;* V *actuum autem enuntiation*
pro *a. a.* [m] T *obicitur.* [n] FRL *schisma.* [o] BFR *sit.* [p] V *contentionibus* pro *c. m.* [q] R om. [r] Ita BT, alii *dicet*
[s] B *attendas.* [t] V add. *unum.* [u] V *sive.* [v] VRLZ *contenderunt,* quod F corr. [x] V *gesserunt.* [y] FR *errant.*

1 *Glossa ordin.*, in h. l., ap. Lyran.
2 Iob 42, 7.
3 Cf. supra, num. 418.
4 Lombard., *In Philipp. 1,* 17 (PL 192, 227).
5 *In I Cor. 11,* 9 (PL 117, 569).
6 Lombardi, in h. l. (PL 192, 370).
7 *Ordin.*, in h. l. (PL 113, 775).
8 *Ordin.*, in h. l., (PL 113, 1085).
9 *Ordin.*, in h. l., ap. Lyran.
10 *Ordin.*, in h. l., ap. Lyran.
11 Cf. Rom. 12, 10.

CAPUT III. 420

UTRUM SIT CONTENDENDUM CUM HAERETICIS.

Tertio quaeritur **I.** utrum sit contendendum cum haereticis in disputatione.

Quod non, videtur. 1. Dicitur enim Eccli. 8, 4, super illud: *Non litiges cum homine linguato*, Glossa[1]: « Haeretico, de quo[2]: *Sub lingua eius labor et dolor* »; et postea[3] subiungit rationem: *Ne male*[a] *de progenie tua loquatur*[b], « christiana scilicet et catholica », dicit Interlinearis[4].

2. Praeterea, ipsi haeretici significantur per canes[c][5], qui lacerant verbum Dei; prohibetur autem, Matth. 7, 6, ne detur *sanctum canibus;* ergo non est contendendum cum haereticis.

3. Praeterea, derisores sunt[6]; *qui autem arguit derisorem, sibi generat maculam*, Prov.[d] 9, 7; ergo non est contendendum cum illis.

4. Similiter dicitur[e] Eccli. 13, 1: *Qui tangit picem, coinquinabitur ab ea.* Tangere autem picem est contendere cum haeretico[7]; ergo non est contendendum cum haereticis.

5. Item, Gelasius papa[8]: « Non est ecclesiastici moris cum iis, qui pollutam habent communionem permixtamque[f] cum perfidis, miscere concilium ». Et iterum[9]: « Nullum fas est canonum magistris atque custodibus certamen habere cum[g] hostibus communionis alienae ».

Contra. *a.* Super illud I Reg. 14, 1: *Accidit quadam die:* « Catholici adversus haereticos contentionem commovent, ubi prius[h] ad certamen provocantur[i][10] ».

b. Praeterea, exemplo Augustini et aliorum Doctorum ecclesiasticorum habetur quod licitum est contendere cum haereticis, sicut patet I ad[k] Cor. 11, 19, super illud: *Oportet haereses esse* etc. Glossa[11]: « Multa ad fidem catholicam pertinentia dum haereticorum callida inquietudine exagitantur, ut adversus eos defendi possint, et considerantur diligentius et intelliguntur clarius et praedicantur instantius ».

c. Item, per bella in libro Iosue significantur certamina fidelium contra haereticos; unde dicit Adamantius[12]: « Sciens carnalia bella non amplius nobis[l] agenda, sed contra spirituales nequitias, velut princeps militiae Christi praecepit[m] militibus Christi[13]: *Induite vos armaturam Dei, ut possitis stare adversus insidias diaboli* ». Insidiae autem diaboli sunt in ipsis haereticis; licitum ergo est contendere cum haereticis[n].

[Solutio]: Ad quod dicendum[o] quod, sumpto large 'contendere' pro certare in disputatione, licitum est aliquo casu contendere cum haereticis. Si vero accipiatur 'contendere', prout supra definitum[p] est[14], pro impugnatione veritatis intentione vincendi[q], non est licitum contendere nec cum haereticis nec cum aliis. Distinguendum autem[r] est quod haereticus aut est praecisus ab Ecclesia, cuius pertinax sententia dignoscitur, et cum talibus non est habendum concilium, secundum illud Psalmi[15]: *Non sedi*[s] *cum concilio vanitatis* etc., et dicitur ad Titum[16]: *Haereticum hominem post primam et secundam correptionem*[t] *devita.* Unde haeretici post damnationem in Concilio non vocantur ad Concilium, sicut habetur *Causa* 24, q. 1, *Maiores nostri*[17]. Non enim revocandum est in[u] dubium, quod iam diligenti discussione[v] Ecclesiae est damnatum. Si vero haeretici adhuc sint corrigibiles, licitum[x] est contendere in disputatione[y] cum eis ut ad fidem revocentur vel ut eorum falsitas aliis manifestetur. Hoc autem intelligendum est de probatis in doctrina catholica; periculosum autem est simplicibus cum haeresiarchis disputare.

II. Huius gratia quaeritur utrum liceat in disputatione Sacrae Scripturae contendere.

Quod non, videtur. 1. Dicitur enim in Glossa[18] super illud ad Tim.[19]: *Noli contendere:* « Collatio inter servos Dei debet esse, non[z] altercatio ».

---

[a] T *veniale* pro *n. m.* [b] L *loquetur*, quod FZ corr. [c] V *carnes.* [d] Z om. [e] V *dicit.* [f] F *permixtam quod*, quod RL corr. [g] V add. *omnibus.* [h] BT *nisi plus* pro *u. p.* [i] V *provocant.* [k] B om. [l] BT om. [m] R om. [n] V om. *licitum... haereticis.* [o] B add. *est.* [p] VFL *distinctum.* [q] V *mutanda.* [r] T om. [s] V *sedit.* [t] FRLZ *correctionem.* [u] V om. [v] B *dispensatione.* [x] V *votum.* [y] BT *disputationibus.* [z] R *non debet esse* pro *d. e. n.*; BRLZ *alteratio* pro *altercatio*, quod F corr.

1 *Interlin.*, in h. l., ap. Lyran.
2 Psalm. 10, 7.
3 Eccli. 8, 5.
4 Loc. cit.
5 Cf. Hieronym., *Dialog. adv. Pelag.*, III, n. 26 (PL 23, 575); Augustin., *Enarr. in Psalm. 147*, n. 16 (PL 37, 1925).
6 Cf. *Glossa interlin.*, in h. l. ap. Lyran.
7 Cf. *Glossa ordin.*, *In Eccli. 13*, 2, ap. Lyran.
8 C. 24, q. 3, c. 36 (I, 1000).
9 Loc. cit.
10 *Glossa ordin.*, in h. l. (PL 113, 554).
11 Augustini, *De civit. Dei*, XVI, c. 2, n. 1 (PL 41, 477); Lombardi, in h. l. (PL 191, 1637).
12 *In Iosue*, hom. 15, n. 1 (PG 12, 897).
13 Ephes. 6, 11.
14 Cf. supra, num. 418.
15 Psalm. 25, 4.
16 Cap. 3, 10.
17 Cap. 2 (I, 966).
18 Lombardi, in h. l. (PL 192, 370).
19 II Tim. 2, 14.

Sed servi Dei debent esse tractantes [a] Sacram Scripturam; ergo inter illos non debet esse contentio.

2. Item, Isai. 8,6: *Aquae Siloe vadunt cum silentio,* Glossa [1]: « Doctrina Christi, quae sine clamore et strepitu leniter [b] fluit ». Ergo debet esse sine contentione.

3. Item [c], discipulus Christi debet esse imitator Christi; sed bonus auditor Sacrae Scripturae sive doctor debet esse discipulus Christi; ergo debet esse imitator Christi; sed de Christo legitur, secundum translationem Septuaginta [2]: *Non contendet neque clamabit neque audiet aliquis in platea vocem eius,* et hoc in Matth. 12,19; quod exponit Augustinus, in libro *De duodecim abusionibus* [3]: « Christianus nemo recte dicitur nisi Christi moribus coaequetur. Tu ergo, si morum Christi similitudinem tenere cupis, ne contendas, ne in Ecclesia abusive christianus existas ». Tractantes ergo [d] Sacram Scripturam in disputationibus non debent contendere.

4. Similiter dicitur [e] ad Tim. [4]: *Servum Domini non oportet litigare,* Glossa [5]: « Servus Dei [f] non obstrepat studio altercandi et contendendi ».

Contra. *a.* Licet disputare ad utramque partem contradictionis adstruendam [g]; ergo licitum est disputare ad obviationem; obviatio autem quid aliud est quam contentio? similiter contradictio; ergo licitum est disputare contendendo.

b. Praeterea, aliquis potest sustinere partem, in qua est falsitas, ut videatur quid inde accidat [h] vel qualiter possit infirmari; sicut ergo licitum est contendere adversus eum qui male fecerit, ita licitum erit contendere adversus eum qui falsum sustinet; ergo licitum est contendere in disputatione Sacrae Scripturae.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod 'contendere' potest accipi dupliciter: uno modo in contrarium eius quod sustinetur tendere, ad hoc quod falsitas manifestetur et veritas adstruatur [i], et hoc modo licitum est contendere in disputatione Sacrae Scripturae; alio vero [k] modo dicitur 'contendere' in contrarium finem tendere, cum unus intendit adstruere veritatem, alter intendit [l] adstruere falsitatem ut credatur, vel cum aliquis clamore [m] intendit omnino vincere vel extorquere aliquid quod contra conscientiam dicatur: et sic non est licitum contendere in divina Scriptura. Unde dicit Haymo [6]: « In divinis Scripturis potius collatio est habenda cum ratione quam contentio cum furore »; et est sensus: collatio cum ratione habenda est, non cum furore contentio.

421

CAPUT IV.

UTRUM POSSIT ALIQUIS SINE PECCATO CONTENDERE CUM ALIO IN IUDICIO.

Deinde quaeritur utrum possit aliquis sine peccato contendere cum alio in iudicio.

Quod non, videtur, 1. per hoc quod dicitur Matth. 5,40: *Ei, qui vult in iudicio tecum [n] contendere et tunicam tuam [o] tollere, dimitte ei et [p] pallium,* Glossa [7]: « Antequam contendas; licet enim infirmis sua repetere, sed non contendere ». Sed, si non licet imperfectis, multo magis nec perfectis; ergo nulli licet contendere in iudicio.

2. Item, I ad Cor. 6,6: *Frater cum fratre in iudicio contendit, et hoc apud infideles,* Glossa [8]: « Contendere, quod malum est; *apud infideles,* quod peius est ».

3. Item, super illud [9]: *Iam quidem [q] omnino delictum est,* Glossa [10]: « Infirmis licet repetere sua movendo causam ante iudicem, sed non contentiose vel fraudulenter ». Ergo non licet contendere in [r] iudicio,

4. Item [s], Prov. 20,3: *Honor est homini, qui se separat a contentionibus; omnes stulti miscentur contumeliis.*

Contra. *a.* Movere causam ante iudicem est movere controversiam de certo dicto vel de [t] certo facto; movere autem controversiam est movere contentionem; sed licitum est imperfectis movere causam coram iudice; ergo licitum est eis contendere coram eo.

b. Praeterea, super illud Prov. 3,30: *Ne contendas adversus hominem frustra, cum ille nihil mali tibi fecit,* dicit [u] Glossa [11]: « Non vetat contendere adversus eum qui male fecit, ut corrigatur [v],

---

[a] B *trahentes.* [b] BT *leviter.* [c] RLZ om., in F est add. mg. [d] T om. [e] R om. [f] FRLZ *Domini.* [g] Ita BT, alii *construendam.* [h] Ita BT, alii *accidit.* [i] Z *obstruatur,* quod F corr. [k] RLZ om. [l] V om. [m] R *clamorem,* quod FL corr.; RZ *vincendi* pro *intendit,* quod L corr. [n] R om. [o] VZ *suam,* quod L corr. [p] RLZ om., in F est add. interl. [q] BT *quid;* R *ideo* pro *iam.* [r] FZ om., in L est add. interl. [s] RLZ om., in F est add. mg.; R om. *Prov.* [t] R om. [u] BT om. [v] Ita L (corr.), alii *contendatur.*

1 *Ordin.*, in h. l., ap. Lyran.
2 Isai. 42, 2.
3 Cap. 7 (PL 40, 1084).
4 II Tim. 2, 24.
5 Lombardi, in h. l. (PL 192, 373).
6 *In II Tim. 2,* 14 (PL 117, 803).
7 *Ordin.*, in h. l. (PL 114, 97).
8 Lombardi, in h. l. (191, 1577).
9 I Cor. 6, 7.
10 Lombardi, in h. l. (PL 191, 1578).
11 *Ordin.*, in h. l. (PL 113, 1085).

quia hoc frustra non fit quod certa necessitas cogit ». Cum ergo necessitas infirmorum exigat repetere sua in iudicio, si est ibi contentio, non est peccatum.

c. Hoc etiam ex ipsa littera potest extrahi, ut fiat [a] argumentum a contrario sensu. Si enim non est licitum contendere adversus hominem, *cum* ipse *nihil mali* fecerit, ergo a contrario sensu, licitum erit contendere adversus hominem, cum aliquid mali [b] fecerit; ergo cum abstulerit sua; ergo licitum est contendere in iudicio contra iniustum detentorem.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod verbum contentionis aliquando importat in se peccatum, sicut in illo verbo Gregorii super illud Prov. [1]: *Qui dimittit aquam, caput est iurgiorum;* dicitur enim in *Moralibus* [2]: « Aqua dimittitur, cum linguae fluxus in contentionem effrenatur; dimissor aquae *iurgiorum caput* [c] efficitur, quia per linguae incontinentiam origo discordiae propinatur ». Secundum hunc modum non est licitum contendere in iudicio nec sua repetere cum [d] contentione. Aliquando vero verbum contentionis non aliud dicit nisi controversiam motam, quae etiam aliquando fit ex debita causa, et secundum hoc, existente huiusmodi causa, licitum est contendere. Unde dicit Gregorius [3]: « Non solum cura esse debet ne nostra subtrahant, sed ne rapientes non sua semetipsos perdant ». Secundum autem quod contendere importat discordiam, quae [e] generativa est odii et scandali, non est licitum in iudicio contendere. Unde dicit [f] Haymo [4]: « Qui accusat, auctor est controversiae; discordia odium generat »; odium non est cum caritate [g]; caritas mater est [h] unitatis. Et dicit Gregorius [5]: « Dum pro terrena re [i] pax a corde cum proximo scinditur, apparet quod plus res quam proximus amatur ». Hoc ergo modo non est licitum repetere sua cum contentione.

QUAESTIO IV.

DE SCURRILITATE.

Consequenter dicendum est de peccatis oris quae sunt contra honestatem et utilitatem, quae sunt partes bonitatis. Contra honestatem vero est scurrilitas sive turpiloquium, contra utilitatem vero est vaniloquium cum multiloquio.

Dicendum est ergo primo de scurrilitate sive turpiloquio;
secundo, de multiloquio et vaniloquio.

Primo ergo quaeritur utrum scurrilitas semper sit peccatum;
secundo, utrum sit veniale [k] tantum an mortale;
tertio, utrum in praelato sit semper mortale peccatum;
quarto, de comparatione turpitudinis in sermone ad turpitudinem in opere;
quinto, utrum idem sint scurrilitas et stultiloquium [l] an aliquo modo differant.

CAPUT I. 422

UTRUM SCURRILITAS SIT SEMPER PECCATUM.

Circa primum sic: *a.* Hieronymus [6]: « Nihil sapientiae habet scurrilitas ». Sed [m] quod omnino caret sapientia, malum est; ergo scurrilitas malum est.

b. Item, ad Ephes. 5,3-4 dicitur: *Non nominetur in vobis, sicut decet* [n] *sanctos, aut turpitudo aut stultiloquium aut scurrilitas quae ad rem non pertinet* [o], id est « nullius est utilitatis », sicut dicit

---

[a] RLZ om. *u. f.*, in F est add. mg. [b] V *male.* [c] BT *capite.* [d] Z *a.* [e] T om. *d. q.* [f] R om. [g] V *causa caritatis* pro *c. c.*; T om. *odium.* [h] T add. *veritatis vel.* [i] Z *terrena* pro *p. t. r.* [k] V add. *peccatum;* FRLZ *aut* pro *an.* [l] BT *multiloquium;* V *aut* pro *an.* [m] V *secundum.* [n] RLZ *docet.* [o] R *pertinent.*

1 Cap. 17, 14.
2 Lib. V, c. 13 (PL 75, 695).
3 *Moral.*, XXXI, n. 22 (PL 76, 586).
4 *In I Cor. 6*, 7 (PL 117, 540).
5 *Moral.*, loc. cit., n. 23 (PL 76, 586).
6 *In Ephes.*, III, c. 5 (PL 26, 520).

Glossa[1]. Prohibetur ergo vel dissuadetur ibi; sed quod prohibetur vel dissuadetur est peccatum; ergo scurrilitas est peccatum.

Contra. 1. Hieronymus[2]: « Plerumque a sapiente profertur cum [a] quadam urbanitate ». Sed quod profertur cum urbanitate a sapiente non est peccatum; ergo scurrilitas non est peccatum.

[Solutio]: Ad quod dicendum [b] quod scurrilitas proprie dicta [c] est peccatum; sed aliquando accipitur pro urbanitate vel affabilitate sermonis, et hoc est improprie, et secundum hoc, si adsit debitus finis, ut ad conservationem amicitiae bonae vel ad removendam tristitiam saeculi vel acidiam — hoc autem est cum non est per verba turpia — non est peccatum; si enim fiat per verba turpia vel per verba nullius [d] utilitatis, sed tantum risum [e] provocantia inordinatum, peccatum est.

423

CAPUT II.

UTRUM SCURRILITAS SIT VENIALE PECCATUM TANTUM AN MORTALE.

Secundo quaeritur utrum [a] scurrilitas sit veniale peccatum tantum an [b] mortale.

Et [c] videtur quod mortale [d]. 2. Dicitur ad Ephes. 4, 29: *Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat.* Videtur esse prohibitio per antecedentia et subsequentia: loquitur enim prius de furto, quod prohibitum est; loquitur consequenter de contristatione Spiritus Sancti[3], *in quo signati estis*, quae sunt prohibita. Unde per [e] consequens videtur quod *sermo malus*, qui in medio ponitur, inter prohibita computetur; sed sermo scurrilitatis est *sermo malus;* ergo scurrilitas est de prohibitis; ergo est [f] peccatum mortale.

3. Item, Chrysostomus [g][4]: « Qui tantum praebes eis honorem, quos leges quidem [h], quae a Graecis scriptae sunt, infames esse volunt, si famulus aliquid [i] huiusmodi loquens fuerit, audiente te, decem millia accipiet flagella; et si filius et [k] si uxor hoc fecerit, vocas iniuriam; si autem homines et caupones vocaverint [l] te ad audiendum scurrilia, non solum non offenderis [m], sed laetaris et laudas ». Si ergo assueti in scurrilibus verbis infames sunt apud legem humanam, quanto magis apud legem divinam; si [n] etiam tantum flagellatur servus vel filius in iudicio humano, quanto magis in iudicio divino dignus est flagello; sed infamia [o] est pro peccato mortali, et flagellum in pluribus; ergo scurrilitas verborum est peccatum mortale.

4. Item, sic [p] se habent verba scurrilia, sicut [q] se habent sordes et lutum, sicut dicit Chrysostomus; sed ex sordibus et luto contrahitur immunditia, si proiciantur in aures carnis [r]; ergo scurrilia verba generant immunditiam, si perveniant ad auditum mentis. Unde Chrysostomus[5]: « Sicut sordes et lutum aures carnis, ita meretricalia cantica auditum mentis [s] immundum faciunt ». Sed maior immunditia debet esse in gignente quam in eo in quo gignitur; ergo in proferente scurrilia verba est mentis immunditia, et ita peccatum mortale.

5. Quod [t] etiam patet per hoc quod dicit in auctoritate Chrysostomus[6]: dicit enim quod abominabilia sunt haec cantica; abominatio autem est propter peccatum mortale.

6. Item, Chrysostomus[7]: « Sordes oris sunt maledictio, blasphemia, turpiloquium, scurrilitas. Si ergo conscientiam habes tui ipsius nihil horum loquentis neque illarum sordium, quae sunt in operibus, accede confidens. Si autem assumpsisti sordes has, quid inaniter [u] laboras? » Cum ergo orationem inanem non reddat ex parte loquentis nisi indignitas peccati mortalis, erit scurrilitas vel turpiloquium peccatum mortale.

Contra. *a.* Mendacium iocosum est veniale peccatum, et tamen est ibi recessus a veritate; deterior autem est recessus a veritate [v] verbi quam ab honestate; communicant autem in eo quod est iocosum; ergo minus malum est sermo scurrilitatis quam mendacium iocosum; sed mendacium iocosum est veniale peccatum; ergo scurrilitas sermonis est veniale peccatum [x].

b. Item, iocularitas est ad provocationem risus vel gaudii; sed risus et gaudium huiusmodi ex

---

[a] V om., R *quasi.* [b] BTFZ add. *est.* [c] R *dictum.* [d] R *illius*, quod L corr.; F om. *per.* [e] R *usum.*
[a] L om. [b] F *aut.* [c] V om. [d] Ut ex solutione ad obiecta patet, hic omissum videtur argumentum desumptum ex epistola ad Ephes. [e] FR om., in L est add. interl. [f] FRLZ om. [g] BTRZ om. [h] FRLZ *quid.* [i] FRZ *quid*, quod L corr. [k] FRLZ om. [l] Z *necaverint.* [m] RZ *ostenderis*, quod L corr. [n] RL *sed*, quod F corr., Z *licet;* R *flagellantur* pro *flagellatur*, quod FL corr. [o] R *infamis*, Z *infames*, quod FL corr. [p] B *sicut.* [q] B *sic;* T om. *se... sicut.* [r] Z *carnes*, quod FL corr. [s] Z *carnis.* [t] T om. [u] RL add. *iam*, quod F exp.; RZ om. *has*, in F est add. mg., in L add. interl. [v] T om. *deterior... veritate.* [x] V om. *ergo... peccatum.*

1 Lombardi, in h. l. (PL 192, 209).
2 Loc. cit.
3 Ephes. 4, 30.
4 *In Matth.*, hom. 37, n. 5 (PG 57, 425).
5 Loc. cit.
6 Loc. cit.
7 *In Matth.*, hom. 51, n. 4 (PG 58, 516).

quadam mentis levitate[a] procedunt et videntur venialia; ergo iocularitas sermonis erit[b] venialis; sed illa dicitur scurrilitas in Scriptura; ergo scurrilitas[c] est veniale peccatum.

c. Item, dicitur in Glossa[1] super illud ad[d] Col. 3, 8: *Nunc autem deponite et vos omnia, iram et indignationem, blasphemiam et turpem sermonem* etc.: « Post maiora prohibet minora »; et vocat maiora fornicationem, immunditiam, libidinem, quae prius[e] enumerata sunt, minora vero iram et[f] indignationem et turpem sermonem; haec autem minora videntur esse peccata venialia. Nam[g] ira et indignatio, sicut ibi accipiuntur, videntur esse venialia: dicit enim[h] iram « subitum animi motum », indignationem vero « motum subitum de alio sublimato ». Pari ergo ratione videtur turpis sermo ad venialia peccata[i] pertinere.

d. Item, Augustinus, in quodam *Canone*[2], ubi enumerat[k] peccata minuta, quae dicuntur venialia, enumerat maledictionem temeritatis vel facilitatis; sed sub maledictione temeritatis continetur scurrilitas sive turpiloquium; ergo scurrilitas est veniale peccatum.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod scurrilitas sermonis sive turpis sermo potest procedere ex quadam lubricitate[l] linguae et impetu irascibilis vel concupiscibilis et[m] obreptione rationis, vel potest procedere ex deliberatione rationis et mala consuetudine[n] linguae et perversa affectione sive maligna concupiscibilis vel irascibilis, et secundum hoc retorquebitur vel ad libidinem mortalem vel ad libidinem venialem tamquam ad radicem, et secundum hoc erit vel mortale peccatum vel veniale.

Ad obiecta autem respondendum. 1. Ad primum[o 3] quod, cum dicitur ad Ephes. 5, 4: *Scurrilitas non nominetur in vobis aut stultiloquium*, dicendum[p] quod aliud est esse stultiloquum[q] vel scurrilem in sermone et[r] aliud est esse nominatum huiusmodi. Cum enim nominatus est huiusmodi, notatur[a] infamia, quae surgit ex prava assuetudine: et hoc modo potest reduci ad mortale peccatum, cum[b] est ex praecedenti deliberatione. Unde in[c] *Canone*[4] dicitur: « Clericum scurrilem et verbis turpibus ioculatorem ab officio esse retrahendum[d] », ubi intelligitur poena per suspensionem ab officio, quae est pro mortali peccato.

2. Ad illud[e] vero quod dicitur ad Ephes. 4, 29: *Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat*[f], dicendum est quod aut sumitur sermo malus generaliter, et tunc est exhortatio, non prohibitio; et hoc videtur ex Glossa[5] quae dicit: « Multas partes veteris hominis enumerat, a quibus dehortatur », et secundum hoc non oportet, si extrema sint[g] mortalia, quod medium omnibus modis sit mortale. Si vero coarctetur ad sermonem malum, qui ex malignitate animi procedit ad destructionem fidei vel bonorum morum, secundum hoc potest esse mortale peccatum.

3. Ad tertium vero[h] dicendum quod infamia non tantum surgit ex genere mortalis peccati, sed ex assuetudine[i] venialium peccatorum, cum qua tamen assuefactione[k] potest esse contemptus[l], ex quo est peccatum mortale, sicut patet in ebrietate[m] et in verbositate.

4. Ad quartum dicendum quod immunditia potest surgere non tantum ex mortali peccato, immo ex veniali. Unde illa ratio non est[n] sufficiens ad adstruendum quod sit mortale peccatum, nisi intelligatur de immunditia secundum quam deformatur imago divina.

5. Ad quintum dicendum[o] quod, cum dicuntur huiusmodi cantica abominabilia, hoc intelligitur ratione illorum quae spectant ad mortale peccatum vel ratione damni quod elicitur ex illis.

6. Ad sextum vero dicendum[p] quod intelligit de peccatis oris quae sunt mortalia, ratione quorum opponitur nubes, ne transeat oratio per efficaciam ad Deum.

CAPUT III. 424

UTRUM SCURRILITAS IN PRAELATO SEMPER SIT MORTALE PECCATUM.

Tertio quaeritur **I.** utrum scurrilitas in praelato semper sit mortale peccatum.

Quod videtur, 1. per hoc quod dicit Bernardus[q 6]: « Consecrasti os tuum Evangelio; talibus

---

[a] L *benignitate.* [b] B *est.* [c] V om. *i. S. e. s.* [d] FRLZ om. [e] RZ *plus,* quod FL corr. [f] F om. [g] Z *non.* [h] R om.; T om. *subitum.* [i] R om. [k] V *narrat.* [l] RZ *subreptione,* quod FL corr. [m] Z om. [n] BT *assuetudine.* [o] Ita V, BT om. *a. p.,* alii *est* pro *a. p.* [p] Ita V, alii add. *est.* [q] Ita V, alii *stultiloquium;* T om. *dicendum... stultiloquum;* R *surrilis,* Z *scurrilitas* pro *scurrilem,* quod F corr. [r] RLZ add. *ad,* quod F exp.; BT om. *esse.*

[a] RZ *natura,* quod FL corr. [b] T om. [c] RZ om., in FL est add. interl. [d] RLZ *est retrahendus* pro *e. r.;* V *esset* pro *esse.* [e] V *id,* FRLZ *aliud.* [f] RLZ *procedet,* quod BF corr. [g] RL add. *corporalia vel,* quod F exp.; Z add. *corruptibilia vel.* [h] V om. [i] BT *assuescione.* [k] B *assuescione;* T om. *venialium... assuefactione.* [l] TFRLZ *contentus.* [m] Ita B, alii add. *et ebriositate.* [n] T om. [o] FRLZ om. [p] Ita V, B *est* pro *v. d.,* alii add. *est.* [q] R *hoc,* quod FL corr.

1 Lombardi, in h. l. (PL 192, 281).
2 Gratian., *Glossa* in *Decret.*, dist. 25, c. 3 (I, 93 sq.), et sumitur ex Pseudo-Augustino, *Sermo* 104, n. 3 (PL 39, 1947).
3 Hoc argum. deest in obiectionibus.
4 Dist. 46, c. 6 (I, 168).
5 Lombardi, *In Ephes. 5,* 25 (PL 192, 206).
6 *De consider.*, II, c. 13 (PL 182, 756).

iam aperire os[a] illicitum est, assuescere sacrilegium; *labia enim sacerdotis custodiunt scientiam, et legem ex ore eius requirunt*[1] ». Sic ergo est peccatum mortale turpiloquium vel sermo scurrilitatis in ore sacerdotis vel praelati.

2. Item[2], « fugienda est otiositas mater nugarum, noverca virtutum; nugae in ore sacerdotis sunt blasphemiae ».

3. Item, Chrysostomus[3]: « Equus regalis est lingua: si imposueris[b] frenum et docueris ambulare, cum bona compositione quiescet super eam et desuper sedebit rex; si autem infrenatam dimiseris ferri et saltari, diaboli fit ascensus[c] ». Cum ergo hoc fit[d] in turpiloquio praelati vel sacerdotis, erit mortale peccatum.

Contra. *a.* Ad nihil obligatur[e] praelatus ad quod non obligetur alius, praeter illud quod perfectio praelationis exigit; perfectio[f] autem praelationis est curam habere debitam ipsorum subditorum; de substantia autem huius non videtur esse abdicatio turpiloquii; non ergo ratione perfectionis officii tenetur ad abdicationem scurrilitatis vel turpiloquii.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod praelatus sive sacerdos, cum teneatur docere plebem dominicam verbo et exemplo, peccat mortaliter reddendo verbum scurrilitatis aut turpiloquii pro verbo doctrinae; et quia tenetur docere exemplo[g], si scandalizat vel pravum exemplum dat[h] turpiloquio, iterum peccat mortaliter. Si tamen ex[i] obreptione sive ex impraemeditatione verba[k] huiusmodi proferret, non creditur ex hoc peccare mortaliter. De quo dicitur in illa auctoritate[4]: « Talibus aperire os illicitum est », intelligitur de apertione per praemeditationem et deliberationem in iis in quibus tenetur docere et apud quos tenetur docere.

II. Gratia praecedentium quaeritur utrum peccent[l] praebentes aurem turpiloquio.

Quod videtur, per hoc quod dicitur ad Rom. 1, 32: *Non solum qui agunt, sed qui consentiunt, digni sunt morte.* Sed praebentes aurem turpiloquio, fovent peccatorem in peccato suo; ergo pro consentientibus reputantur; ergo *digni sunt morte.*

III. Quaeritur ergo si aequale sit peccatum.

Quod videtur, per simile. 1. Dicit enim Bernardus, *Ad Eugenium*[5]: « Detrahere aut[m] detrahentem audire, quid horum damnabilius sit, non[n] facile dixerim ». Ex quo accipitur quod quasi par damnatio est detractoris et auditoris, pari ratione dicentis turpiloquium et libenter audientis.

2. Quod etiam magnum sit peccatum, patet per hoc quod dicit Chrysostomus[6]: « Quando poteris effici studiosus, in talibus conversans[o] auditionibus? Quando sudores, qui sunt pro sobrietate, ferre sustinebis paulatim[p] subfusus a risu et[q] canticis et huiusmodi turpibus verbis? » Ex quo accipitur quod consuetudo audiendi turpiloquium libenter non stat cum virtute; ergo peccat mortaliter diligens auditor et frequens; videtur ergo[r] peccatum peccato parificari.

[Solutio]: Ad quod dicendum[s] quod duplex est auditio: una illorum qui sustentant turpiloquos et procurant ut fiant turpiloquia, et talium est maius peccatum quam turpiloquorum; auctores[t] enim sceleris magis sunt in culpa quam ministri[u]: ex maiori enim libidine peccant. Est autem alia auditio casualis; cum tamen offertur, placet, et ii minus creduntur peccare quam turpiloquium et scurrilitatem perpetrantes[v]. Talibus dicit Chrysostomus[7]: « Si vis ostendere nobis[x] manifeste quoniam non laetaris in turpia loquendo, neque audire sustine. Amabile enim est ab omnibus iis purgatam animam posse fieri honestam et sobriam, quanto minus talibus auditionibus nutritam! »

425

CAPUT IV.

DE COMPARATIONE TURPITUDINIS IN SERMONE AD TURPITUDINEM IN OPERE.

Quarto quaeritur de comparatione turpitudinis in sermone ad turpitudinem in opere.

Et videtur quod maior sit in opere. *a.* Turpitudo enim sermonis est gradus[y] per quem devenitur ad turpitudinem operis. Unde Seneca[8]: « Libentia verborum turpium impudicitiam nutrit »; et iterum[9]: « Turpia ne dixeris, transibit post in effectum, si inhonesta loquaris ». Cum ergo ulterior sit[z] gradus turpitudo operis turpitudine

[a] Ita B, T om., alii *autem aperire* pro *i. a. o.*; R *cum* pro *est.* [b] B *apposueris.* [c] RLT *assensus,* quod F corr. [d] RLZ *sit,* V om. *hoc.* [e] R *obligatus.* [f] V om. *p. e. p.* [g] R *ergo.* [h] VBL *det.* [i] V om. [k] RLZ *verbo;* V exp. *ex.* [l] R om., in FZ est add. mg. [m] RZ *autem,* quod F corr. [n] V *tantum.* [o] Ita BT, VZ *conversatis,* quod FL corr. [p] RZ *pallatim,* quod L corr. [q] R *a.* [r] V *autem.* [s] BTRLZ add. *est.* [t] BT *auditores.* [u] V add. *eorum.* [v] V add. *in.* [x] RZ *verbum,* quod FL corr. [y] Z *gaudium,* RLZ *quam* pro *quem,* quod F corr. [z] Z vacat *u. s.*

1 Malach. 2, 7.
2 Bernard., loc. cit.
3 *In Matth.*, hom. 51, n. 5 (PG 58, 516).
4 Cf. supra, p. 425, nota 6.
5 Loc. cit.
6 *In Matth.*, hom. 37, n. 5 (PG 57, 426).
7 Loc. cit.
8 Pseudo-Seneca, *De copia verborum* (inter opp. Martini Bracar., *Formula honestae vitae*, c. 3, PL 72, 25).
9 Pseudo-Seneca, *De moribus*, n. 120 (inter Publilii *Sentent.*, n. 123, ed. Woelfflin, p. 110).

sermonis, erit maius peccatum in opere quam in sermone.

b. Hoc etiam videtur ex verbis Socratis[1] dicentis: « Quae facere turpe est, haec nec[a] dicere honestum puta », quasi dicat: ex turpitudine operis quasi ex fonte redundat[b] turpitudo sermonis.

Contra. 1. Dicit Chrysostomus[c2]: « Multi horrent dicere vel[d] audire quae non horrent facere ». Si ergo horror maior attestatur maiori crimini[e], vel ubi est horror[f] ex una parte, est aggravatio criminis, erit maius crimen turpitudo sermonis quam turpitudo operis.

2. Praeterea, actus sermonis immediatius elicitur a ratione: est enim proprius eius actus; actus autem[g] operis mediante[h] alia potentia; cum ergo crimina vel peccata[i] ad rationem tamquam ad originem referantur, magis peccabit ratio in actu sermonis quam in actu operis, aliis paribus; ergo maius peccatum est turpitudo sermonis quam turpitudo operis.

[Solutio]: Ad quod dicendum[k] quod maius peccatum est turpitudo[l] operis quam sermonis relati ad illud opus.

[Ad obiecta]: 1. Ad primum autem obiectum[m] in contrarium, dicendum[n] quod ideo[o] dicitur horror[p] in dicendo vel in[q] audiendo suam turpitudinem maior quam in faciendo vel simpliciter, quia quae fiunt, aliquando in occulto fiunt, quae autem dicuntur vel audiuntur, alio consciente[r] vel aliis perpetrantur. Praeterea, non est hoc ex conditione actus in comparatione ad actum, sed ex mala conditione personae, quae vult latere delictum.

2. Ad aliud vero dicendum[s] quod, licet principalior sit actus[t] rationis loqui, tamen non in omni actu locutionis magis culpanda est quam in actu operationis mortalis, sed tunc tantum, cum[u] est in pessimo actu locutionis; pessimus autem actus est negare Deum corde et ore: unde in illo plus vituperatur, maxime cum ex[v] pervertitate cordis hoc facit, ad differentiam illorum qui ex timore et pusillanimitate.

CAPUT V. 426

UTRUM IDEM SINT SCURRILITAS ET STULTILOQUIUM.

Quinto quaeritur utrum idem sint scurrilitas et stultiloquium an[a] aliquo modo differant.

a. Si enim utrumque est contra honestatem, oportet quod addatur aliqua differentia, per quam distinguatur unum ab altero. Cum ergo scurrilitas sit per verba turpia, unde et turpiloquium dictum est, oportet quod stultiloquium addatur secundum differentiam verbi quae opponitur turpitudini.

Quod non, videtur. 1. Verbum enim turpe est verbum stultitiae; Glossa[3] etiam dicit ad Ephes. 5,4, quod stultiloquium dicitur quod fit « per verba blanda ». Sed verba scurrilitatis verba blanda sunt; ergo scurrilitas sub stultiloquio continetur[b].

[Solutio]: Ad quod dicendum[c] quod stultiloquium et scurrilitas, cum appropriantur, sic distinguuntur ut stultiloquium referatur ad indiscretionem[d] rationis, scurrilitas vero ad lasciviam affectionis; nihilominus tamen possunt concidere in idem vel[e] unum sub altero contineri.

[Ad obiecta]: 1. Quod autem dicitur in Glossa quod « stultiloquium est per verba blanda », hoc respicit ad finem, ut fiant placendi causa.

a. Ad illud autem quod[f] dicitur[4] 'scurrilitas non pertinere ad utilitatem, et ita dividere contra illam partem bonitatis quae est utilitas, non contra illam, quae est honestas': dicendum est quod per se est contra honestatem; contingit autem[g] aliquando esse contra utilitatem.

---

[a] FRZ *ne*, quod L corr.; Z (corr.) *honesta* pro *honestum*. [b] VR *redundatur*, quod L exp. [c] B *Hieronymus*. [d] Z *et*. [e] R om., in Z est add. mg. [f] R om. [g] Z *enim*. [h] FRLZ add. *aliqua*; VRLZ om. *cum*, in F est add. mg. [i] F *peccatum*. [k] FLZ add. *est*. [l] R om. *sermonis... turpitudo*. [m] Ita V, alii *obiectum autem* pro *p. a. o.* [n] Ita V, alii add. *est*. [o] V *non*. [p] R add. *est*. [q] VT om. [r] BT *consentiente*. [s] Ita FR, alii add. *est*; V om. *vero*. [t] FRZ *status*, quod L corr. [u] B om. [v] V *de*.
[a] T om. [b] R om. [c] Ita V, alii add. *est*. [d] RLZ *indiscrepationem*, quod F corr. [e] RZ add. *in*, quod FL exp. [f] Ita V, alii *quod autem*. [g] V om., R *tamen*.

1 Pseudo-Caecil. Balb., *Mon.*, I, 2 (inter Publilii *Sentent.*, ed. Woelfflin, p. 132, n. 320).
2 Cf. *In Matth.*, hom. 37, n. 5 (PG 57, 425sq.).
3 *Interlin.*, in h. l., ap. Lyran.; Lombardi, in h. l. (PL 192, 209).
4 Lombard., loc. cit.

QUAESTIO V.

DE MULTILOQUIO.

Consequenter dicendum est de multiloquio et vaniloquio, quae dicuntur esse contra utilitatem sermonis.

Primo ergo quaeritur utrum semper in multiloquio sit peccatum;
secundo, utrum sit tantum veniale an [a] etiam mortale;
tertio, de comparatione huius peccati ad alia peccata locutionis [b];
quarto, de effectu huius peccati;
quinto, de difficultate cavendi hoc peccatum.

427 CAPUT I.

UTRUM SEMPER IN MULTILOQUIO SIT PECCATUM.

Circa primum sic: *a.* Prov. 10, 19: *In multiloquio non deerit peccatum.* Item [c], Prov. 14, 23: *Ubi verba plurima, ibi frequenter egestas,* et dicit Glossa [1]: « Boni operis ». Sed ubi est defectus boni operis [d], est peccatum; ergo in multiloquio est peccatum.

b. Item, super illud Levit. 15, 2: *Vir, qui patitur fluxum seminis* [e], dicit Glossa [2]: « Immundus est qui hunc [f] fluxum patitur, quia in multiloquio inquinabitur ». Sed inquinatio, de qua loquitur hic, non est nisi per peccatum; ergo multiloquium est peccatum.

c. Item [g], super illud Psalmi [3]: *Vir linguosus non dirigetur* [h] etc., Glossa [4]: « Si quis vera dicat, sed praeter necessitatem, vir linguosus est [i] ».

Contra. 1. Multiloquium non dicit nisi multitudinem locutionis; multitudo autem locutionis non opponitur utilitati: in difficilibus enim multis sermonibus uti oportet ad evidentiam rei obscurae; ergo multiloquium de se non dicit peccatum.

[Solutio]: 1. Ad quod dicendum [k] quod multiloquium vocatur hic ubi est multitudo locutionis cum superfluitate vel praeter utilitatem aut [l] necessitatem, et secundum hoc in multiloquio est peccatum. Non autem [m] accipitur hic in sua generalitate, in qua potest et bene fieri et male.

428 CAPUT II.

UTRUM MULTILOQUIUM SIT TANTUM VENIALE AN ETIAM MORTALE.

Secundo quaeritur utrum multiloquium sit tantum veniale an [n] etiam mortale.

Et videtur quod sit veniale. *a.* Cum enim loquitur Augustinus [5] de minutis [o] peccatis, inter cetera ponit illud, « quotiens loquitur quis plus quam oportet ». Sed hoc est in multiloquio; ergo multiloquium est veniale peccatum.

b. Item, dicit Isidorus [6]: « Qui otiosa verba non reprimit, cito ad noxia [p] transit, et dum parva non cavemus, in magnis prolabimur ». Sed in multiloquio otiosa verba non reprimuntur; otiosa vero verba non reprimere est parva non cavere; hoc autem est veniale peccatum; ergo multiloquium est veniale peccatum.

c. Item [q], Eccli. 19, 1: *Qui spernit modica, paulatim decidet,* Interlinearis [7]: « Verbum otiosum, risum et huiusmodi ». Ergo multiloquium ad modica pertinet; ergo est veniale peccatum.

---

[a] FLZ *aut.* [b] Z om. [c] RZ om., in F est add. interl. [d] R *ibi,* FLZ om. [e] Ita V, alii *sanguinis.* [f] VRZ *habet,* BT om. [g] FLZ om. [h] FRLZ om. *n. d.*; V om. *Glossa.* [i] V add. *etc.* [k] Ita VR, alii add. *est.* [l] F *vel.* [m] T om.; LZ *hec* pro *hic.* [n] TFRL *aut.* [o] R *minimis.* [p] B *nova,* LZ *noxiam,* quod F corr. [q] RLZ om., in F est add. mg.

1 *Interlin.*, in h. l., ap. Lyran.
2 *Ordin.*, in h. l., ap. Lyran.
3 Psalm. 139, 12.
4 Lombardi, in h. l. (PL 191, 1232).
5 Pseudo-Augustin., *Sermo* 104, n. 3 (PL 39, 1946).
6 *Synonym.*, II, n. 46 (PL 83, 856).
7 In h. l., ap. Lyran.

Quod autem sit mortale peccatum, videtur, 1. per hoc quod dicitur super illud Psalmi[1]: *Vir linguosus non dirigetur* etc., ubi dicit Glossa[2]: « Quem delectat exire[a] foras, tumidus est; et quia[b] foris est quod amat, mittetur *in tenebras exteriores*[3] ». Sed poena tenebrarum exteriorum debetur peccato mortali; ergo linguositas est peccatum mortale; sed hoc idem est quod multiloquium; ergo multiloquium est peccatum mortale.

2. Item, Iob 11,2: *Numquid vir verbosus iustificabitur?* quasi dicat: non; ergo iustificatio et verbositas opponuntur; sed iustificatio non opponitur[c] nisi mortali peccato; ergo verbositas est mortale peccatum.

3. Item, Iac. 3,6, super illud: *Lingua nostra ignis est*, Glossa[4]: « Lingua[d] incontinens magnam materiam bonorum operum perire facit ». Sed non facit perire materiam bonorum operum[e] nisi mortale peccatum; ergo incontinentia linguae est mortale peccatum[f]; sed hoc est multiloquium principaliter; ergo multiloquium sive linguositas est mortale peccatum.

4. Item, dicit Gregorius[5]: « Qui linguam non refrenat, concordiam dissipat ». Sed dissipatio concordiae non fit nisi per actum mortalis peccati; ergo verbositas, in qua fit non[g] refrenatio linguae, est mortale peccatum.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod aliud est proprie multiloquium et verbositas sive linguositas. Nam verbositas sive linguositas sonat in contemptum[h] provenientem ex consuetudine superfluae et inordinatae locutionis; multiloquium vero non determinat tantum quantum linguositas, sed stat in genere. Et ideo, licet multiloquium sit aliquando veniale peccatum, nihilominus verbositas vel linguositas potest esse mortale peccatum.

[Ad obiecta]: Et per hoc possunt solvi ea quae obiecta sunt. *a-c.* Nam primae rationes loquuntur proprie de multiloquio prout est citra linguositatem sive verbositatem.

1-4. Rationes vero aliae, quae inductae[i] sunt in contrarium, loquuntur de verbositate vel linguositate in termino vel cum circumstantia aggravante.

CAPUT III.

DE COMPARATIONE MULTILOQUII AD ALIA PECCATA LOCUTIONIS.

ARTICULUS I. 429

Comparatio multiloquii ad stultitiam.

Tertio quaeritur de comparatione huius peccati ad alia peccata locutionis. Et fit primo comparatio verbositatis ad stultitiam. Quaeritur ergo quod illorum sit maius.

Videtur enim maius esse peccatum verbositatis[k], *a.* per hoc quod dicitur Prov.[l] 26,12, super illud: *Vidisti hominem sapientem sibi videri* etc.[m], Glossa[6]: « Grave[n] est vitium stultitiae, sed non levius verbositatis[o] », et minus dicit et[p] plus significat, scilicet gravius. Ergo peccatum verbositatis est gravius peccato stultitiae.

Contra. 1. Peccatum verbositatis offendit in multitudine sermonis, et ita peccat in quantitate, peccatum vero stultitiae peccat in qualitate[q]; deterior autem[r] est defectus qualitatis debitae quam quantitatis; ergo gravius est peccatum stultitiae quam verbositatis.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod peccato[s] verbositatis non intelligitur quodcumque multiloquium, sed illud quo aliquis iactat se, cum[t] sibi videatur sapiens, nec vult recipere alterius admonitionem. Stultitia vero dicitur peccatum, cum aliquis verba fatua dicit et tamen[u] verba correctionis accipit[v]. Unde Glossa[7]: « Saepe contingit ut idiota aliquis citius[x] verba correctionis accipiat[y] quam qui sua, quae novit vel nosse putat, magis[z] iactat quam aliorum monita audiat ». Si vero multiloquium tantum peccaret in quantitate et non in qualitate, minus posset dici peccatum peccato stultitiae.

---

[a] Z *ire*; R *timidus* pro *tumidus*, quod F corr. [b] L om. [c] Ita R, VLZ om. *iustificatio*, alii *non opponuntur* pro *i. n. o.*; B *nisi pro* pro *nisi*. [d] V om. *i. e. G. l.* [e] B om. *perire... operum*. [f] L *primum*. [g] T om. [h] FRLZ *contentum*; LZ *sociat* pro *sonat*. [i] Ita V, alii *ducte*. [k] V *verbositas*. [l] RZ om., in FL est add. interl. [m] V *ibi*. [n] F add. *genere quod*, Z add. *ergo*. [o] V *verbositates*. [p] RZ *quod*, quod FL corr. [q] R *quantitate*. [r] B add. *pars*. [s] BT *peccatum*, quod F corr. [t] FRLZ *quod*, F in mg. *vel cum*; VR *videtur* pro *videatur*. [u] R *tantum*, quod FL corr.; Z *recipit* pro *e. t.* [v] T om. [x] R om. [y] V *accipit*. [z] B om.

1 Psalm. 139, 12.
2 Lombardi, in h. l. (PL 191, 1232).
3 Matth. 8, 12.
4 *Ordin., In Iac. 3*, 5 (PL 114, 676).
5 *Moral.*, VII, c. 17, n. 57 (PL 75, 800).
6 *Ordin., In Prov. 29*, 20 (PL 113, 1112).
7 *Ordin.*, loc. cit.

430 ARTICULUS II.

De comparatione multiloquii ad vaniloquium.

Item, quaeritur de comparatione multiloquii ad vaniloquium, quod illorum dicatur maius peccatum.

Et videtur quod vaniloquium [a]. *a.* Vaniloquium enim privat finem debitum locutionis.

b. Praeterea, dicit Isidorus [1]: « Sermo vanus vanae conscientiae est index [b] ».

c. Praeterea, dicit Gregorius [2]: « Dum otiosa verba cavere negligimus, ad noxia pervenimus, ut postmodum detractionibus inhiemus ». Sed haec sequela vaniloquii est gravissima et aliae circumstantiae praedictae; ergo peccatum vaniloquii maius est peccato [c] multiloquii: in multiloquio enim peccatum est ex defectu modi, defectus autem modi minor est quam defectus finis.

Contra. 1. Multiloquii sive loquacitatis positae sunt conditiones supra graviores [3], ut quod *non dirigetur, non iustificabitur vir verbosus* [4]. Praeterea, Gregorius [5] dicit: « Valde difficile est ut qui multa loquitur, non mentiatur ». Hae autem conditiones sunt graviores praedictis de vaniloquio; ergo multiloquium est gravius peccatum vaniloquio.

[Solutio]: Ad quod dicendum [d] quod, si in se considerentur sine conditionibus aggravantibus, maius malum est vaniloquium quam multiloquium: ponit enim defectum maioris boni. Si vero attendantur [e] secundum conditiones adiunctas aggravantes, possunt esse excedentia et excessa. Nam circumstantia aliqua potest esse aggravans ex parte multiloquii [f], utpote quod admisceat falsitatem vel [g] quod perveniat ad contemptum ex consuetudine, et secundum hoc multiloquium posset [h] esse gravius aliquando [i] vaniloquio. Hae [k] tamen conditiones possunt etiam inesse [l] vaniloquio, et tunc quoad hoc non diceretur unum maius altero.

431 CAPUT IV.

DE EFFECTU MULTILOQUII.

Quarto quaeritur de effectu huius peccati.

Dicitur enim unus effectus [m] immunditia, Num. 19, 15: *Vas, quod non habuerit operculum desuper, immundum erit,* Gregorius [6]: « Tegmen [n] operculi vel ligatura est censura disciplinae, qua quicumque [o] non premitur, quasi vas pollutum immundumque reprobatur ». Hoc autem est in multiloquio; multiloquium ergo polluit. — Item, alius effectus est amissio intimae considerationis. Unde Gregorius [7]: « Quia per multiloquium exterius se sparsit [p], vim intimae considerationis amittit ». — Tertius effectus est ad deteriora descensus sive crementum in peccato. Unde dicit Gregorius [8]: « Isti sunt casus culpae crescentis, ut lingua, cum non restringitur, nequaquam ubi ceciderit iaceat, sed semper ad deteriora descendat ».

Cum ergo ii sint effectus cum illo qui dicitur Prov. 14, 23: *Ubi verba plurima, ibi frequenter egestas* — unde dicit Gregorius [9]: « Cum multiplicitas in sermone deprehenditur, procul dubio intelligentiae gravitas in sensu denegatur » — potest quaeri qualiter differant ii quatuor effectus.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod ii effectus sunt ordinati et sic distincti: ut pollutio respiciat voluntatem, progressus autem ad deteriora similiter respiciat voluntatem; sed pollutio attenditur [q] quantum ad actum in se ipso, quantum autem ad actum peccati multiplicatum attenditur ad deteriora descensus. Alii vero duo effectus respiciunt rationem: ex parte rei consideratae amissio gravitatis in sensu; ex parte vero virtutis considerantis amissio custodiae mentis sive amissio [r] intimae considerationis. Sic ergo quatuor praedicti effectus [s] possunt distingui. Ordinari autem contingit, ut duo, qui spectant ad rationem, praeponantur; duo vero, qui [t] spectant ad voluntatem, consequenter ordinentur.

---

[a] V *multiloquium.* [b] BTFL *iudex.* [c] T *quam peccatum.* [d] FRLZ add. *est;* Z *consideretur* pro *considerentur.* [e] Z *attendatur.* [f] V *vaniloquil.* [g] V om. [h] Z *potest.* [i] Z *alii.* [k] V *hec etiam.* [l] V *esse;* RLZ om. *etiam,* in F est add. mg. [m] B om. *u. e.* [n] VBT *tegimen,* Z *tegemen.* [o] Ita V, alii *quisquis;* LZ *primitur* pro *premitur.* [p] V *spargit,* B *spersit;* RZ om. *vim,* in FL est add. mg. [q] L *attendatur,* quod F corr. [r] V om. *c. m. s. a.* [s] V *defectus.* [t] V *que.*

1 *Synonym.*, II, n. 45 (PL 83, 856).
2 *Moral.*, VII, c. 17, n. 57 (PL 75, 800).
3 Cf. supra num. 427.
4 Psalm. 139, 12.
5 *In Ezech.*, I, hom. 12, n. 27 (PL 76, 931).
6 *Moral.*, XXIII, c. 10, n. 17 (PL 76, 261).
7 *Moral.*, VII, c. 17, n. 59 (PL 75, 800).
8 *Moral.*, XVI, c. 4, n. 4 (PL 75, 1122).
9 *Moral.*, VIII, c. 35, n. 58 (PL 75, 837).

CAPUT V. 432

DE DIFFICULTATE CAVENDI MULTILOQUIUM.

Quinto quaeritur de difficultate cavendi hoc peccatum.

Videtur enim quod de difficili [a] **possit perfectus vitare.** 1. Iac. 3, 6: *Lingua* nostra *ignis est,* Glossa [1]: « Cum fere sit impossibile vitari peccatum, etiam a perfectis, non quivis debet appetere magisterium ».

2. Item: *Si quis non offendit verbo, hic perfectus est,* sicut habetur in Canonica Iacobi [2].

3. Similiter, Eccli. 14, 1: *Beatus est, qui non est lapsus verbo ex ore suo.* Perfectorum ergo est cavere praedictum peccatum, cum difficultate tamen, et ita videtur quod non sit imperfectorum, cum hoc tantum perfectis tribuatur.

Sed contrarium videtur, *a.* per hoc quod dicitur in Glossa [3] ibidem. Dicitur enim super [b] Iac. 3, 2: *Si quis non offendit in verbo* etc.: « Cuius offensionem humana potest vitare fragilitas, ut est verbum doli, detractionis, iactantiae, sed et otiosae superfluae locutionis ». Sed quod potest vitare humana fragilitas, ab imperfectis potest vitari; ergo multiloquium sive vaniloquium ab imperfectis vitari potest.

[Solutio]: 1-3. Ad quod dicendum [c] quod, cum loquitur de humana fragilitate, quae potest vitare huiusmodi peccata, hoc dicitur ad differentiam primorum motuum, quos humana non potest vitare fragilitas. Sed humana fragilitas duos habet status: in imperfectis et perfectis. In imperfectis est possibilitas vitandi, sed illa [d] possibilitas non est disposita ad vitandum, sed magis prona est ad non vitandum. In perfectis vero est possibilitas disposita, sed, quia non est usquequaque completa, ideo dicitur « difficile est vitare perfectis ». Cum autem potentia est completa ex speciali gratia, tunc dicitur beatus vel perfectus perfectione sufficienti, sicut in Iac. 3, 2: *Si quis non offendit* [e] *verbo, hic perfectus est.*

QUAESTIO VI.

DE IACTANTIA.

Dictis peccatis, quae sunt contra honestatem sermonis et utilitatem [f] et ita contra bonitatem, dicendum est de iis quae sunt contra rectitudinem. Contra rectitudinem autem peccatur in laude vel [g] vituperio; in laude, sicut est [h] in adulatione aut iactantia; in vituperio, sicut est in [i] blasphemia aut detractione et quibusdam aliis. In laude vero peccatur dupliciter: vel propria vel aliena; in propria dicitur peccatum iactantia, in aliena vero dicitur adulatio.

Dicendum est [k] primo de iactantia. Est autem iactantia propriae laudis ostentatio, cum non subsit veritas, et haec [l] alio nomine dicitur arrogantia, cum sibi attribuit quod non habet. Aliquando tamen [m] iactantia extenditur, ut dicatur [n] ostentatio vana propriae laudis, etiam cum subest veritas, sicut dicit B. Gregorius [4]: *Si accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis?* Tamen et hic [o] posset dici iactantia sive gloriatio de eo quod non est: licet enim bonum habeat, tamen non a se habet. Similiter accipitur Prov. 1, 5, super illud: *Audiens sapiens* [p] *sapientior erit,* Glossa [5]: « Nemo iactet se de sua scientia ».

Primo ergo quaeritur [q] utrum iactantia sit veniale peccatum an mortale;
secundo, sub quo capitali peccato contineatur;
tertio, utrum perfectorum tantum sit vitare iactantiam sive ostentationem;
quarto, de comparatione huius peccati ad peccatum cupiditatis.

---

[a] B *facili.* [b] R add. *illud.* [c] Ita V, alii add. *est.* [d] Z om. [e] V *offenderit.* [f] BT *utilitatis.* [g] V add. *in.* [h] R om., in Z est add. mg. [i] Ita V, alii om. [k] B add. *ergo.* [l] RLZ *hoc.* [m] T om. [n] Ita L (mg.), alii om. *u. d.* [o] Z *hoc.* [p] Z om. [q] Ita V, BT *potest etiam queri,* FRLZ *potest ergo queri* pro *P. e. q.*

1 *Ordin., In Iac. 3,* 5 (PL 114, 676).
2 Cap. 3, 2.
3 *Ordin.,* in h. l. (PL 114, 675).
4 I Cor. 4, 7; cf. *Moral.,* XXIII, c. 6 (PL 76, 258).
5 *Ordin.,* in h. l. (PL 113, 1081).

433

CAPUT I.

UTRUM IACTANTIA SIT VENIALE PECCATUM AN MORTALE.

Ad primum sic: videtur quod sit veniale peccatum.

1. Dicitur enim Iob 15, 17, super illud: *Ostendam tibi*, Glossa[1]: « Proprium est arrogantis, ut cum rectum etiam parum senserit, inde elevetur ». Sed elevari de scientia vel de sensu aliquantulum non semper est mortale peccatum; ergo iactantia aliquando non est mortale peccatum.

2. Praeterea, potest aliquis ostendere laudem suam et non peccare, sicut faciebat Apostolus, II ad Cor. 10, 13: *Nos non in*[a] *immensum gloriabimur;* et 11, 5: *Existimo*[b] *me nihil minus fecisse a magnis apostolis.* Cum ergo veniale peccatum minus elongetur a recto quam mortale, potest aliquis laudem suam ostentare venialiter.

3. Hoc etiam videtur ex comparatione ad vanam gloriam, cuius gratia agitur iactantia. Vana[c] enim gloria aliquando est mortalis, aliquando venialis; ergo iactantia, quae ad illam ordinatur, aliquando erit[d] venialis.

Quod autem sit peccatum mortale, videtur, *a.* per hoc quod dicitur Eccli. 6, 2, super illud: *Non te extollas in cogitatione*, Interlinearis[2]: « Iactantiam et superbiam prohibet ». Ergo iactantia est mortale peccatum.

b. Item, super illud I ad Cor. 4, 7: *Quid habes quod non accepisti?* Glossa[3]: « Sciendum est neminem posse discerni ab illa perditionis massa, nisi qui hoc bonum habet ut credat quod quid quid boni[e] habet, gratia Salvatoris accepit ». E post sequitur[4]: « Aliud genus arrogantiae hi amovere conatur ». Ergo non discernitur a massa perditionis qui habet hoc genus arrogantiae ergo arrogantia est peccatum mortale.

c. Item, super illud Iob 35, 3: *Dixisti enim: non tibi placet,* Glossa[5]: « Arrogantes, cum non possunt reprehendere iuste quae sunt, reprehendunt mentiendo quae non sunt ». Sed hoc es peccatum mortale; ergo arrogantia est peccatum mortale.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod iactantia sub generali nomine potest esse veniale vel mortale. Veniale, cum ostentat[f] se de eo quod habet leviter, sine alterius depressione; cum autem ostentatio ista[g] pervenit ad hoc ut sua laus praeponatur laudi divinae, est mortale peccatum. Si vero ostentat se de eo[h] bono quod non habet, si[i] hoc fuerit ex surreptione mentis, adhuc est veniale; si vero ex[k] deliberatione rationis sufficienti praehabita, videtur esse mortale vel s hoc est cum intentione deprimendi alium iniuste.

[Ad obiecta]: Ex iis patet qualiter respondendum est ad praeobiecta. Quaedam enim rationes concludunt iactantiam esse mortale peccatum cum est sub quibusdam determinatis circumstantiis; quaedam vero esse veniale peccatum, cum est praeter illas circumstantias.

434

CAPUT II.

SUB QUO CAPITALI PECCATO CONTINEATUR IACTANTIA.

Secundo quaeritur sub quo capitali peccato contineatur iactantia.

Et videtur quod sub superbia, *a.* per hoc quod dicit Gregorius, Iob 32, 8, in principio, in Glossa[6], ubi enumerantur species superbiae sive tumoris. Ponit enim unam speciem « cum se iactant arrogantes habere quod non habent »; per quod accipitur quod ad superbiam reducitur.

b. Hoc etiam ex[l] verbis Gregorii[7] accipitur cum dicit quod « proprium est arrogantis ut, cum rectum[m] parum senserit, inde elevetur ». Et similiter dicitur Eccli. 6, 2: *Non te extollas in cogitationibus tuis velut taurus,* ubi dicitur[8] prohiberi

---

[a] Ita TL (interl.), alii om.; BT om. *nos.* [b] FRL *estimo.* [c] V *una.* [d] F *est.* [e] Z *bonum;* V om. *quod.* [f] Codd. *ostendit* [g] VZ *ita,* RL *illa.* [h] V *alio* pro *d. e.* [i] R add. *vero.* [k] T *de,* quod B corr. [l] Z add. *illis.* [m] V add. *peragere.*

1 *Ordin.*, in h. l., ap. Lyran., ex Gregorio M., *Moral.*, XII, c. 35 (PL 75, 1005).
2 In h. l., ap. Lyran.
3 Lombardi, in h. l. (PL 191, 1567).
4 Loc. cit.
5 *Ordin.*, in h. l., ap. Lyran., ex Gregorio M., *Moral.*, XXVI, c. 11 (PL 76, 357).
6 *Ordin.*, in h. l., ap. Lyran., ex Gregorio M., *Moral.*, XXIII, c. 6 (PL 76, 259).
7 Cf. supra, nota 1.
8 *Glossa interlin.*, in h. l., ap. Lyran.

iactantia. Ex quo patet quod iactantia [a] ad elationem et ita ad superbiam immediate reducitur.

c. Similiter habetur hoc per verbum Ambrosii[1] super illud Luc. 4,9: *Statuit eum super pinnaculum templi:* « Ita est iactantia, ut, dum putat unusquisque ad altiora conscendere [b], sublimium usurpatione ad inferiora trudatur [c] ».

Sed videtur quod ad inanem gloriam pertineat, 1. per hoc quod dicit Gregorius[2]: « Arrogans, qui mala defendit, in bonis humiliter ambigit, quia favorem quaerit ». Sed quaerere favorem est inanis gloriae; ergo iactantia pertinet ad inanem gloriam: arrogans enim est qui sibi attribuit quod [d] non habet.

2. Item, super illud Iob 33,2: *Loquetur lingua mea* etc., Glossa[3]: « Arrogantes saepe [e] se fugere arrogantiam simulant, et private singulis quasi latenter loquuntur, ut sicut de sensu, ita de contemptu arrogantiae glorientur ». Gloriari autem [f] vane est inanis gloriae; ergo pertinet ad vanam gloriam.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod iactantia potest esse de potentia, sicut legitur Esther 1,4, cum dicitur: *Ut ostenderet divitias gloriae regni sui et magnitudinem atque iactantiam potentiae suae;* et Ierem. 48,30: *Ego scio, ait Dominus, iactantiam eius, et quod non sit iuxta eam virtus eius.* Cum ergo sic est, ratione materiae et ratione formae pertinet ad superbiam immediate, et secundum hoc dicit Gregorius[4] quod iactantia est species tumoris [g], id est superbiae. — Alio vero modo est iactantia de scientia vel de aliis huiusmodi bonis, secundum quod dicit Bernardus, *De gradibus humilitatis*[5]: « Quaerit licentiam ut ad fabulas convertatur [h][6] praeter horam, non ut quempiam aedificet, sed ut scientiam iactet ». Et secundum hoc potest intentio esse ut sciatur se scire vel ut laudetur, et sic erit inanis gloriae; vel ut per hoc praeemineat aliis, et tunc reducetur ad superbiam. Beatus vero Gregorius[7], cum loquitur de iactantia, quod est filia inanis gloriae, inanis vero gloria nascitur de superbia, vult eam reducere ad utrumque: ad superbiam scilicet mediante inani gloria.

CAPUT III. 435

UTRUM PERFECTORUM TANTUM SIT VITARE IACTANTIAM.

Tertio quaeritur utrum perfectorum tantum sit vitare iactantiam sive ostentationem.

Quod videtur, 1. Dicit enim Gregorius[8]: « Valde perfectorum est sic, ostenso [i] opere, Auctoris gloriam quaerere, ut [k] de illata laude privata nesciant exultatione gaudere ». Ex quo accipitur quod perfectorum est tantum vitare ostentationem sive boni operis iactantiam.

2. Item, infirmi quique per despectum mentis laudem non superant, et ideo necesse est ut bonum, quod operantur, abscondant. Ex quo patet quod non est infirmorum motum iactantiae omnino declinare.

Contra. *a.* Omnibus prohibetur motus iactantiae; nullus autem tenetur vitare quod nullatenus potest vitari [l]: sic enim teneretur ad impossibile; ergo omnes possunt vitare motum iactantiae.

b. Item, iactantia fit mediante sermone ampulloso; sed omnes possunt vitare sermonem ampullosum; ergo omnes possunt vitare iactantiam.

[Solutio]: 1-2. Ad quod dicendum, quod illa auctoritas Gregorii intelligitur de motu inanis gloriae, qui de facili sequitur ex operis ostensione [m]. Licet ergo omnes possint declinare operis ostentationem per sermonem, cum tamen est ostensio operis per sermonem, non est quorumlibet, sed perfectorum, motum inanis gloriae declinare. Unde super illud I ad Thess. 2,4: *Non quasi placentes hominibus, sed Deo,* Glossa[9]: « Etsi cuiquam facile est [n] laudem non cupere, dum negatur, difficile tamen est ea non delectari, cum offertur ». Et ideo dicit Gregorius[10]: « Occultentur opera studio, necessitate publicentur, ut eorum occultatio sit custodia propria, eorum publicatio sit utilitas aliena ». Sic ergo patet quod omnes possunt et tenentur vitare motum iactantiae, cum est mortalis; nec necessitatem habent ad motum iactantiae [o] venialis, licet aliqua pronitas sit concupiscentiae ad sermonis ostentationem.

---

[a] V add. *pertinet.* [b] V *ascendere.* [c] V *trahatur.* [d] B *que.* [e] T om. [f] R *gloriantur* pro *g. a.* [g] BZ *timoris;* V *et* pro *id est.* [h] V *convertantur;* B om. *ad.* [i] V *ostensam,* Z *ostensa.* [k] R *nec,* quod L corr. [l] TFRLZ *vitare.* [m] V *ostentatione.* [n] FRLZ om. [o] R om. *cum... iactantiae.*

1 In h. l. (PL 15, 1618).
2 *Moral.,* XXVI, c. 1 (PL 76, 348sq.).
3 *Ordin.,* in h. l., ap. Lyran., ex Gregorio M., *Moral.,* XXIII, c. 13, n. 26 (PL 76, 266).
4 *Moral.,* XXIII, c. 6 (PL 76, 258).
5 *De grad. superb.,* c. 13 (PL 182, 964).
6 Cf. II Tim. 4, 4.
7 Cf. *Moral.,* XXIII, c. 6 (PL 76, 258).
8 *Moral.,* VIII, c. 48, n. 84 (PL 75, 853), ubi et arg. seq.
9 Lombardi, in h. l. (PL 192, 293), ex Augustino, *Epist.* 22, n. 8 (PL 33, 93).
10 *Moral.,* XIX, c. 23, n. 36 (PL 76, 120).

436

CAPUT IV.

DE COMPARATIONE PECCATI IACTANTIAE AD PECCATUM CUPIDITATIS ET MENDACII.

Quarto quaeritur I. de comparatione huius peccati ad peccatum cupiditatis.

Videtur enim quod pronior sit natura corrupta ad peccatum cupiditatis quam ad peccatum [a] **iactantiae.** *a.* Cum enim homo peccator portet imaginem terreni [1], terreni autem hominis est maxime terrena quaerere, cupiditatis autem est proprie terrena quaerere, ut aurum, argentum et lapides pretiosos, ergo peccator maxime inclinatur ad peccatum cupiditatis; ergo magis quam [b] ad peccatum iactantiae vel arrogantiae.

Contra. 1. Dicit Hieronymus [2], super illud Prov. 16, 14: *Indignatio regis nuntii mortis* etc. [c]: « Difficilius arrogantia quam auro caremus et gemmis », id est cupiditate auri et gemmarum.

2. Praeterea, magis adhaeret animae rationali appetitus gloriae quam appetitus pecuniae; ergo difficilius vitatur peccatum iactantiae, quod ordinatur ad gloriam apparentem, quam peccatum cupiditatis, per quod ordinatur homo ad divitias seu pecuniam.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod homo compositus est ex parte animae quoad naturam spiritualem et animalem. Quantum est ex parte animalis naturae, secundum quam [d] ordinatur ad corpus, plus inclinatur ad peccatum cupiditatis; quantum autem est [e] ex parte naturae spiritualis, quae in se defectibilis [f] est, plus inclinatur ad arrogantiam et vanam gloriam. Unde in hac parte tentavit etiam Dominum post tentationem gulae et avaritiae. Unde in Glossa [3] habetur [g] Luc. 4, 9: « Quem nec gula nec avaritia vicit, tentat vana gloria, si forte illum ipsa [h] victoriae suae iactantia vincere valeat ». Huius etiam signum est in viris religiosis, qui per paupertatem spiritus abdicaverunt bona terrena, adhuc tentantur de vana gloria et scientiae iactantia. Posset tamen illud Hieronymi intelligi de ipsa carentia auri et gemmarum, non [i] de carentia cupiditatis. Multi enim carent auro et gemmis, qui non carent cupiditate, sicut illi de quibus dicit Apostolus, I ad Tim. ultimo, 9.

II. Quaeritur etiam de comparatione iactantiae ad peccatum mendacii, utrum scilicet iactantia sit mendacium.

Quod videtur. 1. Iactantia enim est ostentatio per sermonem boni quod non est, ut esse videatur; sed ostentatio boni quod non est, sermone, est mendacium; ergo iactantia est mendacium.

Contra. *a.* Mendacium est contra veritatem sermonis, iactantia contra rectitudinem, quae est in ordinatione ad alterum; ergo iactantia non est mendacium.

b. Praeterea, mendacium est « falsa vocis significatio cum intentione fallendi [4] », iactantia vero ut videatur sapiens vel bonus vel ut laudetur; ergo diversa est intentio huius peccati et illius; ergo diversum est peccatum.

[Solutio]: 1. Ad quod dicendum est quod, licet unum peccatum posset esse cum altero, cum utrobique est « falsa vocis significatio », differunt tamen intentiones. Intentio enim mendacii est ut credatur id quod non est et terminatur in cognitiva speculativa; intentio vero iactantiae est propter aliquid [k] in affectiva, licet aliquid [l] ibi credatur quod non est.

---

[a] V om. *c. q. a. p.* [b] RL *quantum*, quod F corr. [c] V add. *item.* [d] L *quem*, quod F corr.; R *quantam* pro *s. q.* [e] Ita BT, alii om. [f] L (corr.) *indefectibilis.* [g] V om. [h] V *quem.* [i] V *nec.* [k] V om. *p. a.* [l] V *aut ut* pro *l. a.*; Z *enim.*

1 Cf. I Cor. 14, 49.
2 *Epist.* 77, n. 2 (PL 22, 691).
3 *Ordin.*, in h. l. (PL 114, 254).
4 Augustin., *Contra mendac.*, c. 12, n. 26 (PL 40, 537).

QUAESTIO VII.

DE ADULATIONE.

Consequenter dicendum est de adulatione. Sicut enim in iactantia quaeritur laus propria [1], ita in adulatione quaeritur laus aliena sive ostenditur.

Primo ergo considerandum est [a] quid est [b] adulatio et quae differentiae eius [c];
secundo, utrum sit peccatum veniale vel [d] semper mortale;
tertio, de gravitate huius peccati;
quarto, de comparatione huius peccati ad alia;
quinto [e], utrum adulator teneatur resignare beneficium quod adulatione impetravit;
sexto, si plus noceat sibi adulator quam alii vel e converso;
septimo, de sequela huius peccati;
octavo, de remedio huius [f] peccati.

CAPUT I.

QUID SIT ADULATIO ET QUAE DIFFERENTIAE EIUS.

ARTICULUS I. 437

Quid sit adulatio [2].

Ad primum sic: Describitur adulatio sic [g]: Adulatio est peccatum ex [h] sermone vanae laudis alicui exhibito intentione placendi.

Sed videtur quod haec definitio quantum ad hoc genus peccati non sit sufficiens. 1. Potest enim contingere quod aliquis laudat aliquem in eo in quo laudandus est et quo modo laudandus est [i], sed non propter Deum principaliter, sed causa placendi sibi, tunc non est sermo vanae laudis: vanum [k] enim est quod non habet rem quam indicat [l] [3]; ergo non est adulatio secundum praedictam rationem; et est tamen peccatum huius generis; ergo non sufficienter definitur adulatio modo praedicto.

2. Praeterea, sicut extollitur bonum alicuius, ita tegitur alicuius malum, et utrumque fit causa placendi: unde videtur esse adulatio; non autem convenit ei praedicta definitio; ergo non est sufficiens.

[Solutio]: 1. Ad quod dicendum [m] quod illud peccatum [n], de quo primo obiectum est, est adulatio. Distinguendum autem est quod sermo vanae laudis dicitur dupliciter. Vana [o] enim laus est, cum laudatur quod non est laudandum aut plus quam laudandum est, et haec vanitas est ex parte materiae. Est iterum vana laus, cum non fit eo fine quo debet fieri [p], hoc est propter Deum, et hoc modo potest fieri causa placendi homini qui laudatur, et sic iterum dicitur vana laus. Hoc ultimo modo dicitur convenire definitio illi peccato.

2. Ad secundum vero [q] dicendum quod tegere peccatum alterius, licet non sit directe sermo vanae laudis, est tamen indirecte. Dico autem 'tegere', cum dicitur [r] quod non fecit illud malum. Sicut enim duae sunt partes iustitiae 'facere bonum et non facere malum sive declinare a malo [s]', sic duae partes sunt vanae laudis: dicendo quod fecit [t] bonum, quod non ab ipso factum est, vel plus quam fecit, et dicendo quod non fecit malum vel non ita malum sicut dicitur, et hoc modo reducetur ad adulationem. Si tamen excusatio sit peccati per se, sub illo non [u] posset contineri: est enim excusatio proprii peccati vel alieni.

---

[a] B om. [b] F *sit.* [c] B om. [d] R *an.* [e] BT add. *queritur.* [f] Ita R, alii om. [g] V om. *d. a. s.* [h] V *de.* [i] VBT om. *e. q. m. l. e.* [k] V *vane.* [l] Ita VL (corr.), alii *induat.* [m] Ita V, alii add. *est.* [n] V add. *predictum.* [o] VBT *una.* [p] BT add. *et.* [q] FRL om. [r] V *dicendo* pro *c. d.*, quod Z corr. [s] T add. *et.* [t] V *facit.* [u] Ita Z (interl.), alii om.

[1] Cf. *supra*, p. 431.
[2] Cf. Ioan. de Rupella, *Summa de vitiis* (fol. 17c).
[3] Cf. Augustin., *Enarr. in Psalm. 118*, sermo 12, n. 1 (PL 37, 1531).

Praeterea, potest adhuc obici de definitione illa [a]: potest enim aliquis vane laudare aliquem, non [b] causa placendi sibi, sed causa lucri temporalis [c]. Constat quod est adulatio, nec tamen ei convenit praedicta definitio [d]. — Ad quod dicendum [e] quod intentio placendi est proximus finis, quidquid aliud intendatur. Si enim intendatur lucrum temporale, hoc est mediante placentia: si enim non placeret personae laudatae, non per ipsam consequeretur lucrum.

438 ARTICULUS II.

De differentiis adulationis.

Deinde quaeritur de differentiis adulationis, quae sic distinguuntur [f]: est adulatio, quae bonum non habitum attribuit; est adulatio, quae bonum [g] habitum extollit plus quam sit; est adulatio, quae malum nutrit laudando et dicendo malum bonum. De quibus dicitur in [h] Psalmo [1]: *Quoniam laudatur peccator in desideriis animae suae et iniquus* [i] *benedicitur;* Gregorius [2]: « Sunt nonnulli, qui dum male facta [k] hominum laudibus efferunt, augent quae [l] increpare debuerunt ».

Sed potest quaeri quare ex parte mali non sunt duae differentiae sicut ex parte boni.

[Solutio]: Ad quod dicendum [m] quod ex parte mali non competit nisi una differentia. Sicut enim attribuendo bonum quod non habet, laudat quis aliquem, ita attribuendo malum quod non habet, vituperat; approbare autem [n] malum quod non fecit et ipsum propter illud, nullam habet rationem adulationis; ergo non propter hoc videtur laudandus, nec isto modo sumitur species adulationis, sed malum quod est, potest aliquibus ex aliquibus rationibus videri bonum, et ita potest aliquis in hoc approbari modo adulatorio. — Vel aliter est respondendum, scilicet per interemptionem, quia illa differentia 'quae malum nutrit' continet sub se duas. Nutrire enim malum est dupliciter: vel approbando ipsum tamquam bonum vel minuendo eius malitiam. Unde e contrario est adulatio in bono [o], quia in bono dupliciter, scilicet ponendo quod non est et addendo, in malo e contrario removendo malum quod est et [p] minuendo.

439 CAPUT II.

UTRUM ADULATIO SIT PECCATUM VENIALE VEL SEMPER MORTALE.

Secundo quaeritur utrum adulatio sit peccatum veniale vel semper mortale.

Quod sit veniale, videtur, *a.* per hoc quod dicit Augustinus, in *Canone* [3], ubi distinguit venialia a mortalibus, ubi dicit [q]: « Si unquam [r] maiori personae vel minori aut ex voluntate aut ex necessitate adulari voluerit, ad minuta pertinet peccata ».

b. Praeterea, adulatio fit causa placendi, quando extollitur bonum in aliquo plus quam oportet; sed extolli potest bonum in aliquo plus quam oportet venialiter [s]; ergo adulatio potest esse veniale peccatum.

Contra. 1. Super illud Psalmi [4]: *Oleum peccatoris non impinguet caput meum,* Glossa [5]: « Falsa laus adulatoris et simulata dilectio [t], quae mentes a rigore veritatis emollit ad noxia ». Sed hoc est mortale peccatum; ergo adulatio est mortale peccatum.

2. Item, Ezech. 13, 18: *Vae qui consuunt* [u] *pulvillos sub omni cubito manus,* Interlinearis [6]: « Suavem adulationem ». Et dicit Gregorius, in *Moralibus* [7]: « Quisquis [v] male agentibus adulatur, pulvillum sub cubito et cervical sub capite ponit, ut qui corripi ex culpa debuerat, in ea fultus laudibus molliter [x] quiescat ». Cum ergo '*vae*' significet poenam aeternam, poena autem aeterna debeatur mortali peccato, erit adulatio mortale peccatum.

3. Item, in Concilio Carthaginensi [8]: « Clericus, qui adulationibus vacare deprehenditur, ab officio degradetur ». Sed degradatio est poena, quae non debetur nisi pro crimine; crimen autem est mortale peccatum; ergo adulatio est mortale peccatum.

---

[a] Z *ita.* [b] T *vero.* [c] Z add. *quod.* [d] In B (230d), folio abscisso, deficit textus usque infra, p. 446, nota *c.* [e] R om. [f] VZ *distinguitur.* [g] Ita V, alii om. [h] L om. [i] L *iniquis.* [k] RL om., in F est add. mg. [l] V om. [m] Ita V, alii add. *est.* [n] R *enim.* [o] Ita V, alii *adulationi boni* pro *a. i. b.* [p] R *ex.* [q] Ita V, alii *dicitur.* [r] T *cuiquam,* R *antequam.* [s] F om. [t] RL *dilatio,* quod F corr. [u] TL *consumit* quod F corr.; V om. *Item... qui.* [v] R *quisque,* quod F corr. [x] R *mollitus,* L *mollitur.*

1 Psalm. 9, 23.
2 *Moral.,* XVIII, c. 4 (PL 76, 42).
3 Cf. supra, p. 425, nota 2.
4 Psalm. 140, 5.
5 Lombardi, in h. l. (PL 191, 1237).
6 In h. l., ap. Lyran.
7 Lib. XVIII, c. 4 (PL 76, 42).
8 Dist. 46, c. 3 (I, 168).

[Solutio]: Ad quod dicendum quod adulatio aliquando est veniale, aliquando mortale [a]. Distinguitur enim, cum sit multiplex genus adulationis: unum est quod dicit malum bonum, fovendo peccatorem in peccatis, hoc est mortale. In aliis vero [b] distinguitur: aut fit intentione ut [c] alicui prosit et nulli obsit, et tunc dicitur veniale; si autem intentione nocendi alteri, licet alteri prosit, dicitur mortale: videtur enim fieri ex libidine mortali; si autem nec prodest nec obest, sed contemptum Dei generat propter assiduitatem, mortale dicitur.

Ad obiecta ergo respondendum [d]. *a.* Ad primum dicendum [e] quod illud quod dicitur ab Augustino, in *Canone,* intelligitur de illa adulatione quae fit ex libidine veniali, cum scilicet ex obreptione laudat aliquem [f] in bono aliter quam debet, non [g] intentione placendi propter se. Dicitur enim ad Gal. 1, 10: *Si hominibus placerem, Christi servus non essem;* « nihil autem medium » est inter esse servum Christi et esse servum diaboli, sicut dicitur [1] super illud Matth. 6, 24: *Nemo potest duobus dominis servire* etc. Contingit autem venialiter peccare et esse servum Christi, sed non in illo opere in quantum huiusmodi.

b. Similiter intelligitur ratio quae adiungitur.

1-3. Auctoritates vero ex alia parte intelliguntur de adulatione mortali aliquo modorum dictorum.

CAPUT III. 440

DE GRAVITATE PECCATI ADULATIONIS.

Tertio quaeritur de gravitate huius peccati.

Videtur enim esse gravissimum [h]. 1. Dicit enim Hieronymus [2]: « Nihil est quod tam facile corrumpat mentes hominum nihilque tam dulciter animum ferit sicut adulatio ». Unde Prov. 16, 22: *Verba adulatoris* [i] — ubi nos habemus [3] *susurronis — simplicia* [k] *et ipsa perveniunt ad interiora ventris.* Si ergo nihil est tam corruptivum, ergo est gravissimum peccatum.

2. Ad idem Gregorius [4]: « Quid per significationem locustae, quae plus quam cetera minuta animantia humanis frugibus nocet, nisi lingua adulantis, quae terrenorum hominum mentes, si quando bona aliqua proferre conspicit, immoderatius laudando corrumpit? » Sicut ergo locusta in corrodendo plus nocet quam cetera animalia, ita adulatio plus quam alia genera huiusmodi peccatorum; ergo est gravissimum peccatum.

3. Item, super illud [5]: *Linguis suis dolose agebant,* Glossa [6]: « Comes est voracibus adulatio et omnibus malis ». Sed quod concomitatur omnia mala, gravissimum est peccatum; ergo etc.

Contra. *a.* Ostenditur quod detractio est maius malum. Detractio enim, quantum est de se, aufert bonum alterius vel auferre nititur; adulatio vero magnificat, quantum in se est, bonum alterius; non ergo maximum est malum adulatio.

b. Item, de invidia dicit Ambrosius [7]: « Cum per omne vitium antiqui hostis virus humano cordi infundatur, in zelo invidiae tota viscera sua serpens concutit et hanc quasi pestem vomit [l] ». Ergo gravius est peccatum invidiae [m]; non ergo adulatio est gravissimum peccatum [n].

[Solutio]: 1-3. Ad quod dicendum quod gravissimum dicitur duobus modis: vel superlative, et sic non dicitur adulatio gravissimum peccatum; dicitur etiam gravissimum intensive [o], id est valde grave, et hoc modo potest dici adulatio aliqua gravissima ratione nocumenti, quia hominem fovet in malitia maxime et [p] detinet. Unde dicitur [8] super illud Psalmi [9]: *Quoniam laudatur peccator* etc.: « Adulantium linguae alligant animas in peccatis; delectat enim hominem ea facere, in quibus non solum non metuitur [q] reprehensor, sed etiam auditur laudator ». Et ibidem dicitur [10]: « Magna [r] ira Dei, ut desit correctio et adsit adulatio ». Nihilominus tamen detractio est maius malum in se: surgit enim ex deteriori radice et per se intendit nocere, et ideo minus malum est [s] adulatio.

b. Ad id vero quod obicitur de invidia, similiter dicendum [t] quod est maius peccatum adulatione, eo quod ex deteriori radice consurgit: in illo enim similitudinem diaboli tenet.

---

[a] V *venialis aliquando mortalis* pro *v. a. m.* [b] V *autem.* [c] Z *et.* [d] T add. *est.* [e] Ita V, alii om. *A. p. d.* [f] T *aliquando.* [g] V *in.* [h] R add. *peccatum.* [i] Ita FR, alii add. *simplicia.* [k] Ita FRL, alii om. [l] R *novit.* [m] Ita V, alii *invidia.* [n] T om., in L est add. mg. [o] T om. [p] V *magis etiam* pro *m. e.* [q] V *invenitur.* [r] V *maxima.* [s] T add. *quam,* quod FL exp. [t] Ita V, alii add. *est.*

1 *Glossa ordin.,* in h. l. (PL 114, 105).
2 *Epist.* 148, n. 17 (PL 22, 1212).
3 In Vulgata.
4 *Moral.,* XXXI, c. 25, n. 47 (PL 76, 599).
5 Psalm. 13, 3.
6 Lombardi, in h. l. (PL 191, 164), ex Augustino, in h. l. (PL 36, 142).
7 Potius Gregor. M., *Moral.,* V, c. 46, n. 85 (PL 75, 728).
8 Augustin., in h. l. (PL 36, 126).
9 Psalm. 9, 24.
10 Loc. cit.

441

CAPUT IV.

UTRUM ADULATIO SIT MAIUS PECCATUM QUAM HOMICIDIUM.

Quarto quaeritur de comparatione huius peccati ad alia. Quaeritur enim utrum adulatio sit maius peccatum quam homicidium.

Quod videtur, 1. per hoc quod dicitur super illud Psalmi[1]: *Avertantur*[a] *statim erubescentes,* Glossa[2]: « Plus nocet lingua adulatoris quam gladius persecutoris ». Ergo maius peccatum est adulatio quam homicidium.

Contra. *a.* In homicidio fit nocumentum irreparabile, in adulatione fit nocumentum reparabile; ergo homicidium est maius malum adulatione.

b. Praeterea, damnificatio mortis est maxima; illa autem inducitur ex homicidio, damnificatio vero deceptionis, quae est minor, inducitur ex adulatione; ergo adulatio est minus peccatum.

[Solutio]: 1. Ad quod dicendum quod homicidium simpliciter est maius. Quod autem dicitur quod plus nocet lingua adulatoris, hoc est quia pluribus nocet et occultius nocet: magis enim caveri potest a manu persecutoris quam a lingua adulatoris vel detractoris.

442

CAPUT V.

UTRUM ADULATOR TENEATUR RESIGNARE BENEFICIUM QUOD IMPETRAVIT PER ADULATIONEM.

Quinto quaeritur utrum adulator teneatur resignare beneficium quod impetravit per adulationem.

Quod videtur, 1. per hoc per quod exponit Gregorius[3] illud Isai. 33, 15: Beatus, *qui excutit manus suas*[b] *ab omni munere:* « Est[c] munus a manu[d], munus a lingua, munus ab obsequio. Munus ab obsequio[e] est servitus indebite impensa, munus[f] a manu est pecunia, munus a lingua est favor. Qui ergo praelatus est, tunc *ab omni munere manus excutit,* quando in divinis rebus non solum nullam pecuniam, sed nec humanam gratiam requirit ». Qui ergo impendit favorem indebite, quod fit[g] adulatione, simoniacus est; sed adulator est huiusmodi; ergo est simoniacus; ergo tenetur ad beneficii resignationem.

Contra. Videtur per simile de hypocrita, quod non teneatur resignare, sed intentionem mutare et poenitentiam agere. *a.* Sicut enim hypocrita, qui acquirit beneficium suum hypocrisi, non tenetur resignare — ponatur quod bona intentione receperit — sic nec videtur iste adulator, dummodo bona intentione receperit, sed poenitentiam debet agere super peccato.

[Solutio]: Ad quod dicunt quidam quod non est simile de hypocrisi et de adulatione. Adulatio enim corruptam facit intentionem ipsius dantis, hypocrisis vero non: intendit enim bono conferre et credit. Ex alia vero parte, licet conferat bono tunc temporis, tamen ex carnali intentione hoc facit, eo scilicet quod sibi placuit in illicito. — Alii vero dicunt munus a lingua esse munus precibus inhonestis sive carnalibus mediantibus, et quia hoc non contingit in adulatione, non dicitur esse simonia mediante munere a lingua. Praeterea, non praesumitur quod ille contulerit hac de causa, sed sicut videtur ille credere de ipso quod sit bonus, ita conferens credat de eo, cui confert, quod sit bonus, et ita non sit[h] corrupta intentio.

Videtur tamen quod magis debeat reduci ad munus ab obsequio. Unde, si non serviret ei in alio nisi in hoc quod sibi adularetur, credo quod indigne reciperet et teneretur ad resignationem, sicut ille qui servit in turpi officio: turpe autem officium dicitur proprie[i] cui annexum est peccatum[k]. Et ad hoc videtur facere quod dicit Isidorus[4]: « Tres sunt munerum acceptiones, quibus contra iustitiam humana vanitas militat: favor amicitiarum, adulatio laudis et corporalis acceptio muneris. Facilius autem pervertitur[l] animus rei corporeae munere quam gratiae et laudis favore ».

---

[a] Ita V, alii *convertantur.* [b] RL om., in F est add. mg. [c] FRL add. *autem.* [d] FRL add. *et.* [e] L om. *m. a. o.* [f] V *minus* [g] V add. *in.* [h] TL *fit;* RZ *monitio* pro *intentio,* quod L corr. [i] R om. [k] RL add. *proprie,* quod F exp. [l] L *perditur.*

1 Psalm. 69, 4.

2 Lombardi, in h. l. (PL 191, 644), ex Augustino, *Enarr. in Psalm. 69,* sermo 1, n. 5 (PL 36, 869).

3 *In Evang.,* hom. 4, n. 4 (PL 76, 1092); C. 1, q. 1, c. 114 (I, 402).

4 *Sentent.,* III, c. 54, n. 6 (PL 83, 726).

CAPUT VI. 443

UTRUM PLUS NOCEAT SIBI ADULATOR QUAM ALII VEL E CONVERSO.

Sexto quaeritur si plus noceat sibi adulator quam alii vel e converso.

Et videtur quod sibi. *a.* Sibi enim nocet universaliter et necessario, alteri vero non necessario, sed potest[a] ei cedere in meritum, si tentationi resistat. Unde Prov. 29, 5: *Qui blandis fictisque sermonibus* etc., Glossa[1]: « *Qui fictis sermonibus*[b] proximum laudat, ei insidias parat, quibus in periculum verbi aut operis securius incidat[c]. Sed videamus qui capiatur, cui fit aut quis fecit. Sequitur[2]: *Peccantem virum*[d] etc. Non ergo iusto laqueus peccantium, etiam si corporaliter perimat, nocet, sed ipsos in perpetuum damnat, gaudentibus iustis ac Dei iudicium laudantibus de sua ereptione vel malorum perditione ».

Sed videtur contrarium, quod maius sit peccatum consentientis adulationi quam ipsius adulatoris. 1. Adulator enim sua adulatione non excaecatur, sed se ipsum noscit vulneratum[e]; acquiescens autem adulationi excaecatur: magis enim credit alteri quam sibi. Seneca[3]: « Non cogitamus quid ipsi simus, sed quid alteris[f] esse videamur: plus aliis[g] credimus de nobis ipsis quam nobis ». Patet ergo quod acquiescens adulationi excaecatur.

2. Item, hoc idem videtur ratione negligentiae, quia de illo dicit Gregorius[4]: « Curari vulnus negligitur, quod dignum laudis praemio invenitur. Et ideo dicitur Prov. 1, 10: *Fili mi, si te lactaverint peccatores, non acquiescas*[h] *eis* ». Sed curam vulneris negligere est[i] maxime periculosum; ergo etc.

[Solutio]: 1. Ad quod dicendum quod adulator plus nocet sibi quam alteri[k]: sibi enim nocet universaliter, alteri vero particulariter et casualiter. Distinguendum autem est inter acquiescentem et acquiescentem[l]. Est enim quidam acquiescens, qui fovet adulatorem et procurat ut fiat adulatio, et talis plus peccat quam ipse adulator. Est alius qui tantum decipitur, credendo adulatori plus de se quam sibi, et talis minus peccat. Maius tamen damnum ex parte cognitivae consequitur, eo quod adulatione excaecatur in iudicio sui; ex parte vero affectionis plus est damni in adulatore quam in acquiescente essentialiter, etsi non accidentaliter.

2. Similiter respondendum est ad verbum Gregorii quod peccatum consentientis[m] quoad quemdam effectum gravius est ipsi acquiescenti propter damnum quam sit peccatum adulatoris ipsi adulatori. Sicut enim dicit Ambrosius[5]: « Gravissime peccat qui ignorat, quia non sentit suum defectum », ita qui[n] negligit: ex hoc enim quod negligit, non quaerit remedium. Quoad hoc ergo dicitur gravius ipsi acquiescenti quam ipsi adulanti; simpliciter tamen gravius est peccatum adulantis quam acquiescentis, cum sit illius causa quantum in se est.

CAPUT VII. 444

DE SEQUELA ADULATIONIS.

Septimo quaeritur de sequela adulationis.

a. Dicitur enim a Gregorio[6]: « Fit[o] ut incessanter crescat culpa favoribus nutrita ». Dicitur[7] etiam super illud Psalmi[8]: *Quoniam laudatur peccator*[p]: « Magna ira Dei est ut desit correctio et adsit[q] adulatio ». Cum ergo crementum continuum peccati sit gravissima sequela, erit hoc peccatum gravissimum ratione huius sequelae.

b. Praeterea, maiori peccato[r] respondet maior ira Dei; cum ergo simpliciter dicatur « magna ira Dei » in peccato adulationis, maximum videtur fieri peccatum ratione huius sequelae.

---

[a] V *videtur.* [b] R om. *etc... sermonibus.* [c] V *incidit.* [d] FR *vitium,* quod L corr. [e] R *vel nec actum,* quod FL corr.; T *enim,* RL *aut* pro *autem.* [f] V *a bonis,* T *alteri,* quod L corr. [g] Ita V, alii *alii.* [h] R *acquiesces.* [i] V *potest esse.* [k] V *alii.* [l] T om. *e. a.* [m] V om. *ad... consentientis.* [n] T *quod.* [o] R om. [p] V add. *in desideriis etc.,* quod R exp. [q] V *prosit.* [r] R *pene.*

1 *Ordin.*, in h. l., ap. Lyran.
2 Prov. 29, 6.
3 Cf. Cato, *Disticha*, I, dist. 14; Pseudo-Hieronym., *Epist.* 1, *Ad Demetriadem*, c. 21 (PL 30, 35).
4 *Moral.*, IV, c. 27, n. 51 (PL 75, 663).
5 Lombard., *In Rom. 2*, 4 (PL 191, 1338).
6 Loc. cit.
7 Cf. Lombard., in h. l. (PL 191, 139); cf. Augustin., *Enarr. in Psalm. 9*, 25 (PL 36, 126).
8 Psalm. 9, 24.

Sed videtur contrarium. 1. Ista enim non sunt ex parte adulantis, sed ex parte eius cui fit adulatio; ergo non videtur quoad hoc hoc [a] peccatum esse gravissimum, cum sit circumstantia peccati in consentiente, non in ipso adulante.

[Solutio]: 1. Ad quod dicendum [b] quod hae conditiones, licet circumstent peccatum ipsius acquiescentis adulationi, sunt tamen effectus consequentes ipsam adulationem tamquam causam, et ideo aggravatur peccatum adulationis. Utrobique ergo ratione harum conditionum fit aggravatio peccati, in adulante scilicet et consentiente: in adulante, quia causat tam [c] pravam conditionem; in consentiente, quia tam male disponitur: in suo enim peccato fovetur. Nec est intelligendum quod continue crescat peccatum in consentiente, sed tunc cum [d] magis de se ipso credit bonitatem quam sit vel non credit malitiam quae est vel quanta est. Dicitur autem [e] « magna ira Dei » per quamdam excellentiam propter effectum non tantum in praesenti, sed etiam in futuro. Effectus autem [f] in praesenti est quia permittit ipsum consentientem cadere de peccato in maius peccatum et in peccatis [g] esse securum; in futuro autem, quia per hoc quod impoenitens est in praesenti ratione securitatis vel falsae credulitatis, in poenam incidit [h] aeternam ex improviso. Unde de talibus potest dici illud I ad Thess. 5, 3: *Cum dixerint 'pax et securitas', repentinus superveniet interitus.*

445 CAPUT VIII.

DE REMEDIO ADULATIONIS.

Octavo quaeritur de remedio adulationis.

a. Ponit enim Gregorius [1] remedium [i] contra adulationem [k] detractionem, cum dicit: « Sciendum est quod, ne immoderatis laudibus elevemur, plerumque miro Rectoris nostri moderamine detractionibus [l] lacerari permittimur, ut, cum nos vox laudantis elevat, lingua detrahentis humiliet ». Remedium ergo contra adulationem est ipsa detractio.

b. Sed videtur aliud poni remedium. Super illud [2]: *Oleum autem peccatoris non impinguet caput meum* [m] etc. dicitur enim [3]: « Amet fidelis argui a viro iusto in misericordia et non laudari a peccatore cum irrisione [n]. Habeat secum oleum conscientiae, quod prudentes virgines secum portabant [4]; non quaerat *oleum peccatoris* ». Ponitur ergo hic duplex remedium, scilicet arguitio viri iusti [5] et puritas conscientiae. Potest ergo quaeri in quo differunt haec remedia.

[Solutio]: Ad quod dicendum est quod diversa apponuntur remedia ad tollendum nocumentum adulationis, quae graviter nocet. Ponitur enim remedium intra, scilicet *testimonium* bonae [o] *conscientiae* [6], quod mitigat ad modum olei vulnera, si [p] quae infliguntur per adulationem: bona enim conscientia semper minus aestimat de se et in agendis suis metuit ne quid reprehensibile inveniatur. — Ponitur etiam remedium extra, et hoc duplex: ex parte iusti et peccatoris. Ex parte peccatoris detractio, ne de bonis extollamur, sed magis humiliemur; ex parte vero iusti, ne in bonis quid reprehensibile admixtum inveniatur. Arguitio ergo viri iusti facit ad circumspectionem [q] operum [7], quae est ex parte rationis; detractio vero ad debitam affectionem habendam in bonis operibus. Sic ergo patet qualiter unumquodque est [r] remedium contra nocumentum adulationis in eo cui [s] fit adulatio.

---

[a] TL om. [b] Ita V, alii add. *est.* [c] V *eam.* [d] V *communiter* pro *t. c.* [e] VR *enim.* [f] V *enim.* [g] R *peccatum.* [h] L *inciderit.* [i] R *remedia.* [k] V add. *et.* [l] R om. [m] Ita V, alii om. *c. m.* [n] TR *irrisorie.* [o] V *pure.* [p] R om., in L est add. mg. [q] T *circumscriptionem.* [r] Ita L (mg.), alii om. [s] Ita TL (corr.), alii *cuius;* R *sit* pro *fit.*

1 *Moral.*, XXII, c. 7, n. 17 (PL 76, 223).
2 Psalm. 140, 5.
3 Lombard., in h. l. (PL 191, 1237), ex Augustino, *De div. quaest. 83*, q. 59 (PL 40, 46).
4 Cf. Matth. 25, 4.
5 Cf. Prov. 9, 8.
6 Cf. II Cor. 1, 12 et Rom. 2, 15.
7 Cf. Prov. 13, 18.

QUAESTIO VIII.

DE CONTUMELIA.

Habitum est supra de adulatione et iactantia, quae sunt contra rectitudinem in laude; consequenter [a] dicendum est de peccato quod est [b] contra rectitudinem in vituperio. Est autem peccatum contra proximum et est peccatum contra Deum. Peccatum vero contra proximum aut est imprecans [c] poenam, et illud est maledictum; aut est improperans culpam, et hoc contingit [d] dupliciter: vel occulte, et dicitur detractio; vel manifeste, et dicitur contumelia. Peccatum vero contra Deum dicitur blasphemia. Nec est tertia [e] differentia peccati in vituperio: nullus enim intendit contra se ipsum per [f] vituperium; ex corruptione enim humanae naturae tendit homo in laudem sui, non in vituperium sui, sicut homo ex natura [g] inclinatur in dilectionem sui, non in odium sui.

Dicendum est ergo primo de iis peccatis quae sunt in proximum per improperium [h] culpae;

deinde per imprecationem poenae;

ultimo de peccato quod est in Deum, quod est blasphemia, ut quasi gradatim ascendamus.

Primo autem dicamus de contumelia, in qua manifeste improperatur alicui: haec [i] enim est a cuius [k] nocumento magis caveri potest;

secundo, de detractione, in qua occulte fit vituperium.

Primo ergo quaerendum est quid sit contumelia et utrum contumelia sit idem quod convitium vel non;

secundo, si contumelia est peccatum mortale semper aut [l] aliquando veniale;

tertio, si sustinenda est contumelia;

quarto, si maior est victoria sive vindicta in sustinendo quam in respondendo secundum stultitiam;

quinto, ad quod capitale peccatum reducatur;

sexto, de magnitudine huius peccati et comparatione.

CAPUT I.

QUID SIT CONTUMELIA ET UTRUM SIT IDEM QUOD CONVITIUM.

ARTICULUS I. 446

Quid sit contumelia.

Ponitur autem talis definitio contumeliae: Contumelia [m] est peccatum ex improperio [n] sermonis manifesto, tendens in nocumentum proximi.

Sed videtur quod contumelia etiam fiat per facta. 1. Ad Rom. 1, 30: *Contumeliosos, superbos,* Glossa [1]: « Contumeliosi sunt qui dictis vel [o] factis contumelias et turpia inferunt ». Ex quo habetur quod contumelia est in factis.

2. Item, super illud Prov. 11, 2: *Ubi [p] superbia, ibi contumelia,* Glossa [2]: « Superbi contumeliose se gerunt per contemptum sive per [q] ignorantiam

[a] Z om. [b] Z *peccatis que sunt* pro *p. q. e.* [c] Z *improperans,* R *interpretans,* quod FL corr. [d] T om. [e] V *trina.* [f] V om. [g] R om. *e. n.* [h] T *vituperium.* [i] TFRZ *hoc.* [k] VL (corr.) *alicuius* pro *a. c.* [l] TR *an.* [m] R add. *enim.* [n] R *imperio.* [o] V *et.* [p] R *ibi.* [q] V *proxime sive* pro *s. p.*

[1] Lombardi, in h. l. (PL 191, 1335). | [2] *Ordin.*, in h. l. (PL 113, 1093).

disciplinae ». Sive ergo contemptus dicatur [a] respectu proximi, erit contemptus in facto sive contemptus Dei in mandato; ergo contumelia non tantum est in verbis, sed etiam in factis.

[Solutio]: 1-2. Ad quod dicendum quod contumelia proprie est in verbis, extenso tamen vocabulo attenditur per facta, et hoc modo accipitur i praedictis auctoritatibus. Sicut enim [b] dicit Chrysostomus[1]: « Cum quis iniuriatus fuerit, m mento tui Dominatoris, quoniam cum contumel eum adorabant et [c] per verba et res ei detrah bant ».

447 ARTICULUS II.

Utrum contumelia sit idem quod convitium.

Deinde quaeritur quae sit differentia inter contumeliam et convitium, si aliqua est.

Et videtur, *a.* per hoc quod dicit Chrysostomus[2]: « A contumelia existens et convitio, quod et gehennam praeparat, antequam mundes te ipsum, tendis [d] sursum manus? » Ex quo accipitur quod non est [e] idem contumelia et convitium.

b. Similiter [f], Eccli. 22, 27: *Est* [g] *recordatio, excepto convitio et improperio.* Improperium autem videtur idem quod contumelia; ergo contumelia et convitium differunt.

Quod autem idem sint, videtur, 1. per hoc quod dicit Gregorius[3], super illud II Reg. 16, 11: *Dimitte eum:* « Contumeliosa verba non tam convitia quam adiutoria esse credidit ». Sed contumeliosa verba non sunt aliud quam contumeliae; ergo contumelia non est aliud quam convitium.

[Solutio]: 1. Ad quod dicendum [h] quod cont melia, cum proprie dicitur, differt a convitio. Co vitium enim dicitur, quando improperatur qua culpa, ut si dicatur alicui quod [i] sit de illegitim matrimonio natus: non enim hoc est vitium illiu licet sit vitium parentum; contumelia vero, cu culpa imponitur; accipitur tamen in Scriptu unum pro altero. Hic autem intenditur comm niter de contumelia, ubi est improperium culpa vel quasi culpae [k]. Et dicitur etiam opprobriu vel improperium, sed in hoc est differentia quo opprobrium potest esse in manifesto vel i occulto, similiter et improperium; convitium aute et [m] contumelia in manifesto, et differunt sic dictum est [4]. Vel convitium dicitur a materia, quod vitium imponitur vel quasi vitium; cont melia vero a motivo [n], eo quod cum tumore quodam progreditur.

448 CAPUT II.

UTRUM CONTUMELIA SIT SEMPER MORTALE AUT ALIQUANDO VENIALE.

Secundo quaeritur si contumelia est peccatum mortale semper aut aliquando veniale.

Et videtur quod mortale. 1. Dicit enim Chrysostomus[5]: « Lectulus diabolicus est in convitiis multiplicari et contumeliis ». Sed non est lectulus diabolicus nisi ubi est mortale peccatum; ergo contumelia sive convitium est mortale peccatum.

2. Item, dicitur Matth. 5, 22: *Qui dixerit* [p] *fratri suo raca, reus erit concilio; qui autem dixerit fatue, reus erit gehennae ignis;* Chrysostomus[6]: « Cum [q] dicit: *Qui vocat fratrem suum stultum, debitor erit gehennae,* non de verbo dicit solum, sed de contumelia universa ». Ergo contumelia debetur gehenna.

3. Item, Chrysostomus[7]: « Convitiator pac vel amoris bono nocet et decem millibus ci cum immittit [r] proximum malis et continuas inim citias operatur et Christi evellit membra ». Se quod tale est non est nisi mortale peccatum ergo contumelia est mortale peccatum.

4. Item, Chrysostomus[8]: « Plasmatur diaboli per maledictiones, per contumelias, p aemulationem [s], per deierationem ». Mortale a tem peccatum efficit solum os diaboli; ergo co tumelia est mortale peccatum.

---

[a] T om. [b] TLZ om. [c] V om. [d] T *tendes.* [e] T om. [f] V om., Z *dicitur.* [g] V *amici est.* [h] TZ add. *est.* [i] R [k] T om. *v. q. c.*; RL *in* pro *etiam.* [l] Ita V, alii om. [m] V *vel.* [n] Z (corr.) *modo;* R *amotio* pro *a. m.;* L *de* pro *a. timore,* FR *contumore.* [o] VTZ (cor [p] VZ *dicit.* [q] V *tamen.* [r] R vacat *c. i.;* T *malum* pro *malis.* [s] V add. *et.*

1 *In Matth.*, hom. 87, n. 1 sq. (PG 58, 770 sq.).
2 Loc. cit., hom. 51, n. 5 (PG 58, 516).
3 *Moral.*, XXX, c. 10, n. 37 (PL 76, 545).
4 Hic, in *Solutione.*
5 *In Matth.*, hom. 51, n. 5 (PG 58, 516).
6 Cf. loc. cit., n. 7 sq. (PG 57, 248 sq.).
7 *In Matth.*, hom. 16, n. 8 (PG 57, 249).
8 Cf. loc. cit., hom. 5, n. 4 sq. (PG 58, 516).

Sed videtur quod sit veniale peccatum. *a.* Dicit enim Chrysostomus[1]: « Non tanto indigent studio magna peccata, quanto et parva. Illa enim ipsa natura peccati averti praeparat, parva vero hoc ipso in desidiam immittunt et non permittunt viriliter insurgere[a] ad eorum interemptionem, ideoque velociter fiunt magna nobis dormientibus ». Et postea ponit exemplum[2]: « Detrahit quis proximo et convitiatur, contempsit exinde[b] dicens: nihil est maledicere; ad hoc autem odium innatum est maximum, inde inimicitiae, ab iis plagae, a plagis occisio ». Ex quo accipitur quod convitium et accusatio inter parva peccata computantur; sed parva dicuntur venialia; ergo contumelia est veniale peccatum.

b. Item, Augustinus[3], cum enumerat peccata venialia, quae minuta dicit, dicit[c]: « Si plus aut proximum aut uxorem aut filium aut servum exasperavit quam oportet ». Sed exasperatio fit[d] per contumeliam; ergo contumelia inter venialia peccata connumeratur.

c. Item, Chrysostomus[4]: « Christus[e] eum, *qui irascitur* inaniter[f], condemnavit *iudicio;* eum, qui dicit *raca, concilio;* sed nondum haec[g] magna: hic enim sunt hae poenae ». Ergo non est magnum dicere verba[h] contumeliae; ergo non est mortale peccatum; et est mortale vel veniale; ergo est[i] veniale.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod contumelia potest procedere ex impetu animi et provocatione irae; potest etiam[k] esse verbum non tantae contumeliae unde nascatur[l] peccatum mortale, et secundum hoc contumelia est veniale peccatum. Si vero procedit ex ira reposita cum deliberatione et est verbum tantae contumeliae unde[m] sequatur mortale peccatum vel in ipso vel in altero, per se dicetur esse mortale peccatum. Unde dicit Chrysostomus[5]: « Inimicitiae tempore, ira accensa et anima ardente, quod minimum est, magnum apparet, et quod non valde iniuriosum est, onerosum esse videtur: occisionem enim peperit et civitates integras evertit[n]. Sicut enim amicitia existente, quae onerosa sunt fiunt levia, ita inimicitia subiacente, quae parva sunt fiunt importabilia ». Item[6]: « Ne quoniam[o] verbum nudum est, inspicias, sed si multum habet periculum ». Item[7]: « Non est aliquid contumelia molestius et quod maxime potest mordere hominis animam ». Item[p][8]: « Paulus non adulteros solum et molles, sed convitiatores a[q] regno expulit », cum dicit[r][9]: *Maledici regnum Dei non possidebunt.* Ex iis ergo patere potest quod aliquando est mortale peccatum, aliquando veniale.

[Ad obiecta]: 1-4, *a-c.* Et per hoc possunt solvi ea quae obiecta sunt: secundum enim diversas circumstantias aut conditiones potest esse veniale aut mortale.

CAPUT III. 449

UTRUM SUSTINENDA SIT CONTUMELIA.

Tertio quaeritur si sustinenda est contumelia.

Quod videtur, *a.* per hoc quod dicit Gregorius[10]: « Contumeliosa verba non tam convitia quam adiutoria esse credidit[s] David[11], quibus purgari sibique misereri[t] posse iudicavit. Tunc enim illata[u] convitia bene toleramus, cum in secreto mentis ad mala perpetrata recurrimus[v] ». Ergo exemplo David sustinendae sunt contumeliae.

b. Item, Chrysostomus[12]: « Cum convitiatus fuerit aliquis, intellige quo supplicio torquetur, et non solum non habebis iram, sed etiam lacrimas emittes. Adversus enim[x] febrientem nullus exacuitur neque adversus inflammatum, sed miseretur omnium talium ». Similiter etiam[y] est de illo qui infert contumeliam: eius est compatiendum tamquam febrientis[z]; ergo sustinendae sunt contumeliae.

c. Item, Chrysostomus[13]: « Miserere convitiantis; nequissima enim detinetur fera, id est furore, et difficili daemone, id est ira ». Ergo oportet pati contumelias.

---

[a] Z *resurgere;* F *earum* pro *eorum.* [b] V *contempnit deinde* pro *c. e.* [c] V om. [d] R om. [e] Z *exempla.* [f] VF (corr.) L *immaniter.* [g] Z exp. [h] VL (corr.) *verbum;* T om. *ergo... contumeliae.* [i] Z om. [k] V *enim.* [l] V *sequatur;* R om. *peccatum.* [m] FRL add. *nascatur vel.* [n] F *avertit.* [o] VZ *nequam* pro *n. q.;* V *nondum* pro *nudum.* [p] V add. *animam.* [q] Z *in.* [r] FR *dicitur;* VZ *maledicti* pro *maledici.* [s] R add. *esse,* quod L exp. [t] T *misceri;* V om. *sibique.* [u] R *illa.* [v] V *decurrimus,* RL *recurramus,* quod F corr. [x] V *animam autem,* FL *autem.* [y] V om. [z] V *febricitantis.*

1 *In Matth.*, hom. 86, n. 3 (PG 58, 767).
2 Loc. cit.
3 Pseudo-Augustin., *Sermo* 103, n. 3 (PL 39, 1947).
4 *In Matth.*, hom. 16, n. 8 (PG 57, 249).
5 Loc. cit.
6 Loc. cit.
7 Loc. cit.
8 Loc. cit.
9 I Cor. 6, 10.
10 *Moral.*, XXX, c. 10, n. 37 (PL 76, 545).
11 Cf. II Reg. 16, 11 sq.
12 *Ecloga de ira et furore* (PG 63, 691).
13 *In Matth.*, hom. 87, n. 4 (PG 58, 773).

Contra. 1. Qui patitur contumelias, audaciam dat convitianti; sed qui dat audaciam convitianti, mittit eum in maius praecipitium; ergo non oportet pati contumelias.

2. Item [1], « cum audiunt patres filios delinquentes, convitiantur eis, formidantes ne aliquam hinc suscipiant iacturam; magistri etiam tali [a] ad discipulos utuntur pharmaco ». Cum ergo ex fraterna [b] caritate debeat proximus proximum corripere delinquentem [2], convitians autem est delinquens, non ergo debet [c] pati convitiantem, sed arguere.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod oportet attendere conditiones convitiantis et eius cui infertur convitium, et secundum hoc oportet sustinere convitium vel non sustinere. Si enim convitium dicatur a provocato pari personae [d] vel inferiori vel etiam superiori, ubi non est in iniuriam officii et praesumitur de medicina morbi sive intemperantiae per sustinentiam, sustinendu est et est meritorium. Si vero convitium [e] dicat superiori in iniuriam officii vel alii etiam cora ipso, dummodo nihil praesumatur de remed intemperantiae, si sustineatur [f], non est sustine dum: hoc autem difficile est cognoscere [g], cu convitium infertur pari. Cum autem convitiu infertur inferiori, sive [h] sit delinquens inferi sive non, opportunum est sustinere. — Praetere aliud est arguere vel corripere tempore quo co vitians est in furore et aliud est iam sedato [i] a quantulum furore. Regnante enim furore non cor petit correptio sive arguitio: non enim tunc apt est ad recipiendum, sed iam recedente furore Secundum hoc dicitur Eccli. 20, 1: *Quam bonu est arguere quam irasci;* et dicitur Eccli. 8 [l], 1 *Non accendas carbones peccatorum, arguens ea* quod est tempore quo dominatur in eis ira.

450

CAPUT IV.

UTRUM MELIUS FIAT VINDICTA SILENDO QUAM CONVITIANTI RESPONDENDO.

Quarto [m] quaeritur I. utrum melius fiat vindicta vel satisfactio silendo quam convitianti respondendo.

Et videtur quod silendo, *a.* per hoc quod dicit Chrysostomus [3]: « Si vindicare vis, sile, et funestam dedisti ei plagam; si vero convitio convitium copulas, ignem accendisti ». Ergo magis fit vindicta silendo quam respondendo.

b. Item, Chrysostomus [4]: « Qui irascitur, putatur qui multa convitiatus est vicisse, hic autem maxime est [n] victus a difficillima passione; qui autem fert viriliter, hic superavit et vicit ». Ergo magis vincit sustinendo quam respondendo.

c. Ad idem dicit Chrysostomus [5], alibi: « Optimae victoriae modus est in multis vinci; sive enim superabundaverit aliquis sive insaniverit sive aemulatus fuerit, qui vincitur et non libenter procedit, hic est qui vincit ». Ergo magis vincit sustinendo quam respondendo.

Contra. 1. Prov. 26, 10: *Qui imponit stulto silentium, iras mitigat;* et in eodem [6]: *Responde stulto iuxta stultitiam suam, ne sibi sapiens videatur.*

2. Praeterea, si non fiat responsio, credit se iuste moveri; ad tollendam ergo [o] praesumptionem videtur esse respondendum [p].

[Solutio]: Ad quod dicendum distinguend vel hic fit comparatio in genere vel secundu determinatas conditiones personae. Si fiat co paratio in genere, melius est silere quam respo dere ad victoriam obtinendam; plus enim e vincere vitium quam personam, secundum illu Prov. 16, 32: *Melior est patiens [q] viro forti, et q dominatur animo suo expugnatore urbium.* vero fiat comparatio secundum conditionem pe sonae, melius potest esse in casu responde quam silere: in iudice enim est quod impon stulto silentium. Tollitur etiam aliquando pra sumptio sapientiae per responsionem, ut sic hon suam stultitiam cognoscat.

II. Huius etiam gratia quaeritur si aliqu vinci possit ab alio in convitiis nisi a se ip vincatur.

Et videtur quod sic. 1. De quo enim credit verum esse convitium, nec refellit sicut oportet victus aestimatur; sed talis conditio potest es in alio; ergo potest vinci ab alio [s] in convitii etsi non a se ipso vincatur.

2. Praeterea, nullus sibi ipsi convitiatur, s alteri [t]; ergo nullus se ipsum vincit in co vitio: accideret enim se ipsum esse potentem

---

[a] R vacat. [b] Z *superna*, quod L corr. [c] T *oportet*. [d] T *ratione*. [e] T om. [f] R *sufficienter*. [g] R *cognosci*. [h] R *ci* [i] R *fedato*, quod FL corr.; Z *sedatio*. [k] TFRL add. *et*, quod Z exp. [l] R om. *Quam... 8*. [m] V *quinto*. [n] RZ om., in F est add. m in L add. interl. [o] Codd. add. *propter*. [p] Ita T, alii *responsio*. [q] Ita V, alii *sapiens*. [r] F *oportuit*. [s] V om. *ergo... alio*. [t] V

1 Chrysostom., loc. cit.
2 Cf. Matth. 18, 15sq. et Prov. 9, 13-14.
3 *Ecloga de ira et furore* (PG 63, 691).
4 Cf. loc. cit. (PG 63, 693sq.).
5 Cf. loc. cit. (PG 63, 691).
6 Cap. 26, 5.

impotentem respectu sui ipsius [a]; qui ergo est in convitio vinci potest, etsi a se ipso non vincatur.

Contra. *a.* Chrysostomus[1]: « Sicut [b] nisi nosmetipsos male disposuerimus, nullus nos alter [c] disponet, ita nisi nosmetipsos convitiati fuerimus, nullus nos alter confundet ». Ergo nullus potest alterum convincere in convitio nisi a se ipso vincatur.

b. Item, Chrysostomus[2]: « Non qui convitiatur, sed qui pusillanimis [d] est et dolet convitiis, ille est qui constituit convitia et qui [e] mordere facit. Si enim non dolueris, convitium non pateris ». In ipso autem est dolere vel [f] non dolere; ergo in ipso est vinci vel non vinci.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod simpliciter nullus vincitur ab alio [g] in convitiis nisi a se ipso vincatur. Vincitur autem quis a se multipliciter: cum delinquit, et per hoc est causa convitii; secundo autem, si non delinquit, cum dolet propter se, non propter convitiantem [h], de convitio; tertio vero vincitur, cum impotentem se aestimat ad vindicandum [i]. Si vero nullo istorum modorum a se vincitur, ab alio vinci non potest, licet victus aestimetur.

[Ad obiecta]: Per hoc potest esse manifestum quod obiciebatur. Qui enim delinquit, iam primo a se ipso vincitur et per consequens ab alio vinci potest, sive aeque dicat convitia sive non; non enim in dicendo convitia est victoria, sed in servando innocentiam. Qui etiam excellit in convitiis non est vere victor. Unde Chrysostomus[3]: « Sit aliquis vir mirabilis et magnus, et omnes eum vocent moechum, furem, homicidam, ille vero non molestetur nec conscius sit sibi alicuius talis [k], licet multi de eo talem habuerint opinionem, non est convitium passus, sed illi se ipsos confuderunt, ille autem non est confusus ».

CAPUT V. 451

AD QUOD CAPITALE PECCATUM REDUCATUR CONTUMELIA.

Quinto quaeritur ad quod capitale peccatum reducitur contumelia.

Et videtur quod ad peccatum irae. *a.* Dicit enim Gregorius[4]: « De ira rixae, tumor mentis, contumeliae nascuntur ».

b. Similiter dicit Chrysostomus[5]: « De ira enim nascitur odium [l], de odio contumelia ». Ergo peccatum contumeliae reducitur ad peccatum irae.

Contra, videtur quod reducatur ad peccatum superbiae. 1. Contumelia enim ex tumore procedit, tumor autem ex superbia. Dicitur enim [m] Prov. 11,2: *Ubi superbia, ibi contumelia*, ubi dicit Glossa[6]: « Superbi proximis contumeliam ingerunt ».

[Solutio]: Ad quod dicendum est quod contumelia per se nascitur ex ira tamquam ex propinquo principio, nihilominus tamen potest nasci ex superbia propter dispositionem concomitantem. Qui enim superbi sunt [n] aestimant alios inferiores se; unde ex indignatione inferunt contumelias. Motivum ergo contumeliae potest esse appetitus vindictae, cum aestimat se per hoc vindicari, et sic reducitur ad iram; vel contemptus rei inferioris vel quasi inferioris, et sic est superbia.

[Ad obiecta]: 1. Ad id vero quod obicitur quod 'tumor mentis est principium contumeliae', dicendum est quod dupliciter dicitur tumor mentis: vel ex inflatione superbiae vel ex ebullitione irae. Et secundum hoc tumor aliquando ad superbiam pertinet, aliquando ad iram: utroque autem modo potest esse principium contumeliae. Indignatio vero est [o] quaedam passio mixta ex [p] superbia et ira.

CAPUT VI. 452

DE MAGNITUDINE PECCATI CONTUMELIAE ET DE COMPARATIONE EIUS AD ADULATIONEM ET DETRACTIONEM.

Sexto quaeritur de magnitudine huius peccati et in [q] comparatione.

I. Videtur enim maximum esse peccatum. *a.* Comparatur enim iracundus energumeno,

---

[a] VTZ om.; R *non* pro *qui*. [b] R *sic*. [c] TF (corr.) *aliter*. [d] BTR *pusillanimus*. [e] T om.; R om. *enim*. [f] R *et*. [g] R *aliis*. [h] R add. *se*. [i] T *vincendum*. [k] V add. *sed*. [l] F add. *et*. [m] Ita V_a alii *etiam in*. [n] V *superbiunt* pro *s. s*. [o] T om. [p] Z *a*. [q] T om.

1 *In Matth.*, hom. 87, n. 4 (PG 58, 774).
2 Cf. *Ecloga de ira et furore* (PG 63, 693).
3 *In Matth.*, hom. 87, n. 4 (PG 58, 774).
4 *Moral.*, XXXI, c. 45, n. 88 (PL 76, 621).
5 Cf. *In Matth.*, hom. 16, n. 10 (PG 57, 252) et hom. 86, n. 3 (PG 58, 767).
6 *Ordin.*, in h. l. (PL 113, 1093).

secundum quod dicit Chrysostomus[1]: « Solve energumenum a daemone difficili et in brevi corrumpendum ». Sed constat quod energia est passio difficillima ex parte corporis impeditiva mentis; erit ergo contumelia [a] passio difficillima ex parte mentis, prorumpens in verba.

b. Item, dicit Chrysostomus[2]: « Sicut quidam adulterii est perniciosus furor, cum multa nobis [b] coniungitur voluptate, perniciosa [c] admittens per nos verba et diabolicam faciens parere inimicitiam ». Cum ergo comparetur adulterio, immo maius [d] videatur adulterio per hoc quod dicit[3]: « Adulterium enim facit duos effici [e] carnem unam, furor [f] autem unitos in multas separat partes [g] et ipsam scindit animam », erit contumelia maximum peccatum.

c. Hoc etiam videtur per hoc quod dicitur [h] in Glossa[4] ad Hebr. 10, 33, super illud: *In opprobriis:* « Grave est opprobrium, sed gravius est, cum spectaculum omnibus fit et non secreto exprobratur ».

II. Secundum hoc ergo [i] quaeritur utrum deterius sit peccatum [k] peccato adulationis vel peccato detractionis.

Quod videtur. 1. Adulatio enim attenditur in bonis, contumelia vero in malis; peius autem est imponere malum bono quam bonum malo; ergo peior est contumelia adulatione. In adulatione enim malum dicitur bonum vel minus bonum maius quam sit, quod videtur declinare ad bonum humanitatis, scilicet bene dicere de alio: dicere autem malum de bono videtur declinare ad malum inhumanitatis; ergo deterior videtur contumelia adulatione.

2. Similiter, videtur esse deterior detractione. Detractio enim est, cum occulte dicitur malum de bono, contumelia vero manifeste; gravius autem est manifeste dicere malum, sicut habetur[5] a Hebr. 10, 33 super illud: *In opprobriis;* ergo co tumelia est gravius peccatum detractione et i maius.

Contra. *a.* Dicit Chrysostomus[6]: « Deside honorati [l] magis iniustitiam patiuntur convit passis, et, ipsi si vigilaverimus, causa fiunt ph losophiae nobis convitia; qui vero laudant [m], t morem nostrum extollunt et molliorem operant animum ». Ergo peccatum adulationis est det rius peccato contumeliae: in peccato enim ad lationis desides iniuste honorantur, in pecca vero contumeliae boni iniuste culpantur.

b. Item, Eccle. 10, 11: *Sicut serpens mordet silentio, ita nihil minus qui occulte detrahit.* Cu ergo gravius sit infundere venenum ex improvis quam in manifesto, gravius erit peccatum detra tionis peccato adulationis.

[Solutio]: II. 1. Ad quod dicendum quod cont melia quantum ad aliquid gravior est adulation quantum ad aliud vero minus gravis. Quoad h enim quod bonum dicit malum, gravior est; quoa hoc autem quod magis ordinat cognitionem [n] bonum vel a malo declinando, minus malum e adulatione: adulatio enim claudit oculos [o] inte ligentiae ne videatur malum, contumelia ve occasionaliter aperit ut videatur et caveatur.

2. Ad id vero quod obicitur de comparatio contumeliae ad detractionem, dicendum est quo quoad aliquid contumelia gravior est culpa qua detractio, quoad aliud minus gravis. Quoad h enim gravior est, quod pluribus publicatur m lum; quoad hoc autem minus grave malum e quia plus potest caveri malum, quod accidit contumelia, quam quod accidit ex detraction quod enim accidit ex contumelia, statim cogn scitur ab eo cui infertur contumelia et a quo infe tur cognoscitur, non sic autem est in detraction

---

[a] T om. [b] T *bonis.* [c] In verbo *perniciosa* redit B. [d] T om., BL *magis,* quod F corr. [e] V *efficientes.* [f] R *furtum,* quod F cor T *mutos,* Z *unicos* pro *unitos.* [g] B *artes;* Z *multis* pro *multas.* [h] Ita V, alii *dicit.* [i] T om. [k] V om. [l] L *honorari.* [m] RLZ *l dent,* quod F corr. [n] BT *cognitivam.* [o] V *oculum.*

1 *In Matth.*, hom. 87, n. 4 (PG 58, 773).
2 Loc. cit., hom. 51, n. 5 (PG 58, 516).
3 Loc. cit.
4 Lombardi, in h. l. (PL 192, 486).
5 Lombard., loc. cit.
6 *In Matth.*, hom. 87, n. 3 (PG 58, 773).

QUAESTIO IX.

DE DETRACTIONE.

Dictum est de contumelia sive [a] convitio, in quo manifeste improperatur malum; consequenter dicendum est de detractione, in qua occulte improperatur malum.

Circa quam primo quaerendum est quid sit detractio et quot sint eius differentiae;

secundo, an possit aliquis revelare malum alterius occulte sine peccato;
tertio, cum detractio sit peccatum, utrum sit mortale tantum;
quarto, an sit generale peccatum, licet maxime peccent subditi hoc genere peccati;
quinto, de peccato consentientis sive audientis detractionem;
sexto, quod tenetur detractor ad restitutionem;
septimo, de comparatione huius peccati;
octavo, de effectu peccati huius;
nono, de remedio huius peccati;
decimo, quod tollenda est occasio peccati huius;
undecimo, de poena huius peccati.

CAPUT I.

QUID SIT DETRACTIO ET QUOT SINT EIUS DIFFERENTIAE [1].

ARTICULUS I. 453

Quid sit detractio.

Definitur autem [b] sic detractio: Detractio est alienae famae per occulta verba denigratio; vel sic: Detractio est mali seminatio occulte in iniuriam proximi; alii [2] vero [c] definiunt sic: detrahere est obloqui absenti et dolose mordere.

Obicitur autem 1. contra primam definitionem per hoc quod contingit detrahere ei etiam qui non est bene famosus, dicendo de ipso malum occulte: bene enim famosus dicitur qui bonus est; contingit autem malo detrahere ratione alicuius boni quod habet vel imponendo ei malum quod non habet, occulte.

2. Contra [d] secundam vero definitionem obicitur per hoc quod non semper a detrahente asseritur malum de alio, sed [e] aliquando occultatur bonum vel diminuitur, et ita non semper detractio est « mali seminatio » etc.

3. Contra tertiam [f] obicitur quod secundum hoc susurratio esset idem quod detractio: qui enim susurrat, absenti vel quasi absenti [g] obloquitur et dolose mordet. — Praeterea, contingit absenti maledicere, et ita maledictio sub detractione continetur: qui enim maledicit, absenti obloquitur.

[Solutio]: 1. Ad quod dicendum quod prima [h] definitio convenit nec est contrarium quod obicitur. Licet enim peccator proprie bonam famam non habeat, nihilominus aliquod bonum habet, unde surgit boni [i] opinio, et quoad hoc potest esse denigratio famae ipsius. Ubi enim est bonum omnino, ibi consequi debet bona fama; ubi vero bonum in parte, et bona fama in parte. Contingit tamen boni existimationem esse, ubi non substernitur bonum omnino, et illius etiam potest esse denigratio. Sic ergo large sumendo famam dicitur detractio « alienae famae denigratio ».

---

[a] L *et de*, R om. [b] FRLZ om. [c] V *autem*. [d] Ita BT, alii *ad*; B om. *vero*. [e] T *etsi*. [f] T add. *diffinitionem*. [g] T add. *et*. [h] V *illa*. [i] V *bona*.

[1] Cf. Ioan. de Rupella, *Summa de vitiis* (fol. 17d). | [2] Cassiodor., *In Psalm. 43*, 17 (PL 70, 315).

2. Ad secundum vero dicendum quod « seminatio mali » dicitur esse non tantum ubi malum imponitur, sed ubi bonum ex intentione occultatur vel minuitur. Utroque enim [a] modo contingit detractionem fieri: vel respectu boni occultando vel depravando, vel respectu mali imponendo vel augmentando.

3. Ad tertium dicendum [b] quod detractio sumitur aliquando in quadam generali ratione, prout continet [c] susurrationem: utrobique enim est « seminatio mali occulte »; aliquando vero sumitur in ratione appropriata, in qua differt a susurratione. Primo modo ponitur hic, secundo modo cum dicit Gregorius [1] quod de invidia nascuntur odia, detractio, susurratio. Differt enim in hoc detractio a susurratione, quod detract est occulte per verba plene expressa, susurrat vero fit occulte per verba non plene expressa sed quadam verborum immutatione. Hic vero d tractio sumitur sub generali ratione. — Ad i vero quod obicitur de maledictione, dicendum e quod, licet [e] maledicere aliquando sit « obloqu absenti », tamen, prout proprie accipitur, mal dictio est imprecatio poenae, detractio improperiu culpae. Utrumque [g] autem contingit fieri respec absentis et respectu praesentis; sed detrahere di fert ab exprobrare vel contumeliam dicere in h quod unum fit respectu absentis [h], alterum r spectu praesentis, sicut habetur [2] in Psalmo [3], s per illud: *A voce exprobrantis et obloquentis.*

454 ARTICULUS II.

Quae sit differentia istarum rationum.

Sed quaeritur quae sit differentia istarum [i] rationum.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod prima respicit bonum in altero, quod intendit tollere de opinione hominum; secunda vero respicit illud per quod intendit tollere; tertia [k] a quo intendit tollere. Prima respicit finem indebitum, secunda respicit materiam indebitam, tertia vero [l] respicit personam cui infertur iniuria vel intenditur inferri.

Ad evidentiam autem dictorum attendenda est ratio nominis: detrahere enim dicitur de aliqua [m] summa partem tollere; quod per similitudinem facit detractor [n]: nititur enim de summa boni in opinione hominum, quae habetur [o] de aliquo, aliquam partem tollere, cum omnino totum bonum tollere non posset. Nihil enim quod manet in esse rationali [p], dum est, est a quo omnino [q] bonum tolli possit, licet possit credi quod non habeat bonitatem in parte [r] moralem, ut iustitiam vel prudentiam, et ita de aliis.

Deinde notandum est quot sunt differenti detractionis. Et ponuntur sex. Prima est, cu negamus [s] bonum quod scimus ab aliquo factu sicut illi qui dicebant, Ioan. 9, 16, de miracu caeci nati, quod negaverunt fieri a Christo. S cunda vero est, cum tempore, quo laudandus e aliquis, tacemus, sicut habetur Matth. ultimo, 1 de militibus, qui noverunt resurrectionem et a cepta pecunia tacuerunt. Tertia vero est, cum b num, quod non potest negari, pervertitur dicen mala intentione esse factum, sicut habetur Ecc 11, 33: *Bona in mala convertens* [t], *insidiatur in electis ponit maculam.* Quarta [u] est, cum o cultum malum revelatur eo modo quo non d bet, Eccli. 27, 17: *Qui denudat arcana ami perdit fidem.* Quinta est mali augmentatio, Ecc 11, 34: *Ab una scintilla augetur ignis et a d loso augetur sanguis.* Sexta est adinventio ma Eccli. 11, 35: *Attende tibi a pestifero* [v]: *fabric enim* [x] *malum.*

455 CAPUT II.

AN POSSIT ALIQUIS REVELARE MALUM ALTERIUS OCCULTE SINE PECCATO [4].

Secundo quaeritur an possit aliquis revelare malum alterius occulte sine peccato.

Quod non, videtur. 1. Qui enim [y] revelat m lum alicuius alteri, quantum in ipso est, destru

---

[a] Z om. [b] Ita V, alii add. *est.* [c] B *concipiet.* [d] R *oppressa.* [e] R om., in F est add. mg. [f] R *obsequi*, quod B corr. [g] R *utru* quod L corr. [h] BT *alterius.* [i] V *harum.* [k] L om., in Z est add. mg. [l] Z om. [m] R *alia*, quod F corr. [n] BT *detent* [o] B *dicitur.* [p] B *ulcionalt*; RZ om. *est.* [q] R *omne*, quod F corr. [r] RL *partem*, quod F corr.; Z add. interl. *scilicet.* [s] Ita alii *negatur.* [t] R *convertentes*, quod FL corr. [u] R *quartum*, quod FL corr. [v] V add. *qui*; B om. *tibi.* [x] Ita BT, alii *ti* [y] Ita V, alii om.

1 *Moral.*, XXXI, c. 45, n. 88 (PL 76, 621).
2 Lombard., in h. l. (PL 191, 432).
3 Psalm. 43, 17.
4 Cf. Ioan. de Rupella, *Summa de vitiis* (fol. 17d).

famam illius; sed destruere famam alterius non potest fieri sine peccato; ergo non potest revelari malum alterius sine peccato.

2. Item, Eccli. 27, 18-19: *Dilige proximum tuum et coniungere fide* [a] *cum illo; quod si denudaveris absconsa illius, non persequeris post eum;* et dicit Interlinearis [1]: « Quia [b] irrevocabilis est ». Cum ergo perdere amicitiam amici sit malum, denudare absconsa illius est malum; sed revelare mala alterius est denudare absconsa; ergo etc. [c].

3. Similiter, dicitur ibidem [2]: *Denudare amici mysteria est desperatio animae* [d] *infelicis;* et Eccli. 22, 27: *Recordatio, excepto convitio et improperio et superbia et mysterii* [e] *revelatione et plaga dolosa, in omnibus* [f] *iis effugiet amicus.* Ergo dissolvitur amicitia per revelationem mysterii; ergo revelare malum alterius est malum.

Contra. *a.* Dicitur Matth. 18, 15-17: *Si peccaverit in te frater tuus, corripe eum* [g] *inter te et ipsum; sin autem, adhibe unum vel duos testes; sin autem, dic Ecclesiae.* Ergo revelare malum alterius bonum est.

b. Item, Levit. 5, 1: *Si peccaverit anima et audierit vocem iurantis testisque fuerit quod aut ipse vidit aut* [h] *conscius est, nisi indicaverit, portabit iniquitatem suam.* Ergo [i] bonum est indicare malum alterius.

c. Praeterea, ponatur [k] quod aliquis proponat subvertere alium in fide vel machinari [l] in mortem alterius vel deflorare virginem, et de hoc sit certus. Nonne [m] bonum est revelare alicui, qui potest prodesse et vult, ad cavendum nocumentum? Dicitur enim [3]: « Qui potest obviare et perturbare perversos, et non facit, nihil aliud est quam favere impietati eorum; nec caret scrupulo societatis occultae, qui manifesto facinori desinit [n] obviare ». Et dicit Augustinus [4]: « Qui desinit obviare [o], cum potest, consentit ». Ergo non est malum revelare malum alicuius.

[Solutio]: Ad quod dicendum [p] quod revelare malum proximi ex fine et circumstantiis est distinguendum. Si enim dicatur ei qui potest et vult prodesse et eo ordine quo debet et quo fine oportet, cum aliis circumstantiis ad alterius correctionem vel cautelam nocumenti, tunc bonum est. Si vero desint conditiones debitae per quod trahitur [q] ad bonum, tunc revelare malum proximi malum est, maxime intentione detrahendi vel cum tenetur [r] celare, sicut est in eo quod est tectum per confessionem sacramentalem vel quod est tectum per secreti obligationem, nisi fortius vinculum superveniat. In omnibus autem iis cautela maxima est adhibenda, ne [s] reveletur malum ei cui non est revelandum vel quo modo non est revelandum vel quo ordine non est revelandum [t] et ita de aliis. Potest enim in iis [u] error vel libido de facili admisceri.

[Ad obiecta]: 1-3. Per hoc potest patere quod ex utraque parte obiectum est. Revelare enim malum alterius intentione detrahendi vel ex levitate sine impetu, cum est occultandum, malum est; et secundum hoc intelliguntur ea quae primo sunt obiecta. Nihilominus tamen revelare malum, in casu est bonum, sicut cum servatur ordo correctionis caritativae, cum intervenit praeceptum superioris in iis quae pertinent ad suum officium, cum etiam fit denuntiatio eo modo quo [v] debet fieri, ad cautelam nocumenti quod potest accidere.

Item, adhuc dicitur Prov. 11, 13: *Qui ambulat fraudulenter, revelat arcana; qui autem fidelis est, celat amici commissum.* — Ad hoc respondetur [5] quod aliud est ex caritate aliorum crimina deferre, ut quos secreta admonitione corrigere non possumus, convictos [x] iudicis sententia corripiat; aliud insidiando falsa obicere vel insultando vera exprobrare. Non enim reputatur malivolus qui sic indicat, scilicet primo modo. Unde dicit Augustinus [6]: « Non vos iudicetis malivolos, qui crimen alterius indicatis; magis innocentes [y] non estis non indicando crimen quam si fratres vestros, quos indicando corrigere potestis, tacendo perire permittitis ».

CAPUT III. 456

UTRUM DETRACTIO SIT TANTUM MORTALE PECCATUM.

Tertio quaeritur, cum detractio sit peccatum, utrum sit mortale tantum.

Quod videtur. 1. Est enim prohibitum, Prov. 23, 20: *Noli esse in conviviis potatorum* [z] *nec cum*

---

[a] R *fidem*, quod L corr.; V om. *tuum*. [b] V *quod*. [c] VBTZ om. *e. e.* [d] B om. [e] Z *mysteriis*. [f] V *hominibus*. [g] RL om. [h] R *sit* pro *v. a.* [i] T om. [k] RL *peccatur*. [l] R *machinat*, quod F corr. [m] R *non*, quod F corr. [n] FRLZ *desinat*. [o] R om. *Et... obviare*, in L est add. mg. [p] V add. *est*. [q] V *contrahitur*. [r] T *teneretur*. [s] R *nec*, quod FL corr. [t] V om. *vel quo ordine... revelandum*. [u] T om. *i. i.* [v] BT *quo modo* pro *e. m. q.*; F om. *fieri*. [x] Ita BT, alii add. *cum*. [y] R *innocentis*. [z] VRL *peccatorum*, quod F corr.

1 In h. l., ap. Lyran. 2 Eccli. 27, 24.
3 C. 23, q. 3, c. 8 (I, 898).
4 *Glossa ordin., In Psalm. 81*, 4, ap. Lyran.; C. 23, q. 3, c. 11 (I, 898), ubi adscribitur Augustino.
5 Gratian., *Glossa* in C. 5, q. 5, c. 5 (I, 550).
6 Pseudo-Augustin., sermo 3 *De communi vita cleric.*, reg. 3, ex Augustino, ep. 211, n. 11, *Ad sanctimoniales* (PL 33, 962); cf. C. 5, q. 5, c. 1 (I, 549).

iis, qui carnes ad vescendum conferunt [a], Glossa [1]: « *Carnes ad vescendum* conferre est in collocutione derogationis [b] vicissim vitia proximorum dicere ». Sed hoc est detrahere; ergo prohibita est detractio.

2. Item, Iac. 4, 11: *Nolite detrahere in alterutrum, fratres mei,* Glossa [2]: « Non solum debes vitare detractionem, ne ut transgressor a Deo iudiceris, sed ideo fortasse quia in nullo praecellis [c] illos quos vituperas [d] ».

3. Item, super illud [3]: *Qui detrahit fratri, detrahit legi,* Glossa [4]: « Quae [e] detractionem prohibuit ».

4. Item, Prov. 23, 21 [5]: « Omnis detractor eradicabitur ». Sed eradicatio non debetur nisi peccato mortali; ergo detractio est mortale peccatum.

5. Item, Isai. 5, 20: *Vae qui dicitis malum bonum et bonum malum, ponentes tenebras lucem* [f] *et lucem tenebras.* Sed *vae* dicit comminationem poenae aeternae; poena autem aeterna debetur [g] pro mortali; ergo detractio mortale peccatum [h] est.

6. Similiter, Prov. 17, 15: *Qui condemnat iustum et iustificat impium* [i], *uterque abominabilis est Deo.* Sed condemnare iustum ad detractionem pertinet; ergo detractio est mortale peccatum [k].

Contra. *a.* Dicit Augustinus [6] quod sub minutis peccatis continetur maledicere [l] « cum facilitate vel temeritate »; sed detrahere est maledicere ex temeritate; ergo est veniale.

b. Item, detractio et adulatio opponuntur; sed adulationem [m] contingit esse tum venialem tum mortalem; ergo per oppositum detractionem contingit esse tum venialem tum mortalem.

c. Item, prona est natura hominis post corrup tionem ad dicendum malum de alio et ita ad detra hendum: in lubrico etiam linguae posita est; und propter huiusmodi conditiones videtur detracti aliquando esse peccatum veniale: grave enim est omnes vel quasi omnes peccato mortali invo vere. Dicit enim Hieronymus [7]: « Raro inve nies qui ita irreprehensibilem vitam suam exh bere velint, ut non libenter reprehendant alienam

[Solutio]: Ad quod dicendum quod detracti aliquando est [o] mortale peccatum, aliquando ve niale; nomen tamen detractionis plus sonat i mortale, sicut in Scriptura Sacra reperitur [p] [8]. E autem veniale peccatum, cum [q] ex levitate dicitu malum de alio nec est ibi voluntas nocendi ne aggravatur ex circumstantiis; si vero ex delibe ratione diutina rationis fiat in nocumentum pro ximi grave, dicetur esse mortale peccatum.

[Ad obiecta]: 1-6, *a-c.* Et secundum hoc possun solvi ea quae obiecta sunt. Nam ea, quae prim obiecta sunt [r], ad hoc tendunt ut detractio sit mo tale peccatum [s]; ea vero, quae postea obiecta sun videntur dicere quod aliquando sit veniale.

b. Nec est simile omnino de adulatione et de tractione. Adulatio enim minus recedit a bon quam detractio, eo quod ex [t] inclinatione natura est bonum dicere de alio, ex corruptione vero na turae est malum libenter dicere de alio. Se ipsum etiam [u] accusare coram Domino cuiusdam e perfectionis, secundum quod dicitur Prov. 18, 17 *Iustus in principio accusator est sui;* alium ver accusare, nisi addatur circumstantia trahens a bonum, est infectae radicis.

457

CAPUT IV.

QUOD DETRACTIO SIT GENERALE PECCATUM.

Quarto ostenditur [v] quod est generale peccatum, sed [x] maxime peccant subditi hoc genere peccati.

I. Quod autem sit generale, ostenditur, *a.* per hoc quod dicitur Prov. 24, 21: *Cum detractoribus non commiscearis,* Glossa [9]: « Hoc specialiter vitio periclitatur totum pene genus humanum ». Ex quo accipitur quod generale peccatum est.

b. Item, Hieronymus [10]: « Hoc malum ide celebre est, ideo [y] in multis regnat hoc vitium quia pene libenter ab omnibus auditur ».

c. Item [11], « tanta huiusmodi libido mali mente hominum invasit [z], ut qui procul ab aliis viti recesserunt, in illud quasi in ultimum laqueu diaboli incidant ». Ergo detractio est quasi gen rale peccatum.

Numquid ergo propter hoc censendum est in ter venialia?

---

[a] R *conferre,* quod FL corr. [b] V *de rogationibus.* [c] Codd. *precellitis.* [d] Codd. *vituperatis.* [e] BTR *qui.* [f] V om. [g] V s *pena aeterna non debetur nisi* pro *p. a. a. d.* [h] Ita V, alii om. [i] R *ipsum,* quod FL corr. [k] Ita V, alii om. [l] V add. [m] T om. *s. a.* [n] Ita BT, alii om. [o] T om. [p] F *invenitur.* [q] V add. *vel.* [r] R om. *nam... sunt,* in FL est add. mg.; T om. *tendu* [s] V om. *Et secundum... peccatum.* [t] T om. [u] B om. [v] VZ *queritur.* [x] R *licet.* [y] V *quod.* [z] F *suasit.*

1 *Ordin.,* in h. l. (PL 113, 1106).
2 *Ordin., In Iac. 4,* 13 (PL 114, 678).
3 Iac. 4, 12.
4 *Ordin.,* in h. l. (PL 114, 678).
5 *Glossa ordin.,* in h. l., ap. Lyran.
6 Pseudo-Augustin., *Sermo* 104, n. 3 (PL 39, 1947).
7 *Epist.* 148, n. 16 (PL 22, 1212).
8 Cf. Prov. 24, 21 sq.
9 *Ordin., In Prov. 24,* 23, ap. Lyran., ex Beda, in h. (PL 91, 1010).
10 Loc. cit.
11 Hieronym., loc. cit.

[Solutio]: Respondendum est quod non, sed ex hoc argui potest quod magna diligentia adhibenda est ne homo incidat in hunc laqueum diaboli. Licet enim [a] in aliquibus sit veniale, de facili tamen per contemptum incidit homo in mortale.

II. Quod autem sit gravissimum peccatum in subditis, patet per hoc quod Scriptura huiusmodi detrahentes condemnat. *a.* Dicitur enim Exod. 22,28: *Diis non detrahes et principi populi tui* [b] *non maledices*, Glossa[1]: « Sacerdotibus et Doctoribus, qui Ecclesiae principantur; cum enim omnis detractio perniciosa sit, in illis est perniciosior [c] ».

b. Item, Eccle. 10, 20: *In cogitatione tua regi ne detrahas* [d] *et in secreto cubiculi* [e] *tui ne maledixeris diviti*, Glossa[2]: « Simpliciter monet ne ira vel levitate maioribus maledicamus ».

c. Item, Num. 12, 8-10, habetur de Maria sorore Moysi [f] quod graviter punita fuit, quia Moysi detraxerat.

d. Similiter, in Num. 14, 11 habetur quod Dominus reputat iniuriam praelatorum suam in hac parte [g], dicens: *Usquequo detrahet mihi populus iste? Feriam ergo eos pestilentiaque consumam.* Similiter, dicitur in Exodo[3]: *Non est contra nos murmur, sed contra Dominum* [h].

Ex iis colligitur quod gravissimum est peccatum in subditis respectu praelatorum.

Videtur tamen ex auctoritate, quae est in Eccle. 10, 20, non ita esse grave peccatum, propter hoc quod admonitionem vocat, non prohibitionem.

[Solutio]: Sed ad hoc respondendum est quod aliud est, cum respicitur conditio personae cui detrahitur; sic enim aggravatur peccatum, cum detrahitur superiori. Unde dicit Gregorius[4]: « Manifestum est diabolum cordibus plebium suadere ut Doctoribus atque Pastoribus detractiones [i] irrogent vel accusent, ut plebes languescentes, Pastoribus non tenentibus frena eorum, lasciviant ». Aliud vero est attendere conditionem peccati ex parte motivi, et secundum hoc, cum fit [k] ex levitate vel impetu irae, potest esse non [l] mortale peccatum.

CAPUT V. 458

UTRUM PECCET AUDIENS DETRACTIONEM.

Quinto quaeritur utrum peccet audiens detractionem, non reprehendens vel ad minus tristem faciem[5] non [m] exhibens.

Quod videtur, 1. per hoc quod dicit Bernardus[6]: « Detrahere aut detrahentem audire, quid horum damnabilius sit non facile dixerim ».

2. Item, Hieronymus[7]: « Nulli detrahas, nec in eo te [n] sanctum putes [o], si ceteros laceres. Si dicis: ipse [p] non detraho, aliis loquentibus, facere quid possum? *Ad excusandas excusationes in peccatis*[8] ista praetenditis ». Ex hoc videtur quod quasi par peccatum sit in detrahente et audiente vel ad minus in utroque sit mortale.

Contra. *a.* Potest aliquis audire et non acquiescere, potest etiam aliquis audire [q] et credere et nolle malum ei cui detrahitur.

b. Praeterea, etsi nolit malum, non reprimendo malum alterius non videtur semper damnabile.

c. Praeterea, maius est [r] peccatum in fonte mali quam in eo quod oritur ex fonte; sed detractor est fons mali; ergo maius est peccatum in detrahente quam in acquiescente.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod audire dicitur multipliciter: est enim auditus exterior et interior intelligentiae; utroque autem modo contingit audire et non peccare. Est autem auditus placentiae, et iste potest esse multipliciter: vel ut sit causa movens alium ad detrahendum, et secundum hunc modum videtur verbum Bernardi intelligi, cum dicit: « Detrahere aut detrahentem audire » etc. — Alio vero [s] modo est, cum placet ipsa detractio audita et ex hoc aestimat malum et vult malum proximo, et secundum hoc grave est peccatum, etsi non ita grave sicut in detrahente. Propter hoc dicit Hieronymus[9]: « Si esset in nobis diligentia ne passim obtrectatoribus crederemus, iam omnes detrahere timerent ». — Tertio vero [u] modo dicitur auditus placentiae, cum libenter accommodatur auris ad audiendum malum de alioquo verbo detractionis, sive credatur sive [v] non credatur, et hoc etiam peccatum

---

[a] Z *autem.* [b] RL om., in F est add. mg. [c] R *pernicior*, quod F corr. [d] R *detrahes.* [e] Ita V, alii *cubilis.* [f] R *Moysis*, quod F corr. [g] RL add. *Dominus*, quod F exp.; Z *dominus* pro *dicens.* [h] B *Deum.* [i] R *detractionis.* [k] Ita T, alii *sit.* [l] VFR *in*, quod LZ corr. [m] R om. [n] R om., in F est add. mg. [o] R *deputes*, quod F corr. [p] RLZ *tempore*, quod F corr. [q] R om. *et... audire.* [r] FLZ om., R exp. [s] V *secundo* pro *a. v.*; B *cui* pro *cum.* [t] F *Isidorus.* [u] RL om., in F est add. mg. [v] B *vel.*

1 *Interlin.*, in h. l., ap. Lyran.
2 *Ordin.*, in h. l. (PL 113, 1125).
3 Cap. 16, 8.
4 Potius Gratian., *Glossa* in C. 6, q. 1, c. 11, ubi textus affertur ex Gregorio (I, 556).
5 Cf. Prov. 25, 23.
6 *De consider.*, II, c. 13 (PL 182, 756).
7 *Epist.* 125, n. 18sq. (PL 22, 1082sq.).
8 Psalm. 140, 4.
9 *Epist.* 148, n. 16 (PL 22, 1212).

est, sed levius praedictis. Propter hoc dicitur Prov. 4, 24 super illud: *Remove a te os pravum et detrahentia labia procul sint a te,* Glossa [a] [1]: « Duobus modis sciendum ne os tuum pravum [b] loquatur: et ut labia tua detractionibus non assuescant, custodias, alios quoque, quos huic vitio subiacere nosti, ne corrumpant, fugias » Et dicit Hieronymus [2]: « Non minus auribu quam lingua fugias detractionem »; et iterum [3] « Cave ne linguam aut aures habeas pruriente ne aut ipse aliis detrahas aut alios audias de trahentes ».

CAPUT VI.

459 UTRUM DETRACTOR TENEATUR AD RESTITUTIONEM [4].

Sexto quaeritur utrum detractor teneatur ad restitutionem.

Quod videtur. *a.* Prov. 22, 1, dicitur: *Melius est nomen bonum quam divitiae multae, et super auro et argento gratia bona.* Cum ergo per detractionem auferatur bonum nomen, per furtum aut rapinam auferantur bona temporalia, auferens autem bona temporalia, utpote fur aut raptor, tenetur ad restitutionem — « non enim dimittitur peccatum nisi restituatur ablatum [5] » — ergo multo fortius detractor tenetur ad restitutionem.

b. Item, ad hoc facit quod dicit Gregorius [6]: « Multum distant damna morum a damnis rerum corporalium, cum ista [c] extra nos sint, illa vero [d] in nobis ». Maius autem bonum est quod est in nobis quam quod est [e] extra nos; ergo qui aufert illud, magis tenetur ad restitutionem; sed ille est detractor; ergo detractor tenetur ad restitutionem. Quod ex verbis Anacleti [7] patet, dicentis: « Deteriores sunt qui doctoris vitam moresque corrumpunt iis qui substantias aliorum praediaque diripiunt; ipsi [f] enim quae extra nos sunt, licet nostra sint, auferunt, nostri detractores adversus nos ipsos armantur ». Ergo, quantum in ipsis est, plus auferunt detractores quam raptores.

Contra. 1. Nullus tenetur ad impossibile; sed potest contingere quod ille, qui laesit famam [g] alterius, non potest eam reparare; ergo non tenetur in illo [h] casu ad reparationem; sed nihil aliud est ibi restitutio quam reparatio; ergo non tene tur ad restitutionem.

2. Praeterea, non est in ipso quod homines ha beant bonam opinionem de aliquo; sed nullus tenetur nisi ad id quod in ipso est; ergo nullu tenetur ad restitutionem famae.

3. Praeterea, hoc est [k] infinitum. Quis enim po test scire apud quot [l] facta fuerit denigratio famae

[Solutio]: Ad quod dicendum quod detracto tenetur ad restitutionem famae quantum in ipso es

[Ad obiecta]: 1. Ad id vero quod obicitur quo 'apud ipsum est impossibile': dicendum [m] quo aliquid est ei possibile, aliquid vero forte est ei in possibile. Apud ipsum possibile est bonum dice de eo illis quibus dixit malum; forte autem impossi bile est ei mutare opinionem, quam illi conceperun Ad id ergo tenetur ut bonum dicat, sicut et [n] dix malum, et ostendat se deliquisse, ex quo forte mu tabitur opinio. *Sicut enim* exhibuit *membra servi iniquitati ad iniquitatem, ita* tenetur *exhibere mem bra* sua *servire iustitiae in sanctificationem* [8].

2. Ad id vero quod secundo obiectum es per hoc patet responsio.

3. Ad tertio vero obiectum dicendum e quod, licet infinitum sit in multiplicando ex par eius qui audit detractionem, nihilominus certu potest esse apud eum, qui debet satisfacere de detractione, erga quot detraxit et alterius opinio nem laesit, et erga illos, quantum in ipso es tenetur famam resarcire [p].

460 CAPUT VII.

DE COMPARATIONE HUIUS PECCATI AD ALIA PECCATA.

Septimo quaeritur de comparatione huius peccati ad alia peccata.

Videtur enim quod hoc peccatum sit pa homicidio. 1. Qui enim detrahit, homicida es

[a] BT om. [b] V *prava.* [c] R *ita*, quod FL corr.; V *non* pro *nos.* [d] V *illam autem* pro *i. v.* [e] V om. [f] VZ *ipse*, R *ipsa*; L pro *quae.* [g] B *familiam.* [h] V *nullo* pro *i. l.* [i] V *de nullo.* [k] R add. *in.* [l] VB *quos.* [m] Ita V, alii add. *est.* [n] F *etia* [o] L om. [p] Z *resarare.*

1 *Ordin.*, in h. l. (PL 113, 1087).

2 Pseudo-Hieronym., *Ad Demetriadem*, c. 19 (PL 30, 33).

3 *Epist.* 52, n. 14 (PL 22, 538), ap. Gratian., *Glossa* in C. 6, q. 1, c. 11 (I, 556).

4 Cf. Ioan. de Rupella, *Summa de vitiis* (fol. 18a).

5 Cf. Augustin., *Epist.* 153, n. 20 (PL 33, 662).

6 Cf. *Moral.*, XXVI, c. 14, n. 22 (PL 76, 360), verb tenus ap. Gratian., *Glossa* in C. 6, q. 1, c. 11 (I, 556 Canon ipse est Gregorii.

7 C. 6, q. 1, c. 15 (I, 557).

8 Rom. 6, 1

quod probatur per hoc quod dicitur I Ioan. 3, 15: *Qui odit fratrem suum, homicida est.* Sed qui detrahit, odit fratrem suum; ergo qui detrahit fratri suo, est homicida.

2. Ad idem facit quod dicitur [a] in epistola Clementis[1]: « Sicut homicidas interfectorum fratrum, ita detractores, eosque homicidas esse » manifestum est et poenam parilem eorum B. Petrus[2] esse dicebat. — Item, Augustinus[3]: « Si fratri tuo mala persuades, occidis; et ut scias quia occidis, audi Psalmistam[4]: *Filii hominum, dentes eorum arma et sagittae, et lingua* [b] *eorum gladius acutus* ». Ex hoc ergo videtur quod [c] par peccatum sit detractionis et homicidii.

3. Videtur etiam quod [d] maius sit peccatum, per hoc quod dicitur in Psalmo, super illud[5]: *Pro eo ut me diligerent, detrahebant* [e], Glossa[6]: « Plus nocent in membris detrahentes Christo, qui animas crediturorum [f] interficiunt, quam qui eius carnem mox resurrecturam peremerunt ». Sed qui peremerunt [g] eius carnem homicidae erant, alii vero sunt detractores; ergo maius est peccatum detractionis quam homicidii.

Contra. *a.* Homicidium facit damnum irreparabile, detractio vero [h] non; ergo maius est peccatum homicidii quam detractionis.

b. Praeterea, homicidium in Lege ad Decalogum[7] pertinebat, detractio vero exprimitur in ipsis iudicialibus consequentibus[8]; vel, si datur intelligi per [i] illud[9]: *Non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium,* minus est homicidio; illud enim est primum inter transgressiones oppositas prohibitionibus secundae tabulae: primo enim prohibetur homicidium, secundo moechia, tertio furtum, quarto falsum testimonium.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod, licet grave sit peccatum detractio, tamen non est omnino par homicidio.

Ad obiecta 1. autem respondendum est quod homicidium aliquando dicitur proprie, aliquando cum extensione vocabuli. Cum dicitur quod detractio vel odium est homicidium, dicitur cum [k] extensione vocabuli. Ratio autem esse potest quare detractio dicatur [l] homicidium, quia, quantum in ipsa est, aufertur quaedam vita, qua homo vivit in bona opinione alterius.

2. Quod autem dicitur esse [m] par poena, attenditur in genere. Utrique [n] enim tamquam mortali debetur poena aeterna in futuro, in praesenti vero, sicut dicitur in Canonica Ioan.[10], privatio vitae manentis in se ipso. Si vero accipiatur poena determinata in specie vel in quantitate, non est par poena homicidii et detractionis.

3. Ad tertium vero dicendum quod dicitur peccatum detractionis, quo [o] detrahitur Christo in membris, maius peccato homicidii Christi propter comparationem vitae spiritualis ad vitam carnalem: vita enim fidei est vita spiritualis, vita vero naturae est vita carnalis. In hac ergo comparatione, quia nobilior dicitur vita gratiae quam vita naturae, dicitur maius peccatum detractionis, quo detrahitur fidei Christi, homicidio Christi. Ex alia vero parte minus est [p] improportionaliter peccatum, quo fit iniuria membris Christi secundum se, peccato quo fit iniuria ipsi Christo in se. Humana enim natura, unita divinae in Christo, excellit omnem aliam creaturam, et ideo peccatum maius peccato.

CAPUT VIII. 461

DE EFFECTU PECCATI DETRACTIONIS.

Octavo quaeritur de effectu huius peccati.

I. Ponitur autem effectus huius peccati excaecatio, secundum quod dicit Gregorius[11]: « Quid aliud [q] detrahentes faciunt nisi quod in pulverem sufflant et in oculos suos terram excitant, ut unde plus detractionem [r] perflant, inde [s] magis nihil veritatis videant? » Ex quo habetur quod detractio excaecat ipsum detrahentem.

Sed videtur hoc falsum. 1. Aut enim detrahens imponit malitiam alteri, quam cognoscit inesse aut quam cognoscit non inesse aut quam nescit inesse

---

[a] FRL *est*; F add. mg. *vel dicitur.* [b] BT *lingue* pro *e. l.* [c] V om. [d] FRLZ add. *etiam.* [e] VZ add. *mihi.* [f] R *creaturarum.* [g] T om. *s. q. p.* [h] Ita BT, alii om. [i] R *super.* [k] BT om. [l] V *dicat*, F *dicitur.* [m] RL om. [n] R *utraque*, quod F corr. [o] B *qui*, Z *quod.* [p] Ita BT, alii add. *peccatum.* [q] B add. *est.* [r] Ita VR, alii *detractioni.* [s] BT om.; R om. *magis*, in F est add. mg.

1 C. 33, q. 3, De poen., dist. 1, c. 24 (I, 1164).
2 Cf. Ivo Carnot., *Decretum*, p. 10, c. 157 (PL 161, 737); cf. Gratian., C. 33, q. 3, De poen., dist. 1, c. 24 (I, 1164).
3 *In Ioan.*, tr. 43, n. 11 (PL 35, 1704); cf. C. 33, q. 3, De poen., dist. 1, q. 27 (I, 1164).
4 Psalm. 56, 5.
5 Psalm. 108, 4.
6 Lombardi, in h. l. (PL 191, 988), ex Augustino, in h. l. (PL 37, 1433sq.).
7 Exod. 20, 13.
8 Exod. 22, 28.
9 Exod. 20, 16.
10 Cap. 3, 15.
11 *Epist.*, XI, ep. 2 (PL 77, 1129).

vel non inesse. Si quam cognoscit inesse vel non inesse, facta detractione [a] non amittit hanc cognitionem; ergo quantum ad hoc per detractionem non excaecatur. Si vero quam nescit, ergo non fuit in eo cognitio bonitatis vel malitiae in altero; ergo per detractionem non amittit: non enim potest per detractionem amitti [b] nisi quod habebatur. Nec videtur per detractionem privari a [c] cognitione alterius veritatis, cum alia veritas sit impertinens; ergo videtur quod detractio non excaecet.

[Solutio]: 1. Ad quod dicendum [d] quod est duplex lumen: lumen cognitionis speculativae et lumen cognitionis practicae, qua [e] homo vult bonum alteri et placet sibi bonum in altero et displicet malum. Per detractionem ergo non oportet quod privetur lumen cognitionis speculativae in ipso detrahente, sed privatur lumen cognitionis practicae. Non enim minus cognoscitur veritas cognitione speculativa, sed magis displicet veritas bonitatis et magis placet veritas malitiae. Unde oculus rationis practicae excaecatur, cui sapit quod non est sapiendum et non sapit quod est sapiendum; idem enim in re est visus quod gustus, licet differens ratione. Iste est oculus nequam, de quo dicitur Matth. 6, 23: *Si oculus tuus fuerit nequam, totum corpus tuum* [f] *tenebrosum erit.* Iste est etiam [g] gustus hominis aegri, cui amarum videtur dulce et dulce amarum. Unde Isai. 5, 20 dicitur talibus: *Vae illis, qui ponunt tenebras lucem et lucem tenebras et amarum in* [h] *dulce et dulce in amarum!*

II. Item, ponitur effectus huius peccati lepr spiritualis, cuius [i] indicium erat lepra Mariae sororis Moysi, sicut habetur Num. 12, 10. Dicitu enim ibi [1]: *Ecce Maria apparuit candens lepr quasi nix.* De hoc effectu [k] habetur in Glossa super illud Num. 12, 1: « Lepra consequitur de trahentes [l] ».

Sed videtur potius quod debeat [m] esse effectu peccati carnalis. 1. Lepra enim est universali corruptio in carne; lepra ergo spiritualis [n] unive salis est corruptio carnalis concupiscentiae; ill autem fit in peccato carnali; ergo effectus conse quens peccatum carnale est proprie lepra.

2. Praeterea, dictum est Iezi [3]: *Lepra adhaereb tibi et semini tuo.* Hoc autem fuit propter peccatu cupiditatis; ergo corruptio spiritualis, quae dicitu lepra, proprie consequitur [o] peccatum cupiditati

[Solutio]: Ad quod dicendum quod in lepr plures attenduntur proprietates: una est unive salis corruptio; alia est quod est morbus conta giosus; tertia est quod magis et magis invale scit, secundum quod homo est maioris aetati Et propter hoc potest designari effectus pecca differentis, secundum has differentes [p] proprietate ut detractioni conveniat propter morbi contagio nem: detractor enim de facili inficit auditorem peccato vero carnis conveniat propter concup scentiae corruptionem universalem sive pecca foetorem; peccato vero [q] cupiditatis propter aug mentum: quanto enim magis homo tendit a senectutem, tanto ex natura corrupta magis do minatur cupiditas in illo.

462

CAPUT IX.

DE REMEDIO PECCATI DETRACTIONIS.

Nono quaeritur de remedio huius peccati.

a. Dicitur autem hoc peccatum esse in remedium contra praesumptionem vel adulationem. Unde dicit Pius papa [4]: « Nonnunquam detractio adversus bonos excitatur, ut quos vel domestica praesumptio vel aliorum favor in altum [r] extulerat, detractio humiliet ».

Sed videtur contrarium [s]. 1. Detractio enim est sicut venenum; unde Eccle. 10, 11 super illud: *Si mordeat serpens in silentio,* Glossa [5]: « Sicut serpens, occulte mordens, venenum infundit, s et qui detrahit ». Venenum autem veneno no expellitur; ergo detractio non est in remediu peccati sive medicina morbi.

[Solutio]: 1. Ad quod dicendum quod non f sermo de adulatione et detractione secundu quod referuntur ad subiectum in quo sunt, se secundum quod referuntur ad subiectum [t] quod intendunt agere. Adulator enim intend agere in illum cui adulatur et detractor in illu cui detrahit. Cum ergo dicitur quod detractio e

---

[a] BT *determinatione;* V *committit* pro *amittit.* [b] V om. *non enim... amitti.* [c] B *primaria* pro *p. a.* [d] T add. *est.* [e] Z *quo,* L *p quam,* R *quia,* quod F corr.; R *non* pro *homo.* [f] FRLZ om. [g] V om. [h] L om., in F est add. mg. [i] B *cui,* quod L corr. [k] BT o [l] Ita VZ, BT *detractores,* FRL *detractantes.* [m] RL add. *potius,* quod F exp. [n] Ita BT, alii *spiritualiter.* [o] R om. [p] Z o [q] VFRL *enim.* [r] B *alterum.* [s] BT *contra.* [t] R *secundum,* quod FLZ corr.; V om. *in.*

1 Num. 12, 10.

2 *Ordin.*, in h. l. (PL 113, 401), ex Origene, *In Num.*, hom. 7, n. 1 (PG 12, 612).

3 IV Reg. 5, 27.

4 Rectius Gratian., *Glossa* in C. 6, q. 1, c. 9 (I, 556 quae sequitur post textum Pii Papae.

5 *Ordin.*, in h. l. (PL 113, 1125).

in remedium adulationis [a], hoc est in respectu illius subiecti. Cum enim advertit [b] sibi detrahi, convertit se ad considerationem suae infirmitatis, si forte aliquid reprehensibile est in eo, et sic humiliatur: unde iam non est venenum ei, sed medicina. Illi vero, qui audit detractionem, si acquiescat, est venenum infusum a detrahente; illi vero, cui detrahitur, non [c] dicitur esse venenum [d], nisi ex ipso contrahat nocumentum.

Sed posset quaeri, si adulatio opponitur detractioni sicut [e] detractio adulationi, propter quid non dicitur adulatio [f] esse in remedium detractionis sicut detractio in remedium adulationis. — Ad quod dicendum est quod adulatio non permittit hominem videre suum imperfectum, detractio vero facit, et ideo adulatio non dicitur esse in remedium quemadmodum detractio.

CAPUT X. 463

UTRUM TOLLENDA SIT OCCASIO DETRACTIONIS.

Decimo ostenditur **I.** quod tollenda est occasio huius peccati. Dicunt enim quidam quod sufficit sibi conscientia coram Deo nec curandum est [g] de existimatione hominis.

Contra quod sic obicitur: *a.* Dicitur [h] I ad Thess. ultimo, 21-22: *Ab omni specie mala abstinete vos, quod bonum est* [i] *tenete.* Abstinentia autem a specie mali est ut auferatur occasio peccati in aliis; cum ergo utrumque sit necessarium, secundum quod dicit Apostolus, non [k] sufficit tenere quod bonum est, sed oportet abstinere a [l] specie mali propter alios; ergo tollenda est occasio detractionis: si enim nullo modo videretur aliquis malus, non crederetur detrahenti alicui de illo.

b. Praeterea, qui contemnunt famam crudeles dicuntur, secundum quod dicit Augustinus [1]: « Si quis a criminibus flagitiorum vitam suam custodit, sibi bene facit; quisquis autem famam, in alios [m] est misericors ». Ergo, per oppositum, qui contemnit famam [n] est crudelis, secundum quod dicit Seneca [2]: « Crudelis est qui famam negligit ». Ergo peccat qui detractionis occasionem non subtrahit.

c. Praeterea, quantum in ipsis est, occidunt animas aliorum, scilicet qui praestant occasionem detrahendi; sed omnes tales peccant; ergo non subtrahentes occasionem detractionis peccant [o].

Sed videtur contrarium. 1. Nullus enim ad impossibile tenetur; sed nullus potest ita cavere quin aliquis offendat in ipsum; ergo nullus potest cavere a vitio detractionis et ita [p] ab eius occasione.

2. Praeterea, Apostolus [3] testatur se currere in praedicatione inter *infamiam et bonam famam;* ergo infamia faciebat ad meritum ipsius occasionaliter; non ergo subtrahenda est occasio detractionis, cum per ipsam detur occasio meriti.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod subtrahenda est [q] occasio detractionis secundum quod possibile est.

[Ad obiecta]: 1. Ad obiectum autem in contrarium dicendum est quod occasio detractionis aliquando est ex parte eius cui detrahitur, aliquando ex parte [r] detrahentis vel eius apud quem detrahit. Subtrahere ergo potest ut in pluribus occasiones quae sunt ex parte sui, et ad hoc tenetur secundum illud Apostoli: *Ab omni specie mala abstinete vos.* Occasiones vero quae sunt ex parte detrahentis vel eius apud quem detrahit non tenetur ipse [s] subtrahere.

2. Ad aliud vero dicendum [t] quod, licet detractio sit occasio meriti aliquando apud sustinentem patienter [u], non tamen danda est occasio detractionis. Quod enim detractio est occasio meriti, hoc est ex opere Dei, qui ex malis elicit [v] bonum; qui vero dat occasionem detractionis est principium mali; *non sunt autem facienda mala, ut veniant bona* [4].

II. Adhuc etiam quaeritur utrum satisfaciendum [x] est detractoribus quibus modis fieri potest.

Quod non videtur. 1. Satisfactio enim competit ei qui est debitor ex peccato: satisfacere enim est causas peccatorum excidere [y] et eis aditum non praebere. Cum ergo ille, cui detrahitur, possit esse iustus et ita non debitor ex peccato, non oportet ipsum satisfacere detractori quibus modis potest, sed magis oportet detractorem satisfacere illi.

---

[a] R om. [b] B (corr.) *avertit.* [c] R *quomodo.* [d] R om. *e. v.*, in FL est add. mg. [e] R *sic.* [f] Z om. [g] T om. [h] T om. [i] R om. [k] Z *nos.* [l] T *ab omni;* BT *mala* pro *mali.* [m] R *mali que* pro *i. a.* [n] BT om. [o] V om. [p] V add. *offendit nec.* [q] T om. [r] R add. *detractionis.* [s] R add. *detrahere.* [t] Ita L, alii add. *est.* [u] B om. [v] VRZ (corr.) *efficit.* [x] B *si satisfaciendum,* R *faciendum.* [y] B *excedere.*

1 *De bono viduit.*, c. 22 (PL 40, 448).
2 Cf. Augustin., loc. cit.
3 Cf. II Cor. 6, 8.
4 Rom. 3, 8.

Contra. *a.* Dicit Gregorius[1]: « Vocandi sunt detractores et tranquille admonendi [a] eisque satisfacere modis omnibus debemus, scientes quod de Iudaeis Veritas dicit[2]: *Ne forte scandalizemus eos* »; et dicit Apostolus ad Rom. 12, 18: *Si fieri potest, quod ex vobis est, cum* [b] *omnibus hominibus pacem habentes.*

[Solutio]: Ad quod dicendum quod satisfactio accipitur duobus modis: uno modo est in remedium proprii peccati, alio modo est in cautelam alieni [c]. Prout est in remedium proprii peccati, non oportet iusto satisfacere peccatori qui de trahit [d]. Prout vero est in cautelam alieni peccat oportet [e] satisfacere, id est excidere causam scan dali, secundum quod scandalum est dictum v factum minus rectum occasionem praebens ruina Si vero non omnino potest subtrahi occasio i ipsis detrahentibus, faciendum est secundum con silium Evangelii. Dicit enim Dominus[3] dicen sibi: *Scis quod audito hoc verbo scandaliza sunt Iudaei? Sinite illos: caeci sunt et duce caecorum.*

464 CAPUT XI.

DE POENA PECCATI DETRACTIONIS.

Undecimo quaeritur de poena huius peccati. Potest enim quaeri utrum huic peccato sit per se poena annexa quemadmodum invidiae.

Quod videtur. *a.* Invidus enim cruciatur ex bonis adversariorum apprehensis; et ideo dicit Seneca[4]: « Utinam invidus in omnibus oculos et aures haberet, ut omnium profectibus, qui invidet omnibus, torqueretur ». — Item, Augustinus[5]: « Amasti bene agentem, vixisti bono odore; invidisti bene agenti, mortuus es [f] bono odore ». Sed detractio per se nascitur ex invidia; ergo detractio habet secum poenam annexam.

Contra. 1. Invidia inter passiones a Philoso pho[6] et a Sanctis computatur, detractio vero inte actiones; ergo detractio non habet poenam sib annexam: illa enim peccata [g] proprie dicuntu poenae quae passionem secum important.

[Solutio]: 1. Ad quod dicendum quod detracti poenam habet in radice sua, secundum illum mo dum secundum quem ex invidia nascitur. Dicitu etiam habere poenam in se secundum illum modu secundum quem dicitur ab Augustino[7] quo « omnis motus inordinatus est poena ipsi habenti » Sed non est detractio in proprio actu importan passionem, ratione cuius dicatur [h] habere poenan sicut timor [i] vel invidia poenam [k] dicuntur haber

---

[a] VL *autem movendi*; L om. *et.* [b] B add. *ex.* [c] VR *alicui*, quod L corr. [d] B add. *prout vero est in cautelam peccati qui detur h*
[e] V *debet.* [f] BT *est.* [g] V *peccati.* [h] R *dicetur.* [i] F *tumor.* [k] V add. *habet.*

1 *Epist.*, XI, ep. 2 (PL 77, 1120).
2 Matth. 17, 26.
3 Matth. 15, 12sqq.
4 Cf. Cato, *Monost.*, 28.
5 *In Ioan.*, tr. 50, n. 8 (PL 35, 1761).
6 Cf. *Ethica ad Nicom.*, II, c. 5 (II, 18).
7 *Confess.*, I, c. 12 (PL 32, 670).

QUAESTIO X.

DE MALEDICTIONE.

Consequenter dicendum est de peccato maledictionis, in quo fit imprecatio poenae. Et recte post contumeliam et[a] detractionem: licet enim conveniant in genere, quia utrobique peccatur in proximum, in hoc tamen praeponuntur[b] contumelia et detractio ipsi maledictioni, quia in illis duobus fit vituperatio per improperium culpae[c], in hoc autem fit vituperatio per imprecationem poenae. Circa autem[d] hoc peccatum haec sunt consideranda:

Primum est utrum maledicere sit semper malum;

secundum est si est tantum mortale peccatum;

tertium est[e] utrum sit maledicendum creaturae non habenti rationem vel intellectum;

quartum est utrum sit maledicendum creaturae rationali, utpote angelicae vel humanae;

quintum est, si maledictio fertur super humanam creaturam, ex qua causa ferenda est;

sextum est[f] de comparatione huius peccati ad alia peccata;

septimum est[g] utrum sit tantum Dei maledicere;

octavum est utrum aeque conveniant maledictiones in Novo Testamento sicut in Veteri.

CAPUT I. 465

UTRUM MALEDICERE SIT SEMPER MALUM[1].

Ad primum sic: ostenditur[h] primo quod maledicere est malum. 1. Benedictio enim et maledictio sunt opposita; sed benedictio bonum est; ergo maledictio malum est. Quod apparet ex hoc quod dicitur[i] Iac. 3, 10: *Ex ipso ore procedit benedictio et maledictio;* et ponit[2] exemplum de[k] dulci et amara aqua, quae de eodem fonte procedunt. Ex similitudine ergo accipitur quod benedictio bonum est et[l] maledictio malum est[m 3]. Quod patet per hoc quod ibidem dicitur[n]: *In ipsa benedicimus Deum et Patrem*[o]*; in ipsa maledicimus homines, qui ad similitudinem Dei facti sunt.*

2. Item, Prov. 26, 2: *Maledictum, frustra prolatum, in quempiam superveniet,* et exponitur ibi[4] de illo qui maledicit. Ergo malum est maledicere.

3. Praeterea, dicit Apostolus[5]: *Benedicite et nolite maledicere.* Ergo maledicere malum est[p].

Contra. *a.* Quod fit secundum[q] divinam iustitiam, bonum est; sed maledictum[r] fit secundum divinam iustitiam; ergo maledictum bonum est. — Quod autem fiat secundum divinam iustitiam, patet per hoc quod dixit[s] Petrus Simoni Mago, Act. 8, 20: *Pecunia tua tecum sit in perditionem;* et sicut habetur[t] IV Reg. 2, 23-24, de Eliseo, qui maledixit pueris sibi illudentibus. Dicitur enim ibi: *Cum ascenderet per viam, pueri egressi*[u] *sunt de civitate et illudebant ei, dicentes: 'Ascende, calve'; qui cum respexisset eos, vidit et maledixit eis in nomine Domini.*

b. Praeterea[6], ex institutione Ecclesiae fiunt anathemata; anathemata vero sunt maledictiones; quod autem fit[v] ex institutione Ecclesiae bonum est; ergo maledictio bonum est.

c. Praeterea, quod factum est divina inspiratione, est bonum; sed quod Prophetae fecerunt, divina inspiratione fecerunt; faciebant autem imprecationes[7]; ergo imprecatio bonum fuit.

[Solutio]: Ad quod dicendum[x] quod maledictio dupliciter potest fieri: vel respectu eius qui

---

[a] R om. [b] V add. *quod.* [c] R add. *et,* quod L exp. [d] VR om. [e] R om. [f] R om. [g] R om. [h] V *obicitur.* [i] V *habetur.* [k] V add. *duobus.* [l] B om. [m] B om. [n] V *dicit.* [o] R *patrem et* pro *e. P.* [p] R om. [q] V *per,* item infra. [r] V *maledictio.* [s] R *dicit.* [t] BTFZ add. *in.* [u] V *regressi.* [v] Ita V, alii *est.* [x] RZ (mg.) add. *est.*

1 Cf. Ioan. de Rupella, *Summa de vitiis* (fol. 17a).
2 Iac. 3, 11.
3 Iac. 3, 9.
4 *Glossa interlin.* in h. l., ap. Lyran.
5 Rom. 12, 14.
6 Cf. *Glossa ordin., In Prov. 26,* 2, ap. Lyran.
7 Cf. Augustin., *De sermone Dom. in monte,* I, c. 21, n. 71 (PL 34, 1265).

dignus est maledictione vel respectu eius qui dignus est benedictione vel cui competit benedictio; item, potest fieri zelo iustitiae aut [a] vindictae; ab illo etiam potest fieri cui convenit [b] ex officio vel cui non convenit ex officio [c]. Si ergo fuerit maledictio respectu illius qui meretur maledictionem cum aliis debitis circumstantiis, erit maledictio bonum, etsi sit malum ei qui maledicitur [d]. Si vero fiat illi qui non meretur maledictionem vel desint aliae debitae circumstantiae, erit maledictio malum.

Ad obiecta 1. ergo respondendum est dicendo quod benedictio et maledictio, cum [e] sunt opposita, si unum est bonum, reliquum est malum. Sed contingit bonum esse utrobique et malum [f] utrobique. Est enim benedicere cui non est benedicendum, et hoc est malum, sicut faciunt adulatores; de quo dicitur Prov. 27, 14: *Qui benedicit proximo suo voce grandi de nocte consurgens, maledicenti similis est;* et Isai. 9, 16: *Erunt qui beatificant populum meum seducentes et qui beatificantur praecipitati.* Est autem benedicere cui benedicendum est, et sic bonum est; secundum hoc dicit Apostolus [1]: *Benedicite et nolite maledicere.* Similiter est duplex maledictio. Cum ergo dicitur Iac. 3, 9: *In ipsa benedicimus* etc., benedictio ibi potest sumi pro bono, maledictio pro malo, ut ad diversa referantur [g], sicut exprimitur in ipsa littera.

2-3. Eodem modo respondendum est ad illa quae ex alia parte obiciuntur. Maledictum enim frustra prolatum est illud quod sine debita causa profertur, et istud malum est; similiter illud maledicere quod prohibetur ab Apostolo.

466 CAPUT II.

UTRUM MALEDICTIO SIT TANTUM MORTALE PECCATUM.

Secundo quaeritur utrum sit tantum mortale peccatum [h].

Quod videtur. 1. Maledictio enim prohibita est ab Apostolo [2]; quod autem prohibitum est, mortale peccatum est; ergo maledictio est mortale peccatum.

2. Item, orare pro inimicis et pro persequentibus est in praecepto [i], sicut habetur Matth. 5, 44; sed imprecari [k] inimicis est oppositum illi; ergo est mortale peccatum.

Contra. *a.* Dicit Augustinus [3] quod ad veniale peccatum pertinet maledicere cum facilitate.

b. Praeterea, ex corruptione naturae accidit quod homo de facili imprecatur alteri poenam temporalem sicut improperat culpam; sed illud est veniale peccatum; ergo et istud [l].

[Solutio]: Ad quod dicendum quod maledictio, cum fit voto optantis, aut est respectu poenae aeternae aut respectu poenae temporalis; item [m], potest fieri vel [n] ex perversitate animi vel ex [o] levitate puerili. Si fiat ex perversitate animi, maxime respectu poenae aeternae, mortale peccatum est; si vero ex levitate puerili [p] respectu poenae temporalis fiat, potest esse veniale. Primo ergo modo potest illud dici I Cor. 6, 10: *Maledici* [q] *regnum Dei non possidebunt;* hoc enim intelligitur de illis qui ex [r] perversitate animi imprecantur. Si vero fiat ex quadam animi praecipitatione sive surreptione, magis cadit in dissuasionem, I Petri 3, 9: *Non reddentes maledictum pro maledicto, sed e contrario benedicentes* [s].

Adhuc nota quod quadruplex est maledictum [4]. Est maledictum surreptionis, cum alicui subito maledicimus; de hoc loquitur Augustinus in *Canone* iam dicto [t] [5]. — Est maledictum lasciviae, ut [u] cum alicui non ex animo maledicimus; de quo dicit Hieronymus [6]: « Qui negligit oris maledici [v] resecare consuetudinem, etsi non corde maledicat, immunditiam [x] tamen labiorum et oris inquinamentum incurrit ». Et haec duo possunt esse venialia; si tamen ducantur in consuetudinem, possunt esse mortalia propter contemptum. — Est iterum maledictum, quod ex odio procedit concepto, et illud [y] est mortale. — Et est maledictum iustitiae, quod ex caritate procedit, et illud est bonum.

---

[a] V *vel.* [b] V *competit.* [c] V om. *vel... officio.* [d] V *cui fit maledictio* pro *q. m.* [e] T om. [f] FZ add. *esse.* [g] V *referamur.* [h] V om. [i] V *cum in precepto sit* pro *e. i. p.* [k] T *precari.* [l] F (corr.) L *illud.* [m] Ita VTR, alii *iterum.* [n] VF om. [o] Ita V, alii om.; BT *aut* pro *vel.* [p] R *pueri.* [q] V *maledicti,* quod FZ corr. [r] B om. [s] R *benedices.* [t] R *maledictio* pro *i. d.* [u] F om. [v] V *maledicti.* [x] BT *inimicitiam.* [y] T *aliud.*

1 Rom. 12, 14. 2 Rom. 12, 14.
3 Cf. Pseudo-Augustin., *Sermo* 104, n. 3 (PL 39, 1947).
4 Cf. Ioan. de Rupella, *Summa de vitiis* (fol. 17a).
5 Cf. supra, p. 425, nota 2.
6 Potius Origenes, *In Levit.*, hom. 14, n. 3 (PG 12, 555); cf. C. 24, q. 3, c. 3 (I, 990).

CAPUT III. 467

UTRUM SIT MALEDICENDUM CREATURAE IRRATIONALI.

Tertio quaeritur utrum sit[a] maledicendum creaturae non habenti rationem vel intellectum.

Quod non, videtur. 1. Ei enim imprecanda est poena, cuius est culpa; sed creaturae non habentis rationem vel intellectum non est culpa; ergo ei non est imprecanda poena.

2. Item, huiusmodi creatura nihil habet nisi bonum, quod a Deo[b] accepit; sed non est maledicendum creaturae Dei; ergo nulli creaturae[c] carenti ratione vel[d] intellectu est maledicendum.

Contra. *a.* Matth. 21, 19, maledixit Dominus ficulneae, dicens: *Nunquam nascatur ex te fructus in sempiternum; et arefacta est continuo ficulnea.* Ergo exemplo eius potest ferri maledictio super rem non habentem rationem vel[e] intellectum.

b. Et Ierem. 20, 14: *Maledicta dies, in qua natus sum; dies*[f], *in qua peperit me mater mea, non sit benedicta.* Similiter II Reg. 1, 21, dicitur: *Montes Gelboe, nec ros nec pluvia veniant super vos neque sint agri primitiarum.* Ergo contingit maledicere creaturae non habenti rationem vel intellectum sine peccato, cum hoc[g] Prophetae fecerint et reges iusti.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod ipsi creaturae non habenti rationem non est maledicendum propter se, sed ratione rationalis creaturae peccantis[h]. Maledicitur autem ei aliquando in figura, sicut maledixit Dominus ficulneae, in qua significabatur[i] reprobatio Iudaeorum; aliquando ratione peccati in ea perpetrati, sicut maledixit Ieremias diei propter peccatum originale vel concupiscentiam originalem, in qua fuit conceptus vel natus[k] nativitate in utero: cum enim sanctificatus esset in utero[l][1], non fuit natus cum[m] originali peccato nativitate ex utero, licet natus fuerit cum originali concupiscentia[2]. Aliquando vero fit maledictio[n] creaturae irrationali[o] in poenam creaturae rationalis peccantis[p]; unde Gregorius[3]: « Montes Gelboe ideo[q] maledicuntur, ut dum[r] arescente terra fructus non oritur, possessores terrae sterilitatis damno feriantur, quatenus ipsi maledictionis sententiam acciperent, qui apud se mortem regis suscipere iniquitate sua exigente meruissent ». Aliquando vero fertur maledictio ratione creaturae rationalis moventis irrationalem[s] ad aliquod malum, sicut lata fuit maledictio serpentis, Gen. 3, 14; maledictio autem[t] terrae fuit in poenam ipsius hominis peccatoris[u]. Universaliter ergo in relatione ad creaturam rationalem fertur debita maledictio.

CAPUT IV. 468

UTRUM SIT MALEDICENDUM CREATURAE RATIONALI.

Quarto quaeritur I. utrum sit maledicendum creaturae rationali, utpote angelicae vel humanae.

Quod non, videtur. *a.* Dicitur enim Eccli. 21, 30: *Dum maledicit impius diabolum, maledicit animam suam.* Sed nullus debet maledicere animam suam[v]: non enim convenit optare animae suae poenam aeternam; ergo non est maledicendum diabolo; multo fortius nec alii[x] creaturae rationali, cum minus[y] habeat de malitia.

b. Item, super illud Iudae 1, 9: *Non est ausus ferre iudicium blasphemiae,* Glossa[4]: « Michael archangelus diabolo sibi adversanti blasphemiam dicere noluit », et loquitur hic de blasphemia pro maledictione; non ergo ausus fuit archangelus maledicere diabolo; exemplo ergo eius non[z] est maledicendum ab homine diabolo vel alteri creaturae rationali. Et est ratio talis: Maledictio, quae fertur super creaturam, blasphemia est in Creatorem; nullatenus autem blasphemia perpetranda est; restat ergo quod non est maledicendum creaturae rationali.

Contra. 1. Iob 3, 8: *Maledicant ei qui maledicunt diei,* Glossa[5]: « Qui fictam eius claritatem,

---

[a] V om. [b] T om. *a. D.* [c] T add. *Dei.* [d] Ita V, alii *et.* [e] Ita T, alii *et.* [f] R om.; L om. *i. q. n. s.* [g] T om. [h] V *peccatis.* [i] R *quantum figuratur* pro *q. s.* [k] VRZ (mg.) add. *in.* [l] T om. *cum... utero.* [m] BT *in.* [n] V add. *ratione.* [o] Ita V, T *rationalis,* alii *irrationalis.* [p] T om. [q] R *non.* [r] VL *de,* quod F corr.; Z add. *de.* [s] B *irrationalis moventis rationalem* pro *r. m. i.* [t] V *etiam.* [u] B *peccantis.* [v] T om. [x] Ita VB, alii *alte.* [y] T om. [z] FL *nec,* quod Z corr.

1 Cf. Ierem. 1, 5.

2 Cf. Gregor. M., *Moral.*, IV, praefatio, c. 4 (PL 75, 636); S. Bonav., III *Sent.*, d. 3, p. 1, a. 1, q. 3 (III, 70 sqq.).

3 Loc. cit.

4 Hieronymi, *In Epist. ad Titum*, c. 3, 2 (PL 26, 591); cf. C. 24, q. 3, c. 10 (I, 993).

5 *Ordin.*, in h. l., ap. Lyran., ex Gregorio M., *Moral.*, IV, c. 9, n. 15 (PL 75, 645).

qua praesumpsit aequalis Deo fieri, despiciendam monstrant ». Nomine ergo *diei* intelligitur diabolus; et loquitur ibi de bonis; ergo boni maledicunt diabolo; non ergo peccatum est maledicere diabolo [a]; pari ratione nec alteri creaturae intellectuali peccanti.

2. Item, Ierem. 20, 15: *Maledictus vir qui annuntiavit patri meo* etc. Ieremias ergo maledixit annuntianti; ergo maledixit creaturae rationali; et fuit propheta; exemplo ergo eius potest ferri maledictio super creaturam rationalem.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod maledictio potest ferri super creaturam rationalem, in quantum est rationalis, et secundum hoc non est maledicendum. Licet enim, in quantum peccator, sit malus et debeatur ei poena, tamen, in quantum est natura quaedam, est bonum; et dicere malum de creatura redundat [b] in ipsum Creatorem, et ideo hoc modo maledicere peccatum est. — Si vero praedicatur [c] malum poenae eventurum peccatori, ut sic revocet eum a peccato vel ut ostendatur divina iustitia, non est malum. Et secundum hoc intelligitur illud quod Prophetae maledicebant peccatoribus et quod dicitur in Psalmo [1]: *Fiant filii eius orphani et uxor eius vidua!*

Illud autem quod dicitur [d] Iob 3, 8 de maledictione diei [e], non accipitur pro imprecatione [f], sed pro magnitudinis peccati manifestatione.

II. Si vero quaeratur, cum non sint nisi duo, scilicet natura et peccatum, utrum ferenda est maledictio super naturam vel super peccatum; super naturam autem non est ferenda, ex ratione iam dicta [2]; nec super personam, prout est creatura; super peccatum autem ferri non potest: illud enim maledicitur, cuius poena praedicitur; peccatum autem non est [g] illud quod punitur, sed pro quo punitur; super neutrum ergo videtur ferri maledictio.

[Solutio]: Dicendum est quod persona, prout est causa peccati, digna est maledictione, et hoc modo super totum transit maledictio, non tantum super personam, non tantum super peccatum, sed super personam [h] deformatam peccato. Super rem enim [i] non existentem non est ferenda maledictio nec super rem existentem quoad hoc quod existit a Deo, sed super rem existentem quae proprio motu privavit se bene esse. Gregorius [3]: « Otiosum est maledicere non existenti, perniciosum vero, si existeret; sed tunc rectum, cum se bene esse privavit [k] et a iustitia Dei non discordat spiritus praedicentis ».

469

CAPUT V.

UTRUM TANTUM DEI SIT MALEDICERE.

Quinto quaeritur I. utrum tantum Dei sit maledicere.

Quod non, videtur, *a.* per hoc quod tot sunt imprecationes Prophetarum [4].

b. Ipse etiam [l] Apostolus imprecatur, sicut habetur II ad Tim. ultimo, 14-15: *Alexander aerarius multa mihi mala ostendit; reddet illi Dominus secundum opera eius, quem* [m] *et tu devita.*

Contra. 1. Illius solius est maledicere qui novit peccantis affectum et peccati qualitatem. — Quod probatur per hoc quod dicitur Num. 23, 8: *Quo modo maledicam, cui non* [n] *maledixit Dominus?* Glossa [5]: « Non potest esse iusta maledicendi causa, ubi [o] peccantis ignoratur affectus ». Sed homo non potest ista scire, sed solus Deus; ergo solius Dei est maledicere.

2. Item, non iuste maledicitur ab homine qui non prius maledicitur a Deo; sed homo de se ignorat quis a Deo maledicitur; ergo non est hominis maledicere, sed solius Dei.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod Dei est maledicere et etiam ipsius hominis, sed aliter et aliter. « Deus enim, cum maledicit, designat meritum eius cui maledicitur et sententiam promit quia non latet ipsum affectus peccantis nec qualitas peccati. Homo vero maledicit [p] ut cui data est auctoritas iudicandi et qui novit veritatem iudicii secundum ea quae exterius proponuntur [6] ». Et ita aliter et aliter a Deo et ab homine maledicitur; illud tamen quod fit ab homine auctoritatem habente, clave non errante, fit a Deo.

[Ad obiecta]: 1. Ad obiectum autem [q] respondendum [7] quod iusta causa maledicendi potest esse dupliciter: vel cum cognoscitur affectus eius cui maledicitur vel cum [r] cognoscitur actus per se affectum indicans vel ex quo praesumitur vehementer affectus. Primo modo solus Deus

---

[a] Ita V, alii om. [b] T *dividat.* [c] V *ducatur.* [d] Ita VT, alii add. *in;* RL *dicit* pro *dicitur.* [e] RLZ *dei,* quod F corr. [f] R *increpatione.* [g] T om. [h] BT om. *non... personam;* V add. *autem.* [i] R om. [k] V *prenovit.* [l] F *autem.* [m] R *quam.* [n] V *pro* [o] V *nisi,* T *ut.* [p] V *maledicitur.* [q] T om. [r] R om. *v. c.*

1 Psalm. 108, 9; cf. Augustin., *Enarr. in Psalm. 108,* n. 7 (PL 37, 1435).

2 Cf. hic, parum supra, in *Solutione.*

3 *Moral.,* IV, praefatio, c. 2 (PL 75, 634).

4 Cf. C. 24, q. 3, c. 11 (I, 993sq.).

5 *Ordin.,* in h. l., ap. Lyran., ex Origene, *In Numer.* hom. 15, n. 3 (PG 12, 687).

6 Origenes, loc. cit.

7 Cf. Origenes, loc. cit

maledicit vel homo cui Deus revelavit; secundo vero modo homo maledicit, et aliquando maledicit Deo non maledicente: homo enim iudicat secundum allegata, Deus autem secundum rei veritatem.

2. Ad secundum vero dicendum [a] quod homo potest iuste maledicere, etiam si ignoret Deum maledixisse prius: ex alio enim principio sumit rationem iudicii homo quam Deus aliquando; hoc tamen quod habet [b] homo rectitudinis in iudicio, habet a Deo.

II. Sed adhuc quaeritur: Si sacerdos scit aliquem [c] innocentem, cui demandatur a superiore quod excommunicet eum, utrum teneatur ei [d] maledicere.

Videtur enim quod non. 1. *Quo modo* enim maledicet ei, *cui Dominus non maledixit* [1]? Sed scit eum innocentem; ergo scit quod ei non maledixit Dominus; ergo non est ei maledicendum.

Contra. *a.* Demandatum est ei a superiore, penes quem residet auctoritas, nec exprimitur error in mandato; ergo tenetur obedire; ergo tenetur isti maledicere.

[Solutio]: Ad quod dicendum secundum quosdam quod tenetur intimare suo superiori innocentiam ipsius et supplicare quod alteri demandet, qui super hoc non habeat conscientiae laesionem. Si tamen instet superior [e], sententiam recitet superioris, sed non excommunicet, cum magis sit Deo obediendum [f] quam homini [2]: Deus enim innocentem habet pro absoluto, homo vero [g] habet illum pro ligato. — Alii vero dicunt quod, si instet [h] superior, tenetur excommunicare; aliter enim periret unitas obedientiae ecclesiasticae: posset enim secundum hoc quilibet inferior se excusare. Nec est suum factum, sed factum superioris, a quo demandatur; nec dicitur agere contra conscientiam: conscientia enim dictat quod iuste a superiori ligetur [i].

CAPUT VI. 470

EX QUA CAUSA FERENDA SIT MALEDICTIO SUPER HUMANAM CREATURAM.

Sexto quaeritur: Si maledictio fertur super humanam creaturam, ex qua causa ferenda est, utrum scilicet voto optantis aut non, et hoc est utrum aliquis possit alii optare [k] poenam in futuro.

Quod videtur, 1. per hoc quod homo, conformans voluntatem suam voluntati divinae, non in hoc dicitur peccare; sed Deus vult poenam in futuro alicui peccatori; ergo homo, optando poenam illi homini, non peccat; sed hoc est maledicere; ergo homo non peccat maledicendo, licet maledicat [l] voto optantis.

2. Item, super illud Act. 8, 20: *Pecunia tua tecum* [m] *sit in perditione:* « Iudicium Dei intus aspicientes [n], quo maledicto mala debeant foris feriri [o] cognoscunt, et in maledicto non peccant, in quo a [p] iudicio Dei non discordant [3] ». Si ergo illi poenam optent ipsis peccatoribus, non peccant sic maledicendo.

Contra. *a.* Dicit Augustinus, in *Sermone Domini de monte* [4], exponens illud [q] Prophetae [5]: *Fiat mensa eorum in laqueum* etc., et iterum [6]: *Fiant filii eorum pupilli* etc.: « Propheta per imprecationem quid esset futurum cecinit [r], non optantis voto, sed spiritu praevidentis ». In quo innuitur quod Prophetae non optaverunt [s] poenas illas [t] quas praedixerunt, et tamen inspirati erant Spiritu divino. Exemplo ergo Prophetarum non est maledicendum voto optantis.

b. Item, tenemur orare pro [u] proximo, maxime ad vitam aeternam, cum de nemine desperandum sit dum est in via [7]; ergo tenemur optare ei vitam aeternam; ergo [v] tenemur non [x] optare poenam [y] aeternam, cum non constet de sua reprobatione; ergo tenemur non maledicere voto optantis.

[Solutio] [8]: Ad quod dicendum quod non est maledicendum voto optantis, sed ex amore iustitiae vel ex veritatis praevisione, non desiderio vindictae vel desiderio poenae aeternae.

[Ad obiecta]: 1. Ad obiectum autem in contrarium dicendum est quod, si aliquis cognosceret voluntatem divinam respectu poenae aeternae alicuius, sicut Dominus non vult ei poenam aeternam nisi ex demeritis finalibus, ita nec iste teneretur velle; non tamen simpliciter velle proprio motu: hoc enim est optare, sed vult quod agat poenitentiam [9] et ita non vult ei poenam aeternam. Est ergo in eo duplex voluntas: una,

---

[a] R add. *est.* [b] R om., Z exp.; T om. *h. h.* [c] V *aliquam,* quod R corr. [d] T om. [e] R *superiori.* [f] R *credendum.* [g] F *enim.* [h] R *iure.* [i] V *legetur.* [k] V *operare.* [l] V add. *ex.* [m] V om. [n] V *aspicientis.* [o] BTR *ferri.* [p] R om. [q] R om. [r] T *tenuit.* [s] R *occupaverunt.* [t] Ita V, alii *illis;* Z *quos* pro *quas;* F *dixerunt* pro *praedixerunt.* [u] R *ortare* pro *o. p.* [v] BT add. *non.* [x] L exp. [y] Ita VF, alii *vitam.*

1 Num. 23, 8.
2 Cf. Act. 5, 29.
3 Gregor. M., *Moral.,* IV, c. 1, n. 2 (PL 75, 639); cf. C. 24, q. 3, c. 12 (I, 994).
4 Lib. I, c. 21, n. 72 (PL 34, 1265).
5 Psalm. 68, 23.
6 Psalm. 108, 9.
7 Cf. Augustin., *Sermo* 71, c. 13, n. 21 (PL 38, 456).
8 Cf. Gratian., *Glossa* in C. 24, q. 3, c. 11 (I, 994).
9 Cf. Ezech. 33, 11; Act. 8, 22.

qua vult ei poenam aeternam[a], si finaliter moritur in peccato mortali; alia, quae est eius secundum se absoluta, qua non vult ei poenam aeternam, et ideo voto optantis non est maledicendum. Una autem[b] voluntas conformatur voluntati Dei antecedenti[c], altera voluntati[d] Dei consequenti, de quibus dicit Damascenus[1].

2. Ad secundum vero[e] dicendum quod, licet Petrus cognosceret voluntatem Dei consequentem de poena sive maledictione ipsius Simonis et ita voluntas sua quoad hoc conformaretur voluntati divinae, vellet tamen ipsum Simonem agere poenitentiam ex compassione naturali et ita declinare poenam aeternam, et quoad hoc non voto optantis[f] malediceret ei, sed iudicio divinae iustitiae. Unde Gregorius[2]: « Cum sancti viri maledictionis sententiam proferant, non ad hanc voto ultionis, sed ex iustitiae examine erumpunt; intus enim subtile iudicium Dei aspiciunt ».

471 CAPUT VII.

DE COMPARATIONE PECCATI MALEDICTIONIS AD ALIA PECCATA.

Septimo quaeritur de comparatione huius peccati ad alia peccata.

I. Videtur enim quod sit blasphemia, 1. per hoc quod dicitur[3] super illud Iudae 1, 9: *Non ausus est* etc.[g]: « Diabolus in substantia sua bonus est, sed in voluntate malus; et ideo ab angelis non blasphematur, quia aliquid[h] proferre adversus bonam naturam blasphemiam reputat archangelus ». Ergo maledictio diaboli est blasphemia; sed blasphemia[i] est gravissimum peccatum; ergo maledictio diaboli est gravissimum peccatum. — Quod autem blasphemia[k] sit gravissimum peccatum, patet ex hoc quod in Lege[4] puniebatur poena lapidationis blasphemus.

Contra: *a.* Super illud ad Col. 3, 8: *Nunc deponite et vos omnia* etc., ubi[5] computatur blasphemia in fratrem[l] pro minori peccato, et ita maledictio.

b. Praeterea[m], maledictio et blasphemia sunt diversa peccata in specie[n]; ergo neutrum continetur sub altero.

II. Item, videtur quod maledictio non differat ab homicidio, 1. per hoc quod dicit Chrysostomus[6]: « Cum dixeris 'maledic ei[o] et domum everte et omnia perire fac', nihil ab homicida[p] differs ». Ergo maledictio non differt ab homicidio.

2. Sed[q] videtur contrarium, quod sit maius homicidio. Dicit enim Chrysostomus[7]: « Tales linguae deteriores sunt ore sanguine pleno a[r] carnibus humanis ». Et loquitur ibi de maledictione. Quod patet ex praecedenti; dicitur enim ibidem[8]: « Sunt quidam, qui in tantum irrationabilitatis devenerunt quod non solum adversus inimicos orant, sed et filios illorum[s] maledicunt ».

3. Quod autem sit minus peccatum[t] homicidio patet ex hoc quod minor ei poena debetur et minoris est damni.

[Solutio]: I. Ad quod dicendum quod maledictio creaturae dicitur blasphemia per concomitantiam — qui enim imprecatur poenam creaturae, quia est creatura, vel qui malum dicit de ea, per consequens malum dicit de Creatore, videlicet quod sit principium mali[9] — sed non est maledictio blasphemia[u] per essentiam. Et distinguendum est quod duplex est maledictio diaboli: vel prout est causa malae voluntatis, qua nocet generi humano, et hoc modo maledictio diaboli non importat secum blasphemiam; alio vero[v] modo maledictio dicitur eius in quantum creatura, et sic per consequens est blasphemia.

[Ad obiecta]: 1. Ad id vero[x] quod obicitur quod 'maledictio sit gravissimum peccatum et quod contineatur sub blasphemia': dicendum quod, si fuerit ex deliberatione animi, maledictio illa, quae est creaturae in quantum creatura, est valde grave peccatum: redundat enim in Creatorem; si vero fuerit ex calore iracundiae cum impraemeditatione, minus grave peccatum est[10]. Si vero fuerit maledictio diaboli, in quantum est causa malae voluntatis, per quam nocet generi humano, est minus grave peccatum: sic enim non redundat in Creatorem et fit ex quodam desiderio vindictae.

b. Ad id vero quod obicitur quod 'maledictio et blasphemia differunt specie': dicendum[z] quod

---

[a] B om. [b] L *est.* [c] Z *antecedente,* quod FR corr. [d] VR *voluntate;* B om. *Dei.* [e] V om. [f] V add. *non.* [g] BT om. [h] R *quid.* [i] Z add. *ergo.* [k] V om. *est gravissimum... blasphemia.* [l] R *patrem.* [m] V add. *benedictio.* [n] T om. *i. s.* [o] F om. [p] R *homicidio.* [q] VR *contra.* [r] F om. [s] F *eorum.* [t] V *peccato.* [u] V *blasphemie.* [v] R om., Z exp. [x] BT *ergo.* [y] Ita VR alii add. *est.* [z] Ita BT, alii add. *est.*

1 *De fide orthod.,* II, c. 29 (PG 94, 970); cf. Alex. Hal., *Summa theol.,* I, num. 273.
2 *Moral.,* IV, c. 1, n. 2 (PL 75, 639); cf. C. 24, q. 3, c. 12 (I, 994).
3 *Glossa ordin.,* in h. l., ap. Lyran.
4 Cf. Levit. 24, 16.
5 Cf. Lombard., in h. l. (PL 192, 281).
6 *In Matth.,* hom. 20, n. 8 (PG 57, 285).
7 Loc. cit.
8 Loc. cit. (PG 57, 284).
9 Cf. supra, num. 468.
10 Cf. supra, num. 466.

hoc verum est; nihilominus tamen potest unum aliquando concomitari alterum ratione alicuius [a] contenti sub ipso.

II. 1-3. Ad id vero quod obicitur de comparatione maledictionis ad homicidium, quod [b] est par illi vel maius, dicendum est quod hoc dicitur in detestationem illius peccati quoad radicem; unde [c] sub illo praecepto Decalogi [1]: *Non occides,* quadam generali ratione [d] continetur. Minus tamen est homicidio proprie dicto quoad actum vel quoad damnum consequens; quoad libidinem vero peccandi posset esse par, et multotiens contingit quod in maledico non deest voluntas perpetrandi homicidium, si adesset opportunitas [e].

CAPUT VIII. 472

UTRUM AEQUE CONVENIANT MALEDICTIONES IN NOVO TESTAMENTO SICUT IN VETERI.

Octavo quaeritur I. utrum aeque conveniant maledictiones in Novo Testamento sicut in Veteri.

Quod non, videtur. *a.* Novum enim Testamentum est lex gratiae et misericordiae; legi autem gratiae [2] et misericordiae non competit imprecatio poenae; ergo in eo [f] non competunt maledictiones; in Veteri vero Testamento est lex timoris [3] et iustitiae; iis autem convenit poena; maledictio ergo competit in Veteri Testamento.

Contra. 1. In utroque Testamento est iudicium spirituale; iudicium vero spirituale utitur maledictione in delinquentes incorrigibiles [g]; ergo, cum aeque sit iudicium [h] in Novo sicut in Veteri vel magis, erit aeque maledictio in Novo [i] sicut in Veteri. — Quod etiam magis sit iudicium [k] in Novo quam in Veteri, ostenditur per hoc quod in Veteri auctoritas iudicandi data est per servum, in Novo vero data est per Filium [4]. Potestas autem dominii plus competit Filio quam servo; in Novo enim [l] Testamento legitur [5]: *Pater omne iudicium dedit Filio;* nusquam [m] autem in Veteri legitur quod dederit omne iudicium servo. Cum ergo maledictio sit coercio consequens iudicium, magis competit maledictio in Novo Testamento quam in Veteri.

II. Praeterea, quaeritur propter quid prohibetur homo maledicere, cum Domini sit maledictio multotiens in Veteri Testamento. « Cum autem exemplum vitae hominibus ponat, non facit in huiusmodi quod non vult ab hominibus fieri », sicut habetur [6] Num. 23, 8, super illud: *Quo modo maledicam?*

[Solutio]: I. Ad quod dicendum quod maledictiones communes sunt [n] Veteri Testamento et Novo, magis tamen competebant Veteri. Populus enim sub lege Moysi constitutus plus serviebat timore poenae; praeterea, populus durae cervicis erat, sicut habetur Act. 7, 51 et Isai. 48, 4: *Scio quia durus es tu et nervus ferreus cervix tua;* ideo positae sunt maledictiones plures in Deuteronomio [o] non observantibus mandatum, sicut habetur Deuter. 28, 15-68. Populus autem sub lege gratiae constitutus plus serviebat amore patriae, et ideo plus est ibi de benedictione, minus de maledictione. Unde Matth. 5, 3-11 proponuntur beatitudines sine *vae;* in Luc. 6, 20-26 tamen ponuntur cum *vae,* id est maledictionibus, ad ostendendum quod filii Israel [p] servire debent ex caritate simpliciter vel habere duplicem respectum, unum ad praemium, et hoc maius, et alterum ad poenam, et hoc minus.

[Ad obiecta]: 1. Ad obiectum autem respondendum [q] quod, licet iudicium nobilius et potentius sit in Novo Testamento [r] quam in Veteri, tamen non ita competit ei maledictio. Regis enim, cuius est iudicium, est cum misericordia iudicare, dum est tempus misericordiae; servi [s] vero, qui iuratus est legibus, est cum severitate iudicare. Ideo Christus, qui constitutus est rex et iudex in Novo Testamento, cum misericordia iudicat in praesenti; in futuro vero cum severitate iudicabit, ubi nullum relinquetur iudicium servo. Servus vero, qui iuratus [t] est legibus, in praesenti cum severitate iudicat; ideo in Veteri Testamento tam graves poenae erant constitutae.

II. Ad id vero quod quaeritur [u] 'propter quid homini prohibetur maledicere, cum ipse Dominus maledicat, qui exemplum agendi [v] hominibus dat', dicendum [x] quod est duplex maledicere: unum, quod est ex malitia vindictae, et aliud, quod est ex amore [y] iustitiae. Prohibetur ergo homini maledicere zelo vindictae, sed non prohibetur maledicere ex amore iustitiae, cum ad eum pertinet ius auctoritatis divinae, et hoc modo accipit [z] exemplum a Deo, qui non maledicit nisi virtute iustitiae [7].

---

[a] V add. *peccati.* [b] R *vel;* V *minus* pro *maius.* [c] V *peccati.* [d] B *generalitate* pro *g. r.* [e] R *conformitas.* [f] Ita V, alii om. *i. e.* [g] RZ (corr.) *in originales.* [h] V *iustitia.* [i] R add. *testamento.* [k] VR om. [l] Ita BT, alii *vero;* VRZ (corr.) *convenit* pro *competit.* [m] BT *nunquam;* B om. *in.* [n] V add. *in.* [o] R *que dentur* pro *i. D.* [p] B om. [q] Ita BT, alii add. *est;* R *hoc* pro *licet.* [r] V om. [s] R *servus,* quod Z corr. [t] B *iratus.* [u] Ita V, alii *obicitur.* [v] Z add. *in.* [x] Ita VR, alii add. *est.* [y] Codd. *examine* pro *e. a.,* item infra. [z] B *accipitur.*

1 Exod. 20, 13.
2 Cf. Rom. 6, 14.
3 Cf. Rom. 8, 15.
4 Cf. Hebr. 3, 1 sqq.
5 Ioan. 5, 23.
6 *Glossa ordin.,* in h. l., ap. Lyran., ex Origene, *In Numer.,* hom. 15, n. 3 (PG 13, 687).
7 Cf. Gratian., *Glossa* in C. 24, q. 3, c. 11 (I, 994).

QUAESTIO XI.

DE BLASPHEMIA.

Post peccata oris quae vergunt in iniuriam proximi sequitur peccatum oris quod vergit in iniuriam Dei principaliter, quod dicitur blasphemia. Circa quod quaerendum est [a]:

Primo, quid sit blasphemare;

secundo, quae sint differentiae eius;

tertio, utrum sit semper mortale peccatum;

quarto, utrum sit hominis tantum in praesenti an etiam in futuro;

quinto, de comparatione huius peccati ad quaedam alia genera peccatorum ve specierum inter se;

sexto, utrum sit tantum in dictis an etiam in factis;

septimo, utrum sit [b] peccatum irremissibile.

473 CAPUT I.

QUID SIT BLASPHEMARE.

Circa primum sic: I. *a.* Dicit [c] Haymo [1]: « Blasphemare est contumeliam vel aliquod convitium inferre in [d] iniuriam Creatoris ».

Sed videtur quod haec [e] definitio non conveniat omni blasphemiae, 1. per hoc quod dicitur ad Ephes. 4, 31, super illud: *Blasphemia tollatur a vobis,* Glossa [2]: « Quae fit in Deum vel in sanctos ». Ergo non omnis blasphemia est in Deum.

2. Item, super illud Iudae 1, 8: *Maiestatem autem blasphemant,* Glossa [3]: « Omnis blasphemia est cavenda, sed maxime in Creatorem ». Ergo non omnis blasphemia est in Deum.

[Solutio]: 1-2. Ad quod dicendum quod [f] omnis blasphemia proprie dicta est in [g] Deum. Quod autem dicitur esse in sanctos vel in creaturam, hoc est quia in illis blasphematur Deus, qui est conditor creaturae et dator sanctitatis. Direct ergo vel indirecte omnis blasphemia est in Deum

II. *a.* Ponitur iterum definitio blasphemiae ta lis [4]: 'Blasphemia est, per quam de Deo ipso fals dicuntur'.

Sed videtur quod haec [h] definitio non conver tatur. 1. Est enim quoddam blasphemare, cum at tribuitur creaturae quod est proprium Dei, ut s dicatur quod angelus vel homo creat, et ibi nihi falsum dicitur de Deo, sed de creatura; erg non est praedicta definitio conveniens.

[Solutio]: 1. Ad quod dicendum [i] quod praedict definitio intelligitur de blasphemia simpliciter ubi removetur a Deo quod ei vere convenit vel attribuitur quod non convenit, non quia non si blasphemia attribuere [l] alteri quod ei soli conveni

474 CAPUT II.

DE TRIBUS DIFFERENTIIS BLASPHEMIAE.

Secundo quaeritur quae sint differentiae eius. Et ponuntur tres, quarum una est [m], cum attribuitur Deo quod ei non convenit; secunda est, cum ab eo removetur quod ei convenit tertia [n], cum attribuitur creaturae quod ei ap propriatur.

---

[a] FL om., in Z est add. mg. [b] BT om. [c] R om. [d] V om. [e] Z om. [f] BTFL om., in Z est add. mg. [g] V om. [h] V *iste* [i] Ita BT, alii add. *est.* [k] V *et.* [l] Z *quod attribuitur.* [m] L om. [n] F add. *est.*

[1] *In Isai. 1,* 4 (PL 116, 719).

[2] Lombardi, in h. l. (PL 192, 208).

[3] *Ordin.*, in h. l., ap. Lyran.

[4] Cf. Augustin., *Contra mendac.*, c. 19, n. 39 (PL 40, 546)

Item, in I libro *De Trinitate*[1] ponuntur aliae tres differentiae, quarum una est « eorum qui sapiunt de Deo secundum corpus, ut qui opinantur Deum esse candidum vel rutilum[a] », et talia ei attribuunt[b]; alia est eorum qui sapiunt de Deo secundum spiritum creatum et talia ei attribuunt, ut quod Deus est « obliviscens aut recordans sive poenitens et huiusmodi »; tertia est eorum qui attribuunt Deo aliquid[c] excellens corpus et spiritum, quod nulli rei convenit, ut qui dicunt « Deum talis esse potentiae ut se ipsum genuerit: nulla enim est res, quae se ipsam gignat ut sit[d] », et haec blasphemia maior est praedictis; unde dicit[2]: « Hic morbus omnium trium generum est[e] pessimus ».

I. Potest ergo[f] quaeri qualiter hae tres differentiae se habeant ad alias tres.

II. Praeterea, utrum possint esse plures quam tres, ut duae scilicet[g] sint respectu creaturae sicut duae sunt respectu Conditoris.

III. Praeterea, cum sint tres differentiae, potest quaeri utrum blasphemia aeque dicatur de eis an magis de una quam de altera.

Videtur enim quod maxima blasphemia sit, cum attribuitur Deo quod ei non convenit. *a.* Unde Augustinus[3]: « Perhorrendum est de Deo aliquid falsi dicere, etsi ad laudem eius videatur pertinere; non enim minori, sed maiori fortassis scelere in Deo laudatur falsitas quam vituperatur veritas ». Ergo maior blasphemia videtur esse, cum attribuitur Deo quod ei non convenit, quam cum removetur ab eo quod ei convenit.

Contra. 1. Plus est mali[h] asserere non esse Deum quam, supponendo ipsum esse, aliquid ei[i] attribuere quod ei[k] non convenit; sed, cum[l] quidquid in Deo est, idem sit quod Deus, removere aliquid ab eo quod ei convenit est removere ipsum esse; ergo maior blasphemia est, cum removetur ab eo quod ei convenit quam cum attribuitur ei quod ei non convenit; ergo maior blasphemia est, cum vituperatur veritas quam cum laudatur falsitas.

[Solutio]: I. Ad quod dicendum quod tres differentiae, quae dantur intelligi in I *De Trinitate*[m], continentur sub una differentia alterius divisionis, sub illa scilicet qua attribuitur aliquid Deo quod ei non convenit; unde non est prima divisio blasphemiae, sed secunda.

II. Ad secundum vero dicendum quod non sunt duae differentiae blasphemiae respectu creaturae sicut sunt duae respectu Creatoris: omnis enim differentia blasphemiae aliquo modo ad Creatorem sive ad Deum refertur. Si[n] enim attribuitur aliquid creaturae quod soli Deo convenit, iniuria est Creatoris; si vero removetur a creatura quod Deo convenit vel non convenit, nulla ex hoc fit Deo iniuria. Et ita respectu creaturae est tantum una differentia blasphemiae, in attribuendo scilicet, non in[o] removendo; respectu vero Creatoris utroque modo.

III. Ad tertium vero[p] dicendum quod differunt hae tres differentiae secundum gradus, ut prima sit cum laudatur falsitas, secunda cum vituperatur veritas, tertia[q] cum falso attribuitur creaturae quod est solius Creatoris.

[Ad obiecta]: 1. Ad obiectum autem in contrarium dicendum[r] quod, licet quidquid in Deo est sit ipse Deus, tamen contingit aliquid negare de Deo quod ei convenit, nec tamen negatur ipsum esse; unde non ex hoc sequitur quod maius malum sit vituperare in Deo veritatem quam laudare falsitatem.

CAPUT III. 475

UTRUM BLASPHEMIA SIT SEMPER MORTALE PECCATUM.

Tertio quaeritur utrum blasphemia sit semper mortale peccatum.

Quod videtur, *a.* per hoc quod dicitur super illud Isai. 18, 2: *Ad populum terribilem* etc., Glossa[4]: « Omne peccatum, comparatum blasphemiae, levius est ». Sed omne veniale peccatum levius est mortali; ergo nulla blasphemia est veniale peccatum; et est veniale vel mortale; ergo est mortale.

b. Item, sicut habetur Lev. 24, 16, peccato blasphemiae debebatur lapidatio; sed omne[s] peccatum, cui in Veteri Lege mors debebatur pro poena, mortale peccatum reputatur[t] in genere; ergo blasphemia universaliter[u] est mortale peccatum.

---

[a] R *rubeum.* [b] R *attribuuntur.* [c] V *aliquod.* [d] T *sic.* [e] V *dicitur,* BT om. [f] BT om. [g] V om., in F est add. interl. [h] VR add. *Deum.* [i] BT *enim.* [k] Ita V, alii om. [l] R om. [m] V *prima divisione* pro *I. D. T.* [n] R *non.* [o] V om. [p] V om. [q] BT add. *est;* V *aliquid* pro *c. f.* [r] BTFL add. *est.* [s] T om. [t] R *reputantur,* Z *reputabatur.* [u] T om.

1 Augustin., c. 1, n. 1 (PL 42, 820).
2 Cf. loc. cit. et n. 2 (PL 42, 819, 821).
3 Cf. loc. cit. et *Contra mendac.*, c. 19, n. 39 (PL 40, 546).
4 *Ordin.*, in h. l., ap. Lyran.

Contra. 1. Ad Col. [a] 3, 8, super illud: *Nunc autem deponite* etc., Glossa[1]: « Post maiora prohibet minora », inter quae computatur blasphemia, et enumerantur ibi venialia peccata; ergo aliqua blasphemia est veniale peccatum.

2. Praeterea, ea peccata quae remittuntur [b], inter venialia computantur, etsi non ex genere, tamen ex eventu; sed blasphemia est de peccatis quae remittuntur hominibus, sicut habetur [c] Matth. 12, 31: *Omne peccatum et blasphemia remittetur hominibus;* et Marc. 3, 28: *Dimittentur [d] filiis hominum peccata et blasphemiae [e], quibus blasphemaverunt.* Ergo blasphemia computatur inter venialia peccata genere vel eventu [f].

[Solutio]: Ad quod dicendum quod blasphemia est mortale peccatum, cum quis ex animi [g] deliberatione in [h] iniuriam Dei peccat; si vero fiat ex surreptione, potest esse veniale secundum conditionem personae, licet, quantum est de genere actus, dicatur grave peccatum.

[Ad obiecta]: 1. Ad primo autem [i] obiectum dicendum est quod, licet blasphemia computetur inter minora peccata, non tamen ex hoc sequitur quod blasphemia secundum omnem modum sit veniale. In peccatis enim [k] mortalibus quaedam sunt maiora, quaedam sunt minora: potest autem esse veniale, cum adest ignorantia, qua non [l] credit homo [m] blasphemare Deum, etsi [n] dicat huiuscemodi verba, et cum hoc [o] fuerit affectionis impetus, ut ex parte rationis et voluntatis peccatum allevietur [p].

2. Ad secundum vero dicendum quod, licet blasphemia aliqua sit remissibilis, non tamen [q] est propter hoc veniale peccatum in genere suo; sed ex hoc sequitur quod habet infirmitatem vel ignorantiam adiunctam in persona, propter quam moveatur Deus ad remittendum vel moveri possit.

a-b. Ad ea vero quae obiecta sunt ex alia parte dicendum [s] quod, cum dicitur « omne peccatum comparatum blasphemiae, levius est », hoc non intelligitur de blasphemia prout continet [t] in se omnem modum blasphemiae, sed prout determinat blasphemiam in summo. Vel fit comparatio aliorum peccatorum, quibus peccatur in proximum, quoad hoc quod [u] peccatur in proximum respectu blasphemiae, in quantum peccatur in Deum, secundum illud quod dicitur I Reg. 2, 25: *Si [v] peccaverit vir in virum, placari poterit Deus; si autem in Deum peccaverit vir, quis orabit pro eo?* Si vero accipiatur blasphemia in termino hoc est [x] pro spiritu blasphemiae, prout dicitur Matth. 12, 31: *Spiritus blasphemiae non remittetur,* secundum hoc [y] fit comparatio ad peccata quae fiunt ex infirmitate et ex [z] ignorantia, quae quantum est de hoc, leviora reputantur.

476 CAPUT IV.

UTRUM HOMINIS SIT TANTUM IN PRAESENTI BLASPHEMARE AN ETIAM IN FUTURO.

Quarto quaeritur utrum hominis sit tantum in praesenti blasphemare an etiam [a] in futuro.

Quod tantum in praesenti, videtur. 1. Blasphemare enim est [b] peccare in Deum; sed in praesenti est tempus demerendi; ergo in praesenti est tempus peccandi; ergo in praesenti tantum [c] est tempus blasphemandi.

Contra. *a.* Apoc. 16, 19-21, super illud: *Blasphemaverunt in memoria apud [d] Deum,* Glossa[2]: « In inferno positi, quamvis sciant se pro merito puniri, dolebunt tamen quod Deus tantam potentiam habeat quod plagas eis inferat, et hoc est blasphemia ». Ergo non tantum est blasphemia in praesenti, sed etiam in futuro.

b. Forte dicetur quod blasphemare in futuro non erit per modum actus culpabilis, licet sit per modum habitus, sed erit per modum [e] actus poenalis. — Contra: Velle potentiam divinam minui, si esset in aliquo in [f] praesenti, designare cordis blasphemiam, et si prorumperet in actum sermonis, esset blasphemia oris; cum ergo consimilis actus in specie sit in ipsis damnatis, sicut est hic actus culpabilis, ita et ibi erit actus culpabilis.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod, licet consimilis actus inordinatus exeat a damnatis qualis exit a peccatoribus in praesenti, tamen diversum est [g] principium exeundi. Hinc enim trahit aliqua delectatio libidinosa, quae exit a libero arbitrio, ibi vero sustinentia poenae, excellentis in

---

[a] R *Gal.* [b] R *enumerantur.* [c] BT add. *in.* [d] F *dimittuntur.* [e] T om. [f] B om. *g. v. e.* [g] VZ *omni.* [h] T om. [i] F *vero* [k] F *autem.* [l] V *se.* [m] V add. *non.* [n] V *licet,* T *et.* [o] V om. [p] R *veniale motus.* [q] Z om. [r] T *removeri.* [s] Ita Z, alii add. *est* [t] T *pertinet.* [u] R om., Z exp., in F est add. interl.; VT om. *quoad... proximum.* [v] V *cum.* [x] V *vel* pro *h. e.* [y] V *dicendum quod* pro *s. h.* [z] F *vel* pro *é. e.*

[a] R *tantum.* [b] R add. *peccatum.* [c] BT om. [d] V *homines* pro *m. a.* [e] V om. *habitus... modum.* [f] R om. [g] Z (corr.) *sit* V *tamen cum diversum sit,* R *cum diversum sit* pro *t. d. e.*

[1] Lombardi, in h. l. (PL 192, 281). | [2] *Ordin.*, in h. l. (PL 114, 739).

duratione vel acerbitate, inducit ad hoc; unde hic cedit in actum culpabilem, ibi totaliter cedit in actum poenalem. Similitudo enim actus in specie naturali est utrobique, sed similitudo in specie morali non est utrobique: dolor enim aliquando nominat actum [a] poenalem, aliquando nominat actum [a] poenalem, et tunc est dissimilitudo in specie morali.

CAPUT V.

DE COMPARATIONE PECCATI BLASPHEMIAE AD QUAEDAM ALIA PECCATA.

ARTICULUS I. 477

Utrum blasphemia sit maius peccatum aliis peccatis.

Quinto quaeritur de comparatione huius peccati ad quaedam alia genera peccatorum vel specierum inter se.

Et primo ostenditur quod maius est peccatum aliis peccatis. *a.* Isai. 18, 2: *Ad populum terribilem,* Glossa[1]: « Nihil horribilius blasphemia, quae ponit *os suum in caelum*[2] ». Ergo maius est peccatum aliis.

b. Item, Richardus de S. Victore[3]: « Sceleratissimum genus peccati est [b], quando quis in Dei vituperiis delectatur. Quid aliud est spiritus blasphemiae nisi affectatio [c] et desiderium vituperationis divinae? » Cum ergo hoc genus peccati sit blasphemia, erit maius aliis peccatis.

Contra. 1. *Nolite exaltare cornu*[4], Glossa[5]: « Maximum est vitium [d] excusationis; nam quasi cornu erigit qui peccata sua per alios nititur excusare, ut per diabolum vel per [e] alios suasores [f] vel per necessitatem stellarum [g] ». Ergo peccatum excusationis est maximum; non ergo blasphemia.

2. Item, super illud[6]: *Non miserearis omnibus qui operantur iniquitatem,* Glossa[7]: « Est defensio peccatorum, quando [h] defendit homo quod Deus odit, de quo dicitur[8]: *Est peccatum ad mortem, non pro eo dico, ut oret quis* ». Sed peccato *ad mortem* nullum [i] est maius; ergo nec blasphemia.

[**Solutio**]: *a-b.* Ad quod dicendum quod blasphemia, prout accipitur pro spiritu blasphemiae, est maximum peccatum ex duplici ratione, quia iniuria fit Deo et [k] quia ex malignitate peccatur. Maius est ergo respectu illorum peccatorum quae non fiunt in Deum, et iterum quae fiunt, sed [l] non ex malignitate: et sic accipiuntur praedictae auctoritates.

1-2. Cum autem dicitur quod [m] peccatum excusationis est maximum, intelligendum est quod maximum dicitur, quia aufert remedium peccati ex parte eius qui poenitere debet. Remedium enim peccati est accusatio ipsius peccatoris et [n] omnimoda confessio peccati; in hoc ergo genere dicitur peccatum excusationis maximum. Ex altera vero parte blasphemia dicitur maximum, quia provocat oculos divinae maiestatis[9] ad non miserendum sive ad non remittendum.

ARTICULUS II. 478

Utrum blasphemia sit maius peccatum homicidio.

Deinde quaeritur utrum blasphemia sit maius peccatum homicidio vel par.

Quod autem sit [o], videtur, *a.* per hoc quod dicit Augustinus[10]: « Non minus peccant qui blasphemant Christum regnantem in caelis quam qui [p] crucifixerunt ambulantem in terris ». Sed qui crucifixerunt perpetraverunt grave homicidium; ergo blasphemia in [q] Christum regnantem in caelis [r] est par peccatum vel maius homicidio.

b. Ad idem, peccatum blasphemiae est contra praeceptum primae tabulae, peccatum vero

---

[a] B om. *culpabilem... actum.* [b] VR om. [c] V *affectio.* [d] V *peccatum.* [e] T om. [f] B om. *ut... suasores;* L om. *vel,* in Z est add. mg. [g] BT om., R *intellectorum.* [h] V add. *aliquis.* [i] V *malum.* [k] VR om. [l] V om. [m] B om. [n] V *vel.* [o] BTRL *sic.* [p] V add. *cum.* [q] V *contra.* [r] Ita V, alii *celo.*

1 *Ordin.,* in h. l., ap. Lyran.
2 Psalm. 72, 9.
3 *De spiritu blasphemiae* (PL 196, 1188).
4 Psalm. 74, 4.
5 Lombardi, in h. l. (PL 191, 700), ex Cassidoro, in h. l. (PL 70, 537).
6 Psalm. 58, 5.
7 Lombardi, in h. l. (PL 191, 544).
8 I Ioan. 5, 16.
9 Cf. Isai. 3, 8.
10 Cf. *Enarrat. in Psalm. 68,* n. 6 (PL 36, 859).

homicidii contra praeceptum secundae tabulae; sed maius est praeceptum primae tabulae quam secundae; ergo maius est peccatum blasphemiae quam homicidii.

Contra. 1. Homicidium omni genere est mortale peccatum, cum est peccatum, et [a] primum locum etiam tenet [b] in poenis; blasphemia autem [c] non omni genere est mortale nec semper debetur ei primus locus in poenis; ergo homicidium est maius peccatum blasphemia.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod maius [d] potest dici peccatum peccato secundum plures rationes: tum secundum rationem maioris libidinis, tum secundum rationem maioris iniuriae, tum secundum rationem [e] maioris damni, tum secundum rationem [f] maioris reatus, id est obligationis ad maiorem poenam. Secundum primum modum potest peccatum blasphemiae esse par peccato homicidii, quia ex aequali libidine et excedentia possunt esse et excessa. Quantum autem [g] ad secundam rationem, maius [h] est peccatum blasphemiae quam homicidii, quia fit maior iniuria ratione maioris status: status enim regnantis in caelis est maior statu [i] ipsius regnantis in terris praeterea, plus est [k] auferre vitam gratiae quam vitam naturae. Quantum autem [l] ad tertiam rationem, maius [m] damnum consequitur essentialiter ipsum peccatum homicidii quam ipsum peccatum blasphemiae, maior etiam poena temporalis debetur [o] in criminis maioris detestatione.

479 ARTICULUS III.

Utrum blasphemare sit maius peccatum quam peierare.

Adhuc etiam quaeritur utrum blasphemare sit maius peccatum quam peierare [a].

Et videtur quod peierare sit maius peccatum, 1. quia [b] qui peierat, nomen Dei sumit [c] in vanum et Deum assumit [d] testem falsitatis; sed testis falsitatis non potest esse nisi falsus, et ita imponit Deo falsitatem; sed non omnis [e] blasphemans dicit Deum esse mendacem, sed [f] aliquid aliud ei attribuit quod ei non convenit; ergo minor [g] potest esse blasphemia periurio. Quae enim maior iniuria quam dicere Deum mendacem, cum sit summa veritas?

Contra. *a.* Super illud ad Ephes. 4, 31: *Blasphemia tollatur a vobis,* Glossa [1]: « Peius est blasphemare quam peierare, quia peierando falsae rei adhibetur testis Deus, blasphemando de se ipso falsa [h] dicuntur ».

[Solutio]: Ad quod dicendum quod blasphemia est maius peccatum in genere periurio, licet utrumque referatur ad praeceptum [i] secundum primae tabulae secundum quemdam modum. Plus enim est falsum dicere de Deo [k] quam dicere falsum de creatura cum assertione. Et, licet in periurio invocetur Deus testis, hoc non est quia Deus sit testis [l] falsitatis, sed ut firmetur credulitas in eo cui iuratur [m]. Nihilominus tamen aliqua blasphemia potest esse minor aliquo periurio, et quia ex minori libidine procedat et quia [n] minoris sit damni.

480 CAPUT VI.

UTRUM BLASPHEMIA SIT TANTUM IN DICTIS AN ETIAM IN FACTIS.

Sexto quaeritur utrum blasphemia sit tantum in dictis an etiam in factis.

Quod autem sit in dictis, *a.* patet per hoc quod dicitur [2] ad Ephes. 4, 31: « Blasphemia est, per quam de Deo ipso [o] falsa dicuntur ».

b. Similiter [p], Levit. 24, 16: *Qui blasphemaverit nomen Domini* etc., Glossa [3]: « Maledicit Deum qui nescienter blasphemat et peccatum recipit id est poenam peccati ».

Contra. 1. Super illud II Petri 2, 2: *Per quo via veritatis blasphematur* etc., Glossa [4]: « *Via veritatis blasphematur* [q] per haereticos, non solum in eis quos suae haeresi seductos associant, sed in eis quoque quos per impurissima facta sua et sacrificia vel etiam mysteria execranda, quae faciunt

---

[a] Ita V, alii om. [b] R *determinet.* [c] Ita V, alii om. [d] T add. *peccatum.* [e] V *ratione* pro *s. r.*; L om. *t. s. r. m. d.* [f] V *ration* pro *s. r.* [g] VR om. [h] V *minus.* [i] Ita V, alii om. [k] V om. [l] Z om. [m] R *minus.* [n] V om. *h. q. i. p.* [o] V *videtur.*
[a] VZ *peiorare,* item infra. [b] R om. *quam... quia.* [c] V om. [d] V add. *in.* [e] F *omnino;* R om. *non.* [f] L *si.* [g] R *maior* [h] Z (corr.) *false.* [i] V om. [k] T *eo.* [l] B om. *hoc... testis.* [m] BT *curatur.* [n] V *vel* pro *e. q.* [o] T *ipsa.* [p] V om [q] T om. *etc... blasphematur.*

1 *Ordin.,* in h. l., ap. Lyran., ex Augustino, *Contra mendac.,* c. 19, n. 39 (PL 40, 545sq.).
2 Loc. cit.
3 *Ordin.,* in h. l., ap. Lyran., ex Hesychio, in h. l. (PG 93, 1106sq.).
4 *Ordin.,* in h. l., ap. Lyran., ex Beda, in h. l. (PL 93, 74)

in odium christiani nominis concitant, existimantibus imperitis omnes christianos huiusmodi flagitiis mancipatos ». Ex quo habetur quod blasphemia non tantum est in dictis, sed etiam in factis.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod blasphemia proprie dicitur esse[a] in verbis; extenditur tamen aliquando ad illam quae est in operibus, sicut confessio et negatio, licet proprie dicantur[b] in verbis, nihilominus tamen aliquando[c] accipiuntur in factis, sicut dicitur ad Titum[d] 1, 16: *Confitentur quidem*[e] *verbis, factis autem negant.*

CAPUT VII. 481

UTRUM BLASPHEMIA SIT PECCATUM IRREMISSIBILE.

Septimo quaeritur utrum blasphemia sit peccatum irremissibile[f].

Quod videtur, 1. per hoc quod dicit Richardus[g] de S. Victore[1], loquens de hoc peccato: « Eo quod hoc[h] malum nihil habet in se excusationis, non meretur habere excusationem remissionis ». Ergo hoc peccatum est irremissibile.

2. Dicitur etiam Matth. 12, 31: *Spiritus blasphemiae nec*[i] *remittetur hic nec in futuro.*

3. Item, Hesychius[k 2], loquens de hoc peccato: « Iuste sine misericordia punitur, sive a patribus tamquam civis eruditus sive noviter didicerit[l] tamquam peregrinus ». Ergo peccatum huiusmodi est irremissibile.

Contra. *a.* Hieronymus[3]: « Blasphemia huiusmodi, quamquam[m] culpa non careat erroris, tamen veniam habet propter corporis vilitatem[n] ».

b. Praeterea, Matth.[o] 12, 31: *Blasphemiae et peccata remittentur hominibus.* Ergo blasphemia est remissibilis[p].

[Solutio]: Ad quod dicendum quod blasphemia aliquando fit ex coactione, sicut dicit Richardus[4], aliquando ex deceptione[q]. Cum autem fit ex coactione, tunc peccatur in Patrem; cum autem[r] ex deceptione, tunc peccatur in Filium. Utroque autem modo habet in se causam excusationis; et dicitur remissibile, quia habet secum annexam causam motivam misericordiae divinae ad remissionem. Cum autem peccatur ex malignitate vel ex certa scientia peccato blasphemiae, quod dicitur spiritus blasphemiae, dicitur peccatum irremissibile, non quia non possit remitti vel quia non aliquando remittatur, sed quia non gerit secum causam motivam ad remissionem. Et hoc modo intelliguntur rationes supra dictae.

---

[a] V om. [b] FRLZ *dicatur.* [c] BT om. [d] B *Tim.* [e] Ita VR (corr.), alii *quidam.* [f] R *irremediabile.* [g] Codd. *Hugo.* [h] B *quod* pro *p. e. q. h.*; V *peccatum* pro *malum.* [i] F *non.* [k] R *Helyseus.* [l] RLZ *didicerat.* [m] R vacat; T *omnino*, R *nec* pro *non.* [n] V *unitatem.* [o] Ita V, alii *Marc.* [p] V *blasphemare est remissibile peccatum* pro *b. e. r.* [q] V *exceptione* pro *e. d.* [r] R *enim.*

[1] *De spiritu blasphemiae* (PL 196, 1187 et 1192); cf. Bonav., II *Sent.*, 997, nota 3.
[2] *In Levit.*, II, c. 24 (PG 93, 1107).
[3] *In Matth. 12*, 32 (PL 26, 81).
[4] Loc. cit.

SECTIO III. — De peccato operis.

QUAESTIO I.

DE RISU ET IOCULATIONE.

Dicto de peccato cordis et oris, consequenter dicendum est [a] de peccato operis. Sed, quia peccatum operis magnam habet latitudinem, [b] in Tractatu sequentium divisionum agetur de illis; in praesenti autem sufficiat dicere de peccatis operis quae pertinent ad gestum vel [c] nutum corporis et quae pertinent ad ornatum. Peccatum autem [d] quod est in gestu vel nutu corporis quoddam attenditur in se, quoddam respectu proximi. Peccatum in se [e] dicitur peccatum ioculationis aut risus, ut [f] risus attendatur quantum ad motum oris, ioculatio quantum ad motum corporis sive gesticulatio, subsannatio autem et derisio quantum ad proximum.

Primo ergo dicendum est de risu et ioculatione.

Quaerendum est ergo utrum ridere et ludere sive ioculari sit peccatum;

secundo, si aliquando est mortale;

tertio, si inspectores ludorum aut ioculationum peccent aliquando venialiter, aliquando mortaliter;

quarto, utrum ministrantes necessaria talibus peccent.

482

CAPUT I.

UTRUM RIDERE ET LUDERE SIVE IOCULARI SIT PECCATUM.

Ad primum sic: videtur quod ista non sint peccata. *a.* Ridere enim a natura datum est homini, et sicut flere est respectu tristabilis, ita ridere est [g] respectu delectabilis; sicut ergo flere potest esse sine peccato, ita et ridere sine peccato.

b. Item, inter virtutes morales sive consuetudinales computatur eutrapelia [1]; eutrapelia autem est medietas in ludis; ergo contingit ista fieri sine peccato.

c. Item, dicitur Eccle. 3, 4: *Tempus est flendi et tempus* [h] *ridendi, tempus plangendi et tempus saltandi.* Tempus autem sumitur pro opportunitate; opportunitas autem non est in peccato; ergo risus et saltatio possunt fieri sine peccato.

d. Item, Gregorius [2]: « Ego [i] David plus stupeo saltantem [3] quam pugnantem; pugnando hostem subdidit, saltando coram Domino homo se ipsum vicit ». Sed pugnando cum hoste meruit; ergo saltando meruit multo fortius.

e. Item, Seneca [4]: « Si tempus iocum [k] exigit, sic te gere [l] sapienter, ut nullus habeat te tamquam asperum [m] nec contemnat te ut vilem ».

Ex quibus omnibus colligitur quod ludus et ioculatio possunt esse sine peccato.

Contra. 1. Exod. 32, 6: *Surrexerunt ludere,* Glossa [5]: « Esus et potus ad lusum impulit, lusus ad idololatriam, quia, si vanitatis culpa non caute compescitur, ab iniquitate mens incauta devoratur [n] ». Ergo in ludo est peccatum.

---

[a] R om. [b] V add. *ideo.* [c] R *et,* BT add. *ad.* [d] V om. [e] V om. *quoddam respectu... se.* [f] T *aut,* quod F corr. [g] V om. [h] Z add. *est.* [i] V *exemplo,* R vacat. [k] BTFL *locum.* [l] V *gerere.* [m] R *os parvi.* [n] T *devorata est* pro *i. d.*

1 Cf. Aristot., *Ethica ad Nicom.,* II, c. 7 (II, 22).

2 *Moral.,* XXVII, c. 46, n. 77 (PL 76, 443).

3 Cf. II Reg. 6, 14.

4 Martin. Bracar., *Formula honestae vitae,* c. 3 (PL 72, 26), ex Seneca, *De officiis* (opere deperdito); cf. E. Bickel, *Rhein. Museum,* N. F. LX, 505-51.

5 *Ordin.,* in h. l. (PL 113, 287), ex Gregorio M., *Moral.,* X, c. 11, n. 21 (PL 75, 933).

2. Item, Chrysostomus[1]: « Non dat Deus ludere, sed diabolus. Audi quid ludentes passi sunt[2]: *Sedit populus comedere et bibere, et surrexerunt*[a] *ludere* ». Ergo ludere non est sine peccato.

3. Item, Ierem. 15, 17: *Non sedi in concilio ludentium;* et similiter Tob. 3, 17. Malum est ergo ludere, cum in opposito personae illae reddantur commendabiles.

4. Item, Chrysostomus[3]: « Non est nostrum[b] ridere continue et frangi et lascivire », et loquitur in persona christianorum; ergo christiani peccant ludendo.

5. Similiter ostenditur de risu, per hoc quod dicitur Luc. 6, 25: *Vae vobis, qui nunc*[c] *ridetis;* et[d] Eccle. 7, 5: *Cor stultorum, ubi laetitia.* Et dicit[e] Glossa[4] Luc. 6, 25: « Docet stultitiam ridentibus, prudentiam flentibus adscribendam ».

[Solutio]: Ad quod dicendum quod quadruplex[f] est risus. Est enim quidam qui provenit ex serenitate conscientiae et praegustatione gaudii superni, et iste risus non tantum est sine peccato, sed pertinet ad fructum Spiritus, qui est gaudium[5]. — Est iterum risus qui cedit in praemium, de quo dicitur Prov. ultimo, 25: *Ridebit in die novissimo;* unde Glossa[6]: « Gaudebit in retributione regni caelestis, quae dolebat in certamine vitae praesentis ». — Est iterum risus qui cedit[g] in demeritum, qui fit ex immoderata laetitia; de quo dicitur Eccle. 7, 4: *Melior est ira risu,* Interlinearis[7]: « Qui dissolvit etiam[h] sapientem »; et in eodem[8]: *Sicut sonitus spinarum ardentium sub olla, sic risus stulti.* Et secundum hunc modum ridere non est sine peccato. — Est iterum risus ex ipsa naturae mansuetudine, et hic[i] attestatur bonitati naturae et bonum naturae determinat.

Eodem modo potest distingui de saltatione et ludo[k]. Est enim saltatio vel ludus quae proveniunt ex mentis lascivia, et secundum hoc sunt peccata vel cum peccato. — Est iterum saltatio vel ludus ex spirituali mentis iucunditate, et hoc modo saltavit David coram arca[9] et lusit[l] in signum[m] humilitatis et spiritualis iucunditatis, et secundum hoc saltatio cessit in meritum. — Aliquando vero fit ad naturae recreationem, et secundum hoc bonum naturae determinat. — Aliquando fit causa exercitii, et sic bonum artis determinat: secundum hunc modum potest esse indifferens ad meritum et[n] demeritum.

[Ad obiecta]: Per iam dicta possunt solvi quae obiecta sunt. *a-e.* Quod enim primo dictum est, ad actum naturalem refertur; secundum vero ad actum virtutis consuetudinalis; tertium vero indifferenter accipi potest; quartum vero ad actum virtutis gratuitae; quintum vero ad actum virtutis moralis.

1-5. E contra vero quod dicitur in Exodo ad ludum culpabilem pertinet. Similiter et ea quae consequuntur de ludo, risu et ioculatione.

CAPUT II. 483

UTRUM LUDUS, RISUS ET IOCULATIO SINT ALIQUANDO PECCATA MORTALIA.

Secundo quaeritur si[o] aliquando sint peccata mortalia, scilicet ludus, risus et ioculatio.

Quod videtur, 1. per hoc quod dicitur Luc. 6, 25: *Vae vobis, qui nunc*[p] *ridetis! Vae* enim comminationem poenae aeternae significat[q] [10], quae pro peccato mortali debetur.

2. Item, Beda[11]: « Risui vacantes, male obsequentium[r] clientela, maiorem foventur ad poenam ».

3. Item, Iac. 4, 9: *Risus vester*[s] *in luctum convertetur,* Interlinearis[12]: « Qui fuit de levitate saeculi »; et iterum Prov. 14, 13: *Risus dolore miscebitur, et extrema gaudii luctus occupat,* et[t] dicit Interlinearis[13]: « Luctus perpetuus ». Sed talis non debetur[u] nisi pro mortali peccato; ergo etc.

4. Et Eccli.[v] 27, 14: *Risus illorum in delictis peccati.* Sed delictum sonat in mortale peccatum; ergo risus est mortale peccatum.

Quod autem sit veniale, *a.* patet ex quibusdam auctoritatibus supra dictis[14]: fiunt enim ex quadam causa levitatis, sicut dicitur Tob. 3, 17.

b. Praeterea, non est expressa prohibitio divina, in contemptum cuius videantur perpetrari.

---

[a] Ita VF, alii *surrexit.* [b] B *vestrum.* [c] RL *non.* [d] R *quia.* [e] V om., F (corr.) *docet.* [f] Codd. *duplex.* [g] VRLZ *procedit,* F *cedat,* quod L corr. [h] R exp. [i] Ita V, alii *sic;* L om. *et.* [k] V om. *e. l.* [l] V *Domini* pro *e. l.* [m] F *figura.* [n] T add. *ad.* [o] V om. [p] V *modo.* [q] V *comminatio est pene eterne* pro *c. p. a. s.* [r] R *est sequentium.* [s] R om., Z exp. [t] V om. [u] R *datur.* [v] Codd. *Prov.*

1 *In Matth.,* hom. 6, n. 6 (PG 57, 70).
2 Exod. 32, 6.
3 Loc. cit., n. 7 (PG 57, 71).
4 *Ordin.,* in h. l. (PL 114, 263).
5 Cf. Gal. 5, 22.
6 *Ordin.,* in h. l., ap. Lyran.
7 In h. l., ap. Lyran.
8 Eccle. 7, 7.
9 Cf. II Reg. 6, 14.
10 Cf. Gregor. M., *In Ezech.,* hom. 9, n. 33 (PL 76, 888).
11 *In Luc. 6,* 26 (PL 92, 404).
12 In h. l., ap. Lyran.
13 In h. l., ap. Lyran.
14 Cf. supra, num. 482.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod aliquando in iis est veniale peccatum, aliquando mortale. Potest enim immoderata laetitia, ex qua originem ducunt, non praeferri incommutabili bono, sed potest fieri conversio ad mutabile bonum citra[a] Deum, et sic erit veniale. Si vero fiat in contemptum Dei vel[b] praeferatur incommutabili bono, secundum hoc erit mortale peccatum. Ille ergo lusus, quo ludebat[c] populus Israeliticus, vitulum aureum faciendo, vel erat mortale peccatum vel dispositio ad mortale peccatum. Videtur autem ex Glossa[1] quod esset dispositio ad mortale peccatum; introducitur enim illa auctoritas Eccli. 19, 1: *Qui spernit modica, paulatim decidet.*

[Ad obiecta]: 3. Illud etiam quod dicitur Iac. 4, 9: *Risus vester convertatur*[d] *in luctum,* de veniali peccato videtur intelligi; posset tamen ad utrumque referri: agitur enim ibi de poenitentiae luctu, qui est de venialibus et[e] mortalibus peccatis.

1. Illud[f] autem, quod dicitur Luc. 6, 25: *Vae vobis, qui nunc ridetis,* de mortali peccato intelligitur.

Similiter illud Chrysostomi[2]: « Non est christiani ridere continue et frangi et lascivire[g], sed eorum qui in scena[h] sunt, fornicantium mulierum et eorum qui diaboli vectigal solvunt ».

484 CAPUT III.

UTRUM INSPECTORES LUDORUM AUT IOCULATIONUM PECCENT ALIQUANDO VENIALITER, ALIQUANDO MORTALITER.

Tertio quaeritur si inspectores ludorum aut ioculationum peccent aliquando venialiter, aliquando mortaliter.

Quod autem peccent mortaliter, 1. dicit Chrysostomus[3]: « Adulteros et inverecundos constituunt talium inspectores; nihil enim stuprosius neque oculo turpius talia videre concedente ». Cum ergo causa sit mortalis peccati, erit peccatum mortale; dicitur enim Matth. 5, 28: *Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam moechatus est eam*[i] *in corde suo.* Et dicit Chrysostomus[4]: « Melius esset luto et gurgite omnem visum revergere quam talem inspicere iniquitatem. Neque enim ita oculis iactura est gurges ut incontinens visus et denudatae mulieris inspectio ».

2. Item, Chrysostomus[5]: « Expellamus saltatricem, et, si nullum alium, barbaros saltem zelamini; etenim ab omni tali puri sunt inspectione. Quae ergo erit nobis excusatio? Qui deberemus esse cives regni caelorum, barbaris in hoc deteriores sumus ». Ex quo accipitur quod huiusmodi voluntaria inspectio mortale peccatum est.

3. Item, Chrysostomus[6]: « Peccatum hoc in tantum imponit[k] sordem, ut neque decem millibus fontibus expurgare possis, sed solum lacrimis et confessionibus ». Cum ergo hoc competat mortali peccato, erit mortale peccatum.

4. Item, leges, quae a Graecis scriptae sunt, tales personas voluerunt esse infames sive dictaverunt[7]; sed participare cum infamibus in actu, per quem contrahitur[l] infamatio, est mortale peccatum: est enim crimen; ergo inspectio voluntaria ioculationum est mortale peccatum.

Contra. *a.* Minus peccatum est inspicere quam ipsum agere; si ergo ipsum agere non semper est mortale, multo fortius nec ipsum inspicere.

b. Praeterea, inspicere[m] aliquando fit casualiter et non praecedente proposito; sed peccatum actuale mortale non videtur fieri sine proposito; ergo inspectio voluntaria ioculationum non semper est mortale peccatum[n].

[Solutio]: 1-4. Ad quod dicendum quod duplex est inspectio. Quaedam est[o] in transitu nec ulterius tendit ad delectationem mortalis peccati, ut fornicationis vel adulterii, et talis est veniale peccatum. — Est alia inspectio studiosa, in qua est fomentum mortalis peccati, et talis potest esse mortalis. — Praeterea, quaedam est ioculatio histrionica, quaedam est etiam ioculatio chorealis mulierum lascivarum, quaedam vero[p] est exercitii causa vel tollendi fastidii sive tollendae acidiae. Studiosa ergo inspectio, per quam praestatur fomentum ioculationis histrionicae vel ioculationis chorealis, potest vergere in peccatum mortale; studiosa vero inspectio duarum aliarum ioculationum potest sistere in veniali. — Per hoc satis potest responderi ad ea quae obiecta sunt.

---

[a] F *extra.* [b] R *ut.* [c] V *ergo risus quo ridebat* pro *ille... ludebat.* [d] V *convertetur.* [e] R add. *de.* [f] RZ *ad illud.* [g] T *lasciviare;* V om. *e. l.* [h] V *cetu.* [i] Ita B, alii om. [k] FL *ponit.* [l] Ita V, alii *trahitur.* [m] R add. *vero.* [n] Ita V, alii om. [o] V om. [p] F om.

1 *Ordin., In Exod. 32,* 6 (PL 113, 287), ex Gregorio M., *Moral.,* X, c. 11, n. 21 (PL 75, 933).
2 *In Matth.,* hom. 6, n. 7 (PG 57, 71).
3 Loc. cit., n. 8 (PG 57, 72).
4 Loc. cit.
5 Loc. cit., hom. 37, n. 7 (PG 57, 427 sq.).
6 Loc. cit., n. 6 (PG 57, 426).
7 Cf. Chrysostom., loc. cit., n. 5 (PG 57, 425).

CAPUT IV. 485

UTRUM PECCENT MINISTRANTES NECESSARIA TALIBUS.

Quarto quaeritur utrum peccent ministrantes necessaria talibus.

Quod videtur, *a.* per hoc quod dicitur ab Augustino, *Super Ioannem*[1]: « Donare res suas histrionibus vitium est immane ».

b. Praeterea, infames personae sunt huiusmodi ioculatores, sicut habetur IV, q. 1[a][2], ubi dicitur quod « infamiae[b] maculis sunt aspersi, scilicet histriones »; fovere autem eos qui infames sunt in causa infamiae, peccatum est; ergo etc.

c. Item[c], Chrysostomus[3]: « Non ita ille, qui haec fingit, est delinquens, ut tu[d], qui haec iubes facere; magis autem neque iubes[e] solum, sed studes et laetaris et laudas quae fiunt et omnino applaudis tali ergasterio daemoniorum ». Ergo qui fovet eos in peccato[f] magis delinquit.

d. Item, Chrysostomus[4]: « Principium et radix talis iniquitatis vos estis maxime qui tribuitis, qui diem universam in iis consumitis et honestas nuptiarum res deturpatis[g] ». Sed qui est radix iniquitatis magis peccat quam ille qui est ad modum rami; ergo ministrantes necessaria et foventes huiusmodi ioculatores mortaliter peccant.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod illi, qui ministrant eis[h] necessaria in fovendo vitium, si hoc faciant intuitu, mortaliter peccant: talibus enim dare pro exercitio sui vitii immane peccatum est. Si vero hoc fiat ex aliqua[i] causa veniali, non intuitu fovendi in peccato, veniale peccatum potest esse. Si vero causa necessitatis naturae, non est peccatum, nisi fuerit ratione circumstantiae. Unde Ambrosius, in libro *De officiis*[5]: « Pasce fame morientem. Quisquis enim[k] pascendo hominem[l] servare poteris, si non paveris, occidisti ». Et iterum Hieronymus[6] dicit: « Qui clementiam non habet nec indutus[m] est *viscera misericordiae*[7], quamvis spiritualis sit, non adimplevit legem Christi ».

QUAESTIO II.

DE DERISIONE.

Consequenter dicendum est[n] de peccato derisionis.

Primo ergo quaerendum est[o] quid sit derisio et utrum idem sit quod subsannatio[p];

secundo, utrum sit peccatum mortale vel non;

tertio, quod est in illo genere maius peccatum;

quarto, utrum sustinens derisionem mereatur;

quinto, de damno quod accidit ex derisione.

CAPUT I. 486

UTRUM SUBSANNATIO IDEM SIT QUOD DERISIO.

Circa primum[q] quaeritur utrum subsannatio sit derisio.

Quod videtur. 1. Dicitur Prov. 3[r], 32: *Abominatio est Domini omnis illusor,* ubi illusor accipitur pro irrisore; sed subsannatio est illusio; ergo est irrisio.

Contra. *a.* Super illud Psalmi[8]: *Subsannationem et derisum iis qui* etc., ubi subsannatio contra derisionem dividitur. Et alibi in Psalmo[9]: *Qui habitat*

---

[a] VR *v.* [b] R *infames*; B *masculis* pro *maculis.* [c] R om. [d] R add. *vel.* [e] R *vides.* [f] R *peccatis.* [g] B *deturpans.* [h] V *illis*; R om. *in.* [i] V *alia.* [k] V *autem,* R *in.* [l] B *morientem*; R om. *servare.* [m] V *indutus*; R om. *n. h. n.* [n] T om. [o] VRZ (mg.) add. *de peccato derisionis*; L om. *et.* [p] T om. *et... subsannatio.* [q] Ita VR, alii add. *sic.* [r] BT *in Prov.* pro *P. 3.*

1 Tract. 100, n. 2 (PL 35, 1891); Gratian., *Decretum,* dist. 86, c. 7 (I, 299).
2 C. 4, q. 1, c. 1 (I, 537).
3 *In Matth.,* hom. 6, n. 7 (PG 57, 71).
4 Loc. cit.
5 Cf. Gratian., *Decretum,* dist. 86, c. 21 (I, 302).
6 *In Epist. ad Gal. 6,* 2 (PL 26, 427).
7 Luc. 1, 78.
8 Psalm. 43, 13.
9 Psalm. 2, 4.

in caelis, irridebit eos, et Dominus subsannabit eos. Et ita non est idem subsannatio quod derisio.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod aliquando derisio accipitur communiter pro quacumque insultatione despectiva, prout dicit Beda[1] quod derisor est qui proximorum simplicitati improbus insultat, et secundum hoc commune potest esse ad subsannationem. Alio vero modo « derisio est vox confusa[a] laetitiae insultationem immoderata hilaritate denuntians », subsannatio vero est insultatio « quae fit naso contracto vel rugato » sicut habetur[2] super illud[3]: *Et Dominus subsannabit eos,* et secundum hoc dividitur derisio contra subsannationem.

487 CAPUT II.

UTRUM DERISIO SIT PECCATUM MORTALE VEL NON.

Secundo quaeritur utrum derisio sit peccatum mortale vel non.

Quod sic, videtur, 1. per hoc quod dicitur Sap. 5,3: *Ii sunt, quos aliquando habuimus in derisum et in*[b] *similitudinem improperii,* et loquitur ibi de damnatis tangendo causam damnationis; cum ergo derisio ponatur pro causa, erit derisio mortale peccatum.

2. Et similiter dicitur super illud Psalmi[4]: *Erubescant valde velociter,* Glossa[5]: « Hoc non est hic, ubi potius iniqui irrident eos qui omnia relinquunt, et suis irrisionibus infirmos de Christi nomine erubescere faciunt; sed in iudicio erubescentes dicent de bonis[6]: *Ii sunt quos aliquando habuimus in derisum* ». Ergo punientur aeternaliter derisores bonorum; ergo derisio est mortale peccatum.

Contra, videtur quod sit veniale peccatum. *a.* Ex impetu enim sine deliberatione fit motio ad huiusmodi derisum; ergo non est mortale peccatum, sed veniale.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod potest esse mortale et potest esse veniale; mortale, prout dicitur[7] quod *abominatio est Domini*[c] *omnis illusor,* et *illusor*[d] ibi accipitur pro derisore. Et dicit Glossa[8]: « Illusor est[e] qui promissa Dei quasi parva despicit et iram districtionis quasi tolerabilem[f] spernit necnon et ille qui proximorum simplicitati vel paupertati improbus insultat[g] ». Aliquando autem ex levitate fit derisio nec[h] tamen vellet malum proximo aut nocumentum, et secundum hoc potest esse veniale peccatum, et secundum hoc potest intelligi illud[9]: *Qui*[i] *annuit oculis, dabit dolorem,* id est causam doloris ad minus poenitentialis vel illiu qui respondet peccato veniali vel mortali communiter.

488 CAPUT III.

QUID EST IN ILLO GENERE MAIUS PECCATUM.

Tertio quaeritur quid[k] sit maius peccatum in illo genere. Est enim quaedam irrisio[l] patris et matris; est iterum irrisio[m] qua peccator irridet Deum, cum patitur recidivum vel cum divina iudicia contemnit. Potest ergo quaeri quae istarum derisionum sit maius peccatum in genere.

Et videtur quod illa quae est in Deum. *a.* Maior enim est iniuria Dei quam hominis; ergo derisio quae fit in iniuriam Dei maius est peccatum quam derisio quae fit in iniuriam patris et matris, eo quod sub iniuria proximi intelligitur.

b. Praeterea, qui despiciunt divina iudicia non credunt ei, et ita cadunt a fide; sed[n] infidelitas est maius peccatum peccato contra praeceptum secundae tabulae, derisio vero est peccatum contra praeceptum secundae tabulae; ergo derisio divinorum iudiciorum est maius peccatum quam derisio patris aut[o] matris.

Contra. 1. Derisio patris et matris morte puniebatur in Veteri Lege[10], derisio autem illa, qua deridetur Deus per ingratitudinem in recidivo peccati, cum pertineat universaliter ad peccatum quodcumque, non fuit digna tali poena

[a] B om.; R om. *laetitiae.* [b] F om. [c] V *Domino.* [d] V om. *e. l.,* in F est add. mg. [e] T om. [f] R vacat; T *nec* pro *necno* [g] V *pauperem improbans* pro *p. i. i.* [h] V *non.* [i] Ita BT, alii *quod.* [k] VRZ *quod.* [l] R *derisio.* [m] BT om. *patris... irrisi* R *et* pro *est.* [n] T *ergo.* [o] V *et.*

1 *In Prov. 3,* 32 (PL 91, 954).
2 Lombard., in h. l., et *In Psalm. 43,* 13 (PL 191, 71, 432); cf. Hieronym., *Epist.* 52, c. 11 (PL 22, 1079).
3 Psalm. 2, 4. 4 Psalm. 6, 10.
5 Lombardi, in h. l. (PL 191, 109), ex Augustino, h. l., n. 12 (PL 36, 93). 6 Sap. 5,
7 Prov. 3, 32. 8 *Ordin.,* in h. l. (PL 113, 1086
9 Prov. 10, 10. 10 Cf. Deuter. 21, 18-2

ergo peccatum derisionis in patrem et matrem maius est quam peccatum aliquod quo deridetur Deus.

2. Item, de hypocrita dicitur Iob 39, 18, qui per struthionem significatur, quod *deridet equum et ascensorem eius;* ascensor autem [a] dicitur[1] ipse Deus, equus autem dicitur quilibet bonus; haec autem derisio est per simulationem [b]; simulatio autem minus peccatum est quam maledictio patris et matris; derisio ergo, qua deridet hypocrita Deum, minus est peccatum quam derisio patris et matris. De derisione enim patris et matris dicitur Prov. 30, 17: *Oculum, qui subsannat patrem et qui despicit partum matris* [c], *suffodiant eum corvi de torrentibus et comedant illum filii aquilae!* Talis autem poena ad litteram non dicitur de simulatore qui deridet Deum; ergo maius videtur esse peccatum derisio [d] patris et matris in genere derisionis [e].

[Solutio]: Ad quod dicendum quod est quaedam derisio, qua deridetur Deus in se, et est alia, qua deridetur per consequens in aliquo [f] effectu. Effectus autem [g] potest esse duplex [h]: vel qui respicit generaliter omne peccatum vel qui respicit graviora peccata. Secundum hoc ergo dicendum [i] quod derisio, qua deridetur Deus in se, maius est peccatum in genere derisionis; secundum etiam quod deridetur in effectu, qui pertinet ad graviora peccata. Secundum autem quod derisio dicitur generaliter cuiuslibet peccatoris — sicut dicitur in [k] auctoritate Isidori[2]: « Irrisor est non poenitens, qui adhuc agit quod poenitet » — vel secundum quod derisio dicitur esse Dei in minoribus peccatis, minus [m] est peccatum derisionis Dei quam peccatum derisionis patris aut [n] matris. Cum autem ad hoc pervenit peccator [o] ut ex infidelitate despiciat divina iudicia vel irrideat, ad maius peccatum in genere pervenit.

CAPUT IV. 489

UTRUM SUSTINENS DERISIONEM MEREATUR.

Quarto quaeritur utrum [a] sustinens derisionem mereatur.

Quod videtur, *a.* per hoc quod dicitur Iob 12, 4: *Qui deridetur ab amico* etc., Glossa[3]: « Illum facit humana derisio Deo proximum quem ab humanis pravitatibus vitae innocentia servat alienum »; et iterum [b] dicit Gregorius[4]: « Afflicti animus [c] tanto fit Deo proximus quanto [d] a gratia favoris humani alienus », et loquitur de illis qui irridentur [e] ab hominibus; ergo sustinentia derisionis humanae est meritoria [f].

Contra [g]. 1. Gregorius[5]: « Sunt nonnulli, quos humanae derisiones deprimunt, et tamen divinis auribus exaudibiles non sunt ».

[Solutio]: Ad quod dicendum quod quaedam derisio redditur pro bonis operibus, et talis, si patienter sustineatur, meritoria est; de talibus enim dicit Gregorius[6]: « Eo se intus [h] robustius in Deo solidant, quo foris non inveniunt in quo requiescant ». — Est autem alia irrisio [i], quae nascitur ex culpa, et talis, etiam si patienter sustineatur, non [k] est meritoria vitae, et de ista dicit Gregorius[7]: « Cum derisio ex culpa nascitur, profecto [l] nullum virtutis meritum in derisione generatur ».

CAPUT V. 490

DE DAMNO QUOD ACCIDIT EX DERISIONE.

Quinto quaeritur de damno quod accidit ex derisione.

a. Damnum autem ostenditur in retractione [m] bonorum a poenitentia. Unde Gregorius[8]: « Si qua forte in aliorum actibus exoriri [n] bona conspiciunt, mox ea manu pestiferae exprobrationis evellunt [o] ».

b. Ostenditur etiam damnum ex retractione a vitae perfectione. Unde super illud Psalmi[9]: *Tota*

---

[a] R *hic.* [b] R *mulierem.* [c] R vacat *p. m.* [d] R om. [e] V *derisionum.* [f] Ita BT, alii *alio.* [g] FRLZ *etiam.* [h] VR *dupliciter,* quod L corr. [i] Ita VR, alii add. *est.* [k] VR om. [l] V *Hyspani.* [m] VRL (mg.) Z (mg.) add. *enim.* [n] F *et.* [o] Ita V, alii *peccatum.*
[a] V *an.* [b] V add. *sicut.* [c] V om. [d] V om. [e] V *deridetur.* [f] Ita V, alii *sustinenda.* [g] V *item.* [h] R *penitus* pro *s. i.* [i] V *derisio.* [k] V om. [l] R *pro facto;* V *iustum* pro *nullum.* [m] BT *retractatione.* [n] RZ (corr.) *exorari;* L om. *in.* [o] FRLZ *evellant.*

1 Cf. *Glossa ordin.*, in h. l., ap. Lyran., ex Gregorio M., *Moral.*, XXXI, c. 15, n. 27 (PL 76, 588).
2 *Sentent.*, II, c. 16, n. 1 (PL 83, 619).
3 *Ordin.*, in h. l. (PL 113, 789).
4 *Moral.*, X, c. 28 (PL 75, 946).
5 Loc. cit.
6 Loc. cit.
7 Loc. cit.
8 *Moral.*, XX, c. 14, n. 29 (PL 76, 155).
9 Psalm. 101, 9.

die exprobrabant mihi inimici etc., Glossa[1]: « Quos diabolus aliter nequit perdere, arte quadam vult capere[a]; facit enim irrideri poenitentes, quasi iurent in eorum detestationem irrisores[b], qui laudabant eos dum cum eis erant saeculares ».

c. Retrahit etiam a fide. Unde super illud Psalmi[2]: *Repleti sumus despectione*, Glossa[3]: « Irridetur a tenente quod amat qui[c] sperat non visa; et ei dicitur[d]: Quid credis, insane? Vide quod credis? »

[Solutio]: Ex iis ergo elicitur triplex damnun quod ex irrisione[e] accidit, ratione cuius derisi malum debet dici. Et, licet occasio sit boni, no propter hoc debet dici bonum: nullum enim ma lum est, ut[f] dicit Augustinus[4], ex quo Domi nus non eliciat bonum; nec tamen ipsum propte occasionem bonum dicetur[g].

QUAESTIO III.

DE ORNATU CORPORIS.

Consequenter dicendum est[h] de peccato quod accidit in ornatu corporis.

Et primo quaeritur utrum peccatum sit in pretiositate vestium;

secundo, utrum peccatum sit viris habere indumenta[i] muliebria;

tertio, utrum ornatus, qui licitus est sive permissus mulieribus coniugatis, sit illi citus virginibus[k];

quarto quaeritur de viris religiosis utrum peccent habendo vestes delicatas;

quinto quaeritur de ipsis artificibus utrum peccent.

491

CAPUT I.

UTRUM PECCATUM SIT IN PRETIOSITATE VESTIUM.

Circa primum sic: 1. Dicit Chrysostomus[5]: « Non est simul corpus et animam ornare, non est[l] simul mammonae servire et Christo obedire ». Sed servire mammonae peccatum est; ergo a simili ornare corpus, cum sit incompossibile[m] cum ornatu animae, est peccatum.

2. Item, Gregorius[6]: « Nemo existimet in fluxu aut studio pretiosarum[n] vestium peccatum deesse, quia, si hoc culpa non esset, nullo modo Ioannem Baptistam Dominus de vestimenti sui asperitate laudasset[7]; si hoc culpa non esset, nequaquam Paulus[o] per epistolam feminas a pretiosarum vestium appetitu compesceret, dicens: *Non in veste pretiosa* », I Tim. 2, 9.

3. Item, Gregorius[8]: « Nemo vestimenta praecipua nisi ad inanem gloriam quaerit, videlicet ut honorabilior ceteris esse videatur. Nam quia pro sola inani gloria vestimentum pretiosius quae ritur, res ipsa testatur quod nemo vult ibi pre tiosis vestibus uti, ubi non possit ab aliis videri Quam culpam melius etiam e diverso colligere possumus, quia, si abiectio vilis indumenti virtu non esset, Evangelista vigilanter de Ioanne Bapt sta quod indutus erat[p] *pilis camelorum* non di ceret[9] ».

Contra. *a.* Ornatus vestium propter humanae necessitatem et honestatem est introductus. D citur enim Gen. 2, 25, in fine: *Erat uterque nudu Adam scilicet*[q] *et uxor eius, et*[r] *non erubescebant* sed postea, introducto peccato, cognoverunt s *nudos*[10], et *fecit* eis *Dominus tunicas pelliceas* ad ornatum.

b. Item, dicitur Matth. 11, 8: *Qui mollibus ve stiuntur, in domibus regum sunt.* Ex quo accipitu

---

[a] V *rapere.* [b] V *derisores.* [c] V *et.* [d] L *eldem* pro *e. d.*; B *qui* pro *quid.* [e] V *derisione.* [f] Ita V, alii om. [g] VR *dicitu* [h] R om. [i] V *vestimenta.* [k] R om. [l] VRZ (mg.) add. *enim*; F om. *simul.* [m] VFZ *impossibile.* [n] V *pretiositatis.* [o] R o [p] V *esset.* [q] Z om. [r] VR om.

1 Lombardi, in h. l. (PL 191, 909), ex Cassiodoro, in h. l. (PL 70, 710).
2 Psalm. 122, 4.
3 Lombardi, in h. l. (PL 191, 1147), ex Augustino, in h. l. (PL 37, 1635).
4 Cf. *Enchirid.*, c. 27 (PL 40, 245); *De civit. Dei*, XXII, c. 1, n. 2 (PL 41, 751).
5 *In Matth.*, hom. 69, n. 2 (PG 58, 621).
6 *In Evang.*, hom. 6, n. 3 (PL 76, 1097).
7 Cf. Matth. 11, 8.
8 *In Evang.*, hom. 40, n. 3 (PL 76, 1305).
9 Cf. Matth. 3, 4 et Marc. 1, 6.
10 Gen. 3, 7.
11 Gen. 3, 21.

quod ornatus vestium pretiosarum competit principibus et illis qui sunt a latere principum.

c. Item, omnia corporalia sunt facta propter hominem; ergo et ipsa indumenta et indumentorum circumstantiae; sed circumstantiae indumentorum sunt [a] pretiositas materiae et decor formae; ergo et [b] haec facta sunt propter hominem; si ergo homo [c] utatur eis eo modo quo debet, non peccat.

d. Praeterea, pretiositas vestium sic conceditur sicut pretiositas ciborum; sed pretiositas ciborum [d] quibusdam personis conceditur; ergo similiter pretiositas vestium.

e. Praeterea, in ipsis vestibus non videtur esse ratio pretiositatis, sed in ipsa [e] raritate et hominum aestimatione: quod enim alicubi vile est, alibi est pretiosum; non ergo negatur homini propter decentiam vestium pretiositas.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod licet secundum nobilitatem personae, secundum consuetudinem terrae, secundum dignitatem officii, ornare se vestibus pretiosis, ita tamen quod absit libido in voluntate et scandalum in exteriori opere.

[Ad obiecta]: 1. Ad primum autem obiectum in contrarium dicendum [f] quod tunc non simul corpus et anima ornantur, quando propter libidinem circa ornamentum [g] corporis, quod est deterius sive minus bonum, non curatur de ornamento animae. Unde dicit Chrysostomus [1]: « Corpus multo deteriori circuendum [h] est stola, intellectus autem purpura. Nunc autem contrarium facis, civitatem varie ornans, regem, scilicet intellectum, dimittens trahi ligatum post irrationabiles passiones ».

2. Ad secundum vero dicendum [i] quod facienda est vis in hoc quod dicit « studio [k] pretiosarum vestium »: studium enim [l] dicitur vehemens applicatio animi; hic autem sumitur pro vehementi applicatione animi, per quam meliora deterioribus postponuntur; cum autem hoc fuerit, peccatum est.

3. Ad tertium dicendum est quod non dicit hoc [m] Gregorius quin aliquis possit uti pretiosis vestibus non ad inanem gloriam, sed quia de difficili [n] et raro est [o] sine veniali peccato. Unde facienda est vis in hoc quod dicit « nemo », id est nullus homo; et accipitur 'homo' sicut dicitur I ad Cor. 3, 3-4: *Nonne homines estis? Nonne carnales estis?*

CAPUT II. 492

UTRUM PECCATUM SIT VIRIS HABERE VESTIMENTA MULIEBRIA.

Secundo quaeritur utrum peccatum sit viris habere vestimenta muliebria.

Quod videtur, 1. per [p] hoc quod dicitur [q] Deuter. 22, 5: *Non induetur mulier veste virili nec vir utetur feminea; abominabilis enim est apud Dominum qui facit haec* [r]. Sed abominatio in Scriptura non est nisi propter mortale peccatum; ergo est mortale peccatum [s].

2. Item, Chrysostomus [2]: « Cum viros in mulierum formas educat et mollescere faciat per [t] calceamenta et lascivire, cum superfluis et nocivis eam statuimus »; et loquitur ibi de arte textorum, qua fiunt vestimenta muliebria viris, et arte sutorum, qua fiunt calceamenta similiter. Restat ergo quod peccatum est iuvenibus etiam [u] muliebria habere indumenta.

3. Item, Rabanus [3]: « Contra naturam est virum muliebria facere, comam crispare, torquere capillos; unde [4]: *Vir si comam nutriat* [v], *ignominia est illi* ».

Contra. *a.* Nonne legitur de Debbora, quae ivit ad praelium [5]? Et praesumitur [x] quod in armis militaribus, quae ad viros pertinent. Pari ratione, ex causa aliqua posset vir veste muliebri indui, ut si quaereretur ad mortem et per hoc occultaretur, vel si faceret officium quod mulieri competeret.

[Solutio]: 1. Ad quod dicendum quod non pertinet ad honestatem viri veste muliebri indui: utrique enim sexui diversa indumenta natura dedit. Unde, si homo uteretur ex consuetudine veste muliebri, nisi in aliquo casu necessitatis, peccaret. Quod autem intelligitur peccatum mortale in Veteri Testamento, intelligendum est propter hoc [y] quod solent in quibusdam solemnitatibus idolorum viri uti vestibus muliebribus et mulieres veste virili, sicut faciebant sacerdotes

---

[a] T om. [b] VR om. [c] T om. [d] T om. *s. p. c.* [e] R om. [f] Ita V, alii add. *est;* BFRL *contrario* pro *contrarium.* [g] V *ornatum.* [h] VFLZ *circuiendum.* [i] RZ add. *est;* V om. *vero.* [k] V *studium.* [l] FL *vero,* quod Z corr. [m] R om. [n] R *difficilliori.* [o] Ita V, alii om. [p] VRZ (corr.) *secundum.* [q] Ita V, alii add. *in.* [r] Z *hoc.* [s] T om. *e. e. m. p.* [t] T *propter.* [u] VR om. [v] Ita F, alii *nutrierit.* [x] T add. *etiam;* R *marinis* pro *in armis.* [y] BT om.

1 *In Matth.*, hom. 69, n. 2 (PG 58, 651).
2 *In Matth.*, hom. 49, n. 4 (PG 58, 501).
3 Cf. *In Deuter. 22*, 5 (PL 108, 923), verbotenus in *Glossa ordin.*, in h. l. (PL 113, 475), ubi post haec verba affertur textus ex Rabano.
4 I Cor. 11, 14.
5 Cf. Iudic. 4, 9-10.

Vestae et Cybeles, quae mater[a] dicebatur deorum. In quantum ergo ad idololatriam ordinabatur, peccatum erat mortale.

2. Ad id vero quod dicit Chrysostomus de iuvenibus, intelligitur[b] ad vitandam lasciviam, ad quam proni[c] sunt in iuvenili aetate, et ut magis assuefiant ad virilitatem.

3. Ad id vero quod dicit Rabanus, dicendum est quod 'contra naturam esse' dicitur multipliciter. Aut enim dicitur contra natura quod est contra veritatem naturae, sicut peccatu ignominiosum dicitur esse[d] contra naturam, a Rom. 1, 26. Aut dicitur[e] contra decentiam natu rae, et hoc modo dicitur hic quod « contra natu ram est virum[f] muliebria facere »; decet eni virum virilia facere et[g] mulierem muliebria[h], ideo[i] dicitur I ad Cor. 11, 14: *Vir si comam n triat*[k], *ignominia est illi.*

493 CAPUT III.

UTRUM ORNATUS, LICITUS MULIERIBUS CONIUGATIS, SIT ILLICITUS VIRGINIBUS.

Tertio quaeritur utrum ornatus, qui licitus est sive permissus mulieribus coniugatis, sit illicitus[a] virginibus, et si aliquis sit illicitus illis, scilicet coniugatis.

I. Quod autem sit illicitus coniugatis, habetur[b] 1. I ad Tim. 2, 9: *Mulieres in habitu ornato*[c], *cum verecundia et sobrietate ornantes se, non in tortis crinibus aut auro aut margaritis et*[d] *veste pretiosa.* Ex quo accipitur quod non convenit mulieribus huiusmodi ornatus auri aut margaritarum et consimilium.

2. Similiter I Petri 3, 3: *Quarum non sit exterius capillatura aut circumdatio auri aut indumenti,* ubi instruit[e] B. Petrus qualiter se debent habere in indumentis mulieres coniugatae et qualiter non. Et dicit Beda[1]: « Serico et purpura indutae Christum sinceriter induere non possunt; auro et margaritis et monilibus ornatae ornamenta cordis et pectoris perdiderunt ». Ex quo accipitur quod peccatum est mulieribus coniugatis huiusmodi pretiosis ornamentis uti.

3. Item, dicit Hieronymus[f 2]: « In contumeliam Artificis conatur uxor pulcrior esse quam nata est ».

II. Similiter quaeritur de illis quae[g] se ornant coloribus accidentalibus, sive sint coniugatae sive solutae.

Unde Hieronymus[3]: « Quid[h] facit in facie christianae purpurissus[i] et cerussa, quorum alterum ruborem[k] genarum labiorumque mentitur, alterum candorem oris et colli[l]: ignis iuvenum[m], fomenta libidinum, impudicae mentis indicia? Et iterum[4]: « Qua fiducia erigit mulier fucata a caelum vultus, quos Conditor non agnoscit? Ergo peccatum est mulieribus coniugatis vel ali huiusmodi ornari coloribus accidentalibus.

III. Similiter quaeritur de vestium varieta et multiplici mutatione.

Unde[n] Hieronymus[5]: « Cum ad imagine Dei et similitudinem facti simus, ex vitio nostr personas plurimas super inducimus. Quo mod in theatralibus scenis unus atque idem histrio nunc Herculem robustus ostentat[p], nunc mollis Venerem frangitur[q], nunc tremulus in Cybelem ita nos qui, si de mundo non essemus, odiremu a mundo[6], tot habemus peccatorum similitudin quot peccata ». Ex quo accipitur quod peccatu est habere tantam vestium varietatem quanta habent istae mulieres, quae in die se multiplici ornant.

IV. Item, quaeritur de virginibus utrum possi se ornare sicut et coniugatae.

Et videtur quod non, *a.* per hoc quod dic Beda[7]: « Si Petrus mulieres admonet coercend et secundum ecclesiasticam disciplinam religios observatione moderandas, quae excusare possi cultus suos per maritos, quanto magis id observa virginem[s] fas est, cui nulla sui ornatus compet venia ». Ergo virginibus non est licitum sic orna se quemadmodum ornant se[t] mulieres coniugata

Contra. 1. Dicit Apostolus[8]: *Si non potest co tinere, nubat;* et[u] alibi[9]: *Si nupserit virgo, n*

---

[a] T *virum.* [b] T om. [c] Ita V, alii *positi.* [d] BT *enim.* [e] R add. *esse;* B om. *naturae.* [f] Z *vitium.* [g] R om.; T *decet...* [h] T *virilia.* [i] V *sicut* pro *e. i.* [k] R *nutrierit.*
[a] F add. *mulieribus.* [b] Ita V, alii om. [c] Z (corr.) *ornate.* [d] VR *in.* [e] V *querebat* pro *u. i.* [f] V *Boetius.* [g] RLZ *q* [h] BT *qui.* [i] F *purpurea.* [k] R *est rubor.* [l] V *collis.* [m] V *inveniunt,* R *invenit.* [n] R add. *dicit;* T *et* pro *cum.* [o] R om. [p] V *bustum ostendit* pro *r. o.* [q] V add. *Cybelem.* [r] V *Cybelem incubat* pro *l. C.* [s] Codd. *virginibus.* [t] V om. *q. o. s.* [u] V add. *iteru*

1 In h. l. (PL 93, 55), ex Cypriano, *De habitu virginum,* n. 13 (PL 4, 451 sq.).
2 *Advers. Helvid.,* n. 20 (PL 23, 204).
3 *Epist.* 54, n. 7 (PL 22, 553).
4 Loc. cit.
5 *Epist.* 43, n. 2 (PL 22, 479).
6 Cf. Ioan. 15, 19.
7 Loc. cit., ex Cypriano, *De habitu virginum,* n. (PL 4, 448).
8 I Cor. 7, 9.
9 I Cor. 7, 2

peccabit. Si ergo licitum est nubere, licitum est se parare[a] ad hoc quod placeat ei quem sibi intendit copulare. Sicut ergo[b] mulier coniugata ornat se ut placeat iam habito, ita licitum est virgini ornare se ut placeat sponso habendo.

Respondeo[c]: I. 2. Ad primum dicendum quod mulieribus coniugatis licitum est ornare se, non ut provocent adulteros vel alios ad luxuriam. Et contra tales, sicut[d] dicit Glossa[1], loquebatur Petrus in Epistola sua. Unde dicitur[e]: « Videtur quod mulieres eorum, qui in tribulatione erant, contemnebant viros et, ut aliis placerent, se pulcre ornabant; quod fieri prohibet ». Sed convenit se ornare ut placeant viris suis, ne detur occasio viris peccandi cum aliis. — Illud ergo quod dicit Beda quod « serico et purpura indutae » etc., intelligitur[f] de illis mulieribus quae hac intentione[g] sic ornabant se ut adulteris placerent vel provocarent alios[h] ad luxuriam.

1. Similiter quod dicit Apostolus, I ad Tim. 2, 9.

II. Ad id[i] vero quod obicitur de coloribus accidentalibus, dicendum est quod peccatum est, ubi pure[k] est color accidentalis; ubi vero[l] color naturalis melioratur in ipsis coniugatis et fit[m] intentione placendi debito modo viris, potest non esse peccatum. Dicit enim Hieronymus[2]: « Christianos oculos scandalizant quae purpurisso et quibusdam fucis ora oculosque depingunt, quarum facies gypseae et nimio candore deformes idola mentiuntur ».

IV. Ad id vero quod obicitur de virginibus, dicendum[n] quod alius debet esse ornatus virginum, alius coniugatarum. In virginibus[o] debet esse ornatus[p] simplex et non pretiosus, sicut dicit Hieronymus[3]: « Quae nesciat esse pulcra, quae negligat formae bonum et procedens ad publicum, non pectus aut[q] colla denudet nec pallio revoluto[r] cervicem aperiat, sed quae celet[s] faciem ». *Virgo* enim, dum virgo est, cogitet *quae sunt Dei*[4]; cum autem coniugata est, cogitet *quo modo placeat viro*[5] propter Deum. Si vero sit nubilis virgo, aliquatenus plus debet habere ornatus, qui tamen non provocet ad libidinem, sed in se habeat decentiam muliebrem.

CAPUT IV. 494

UTRUM CLERICI ET VIRI RELIGIOSI PECCENT HABENDO VESTES DELICATAS.

Quarto quaeritur de clericis et[a] viris religiosis utrum peccent habendo vestes delicatas.

I. Et primo quaeritur de clericis in sacris ordinibus constitutis utrum peccent in ornatu vestium pretiosarum.

Quod videtur, *a.* per hoc quod dicitur *Causa*[b] 22, q. 4[6], ubi dicitur: « Omnis iactantia et ornatura corporalis aliena sit a sacro ordine. Eos igitur episcopos vel clericos, qui se fulgidis et claris vestibus ornant, emendari oportet ».

b. Item[c], Basilius[7]: « Ex sericis texturis vestem variatam quis non induebat neque apponebat variorum colorum ornamenta etiam in summitate vestimentorum. Audierat enim[8]: *Qui mollibus*[d] *vestimentis induuntur, in domibus regum sunt* ».

c. Similiter habetur Dist. 41[9]: « Parsimoniam cum veste humili non[e] reprobamus, sicut ornamentum praeter corporis diligentiam infucatum laudamus. Dissolutos autem et fractos vestibus et incessu non recipimus ». Ex quibus colligitur quod peccatum est clericis huiusmodi uti vestibus pretiosis extra cultum Dei.

d. Item[f], habetur in *Extra,* III, *De vita et honestate clericorum*[10]: « Pannis rubeis aut viridibus non utantur, corrigias auri vel argenti ornatum habentes non ferant, sed nec anulos, nisi quibus competit ex officio dignitatis ».

e. Item, si[g] dives in Evangelio[11] arguitur de *purpura et bysso* — in sugillationem[h] enim ipsius illa dicuntur — quanto magis est de illis qui se Deo dedicaverunt.

[Solutio]: Ad quod videtur dicendum quod illi, qui vivunt de patrimonio Christi, moderatius se debent habere in indumentis, vestibus christianae religioni competentibus induti[i]. Secundum

---

[a] Ita T, alii *preparare.* [b] T om. [c] Ita V, alii om. [d] F om. [e] V om. [f] RZ (corr.) *intelligit.* [g] V *ratione.* [h] Ita V, alii *alteros.* [i] R *aliud.* [k] V *pre.* [l] B add. *est;* V *si* pro *ubi.* [m] FRLZ *sic.* [n] Ita VR, alii add. *est.* [o] FLZ add. *enim.* [p] B om. *virginum... ornatus.* [q] RZ (corr.) *ad;* T *collum* pro *colla.* [r] Codd. *revelato.* [s] Ita V, alii *celat;* B om. *cervicem.* [a] V om.; R om. *c. e.* [b] R vacat. [c] R om. [d] R *monilibus.* [e] R *vestem humilium* pro *v. h. n.* [f] BT *idem;* V om. *habetur.* [g] R om. [h] Z *sigillationem,* quod F corr. [i] Z add. *sed.*

1 *Ordin., In I Petri 3,* 1, ap. Lyran.
2 *Epist.* 38, n. 3 (PL 22, 464).
3 *Epist.* 130, c. 18 (PL 22, 1122).
4 I Cor. 7, 34.
5 Loc. cit.
6 Rectius C. 21, q. 4, c. 1 (I, 857).
7 Gratian., *Decret.,* loc. cit., ubi immediate ante affertur textus ex Basilio.
8 Luc. 7, 25.
9 Cap. 5 (I, 150).
10 Gregor. IX, *Decretales,* III, tit. 1, c. 15 (II, 453).
11 Cf. Luc. 16, 19.

consuetudinem tamen regionis et mores [a] eorum inter quos vivunt, possunt vestibus uti ornatioribus, illis tamen exceptis quae [b] expresse prohibentur vel ab Ecclesia vel ex [c] institutione Ecclesiae reprobantur. Si vero excessus fieret vel nimius apparatus, qui non decet servos Christi, peccatum, sicut habetur in *Canone*, reputaretur.

II. Similiter quaeritur de viris religiosis, qui delicatis [d] vestibus induuntur.

a. Dicit enim [e] B. Bernardus[1]: « Pudet dicere! Vincuntur in suo studio mulierculae, quando a [f] monachis pretium affectatur in vestibus, non necessitas [g], nec saltem forma religionis retenta, in habitu [h] ornari, non armari, appetunt [i] milites Christi, qui dum se praeparare ad praelium et contra aëreas potestates praetendere paupertatis insigne debuerant, quod adversarii multum formidant, in [k] mollitie vestimentorum pacis praeferentes indicium, ultro [l] se hostibus tradunt ». Ergo peccatum est mortale in [m] eis uti vestibus delicatis: non enim traditur aliquis hosti nisi pe peccatum mortale.

b. Praeterea, adstringuntur voto paupertatis paupertas autem in vili habitu et aspera vest declaratur; hoc [n] etiam facit ad carnis mortifica tionem, ad quam ex voto adstringuntur.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod tenentu ad vilitatem et asperitatem vestium quatenus i Regula vel in Constitutionibus generalibus ad ho eos obligantibus continetur, maxime autem se cundum quod in Regula continetur. Secundun autem differentiam religionum contingit diversan circa hoc fieri ordinationem; in omnibus tame hoc generale esse videtur, ut sicut voto separa verunt se a mundo, ita in exteriori gestu et in dumento et aliis, quae sunt ad indicia affectus separentur. Hoc autem regulariter est intelligen dum: si enim ex casu hoc contingeret vel ex aliqua causa necessitatis ad tempus, non tamen animo delectandi in iis, sed magis tristandi d iis, posset haberi excusatio.

495 CAPUT V.

UTRUM PECCENT ARTIFICES QUI ORNAMENTA AD LASCIVIAM PERTINENTIA COMPONUNT.

Quinto quaeritur de artificibus utrum peccent qui talia ornamenta [a], quae ad lasciviam pertinent, componunt.

Quod autem peccent, patet 1. per Chrysostomum, in homilia 49 *Super Matthaeum*[2]. Dicit enim sic: « Neque pictorum artem ego esse dicerem: in consumptionem enim superfluam solum immittunt. Eas autem solum oportet artes vocare [b], quae necessariorum et eorum quae continent [c] vitam nostram sunt tributivae et constructivae. Propter hoc enim et sapientiam dedit nobis Deus ut inveniamus methodos, per quas possimus vitam continere nostram. Animalia autem fieri vel [d] in muris vel in vestimentis, ubi utile est, dic mihi? Propter hoc et ab arte calcesutorum et textorum [e] multum abscidere oporteret: etenim ad luxuriam plura eius de duxerunt, necessitatem eius corrumpentes, arten malae arti commiscentes; quod et tectorum [g] ar passa [h] est. Sed sicut [i] hanc, donec domos fa bricaverit et non theatra, necessaria et non su perflua operetur, artem voco [k], ita et textorun artem, donec vestimenta et [l] amictus, sed no aranearum telas imitetur et multum effundat ri sum et luxuriam ineffabilem, artem nomino. E calcesutorum artem [m], donec calceamenta feceri non privabo a nomine artis; cum autem viro in mulierum formas educat [n] et mollescere facia per calceamenta et lascivire, cum superfluis e nocivis eam statuemus [o] et neque artem eam di cemus [p] ».

---

[a] V *morem*, RZ (corr.) *more;* B *religionis* pro *regionis;* VRZ (corr.) *tantum* pro *tamen.* [b] V *qui.* [c] T *ab.* [d] V *deliciosis* [e] L om. [f] V *autem.* [g] VLZ *necessarios.* [h] V add. *cum*, F add. *est cum*, alii add. *est.* [i] R *appetant.* [k] T *ex.* [l] LZ *ultro* [m] BT om. [n] Z *hec.* [o] BT *cum;* R *declarandi* pro *delectandi.*

[a] RZ (corr.) *ordinata.* [b] R *veraces.* [c] Ita V, alii *continue.* [d] R om. [e] R om.; BTFLZ *multa* pro *multum.* [f] FL *abscindere* B *oportet* pro *oporteret.* [g] BT *textorum.* [h] R *porrecta.* [i] Z add. *habeat.* [k] Z *voca.* [l] BTFL *vel*, quod Z corr. [m] FRLZ om [n] RLZ *educatur*, quod F corr. [o] F *constituemus* pro *e. s.* [p] R om. *e. d.*

[1] *Super Missus est*, IV, n. 10 (PL 183, 85). [2] Num. 4 (PG 58, 501).

TRACTATUS QUARTUS

DE SEPTEM CAPITALIBUS PECCATIS

SECTIO I. — De ratione divisionis capitalium peccatorum.

Completa divisione peccati, quae est cordis, oris et [a] operis, procedendum est ad divisionem peccati, quae est in septem capitalia peccata.

Primo ergo inquirendum est de ipsa ratione divisionis;

secundo, de singulis capitibus vitiorum.

Circa vero rationem divisionis quaeritur:

Primo, utrum plura debeant dici capita an unum solum [b];

secundo, si plura, utrum pauciora quam septem an plura quam septem [c] vel septem praecise;

tertio, secundum quam causam attendatur [d] septimembris divisio.

CAPUT I. 496

UTRUM PLURA DEBEANT DICI CAPITA AN UNUM SOLUM [1].

Quod autem unum solum sit peccatum, videtur, *a.* per hoc quod dicit Gregorius [e 2]: « Regina est superbia, quae quem capit, septem vitiis tradit ». Cum ergo regina dicatur propter principalitatem, erit unum solum caput actualium peccatorum mortalium.

Contra. 1. Sicut [f] in trimembri divisione, de qua habetur I Ioan. 2, 16, *concupiscentia carnis et concupiscentia oculorum* dividuntur contra *superbiam vitae,* et ita superbia non est caput respectu illorum, ita in septimembri divisione superbia non dicetur caput, cum sit unum membrorum. — Quod autem superbia sit unum illorum, patet per hoc quod dicit Isidorus, [*Super*] *Deuteronomium,* 17 [3], ubi contra superbiam ponit ipse gastrimargiam et philargyriam et cetera peccata generalia. Ex quo accipitur quod superbia non est caput omnium, sed unum de septem capitibus malorum. Unde dicit Isidorus [4]: « Numerosior est quam Israel populus carnalium passionum, qui multiplicatur de septenario fomite vitiorum ».

2. Praeterea, in Sacra Scriptura diversa videntur poni capita. Dicitur Tob. 4, 14: *Superbiam in animo tuo* [g] *neque in sensu unquam* [h] *dominari permittas; ex ipsa enim sumpsit initium omnis perditio* [i]; ex alia vero parte dicitur I ad Tim. ultimo, 10: *Radix omnium malorum cupiditas.* Erit igitur superbia ex una parte caput vitiorum, cupiditas [k] ex alia parte caput vitiorum. — Sed quod non sint duo capita [l], videtur per hoc quod dicitur Eccli. 10, 14: *Initium superbiae* etc. [m], ubi dicitur [5]: « Caveamus cupiditatem et superbiam, non duo mala, sed unum, a quo omnia mala trahunt initium ».

[Solutio]: Ad quod dicendum quod et [n] unum dicitur caput sive initium omnium vitiorum et nihilominus dicuntur [o] plura capitalia peccata. Est enim dicere unum caput sive initium pro causa quae invenitur in omni peccato, et hoc modo potest dici superbia caput sive initium omnis peccati [p], quia in omni peccato invenitur contemptus Dei [q], qui est quaedam causa peccati [r].

---

[a] Ita V, alii om. [b] R *tantum.* [c] T om. *q. s.* [d] V add. *in.* [e] V *patet per Gregorium* pro *videtur... Gregorius;* B om. *superbia.* [f] FRL om. [g] V *anima tua* pro *a. t.* [h] V *tuo nunquam* [i] R add. *et.* [k] T *caput.* [l] Ita V, alii om. [m] BT add. *et.* [n] V *est,* F om. [o] V *sunt.* [p] R add. *sed.* [q] Z om. [r] V *qui est causa omnis peccati et hoc genere primo peccavit homo* pro *qui... peccati;* Z *causa omnis* pro *quaedam causa.*

[1] Cf. Ioan. de Rupella, *Summa de vitiis* (fol. 18b sq.); S. Bonav., II *Sent.*, d. 42, dub. 3 (II, 977 sqq.).

[2] *Moral.*, XXXI, c. 45, n. 87 (PL 76, 620).

[3] Cap. 16, n. 3 (PL 83, 366), ex Cassiano, *Collatio* 5, c. 16 (PL 49, 634).

[4] Loc. cit.

[5] *Glossa ordin.*, in h. l. (PL 113, 1195).

— Alio vero modo potest dici caput illud quod primum fuit peccatorum, et secundum hunc modum superbia etiam potest dici caput; primum enim fuit peccatorum: hoc enim genere primo peccavit diabolus[1], et hoc genere primo peccavit etiam homo[a 2]; secundum hunc modum nihil prohibet esse caput et unum de septem capitalibus[b]. Et hoc modo pro uno computantur superbia et inanis gloria: ad unam enim rem reducuntur, licet rationibus differant. Utrobique enim est appetitus excellentiae; sed superbus dicitur secundum[c] quod intra apparet sibi magnus; vanegloriosus, prout appetit apparere extra in ore aliorum per laudem. — Potest etiam superbia tertio modo dici caput, prout ex amore excellentiae propriae secundum prius et posterius nascuntur septem peccata capitalia in anima carnali. Iste enim amor est qui magis adhaeret ipsi animae male[d] dispositae, et hoc modo dicitur superbia esse regina, cuius filiae sunt septem vitia capitalia.

[Ad obiecta]: Per hoc potest responderi ad obiecta. Isto enim ultimo modo non est aliquod illorum septem, modo vero praecedenti est unum de septem[e]; primo vero modo est causa peccatorum et non dicitur peccatum.

a. Et per hoc solvitur illud quod primo fuit obiectum. Gregorius enim, cum dicit[f] eam esse reginam, eam a septem distinguit.

1. Cum autem dicitur tertium membrum eorum quae sunt in mundo, sicut habetur I Ioan. 2, 16, non accipitur pro capitali peccato[g], sed pro quadam radice peccatorum, secundum quod triplex est radix penes[h] triplicem amorem inordinatum. Aut enim amor est[i] inordinatus interioris boni plus qua oportet, et dicitur *superbia vitae;* aut dicitur am inordinatus exterioris boni plus quam oportet, dicitur[k] *concupiscentia oculorum;* aut dicitu amor inordinatus inferioris boni plus quam opo tet, et dicitur *concupiscentia carnis.* Isidoru vero accipit superbiam pro uno genere peccati; licet ratione differat ab ipsa cenodoxia, quae e vana gloria, nihilominus pro uno fomite vitioru computantur, prout dicit[m] quod omnia oriunt « de septenario fomite vitiorum », quod infra magis exprimetur.

2. Ad id vero quod obicitur quod 'superb et cupiditas sint duo capita, eo quod de utr que legitur quod sit principium peccati': dice dum[n] quod caput, ubi proprie sumitur, pri cipale membrum in corpore intelligitur, et ita corpore peccati illud caput dicetur quod e principale peccatum. Hoc autem modo nec s perbia nec cupiditas dicuntur caput nisi[o] secu dum quamdam expositionem, quae habetur vers finem II libri *Sententiarum*[4]. Prout autem superb ad aversionem ab incommutabili bono vel a contemptum Dei refertur[p], cupiditas vero ad co versionem mutabilis boni, duo capita possu dici, id est principia peccatorum, sed tunc cap non dicitur proprie. — Ad id vero quod dicit in Eccli. quod 'non duo mala, sed unum, su superbia et cupiditas': dicendum[q] quod hoc c citur, quia conversio ad mutabile bonum[r] et ave sio ab incommutabili bono[s] unum esse actua peccati mortalis constituunt, et ideo dicunt unum esse[t] malum, non duo.

497 CAPUT II.

UTRUM SINT PAUCIORA VITIA CAPITALIA QUAM SEPTEM VEL PLURA VEL PRAECISE SEPTEM[5].

Secundo quaeritur utrum sint pauciora vitia capitalia quam septem vel plura vel praecise septem ista vel illa.

Quod autem sint pauciora, videtur, 1. per hoc quod dicitur I Ioan. 2, 16: *Omne*[u] *quod est in mundo, aut est concupiscentia carnis* etc., Glossa[6]: « Iis tribus omnia vitiorum genera comprehenduntur », et ita erunt tria capita peccatorum.

2. Item, super illud Psalmi[7]: *Incensa igni suffossa,* dicuntur[8] duae origines peccatorum timor male humilians et amor male accendens, ita videntur esse duo.

3. Gregorius[9] etiam duo genera peccatoru distinguit, spiritualia scilicet[v] et carnalia, et i duo videntur esse et non plura[x].

4. Praeterea, si peccata hic dividuntur secundu actus virium motivarum, tres autem ponunt

---

[a] VRZ om. *et hoc... homo;* Z add. *et.* [b] BT *capitibus;* R add. *peccatis;* BTFRL *et in* pro *et.* [c] BT om. [d] T om. [e] R om. *ma vero... septem.* [f] R *credit* pro *c. d.* [g] R *vitio.* [h] V *secundum.* [i] VZ *dicitur;* Z om. *enim.* [k] L om. *superbia... dicitur.* [l] Ita alii om.; T om. *inordinatus.* [m] R *dicitur.* [n] Ita Z, alii add. *est.* [o] V om. [p] Z vacat. [q] Ita V, alii *respondendum est.* [r] Ita alii *mutabilis boni* pro *a. m. b.* [s] Ita BT, alii om. [t] V om.; Z om. *et.* [u] Z om. [v] Z *sed,* R om. [x] Z *simplicia;* B om. *et.*

1 Cf. supra, num. 71.
2 Cf. supra, num. 193.
3 Cf. infra, num. 498.
4 Cf. dist. 42, c. 8 (p. 532).
5 Cf. S. Bonav., II *Sent.,* d. 42, dub. 3 (II, 977 sqq.).
6 Bedae, in h. l. (PL 93, 92).
7 Psalm. 79, 17.
8 Cf. Lombard., in h. l. (PL 191, 766), ex Augustin in h. l. (PL 36, 1026 sq.).
9 Cf. *Moral.,* XXXI, c. 45, n. 88 (PL 76, 621).

vires motivae, rationabilis, irascibilis et concupiscibilis, et non plures, sicut dicit Augustinus, in libro *De anima et spiritu*[1], erunt ergo tria capitalia peccata secundum [a] actus inordinatos trium virium.

Quod autem sint plura quam septem, videtur, 5. per hoc quod [b] habetur Matth. 12, 45, super illud: *Assumpsit septem spiritus nequiores se,* ubi ponuntur quatuordecim, et extrahitur illa Glossa ex dictis Gregorii[2], et sic enumerantur: insipientia, stultitia, imprudentia, aperta ignavia, ignorantia, impietas, temeritas [c]; et iterum: simulatio sapientiae, simulatio disciplinae, simulatio [d] prudentiae, infirmitas fallens obumbratione virtutis, usurpatio scientiae, falsae pietatis obtentus, dolus fictae religiositatis. Sic ergo quatuordecim dicentur genera peccatorum: omnia enim opponuntur septem donis Spiritus Sancti.

6. Item, Isidorus[3] ponit octo: Gastrimargiam, fornicationem, philargyriam [e], iram, tristitiam, acidiam, cenodoxiam, superbiam, et ita plura sunt vitia capitalia quam septem.

7. Praeterea, vitio quod est ex superfluitate, respondet vitium ex indigentia; sicut ergo superbia est vitium ex superabundantia, et ira similiter et gula et luxuria, et alia videntur ex indigentia, erunt ergo septem peccata ex superabundantia et septem ex indigentia, cum superabundantiae respondeat indigentia et e converso.

8. Item, videtur quod sint alia septem capitalia, propter illud quod dicitur Prov. 6, 16: *Sex sunt, quae odit Dominus, et septimum detestatur anima eius,* Glossa[4]: « Enumerat sex [f] capitalia crimina, quae tamen respectu discordiam seminantis quasi minora deponit, quia maius est facinus [g] quo unitas et fraternitas, quae per Spiritus Sancti gratiam est connexa, dissipatur ».

[Solutio]: Ad quod dicendum quod septem sunt [h] capitalia peccata, sicut dicit Gregorius[5].

Ad obiecta [i] autem in contrarium respondendum est [k]. 1. Et primo ad illud quod obicitur de concupiscentia carnis et aliis duobus. Illa enim pro causis peccatorum accipiuntur, non pro ipsis peccatis: motivum enim ad peccatum vel est ex concupiscentia carnis vel ex concupiscentia oculorum vel ex superbia vitae. Et si dicantur esse peccata, illa septem reducerentur ad ista tria, et tunc haec dicerentur capitalia peccata et illa nihilominus respectu eorum quae oriuntur ex ipsis.

2. Ad secundum dicendum quod timor [a] male humilians et amor [b] male accendens inclinationes dicuntur esse ad peccata, non ipsa peccata [c], et ita, licet causae generales dicantur, non tamen capitalia peccata.

3. Ad tertium dicendum quod illae duae differentiae, licet contineant capitalia peccata, tamen non [d] dicunt rationem secundum quam sunt capitalia peccata: non enim determinant differentias amoris vel appetitus [e] respectu ipsius amati, ex qua parte sumuntur capitalia peccata. Sicut enim a capite [f] est motus totius corporis, sic ab illis est motus totius perversionis [g]: omnis enim motus perversae voluntatis est secundum inordinationem amoris [h] apparentis boni.

4. Ad quartum dicendum quod, licet peccata capitalia dividantur [i] secundum actus virium, hoc non est tamen [k] ex parte virium, sed secundum quod actus ad motiva referuntur; motiva autem contingit esse differentia secundum actus [l] unius potentiae. Unde secundum numerum motivorum ex illa parte attenduntur differentiae peccatorum capitalium, quae septem dicuntur.

5. Ad id vero quod obicitur quod plura debeant esse quam septem, utpote quatuordecim, dicendum est quod numerus ille attenditur secundum oppositionem donorum, quae attenditur secundum apparentiam et defectum, ut secundum defectum attendantur septem, secundum apparentiam [m] iterum septem. Ex ista vero parte [n] non dicitur differentia capitalium vitiorum, sed secundum numerum amatorum aut [o] fugibilium, sicut infra ostendetur[6].

6. Ad id vero quod dicit Isidorus, dicendum [p] quod ponit[7] differentiam inter cenodoxiam et superbiam quantum ad hoc quod superbia respicit appetitum excellentiae interius, cenodoxia vero respicit appetitum excellentiae [q] exterius, secundum quod aliquis vult videri magnus in laude hominum, et secundum hoc attenduntur diversa nascentia ex illis. Similiter ponit[8] differentiam inter tristitiam et acidiam, ut tristitia dicatur respectu mali apparentis, de quo est dolor vel [r] cuius est fuga, acidia vero dicatur respectu boni apparentis, cuius est appetitus. Et secundum hoc assignantur diversa nascentia; unde de tristitia dicitur

---

[a] Z *et.* [b] T om. [c] BT om. [d] VZ om. *d. s.* [e] B *philargiam.* [f] V *septem.* [g] FRL add. *illud.* [h] T om. [i] BT *obiectum.* [k] BT om.

[a] Ita BT, alii *amor.* [b] V om. *male... amor.* [c] L om. *n. i. p.* [d] T om. [e] V *oppositas;* BT om. *respectu.* [f] Z *sapientia.* [g] BT *perversitatis.* [h] Z *minoris.* [i] Z *dicantur.* [k] V *tantum.* [l] Ita VF, alii *actum.* [m] R om. *et defectum... apparentiam.* [n] T om. [o] BT *ut.* [p] Ita V, alii add. *est.* [q] R om. *interius... excellentiae.* [r] V *et.*

1 Cap. 4 (PL 40, 781).
2 *Moral.*, II, c. 48, n. 77 (PL 75, 592sq.); ap. Paschas. Radbert., in h. l. (PL 120, 479).
3 *In Deuter.*, c. 16, n. 3 (PL 83, 366), ex Cassiano, *Collatio* 5, c. 2 (PL 49, 611).
4 *Ordin.*, in h. l., apud Lyran.
5 *Moral.*, XXXI, c. 45, n. 87 (PL 76, 621).
6 Cf. infra, num. 498.
7 Loc. cit.
8 Loc. cit.

nasci rancor [a] et pusillanimitas etc., de acidia vero otiositas etc., sicut ibidem [b] dicitur in Glossa[1]. Invidia vero sub [c] superbia comprehenditur tamquam nascens ex ea: ex appetitu enim excellentiae illicito sequitur appetitus qui est odium, ne alius coaequetur vel excellat, et hoc est invidiae, et ideo ibi invidia tamquam nascens de superbia computatur. Sic ergo secundum aliam [d] rationem accipitur ibi numerus capitalium et secundum aliam a Gregorio. Unde nihil prohibet esse [e] alium numerum capitalium ibi et hic.

7. Ad id vero quod obicitur de superfluitate et indigentia, dicendum est quod capitalia vitia distinguuntur secundum ea ad quae homo magis [f] pronus est; contingit autem [g] aliquando hominem magis esse pronum ad superabundantiam, aliquando ad indigentiam. Unde nec secundum omnem superfluitatem nec secundum omnem [h] indigentiam attenditur capitale. Verbi gratia, gu et luxuria attenduntur secundum superabunda tiam, avaritia vero secundum indigentiam. Si etiam contingit in aliis quod quoddam accipit secundum superabundantiam, quoddam secundu indigentiam, et ita non erunt tot peccata capital quot superfluitates et indigentiae in universo.

8. Ad ultimum dicendum quod illa septe quae enumerantur Prov. 6, 16-19, non [k] dicunt capitalia secundum eamdem rationem, secundu quam ista septem. Illa enim dicuntur capital quia contra caritatem, qua est unitas cum proxi et est caput [l] virtutum, ordinantur [m]: discord enim seminata principaliter est contra caritate Alia vero ordinantur [n] ad discordiam sive schism quod contrarium est unitati caritatis ad prox mum; unde attribuuntur homini apostatae, scili schismatico.

498 CAPUT III.

SECUNDUM QUAM CAUSAM ATTENDATUR SEPTIMEMBRIS DIVISIO[2].

Tertio quaeritur secundum quam causam attendatur septimembris divisio.

I. Dixerunt autem [a] quidam quod secundum differentias virium et amatorum in viribus sive inordinationem multiplicem attendatur septimembris divisio capitalium peccatorum. Sic enim sumebant divisionem: tres sunt vires animae, vegetabilis, sensibilis, rationalis; et triplex est bonum: inferius, scilicet bonum carnis, ad quod se habet anima secundum duplicem actum vegetabilis, nutritivae scilicet et generativae; quantum ad actum generativae [b] attenditur luxuria, quantum ad actum nutritivae gula. Similiter est bonum exterius, ad quod ordinatur anima secundum motivam sensibilem: est enim bonum in prosperis, ad quod ordinatur secundum concupiscibilem; est iterum bonum in adversis, ad quod ordinatur secundum irascibilem. Similiter est bonum interius [c], secundum quod debet rationalis ordinari ad Deum, ad proximum, ad se ipsam [d]. Penes inordinationem amoris ad id quod est supra se accipitur superbia, quia [e] non vult subesse ei cui debet, eo modo quo debet; penes inordinationem ad id quod est iuxta se accipitur invidia; penes inordinationem ad se accipitur acidia, cum homo minus diligit bonum internum quam bonum externum.

II. Alii vero voluerunt accipere numerum ca talium vitiorum penes tres vires animae motiv quoad actus earum, quoad actum scilicet conc piscibilis, irascibilis et rationalis. Attribuunt aut concupiscibili duos actus, scilicet appetere bonu et ordinare motus carnis ad bonum. Primus aut actus [f] impeditur per duo vitia: per acidiam, qu est taedium boni interioris, et per cupiditate quae est appetitus boni exterioris. Alius [g] ve actus similiter impeditur per duo vitia: per lux riam respectu generativae, per gulam respectu n tritivae, cum [h] concupiscibilis scilicet inordinat convertitur ad bonum apparens in nutritiva ad bonum apparens in generativa. Irascibili sim liter attribuunt duos actus, scilicet applaude bonis et detestari mala. A primo actu impedit per invidiam; a secundo impeditur per ira irascitur enim cui irasci non deberet, sive de statur quod non esset [k] detestandum.

Contra primam divisionem sic obicitu

a. Omne peccatum attenditur secundum illam pa tem, secundum quam differimus a brutis; in pa autem rationali tantum [l] differimus a brutis; er secundum actum partis rationalis debet atten omne peccatum; non ergo secundum actum v getabilis aut sensibilis in quantum huiusmodi. vero attenditur peccatum secundum actum [m] r tionalis comparatione ad has vires inferiores

---

[a] V *timor.* [b] V *infra.* [c] T *ex.* [d] Z *illam.* [e] Z om. [f] BT om. [g] T om. [h] B om. *s. n. s. o.* [i] B *sicut.* [k] V
[l] V *cum capite* pro *e. c.* [m] Z *ordinatur.* [n] Ita B, alii *ordinatur.*
[a] B *enim.* [b] BT *generantem.* [c] V *est etiam bonum superius* pro *S. e. b. i.* [d] Ita F (corr.), alii *ipsum.* [e] T *quod.* [f] BT *mot*
T om. *autem.* [g] V *illius.* [h] B *est,* Z om. [i] R *ordinate.* [k] Z *est.* [l] VBT om. [m] V *factum.* [n] V *superiores.*

[1] Cf. supra, p. 483, nota 3.

[2] Cf. S. Bonav., II *Sent.*, d. 42, dub. 3 (II, 977sqq.

non videtur adhuc attendi peccatum secundum actus vegetabilis partis, ut[a] nutritivae et generativae: non enim omnis vis partis generativae vel partis[b] nutritivae subest rationi; est enim appetitiva naturalis ex parte vegetabilis vel sensibilis et neutra est subiecta rationi, ut secundum eam moveatur in nobis; sed est appetitiva sensibilis[c], quam contingit dirigi[d] secundum rationem. Penes ergo illam attendetur[e] peccatum, ut sit peccatum in concupiscibili respectu boni carnis et respectu boni mundani; respectu vero[f] boni carnis dupliciter. — Similiter potest obici de irascibili, quod tantum unum accipiatur[g] peccatum, scilicet peccatum irae, et ita per[h] consimilem rationem unum[i] peccatum capitale accipiatur penes concupiscentiam; aut si penes laetitiam accipiuntur duo peccata — est enim duplex laetitia, sicut dicit Ioannes Damascenus[1], quaedam naturalis et necessaria, sine qua vivere est impossibile, et est alia naturalis[k], non necessaria, ut quae pertinet ad generationem; contra autem istas duas sunt nec necessariae nec naturales, ut delectatio gulae et luxuriae[l] — similiter ex parte tristitiae accipientur, acidia scilicet et invidia. Sic ergo quatuor capitalia peccata accipientur penes concupiscibilem, quibus si addatur concupiscentia mundi, erunt quinque peccata secundum concupiscibilem, et ita secundum irascibilem non erit nisi unicum peccatum et secundum rationalem unicum, aut ambo erunt secundum irascibilem[m], ita quod secundum harum duarum virium actus comparatione ad rationalem accipiantur septem peccata. Dividit enim Damascenus[2] irrationabilem partem in obedientem et persuadibilem et inobedientem sive non persuadibilem. Inobediens autem dividitur per pulsativum, generativum et nutritivum, cui additur augmentativum: haec enim non ratione gubernantur[n], sed natura. Obediens vero et[o] persuadibilis ratione dividitur in concupiscibilem[p] et irascibilem; ad concupiscibilem vero pertinet laetitia et tristitia, ad irascibilem vero pertinet[q] ira, cui etiam adiungitur appetitus excellentiae vel ex[r] comparatione ipsius ad rationalem vel e converso.

Ex iis ergo patet quod non attenditur divisio septimembris secundum rationem virium praemissam.

Similiter obicitur contra secundam rationem divisionis. *a.* Cum enim ex parte rationabilis possint plures accipi actus in rectitudine quam ex parte concupiscibilis vel irascibilis[a], sicut patet in divisione virtutum aut donorum — nam penes actum rationalis accipiuntur[b] prudentia et iustitia ex parte virtutum, ex parte vero donorum sapientia, intellectus, consilium et scientia — non tot autem accipiuntur ex parte concupiscibilis vel[c] irascibilis; vitia autem sunt opposita virtutibus; ergo magis debebant plura vitia capitalia accipi penes actum rationabilis quam penes actum concupiscibilis per se aut irascibilis per se.

b. Praeterea, invidia est tristitia in alienis bonis; tristitia autem convenit illi potentiae cui convenit laetitia; ergo convenit concupiscibili; non ergo secundum actum irascibilis debuit accipi.

c. Praeterea, non recte eligere vel non recte iudicare est commune in omni peccato; ergo penes hunc actum rationalis non debebat[d] distingui proprium peccatum capitale.

d. Item, concupiscibilis est appetere bonum et fugere malum sibi oppositum, rationabilis vero ordinare motus ad bonum; non ergo attribuenda sunt peccata[e] concupiscibili, quae fiunt[f] ex inordinatione motuum carnis ad bonum, sed magis rationabili[g].

e. Praeterea, appetere bonum superius, quod dicitur simpliciter appetere, non tantum impeditur per acidiam et avaritiam, sed[h] etiam per alia vitia capitalia omnia; ergo non tantum accipientur quaedam peccata ex impedimento huius actus, qui est concupiscibilis.

III. Alii vero voluerunt distinguere septem[i] vitia capitalia penes[k] appetitum et fugam, ut[l] appetitus diceretur respectu apparentis boni[m], fuga respectu apparentis mali. Secundum inordinationem autem appetitus ad apparens bonum triplex[n], interius, exterius et[o] inferius, sumantur superbia, avaritia, gula et luxuria: secundum apparens interius superbia, secundum apparens[p] bonum exterius avaritia, secundum apparens bonum inferius, quod est duplex, quod sumitur in voluptate gustus dicatur gula, quod sumitur in voluptate tactus, determinati[q] in membris generationis, luxuria sive fornicatio nomine generali. E contra secundum fugam ab apparenti malo[r] sumantur tria capitalia peccata: penes fugam eius quod aestimatur malum inferius, id est grave carni, sumatur acidia; secundum fugam

---

[a] BT *aut.* [b] V om. *g. v. p.* [c] V *cum appetitiva sensibili* pro *e. a. s.* [d] V *fieri.* [e] V *attenditur.* [f] B om. [g] V add. *secundum eam.* [h] B om. [i] BT *virium.* [k] B om. [l] BT om. *e. l.*, in F est add. mg. [m] V om. *s. l.* [n] Z *gubernancia.* [o] V *est*, L om. [p] Ita B, alii *concupiscentiam.* [q] V om. *laetitia... pertinet.* [r] Ita VZ, alii *in.*

[a] BT om. *v. i.* [b] VZ *accipitur.* [c] T *et.* [d] F *debebit.* [e] V *bona.* [f] V *vitium.* [g] V *rationalis.* [h] BT *et.* [i] V om. [k] V *circa.* [l] L *et.* [m] Z add. *et.* [n] V *respectu.* [o] R om., in F est add. interl. [p] V om. *interius... apparens.* [q] V *determinata.* [r] RLZ *mali*, quod F corr.; V *apparentis mali* pro *a. a. m.*

[1] *De fide orthod.*, II, c. 13 (PG 94, 930). | [2] Cf. loc. cit., c. 12 (PG 94, 927).

eius quod aestimatur malum exterius, sumatur ira propter iniuriam extrinsecus illatam; secundum fugam eius quod aestimatur malum interius, hoc est diminutivum propriae excellentiae, sumatur invidia. Et secundum hoc accipiantur [a] septem vitia capitalia.

Sed contra hoc obicitur. *a.* Appetitus delectabilis et fuga tristabilis sibi oppositi ad eamdem pertinent potentiam, et cuius peccati est appetere delectabile, secundum idem peccatum est fugere tristabile oppositum. Si ergo est [b] delectabile carnis, et tristabile carnis [c], secundum autem peccatum gulae vel [d] luxuriae est appetere delectabile carnis, secundum [e] idem erit fugere tristabile carnis, et ita de aliis appetitibus et fugis; non ergo secundum appetitum et fugam distinguentur peccata.

b. Praeterea, in quolibet peccato attenditur appetitus alicuius apparentis boni et per consequens fuga alicuius apparentis mali, ut in superbia est appetitus propriae excellentiae et per consequens fuga suae contemptibilitatis; in invidia [f] appetitus boni non diminuibilis et per consequens fuga diminuentis: unde est odium alienae felicitatis; in ira vero appetitus vindictae, fuga vero impotentiae [g] ulciscendi; in acidia vero appetitus quietis carnalis, fuga vero laboris sibi oppositi; in avaritia vero [h] appetitus divitiarum, fuga vero paupertatis; in gula appetitus superfluitatis in cibo vel potu, fuga vero indigentiae; in luxuria vero appetitus voluptatis carnalis in membris generationis, fuga vero insensibilitatis. Non ergo quaedam peccata capitalia distinguentur [i] secundum appetitum, quaedam secundum fugam, cum in omnibus inveniatur appetitus et [k] fuga.

c. Praeterea, totiens est dicere fugibile quotiens est dicere delectabile; si ergo est dicere quatuor differentias delectabilium, secundum quas accipiuntur quatuor peccata capitalia, erunt ex alia parte quatuor capitalia secundum quatuor [l] differentias fugibilium, et ita essent [m] octo.

d. Praeterea, si contingit peccare subdividendo bonum apparens exterius et bonum apparens interius quemadmodum [n] bonum apparens inferius, quemadmodum sunt duae differentiae capitalium peccatorum secundum divisionem boni inferioris, id est boni carnalis [o], ita essent duo capitalia peccata secundum divisionem boni exterioris [p], hoc est boni mundani, et duo capitalia peccata secundum divisionem boni [q] interioris, id est excellentiae, et ita sex differentiae essent ex illa parte capitalium peccatorum, et similiter ex o posito penes differentias fugibilium, et ita esse duodecim differentiae.

e. Praeterea, delectatio [b] sive appetitus div duntur [c] per apparens bonum in praesenti vel futuro, unde dicuntur laetitia et concupiscenti ex opposito similiter dicitur fuga respectu ma in praesenti vel quod imminet in futuro, un dicuntur tristitia et timor. Videmus autem quo capitalia peccata si determinarentur [d] secundu appetitum et fugam, aliqua deberent esse secu dum timorem, cum sint aliqua secundum lae tiam, concupiscentiam et tristitiam. Nam secu dum [e] laetitiam videmus accipi gulam et luxuria et inanem gloriam sive superbiam, secundu concupiscentiam autem [f] iram et cupiditatem si avaritiam, secundum autem [g] tristitiam invidia et acidiam, secundum timorem autem, licet pl res habeat species secundum Ioannem Dam scenum [1], nullam invenimus differentiam pecc capitalis. Si vero accipiantur illae passiones, qu nominat Ioannes Damascenus [2], scilicet la titia, tristitia [h], timor et ira, ut laetitia et tristi pertineant ad concupiscibilem, timor et ira irascibilem, secundum hoc iterum, cum sint aliq capitalia peccata [i] penes laetitiam, tristitiam iram, videbitur quod aliquod debeat esse ca tale vitium penes timorem; non autem [k] invenit aliquod, cum tamen [l] timor sit fuga animi [m] perdatur amatum; non ergo capitalia pecca determinantur secundum differentias appetitus fugae essentiales.

[Solutio]: Ad evidentiam ergo divisionis se tem capitalium peccatorum notandum [n] quo sicut tangitur [3] I ad Thess. ultimo, 23: *Integ vester spiritus et anima servetur in die advent Domini,* homo quasi in tria dividitur: in spiritu animam et corpus. Unde omnis actus per se principaliter fit in spiritu aut in anima aut corpore. Spiritus autem accipitur ipsa essen animae praeter comparationem ad corpus, quantum est substantia quaedam habens conv nientiam quamdam cum spiritibus separatis, a ma vero dicitur [o] secundum comparationem qua habet ad corpus. Sunt ergo actus quorumda peccatorum capitalium in spiritu, quidam in a ma, quidam in corpore principaliter [p].

In spiritu autem duplex actus fit, secundu appetitum boni et detestationem mali: dico aut

---

[a] VZ *accipiuntur,* quod L corr. [b] VZ om., in F est add. marg., in L add. interl. [c] Ita F, alii om. [d] V *et.* [e] R *et.* [f] V add. *v* [g] Codd. *in potentia.* [h] V om., in B est add. interl. [i] V add. *quedam.* [k] T add. *etiam.* [l] T om. *c. s. q.,* in L est add. [m] V *erunt.* [n] L *quam.* [o] Z *carnis;* B om. *id est.* [p] R *interioris.* [q] V om.
[a] B *ipsa.* [b] V *dilectio.* [c] Z *dividitur;* BT *secundum* pro *per.* [d] BT *terminarentur.* [e] V om. [f] FRL om. [g] T [h] V om. [i] V add. *peccatum.* [k] V *tamen.* [l] V om. [m] R add. *scilicet;* Z *anime* pro *a. n.* [n] Ita V, alii add. *est.* [o] Ita alii *dicatur.* [p] R *spiritualiter.*

1 Cf. *De fide orthod.,* II, c. 15 (PG 94, 931).
2 Cf. loc. cit., cc. 13-16 (PG 94, 930sqq.).
3 Cf. Lombard., in h. l. (PL 192, 310), ex Haymo in h. l. (PL 117, 776sq.).

bonum et malum, quod spiritibus inesse potest. Unde, cum peccatum fiat ex inordinatione appetitus vel detestationis, erit peccatum capitale ex inordinatione appetitus respectu apparentis boni in spiritu vel ex inordinatione detestationis apparentis mali, per quod videtur diminui illud bonum; bonum autem, quod inordinate appetitur a spiritu in se, est [a] excellentia ultra debitum, quod apparuit in angelis reprobis, sive placere sibi in se in quantum est vanitas. Unde peccatum, quod fit directe ex appetitu, est superbia vel inanis gloria. E contra vero spiritus inordinate detestatur contrarium huiusmodi excellentiae, et hoc est communicantia [b] boni in altero secundum paritatem vel excellentiam [c], quod est invidiae; invidus enim detestatur in alio bonum secundum excellentiam aut paritatem, sicut dicit Augustinus[1]: non vult enim ut alius aequetur vel excellat. Duo ergo sunt peccata prima et principalia in spiritu [d].

In anima vero contingit esse capitale peccatum secundum appetitum apparentis boni, qui est in concupiscibili, secundum insurrectionem in malum sive nocivum [e], quod est in irascibili, secundum taedium boni difficilis aut laboriosi, quod est in vi [f] ordinante ad opus. Tres enim differentiae sunt in anima, quae respicit corpus: potest enim aliquid esse expediens corpori, potest aliquid esse nocivum corpori inferendo passionem, potest aliquid esse difficile vel laboriosum corpori, licet in se sit bonum. Unde anima, quae respicit corpus, concupiscit ordinate vel inordinate bonum expediens corpori, insurgit in nocivum sive [g] iniuriosum, fastidit difficile vel laboriosum. Ordinatur [h] enim anima secundum affectum [i] ad corpus et per relationem ad opus. Unde tres habet differentias capitalium peccatorum: peccatum irae penes irascibilem, cuius est insurgere in iniuriosum; peccatum acidiae, cuius est fastidire laboriosum; peccatum [k] avaritiae, cuius est concupiscere bonum curiosum: unde ab Augustino[2] etiam dicitur curiositas.

In corpore vero contingit esse duplicem actum. Cum autem nominamus corpus, naturam concernimus, secundum quam in corpore fit conservatio [l] ipsius individui et ipsius [m] speciei in individuo; conservatio autem individui fit per alimentum, conservatio autem speciei in individuo fit per generationem. Appetitus ergo, ordinatus vel inordinatus [n] respectu principalis actus in corpore, aut est commixtionis carnalis secundum tactum [a] aut est ipsius alimenti secundum gustum. Tactus enim in illa [b] parte, qui ordinate fit, ad conservationem speciei in individuo fit vel propter ea quae ordinantur ad illud: reddere enim debitum vel reprimere concupiscentiam illicitam ad procreationem prolis ordinantur; cum autem inordinate fit, quaeritur libidinosa delectatio. Similiter [c] appetitus respectu alimenti, si fit [d] ordinate, est ad conservationem individui secundum debitum modum; si vero inordinate, secundum excessum. Erunt ergo duo peccata capitalia, et non plura, secundum appetitum actus fundati [e] in corpore, scilicet gula penes appetitivam alimenti [f] et luxuria penes appetitivam [g] coitus carnalis.

Sic ergo septem erunt differentiae capitalium peccatorum: secundum actum in spiritu duae differentiae, superbia et invidia; secundum actum in anima tres differentiae, ira, acidia et [h] avaritia sive philargyria; secundum actum in corpore, gula et luxuria. Haec enim duo, sicut dicit Gregorius[3], sunt carnalia peccata, reliqua vero quinque sunt spiritualia peccata, large accipiendo spiritum, secundum quod spiritus dividitur contra corpus vel carnem, non autem secundum quod dividitur [i] contra animam et corpus.

IV. Sed posset obici 1. quare non accipitur in spiritu peccatum irae, cum de diabolo dicatur [k] [4] quod *descendit habens magnam iram, sciens quia modicum tempus habet?*

2. Praeterea, propter quid in anima accipiuntur tres differentiae peccatorum, quarum una est secundum taedium boni, in spiritu vero non accipitur huiusmodi differentia, similiter nec in corpore?

3. Praeterea, ex parte corporis non videtur accipi differentia peccati, cum penes animam determinetur appetitus et suum oppositum.

4. Praeterea, ex parte corporis si [l] determinatur peccatum secundum appetitum [m], quare non determinatur peccatum secundum suum oppositum, scilicet detestationem, sed secundum differentiam duplicis appetitus, in anima vero vel in spiritu non sic fit, sed [n] secundum appetitum et detestationem?

5. Praeterea, detestatio mali oppositi bono sequela videtur esse appetitus et quod non sint [o] duo capitalia peccata.

[Solutio]: 1. Ad quod dicendum [p] quod, licet ira per quamdam similitudinem dicatur esse [q] in spiritibus separatis, ut in diabolo, non tamen illo modo quo dicitur capitale peccatum proprie.

---

[a] V om. [b] T *concomitantia.* [c] V *excellentie.* [d] R om. *i. s.* [e] V *motivum,* quod F corr. [f] VBT om., L *iij,* quod F corr. [g] V *sic in.* [h] Z *ordinat;* T om. *enim.* [i] BT *actum.* [k] V add. *et.* [l] B *conservatione;* R om. *ipsius.* [m] Z om. *i. e. i.* [n] L om. *v. i.* [a] Z add. mg. *corpore.* [b] V *nulla* pro *i. i.;* Z *nulla.* [c] V *sive.* [d] VB *sit,* quod F corr. [e] Z *fundamenti.* [f] Ita L (corr.), alii *augmenti.* [g] R om. *alimenti... appetitivam.* [h] Z om. [i] L *dicitur.* [k] V add. *secundum;* BT *aliquo* pro *diabolo.* [l] V *non.* [m] R om. *Praeterea... appetitum.* [n] Z om. [o] V *sic.* [p] Ita TL, alii add. *est.* [q] L om.

Cf. *De Gen. ad litt.,* XI, c. 14 (PL 34, 436).
[2] Cf. *In Epist. I Ioan.,* tr. 2, n. 13 (PL 35, 1996).
[3] Cf. *Moral.,* XXXI, c. 45, n. 88 (PL 76, 621).
[4] Apoc. 12, 12.

Cum [a] enim passio de genere passionis, quae magis facta abicit a substantia, non potest inesse huiusmodi spiritibus, non potest fieri iniuria per hunc modum, sic nec animae ut est spiritus; sed [b] potest fieri ipsi animae iniuria propter passionem factam in corpore; appetitus ergo vindictae [c] secundum hunc modum recte attribuitur animae in quantum est anima. Per similitudinem tamen quamdam dicitur inesse ipsi diabolo: videtur enim diabolo [d] quod iniuriatum sit sibi ab homine, qui locum eius occupavit vel [e] qui eius evasit servitutem, et ideo dicitur habere *magnam iram* erga hominem: ira enim dicitur [1] « libido ulciscendi ».

2. Ad secundum vero dicendum [f] quod in anima accipitur differentia secundum taedium boni, in spiritu vero non. Quod enim bonum dicitur [g] laboriosum, hoc respicit ordinationem [h] ad corpus: fatigatio enim est animae [i] in corpore, spiritus vero praeter ordinationem ad corpus accipitur. Non ergo in spiritu debuit attendi capitale vitium secundum taedium boni laboriosi nec secundum concupiscentiam boni expedientis corpori: bonum enim expediens corpori est bonum sensibile, spiritus vero respicit affectionem [k] boni intelligibilis. Sic [l] ergo aliae debuerunt esse differentiae quoad actum animae et quoad actum spiritus.

3. Ad tertium vero dicendum quod, licet peccatum non sit in corpore secundum se ipsum, sed in anima, nihilominus tamen actus, in quo dignoscitur peccatum principaliter, potest esse in corpore; unde appetitus est in ipsa anima, receptio vero cibi secundum plus aut [m] minus est in corpore; eodem [n] modo coitus carnalis in carne perpetratur. Et hoc modo dicuntur duo peccata capitalia [o] secundum actus in corpore determinari.

4. Ad quartum vero [p] dicendum quod secundum differentias appetitus determinantur peccata carnalia: natura enim determinate declinat in unum [q]; unde non habet fugam et appetitum quemadmodum et anima. Et propter hoc secundum differentias appetibilium sumuntur differentiae virium, nutritiva scilicet et generativa, et iuxta naturam accipitur peccatum, quod est ex excessu naturae: gula enim et luxuria fiunt ex excessu naturae, qui excessus fit secundum appetitum animalem in carne.

5. Ad quintum dicendum [r] quod differentiae capitalium peccatorum iam dictae non [s] sumuntur secundum appetitum apparentis boni et detestationem apparentis [t] mali directe ei oppositi. Verbi gratia, detestatio paritatis non directe opponitur magnitudini in apparenti bono sive excellentia potest enim esse quod iste habeat excellentia in bono aliquo et nihilominus quod alius sit p illi; sed quod [a] habeat excellentiam respec cuiuscumque, hoc opponitur paritati et parit illi. Superbia autem dicitur amor excellentia invidia vero odium felicitatis alienae; haec aute non sunt directe opposita, sed contingit secu dum dictum modum, et ideo [b] dicitur quod superbia gignitur invidia. Si vero superbia dic retur in appetitu excellentiae, invidia vero detestatione vilitatis, tunc unum acciperetur consequenti ad alterum, et non dicerentur d capitalia peccata, sed unum. Similiter dicendu est quoad actus in anima: avaritiae enim e appetere apparens bonum, irae vero est insu gere contra nocivum; sed hoc nocivum non e directe oppositum illi bono, et ideo erit unum c pitale peccatum per se. Si vero acciperetur secu dum detestationem paupertatis, tunc ad idem c pitale peccatum pertineret: avaritiae enim [c] est a petere divitias et detestari paupertatem [d]; irae ve sicut est detestari nocivum, ita est [e] appetere vi dictam; et similiter [f] intelligendum est in aliis.

Ex iis ergo rationibus patet quare dicunt diversa capitalia peccata, et aliter accipitur rat divisionis in spiritu, aliter in anima, aliter corpore [2]: in corpore enim secundum differe tias appetibilium principalium; in spiritu ver quia quamdam habet in se simplicitatem, s cundum differentiam [g] unius appetibilis et odiu alterius detestabilis; in anima vero, quia qu dam modo magis composita est in intention accipiuntur differentiae secundum rationem app tibilis et fugibilis duplicis: iniuriosi, quod est parte alterius, et laboriosi, quod est ex par ipsius; nam ira accipitur in detestatione iniurio acidia in detestatione laboriosi.

V. Aliter vero potest accipi divisio capitaliu peccatorum, ut tres differentiae ad irascibile referantur, quatuor vero ad concupiscibilem s cundum differentiam duplicis concupiscibilis, rat vero in omnibus peccat non regendo sicut debe Irascibilis [h] enim habet suum appetibile: appe enim praeeminentiam in bono, excellentiam r spectu communicantis quod videtur posse asce dere, vindictam vero [i] sive dominationem ad p niendum respectu eius quod adversatur sive ini riatur suae potentiae. Vel, sicut quidam dicu eius est [k] appetere praeeminentiam, odio habe

---

[a] V om. [b] V *si*. [c] V *vindicta*. [d] V om. *v. e. d.* [e] V *et*, quod Z corr. [f] Ita Z, alii add. *est*. [g] Z *dicatur*. [h] V *ordinatoriu* [i] Z (corr.) *vere*. [k] V *affectioni*. [l] T *sicut*, quod B corr. [m] L *et*. [n] B *eo*. [o] B *carnalia*. [p] V om. [q] V *vitium*. [r] Ita alii add. *est*. [s] V *cum*. [t] V om. *boni... apparentis*.

[a] R om. [b] V *tunc*. [c] T om. [d] BT *paupertates*; V *invidie* pro *irae*. [e] V *et*. [f] V *ita*. [g] Z *differentias*. [h] BT *irascibi* [i] R om. [k] V om.

[1] Augustin., *De civit. Dei*, XIV, c. 15, n. 2 (PL 41, 424). | [2] Cf. supra, p. 486b sq.

aequiparantiam, insurgere ad vindictam, et secundum hoc accipiuntur tria capitalia vitia [a], superbia, invidia et ira. — Ex parte vero concupiscibilis est appetibile secundum immediationem ad corpus et est appetibile secundum distantiam a corpore. Secundum immediationem vero aut est propter conservationem ipsius speciei in individuo aut propter conservationem individui; et secundum hoc, cum fit [b] excessus in actibus ordinatis ad hoc, sunt capitalia peccata gula et luxuria. Appetibile vero secundum distantiam similiter dividitur in duo, in sufficientiam et quietem, ut sufficientia sit contra [c] indigentiam, quies vero contra laborem sive difficultatem. Cum autem est inordinatio contra sufficientiam, dicitur cupiditas; cum autem [d] inordinatio est contra [e] laborem necessarium, dicitur quies immoderata.

VI. Vel aliter potest distingui ut sit duplex inordinatio circa bonum exterius: est enim bonum exterius spirituale et est bonum exterius corporale. Potest ergo inordinatio esse respectu boni spiritualis in [f] non appetendo propter laborem aut difficultatem, respectu vero boni [g] corporalis in appetendo propter curiositatem; et secundum hoc sunt duae differentiae peccatorum, peccatum scilicet acidiae in non appetendo propter difficultatem bonum spirituale, peccatum vero cupiditatis in appetendo bonum corporale propter curiositatem. Dicitur autem curiositas [h], cum requiritur in concupiscibili secundum visum [i] pulcritudo propter se, sicut est in auro et argento et lapidibus pretiosis. Ad pulcritudinem vero ordinantur color [k], forma et figura et huiusmodi dispositiones, ex quibus resultat pulcritudo.

SECTIO II. — De singulis capitalibus et de filiabus eorum.

QUAESTIO I.

DE SINGULIS CAPITALIBUS.

TITULUS I.

DE SUPERBIA.

Consequenter dicendum est de singulis capitalibus peccatis secundum se et de nascentibus summarie. Et primo dicendum est de superbia, quae non tantum dicitur capitale peccatum, sed regina respectu aliorum peccatorum. Circa quam haec [l] sunt inquirenda:

Primum est [m] quid sit superbia;
secundum, utrum omne peccatum sit superbia;
tertium, quid [n] sit motivum [o] in peccato superbiae;
quartum, secundum quam vim attenditur hoc peccatum;
quintum, de quantitate huius peccati;
sextum, de inseparabilitate [p] eius ad alia peccata;
septimum, de difficultate cavendi illud peccatum;
octavum, de effectu huius [q] peccati;
nonum, de prioritate huius peccati ad alia;
decimum, de speciebus huius peccati;
undecimum, de oppositione;
duodecimum, de gradibus huius peccati [r].

[a] V om. *c. v.* [b] R *sit.* [c] V *quantum ad.* [d] V om. [e] R *circa.* [f] LZ *et.* [g] B om. [h] Z *caritas.* [i] V om. *s. v.* [k] V om.; R om. *et.* [l] V *plura.* [m] Ita V, alii om. *p. e.* [n] Ita L, alii *quod.* [o] T add. *in superbia vel.* [p] V *comparatione,* Z *incomparabilitate;* B om. *eius.* [q] T om. [r] Ita R, alii om. *h. p.*

499

CAPUT I.

QUID SIT SUPERBIA ET UTRUM SIT PECCATUM [1].

Circa primum sic: Dicit Bernardus:[2] « Superbia est propriae excellentiae appetitus ». Augustinus, in XIV *De civitate Dei*[3]: « Superbia est perversae celsitudinis [a] appetitus »; idem[4]: « Superbia est amor propriae excellentiae ». Iis definitionibus suppositis, quae satis conveniunt, quaeritur utrum superbia sit peccatum secundum has rationes.

Quod non sit peccatum, videtur. 1. Amor enim [b] propriae excellentiae est affectio naturalis; affectio autem naturalis non est peccatum; ergo amor propriae excellentiae non est peccatum. — Quod autem [c] amor propriae excellentiae sit [d] affectio naturalis, videtur per hoc quod quaelibet vis naturalis potest naturaliter appetere augmentum sui boni; ergo vis naturalis [e] naturaliter potest appetere excellentiam proprii boni; ergo amor propriae excellentiae non est peccatum.

2. Item, excellere non est malum de se; ergo nec velle excellere; appetitus ergo excellentiae non est peccatum, et ita superbia, si non amplius [f] dicit, non erit peccatum.

3. Item, omnis qui assimilatur Deo, in eo [g] quod assimilatur non est peccatum; sed « Dei est habere [h] propriam voluntatem [5] »; ergo homo, qui in hoc assimilatur ipsi, non peccat; sed omnis superbus, in eo quod huiusmodi, habet propriam voluntatem: dicit enim Anselmus [6] quod propria voluntas est superbia; ergo nullus superbus peccat.

Contra. *a.* Dicit Anselmus [7]: « Dei est habere propriam voluntatem ». Ergo, cum homo vult habere propriam voluntatem [i], Deo iniuriatur; sed Deo iniuriari est peccatum; superbia ergo, cum vult habere propriam voluntatem, est peccatum.

b. Item, in Psalmo [k 8]: *Superbi inique agebant*, Glossa [9]: « Superbia a Dei incepit iniuria ». Sed omne quod incepit a Dei iniuria [l] peccatum est; ergo superbia est peccatum.

c. Item, superbiae est delectari in propria potestate; sed delectari in propria potestate propter se est peccatum; ergo superbia est peccatum videtur ergo amplius ponendum in definitione superbiae.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod, cum dicitur: « Superbia est appetitus propriae excellentiae », 'proprium' sonat ibi in vitium. Est enim [m] excellentia, quam homo habet a Deo et ei attribuit; et est excellentia, quam homo [n] sibi appropriat aliquo modo, sicut cum dictat [o] homo in corde suo quod habeat aliquid a se [p] vel cum dicit meritum esse a se eius quod habet, et ita de aliis differentiis, et hoc modo amor propriae excellentiae sive appetitus illicitus est et est peccatum quod est [q] superbia. Dicit enim Apostolus I ad Cor. 4, 7: *Quid habes, quod non accepisti* [r]? *Quid gloriaris, quasi non acceperis?* Et dicit Anselmus, *De casu diaboli* [10]: « Sicut a se angeli et homines nonnisi nihil habent, ita a Deo nonnisi aliquid ». Si vero accipiatur alio modo et appetitus dicatur affectio naturalis, secundum hoc non est peccatum nec dicitur superbia huius modi appetitus. Cum autem dicitur [s] quod « superbia est [t] perversae celsitudinis appetitus » reliquo modo est intelligendum.

[Ad obiecta]: 1. Ad hoc ergo quod primo obicitur, dicendum est quod amor propriae excellentiae uno modo dicitur affectio naturalis cum homo scilicet quaerit augmentum boni eo modo quo debet et a quo debet et [u] ad Deum referendo; reliquo vero modo si sit appetitus propriae excellentiae, ad se referendo tamquam principium vel ad depressionem aliorum [v], non est appetitus naturalis, nisi intelligamus naturam corruptam.

2. Ad secundum vero dicendum quod 'excellere' potest intelligi vel in gratuitis, ut [x] in virtutibus quae gratum faciunt, vel in aliis quae gratis dantur a Deo. Si dicatur in gratiis gratum facientibus et appetitus ille procedat ex gratia non vult excellere nisi quantum datum est ei a Deo vel non in depressionem aliorum. Si autem intelligatur excellere in temporalibus vel in

---

[a] V *certitudinis;* R *item* pro *idem.* [b] T *est.* [c] V om. [d] B *est.* [e] Ita V, alii *irascibilis.* [f] R om. [g] V *hoc.* [h] V *habens* [i] T om. *ergo... voluntatem.* [k] V *Psalmus* pro *i. P.* [l] VT om. *sed... iniuria.* [m] Z *et sibi* pro *e. e.* [n] T om. *et ei... homo;* R om. *habet... homo,* in F est add. mg. [o] V *videlicet cum dicit* pro *aliquo... dictat;* Z om. *sicut.* [p] T add. *eius.* [q] T om. *p. q. e.* [r] L add. mg. *quod si accepisti.* [s] T om. [t] V om. [u] V *vel.* [v] Z add. interlin. *et hoc.* [x] TZ *vel.*

1 Cf. Guil. Altissiod., *Summa,* II, tr. 19, c. 2 (fol. 83csq.); Ioan. de Rupella, *Summa de vitiis* (fol. 19a).

2 *De morib. et off. episc.,* c. 5, n. 19 (PL 182, 821); cf. *De grad. humil.,* c. 4, n. 14 (PL 182, 949).

3 Cap. 13, n. 1 (PL 41, 420).

4 *De Gen. ad litt.,* XI, c. 14 (PL 34, 436).

5 Anselm., *De casu diaboli,* c. 4 (PL 158, 333).

6 Loc. cit.

7 Loc. cit.

8 Psalm. 118, 51.

9 Lombardi, in h. l. (PL 191, 1069).

10 Cap. 1 (PL 158, 325sq.).

gratiis gratis datis, quae magis inflant[a] quam humilient, secundum[b] hoc velle excellere, nisi addantur debitae circumstantiae, non est bonum, quia subintelligitur velle excellere propter se, hoc autem modo malum est. Unde Augustinus[1]: « Superbia non est vitium[c] dantis potestatem vel ipsius potestatis[d], sed animae perverse amantis potestatem suam, potentioris potestate contempta ». Praeterea, non est desiderandum praeesse propter se, sed propter prodesse[e], et ideo dicit Apostolus[2]: *Qui episcopatum desiderat, bonum opus desiderat,* ut non sit honor in intentione, sed fructus.

3. Ad tertium dicendum[f] quod superbus non dicitur assimilari Deo similitudine conformitatis, cum vult habere propriam potestatem. Similitudine enim conformitatis non vult nisi quod Deus vult ipsum velle; Deus autem non vult quod homo habeat propriam voluntatem, id est non Deo subiectam, et ideo non vult homo habere propriam voluntatem, sed sub Deo ordinatam similitudine conformitatis, et secundum hoc non dicitur peccatum. — Est autem alia similitudo, qua homo[g] vult usurpare quod Dei est proprium, sicut dicebatur de Lucifero[3]: *Ascendam in caelum, et*[h] *ero similis Altissimo.* Unde Augustinus, XIX *De civitate Dei*[4]: « Sic[i] superbia perverse imitatur Deum[k]; odit namque cum sociis aequalitatem sub illo, sed imponere vult sociis dominationem suam pro illo ». Et hoc modo quicumque vult assimilari Deo[l], peccat. Secundum hoc superbus peccat[m]: superbia enim « est perversae celsitudinis appetitus; perversa autem celsitudo est, deserto eo cui debet animus inhaerere[n] principio, sibi[o] quodam modo fieri principium: quod fit, cum iniquus sibi placet; sibi[p] vero ita placet, cum ab illo bono incommutabili deficit, cum ei magis placere debuit[5] ». Et dicit Anselmus[6]: « Ob hoc recte dicitur superbia, quia voluntatem Dei, quam sequi debet, non vult habere super se, sed[q] ipsi Deo aufert, quantum in se est, quod proprie et singulariter debet habere ».

CAPUT II. 500

UTRUM OMNE PECCATUM SIT SUPERBIA.

Secundo quaeritur utrum omne peccatum sit superbia.

Ostenditur autem quod sic, 1. quoniam dicit Augustinus, in libro *De natura et gratia*[7]: « Omne peccatum Dei contemptus est[r] ». Sed omnis contemptus est superbia; ergo omne peccatum est superbia[s].

2. Item, Iob 33, 17: *Ut*[t] *convertat hominem ab iniquitate,* Glossa Gregorii[8]: « Contra Conditorem superbire est[u] eius praecepta peccando transcendere ». Sed in omni peccato transcendit homo praeceptum Domini; ergo omne peccatum est superbia.

3. Item, dicit Augustinus, in libro *De natura et gratia*[9]: « Tam peccare superbire est quam superbire peccare ». Sicut ergo vere possum dicere quod omnis superbia est peccatum, ita vere potest dici quod omne peccatum est superbia.

Contra. *a.* Augustinus, in libro *De natura et gratia*[10], dicit: « Sed neque omnia superbe fiunt, quae perperam fiunt certe[v] a nescientibus, certe ab infirmis, certe plerumque a gementibus »,

b. Item, Gregorius, in *Moralibus*[11], distinguit quatuor genera vitiorum capitalium, quorum nullum est[x] alterum et similiter Augustinus, in libro *De conflictu vitiorum et virtutum*[12]; sed[y] superbia est unum ex illis; ergo non omne peccatum est superbia.

Solutio: Dicendum quod duobus modis est loqui de superbia: uno modo prout est speciale peccatum, unum ex septem vitiis capitalibus; alio modo secundum quod est generale peccatum, prout dicitur Tob. 4, 14, quod ex *ipsa*[z] *sumpsit initium omnis perditio:* et hoc est loqui de ipsa prout est *initium omnis peccati*[13], quia sic est peccatum generale. Secundum primum modum loquitur Gregorius de superbia, quando ponit ipsam esse quoddam vitium capitale; et hoc modo non omne peccatum est superbia, et sic loquitur Augustinus, cum dicit quod « non omnia superbe fiunt » etc. Secundum autem quod

---

[a] R *inflent.* [b] Z *ergo.* [c] V *malum.* [d] V om. *v. i. p.* [e] Z om. *s. p. p.* [f] Ita V, alii add. *est.* [g] V *Deus.* [h] L om. [i] BT *sicut.* [k] V om. [l] Ita V, alii om. [m] Z om., B om. *s. h. s. p.* [n] Z *adherere.* [o] Z om. [p] BT *si.* [q] L *si.* [r] F exp. [s] T om. *ergo... superbia.* [t] V *non.* [u] V *cum.* [v] B om. [x] V om. *Contra... est.* [y] V *si.* [z] R *ipso.*

1 *De civit. Dei,* XII, c. 8 (PL 41, 356).
2 I Tim. 3, 1.
3 Isai. 14, 14.
4 Cap. 12, n. 2 (PL 41, 639).
5 Augustin., loc. cit., XIV, c. 13, n. 1 (PL 41, 420).
6 Cf. *De casu diaboli,* c. 4 (PL 158, 333).
7 Cap. 29 (PL 44, 263).
8 *Ordin.,* in h. l., ap. Lyran., ex *Moral.,* XXIII, c. 22 (PL 76, 278).
9 Loc. cit.
10 Loc. cit.
11 Cf. lib. XXXI, c. 45, n. 89 (PL 76, 621 sq.).
12 Cf. cap. 2 (PL 40, 1093).
13 Eccli. 10, 15.

est generale peccatum et generale *initium omnis peccati*, hoc modo, ut magis proprie loquamur, dicendum est quod in omni peccato est superbia, non quod omne peccatum, formaliter [a] loquendo, sit superbia, sed in omni peccato est, secundum quod in omni peccato [b] invenitur contemptus praeceptorum Dei, quia, ut dicit Ambrosius [1], « peccatum est [c] praevaricatio legis divinae et caelestium inobedientia mandatorum »; unde dicit quod in omni peccato est contemptus. Et similiter [d] Augustinus, in libro *De libero arbitrio* [2], dicit quod « peccatum est, spreto incommutabili bono, bonis mutabilibus adhaerere »; per hoc autem quod dicitur « spreto » ponitur contemptus. Et sic in omni peccato est superbia, sed haec est superbia generalis, quae est contemptus generalis, qui est in omni peccato ex hoc quo anima per peccatum avertitur [e] ab incommutabi et supremo bono. Sed non sic [f] intelligendu quod omne peccatum sit peccatum superbia sed nullum est peccatum in quo non sit illu generale vitium. Et quod ita sit intelligendum patet per Augustinum, in libro *De natura gratia* [3], ubi dicit [g]: « Quaere quid sit quodlib peccatum, et vide si invenies aliquod sine su perbiae appellatione peccatum. Hanc autem sen tentiam sic exequitur: Omne, inquit, peccatum nisi fallor, Dei contemptus est, et omnis De contemptus superbia est. Quid enim [h] tam super bum quam Deum contemnere? Omne [i] ergo pec catum est superbia, et Scriptura dicente [4]: *Initiu omnis peccati superbia est* ». Et sic patet responsio

501 CAPUT III.

QUID SIT MOTIVUM IN PECCATO SUPERBIAE.

Tertio quaeritur I. quid sit inclinativum [a] naturaliter vel motivum in hoc genere peccati.

Quod enim aliquod [b] sit, videtur per simile in aliis. *a.* In luxuria enim naturaliter [c] motivum est conservatio speciei, in gula conservatio sui et ita de aliis. Erit [d] ergo aliquid in superbia naturaliter [e] motivum; illud non videtur esse nisi appetitus potentiae sive eius quod est praeesse: hoc enim videtur esse quod naturaliter primo [f] appetat anima. Cum enim assimiletur homo summae Trinitati, cui fit appropriatio [g] potentiae, sapientiae et bonitatis, sicut homo habet naturalem appetitum ad sapientiam et ad bonitatem, ita habet naturalem appetitum potentiae, et hoc per prius, cum potentia prius sit [h] intellectu sapientia et bonitate.

b. Item, duo sunt actus: praeesse et deprimi sive humiliari; sed naturaliter fugit homo depressionem; ergo naturaliter appetit praeesse.

Contra. 1. Dicit Bernardus [5]: « Quotiens praeesse [i] desidero, totiens Deum meum praeire contendo ». Sed contra naturam est velle praeire Deum; ergo non est naturale homini velle praeesse.

2. Similiter dicit Gregorius [6]: « Quotiens prae esse conamur, totiens ad apostasiae crimen re labimur ». Cum ergo contra naturam sit aposta tare, contra naturam erit velle praeesse.

3. Item, Gregorius [7], super illud Gen. 9,2 *Terror ac* [k] *tremor vester sit super* [l] *cuncta an malia terrae:* « Homo non rationabilibus [m], sed i rationalibus praelatus est natura ». Et iterum i eadem Glossa [8]: « Contra naturam superbire e ab aequali velle timeri. Unde antiqui patres, no reges hominum, sed pastores gregum fuisse d cuntur ». Et in eadem Glossa [9]: « Si mens apu se ipsam descendit de vertice culminis, inveni planitiem naturalis aequitatis, ut non praeess gaudeat, sed prodesse ». Ex iis omnibus colligitu quod appetitus praelationis non est homini [n] na turalis.

4. Praeterea, si esset homini [o] naturalis, quo autem est a natura permanebit in patria, rema neret praelatio in patria; sed sicut habetur [10] I a Cor. 15, 24: « Cessabit omnis praelatio qua hom praeest hominibus ». Ergo non est naturalis; erg nec appetitus eius est naturalis [p].

[Solutio]: Ad quod dicendum quod aliter e loqui de potentia in se et [q] aliter est loqui d

[a] Z *moraliter.* [b] B om. *est... peccato.* [c] T om. [d] Z *satis.* [e] V *avertetur.* [f] V *licet non sit* pro *s. n. s.* [g] V add. *s* [h] B *est.* [i] Codd. *omnino.*
[a] V *intimativum,* quod F corr.; T *et* pro *vel.* [b] VZ *aliquid.* [c] R *naturali.* [d] V *est.* [e] R om. [f] V *ratio,* RL *homo,* quod F co [g] Z *approbatio.* [h] Ita VZ (corr.), alii add. *in.* [i] V *subesse,* Z *esse.* [k] V *et.* [l] V om. [m] VRL (corr.) *rationalibus*; V om. *no* [n] T *hominis.* [o] V *boni.* [p] B (corr.) *natura.* [q] V om.; L om. *est.*

1 *De paradiso,* c. 8, n. 39 (PL 14, 292).
2 Cf. lib. II, c. 19, n. 53 (PL 32, 1269).
3 Cap. 29 (PL 44, 263), sed est textus Pelagii quem subsequenter refutat Augustinus.
4 Eccli. 10, 15.
5 *Super Missus est,* hom. 1, n. 8 (PL 183, 60).
6 *Moral.,* XXIV, c. 25, n. 52 (PL 76, 317).
7 *Glossa ordin.,* in h. l., ap. Lyran., ex *Moral.,* XX c. 15, n. 23 (PL 76, 203).
8 Loc. cit.
9 Loc. cit., n. 22.
10 Lombard., in h. l. (PL 191, 1679).

potentia respectu subiectionis aliorum hominum. Si fiat sermo de potentia in se, erit appetitus potentiae naturalis, sicut sapientiae aut [a] bonitatis. Si vero fiat sermo de potentia ad alios homines subiectos, secundum hoc aut [b] est appetitus illius propter gloriam Dei et proximorum [c] utilitatem, et secundum hoc potest esse appetitus rectus, ad quem inclinat [d] ratio et natura aliquo modo; aut potest esse ipsius propter se, et sic est appetitus culpabilis nec habet inclinationem nisi naturae corruptae.

[Ad obiecta]: *a-b*, 1-2. Secundum hoc ergo respondendum est ad obiecta. Primae enim rationes concludunt de appetitu potentiae, qui quidem naturalis est; aliae vero rationes, quae videntur poni in contrarium, loquuntur de potentia in comparatione ad subiectionem hominum, sed hoc potest esse propter se: et hoc modo intelliguntur auctoritates, quas ponunt [e] Gregorius et Bernardus.

3-4. Illa vero ratio, quae sumitur ex auctoritate Gregorii, Gen. 9, 2, ad hoc tendit quod appetitus praelationis non sit secundum naturam primitus institutam; et similiter ultima ratio ad idem tendit, sed non ex hoc excluditur quin ex [f] naturali ratione sit appetitus gloriae divinae vel utilitatis proximorum mediante praelatione.

b. Si vero obiciatur quod naturale sit homini velle praeesse, eo quod naturaliter fugit depressionem ipse homo – dicendum est quod est quaedam depressio ex merito culpae, et hanc naturaliter debet homo fugere; cui oppositum est exaltatio ex merito gratiae, et [g] hanc exaltationem sive huiusmodi praeesse naturaliter appetit homo; sed haec [h] differt a dominatione, qua homo homini dominatur: huiusmodi enim exaltatio erit in patria, ubi non erit exaltatio, qua homo praeerit homini.

II. Sed adhuc obicitur magis specialiter [i] de motivo in peccato superbiae et quaeritur quid est per se motivum in superbia.

1. Augustinus [k], *Super Genesim* [1]: « Angeli mali, sua potestate delectati, velut esset eis bonum, a communi bono deifico ad propria defluxerunt et habentes elationis fastum pro excellentissima aeternitate, superbi effecti sunt ». Ex hac auctoritate videtur [l] quod aeternitas sit motivum in peccato superbiae, quoniam angelus in se ipso videbat substantiam immortalem et [a] aeternam, et ipse, bonum hoc aeternitatis considerans in se ipso, elatus est et comparavit se Deo: hoc [b] vult designare praedicta auctoritas; unde videtur quod specialiter aeternitas [c] sit motivum.

2. Sed quod unitas sit motivum, videtur innuere [d] Augustinus, in libro *De gratia Novi Testamenti* [2]: « Ideo in unicornibus [e] superbi intelliguntur, quia superbia odit consortium, et, quantum in ipso est, solus cupit eminere omnis superbus », per hoc quod dicit Augustinus, in libro [f] *De vera religione* [3]: « Quid enim aliud in ea homo appetit nisi solus esse, si fieri posset [g], cum cuncta subiecta sunt, perversa scilicet [h] imitatione omnipotentis Dei? Quem [i] si subditus imitaretur, secundum eius praecepta vivendo, per eam haberet subdita et cetera, nec ad tantam deformitatem veniret [k] ut bestiolam timeat qui vult hominibus [l] imperare. Habet [m] ergo et superbia [n] quemdam unitatis appetitum et omnipotentiae, sed in [o] rerum temporalium principatu [p], quae omnia transeunt tamquam umbra ».

3. Praeterea, videtur aliud esse motivum ab iis duobus, per hoc quod dicit Augustinus, in libro *De libero arbitrio* [4], qui accipit illud I Ioan. 2, 16: *Omne, quod est in mundo, aut est* [q] *concupiscentia oculorum aut concupiscentia* [r] *carnis aut superbia vitae.* Et vult ostendere quasi causam in iis tribus, dicens quod homo aut convertitur ad bonum proprium, et sic superbus dicitur, aut ad [s] exterius bonum, et sic curiosus [t] efficitur, aut [u] ad inferius bonum, et sic voluptatis [v] amator efficitur. Conversio ergo ad bonum proprium causa est superbiae.

[Solutio]: 1. Ad quod dicendum quod in auctoritate supra dicta [x] Augustini, *Super Genesim*, non intelligitur quod aeternitas sit motivum, sed quod per peccatum suum angeli recesserunt ab aeternitate: aeternitas enim ibi accipitur pro Deo. Quod si acciperetur aeternitas pro motivo, non diceret motivum proprie, sed potestas excellentiae fuit ibi motivum, sicut in eadem auctoritate continetur.

2. Ad id vero quod secundo obicitur quod 'unitas esset motivum': dicendum [y] quod unitas in sua generali ratione non est motivum, sed unitas in principatu rerum temporalium, sicut [z]

---

[a] T *et.* [b] T *non;* V *eius* pro *illius.* [c] V *proximi.* [d] F *inclinet.* [e] Ita V, alii *ponit.* [f] B om. [g] Z add. *secundum.* [h] BTFR *hoc.* [i] Z *speciale.* [k] FR *unde Augustinus.* [l] Z *videretur.*
[a] LZ om. [b] Ita VZ, alii *hec.* [c] B om., F *eviternitas.* [d] Ita B, alii om. [e] V *unitatibus;* Z *secundo* pro *ideo.* [f] FRLZ om. *i. l.* [g] Ita VR, alii *possit.* [h] V *perversus ab* pro *p. s.* [i] V *qui.* [k] B *deveniret;* V *nec* pro *ut.* [l] BT *omnibus.* [m] Ita V, LZ *huic,* alii *hinc;* T om. *ergo.* [n] R om.; V om. *et.* [o] V om. [p] V *principatum.* [q] Z om. [r] V om. *o. a. c.* [s] L om., in F est add. interl. [t] B *curiosius;* V *esse dicetur* pro *efficitur.* [u] R om., in F est add. mg., in L add. interl. [v] L add. *voluntatis.* [x] B *predicta* pro *s. d.* [y] Ita FR, alii add. *est.* [z] BT om.

1 Rectius *De civit. Dei*, XII, c. 1, n. 2 (PL 41, 349).
2 Cap. 16, n. 42 (PL 33, 556).
3 Cap. 44, n. 84 (PL 34, 160).
4 Lib. II, c. 19, n. 53 (PL 32, 1269).

ibidem determinatur. Unitas autem principatus generaliter est motivum in peccato superbiae, sive sit [a] in angelis sive in hominibus.

3. Ad tertium dicendum [b] quod in libro *De libero arbitrio* non loquitur de superbia prout est speciale peccatum, sed prout tertium [c] est in illa divisione I Ioan. 2, 16: *Omne quod est in mundo* etc. Accipitur [d] autem ibi « proprium bonum » ad differentiam exterioris boni, cuius est *concupiscentia oculorum,* et inferioris [e] boni, cuius est *concupiscentia carnis.* Proprium autem bonum dicitur interius bonum, cuius est primo appetitus ipsius spiritus, cum scilicet avertitur a supremo [f] bono et delectatur in se.

502 CAPUT IV.

SECUNDUM QUAM VIM ATTENDATUR PECCATUM SUPERBIAE.

Quarto quaeritur secundum quam vim attenditur hoc peccatum.

Et videtur quod secundum rationabilem [g]. 1. *Superbia* enim est *initium omnis peccati* [1]; ergo debet esse proprie in illa potentia quae principatum gerit inter omnes potentias; sed rationabilis est illa; ergo superbia est in [h] rationabili.

2. Item, in statu innocentiae omnes vires [i] erant sub dominio rationis, nec aliqua recessit a suo ordine nisi prius recedente rationabili; ergo primo recessit rationabilis; sed primus recessus fuit per superbiam; ergo superbia est in rationabili.

Quod autem sit in irascibili, ostenditur [k], *a.* quia superbia est elatio animi inordinata [l]; elatio autem est in irascibili: ergo superbia est in irascibili.

b. Item, superbia et humilitas opponuntur; sed humilitas est in irascibili; opposita autem nata sunt fieri [m] in eadem vi [2]; ergo superbia est in irascibili.

c. Item, sicut habetur circa principium Iob, dicit Gregorius [3] quod timor Domini [n] opponitur superbiae [o]; sed timor est in irascibili; ergo et superbia.

Quod autem sit in concupiscibili, videtur. 3. Superbia enim est amor propriae excellentiae; amor autem est in concupiscibili; ergo et superbia.

4. Item, superbiae [p] est delectari in proprio bono; sed delectari in proprio bono pertinet ad concupiscibilem; ergo et superbia.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod superbia est in irascibili: appetitus enim perversus celsitudinis ad irascibilem pertinet.

[Ad obiecta]: 1-2. Quod autem dicitur esse in rationabili, hoc est quia causa principalis peccati penes rationem residet.

3-4. Cum autem dicitur quod est in concupiscibili propter rationem amoris vel appetitus: dicendum est quod est [q] amor proprie et est amor communiter dictus. Secundum quod proprie dicitur, sic est ipsius concupiscibilis. Cum autem additur amatum, quod est alterius potentiae, ut cum [r] dicitur amor excellentiae vel amor veritatis, amor communiter dicitur et trahitur ad vim irascibilem vel [s] rationabilem, et secundum hunc modum accipitur hic.

503 CAPUT V.

UTRUM SUPERBIA SIT MAXIMUM PECCATUM.

Quinto quaeritur de quantitate huius peccati utrum superbia sit maximum peccatum.

Ad quod sic: 1. Psalmus [4]: *Emundabor a delicto maximo,* Glossa [5]: « Hoc est a delicto superbiae, quod est ultimum redeuntibus ad Deum et primum recedentibus. Hoc vero est maximum: non enim est maius peccatum quam *apostatare a Deo,* quod est *superbiae initium* [6] ». Superbia ergo est maximum peccatum.

2. Item [t], Augustinus, in II libro *Contra epistolam Parmeniani* [7]: « Ea [u] ipsa est impia et vesana superbia, quod est certe immane peccatum ».

---

[a] V om. [b] Ita V, alii *vero dicendum est.* [c] VZ *tantum.* [d] Z *accipietur;* T om. *ibi.* [e] Z *interioris.* [f] BT *summo.* [g] V *rationem.* [h] BT add. *illa,* quod R exp. [i] B *virt.* [k] Codd. add. *tum.* [l] B *ordinata.* [m] B add. *circa idem sive.* [n] Ita BZ, alii *donum.* [o] V *in irascibili opponitur* pro *o. s.* [p] V om. *i. s.* [q] VL om. *q. e.;* T om. *proprie.* [r] V om. *additur... cum.* [s] F *et.* [t] Ita V, alii om. [u] BT om.

1 Eccli. 10, 15.
2 Aristot., *Topic.,* II, c. 7 (I, 193).
3 Cf. *Moral.,* I, c. 13 (PL 75, 534).
4 Psalm. 18, 13.
5 Lombardi, in h. l. (PL 191, 213), ex Augustino, in h. l. (PL 36, 156).
6 Eccli. 10, 14.
7 Cf. cap. 7, n. 14 (PL 43, 58 sq.).

3. Item, Psalmus[1]: *Superbi inique agebant usquequaque,* dicit Glossa[2]: « Maximum peccatum in homine superbia est, quia inde manavit nostri delicti origo ».

4. Item, Psalmus[3]: *Domine, Deus meus, si feci istud* etc.: « *Istud,* id est universale[a] peccatum, quod est superbia, quae est *radix omnium malorum*[4] ». Sed quod[b] est universale peccatum et[c] radix omnium malorum[d] peccatum maximum est; ergo superbia est maximum peccatum.

5. Item, dicit Isidorus, in libro *De virtutibus*[5]: « Sicut superbia est origo omnium criminum, ita ruina omnium virtutum ». Omne autem[e] tale maximum peccatum est; ergo superbia maximum peccatum est.

6. Item, Gregorius[6]: « Cum singula vitia singulas[f] depascant virtutes, sola superbia totum corpus virtutum depascit ». Omne autem tale maximum peccatum est; ergo superbia maximum peccatum est[g].

7. Item, omne peccatum, quod maxime se Deo opponit, maximum est; sed superbia est huiusmodi; ergo etc. — Minor patet, quoniam dicit Boethius[7]: « Cum omnia vitia fugiant a Deo, sola superbia se Deo opponit ».

8. Item, maior est virtus quae magis assimilat nos[h] Deo; ergo maius est vitium quod magis assimilat nos[i] diabolo; sed superbia est vitium quod magis assimilat nos diabolo, quoniam, sicut habetur Iob 41,25: *Ipse est rex super omnes filios superbiae;* ergo[k] superbia est maximum vitium.

Contra. *a.* Thren. 1,8: *Peccatum peccavit Ierusalem,* dicit Glossa[8]: « Infidelitas est peccatum, quo retento, retinentur omnia et, quo ablato, auferuntur ». Sed omne tale est maximum peccatum; ergo infidelitas est maximum peccatum. — Item, omne peccatum, quod destruit fundamentum totius christianae religionis, est maximum; infidelitas est huiusmodi; ergo est maximum peccatum.

b. Item, I Cor. 11,18: *Audio inter vos scissuras*[l] *esse,* dicit Glossa[9]: « Primum malum dissensio est, unde cetera oriuntur. Ubi enim[m] est dissensio, nihil rectum est[n] ». Sed omne tale est maximum; ergo dissensio est maximum peccatum[o].

c. Item, maiori virtuti maius opponitur vitium directe; sed caritas maior est virtus, quia est perfectio et forma aliarum[a], sine qua aliae nihil sunt, sicut dicit Apostolus[10]; ergo odium, quod est vitium[b] directe ei oppositum, est maximum vitium[c].

d. Praeterea, in superbia tria sunt consideranda, scilicet motivum ipsius et terminus a quo et terminus ad quem. Si ergo superbia est maximum peccatum, aut hoc est ratione sui motivi aut ratione termini a quo aut ratione termini[d] ad quem. Si dicatur quod ratione motivi – tunc obicitur sic: motivum in peccato est libido; sed potest esse maior libido in peccato luxuriae quam in aliquo peccato superbiae. Iterum[e], similiter ad iram potest maior libido movere quam in aliqua specie superbiae; ergo superbia in genere ratione sui motivi non dicitur[f] esse maius peccatum. — Si dicatur quod ratione termini a quo – obicitur sic: quoniam terminus a quo in superbia est bonum incommutabile, a quo elongat[g] superbia; sed superbia non magis elongat ab illo termino quam alia peccata: nam[h] superbia convertit hominem ad se sive ad bonum proprium, quod est sui, cupiditas convertit ad bonum exterius, sicut[i] ad res mundanas, ipsa vero luxuria ad bonum inferius; sed minus elongatur bonum proprium spiritus[k] ab incommutabili bono quam bonum inferius vel exterius; ergo minus elongat ab illo bono superbia quam cupiditas vel[l] avaritia. — Quod autem superbia convertat ad se, hoc est spiritum[m] ad bonum proprium, hoc patet per Augustinum, in libro *De vera innocentia*[11], qui dicit: « Bonum est sursum habere cor, non tamen ad se ipsum, quod est superbiae[n], sed ad Deum, quod est obedientiae[o] ». Ergo ipsius superbiae est converti ad se sive ad proprium bonum; sed minus elongat a summo bono habere cor ad bonum proprium quam habere cor ad inferius vel exterius bonum: nam qui habet cor ad summum bonum, habet cor sursum; similiter qui habet cor[p] ad proprium bonum, quod est excellentia, sicut habet superbia, habet cor sursum; ergo utrobique est habere cor sursum[q]; sed habere cor ad bonum exterius vel inferius est habere cor deorsum; ergo maior est convenientia

---

[a] Z *veniale,* item infra. [b] V om. [c] LZ *est.* [d] R om. *sed... malorum,* in F est add. mg. [e] VZ *enim.* [f] VR *singulis,* quod FL corr.; T om. *Gregorius.* [g] V om. *ergo... est.* [h] V om. [i] RL om. *Deo... nos;* R add. *scilicet;* VZ om. *magis.* [k] V *quod.* [l] V *scismata.* [m] Ita BT, alii om. [n] V *peccatum rectum* pro *r. e.* [o] R om.
[a] V *aliorum.* [b] V om. *q. e. v.* [c] V *malum.* [d] Z om. [e] V *item.* [f] R *debet.* [g] V *elongatur,* quod Z corr. [h] V *unde.* [i] Z *sive.* [k] Z *specie.* [l] V *et.* [m] T *ipsum.* [n] V *superbire.* [o] V *obedire.* [p] VZ om. [q] V *suum.*

1 Psalm. 118, 51.
2 Lombardi, in h. l. (PL 191, 1069), ex Ambrosio, in h. l. (PL 15, 1283).
3 Psalm. 7, 3; cf. Lombard., in h. l. (PL 191, 112).
4 I Tim. 6, 10.
5 *Sentent.,* II, c. 38, n. 7 (PL 83, 639).
6 Cf. *Moral.,* XXXIV, c. 23, n. 48 (PL 76, 744), ex Cassiano, *De coenob. instit.,* XII, c. 3 (PL 49, 424 sqq.).
7 Cf. potius Hieronym., *In Psalm. 93,* 2, ed. D. Morin, ap. *Analecta Maredsolana,* III, p. 3, Maredsoli 1903, p. 82.
8 Pasch. Radbert., in h. l. (PL 120, 1077).
9 Lombardi, in h. l. (PL 191, 1637).
10 Cf. I ad Cor. 13, 1-8 et 13.
11 *De civit. Dei,* XIV, c. 13. n. 1 (PL 41, 421); inde sumpta est praesens sententia, quae describitur sub num. 153 in *Sentent. ex Augustino delibatae* (PL 45, 1872).

in superbia ad summum bonum quam in aliis peccatis; ergo minus elongat a termino a quo; ergo ex parte illa non est maximum peccatum.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod superbia dicitur esse maximum peccatum, et infidelitas et huiusmodi quae dicta sunt, sed propter diversas causas dicitur quodlibet illorum maximum. Et quod dicitur[1] 'quod per superabundantiam dicitur, uni soli convenit', verum est secundum unam rationem vel causam [a]; secundum tamen diversas intentiones potest aliquid dici per superabundantiam de pluribus, sed non secundum eamdem rationem dicti [b].

Dicitur enim peccatum maximum propter ablationem fundamenti omnis boni, quod fundamentum est fides, et hoc modo infidelitas dicitur maximum peccatum, quia fidem destruit, quae est totius boni et totius christianae religionis fundamentum.

Alio modo potest dici peccatum maximum, quia minime inter omnia peccata habet in se de motivo ad poenitentiam, quae est remedium contra peccatum, et hoc modo peccatum in Spiritum Sanctum dicitur maximum esse. In ipso enim plus tollitur remedium peccati, hoc est poenitentia, et minus habet de motivo ad illam: ex [c] hoc est quod dicitur irremediabile.

Tertio modo [d] dicitur maximum peccatum, quia magis proprie et directe solvit vinculum et unitatem in Ecclesia, in qua unitate datur [e] Spiritus ad remissionem peccatorum et revocandum ad bonum. Dicit enim Augustinus[2] quod «in unitate Ecclesiae ratione clavium datur Spiritus ad remissionem peccatorum», et hoc modo discordia schismatis dicitur esse maximum peccatum: tollit enim unitatem Ecclesiae, et propter hoc Sapiens, Prov. 6, 19, *detestatur* illum *qui seminat inter fratres discordias.*

Quarto modo dicitur maximum peccatum, quia magis deordinat a Deo, in quantum est finis creaturae rationalis [f], ad quem tendit et in quo beatificatur, et hoc modo odium potest dici maximum peccatum: magis enim directe [g] deordinat a fine, sicut caritas ei opposita inter omnes virtutes maxime ordinat et coniungit fini; unde ipsa ducit alias virtutes ad suum finem debitum: unde sine ipsa non sunt meritoriae, sed est forma ipsarum.

Quinto modo dicitur maximum peccatum, quia maximi [h] est nocumenti, in hoc quod ipsum est principium et origo aliorum peccatorum, et hoc modo superbia primorum parentum [a] dicitur esse maximum peccatum. Unde Augustinus[3], *Super Psalmum* [b 4]: *Superbi inique agebant* [c], dicit quod «maximum peccatum est superbia. Inde manavit nostri origo delicti [d]», hoc est peccati originalis[5], unde in hoc [e] maximi nocumenti est, quia toti nocet humano generi. Sic ergo dicitur superbia maximum peccatum ratione nocumenti, sed hoc non intelligitur adhuc nisi de superbia primorum parentum.

Sexto modo dicitur maximum peccatum [g] ratione sui motivi vel allicitivi [h], quod magis est inseparabile a spiritu, et etiam quia magis derogat Deo et [i] avertit a Deo, et hoc modo superbia ratione generis peccati dicitur esse maximum peccatum [k]: ita enim est in superbia ratione generis peccati, quod [l] ipsa maxime avertit a Deo et derogat ipsi. — Item [m], suum motivum maxime est allicitivum [n], quia maxime inseparabile. Quod patet: Motivum enim [o] vel appetibile in superbia magis adhaeret spiritui quam motiva aliorum peccatorum, sicut concupiscentiae [p] carnis vel huiusmodi, quia tollamus carnem, numquid [q] erit motivum vel appetibile carnis in spiritu? Constat quod non, quia non est in ipso spiritu nisi quia est unitus carni, et hoc trahente fomite; ergo appetibile concupiscentiae carnis non ita adhaeret spiritui quin sit ab illo separabile per separationem carnis. Item, loquamur de appetibili concupiscentiae oculorum. Separemus animam sensibilem, numquid erit istud appetibile in spiritu et numquid erit concupiscentia oculorum? Constat quod non; sic ergo istud appetibile non ita adhaeret spiritui quin ab ipso sit separabile per separationem ad minus alterius. Item, loquamur de appetibilibus [r] vel motivis in peccatis spiritualibus: vindicta enim est [s] unum appetibile vel motivum, et hoc in peccato irae. Tollamus quod non fiat iniuria, numquid erit illud [t] appetibile, quod est vindicta? Constat quod non, et ita per ablationem iniuriae removetur. Item, odium felicitatis alienae est [u] appetibile vel motivum in peccato invidiae. Intelligamus ergo quod unus solus homo sit, erit odium felicitatis alienae? Constat quod non; ergo iam tollitur a spiritu motivum invidiae et sic de aliis. Et ita omnia appetibilia vel motiva aliorum possunt tolli a spiritu, manente ipso, sed appetibile superbiae [v] non potest tolli, manente natura in sua corruptione.

---

[a] BT om. *v. c.* [b] V *dicitur.* [c] V *et.* [d] V om. [e] Z *datus,* item infra. [f] V om. [g] R om. [h] T *maximum,* quod F corr. [a] R om. [b] Z *Isaiam.* [c] B add. *usquequaque;* BT *quia* pro *quod.* [d] V add. *sed.* [e] V *hac.* [f] V *cito.* [g] VZ om. [h] V *excitativi.* [i] V om. [k] Z om. [l] VZ *quia.* [m] FRLZ *iterum.* [n] Z *illicittvum.* [o] L om. [p] B *concupiscentia.* [q] BT *nunquam.* [r] Ita V, alii *appetittibus.* [s] V *videtur enim* pro *v. e. e.* [t] R om. [u] T om. [v] B om.

[1] Aristot., *Topic.*, V, c. 5 (I, 228).
[2] Cf. *In I Ioan.*, tr. 10, n. 10 (PL 35, 2062); *Sermo* 71, c. 11, n. 19 (PL 38, 454).
[3] Potius Ambros.; cf. supra, p. 495, nota 2.
[4] Psalm. 118, 51.
[5] Cf. supra, num. 193.

Item, dicitur maximum, quia maxime Deo derogat et iniuriatur et maxime avertit ab ipso. Et quod magis avertat [a] ab incommutabili bono, istud apparet, quia per blasphemiam iniuriatur homo divinae bonitati, quia est peccatum in Spiritum Sanctum, per mendacium autem [b] divinae veritati, sed per superbiam ipsi divinae et excellentissimae maiestati. Nam superbire est super statum hominis ire [1], hoc autem est quasi quamdam aequalitatem cum Deo appetere: hoc autem est iniuriari divinae maiestati.

CAPUT VI. 504

DE INSEPARABILITATE SUPERBIAE AD ALIA PECCATA.

Sexto quaeritur de inseparabilitate istius peccati ad alia peccata. Quaeritur ergo utrum sit separabile vel inseparabile ab inani gloria et ab invidia.

Quod sit inseparabile, patet, 1. quia dicit Gregorius, *Super Ezechielem* [2]: « Superbia sine invidia atque inani gloria nullatenus esse potest ». — Item, Augustinus, in libro *De vera innocentia* [3], dicit [c]: « Cum superbia sit amor propriae excellentiae, invidentia vero [d] sit odium felicitatis alienae, quid de quo nascatur in promptu est. Amando enim quisque excellentiam suam vel paribus invidet [e] quod ei coaequentur, vel inferioribus ne sibi coaequentur, vel superioribus quod eis non aequatur. Superbiendo igitur quisque invidus, non [f] invidendo superbus est ». Ergo superbia est peccatum inseparabile ab invidia.

2. Item, super illud Psalmi [4]: *Caput circuitus eorum* etc., Glossa [5]: « Omnis superbus fictus est et omnis fictus mendax [g] ». Ergo omnis superbus mendax [h]; peccatum ergo superbiae inseparabile est a mendacio.

Ad oppositum. *a.* Videtur quod sit separabile ab inani gloria. Dicit Augustinus, in libro [i] *De civitate Dei* [6]: « Inter cupiditatem humanae gloriae et cupiditatem humanae dominationis interest; unum [k] enim quaerit sine alio esse ». Sed cupiditas humanae gloriae pertinet ad inanem gloriam, cupiditas vero [l] humanae dominationis ad superbiam, quae appetit dominari et praeesse; ergo superbia est separabilis ab inani gloria.

b. Similiter [m], videtur quod sit separabilis a mendacio, quoniam superbia est in corde, sed mendacium est [n] in ore, non solum in corde, quoniam mendacium est [o] [7] « falsa vocis significatio cum intentione fallendi ». Sed potest esse peccatum cordis sine peccato oris; ergo superbia potest esse sine mendacio.

c. Similiter [p], superbia et invidia sunt diversa vitia capitalia et distincta ab Augustino [8] et Gregorio [9]; ergo unum potest esse sine altero nec unum dependet [q] ex altero.

Solutio: 1. Dicendum [r] quod secus est de superbia, quae est initium peccatorum, et de superbia vitae, quae est tertia radix, et de [s] superbia, quae est unum de vitiis capitalibus ab aliis distinctum, quoniam prima est in omni peccato, quia dicit illum generalem contemptum in aversione a Deo, qui perficit omne peccatum in ratione malitiae; superbia autem, quae est tertia radix, non est separabilis ab illis peccatis in quibus est motivum bonum proprium, cuiusmodi est vindicta, gloria et huiusmodi, quae sunt bona propria spiritus. Sed de iis duabus non [t] loquimur, sed loquimur [u] de superbia, quae est vitium capitale, quae consistit in hoc quod homo appetit excellentiam propriam. Secundum hoc dicimus quod inseparabile dicitur dupliciter. Uno modo dicitur inseparabile, quod vix separatur, et hoc modo superbia dicitur inseparabilis ab inani gloria et invidia, quia cum difficultate ab ipsis separatur: vix enim potest esse sine illis. Alio modo dicitur inseparabile, quod [v] nullo modo potest [x] separari, et hoc modo peccatum superbiae separabile [y] est ab illis, quia contingit esse motum [z] superbiae sine motu invidiae, sicut in angelo fuisset motus superbiae sine motu invidiae, si non fuisset homo creatus. Unde intelligamus quod prius fuerit creatus quam homo

---

[a] VR *avertit*, quod F corr. [b] B om. [c] V om. [d] Z om.; V *invidia autem* pro *i. v.* [e] R *invidetur*. [f] V *equentur ergo quicumque invidiis* pro *aequatur... non*. [g] BTZ add. *est*. [h] B add. *est*. [i] Z om. *i. l.* [k] L *unde*, quod F corr. [l] V *autem*. [m] V *contra*. [n] V om. [o] Z om. [p] V om. [q] F *pendet*; T *ab* pro *ex*. [r] V *similiter dicendum est* pro *s. d.* [s] Z om. [t] VZ om., in F est add. interl. [u] Ita B, alii *loquamur*. [v] V *quia*. [x] V *contingit*. [y] V *inseparabile*, B om. [z] V *motivum*.

1 Cf. Isidor., *Etymol.*, X, n. 248 (PL 82, 393).
2 Lib. I, hom. 12, n. 27 (PL 76, 931).
3 Num. 292 (PL 45, 1884), ex *De Gen. ad litt.*, XI, c. 14 (PL 34, 436).
4 Psalm. 139, 10.
5 Lombardi, in h. l. (PL 191, 1231), ex Augustino, in h. l. (PL 37, 1811).
6 Lib. V, c. 19 (PL 41, 165).
7 Augustin., *Contra mendac.*, c. 12 (PL 40, 537).
8 Cf. *De conflictu vit. et virt.*, c. 2 sq. (PL 40, 1093).
9 *Moral.*, XXXI, c. 45, nn. 87 sqq. (PL 76, 621).

secundum successionem temporis, non esset[a] motus invidiae.

2. Ad aliud[b] quod obicitur de mendacio, dicendum quod mendacium duobus modis dicitur: uno modo prout est speciale peccatum, et hoc modo dicitur « falsa vocis significatio cum intentione fallendi », et hoc modo est separabile a superbia, nec de hoc mendacio loquitur Glossa praedicta; alio modo accipitur generaliter, et sic omne peccatum dicitur mendacium. Unde Ioan.[c] 8, 44 dicit Dominus de diabolo: *Veritas non est in eo; cum loquitur mendacium, ex propriis loquitur, quia mendax est et*[d] *pater eius,* « id est mendacii[1] », id est pater est peccati; unde mendacium ibi sumitur generaliter. Et hoc modo quodlibet peccatum dicitur mendacium[2], et hoc illa ratione, quia in mendacio praetenditur veritas et non est ibi: sic est in omni peccato quod ibi praetenditur bonum apparens et verum et deest ibi utrumque, scilicet bonum et verum[e]. Et hoc modo est superbia mendacium, et hac ratione dicitur esse mendacium et dicitur omnis superbus mendax generaliter.

505

CAPUT VII.

DE DIFFICULTATE CAVENDI PECCATUM SUPERBIAE.

Septimo quaeritur de difficultate cavendi hoc peccatum. Et quaeritur utrum peccatum hoc sit eiusdem facilitatis[f] ad tollendum cuiusmodi sunt alia.

Quod videtur. 1. Sicut enim omnes virtutes insimul dantur, ita et omnia[g] vitia simul tolluntur: aliter enim[h] non possent omnes virtutes simul inesse; ergo superbia est eiusdem facilitatis ad tollendum cuius sunt[i] et alia vitia.

2. Praeterea, homo factus est ex vili materia; consideratio ergo ipsius inducit contemptum sui ipsius; contemptus autem sui ipsius expellit superbiam; non sic autem est de aliis peccatis: homo enim in se habet incentivum gulae et luxuriae et aliorum peccatorum; ergo facilioris expulsionis est peccatum superbiae quam alia peccata.

Contra. *a.* Super illud Psalmi[3]: *Domine*[k] *Deus meus, si feci istud,* Glossa[4]: « Superbia est primum peccatum recedentibus a Deo et ultimum redeuntibus ad ipsum ». Ergo permanet post alia peccata; ergo difficilioris est amotionis.

b. Item, superbia de ipsis bonis spiritualibus nascitur occasionaliter; bona autem spiritualia, ut virtutes, expellunt vitia; ergo difficilioris amotionis est hoc peccatum.

[Solutio]: Respondendum est quod peccatum superbiae, sicut et alia peccata, duo[l] importat: privationem virtutis gratuitae[m] et quamdam dispositionem ad malum opus. Quantum est de privatione virtutis gratuitae, cum expellitur privatio annexa superbiae, expelluntur aliae privationes per gratiam gratum facientem; unde sic[n] superbia est aeque facilis expulsionis[o] respectu aliorum peccatorum. Secundum autem[p] quod superbia est dispositio ad quemdam appetitum inordinatum, qui est excellentiae, non aeque facilis expulsionis[q] est peccatum superbiae sicut et[r] alia peccata: appetibile enim illud magis adhaerens est ipsi spiritui rationali, sicut supra ostensum est[5], et ideo difficilioris est expulsionis.

[Ad obiecta]: 1. Per hoc potest patere qualiter respondendum est ad primo obiectum. Fit enim ibi sermo de[s] superbia prout est privatio virtutis gratuitae in quantum est gratuita, et secundum hoc procedit obiectio.

2. Ad secundum vero[t] dicendum quod, licet homo ex parte carnis corruptibilis habeat incentivum humilitatis, prout dicitur in Mich.[6]: *Humiliatio tua in medio tui,* tamen ex parte[u] ipsius spiritus, qui habet nobilitatem essentiae, vertibilis tamen secundum electionem ad malum, est incentivum superbiae, et ratione illius dicitur peccatum superbiae difficilius ad expellendum. Praeterea, superbia occasionaliter oritur ex virtutibus, sicut habetur super illud Psalmi[7]: *Vox Domini confringentis cedros Libani;* et alibi dicitur[8]: *Ex adipe prodiit*[v] *iniquitas;* propter hoc dicitur esse difficilioris expulsionis.

---

[a] B *esse.* [b] V *illud.* [c] V *Iob,* quod F corr. [d] V om. [e] T om. *et deest... verum.* [f] FR *facultatis,* quod LZ corr.; V *cavendum* pro *tollendum.* [g] Ita VZ, alii *omnino;* R om. *simul.* [h] T om. [i] T om. [k] V om. [l] B *deo.* [m] F *gratuitate,* quod L corr. [n] V *sicut.* [o] V add. *in.* [p] Z *et* pro *s. a.* [q] T om. [r] VZ om. [s] B om. *s. d.* [t] V om. [u] T om. *e. p.* [v] RL *produc.*

1 *Glossa ordin.,* in h. l., ap. Lyran.
2 Cf. supra, p. 404a.
3 Psalm. 7, 3.
4 Lombardi, in h. l. (PL 191, 112), ex Augustino, *Enarr. in Psalm. 18,* 13, I (PL 36, 156).
5 Cf. supra, num. 436, in *Solutione.*
6 Cap. 6, 14.
7 Psalm. 28, 5.
8 Psalm. 72, 7.

CAPUT VIII. 506

DE EFFECTU SUPERBIAE.

Octavo quaeritur de effectu huius peccati.

I. 1. Dicitur[1] autem ad Rom. 1, 22, super illud: *Stulti facti sunt:* « Quia superbia erat in eis, obumbravit[a] eos caecitas ». Ergo caecitas est effectus superbiae.

2. Item, Gregorius, in *Moralibus*[2]: « Lumen veritatis elatis mentibus absconditur, afflictis et humiliatis revelatur ». Ergo caecitas est effectus superbiae sive excaecatio.

Contra. *a.* Caecitas est effectus infidelitatis[b], sicut habetur Isai. 6, 10: *Excaeca cor populi huius;* excaecatio autem illa est per errorem.

b. Praeterea, excaecatio[c] videtur esse effectus cuiuslibet peccati, propter illud quod dicitur Sap. 2, 21: *Excaecavit eos malitia eorum.* Ergo non appropriatur uni peccato.

II. Item, quaeritur utrum superbia in infinitum valeat diminuere.

1. Augustinus, in libro[d] *De libero arbitrio*[3]: « Tantum superbus fit minor quantum cupit se esse maiorem ». Sed[e] non est terminus superbo in concupiscendo[f] maioritatem; ergo non est terminus positus in diminuendo; ergo in infinitum diminuit[g].

Contra. *a.* Ista[h] diminutio est in malo; sed quodlibet malum est tantum[i] malum quod non[k] maius; ergo diminutio est finita[l] in peccato superbiae sicut in aliis.

Respondeo[m]: I. Ad primum dicendum[n] quod excaecatio attribuitur omni peccato, per appropriationem tamen quibusdam[o]. Cum enim peccatum sit in voluntate, excaecatio concomitatur in ratione, ut non semper videat quid agendum sit. Appropriatur tamen infidelitati, quia non videt homo quod credendum est[p]. Superbiae vero ex alia parte attribuitur: sicut enim infidelitas male disponit intellectum, ita superbia male disponit affectum ad recipiendum lumen gratiae, Iac. 4, 6: *Deus superbis resistit, humilibus autem*[q] *dat gratiam;* et super illud Psalmi[4]: *Inclinate aurem vestram*[r] *in verba oris mei,* Glossa[5]: « Tumor[s] infusa repellit ». Sicut ergo convexum, in quantum huiusmodi, non est receptivum, sed concavum, ita humilitas est receptiva luminis gratiae et non superbia. Ex illa ergo parte dicitur[6] superbiae effectus excaecatio[t] per quamdam appropriationem; unde de illis potest dici illud Iob 24, 13: *Ipsi fuerunt rebelles lumini, nescierunt vias eius.* Communiter tamen convenit aliis peccatoribus.

II. Ad secundum vero dicendum quod, licet terminus non sit positus in superbia quoad hoc quin possit esse superbior[u], est tamen positus terminus in hoc quod omnis superbia est aliquanta, et sicut est in causa, ita est in effectu. Unde omnis diminutio, quae provenit ex superbia, finita est, et est aliqua, qua[v] non est maior, sed non est aliqua, qua non possit alia esse[x] maior, quemadmodum in malitia nihil ita malum est quod non possit esse deterius, et ita non est summe malum, aliqua tamen malitia est[y], qua non est aliqua maior.

CAPUT IX. 507

DE PRIORITATE PECCATI SUPERBIAE.

Nono quaeritur de prioritate huius peccati.

Et videtur quod sit prius aliis peccatis. *a.* Isidorus, in libro *De virtutibus*[7]: « Sicut superbia est origo omnium criminum, ita est ruina omnium virtutum ». Et super illud Psalmi[8]: *Emundabor a delicto maximo,* Augustinus[9]: « *A*[z] *delicto,* scilicet superbiae, quod est primum

---

[a] V *obumbrabat.* [b] Z *fidelitatis;* V *dicitur* pro *habetur.* [c] T *extensio;* V add. *huiusmodi.* [d] Ita V, alii om. *l. l.* [e] V om. [f] B *cupiendo.* [g] V *diminuitur.* [h] Z add. *ita.* [i] V add. *in.* [k] F add. *est.* [l] V *non est in infinitum* pro *e. f.* [m] Ita V, alii om. [n] B add. *est.* [o] V *quamdam;* B *cum* pro *tamen.* [p] V *aliquid credendum quod est* pro *q. c. e.* [q] VFLZ om. [r] Ita BT, alii *aures vestras* pro *a. v.* [s] VZ *timor.* [t] T *extensio.* [u] V *superior.* [v] Z *que.* [x] RLZ om., in F est add. mg. [y] T om. [z] Ita V, alii om.; L om. *maximo.*

[1] Lombard., in h. l. (PL 191, 1330).
[2] Lib. XXVII, c. 14, n. 26 (PL 76, 414).
[3] Lib. III, c. 25, n. 76 (PL 32, 1308).
[4] Psalm. 77, 1.
[5] Lombardi, in h. l. (PL 191, 724); haec *Glossa* et immediate sequentia desumuntur ex Augustino, in h. l. (PL 36, 984).
[6] Cf. Gregor. M., *Moral.*, XVI, c. 47 sq. (PL 75, 1154).
[7] *Sentent.*, II, c. 38, n. 7 (PL 83, 639).
[8] Psalm. 18, 13. [9] *Enarr.*, I, in h. l. (PL 36, 156).

recedentibus a Deo ». Ergo superbia est primum inter peccata.

Contra. 1. Fides est prima virtutum; ergo per oppositum infidelitas debet esse primum vitiorum.

2. Praeterea, caritas dicitur [a] esse caput virtutum; quod ergo directe opponitur caritati debet esse caput ipsorum peccatorum; sed hoc est invidia; ergo invidia [b] est primum peccatorum [c].

3. Praeterea, peccatum habet originem ex voluntate; sed voluntas indefinita est respectu cuiuscumque [d] appetibilis; ergo in peccatis non est dicere unum prius altero naturaliter: si enim voluntas primo se convertat ad bonum carnis, dicetur illud esse primum peccatum; eodem modo est in aliis appetitibus peccatorum [e].

[Solutio]: Ad quod dicendum quod superbia est primum naturaliter inter peccata: est enim appetitus excellentiae sive potentiae proximius [f] adhaerens spiritui, et ideo citius inclinatur in [g] illud appetibile.

[Ad obiecta]: 1. Ad obiectum autem in contrarium dicendum [h] quod, licet fides sit fundamentum virtutum [1], non tamen infidelitas vitiorum. Non enim est similis ordo in vitiis [i]: ordo enim procedit in destruendo ex parte vitiorum, quae dicunt per se oppositionem ad virtutes. Unde, cum fides sit prima virtutum, e contrario infidelitas debet esse ultimum vitiorum, sicut innuitur Ierem. 2, 16 [2]: *Filii Mempheos et Taphnes constupraverunt te usque ad verticem.*

2. Ad id vero quod obicitur de invidia, dicendum est quod caritas duos habet motus: respectu Dei et respectu proximi. Ille vero qui est respectu Dei naturaliter est prior, et ratione illius superbia opponitur caritati, ratione vero alterius invidia; unde quoad hoc superbia prior est invidia.

3. Ad tertium vero [k] dicendum quod, licet unumquodque vitiorum possit esse prius altero tempore, naturaliter tamen se habet voluntas plus ad unum appetibile quam ad aliud, et ratione illius, si sit inordinatus appetitus circa illud, dicetur peccatum naturaliter prius peccato.

CAPUT X.

DE SPECIEBUS PECCATI SUPERBIAE [3].

Decimo quaeritur de speciebus huius peccati. Sunt autem quatuor species eius, quas assignat [l] Gregorius [4], Iob 32, 8, circa principium: « Quatuor sunt species tumoris [m]. Prima est, cum homo a [n] se ipso aestimat bonum habere quod habet; secunda [o], si desuper datum credit, pro suis tamen meritis accepisse putat; tertia est, cum iactat se habere quod non habet; quarta est, cum, ceteris despectis, singulariter vult videri ».

Potest ergo quaeri utrum pauciores species sufficiant;

secundo, utrum plures debeant dici;

tertio, de comparatione illarum in quantitate peccati;

quarto, de comparatione harum specierum ad illas quas ponit Anselmus et quas ponit [p] Bernardus, duas scilicet ponens species, superbiam caecam et vanam.

508 ARTICULUS I.

Utrum pauciores species superbiae sufficiant.

Circa primum sic proceditur: Videtur quod primum non sit [q] species superbiae, sed infidelitatis. 1. Diversorum enim generum et non subalternatim positorum diversae sunt species [r] [5]; sed infidelitas et superbia sunt diversa genera, quorum unum non est sub alio; ergo species unius non est species alterius; sed aestimare bonum, quod habet a Deo solum, habere a se ipso est peccatum infidelitatis: quilibet enim homo tenetur credere quod omne bonum est a Deo; ergo non est species superbiae.

2. Item, Iob 31, 27: *Si laetatum est cor meum* etc. Glossa [6]: « Auctoris sui gratiam negare convincitur [s] quisquis sibi tribuit bonum quod operatur ». Sed qui negat gratiam sui Auctoris est infidelis; ergo illa species, quam primo assignat

---

[a] R *debet.* [b] V om. *e. i.* [c] V *peccatum.* [d] VFR *cuiusque.* [e] V *peccatum.* [f] RZ *proximus.* [g] F *ad.* [h] Ita V, alii add. *est.* [i] V *malis.* [k] F *est.* [l] Z *ponit.* [m] Z *timoris.* [n] Z om. [o] V *vel,* Z *secundo.* [p] T om. *A. e. q. p.* [q] B *est.* [r] B add. *e differentie.* [s] Z *convertitur.*

1 Cf. Hebr. 11, 1.

2 Cf. *Glossa ordin.*, in h. l., ap. Lyran., ex Gregorio M., *Moral.*, XXV, c. 10, n. 27 (PL 76, 338).

3 Cf. Guil. Altissiod., *Summa*, II, tr. 19, c. 2, q. 3 (fol. 84a sq.); Ioan. de Rupella, *Summa de vitiis* (fol. 19a).

4 *Moral.*, XXIII, c. 6, n. 13 (PL 76, 258), verbotenus in *Glossa ordin.*, in h. l., ap. Lyran.

5 Cf. Aristot., *De categor.*, c. 2 (I, 2).

6 *Ordin., In Iob 31,* 28 (PL 113, 838), ex Gregorio M. in Iob 31, 27 (PL 76, 226).

non est species superbiae, sed infidelitatis. — Si dicatur quod ibi est utrumque peccatum, scilicet superbia et infidelitas – contra: Peccatum est actus incidens ex defectu boni [1]; si ergo duo sunt peccata, erunt duo actus incidentes ex defectu boni [a]; ergo a destructione [b] consequentis, si non sunt duo actus, non erunt duo peccata.

3. Deinde quaeritur de eo [c] quod ponitur in specie secunda, quae est quando aliquis bonum, quod habet a Deo, aestimat se habere pro suis meritis. Videtur enim hoc bene posse fieri sine peccato. Datur [d] enim aliquod bonum a Deo pro merito humano; ergo hoc [e] aestimare non est peccatum; ergo non est species superbiae. Si vero non potest fieri sine peccato, videtur non differre a prima specie. Si enim aestimat se esse causam sui meriti et suum meritum esse causam boni quod habet, ergo credit illud bonum habere a se: quidquid enim est causa causae, est [f] causa causati [2]; non ergo videtur haec species distingui a prima.

4. Deinde quaeritur de tertia specie, cum homo sibi attribuit quod non habet et dicitur arrogantia. In omni enim peccato aliquid est motivum, quod est apparens bonum [g]; sed iste scit se non habere illud bonum; ergo non videtur de illo extolli, cum motivum non dicatur nisi quod est; non ergo tot sunt species superbiae.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod quatuor sunt species, sicut dicit Gregorius. Et ratio divisionis sic potest sumi: Superbia est qua homo iniuriatur Deo; aut hoc ergo est [h] quantum ad bonum quod habet aut quod videtur [i] habere. Si quantum ad illud, quod videtur habere et non habet, extollitur, una est species superbiae. Si vero quantum ad bonum quod habet, hoc potest esse dupliciter, quia aut iniuriatur Deo in se [k] aut Deo in proximo. Si Deo in proximo, quarta species intelligitur, cum aliquis vult singulariter videri. Si vero Deo in se, qui est principium omnis boni, hoc potest esse dupliciter: aut prout homo ponit se ipsum [l] totam causam boni aut prout ponit se esse principalem. Primo modo [m] determinatur prima species; secundo modo determinatur secunda species.

[Ad obiecta]: 1. Ad primo autem obiectum dicendum [n] quod, prout est [o] species superbiae, determinatur in affectu, in quantum homo in tantum extollit se ut ponat se totam causam illius boni, cuius Deus est [a] tota causa, ut si quis dicat virtutes gratuitas esse a se, quae solum sunt a Deo. Si vero credat Deum non esse causam omnis boni, huiusmodi credere, secundum quod sistit in intellectu [b], est infidelitatis: credit enim quod non est credendum.

2. Ad secundam vero rationem dicendum est quod negare gratiam sui Auctoris potest dupliciter esse: vel verbo vel facto. Verbo, ut [c] si dicatur quod gratia Dei non est, et [d] secundum hoc est [e] infidelitas; eodem modo si animo [f] crederet gratiam Dei non esse. Si vero neget facto, hoc est [g] in affectu vel effectu gerat se tamquam principium boni, secundum hoc erit peccatum superbiae, et ita distinguuntur ad invicem peccatum infidelitatis et superbiae in hoc genere.

3. Ad illud vero quod obicitur de secunda specie, dicendum [h] quod talis non peccat in hoc quod ponit se bonum habere a Deo, sed in hoc quod facit se [i] principalem causam eius cuius principalis causa est Deus. — Ad illud vero quod obicitur quod 'haec species est eadem cum prima': dicendum [k] quod non, quia in hac secunda specie homo se facit principalem causam et Deum secundariam eius cuius Deus est causa principalis et [l] homo secundaria, quia talis ponit quod ipse sit principalis causa boni quod habet, licet a Deo habeat.

4. Ad illud quod obicitur de tertia specie, dicendum [m] quod ibi est peccatum superbiae, cum homo extollitur attribuendo sibi quod non habet. Et licet talis non habeat bonum nec apparens bonum aliis, quod ipsum moveat, habet tamen apparens bonum sibi, quod ipsum [n] movet ad hoc ut extollatur: unde habet bonum apparens in sua opinione, licet non apud alios. Sed [o] ponatur quod non appareat alii [p] nec etiam habeat in opinione sua [q] apparens sibi bonum, habet tamen adhuc motivum ad peccatum; unde adhuc talis ostentat se sermone et dicit adhuc se habere illud quod non habet nec etiam credit habere. Et, sicut dicit Anselmus [3], hic adhuc est motivum, scilicet illud quod ipse intendit aliis imprimere; unde, licet non se talem aestimet [r] qualem se esse ostendit, vult tamen apparere talis, et hoc movet ipsum.

---

[a] F om. *si ergo... boni,* in Z est add. mg. [b] F *constructione.* [c] T *hoc.* [d] T *datum.* [e] T om. [f] FRLZ *et.* [g] R om. [h] V *hec ergo non* pro *h. e. e.* [i] V *dicitur.* [k] V om. *i. s.* [l] Ita BT, alii *ipsam.* [m] BR om. [n] Ita Z, alii add. *est.* [o] VZ om.
[a] Z *debet esse* pro *D. e.* [b] V *fastu.* [c] R om. [d] V om. [e] V om. [f] V *non,* BT *omnino,* quod F corr. [g] T om., in F est add. interl. [h] Ita V, alii add. *est.* [i] Ita V, alii add. *esse.* [k] Ita V, alii add. *est.* [l] B om. [m] R add. *est.* [n] B *ipse;* V *moveat* pro *movet.* [o] B *et.* [p] Z *illi.* [q] V om. *licet... sua.* [r] FRL *existimet;* BT om. *esse.*

[1] Augustin., *Hypognost.*, IV, c. 1 (PL 45, 1639); cf. supra, num. 266.

[2] Aristot., *Phys.*, II, c. 3 (II, 265).

[3] *De similitudinibus*, c. 22 (PL 159, 612).

509 ARTICULUS II.

Utrum debeant poni plures species superbiae quam istae quatuor.

Secundo quaeritur utrum debeant poni plures species [a] superbiae quam istae quatuor.

1. Nos videmus quod una species superbiae determinatur penes bonum quod homo [b] non habet, scilicet tertia species, aliae autem tres determinantur penes bonum. Sicut ergo sunt plures species secundum positionem boni, ita debent [c] esse plures secundum defectum boni vel quare non?

2. Item, contingit esse speciem superbiae in comparatione ad malum quod homo [d] defendit, sicut cum homo excusat se de peccato suo, hoc [e] est peccatum superbiae; et malum dividitur contra bonum; ergo haec species superbiae dividetur contra illas quae sunt ex parte boni; et ipsa non est aliqua illarum quatuor; ergo sunt quinque species. — Quod autem huiusmodi excusatio peccati sit superbia, patet per Augustinum [f], XIV *De civitate Dei*, cap. 14 [1], ubi dicit: « Est peior damnabiliorque [g] superbia, qua etiam in peccatis manifestis [h] suffugium excusationis exquiritur, sicut illi primi homines, quorum et illa dixit [2]: *Serpens seduxit me, et manducavi*, et ille dixit [3]: *Mulier, quam dedisti mihi, haec mihi dedit de ligno, et comedi* ». Vult ergo dicere quod excusando se de peccato et referendo in Deum, peccabant [i] peccato superbiae; dicere autem quod Deus sit causa mali nihil aliud est dicere quam quod Deus non est causa boni vel principalis causa boni [k]; unde videtur haec species differre ab aliis.

3. Item, I Ioan. 2, 16: *Omne quod est in mundo aut est concupiscentia carnis aut concupiscentia oculorum aut superbia vitae.* Possum ergo dicere de unoquoque peccato quod est vel [l] *concupiscentia carnis vel* [m] etc.; sed possum hoc dicere de multis aliis peccatis ab iis quatuor quae assignat Gregorius [4]; ergo [n] non tantum habet superbia has species.

4. Item, filia convenit in natura cum matre; ergo filiae superbiae conveniunt in natura cum superbia; ergo plures sunt eius species quam istae quatuor.

5. Item, superbia est, qua homo deordinatur quantum ad Deum et quantum ad hominem; homo autem se habet [o] ad hominem in triplici gradu vel sicut superior vel sicut par vel sicut inferior tres primae species superbiae [p] deordinant hominem [q] ad Deum, quarta deordinat hominem ad hominem parem et inferiorem; cum ergo inobedientia sit superbia respectu superioris, quia deordinat hominem respectu hominis superioris, et non sit aliqua illarum quatuor, ergo est quinta species eius, qua deordinatur homo respectu hominis superioris.

6. Item, ingratitudo est species superbiae, et differt ab illis quatuor; ergo plures sunt species quam illae quatuor. — Quod autem ingratitudo sit species superbiae, sic ostenditur: Hieronymus [5]: « Quid tam superbum quam ingratum videri, adversus eius voluntatem vivere, de quo vivere accepisti, illius praecepta despicere, qui ideo quid [s] imperat ut causas habeat remunerandi? » Ex hac auctoritate videtur quod ingratitudo sit superbiae species. — Minor patet, scilicet quod non sit aliqua illarum [t] quatuor, quoniam ingratitudo dicitur quando aliquis non refert gratias de beneficio; sed talis bene scit quod habet beneficium a Deo et non a se; ergo non est superbus quantum ad primum modum superbiae. Item, talis bene scit quod non habet [u] pro suis meritis; praeterea, talis non iactat se de eo quod non habet; item, talis non vult singulariter videri prae aliis. Unde neutrum illorum quatuor ponit de se ipsa ingratitudo; ergo si [v] est species superbiae, relinquitur quod [x] est differens ab illis [y] quatuor, et sic plures sunt species superbiae quam quatuor.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod sufficiens est divisio, sicut dictum est [6].

[Ad obiecta]: 1. Ad primo [z] obiectum dicendum quod penes defectum boni cum apparentia non debent accipi plures species sicut penes positionem boni. Defectus enim ille boni notatur universaliter: unde unicam dicit remotionem; positio vero boni secundum plures modos dic

---

[a] R om. [b] B om. [c] V *deberent*. [d] V add. *habet*. [e] FRL *hic*. [f] Ita VZ, alii add. *in*. [g] V *damnatorumque*, FRLZ *damnatiorque* V *pena* pro *peior*. [h] T *manifestatis*. [i] B *peccabat*. [k] T om. *v. p. c. b.* [l] R om., in F est add. mg. [m] V om. [n] R *unde* [o] T *ordinat*. [p] B om. [q] V add. *quantum*. [r] Z *natura*; V *non est natura* pro *e. q.* [s] V *quidem*. [t] B *aliarum*. [u] V om. *quantum... habet*. [v] V *non*. [x] V add. *ergo quod secundum*; B om. *est*. [y] B *aliis* et om. *sic*. [z] V add. *autem*.

1 PL 41, 422.
2 Gen. 3, 13.
3 Gen. 3, 12.
4 Cf. supra, p. 500a.
5 *Epist.* 148, n. 4 (PL 22, 1206).
6 Cf. supra, num. 508.

potest, sicut supra dictum est[1]; propter quod plures ex illa parte sumuntur differentiae.

2. Ad secundum vero[a] dicendum quod excusatio peccati[b] non est species superbiae, sed dispositio consequens superbiam, sicut accusatio peccati comes est humilitatis. Excusatio vero nascitur ex specie superbiae, qua aliquis attribuit sibi quod non habet: vult enim[c] se ostendere innocentem, cum non sit. Quod[d] autem dicitur « excusatio peccati peior damnabiliorque superbia », hoc non est[e] quia sit essentialiter superbia, sed quia consequitur superbiam; et dicitur damnabilior, quia tollit ipsam poenitentiam, per quam est remedium peccati.

3. Ad tertium dicendum quod, licet superbia vitae sit radix multorum peccatorum[f], non tamen quodlibet illorum facit unam speciem superbiae, sed dicuntur nasci ex superbia, sicut[g] est de invidia et de huiusmodi.

4. Ad quartum dicendum quod, licet filia in rebus naturalibus sit eiusdem speciei cum matre, per similitudinem autem accipiatur in peccatis, non tamen dicuntur huiusmodi peccata esse[h] eiusdem speciei cum superbia matre, ut unumquodque illorum dicatur superbia, sed dicitur filia per[i] quamdam conformitatem causalitatis[k], a qua immediate nascitur.

5. Ad quintum dicendum[l] quod inobedientia non est species superbiae formalis[m], immo nascitur ex ea. Inobedientia enim sumitur penes nolle subesse voluntati alterius vel praecepto, superbia vero sumitur penes[n] velle praeesse. Sic ergo inobedientia consequitur ad superbiam et non est species superbiae. — Ad hoc autem quod obicitur quod ' respectu paris vel inferioris sumitur species superbiae[o], respectu vero superioris hominis non ': dicendum est quod homo constitutus est in medio inter Deum et alias creaturas, homo vero homini par est natura; iniuria ergo, qua homo iniuriatur per superbiam, vel est respectu Dei vel respectu hominis paris. Respectu autem Dei, cum vindicat sibi[p] quod Dei est, scilicet superioritatem vel[q] dominationem; unde dicit Augustinus, in libro *De doctrina christiana*[2]: « Inest vitioso animo id magis appetere et tamquam debitum vindicare, quod uni proprie debetur Deo ». Similiter iniuriatur homini, cum affectat ei libidinose dominari qui est ei par natura; unde dicit Augustinus[3]: « Cum homo eis, qui pares sunt sibi naturaliter, hoc est hominibus, dominari affectat, intolerabilis omnino superbia est[r] ». Sic ergo species superbiae altero duorum modorum accipitur.

6. Ad sextum vero dicendum quod ingratitudo non est essentialiter superbia, sed consequitur ad eam: ingratus enim[s] dicitur qui non reddit gratias de beneficio accepto; unde quasi principium boni se reputat. Et ita ad primam speciem superbiae reducitur, eo quod non retorquet beneficium in[t] illum a quo recepit.

ARTICULUS III. 510

De comparatione istarum specierum secundum quantitatem peccati.

Tertio quaeritur de comparatione istarum[a] specierum secundum quantitatem peccati.

Ostenditur autem 1. quod quarta species superbiae sit maius peccatum inter alias, quoniam Iob 32, 7, super illud: *Sperabam quod aetas[b] prolixior loqueretur*, dicit Gregorius[c][4] de quarta specie superbiae: « Haec quarta species vicinius proximat diabolo, qui prae angelis esse voluit ». Haec ergo species est magis proxima peccato diaboli; sed maximo[d] peccato vitiatur diabolus; ergo haec species est maximum peccatum inter alias[e]. — Contra. Videtur prima species esse maius peccatum quam ista, quia illa species maius[f] peccatum est quae magis iniuriatur Deo; sed prima species magis iniuriatur Deo[g] quam quarta; ergo est maius peccatum. — Minor patet, quoniam iniuria quae fit Deo immediate, maior est quam illa quae fit Deo[h] mediate; sed prima species Deo iniuriatur immediate, quia, cum aliquis[i] dicit se esse principium boni quod habet, haec iniuria immediate redundat in Deum[k]; sed quarta species Deo iniuriatur mediate[l], scilicet Deo in homine. Cum enim aliquis, « despectis singulis, singulariter vult videri », ipse primo iniuriatur homini et per hominem Deo; sed, cum aliquis negat bonum esse a Deo et ponit se illud habere a se, talis immediate iniuriatur Deo,

---

[a] V om. [b] Ita V, alii *de peccato*. [c] Z add. *in*. [d] BT *cum*. [e] V add. *essentialiter*. [f] T om. [g] R add. *dictum*. [h] B om. [i] BT *propter*. [k] V *equalitatis*. [l] FRLZ add. *est*. [m] V *formaliter*. [n] B om. *nolle... penes*. [o] B om. *Ad... superbiae*. [p] V *illud*. [q] V *et*. [r] FRL om.; V *superbit* pro *s. e*. [s] Ita BT, alii *autem*. [t] V *ad*, L om.; R *ullum* pro *i. i.*, quod F corr.

[a] V *illarum*. [b] V *cras*. [c] V *glossa*. [d] V *mortali*. [e] V add. *quod videtur*. [f] V *mortale*. [g] V om. *sed... Deo*. [h] V om. *immediate... Deo*. [i] B *quis*. [k] Ita V, alii *Deo*. [l] V *mediante*, quod B corr.

1 Cf. supra, p. 501, *ad 4*.
2 Lib. I, c. 23, n. 23 (PL 34, 27). 3 Loc. cit.
4 *Moral.*, XXIII, c. 6, n. 13 (PL 76, 259), verbotenus in *Glossa ordin.*, *In Iob 32*, 8, ap. Lyran.

et sic [a] maius peccatum est prima species quam quarta.

2. Quod autem tertia species sit maius peccatum, videtur, quia quanto aliquod peccatum plus habet de motivo, tanto [b] plus habet de pronitate; et quanto plus habet de pronitate, tanto plus habet de excusatione; et quanto plus habet de excusatione, tanto minus peccatum est; ergo quanto plus habet de motivo, tanto minus est, et e contrario, quanto minus de motivo, tanto maius peccatum est. Sed iactantia, quae est tertia species superbiae, minus habet de motivo inter alias; ergo est maius peccatum. — Minor patet, quoniam aliae species oriuntur ex bono quod homo habet, haec autem non oritur ex bono quod homo habeat, sed quod non habet; plus autem excusationis est et plus habet de motivo ille qui extollitur de bono quod habet quam ille qui extollitur de bono quod [c] non habet.

[Solutio]: 1. Ad quod dicendum quod peccatum diaboli duplicem habuit comparationem: unam, qua iniuriabatur [d] Deo, et ex illa parte dicitur maximum peccatum; ex alia parte, qua voluit praeesse angelis indebito modo, et ex illa parte assimilatur quarta species in homine, quae est praesumptio singularitatis, peccato diaboli. Unde non ex hoc sequitur quod quarta species superbiae sit maius peccatum aliis speciebus: non enim appropinquat ex illa parte peccato diaboli ex qua parte dicitur maximum.

2. Ad illud quod obicitur de iactantia, scilicet tertia specie, dicendum est quod duo sunt in illo peccato, scilicet motivum ad peccatum et iniuria Dei. Licet ergo plus habeat de motivo et ita plus excusationis qui extollitur de bono quod habet quam qui extollitur de bono quod non habet, et ita quod hoc sit minus peccatum, tamen ex parte iniuriae plus iniuriatur Deo qui se negat bonum habere a Deo quod habet ab ipso, quam ille qui iactat se habere aliquod bonum quod non habet, et ideo in prima specie superbiae est maius peccatum quam in tertia.

Articulus IV.

De comparatione aliarum divisionum superbiae.

Quarto quaeritur [g] de comparatione aliarum divisionum secundum Anselmum et Bernardum respectu illius [h] divisionis quam ponit Gregorius.

511 PROBLEMA I.

De divisione superbiae quam ponit Anselmus.

Et primo de illa quam ponit Anselmus. Dividit autem [i] Anselmus [1] exaltationem, quam ponit loco superbiae, sic: « Exaltatio quaedam est in opinione, quaedam in voluntate, quaedam in sermone, quaedam in operatione ». Quaeritur [k] ergo de iis primo in se, deinde in comparatione.

I. Potest ergo quaeri penes quam istarum exaltationum maius peccatum attendatur.

Ad quod sic: *a.* Dicit Anselmus [2] quod exaltatio, quae est in opere, est mala, exaltatio, quae est in opinione [l], pessima. Ergo, secundum ipsum, maius peccatum est quantum ad exaltationem in opinione quam quantum ad exaltationem in opere.

Contra. 1. Super illud Iob 3, 11: *Quare non in vulva mortuus sum* [m]? Gregorius [3]: « Quatuor modis fit peccatum in corde et quatuor modis [n] consummatur in opere. In corde [o] fit suggestio, inde delectatio, post consensus, inde defensio. In opere vero prius latens culpa agitur, post autem homini [p] sine pudore aperitur, deinde in consuetudinem ducitur, post falsa spe vel desperatione nutritur ». Cum ergo consummatio peccati sit in opere, maius est peccatum perpetratum in opere quam in opinione sive cogitatione; exaltatio ergo maius in opere quam in opinione; ergo peccatum maius [q] peccato.

2. Item [r], peccatum in opere ponit peccatum in voluntate et opinione ante se [s]; ergo maius est peccatum [t] exaltatio in opere quam exaltatio in opinione.

3. Item, ex illa parte determinatur virtus et vitium tantum, ex qua parte determinatur bonum vel malum; sed hoc est ex parte affectus, non

---

[a] BT *sed* pro *e. s.* [b] Ita B, alii om. [c] R om. *habet... quod.* [d] BT *iniuriatur.* [e] Ita VB, alii *dicebatur.* [f] T om. *habet... quod.* [g] RL om., in Z est add. mg. [h] Z *alius.* [i] B *enim.* [k] B *queratur.* [l] B add. *est.* [m] R om. [n] V om. *fit... modis.* [o] V add. *enim.* [p] BT *ante hominem* pro *a. h.* [q] Z add. *est.* [r] RL om., in Z est add. mg. [s] R *consequente* pro *a. s.*, quod L corr. [t] B om.

1 *De similitudinibus*, c. 22 (PL 159, 612).
2 Cf. loc. cit., c. 25 (PL 159, 613).
3 *Moral.*, IV, c. 27, n. 49 (PL 75, 661); *Glossa ordin.*, in h. l., ap. Lyran.

ex parte intellectus; opinio autem est [a] ex parte intellectus; ergo ex parte ipsius non determinabitur maius peccatum quam ex parte operis; non ergo maius peccatum est exaltatio in opinione quam exaltatio in opere.

II. Deinde quaeritur de comparatione divisionis secundum Anselmum ad illam quae est secundum Gregorium, penes quid utraque divisio accipiatur et qualiter una se habeat ad aliam, cum utraque sufficiens videatur.

[Solutio]: I. Ad quod dicendum quod [b] exaltatio in opinione est maius peccatum, secundum acceptionem Anselmi[1], quam exaltatio in opere. Exaltatio [c] enim in opinione [d] est, quando aliquis opinatur vel aestimat se esse dignum aliquo magno honore et in hac aestimatione sic delectatur. Exaltatio vero [e] in voluntate est, quando quis [f] non aestimat se esse dignum aliquo honore, vult tamen illum habere, tamen [g] non procurat opere vel sermone, et ita delectatur [h] in voluntate. Exaltatio vero [i] in sermone est, quando aliquis non aestimat se esse dignum aliquo honore nec vult [k] ipsum habere nec laborat opere ad obtinendum, nihilominus magnificat se in sermone. Exaltatio vero [l] in opere est, quando non aestimat se esse dignum honore aliquo nec vult ipsum nec magnificat se sermone, tamen [m] facit aliqua opera [n], ex quibus magnus habeatur. Haec ergo ultima exaltatio, secundum Anselmum, minima est in genere huius peccati; exaltatio vero [o], quae est in opinione, pessima; ratio autem est, quia plus habet de vano, in quo delectatur [p].

Ad obiecta [q] autem respondendum 1. quod illud quod dicit Gregorius[2] 'peccatum in opere esse maius [r] quam peccatum in cogitatione sive in corde', hoc est, quia [s] ponit ante se illa peccata quae dicuntur peccata cordis: secundum gradus enim assignantur peccata enumerata [a] a Gregorio, sicut supra potest videri [b] [3].

3. Ad id vero quod obicitur quod 'penes opinionem non debeat attendi peccatum, quia neque bonum neque malum attenditur secundum illam': dicendum est [c] quod penes opinionem non attenditur peccatum nisi materialiter, formaliter vero in voluntate. Quando enim aliquis aestimat se dignum honore, ex hac aestimatione consequitur superbia in affectu; unde materia sive occasio superbiendi ex intellectu sumitur, complementum vero ex parte voluntatis.

II. Ad aliud dicendum quod differentiae istae [d], quibus dividit Anselmus superbiam, sunt materiales differentiae; alia enim est materia superbiendi ex parte opinionis, alia ex parte voluntatis, alia ex parte operis, alia ex parte sermonis. Differentiae autem supra dictae, quas ponit Gregorius, sunt formales differentiae ipsius superbiae, non materiales, et hoc, quia determinantur secundum differentes appetitus excellentiae. Et, licet utraque divisio sit sufficiens, nulla tamen species in una divisione coaequatur speciei in alia, sed sunt excedentes et excessae. Divisio autem Gregorii plus attenditur secundum differentias rerum, divisio autem Anselmi secundum differentias nostrorum actuum comparatione ad res. Actus enim noster aut est interior aut est exterior [e]: interior aut ex parte cognitivae aut ex parte affectivae, exterior vero aut ex parte sermonis aut ex parte operis sive ex parte ostensivae vel [f] ex parte operativae. Propter quod « quatuor erunt differentiae simplices » ipsius exaltationis, plures vero possunt esse compositae. Dicit [4] enim [g] quod « sex sunt duplicia, quatuor vero triplicia, unum vero quadruplex », et ita [h] in universo erunt « quindecim [i] genera exaltationis ».

PROBLEMA II. 512

De divisione superbiae quam ponit Bernardus.

Deinde dicendum est [k] de speciebus superbiae, quas ponit Bernardus[5], in se et in comparatione ad illas quas ponit Gregorius. Ponuntur autem duae, scilicet [l] superbia caeca et superbia vana, et dicit [6] quod « superbia caeca potest dici contumacia, superbia vero vana vanitas ». « Contra vero caecam superbiam » dicit esse speciem humilitatis, qua quis novit « sentire de se humiliter; contra vanam vero species humilitatis, qua [m] non consentit homo aliter sentientibus ».

---

[a] V om. [b] Z om., VRL om. *d. q.* [c] V om. *i. o. E.* [d] T *operatione.* [e] RL om., in Z est add. mg. [f] B *aliquis.* [g] R *cum.* [h] RL *delectantur,* quod Z corr. [i] BT om. [k] V *ultra.* [l] B om. [m] BT *cum.* [n] B *opere.* [o] B om. [p] L *delectantur.* [q] V *obiectum.* [r] RLZ add. *peccatum;* VF *est* pro *esse.* [s] RLZ om.

[a] R *numerata.* [b] B *haberi.* [c] V *autem.* [d] B add. *in.* [e] V add. *vel;* B om. *interior.* [f] V *aut.* [g] V om. [h] V *sic.* [i] V *iiij^{or}.* [k] RL om., in Z est add. mg. [l] F om. [m] RL *quam,* quod FZ corr.

1 Loc. cit., cc. 22-25 (PL 159, 612sq.).
2 Cf. supra, p. 503, nota 4.
3 Cf. supra, num. 511, I, sub n. 1.
4 Anselm., loc. cit., cc. 21 et 25 (PL 159, 612sq.).
5 *De morib. et officio episc.*, c. 5, n. 19 (PL 182, 821).
6 Bernard., loc. cit.

I. Potest ergo quaeri penes quid accipiantur hae duae species.

Et videtur quod penes hoc accipiantur quod una sit in ratione et [a] altera in voluntate.

1. Dicit enim Bernardus [1]: «Ex una fallitur oculus rationis, ex altera male afficitur appetitus voluntatis». Videntur ergo secundum has vires differre.

2. Hoc etiam ex ipsis [b] nominibus videtur colligi. Caecitas enim ad rationem videtur pertinere, vanitas vero ad delectationem, quae est voluntatis [c].

Sed obicitur in contrarium. *a.* Secundum hoc enim non esset utraque superbia in affectu, et ita non esset peccatum, cum peccatum omne sit in voluntate.

b. Praeterea, non essent species superbiae: species enim ponit essentiam generis; «superbia autem est appetitus propriae excellentiae», sicut ab eodem [2] definitur; ergo appetitus utrique convenit; et appetitus est in voluntate; ergo utraque est in voluntate; non ergo una tantum in ratione.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod, licet una dicatur rationis, altera voluntatis per quamdam appropriationem, nihilominus tamen utraque, secundum quod est peccatum, est in voluntate. Sicut enim dicit [3], «una est qua in se, non in Domino, gloriatur [4]; altera est qua suis magis quam Dei laudibus [d] delectatur», et ita utraque respicit voluntatem. Sed una [e] illarum dicitur caeca, et dicitur esse rationis propter hoc quod non recta aestimatio [f] antecedit pravam delectationem: aestimat [g] enim vel esse bonum quod non est vel a se esse quod est, in quorum utroque [h] est perversae rationis iudicium. Per hoc ergo patere potest quod, prout sunt species superbiae, non distinguuntur in hoc quod una est rationis et altera voluntatis, sed in hoc quod una sic prave delectatur, altera [i] vero alio modo.

II. Deinde quaeritur qualiter se habeat haec divisio Bernardi ad illam quae est Gregorii [k].

1. Cum hae enim sint duae species et ibi quatuor, videtur quod reduci debeant illae quatuor ad istas duas.

2. Praeterea, omnis species superbiae, assignata a Gregorio, vel est in qua quis delectatur magis in se quam in Deo de eo quod est vel de eo quod non est; ergo quatuor species assignatae a Gregorio sub [l] una specie huius divisionis continentur.

3. Similiter potest dici de alia specie qua aliquis [m] existimans bonum esse quod non est vel a se esse quod est, in se, non in Domino, gloriatur: haec enim similiter continet species assignatas a Gregorio. Sed hoc quo modo [n] potest esse, cum sint diversae species, quarum neutra est sub altera?

[Solutio]: Ad quod dicendum quod penes aliud et aliud sumuntur species in hac divisione et in [o] illa. In hac enim divisione attenditur [p] differentia specierum penes hoc quod una est, in [q] qua homo delectatur in se, non in Deo; altera vero in hoc quod magis delectatur in se quam in Deo. Divisio vero Gregorii attenditur secundum differentias causarum delectationum: causa enim delectationis vel est in eo quod est vel [r] in eo quod non est. In eo vero quod est, aut absolute aut in comparatione ad alium hominem. Si vero absolute, hoc potest esse secundum duas differentias: vel quod totaliter bonum sit a se vel quoad [s] rationem merendi. Et sic secundum differentias istarum causarum attenduntur illae [t] quatuor species.

CAPUT XI.

DE OPPOSITIONE SUPERBIAE.

513

ARTICULUS I.

Cui opponatur superbia.

Undecimo quaeritur de oppositione huius peccati.

Videtur enim quod opponatur caritati, 1. per hoc quod dicitur super illud Psalmi [5]: *Non det* [u] *in commotionem pedem tuum,* Glossa [6]: «Sicut ad proficiendum non movet pedem nisi caritas, ita ad cadendum nonnisi superbia. Caritas enim ad [v] celsitudinem provehit, superbia vero elatos in ruinam vergit». Cum ergo effectus sint oppositi,

[a] B om. [b] V *hiis.* [c] Codd. *vanitatis.* [d] T om. [e] R *secundum unam* pro *s. u.* [f] B *existimatio;* L *averterit,* Z *avertit* pro *antecedit,* quod R om. [g] B *existimat;* V *illud,* B *nihil* pro *vel.* [h] Ita V, alii *utrumque.* [i] R *alia.* [k] V add. *due.* [l] V *sunt.* [m] V *quis,* L om. *specie.* [n] B *non* pro *q. m.* [o] RL om., in Z est add. mg. [p] T add. *dupliciter.* [q] V om. [r] VZ add. *est.* [s] BT add. *hoc ad.* [t] RLZ *iste.* [u] BT *des.* [v] B om.

1 Loc. cit.
2 Bernard., loc. cit.
3 Bernard., loc. cit.
4 Cf. I Cor. 1, 31; II Cor. 10, 17.
5 Psalm. 120, 3.
6 Lombardi, in h. l. (PL 191, 1138), ex Augustino, in h. l. (PL 37, 1608).

erunt causae oppositae; ergo caritas et superbia inter se opponuntur.

Quod autem humilitas opponatur, *a.* patet ex definitione quam ponit Bernardus[1]: « Humilitas enim [a] est contemptus propriae excellentiae ». Contemptus autem et appetitus opponuntur; ergo superbia et humilitas opponuntur.

b. Item, Chrysostomus[2]: « Nihil ita evertit [b] superbiam sicut humilitas ». Ergo nihil [c] opponitur superbiae quantum [d] humilitas.

c. Item, Augustinus, in libro *De libero arbitrio*[3]: « Cui se diabolus ad imitationem superbiae praebuerat, ei se Dominus ad imitationem humilitatis praebuit ». Et hoc fuit remedium contra superbiam; ergo [e] humilitas est opposita superbiae.

[Solutio]: 1. Ad quod dicendum quod dupliciter dicitur opponi aliquid superbiae: vel per se et formaliter, et secundum hoc humilitas dicitur opposita superbiae: non enim simul sunt [f] nata esse in vi irascibili; vel potest sumi oppositio ratione finis, et secundum hoc, cum caritas ponat summum bonum pro fine et ad ipsum ordinet, superbia vero primo deordinet, ponendo se pro fine, ex illa parte caritas [g] superbiae opponetur, maxime secundum illum motum qui est in Deum. Et hoc modo intelligitur illa auctoritas quod « caritas movet ad proficiendum, superbia vero ad cadendum ».

ARTICULUS II. 514

Utrum superbia nascatur ex suo opposito.

Deinde quaeritur utrum superbia nascatur ex suo opposito.

Quod non, videtur. 1. Oppositum enim natum est destruere suum oppositum, non [h] inducere[4]; ergo, cum illud, quod nascitur ex alio, per ipsum inducatur, non nascitur superbia ex suo opposito.

2. Item, per simile ostenditur in aliis vitiis et virtutibus sibi oppositis: gula enim non nascitur ex sobrietate nec luxuria ex castitate et ita de aliis; ergo non nascetur [i] superbia ex suo opposito.

Contra. *a.* Augustinus, in libro *De natura et gratia*[5]: « Sola superbia in recte factis cavenda est ». Ratio autem est, quia ex illis aliquando originem ducit; cum ergo homo de [k] humilitate aliquando extollatur, superbia aliquando de suo opposito nascitur.

b. Item, Augustinus, in eodem libro[6]: « Ubi [l] laetatus fuerit homo in aliquo bono opere se superasse superbiam, ex ipsa laetitia caput erigit et dicit: ecce, ego vivo! Quid [m] triumphas? Et ideo vivo, quia triumphas ». Ergo superbia ex sui victoria aliquando originem ducit, et ita ex suo opposito.

c. Item, I Mach. 6, 46: *Occidit eum et cecidit in terra super eum et mortuus est:* « Quid per Eleazarum, qui, elephantem interficiens, occubuit, nisi persona arrogantium designatur [n], qui, dum volunt aliquid fortiter gerere, et tamen [o] non supplici animo, sed erecto, in [p] suis conatibus devicti, prosternuntur[7]? » Ex quo accipi potest quod superbia aliquando, cum vincitur, consequenter et ipsa vincit, et ita ex suo opposito nascitur: victoria enim vitii opponitur ipsi vitio.

[Solutio]: 1. Ad quod dicendum quod superbia originem ducit occasionaliter aliquando ex suo opposito vel ex opposito alterius peccati, sed non essentialiter. Essentialiter autem [q] dicitur originem ducere ex ipsa delectatione inordinata [r], qua homo in se ipso et non in Domino laetatur de victoria vitiorum. Hic [s] enim periculosum est laetari nisi in Domino; tunc autem erit securum laetari de victoria vitiorum, cum extrema umbra ex ipso tamquam ex meridie [t] absorbebitur, de qua dicitur in Psalmo[8]: *Educet quasi lumen iudicium tuum et iustitiam tuam tamquam meridiem.*

2. Ad secundum vero dicendum quod non est simile de hoc peccato et de aliis. « Cetera enim vita tantum in male factis valent », sicut dicit Augustinus[9], « sola autem superbia etiam in recte [u] factis est cavenda ». Et cum sit [v] sermo ibi de superbia, includitur [x] ibi inanis gloria, et ideo dicit Augustinus[10]: « Admonemur ne dona Dei nostrae potestati tribuendo et nos extollendo gravius pereamus quam si nihil boni operaremur [y] ».

---

[a] B om. [b] V *avertit.* [c] V add. *aliud.* [d] VFZ *quam;* T om. *q. h.* [e] B add. *contra.* [f] B om. [g] B *caritatis.* [h] T om.; V om. *cum.* [i] L *nascitur.* [k] V *ex.* [l] V om. [m] V *quia.* [n] V *designantur;* R *ubi persone arrogantium designantur* pro *n. p. a. d.* [o] Z *cum.* [p] BT om. [q] B om.; T om. *dicitur.* [r] R *ordinata.* [s] V *hoc.* [t] R vacat. [u] V *directe.* [v] VTF *fit;* V om. *ibi.* [x] V *intercluditur;* VRL om. *ibi,* in Z est add. mg. [y] T om. *q. s. n. b. o.*

1 *De morib. et officio episc.*, c. 5, n. 19 (PL 182, 821).
2 *In Matth.*, hom. 15, n. 2 (PG 57, 224).
3 Lib. III, c. 25, n. 76 (PL 32, 1308).
4 Cf. Aristot., *De categor.*, c. 8 (I, 21).
5 Cap. 27, n. 31 (PL 44, 262).
6 Cap. 31 (PL 44, 264); cf. Augustin., loc. cit.
7 *Glossa ordin.*, in h. l., ap. Lyran., ex Gregorio M., *Moral.*, XIX, c. 21, n. 34 (PL 76, 119).
8 Psalm. 36, 6.
9 Loc. cit., c. 27, n. 31 (PL 44, 262).
10 Loc. cit.

515 ARTICULUS III.

Utrum superbia magis opponat se Deo quam aliud peccatum.

Deinde quaeritur utrum superbia magis [a] opponat se Deo quam aliud peccatum.

1. Dicit enim Hieronymus[1]: « Cum cetera vitia fugiant a Deo, sola superbia se Deo opponit ». Et ita videtur quod maior sit oppositio ad Deum ipsius superbiae quam alterius peccati.

2. Item, superbia vindicat sibi quod Dei est, alia vero peccata non vindicant; ergo magis opponitur superbia Deo quam aliud peccatum. — Quod autem superbia vindicet sibi quod Dei est, habetur ab Augustino, in libro *De doctrina christiana*[2].

Contra. *a.* In omni [b] peccato mortali praeponitur commutabile bonum incommutabili; ergo, cum unumquodque genus peccati appetat proprium bonum commutabile, alia peccata aeque opponentur Deo sicut superbia.

b. Item, dicit Anselmus[3] quod « propria voluntas est causa omnis peccati »; sed sequi propriam voluntatem est usurpare quod proprium est Dei; si ergo in alio [c] peccato est aeque [d] propria voluntas sicut in superbia, omne peccatum mortale aeque Deo opponetur.

[Solutio]: 1. Ad quod dicendum quod opponi Deo dicitur dupliciter: communiter et proprie [e]. Communiter omne peccatum Deo opponitur, quia bonum commutabile bono incommutabili praeponitur. Proprie autem dicitur opponi superbia per quamdam similitudinem, sicut si rex aliquis devicisset exercitum sui adversarii, et adhuc ipse adversarius staret in bello, sic [f] est de superbia, cum vincuntur tentationes aliorum peccatorum, et ita fugiunt a Deo peccata, superbia adhuc resistit, quia [g] ex ipsa ablatione vitiorum habet materiam tentationis, et hoc modo dicitur sola superbia Deo se opponere, ut non [h] excludatur quin alia vitia se Deo opponant, sed quia ista se opponit, etiam [i] aliis victis [k], sicut dictum est[4].

2. Ad secundum dicendum [l] quod, licet superbia vindicet quod Dei est primum secundum intelligentiam, scilicet potentiam, nihilominus tamen et alia peccata vindicant. In auctoritate[5] enim habetur quod « inest vitioso animo sibi tamquam debitum vindicare quod uni proprie Deo debetur ». Unde per hoc datur intelligi quod non tantum hoc [m] est proprium superbiae. Et dicit Augustinus, in libro *Confessionum*[6], quod « sicut superbia vindicat sibi excellentiam, quod Dei est, ita ira vindicat sibi [n] vindictam, quae Deo convenit », et ita de aliis. Per quod habetur quod non solum superbiae est hoc, licet hoc ei magis attribuatur, quia regina est vitiorum.

516 CAPUT XII.

DE GRADIBUS SUPERBIAE[7].

Duodecimo quaeritur de gradibus superbiae. Ponit autem [o] B. Bernardus[8] duodecim gradus, qui sunt, « curiositas, mentis levitas, inepta laetitia, iactantia, singularitas, arrogantia, praesumptio, defensio peccatorum, simulata confessio, rebellio, libertas peccandi, consuetudo ».

I. Potest ergo quaeri utrum sint species superbiae vel tantum gradus.

Quod sint species, videtur, 1. per hoc quod qui peccat aliquo illorum [p], peccat peccato superbiae, ut qui peccat peccato iactantiae vel arrogantiae vel singularitatis et ita de aliis.

2. Item, sicut se habent quaedam illorum ad superbiam [q], ita et alia; sed quaedam illorum connumerantur inter species supra dictas; pari ergo ratione alia [r] debent connumerari.

Contra. *a.* Augustinus, in libro *De vera religione*[9], dicit quod « concupiscentia oculorum ad curiosos pertinet, ambitio ad superbos ». Ergo curiositas est distincta ex opposito contra superbiam; non ergo est species superbiae.

---

[a] R om. [b] V om. [c] B *aliquo.* [d] V *causa.* [e] RLZ add. *et;* B om. *e. p. C.* [f] B *sicut,* quod F corr. [g] L *quod.* [h] R *non ut* pro *u. n.* [i] B om. [k] B *vitiis;* RZ *secundum quod* pro *sicut,* quod L corr. [l] Ita VF, alii add. *est.* [m] RL om., in Z est add. mg. [n] Ita V, alii om. [o] RLZ *enim;* V om. *B.* [p] Ita V, alii *aliorum.* [q] R add. *et,* quod LZ exp. [r] Ita V, alii *alte.*

1 Cf. supra, p. 495, nota 7.
2 Lib. I, c. 23, n. 23 (PL 34, 27).
3 *De similitudinibus,* c. 8 (PL 159, 607).
4 Cf. hic, in *Solutione* et num. 514.
5 Cf. nota 2.
6 Cf. lib. III, c. 6, n. 13 (PL 32, 680 sq.).
7 Cf. Guil. Altissiod,, *Summa,* II, tr. 19, c. 2, q. 3 (fol. 84a sqq.); Ioan. de Rupella, *Summa de vitiis* (fol. 19b).
8 Cf. *De grad. humil.,* cc. 10-21 (PL 182, 957 sqq.).
9 Cap. 38, n. 70 (PL 34, 153).

b. Item, inepta laetitia filia computatur gulae; non ergo est species superbiae.

c. Similiter potest opponi de quibusdam aliis; non ergo pro speciebus debent computari.

II. Deinde quaeritur quae sit ratio istius numeri. Videtur enim quod consuetudo non debeat poni pro gradu [a] istius peccati plus quam alterius. Similiter potest obici de defensione peccatorum et de libertate peccandi: haec enim duo similiter respiciunt omne peccatum.

[Solutio]: I. Ad quod dicendum quod non sunt species superbiae quantum ad hoc quod ibi ponuntur, sed [b] gradus, licet aliquae illarum species dici possint ex alia ratione; sed sicut humilitas duodecim gradus habet, quos assignat B. Benedictus [1], ita superbia suo modo duodecim habet gradus oppositos; sed in hoc est differentia inter gradus humilitatis et gradus superbiae quod ad perfectam humilitatem omnes illi gradus requiruntur, ad superbiam vero non requiruntur [c] omnes illi gradus superbiae: potest enim esse superbus sine aliquo illorum.

[Ad obiecta]: 1. Ad obiectum autem dicendum [d] quod, licet superbia consequatur ad quodlibet illorum, non tamen sequitur sicut genus speciem, sed per quamdam concomitantiam [e] sive annexionem.

2. Ad secundum vero dicendum quod non est simile omnino de quibusdam illorum graduum et de aliis. Quidam enim gradus non tantum sunt gradus, sed etiam species, ut arrogantia, praesumptio et iactantia; quidam [f] vero ita sunt gradus, quod non species: quoad rationem ergo [g] gradus assimilantur, quoad rationem vero speciei non assimilantur.

II. Ad id vero quod obicitur de numero, dicendum [h], sicut dicit Bernardus [2], quod homo per superbiam iniuriatur Deo; item [i], iniuriatur proximo, cui debet esse par; item [k], iniuriatur homini superiori, cui debet esse inferior. Et licet omnes istae iniuriae ex consequenti in Deum redundent, illa tamen iniuria proprie dicitur fieri Deo, quae immediate redundat in Deum. Secundum has ergo iniurias attenduntur illi [l] gradus sive circumstantiae: primae sex determinantur in iniuriam eius qui debet esse par, quatuor aliae in [m] iniuriam quae fit homini superiori, duae ultimae determinantur proprie quantum ad iniuriam quae Deo [n] immediate fit. Et dicuntur gradus, quia a minori proceditur ad maius [a]; unde primus gradus malus est, secundus [b] peior, et sic semper ascendendo invenietur [c] quod ultimus inter omnes est pessimus, et ideo ordinantur secundum maius [d] et minus malum. Unde iniuria respectu paris, ex [e] hoc quod est respectu paris [f], est minor [g]; ex hoc quod respectu superioris, est maior; ex hoc autem quod [h] respectu Dei, est maxima. Unde ordinantur isti gradus, ut primo [i] sint illi gradus qui sunt [k] in iniuriam paris, deinde illi qui sunt in [l] iniuriam superioris, ultimo illi qui sunt in iniuriam Dei.

Distinguuntur [3] ergo sex [m] primae differentiae per oppositum ad differentias humilitatis respectu paris. Sex enim sunt differentiae humilitatis, per quas homo humilis bene se habet erga parem. Prima est, quod debet esse humilitas in aspectu interiori vel exteriori; secunda est humilitas in verbo; tertia est humilitas [n] in signo, ut non eat homo supercilio elevato, ne sit homo de illa prava ac perversa generatione superborum, de qua habetur Prov. 30, 13: *Generatio, cuius excelsi sunt oculi et palpebrae eius in alta surrectae;* quarta est humilitas in silentio, ut, si alius loquitur, quod [o] ipse taceat; quinta est humilitas in conversatione; sexta est humilitas [p] in aestimatione, scilicet cum [q] omnibus aliis inferiorem se aestimet, et haec est humilitas [r], quam habet homo in suo aspectu, in se ipso. — Contra autem has [s] sex differentias humilitatis sunt sex differentiae superbiae, quibus male se habet homo [t] respectu paris et per quas deordinatur respectu ipsius. Contra primam humilitatem est una differentia superbiae, quae est curiositas; contra secundam est clamosa levitas mentis, per quam homo superbe se habet in verbo; contra humilitatem tertiam, quae est in signo, est differentia superbiae similiter [u] in signo, quae est inepta laetitia in risu et cantico; contra quartam humilitatem est iactantia, quae quidem est in verbo; contra quintam est singularitas, per quam aliis sanctior vult apparere: vult enim ieiunare, cum alii comedunt; contra vero sextam humilitatem, quae est in aestimatione, est arrogantia. Sunt ergo [v] sex differentiae superbiae, quae deordinant ad parem, sicut sex sunt differentiae humilitatis, quae ordinant bene ad parem.

Item ex parte humilitatis sunt quatuor, per quae bene ordinatur homo ad suum superiorem. Prima est insufficientia bonorum, ut scilicet reputet se homo insufficientem, iuxta illud quod

---

[a] BT *gradibus.* [b] B *scilicet.* [c] B *referuntur.* [d] V *primum;* BTF add. *est.* [e] R *convenientiam.* [f] V *quedam.* [g] RL om., in Z est add. mg. [h] Ita L, alii add. *est.* [i] R *tantum,* FL *iterum;* VZ om. *D. i. i.* [k] F *iterum.* [l] V *iste.* [m] T om. [n] B om.
[a] R *motus.* [b] T add. *est.* [c] VF *inveniretur.* [d] B *magis.* [e] L *et.* [f] V om. *ex... paris.* [g] V add. *ea vero que est.* [h] V add. *iniuria est;* B om. *est;* R *enim* pro *autem.* [i] R vacat; V om. *illi.* [k] Ita V, alii om. *q. s.* [l] T om. [m] B *tres.* [n] B om. [o] RLZ om. [p] V om. *in... humilitas.* [q] Ita V, alii om. [r] B om. *in aestimatione... humilitas.* [s] V *istas.* [t] R *non.* [u] B *scilicet.* [v] T *iterum.*

[1] *Regula,* c. 7 (PL 66, 371 sqq.), edit. Lindenbauer, Metten 1922, p. 46 sq.; cf. Bernard., *De grad. humil.,* cc. 1-9 (PL 182, 941 sqq.).

[2] *De grad. humil.,* c. 19, n. 49 (PL 182, 968).

[3] Sequentia compendio referunt quae habet Bernard., loc. cit., cc. 10-22 (PL 182, 958 sqq.).

habetur Luc. 17, 10: *Cum feceritis omnia quae praecepta sunt vobis, dicite 'servi inutiles sumus';* secunda differentia est confessio peccatorum; tertia est patientia adversorum, ut scilicet paratus sit ad verbera[a]; quarta est obedientia mandatorum. — Per oppositum sunt quatuor differentiae superbiae, per quas deordinatur homo ad superiorem suum. Contra primam est praesumptio bonorum; contra secundam est[b] excusatio malorum; contra tertiam, quae est patientia adversorum, est ficta subiectio; contra vero obedientiam mandatorum est rebellio.

Item, duo sunt ex parte humilitatis, per quae ordinatur homo ad Deum: primum est abnegatio propriae voluntatis; secundum est adimpletio divinae voluntatis ex timore filiali, hoc est ex timore et amore. — E contra ex parte superbiae sunt duo, quae deordinant ad Deum: primum est libertas voluntatis sive libertas peccandi vel peccati, et hoc[c] est contra abnegationem propriae voluntatis; secundum est contemptus Dei, et est[d] contra adimpletionem divinae voluntatis ex timore et amore.

Sic igitur habentur[e] duodecim gradus superbiae per oppositum ad duodecim gradus humilitatis.

Ad aliud[f] quod ultimo obicitur de divisione superbiae per caecam et vanam, dicendum quod haec[g] divisio generalis est et datur per differentias generales, quae comprehendunt omnes alias. Et dantur hae differentiae per relationem ad ipsas vires animae, ut dicatur quod caeca principalius respicit intellectum, vana autem principalius respicit[h] affectum. Unde hoc modo omnes[i] alias differentias superbiae generaliter comprehendunt.

517

CAPUT XIII.

DE DIFFERENTIA APPETITUS PRIMATUS IN TEMPORALIBUS ET IN SPIRITUALIBUS.

Tertiodecimo[a] quaeritur de differentia appetitus primatus in temporalibus et in[b] spiritualibus, ex quorum utroque contingit superbire. Et quaeritur utrum illorum primatuum magis habeat de motivo ad appetendum[c] et convenientius appeti possit.

Ad quod sic: *a.* Dicit Chrysostomus[1]: « Primatum saecularem appetere, etsi ratio non est, saltem causa est; primatum vero Ecclesiae concupiscere neque ratio neque causa est ». Ergo magis est appetendus primatus temporalis quam spiritualis.

Contra. 1. Primatus spiritualis magis assimilatur Deo quam temporalis; ergo magis debet appeti. Quid est ergo quod dicit Chrysostomus?

[Solutio][2]: Ad quod dicendum quod in utroque primatu hoc est commune quod ipse primatus non est ratio, qua appeti debeat, sicut praeostensum[d] est a principio huius Quaestionis[3], quod praeferri vel[e] praelatio propter se non debet esse ratio[f] appetendi. In utroque[g] tamen appetitu, tam temporali quam spirituali, non dominium est, sed ministerium; unde Chrysostomus[4]: « Honores non sunt honores, sed ministeria, sicut videtur honor oculi quod illuminat totum corpus, et non est honor, sed ministerium; similiter et pedes, qui baiulant totum corpus, et non sunt[h] honores, sed ministeria; ita ergo omnis primatus est ministerium ». De primatu saeculari dicitur Rom. 13, 6: *Ministri Dei sunt, in hoc ipsum*[i] *servientes;* de spiritualibus, I Cor. 4, 1: *Sic nos existimet homo ut ministros Christi et dispensatores mysteriorum*[k] *Dei;* et Luc. 22, 26: *Qui maior est in vobis, fiat sicut minor, et qui praecessor est, sicut ministrator.* In neutro igitur primatu ipse primatus[l] est ratio quare debeat appeti. Sed in primatu saeculari est causa appetendi[m], ut scilicet incutiatur timor ipsis malis et per ipsum arceatur malitia. Nam, secundum quod dicitur Rom. 13, 3, ipsi *principes* saeculares *non sunt timori boni operis, sed mali;* « principes mundi sunt ut dominentur minoribus, principes Ecclesiae ut serviant[n] eis[5] ». In praelatione autem[o] spirituali non habet locum ista causa: nam[p] tales praelati solum debent velle amari et non timeri nisi in casu vel ex aliqua[q] necessaria causa, sicut quando habent aliquem contumacem subditum vel huiusmodi. Et ideo in hoc primatu nec ratio[r] nec causa est appetendi ipsum; in alio vero causa est appetendi[s], scilicet ipse timor.

---

[a] V om. *ut... verbera.* [b] L om. [c] FZ *hec.* [d] T om. [e] B *habent.* [f] B *illud;* FRLZ add. *vero.* [g] RL om., in Z est add. mg. [h] B om. *intellectum... respicit.* [i] RL om., in Z est add. mg.
[a] BT *tertio.* [b] F om. [c] T *petendum;* Z *quod* pro *et.* [d] V *prius ostensum.* [e] R *vult.* [f] V *causa.* [g] R *unoquoque.* [h] V *habent.* [i] V *primi.* [k] BR *ministrorum,* alii *ministeriorum.* [l] L add. mg. *non.* [m] Z *apparendi.* [n] V *serviatur.* [o] V *in.* [p] V om. [q] V *alia.* [r] RL add. *est.* [s] V om. *ipsum... appetendi.*

1 *In Matth., op. imperf.,* hom. 35 (PG 56, 830).
2 Cf. Chrysost., loc. cit. (PG 56, 829sqq.).
3 Cf. supra, num. 499, *ad 2.*
4 Loc. cit. (PG 56, 831).
5 Chrysost., loc. cit.; cf. Matth. 20, 25-27; Marc. 10, 42-44; Luc. 22, 25sq.

DISTINCTIO II.

DE INANI GLORIA.

Habito Tractatu de peccato superbiae, consequenter dicendum est de peccato inanis gloriae, quae, sicut dicit Gregorius [1], descendit a superbia.

Primo [a] autem quaerendum est utrum appetitus gloriae sit peccatum;

secundo, utrum inanis gloria sit tantum mortale peccatum;

tertio [b], quod sit motivum in hoc peccato;

quarto, de convenientia et differentia ad peccatum superbiae;

quinto, de comparatione ad peccatum superbiae, utrum sit generale ad illud;

sexto, utrum inanis [c] gloria sit tantum in homine an etiam [d] in diabolo;

septimo, utrum maius sit peccatum in quibusdam personis quam in aliis, ut in religiosis;

octavo, de comparatione inanis gloriae ad inanem gloriam secundum differentias materierum;

nono, de magnitudine huius peccati;

decimo, de speciebus huius peccati, si [e] quae sunt;

undecimo, de oppositione huius peccati.

CAPUT I. 518

UTRUM APPETITUS GLORIAE SIT PECCATUM [2].

Ad primum sic proceditur: ostenditur quod appetitus gloriae non sit peccatum. *a.* Appetitus enim gloriae quid aliud est nisi appetitus famae vel laudis humanae? Sed iste appetitus non est peccatum: conscientia enim propter nos est necessaria, bona autem fama propter alios; ergo appetitus famae non est peccatum; ergo appetitus [f] laudis humanae non est peccatum.

b. Item, ad Rom. 8 [3]: *Providentes bona* [g] *non tantum coram Deo, sed coram omnibus hominibus,* Glossa [h 4]: « Qui conscientiae fidens [i] famam negligit, crudelis est ». Ergo non est bonum negligere famam; ergo bonum est appetere; ergo [k] humanam laudem bonum est appetere; ergo non est peccatum.

c. Item, ad Philipp. ultimo, 8: *Quaecumque amabilia, quaecumque bonae famae, si qua virtus, si qua laus disciplinae, haec cogitate et haec agite,* Glossa [5]: « Quisquis famam custodit, in alios misericors est ». Sed bonum est misericordem esse in alios; ergo bonum est appetere custodire famam.

d. Item, I ad Cor. 10, 33: Placete [l] *omnibus et* [m] *per omnia, sicut et ego per omnia* [n] *placeo.* Ergo velle placere hominibus [o] non est peccatum, et ita per consequens laudari velle ab illis non erit peccatum, cum ad hoc moneat [p] Apostolus.

Contra [q]. 1. Matth. 5, 16, super illud: *Sic luceat lux vestra,* Glossa [6]: « Finem [r] boni operis non in laudibus hominum constituatis [s] ». Et Matth. 6, 1, super illud: *Attendite ne iustitiam* etc., Glossa [7]: « Non prohibet videri ut Deus laudetur, sed videri ut ipsi laudentur »; et ibidem in Glossa [8]: « Laus hominum appeti non debet ».

2. Item, super illud [9]: *Receperunt mercedem suam,* Glossa [10]: « Vera merces prava intentione evacuatur [t] », et loquitur de intentione vanae laudis.

---

[a] R *primum.* [b] T *tertium est.* [c] T *maius.* [d] TF om. [e] RL om., in Z est add. mg. [f] V om. *famae... appetitus.* [g] VL *bono.* [h] Ita L (mg.), alii om. [i] B *propter conscientie fidem* pro *c. f.* [k] Z add. *non.* [l] VTF *placere,* quod L corr. [m] R om., in Z est add. mg. [n] V om. *p. o.* [o] Ita BT, alii *omnibus.* [p] VTRL *moveat.* [q] V *sed contra.* [r] B *fine.* [s] R *constitutis.* [t] BT *vacuatur.*

1 *Moral.,* XXXI, c. 45, nn. 87-89 (PL 76, 621).

2 Cf. Guil. Altissiod., *Summa,* II, tr. 20, q. 1 (fol. 85a); Ioan. de Rupella, *Summa de vitiis* (fol. 19c).

3 Potius c. 12, 17. 4 Cf. supra, p. 455, nota 2.

5 Lombardi, in h. l. (PL 192, 255); cf. supra, p. 455, nota 1.

6 *Ordin.,* in h. l. (PL 114, 92), ex Augustino, *De serm. Domini in monte,* I, c. 7, n. 18 (PL 34, 1238).

7 *Ordin.,* in h. l., ap. Lyran., ex Augustino, loc. cit., III, c. 1, n. 2 (PL 34, 1270).

8 *Ordin.,* in h. l. (PL 114, 98), ex Augustino, loc. cit., III, c. 2, n. 5 (PL 34, 1270).

9 Matth. 6, 5.

10 *Ordin.,* in h. l. (PL 114, 99), ex Paschasio, in h. l. (PL 120, 274).

3. Et item dicit Beda, *Super Esdram*[1]: « Qui ieiunat, orat, eleemosynam dat illa intentione ut videatur et laudetur ab hominibus, proles bonae actionis [a] quasi de immunda genitrice nata est sordidae intentionis ». Ergo peccatum est.

[Solutio]: Ad quod dicendum, secundum distinctionem Gregorii[2], qui solvit contrarietatem inter illud [b] Matth. 5, 16: *Sic luceant opera vestra coram hominibus* etc., et illud [c] Matth. 6, 1: *Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus:* « Si dantis gloriam quaerimus, etiam publicata nostra opera in conspectu illius occulta servamus; si vero per haec nostram laudem concupiscimus, foras ab eius conspectu fusa sunt, etiam si a multis ignorentur ». Aliud ergo est quaerere laudem Dei in opere nostro et aliud est quaerere laudem propriam. Praeterea [d], aliud est velle laudari propter se [e], aliud est velle laudari propter Deum et propter bonum proximi: huiusmodi enim laudari non est aliud nisi [f] Deum laudari in nobis. Uno ergo modo potest appeti laus ab homine, non ut ibi finis constituatur, sed in Deo [g] vel in eo quod per se ordinat ad Deum[3].

[Ad obiecta]: Istis ergo modis consideratis possunt solvi [h] quae obiecta sunt.

a-d. Illa enim quae primo obiecta sunt, respiciunt velle laudari propter gloriam Dei, ut Deus in bono opere nostro [i] laudetur vel in bonis quae habemus vel ut inde proximus aedificetur, secundum quod dicit Augustinus[4]: « Ut illi proficiant, qui imitari possunt quod laudant »; et alibi[5]: « Subsequi debet, ut alios exemplo invitet ».

1-3. Rationes vero quae sunt in contrarium, sumuntur penes hoc quod finis in humana laude constituatur propter se sive in humano favore, et hoc modo [k] dicitur inanis gloria. Unde, licet velle laudari possit non esse peccatum, nihilominus tamen inanis gloria semper est peccatum: cum enim velle laudari non est peccatum, non constituitur finis in vano, sed in vero; cum autem est inanis gloria, in vano finis constituitur.

519

CAPUT II.

UTRUM INANIS GLORIA SIT SEMPER PECCATUM MORTALE.

Secundo quaeritur, supposito quod inanis gloria sit peccatum, utrum semper sit peccatum mortale vel semper veniale vel aliquando mortale, aliquando veniale.

Quod autem semper sit mortale, sic ostenditur. 1. Vana gloria et vera gloria — quae est gloria [l] in testimonio conscientiae, secundum quod dicit Apostolus II Cor. 1, 12: *Gloria nostra haec est: testimonium conscientiae nostrae* — opponuntur; ergo non se compatiuntur invicem; sed veniale peccatum et gratia sese compatiuntur; si ergo gratia in adulto bene operante ponit istam gloriam, quia ubi est gratia, est ista gloria et e converso, ergo veniale peccatum et vera gloria, quae est in testimonio conscientiae, sese compatiuntur; si ergo vana gloria non compatitur secum illam gloriam veram, ergo ipsa est peccatum mortale.

2. Item, Isai. 42, 8 dicit Dominus: *Gloriam meam alteri non dabo.* Ergo proprium est Dei gloria; ergo non conceditur alicui rationali creaturae; ergo, si rationalis creatura usurpat illam, rapit quod Dei est, et dicit Gregorius, in *Moralibus*[6], quod inaniter gloriantis est rapere gloriam Dei. Sed raptus sive usurpatio eius quod Dei est non fit nisi per mortale peccatum; ergo inanis gloria simpliciter est mortale peccatum et universaliter.

3. Item, dicit Apostolus, Gal. 1, 10: *Si hominibus placerem, Christi servus non essem.* Ergo omnis, qui appetit hominibus placere, de servo Christi fit non-servus; sed omnis inaniter glorians appetit hominibus placere; ergo omnis inaniter glorians de servo Christi fit non-servus; sed de servo Christi non fit non-servus nisi per mortale peccatum, quia non per veniale, cum non opponatur gratiae; ergo omnis inaniter glorians peccat mortaliter; ergo inanis gloria universaliter est peccatum mortale.

4. Item, peccatum mortale est spreto incommutabili bono bonis mutabilibus adhaerere[7]; sed hoc facit inanis gloria, quia adhaeret laudi hominum, quae est mutabilis; ergo ipsa est semper peccatum mortale.

Contra. *a.* Inanis gloria significatur per pulverem, de [m] quo dicitur, Matth. 10, 14, Apostolis [n]: *Excutite pulverem de pedibus vestris.* Unde dicit Gregorius[8]: « Praedicatio vix sine aliqua

[a] V *intentionis.* [b] Ita V, B add. *quod dicitur,* alii add. *quod.* [c] Ita V, R *item* pro *e. i.,* alii om. *illud.* [d] V *item.* [e] B add. *et* F om. *est.* [f] V *quam;* Z om. *est.* [g] Ita V, alii *Deum.* [h] V add. *ea.* [i] V *tantum.* [k] B om. [l] R om. *q. e. g.* [m] RL om., in Z est add. mg. [n] B om.

1 Lib. II, c. 14 (PL 91, 882).
2 *Moral.,* VIII, c. 48, n. 83 (PL 75, 853).
3 Cf. Gregor. M., *Moral.,* XIX, c. 23, n. 36 (PL 76, 120 sq.).
4 *De serm. Domini in monte,* II, c. 2, n. 5 (PL 34, 1272).
5 Loc. cit.
6 Cf. *In Evang.,* I, hom. 16, n. 2 (PL 76, 1136).
7 Cf. supra, num. 515.
8 *Moral.,* XIX, c. 14, n. 22 (PL 76, 110).

pulveris mixtione transit; nam praedicans aut ad indignationem trahitur, si contemnitur, aut ad quantulamcumque gloriam, si [a] ab auditoribus honoratur ». Sed Apostoli non cadebant a perfectione propter huiusmodi inanem gloriam; ergo non erat [b] mortale peccatum; aliqua ergo inanis gloria est veniale peccatum et non mortale semper.

b. Item, super illud I [c] ad Thess. 2, 4: *Deo, qui probat corda nostra,* Glossa [1]: « Ut sibi, non hominibus, placeamus, quod, nisi ipse in nobis operetur, vitare nequimus ». Si ergo veniale peccatum vitari non potest, mortale autem peccatum vitari [d] potest — non enim in tantum est corrupta natura, ut sit necessitas ad actuale mortale — erit inanis gloria, qua homo intendit placere hominibus, aliquando veniale peccatum.

c. Hoc idem arguitur ex alio ibidem dicto [2]: « Et si cuiquam facile est laudem non cupere dum negatur, difficile est tamen ea non delectari cum offertur ». Sed haec difficultas est propter veniale peccatum; ergo delectari, cum offertur, aliquando est veniale peccatum.

[Solutio]: Ad quod dicendum [3] quod inanis gloria aliquando est mortale peccatum, aliquando est veniale. Nam aliquando [e] inanis gloria procedit ex surreptione, aliquando ex deliberatione; et iterum, aliquando est circa res quae inducunt maximam pronitatem et aliquando non est circa huiusmodi res. Venialis ergo dicetur tum propter surreptionem [f], tum propter maximam concupiscentiae pronitatem.

[Ad obiecta]: 1. Ad primo autem obiectum respondendum est quod inanis gloria, prout est venialis, non opponitur verae gloriae, quae est in [g] conscientia, quin possint simul [h] esse in eodem subiecto, licet [i] opponantur quantum ad genus, quia haec inanis gloria est in genere mali, illa autem est [k] in genere boni. Circa actum vero est oppositio, circa personam vero non: potest enim eadem persona vere gloriari interius et nihilominus habere quemdam motum inanis gloriae in favore vel laude hominum, qui motus non est in conscientia.

2. Ad secundum dicendum quod 'rapere gloriam Dei' non est cuiuslibet inaniter gloriantis, sed illius qui inaniter gloriatur et mortaliter. Inanis enim gloria, quae venialis est, licet non referat ad Deum ipsum actum, nihilominus tamen [l] a subiecto non tollitur [m] ipse habitus verae gloriae, quia qui venialiter gloriatur, aliquid amat sub Deo, et talis non rapit gloriam Dei, quia Deus supra est qui amatur: rapere enim est ad se ipsum quod est alienum [n] referre, quod facit qui gloriam Dei, quantum in ipso est, aufert, quod fit per mortale peccatum.

3. Ad tertium vero [o] dicendum quod 'appetere placere hominibus', hoc potest fieri dupliciter: vel ita quod tantum fiat propter se, et hoc modo non est servus Christi, qui sic appetit placere; vel ita quod non totaliter refert ad se, sed ad se sub Deo, et hoc modo potest placere hominibus et esse servus Christi, licet ipso actu veniali non serviat: unde hoc modo de servo Christi non fit servus diaboli.

4. Ad quartum dicendum quod inanis gloria aliquando adhaeret [p] commutabili bono, spreto incommutabili bono, et tunc est mortale; aliquando vero [q] non spreto, sed tunc non pro fine posito actualiter, et secundum hoc erit venialis.

CAPUT III.

QUID SIT MOTIVUM IN HOC PECCATO.

ARTICULUS I. 520

Utrum velle laudari sit motivum in isto peccato.

Tertio quaeritur de motivo huius peccati. Dicitur enim quod velle laudari est motivum sive appetibile in isto [r] peccato.

Sed videtur quod velle laudari sit bonum, et ita non erit motivum hic [s]. 1. Nam ex eadem causa est laudare laudabilem et laudari laudabilem; si ergo 'velle laudare laudabilem [t]' istud bonum est, ergo et illud bonum est 'velle laudari laudabilem', quia eadem est causa in activa et passiva [u]; ergo velle laudari non est motivum inanis gloriae, quia suum motivum debet esse

---

[a] V *non;* RZ *sed.* [b] V *erit.* [c] VB om. [d] R add. *non.* [e] T om. [f] Z *surrectionem;* quod L corr. [g] R om. [h] R om.; V om. *esse.* [i] B *sed.* [k] VB om. [l] Z *cum.* [m] R *tamen.* [n] FR *aliquando,* quod L corr. [o] V om. [p] V *heret.* [q] Ita BT, alii om. [r] B *hoc.* [s] VB om. [t] V om. *laudari... laudabilem.* [u] V *activo et passivo* pro *a. e. p.*

1 Lombardi, in h. l. (PL 192, 292), ex Augustino, *Epist.* 22, c. 2, n. 8 (PL 33, 93).

2 Lombard., loc. cit. (PL 192, 293), ex Augustino, loc. cit.

3 Cf. supra, num. 433, *Solutio.*

coaequale[a] cum ipsa: unde debet habere in se bonitatem apparentem et deficientem, sicut suum peccatum; tale autem non est 'velle laudari laudabilem', cum sit bonum.

2. Item, velle laudari potest fieri bono fine et malo. Bono fine fit, quando fit propter bonorum aedificationem et malorum depressionem et propter Dei glorificationem, sicut habetur Matth. 5, 16: *Sic luceant*[b] *opera vestra coram hominibus, ut glorificent Patrem vestrum, qui in caelis est;* malum autem est, quando vult homo laudari propter propriam gloriam et similiter quando vult laudari ut fiat dives, iste est malus finis. Ergo potest fieri bono fine[c] et malo; sed quod potest fieri bono fine et malo est indifferens; nullum autem indifferens est motivum peccati nisi addatur circumstantia, qua determinetur ad malum; ergo velle laudari simpliciter sine circumstantia addita non est motivum inanis gloriae.

3. Item, dicit Tullius[1]: «Non est idem bonum et laudabile». Sed, si finis subsequatur, duplicatur boni appetitus; ergo laudari[d] est bonum; ergo et velle laudari est bonum[e]; non est ergo motivum huius peccati.

4. Item, nos videmus ista tria distincta, scilicet quod aliquis[f] vult laudari ab alio, item aliquis[g] vult placere alii, item aliquis vult placere sibi. Cum dico quod aliquis vult[h] placere sibi, hic[i] totum terminatur in se; cum dico quod vult laudari ab alio[k], hic incipit ab alio et terminatur in se; cum dico vult placere alii, hic incipit a se ipso et terminatur in alio. Non est ergo unum motivum ad ista tria, cum ita differant; sed ista tria sunt inanis gloriae; ergo inanis gloria non habet unum motivum, et sic velle laudari ab alio non est motivum in ipsa aut, si sit, cuiusmodi ergo peccati[l] est motivum velle placere alii? Quia si dicatur quod adulationis – sed adulatio pertinet ad inanem gloriam, quia non ad iram, non ad invidiam nec ad aliquod aliud peccatum; ergo velle placere alii pertinet ad inanem gloriam. Item[m], velle placere sibi pertinet ad ipsam: quod patet, quia sicut velle placere Deo est velle delectari in Deo, ita velle placere sibi est velle delectari in se ipso; ergo est sub inani gloria. Inanis ergo gloria continet illa tria, et unum non est motivum ad alia duo; non ergo est unum motivum in ipsa, et ita non est peccatum unum aut habebit aliud motivum quam velle laudari.

Ad oppositum. *a.* Omnes actus, qui pertinent ad creaturam rationalem, semper debent fieri aliqua necessitate sive aliquo fine, et hoc fine tali, quia debent fieri in gloriam Dei; unde Apostolus, I Cor. 10, 31: *Sive manducatis sive bibitis sive quaecumque*[a] *alia facitis, omnia in gloriam Dei facite.* Ergo debet homo appetere gloriam vel laudem, non propter se, sed semper ad gloriam Dei; ergo, cum hoc quod est 'velle laudari'[b] non determinet ulteriorem finem a se, ergo est malum, et ita potest esse motivum ad peccatum quod est inanis gloria, maxime cum inaniter glorians non ponat gloriam Dei finem[c] suae laudis.

b. Item, dicit[d] Philosophus[2] quod vanum est quod[e] est natum ad aliquem finem et non consequitur[f] illum; sed laus est huiusmodi, quia debet ordinari ad gloriam Dei[g] vel utilitatem proximi; ergo, si non ordinetur, vana est; sed, cum dicitur 'velle laudari', non determinatur ad hoc; 'velle laudari'[h] ergo de se dicit quod est vanum; si ergo ex hoc sequitur[i] gloria, qua homo male gloriatur, potest esse motivum ad inanem gloriam.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod, si habeatur respectus ad bonum ex circumstantia et malum ex circumstantia, 'velle laudari' indifferens est, cum possit determinari bona circumstantia, et sic fit[k] bonum, et mala circumstantia, et sic fit malum. Si vero 'velle laudari', eo quod non ordinatur ulterius tamquam ad finem, cointelligat in se finem, velle laudari malum est. Unde super illud ad Gal. 1, 10: *Si hominibus placerem* etc.[l], exponens illud Matth. 6, 1: *Ut videamini ab eis:* «Nolite hic facere finem; ultra porrigite intentionem[3]». Similiter dicendum est de eo quod est 'velle laudari' sicut de eo quod est 'velle[m] videri'. Praeterea, 'velle laudari', quia non ordinatur ad ulterius, quasi occasio necessaria est ad inaniter gloriandum, et ideo dicitur I ad[n] Thess. 2, 4, super illud: *Non quasi hominibus placentes* etc., Glossa[4]: «Quas vires nocendi habeat humanae gloriae amor, non sentit nisi qui ei bellum[o] indixerit».

[Ad obiecta]: Per hoc potest patere qualiter respondendum est ad obiecta.

1. Ad primum sic: quod non est simile in eo quod est 'velle laudare' et 'velle laudari'; velle enim laudare in alium transit, velle autem laudari super[p] se redit[5]. Unde 'velle laudare' recte indifferens est: velle enim laudare laudabilem

---

[a] T *equale.* [b] Z *liceant,* quod L corr.; L om. *coram.* [c] T om. [d] B *laudare.* [e] R om. [f] V *quis.* [g] V *quis.* [h] T om. *laudari... vult.* [i] Ita F, alii *hoc.* [k] VF *illo.* [l] Z *peccatum.* [m] Z add. *ergo.*

[a] Ita F (corr.), alii add. *omnia.* [b] R *laudem.* [c] Z add. mg. *si vere.* [d] B om. [e] B om.; V add. *non.* [f] R *quod sequitur.* [g] Ita L add. mg., alii om. [h] T om. *non... laudari.* [i] B *consequitur.* [k] BFRZ *sit,* item infra. [l] F *Christi servus non essem.* [m] R om. *laudari... velle.* [n] V om. [o] R vacat; B *quia* pro *qui.* [p] B *supra.*

1 *De finibus bonor. et malor.*, III, c. 8.
2 *Phys.*, II, c. 6 (II, 268).
3 Lombard., in h. l. (PL 192, 99).
4 Lombardi, in h. l. (PL 192, 293), ex Augustino, *Epist.* 22, c. 2, n. 8 (PL 33, 93).
5 Cf. supra, sub litt. *a.*

bonum est, velle[a] laudare vituperabilem malum est. Velle autem[b] laudari, cum non apponitur circumstantia finis alterius, ponit quasi frui utendo[c], et ita plus inclinatur ad malum.

2. Ad secundum vero[d] dicendum quod 'velle laudari', licet possit fieri bono fine vel malo, tamen plus se habet ad malum.

3. Ad tertium dicendum[e] quod illud quod dicit Tullius, in illo casu intelligendum est quo aliquid appetitur prout est bonum appetenti[f] et prout est bonum alteri, secundum quod cognoscitur ab ipsis esse bonum: hoc enim[g] est duplicari appetitum boni.

4. Ad illud vero[h] quod quarto obicitur dicendum[i] quod non sunt diversa motiva in genere inanis gloriae, sed unum motivum. Velle enim placere alii ordinatur ad velle laudari ab alio; velle autem laudari ab alio ordinatur ad velle propriam excellentiam, et sic motivum adulationis ordinatur ad motivum inanis gloriae, motivum autem inanis gloriae ad motivum superbiae; velle autem placere sibi vel delectari in se commune est tamquam primum motivum in omnibus peccatis.

a-b. Ea vero quae obiciebantur ex altera[k] parte, respiciunt 'velle laudari', prout concernit in se finem simpliciter[l] vel ex consequenti.

ARTICULUS II. 521

Quare appetitus humanae laudis prae ceteris ponatur pro motivo in hoc peccato.

Sed potest quaeri, cum contingat vane[m] delectari non solum in laude vel favore hominum, sed in divitiis et[n] in aliis bonis mutabilibus, et ita vane gloriari, quare appetitus humanae laudis vel favoris magis ponitur pro motivo[o] in peccato isto quam appetitus aliorum.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod est vanitas[p] quaedam in creatura in eo quod est ex nihilo et est vanitas quaedam in actu voluntario, cum non refertur ad debitum finem. Iis duobus modis vanitas est communis in appetitu laudis et in appetitu divitiarum et aliorum bonorum mutabilium. — Praeter has autem vanitates in ipso actu laudationis est triplex vanitatis causa[q]: una ex parte eius qui laudat, et haec est opinio, quae valde mutabilis et vana est, quia homo modo opinatur unum, modo eius oppositum; unde ex hac[r] contrahit laus quamdam vanitatem, scilicet ex opinione laudantium. Unde Hieronymus: « Si vitam tuam in ore hominum posueris, modo parvus, modo magnus, modo nullus habeberis[s] ». Et ideo dicitur Eccli. 1[1]: *Sapiens ut sol permanet,* qui[t] scilicet quaerit gloriam in testimonio bonae[u] conscientiae, *sed stultus ut luna mutatur,* quia vane gloriosus nunc crescit, nunc decrescit in opinione laudantium. — Alia causa vanitatis in laude est ex parte materiae ex qua, quia laus secundum hoc nihil aliud est quam aer percussus flatu; aer autem de se vanus, et flatus etiam, quo aer percutitur, vanior, quia statim transit, et ideo ex hoc contrahit laus quamdam vanitatem. — Tertia ratio est ex parte eius de quo est ipsa laus. Homo enim laudat[v] alium secundum quod de ipso opinatur, et ideo, quia aliquando opinatur de malo quod sit bonum et e converso, laudat aliquando de quo non est laudandus et e converso, et hoc est vanitas, et ex hoc iterum trahit ipsa laus vanitatem. Ex iis igitur videtur quod laus non solum est vanum, sed etiam vanissimum. Unde qui laudem appetit delectatur in vanissimo, et ideo inanis gloria plus determinatur respectu huius appetitus, scilicet laudis, quam respectu appetitus aliorum actuum. Unde a quodam sapiente sic definitur: Inanis gloria est motus inordinatus[x] ad laudem humanam.

CAPUT IV. 522

DE CONVENIENTIA ET DIFFERENTIA INANIS GLORIAE AD SUPERBIAM.

Quarto quaeritur de convenientia et differentia inanis gloriae ad superbiam, maxime quoad motiva hic et ibi.

1. Gregorius[2]: « Inanis gloria suggerit praeesse, ut pluribus prosit[y] ». Hoc autem idem suggerit superbia.

---

[a] B add. *autem.* [b] B om.; V *opponitur* pro *apponitur.* [c] R vacat *f. u.* [d] V om. [e] Ita V, alii *vero dicendum est.* [f] R *appetendi,* quod Z corr. [g] T add. *bonum;* RL *dupliciter* pro *duplicari.* [h] V om. [i] Ita V, alii add. *est.* [k] Z *alia.* [l] VB om. [m] V *velle.* [n] B *vel.* [o] R *materia,* quod L corr. [p] V *necessitas.* [q] B *vanitas eque* pro *v. c.* [r] Ita VF, alii *hoc.* [s] V *haberis,* R vacat. [t] RLZ *quis.* [u] B *bono.* [v] F add. *hominem.* [x] FZ (corr.) *indeterminatus.* [y] V *presit.*

[1] Potius Eccli. 27, 12.

[2] Cf. *Moral.,* XXXI, c. 45, n. 90 (PL 76, 622).

2. Item, Augustinus, *Super Ioannem*[a 1]: « Ambitio humanae laudis appetit de se aestimare quod in se non habet et super alios se efferre ». Et hoc idem appetit superbia; ergo est idem motivum in utroque; ergo idem peccatum.

Contra. *a.* Augustinus, V *De civitate Dei*[2]: « Quisquis sine cupiditate gloriae, qua veretur homo bene iudicantibus displicere[b], dominari atque imperare desiderat[c], etiam per apertissima[d] scelera quaerit plerumque obtinere quod diligit. Proinde qui gloriam concupiscit, aut vera via nititur[e] aut certe dolis aut fallaciis contendit, volens bonus videri esse[f], quod non est ». Ex quo videtur quod superbia potest esse sine inani gloria et inanis gloria sine superbia, et ita neutrum est idem cum altero.

b. Item, in eodem libro[3]: « Duo sunt, libertas et cupiditas laudis humanae, quae ad facta compulere[g] miranda Romanos », et loquitur de libertate dominationis; ergo superbia et inanis gloria, quae respiciunt ista, non sunt idem.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod non sunt[h] idem formaliter inanis gloria et superbia, licet unum contingat cum alio esse ut in pluribus. Unde Augustinus, V *De civitate Dei*[4]: « Interest sane inter cupiditatem humanae gloriae et cupiditatem dominationis; nam licet proclive sit ut qui humana gloria[i] delectatur nimium, etiam dominari ardenter affectet[k] ».

[Ad obiecta]: 1. Ad primum ergo dicendum quod inanis gloria non habet hoc[l] ex se, sed in quantum est coniuncta superbiae: ipsa enim est prima filia superbiae; ex hoc quod est ei coniuncta, est[m] hoc quod appetit vel suggerit praeesse. Unde hoc est proprie dictum quod inanis gloria suggerit praeesse in laude humana, id est excellere in laude; unde semper intendit laudem in excellentia, sed superbia sistit in ipsa excellentia[n].

2. Ad secundum dicendum quod in illa ambitione componuntur haec duo peccata, scilicet superbia et inanis gloria[o]: unde est ibi quod est superbiae et quod est inanis gloriae. Ambitio enim laudis importat appetitum laudis, ut honoretur et laudetur ab aliis verbo, et quantum ad hoc est ipsius inanis gloriae; iterum[p], talis appetit praeesse et efferri super alios, et hoc est superbiae. Unde duo sunt in illa auctoritate: primum pertinet ad inanem gloriam, quando scilicet quis[q] appetit aestimari et dici de se magna ut[r] laudetur; secundum ad superbiam, quando scilicet appetit se[s] super alios efferre.

CAPUT V.

DE COMPARATIONE INANIS GLORIAE AD SUPERBIAM ET INFIDELITATEM.

523 ARTICULUS I.

Utrum inanis gloria sit generale ad superbiam.

Quinto quaeritur de comparatione huius peccati ad peccatum superbiae, utrum sit generale ad illud.

Ad quod sic: 1. Sicut contingit hominem appetere excellentiam in hoc bono et in illo, ita contingit ipsum appetere gloriam in hoc bono et in illo; unde in omnibus [in quibus] potest homo excellere[t], potest gloriari et e converso; ergo neutrum nascitur ex alio, immo ex aequo se habent.

2. Item, duo sunt appetibilia diversa, quorum unum non est sub alio[u], scilicet humana laus et excellentia honorum[v], et formant haec duo peccata, quae sunt inanis gloria et superbia; ergo[x] neutrum sub alio, sed ex aequo se habent. — Item, velle scire ut excellat, velle scire ut sciatur et laudetur ab hominibus, haec sunt duo appetibilia, quorum neutrum sub alio[y]; et unum est superbiae, aliud inanis gloriae; ergo etc.

3. Item, Chrysostomus[5]: « Si avaritiam Paulus vocat idololatriam[6], huius matrem et radicem et fontem omnium malorum vanam gloriam dicat ». Ergo est mater malorum sicut superbia; non ergo nascitur ex illa; ergo ex aequo se habet cum illa.

Ad oppositum. *a.* Dicit Gregorius, in *Moralibus*[7], quod inanis gloria nascitur de superbia tamquam prima eius filia.

[Solutio]: 1. Ad quod dicendum quod vana gloria duobus modis accipitur: uno modo, prout

---

[a] R *Glossam.* [b] V *discere.* [c] R *desideria,* quod Z corr. [d] Z *aptissima.* [e] B *utitur.* [f] T om. [g] Codd. *compulit.* [h] R *est.* [i] L *humane glorie* pro *h. g.*; V *nimirum* pro *nimium.* [k] B *affectent,* RLZ *affectat.* [l] V *hec.* [m] B *et,* Z om. [n] V *extollentia.* [o] R om. [p] B *item.* [q] BT *aliquis.* [r] RL *et,* quod Z corr. [s] V om. [t] VRZ *extollere.* [u] V *altero.* [v] T *bonorum,* quod F corr. [x] B *unde.* [y] B *altero*; R *erit* pro *et,* quod Z corr.

1 Rectius Alcuinus, *In Ioan. 5,* 44 (PL 100, 818).
2 Cap. 19 (PL 41, 165).
3 Cap. 18, n. 1 (PL 41, 162).
4 Cap. 19 (PL 41, 165), in fine textus abrumpitur.
5 *In Ioan.*, hom. 3, n. 6 (PG 59, 45).
6 Cf. Col. 3, 5.
7 Cf. *Moral.*, XXXI, c. 45, n. 89 (PL 76, 621).

dicitur vana [a], secundum quam delectatur et gloriatur homo in hoc bono mutabili [b] vano et in illo plus quam in Deo, qui est summum bonum et incommutabile, et sic dicitur vana gloria, prout ipsa dicit delectationem in re vana, quaecumque sit illa. Et hoc modo ipsa est peccatum generale et dicitur mater omnium peccatorum et circuit omnia mala sicut superbia, quia sicut superbia [c] dicitur contemptus incommutabilis boni, et ratione illius contemptus, qui est in omni peccato [1], dicitur esse mater omnium, ita, cum in omni peccato inveniatur delectatio in re [d] vana, vana gloria, prout dicit illam delectationem, generale est [e] in omni peccato et opponitur verae gloriae, quae est in bono incommutabili, et est mater malorum et concomitantur [f] se invicem, quia delectatio in re vana concomitatur contemptum incommutabilis [g] boni, et aliquando ex illa delectatione sequitur ille contemptus, aliquando ex illo contemptu sequitur illa delectatio, ita quod aliquando redit homo ad istam delectationem ex contemptu tamquam ad sibi placens, ut aliquando a contemptu [h] boni incommutabilis Dei propter aliquod nocivum [i] vel punitivum vel aliquid huiusmodi resilit ad placendum et delectandum in mutabili bono, et relinquit bonum incommutabile [k]. Unde hoc modo non venit magis unum ex alio quam e converso, et hoc modo vana gloria non est filia superbiae. — Item, alio modo accipitur vana gloria, prout dicit delectationem in re vanissima, quae est laus humana [2], et hoc modo nascitur ex superbia et est filia superbiae, quia superbia est amor excellentiae, ille autem, qui appetit laudem hominum, non propter aliud nisi ut excellat appetit, quia signum excellentiae est, et quod debeat homo excellere, quando [l] ipse laudatur, respectu eius qui non laudatur [m], et hoc modo se habet per posterius ad superbiam, quia nascitur ex illa, nec se habent aequaliter secundum ambitum.

2. Ad illud quod obicitur quod 'diversa sunt appetibilia laus humana et excellentia in divitiis [n] vel honoribus': dicendum quod verum est quod formaliter sunt diversa, quia unum non est alterum; tamen unum est propter aliud: unde unum nascitur ab [o] alio, scilicet laus humana ab excellentia, quia non appetit laudem nisi ut per hoc excellat; unde excellentia movet ad ipsum laudis appetitum et ad hoc quod velit homo laudari, et sic, licet diversa [p] sint ut unum non sit alterum, unum tamen nascitur ex alio, et sic inanis gloria nascitur [q] de superbia. — Ad id quod obicitur 'iste vult scire ut laudetur, iste vult scire ut sciatur, duo [r] sunt moventia et diversa, ergo non utrumque est vana gloria': dicendum quod, licet sint diversa [s] in se, unum tamen est propter alterum, quia ille, qui vult scire ut sciatur, appetit hoc ut excellat in laude; unde excellentia in laude hominum movet ipsum et ex hoc nascitur.

3. Ad tertiam rationem patet solutio, quoniam loquitur Chrysostomus de vana gloria prout dicit quamcumque delectationem in quacumque re vana, et isto modo bene concedendum est quod non est filia superbiae, sed aequalis est ambitus cum illa.

ARTICULUS II. 524

Utrum omnis inaniter glorians sit infidelis.

Deinde quaeritur utrum omnis inaniter glorians sit infidelis, et ita vana gloria sit sub infidelitate.

Ostenditur autem quod sic. 1. Ioan. 5, 44: *Quo modo potestis credere, qui gloriam [ab] invicem quaeritis, gloriam autem quae a solo Deo est non quaeritis?* quasi dicat: nullo modo. Sed omnis vane gloriosus est huiusmodi, qui quaerit gloriam ab alio homine et gloriam Dei non quaerit; ergo omnis talis est infidelis.

2. Item, Iob 31, 27-28: *Si osculatus sum manum meam ore meo, quae est iniquitas maxima et negatio contra Deum altissimum.* Ergo ille, qui osculatur manum suam, negat Deum; sed osculari manum suam est vane gloriari de operibus suis; unde dicit Glossa [3]: « Manum suam osculatur ore suo qui laudat quod facit »; et talis est qui inaniter gloriatur; ergo talis negat Deum; ergo est infidelis.

[Solutio]: 1. Ad quod dicendum quod infidelis dicitur duobus modis: vel quia cadit a fide informi vel quia cadit a fide [t] formata. Si ergo appelletur [u] infidelis, quia cadit a fide formata, hoc modo dico generaliter quod omnis qui inaniter gloriatur, prout, dico, est mortale peccatum,

[a] R add. *gloria.* [b] B *commutabili.* [c] BT om. *q. s. s.* [d] F *se.* [e] Z *esse;* FRL om. *in.* [f] RL *communicantur,* quod Z corr. [g] Ita B, alii *immutabilis.* [h] RL *ad contemptum* pro *a. c.,* quod Z corr. [i] VB *motivum,* quod Z corr. [k] V om. *bono... incommutabile.* [l] B *quam.* [m] V om. *r. e. q. n. l.* [n] R *delicitis,* quod L corr. [o] RLZ *ex.* [p] VFRL *divisa.* [q] Ita V, alii om. [r] B add. *autem;* V *sciat* pro *sciatur.* [s] FRLZ *divisa;* R *non* pro *unum.* [t] B om. *informi... fide.* [u] VT *appellaretur.*

[1] Cf. supra, num. 500, in *Solutione.*
[2] Cf. supra, p. 515b.
[3] *Ordin.,* in h. l., ap. Lyran., ex Gregorio M., *Moral.,* XXII, c. 9 (PL 76, 225).

est infidelis, quia expellit gratiam sive caritatem, quae est forma fidei. Sed si dicatur infidelis per casum a fide informi, hoc modo dicitur infidelis simpliciter, hoc modo non omnis, qui inaniter gloriatur, est infidelis. Et quod dicebat Dominus istos esse infideles, hoc erat quia non credebant ipsum esse Dei Filium, quod tamen tenebantur credere, nec quod ab ipso aliquid boni haberent; haec [a] autem est gloria Dei, et propter hoc [b] dicit: *Gloriam Dei non quaeritis,* sed gloriam vestram, quia creditis a vobis habere quae [c] habetis, non a Christo Dei Filio incarnato. Unde ceciderunt etiam a fide informi, non solum formata.

2. Ad secundum satis [d] patet responsio, quoniam aliquis potest osculari manum, hoc est delectari in suis operibus, dupliciter: vel ponendo bonum a se et non a Deo vel non praecludendo quin [e] bonum illud sit a Deo, tamen inordinate ibi delectatur. Si hoc secundo [f] modo, dico quod non est *negatio* apud *Altissimum.* Si autem primo modo, ut ponat opera sua bona a se et delectetur in illis quasi sint a se, et non a Deo, sed a libero arbitrio, dicimus quod talis negat gratiam Dei, sicut dicit ibi Glossa[1]: « Auctoris sui negare gratiam convincitur quisquis sibi tribuit bonum quod operatur ». Et hoc modo est *negatio* [g] apud *Altissimum* et infidelitas sic delectari in suis operibus: talis enim tenetur credere quod omnia habet a Deo, secundum [h] quod dicit Apostolus, I Cor. 4, 7: *Quid habes, quod non accepisti? Quid gloriaris, quasi non acceperis?* » Unde talis simpliciter est infidelis.

525 CAPUT VI.

UTRUM INANIS GLORIA SIT TANTUM IN HOMINE AN ETIAM IN DIABOLO.

Sexto quaeritur utrum inanis gloria sit tantum in homine an [i] etiam in diabolo.

Et [k] **videtur quod sit in diabolo.** 1. Inanis enim gloria primo nascitur de superbia, sicut dicit Gregorius[2]; cum ergo non tantum superbia sit in diabolo, sed etiam [l] aliqua de filiabus eius, illa maxime erit quae primo nascitur de superbia, et ita [m] inanis gloria erit in diabolo.

2. Item, est quaedam gloria in malitia, sicut dicitur in Psalmo[3]: *Quid gloriaris in malitia?* Sed quis est qui magis gloriatur in malitia quam diabolus? Et illa est vana gloria; ergo vana gloria est in diabolo.

3. Item, Luc. 4, 13 habetur[4] quod « diabolus tentavit primum hominem de vana gloria »; et [n] hoc idem habetur [o] Matth. 4, 8, ubi dicitur: *Et gloriam eorum,* Glossa[5]: « De vana gloria tentavit, cum dixit[6]: *Eritis sicut dii* ». Sed illa prima tentatio fuit, in qua suggessit primo homini simile peccatum, per quod ceciderat; ergo diabolus ceciderat [p] per vanam gloriam; ergo inanis gloria est peccatum in diabolo.

Contra. *a.* Super illud Psalmi[7]: *Ut cantem gloriam tuam,* Glossa[8]: « Gloria est [q] ore multorum celebrata laudatio ». Sed diabolus non appetit [r] laudationem huiusmodi: non enim quaerit favorem sive laudem tamquam sibi utilem; ergo in ipso non est inanis gloria.

b. Item, super illud Prov. 31, 30: *Fallax gloria,* Glossa[9]: « Fallax est gloria laudis, quam ab homine accipit ». Sed talis non est in diabolo; ergo inanis gloria non est in diabolo.

c. Item, Gregorius[10]: « Quasi latrunculus quidam est appetitus laudis humanae, qui recto itinere gradientibus e latere iungitur ». Sed diabolus non recto itinere graditur; ergo ei huiusmodi latrunculus non iungitur; ergo inanis gloria non est in diabolo.

d. Item, Gregorius[11]: « Quisquis pro virtute [s] quam agit, humanum favorem desiderat, rem magni meriti pro vili pretio venalem [t] portat ». Sed hoc non convenit diabolo; ergo motus inanis gloriae non est [u] in ipso; ergo nec inanis gloria.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod inanis gloria dicitur multis modis: uno modo secundum quod spiritus intendit placere sibi, contempta voluntate Dei; unde[12] super illud I [v] Cor. 10, 33: « Cum homo propter se placet, id est propter [x] privatam et propriam gloriam, superbia est », hoc

---

[a] BTF *hoc.* [b] Z om.; V *ideo* pro *p. h.* [c] BTRL *quod.* [d] R om. [e] R *cum,* quod L corr. [f] V om. [g] V add. *contra.* [h] R *et dicendum.* [i] VRL *aut,* quod Z corr. [k] B om. [l] R add. *in.* [m] R om. [n] R om. [o] B *dicitur.* [p] R om. *e. d. c.,* B om. *diabolus.* [q] BTR add. *in.* [r] V *apponit.* [s] RLZ *veritate.* [t] B *veniatem;* V om. *pro.* [u] V *inest* pro *n. e.* [v] Ita VB, alii add. *ad;* R om. *I.* [x] T om.

1 *Ordin., In Iob 31,* 28, ap. Lyran., ex Gregorio M., loc. cit.

2 *Moral.,* XXXI, c. 45, nn. 87 et 89 (PL 76, 621).

3 Psalm. 51, 1.

4 Cf. *Glossa ordin.,* in h. l., ap. Lyran., ex Gregorio M., *In Evang.,* hom. 16, n. 2 (PL 76, 1136), ubi et sequentia huius argumenti.

5 *Ordin., In Matth. 4,* 10 (PL 114, 86).

6 Gen. 3, 5.

7 Psalm. 70, 8.

8 *Interlin.,* in h. l., ap. Lyran., ex Cassiodoro, in h. l. (PL 70, 498).

9 *Ordin.,* in h. l., ap. Lyran.

10 *Moral.,* IX, c. 25, n. 37 (PL 75, 879).

11 *Moral.,* VIII, c. 43, n. 70 (PL 75, 844).

12 Lombard., in h. l. (PL 191, 1628).

est sequela superbiae, et hoc modo potest dici de diabolo, Ioan. 5, 44: *Qui gloriam ab invicem quaeritis*, Glossa[1]: « Cui[a] opera sua placent et aliquid boni putat ex se, ille quaerit gloriam suam ». Cum ergo hoc conveniat diabolo, secundum[b] hunc modum erit inanis gloria in diabolo. Unde Isai. 10, 15: *Numquid gloriabitur securis?* etc. per securim et serram significatur diabolus qui gloriatur contra Deum[2]. — Alio vero modo dicitur, secundum Philosophum[3], gloria, quae nullo consciente[c] non festinaret inesse; et iterum[4]: « Gloria est[d] multorum ore celebrata laudatio ». Et hoc modo non convenit diabolo: non enim quaerit[e] humanum favorem tamquam sibi utilem[f].

[Ad obiecta]: Et[g] per hoc potest solvi illud quod obiectum est. 1. Dicendum est ergo ad primo obiectum quod inanis gloria est filia superbiae utroque dictorum modorum, et secundum unum illorum[h] modorum convenit diabolo, sicut dictum est[5]; secundum alium modum non convenit. Unde sicut invidia dicitur convenire diabolo, ita inanis gloria, prout uno modo gignit invidiam et est concomitans superbiam.

2. Ad secundum vero dicendum quod gloriari in malitia est inaniter gloriari, secundum illum modum secundum quem inaniter gloriatur cui opera sua placent[i], non propter Deum, sicut ille vere gloriatur cui opera Dei placent, et non sua propter se: in ipsa enim malitia, prout est deformitas operum, non est per se gloriatio, et sic potest convenire diabolo.

3. Ad tertium vero dicendum quod vana gloria accipitur ibi pro superbia quantum ad rem; unde sicut diabolus[k] tentavit primum hominem de superbia, imprimendo ei suam similitudinem et Dei dissimilitudinem, ita suggessit vanam gloriam: haec delectatio est in prima vanitate.

CAPUT VII. 526

UTRUM INANIS GLORIA SIT MAIUS PECCATUM IN RELIGIOSIS QUAM IN ALIIS.

Septimo quaeritur utrum maius sit peccatum inanis gloria in quibusdam personis, ut in religiosis, quam in aliis.

Et videtur quod sit maius peccatum in religiosis quam in saecularibus, *a.* per simile de superbia. Dicit enim Bernardus[6]: « Quid facit superbia sub pannis humilitatis Iesu? » quasi diceret: ibi non deberet esse. Minus ergo habent incentivum; et quanto minus habent incentivum, tanto maius est peccatum, aliis paribus; ergo maior est superbia in viris religiosis; pari ratione et vana gloria, quae primo sequitur superbiam.

b. Item, Bernardus[7]: « Non magnum est humilem esse in abiectione; magna prorsus et rara virtus humilitas honorata ». Minor ergo virtus est humilitas in religiosis personis, quae contemptibiles sunt mundo, quam sit in iis personis quae honorantur a mundo, et hoc est quia abiectio[l] inclinat ad humilitatem, honor vero ad superbiam. Pari ratione videtur de vana gloria: materiam enim vane[m] gloriandi multiplicem habent qui sunt in mundo, non tantam vero materiam habent qui renuntiaverunt[n] mundo; videtur ergo minus esse peccatum vanae gloriae in saecularibus quam in claustralibus[o].

c. Item, maius erat[p] peccatum in diabolo quam in homine superbiae et vanae gloriae consequentis, cum diabolus solum[q] esset spiritus, homo vero spiritus et caro sive ex carne et spiritu; diminuit ergo quantitatem peccati unio spiritus cum carne, aliis existentibus paribus; cum ergo vir, qui debet[r] esse spiritualis, voto sit abstractus a carne, si peccat peccato superbiae vel vanae gloriae, magis peccabit quam vir qui divisus est[8], cuius est cogitare de iis quae[s] sunt carnis.

Contra. 1. Inanis gloria est appetitus humanae laudis vel favoris; sed huius incentivum multiplex est in saecularibus; ergo pluribus modis peccant motu inanis gloriae.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod motus inanis gloriae aliquando surgit ex rebus spiritualibus, ut scientia vel virtutibus[t], et secundum hunc modum, qui minus habent de delectabili exteriori, intensius[u] peccant peccato inanis

---

[a] B *cum.* [b] V om. [c] VR *conspiciente*, F *consentiente.* [d] V add. *in.* [e] V *convenit*, quod F corr. [f] B *utile.* [g] V om. [h] R *duorum*; V om. *e. s. u. i. m.* [i] T om. [k] BT *dicit.* [l] L om. [m] R vacat *e. v.*; T *autem* pro *enim.* [n] L add. *in*; B om. *ergo.* [o] R vacat *i. c.* [p] V *esset.* [q] R *tantum.* [r] T *deberet.* [s] L om. [t] L add. mg. *aliquando ex rebus exterioribus.* [u] R vacat.

1 *Ordin.*, in h. l., ap. Lyran.
2 Cf. *Glossa ordin.*, in h. l., ap. Lyran., ex Hieronymo, in h. l. (PL 24, 137).
3 Aristot., *Topic.*, V, c. 3 (I, 202).
4 Cf. supra, sub litt. *a.* 5 Hic in *Solutione.*
6 Cf. *De Nativ. Domini*, sermo 4, n. 1 (PL 183, 126).
7 *Super Missus est*, hom. 4, n. 9. (PL 183, 84).
8 Cf. I Cor. 7, 33.

gloriae qui de iis bonis gloriantur. Alii vero, qui habent non tantum motivum interius, quod est spirituale bonum, sed motivum exterius, sicut sunt divitiae vel[a] potentiae temporales, propter quas honoratur homo, et, si bene utitur, laudatur, aliquando[b] etiam non bene utendo: secundum hoc pluribus modis peccant motu inanis gloriae et plus habent de incentivo exteriori, minus vero aliquando de incentivo interiori[c]; unde magis habent de motu inanis gloriae quoad bona exterius, minus vero quoad bona interius.

[Ad obiecta]: *a-c.* 1. Ex iis potest patere qualiter respondendum est ad obiecta secundum distinctionem eius quod est 'pluribus modis peccare' et 'magis peccare'; magis vero peccare[d] duobus modis: vel ex maiori causa vel quia minus habeat[e] excusationis. Magis ergo peccat claustralis, quia minus habet excusationis et plus de retrahente; plus vero peccat saecularis, quia pluribus modis. Item, magis peccat claustralis quoad hoc quod habet bonum perfectioris status, si de illo vane glorietur; magis vero peccat saecularis, quia bonum exterius habet maius, de quo potest magis vane gloriari.

527 CAPUT VIII.

DE COMPARATIONE INANIS GLORIAE AD INANEM GLORIAM SECUNDUM DIFFERENTIAS MATERIERUM.

Octavo quaeritur de comparatione inanis gloriae ad inanem gloriam secundum differentias materierum.

Et videtur quod[f] maxime malum sit in opere misericordiae, scilicet eleemosyna[g]. *a.* Dicit enim Chrysostomus, homilia 71, *Super Matthaeum*[1]: « Ubique vana gloria est malum, maxime autem in[h] philanthropia », philanthropiam autem dicit misericordiam vel opus misericordiae. Et iterum[i][2]: « Si vis misericors vocari apud homines, quae est utilitas? Utilitas quidem nulla est, iactura[k] autem est[l] infinita ». Ex iis videtur quod in opere misericordiae maximum malum sit inaniter gloriari.

Sed videtur contrarium, 1. per hoc quod alibi dicit Chrysostomus[3]: « In aliis vane[m] gloriari mirabile nihil; in ieiunio autem et oratione hoc est[n] extraneum et lacrimis plenum ». Si ergo magis extraneum est et deflendum, maius peccatum est vane gloriari in illis[o].

2. Hoc etiam apparet per[p] hoc quod alibi dicit[4]: « A vana gloria ubique erui[q] bonum est, maxime autem in oratione[r] »; in hoc peccavit etiam ipse Pharisaeus, cum ascenderet in templum[5]: « in ipsa enim oratione sua[s] vanam gloriam habuit ».

3. Praeterea, cum sint tria bona, misericordia, oratio et[t] ieiunium[6], in omnibus autem prohibeat Dominus vanam gloriam, potest quaeri quare in Evangelio specialiter Dominus prohibuit vanam gloriam circa eleemosynam, dicens[7]: *Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, ut videamini ab eis;* et post subiungit[8]: *Cum facis eleemosynam, noli tuba canere ante te;* cum autem locutus est de oratione et ieiunio, non hoc expressit. Unde dicit Chrysostomus[9]: « Cum de eleemosyna mentionem fecit, apposuit '*ut videamini ab eis*', in ieiunio et oratione nihil tale determinavit ». — Sed hoc quo modo verum est? Nonne dictum est, ubi agebatur de ieiunio[10]: *Cum ieiunas, unge caput tuum oleo et faciem tuam lava, ne videaris hominibus ieiunans*? Et ita fit ibi sermo de prohibitione vanae gloriae. Similiter, cum fit sermo de oratione; dicitur enim[11]: *Ut videantur ab hominibus.*

[Solutio]: 1-2. Ad quod dicendum[12] quod in eleemosyna dicit esse maximum malum vanam gloriam, quando scilicet gloriatur non relevando[u] indigentiam proximi, quoniam « ultimae[v] est crudelitatis », eo quod[x] videri subvenire proximo indigenti, cum non subveniat, maxima est crudelitas: hoc enim est vane delectari cum alterius tristitia. Si vero fiat sermo de vana gloria in exhibitione eleemosynae, cum exhibetur indigenti coram hominibus, non est tunc maximum malum, sed maius est in oratione et ieiunio. Pronitas enim quaedam est in eleemosyna ad motum inanis gloriae, eo quod coram hominibus fit; in ieiunio vero et[y] oratione non sic: nata enim sunt fieri praeter hominum[z] conscientiam.

---

[a] V *et.* [b] R *illis.* [c] VZ *interioris.* [d] B *peccatur.* [e] T *habent.* [f] R *quia dicitur* pro *v. q.* [g] V *secundum eleemosynam* pro *s. e.* [h] R om. [i] B *si iterum,* L *ita,* quod Z corr. [k] V *iactantia,* F *iactatura.* [l] R om. [m] V om. [n] R om. *h. e.* [o] T om. *i. l.* [p] B *ex.* [q] R om. [r] R *ordine;* B om. *autem.* [s] R om. [t] R om. [u] B *revelando;* L *indignantiam* pro *indigentiam,* quod Z corr. [v] Codd. *ultima.* [x] B add. *vult;* TF *credulitatis* pro *crudelitatis.* [y] RL *in.* [z] R *hominem,* quod LZ corr.

1 Num. 3 (PG 58, 665).
2 Loc. cit., n. 3 (PG 58, 666).
3 Loc. cit., n. 2 (PG 58, 664).
4 *In Matth.,* hom. 19, n. 3 et 1 (PG 57, 276, 273).
5 Cf. Luc. 18, 10.
6 Cf. Tob. 12, 8.
7 Matth. 6, 1.
8 Matth. 6, 2.
9 *In Matth.,* hom. 20, n. 1 (PG 57, 287).
10 Matth. 6, 17 sq.
11 Matth. 6, 5,
12 Cf. Chrysost., *In Matth.,* hom. 71, n. 3 (PG 58, 665).

3. Ad aliud dicendum [a] quod, licet in omnibus iis prohibeatur vana gloria, specialius tamen in eleemosyna fit expressio propter istam pronitatem. Unde dicit Chrysostomus [1]: « Impossibile est eleemosynam omnino latere, orationem vero [b] et ieiunium possibile est ». Et ideo dirigenda est intentio [c], ut non hac intentione fiat: in aliis enim [d], eo quod possunt fieri non coram hominibus, de facili potest esse directio intentionis.

CAPUT IX. 528

DE MAGNITUDINE PECCATI INANIS GLORIAE.

Nono quaeritur de magnitudine huius peccati.

Ostenditur autem [e] quod sit maximum, 1. quia dicit Iob [f 2] quod *osculari manum suam,* « id est vane gloriari de operibus suis [3] », *est iniquitas maxima.* Ergo est maximum peccatum.

2. Item, maximum est peccatum quod maxime est periculosum; sed inanis gloria est peccatum maxime periculosum; ergo est maximum peccatum. — Minor patet, quoniam [g] dicit Hieronymus [4]: « Nihil tam periculosum est quam gloriae cupiditas et iactantia et animus de conscientia virtutum tumens ».

3. Item, periculosum est peccatum quod de suo gignitur opposito; sed inanis gloria est huiusmodi, sicut aliquis contemnit gloriam, ex illo contemptu gignitur vana gloria; unde Hieronymus [h 5] dicit de vane gloriosis: « In [i] hoc ipso cupiunt placere [k] quod placere contemnunt; et mirum in modum laus, dum vitatur [l], appetitur ». Et ita maxime de facili potest homo [m] incidere in illud, et ita est periculosissimum [n], et ita ut prius.

Ad oppositum videtur esse quod infidelitas sit maius peccatum. *a.* De illa enim dicitur Ierem. 2, 16: *Filii Mempheos et Taphnes constupraverunt te* [o] *usque ad verticem.* Cum ergo corruptio perfecta, quae designatur per corruptionem verticis, significetur per infidelitatem [6], maius est peccatum infidelitatis.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod aliter dicitur magnum peccatum inanis gloria et aliter infidelitas. Dicitur enim inanis gloria magnum peccatum propter facilitatem [p] periculi, quia de facili homo cadit in ipsam, et multipliciter gignitur, non tantum ex malo, sed etiam ex bono, et ideo dicitur « nihil tam periculosum [7] ». Alio vero modo dicitur infidelitas maximum [q], quia universaliter corruptivum: destruit enim fundamentum omnis meriti, et secundum hoc ex alia causa dicitur maximum.

[Ad obiecta]: 1-3. Per hoc ergo potest solvi illud quod obiectum est. Nam prima ratio concludit de inani gloria quod est maximum peccatum propter hoc quod homo videtur sibi attribuere bonum quod a Deo est: unde derogat divinae bonitati. Secunda vero ratio est propter facilitatem periculi; tertia vero, quia etiam inanis gloria ex suo opposito occasionaliter [r] aliquando gignitur, sicut est de superbia [8]: in hoc enim habent convenientiam.

CAPUT X. 529

DE SPECIEBUS INANIS GLORIAE [9].

Decimo quaeritur de speciebus inanis gloriae, si quae sunt.

Videntur enim esse quatuor, 1. scilicet affectatio libertatis, dignitatis, auctoritatis, potestatis [10]. Omnia enim haec appetuntur ab inaniter gloriante: appetit enim esse liber, hoc est liberae voluntatis, et quod reputetur [s] magnae auctoritatis, et ita de aliis. In omnibus [t] enim iis est vana gloriatio; ex quo videtur quod plures sint species.

Sed videtur contrarium, *a.* per hoc quod appetitus laudis humanae sive favoris in omnibus quaeritur, hae autem differentiae non sub illo [u] accipiuntur.

---

[a] Ita V, RL *dicendum est,* alii *vero dicendum est.* [b] R om. [c] V *tentio.* [d] V om. [e] R *enim.* [f] VBTF om. [g] T *quod.* [h] B *Item Chrysostomus* pro *Item periculosum... Hieronymus.* [i] R om. [k] L om. [l] L *diminuatur* pro *d. v.* [m] B om. [n] Z *periculosum.* [o] V om. [p] R *felicitatem.* [q] Ita R, alii *maxima.* [r] BT om. [s] B *reputatur.* [t] R add. *compositionibus.* [u] V add. *generali,* quod F exp.

1 Loc. cit.
2 Cap. 31, 27 sq.
3 Cf. supra, p. 517, nota 1.
4 *Epist.* 78, mansio 41 (PL 22, 722).
5 *Epist.* 22, n. 27 (PL 22, 413).
6 Cf. Gregor. M., *Moral.,* XXV, c. 10, n. 27 (PL 76, 338).
7 Cf. supra, nota 4.
8 Cf. supra, p. 507, *Solutio.*
9 Cf. Ioan. de Rupella, *Summa de vitiis* (fol. 19d).
10 Cf. Augustin., *De civit. Dei,* V, c. 12, n. 1 (PL 41, 154).

[Solutio]: Ad quod dicendum [a] quod praedictae differentiae non sunt species inanis gloriae nisi dicantur esse materiales. Potest enim aliquis quaerere humanam laudem ratione libertatis vel auctoritatis et ita de aliis, et iis modis forte species dici possent, magis tamen [b] ad superbiam retorquentur, eo quod quamdam designant excellentiam.

530 CAPUT XI.

DE OPPOSITIONE HUIUS PECCATI [1].

Undecimo quaeritur de oppositione huius peccati.

Et videtur quod vera gloria sit ei directe [c] oppositum. *a.* Dicitur enim super illud ad Gal. 6, 4: *Sic in semetipso [d] gloriam habebit,* Glossa [2]: « Qui conscientiam [e] boni operis habet, non debet de [f] hoc apud alium gloriari et laudem suam foras fundere [g], sed in semetipso [h] humiliter gloriari ». Ergo gloria in semetipso, de qua dicitur in Psalmo [3]: *Omnis gloria eius filiae regis ab intus,* opponitur inani gloriae.

b. Ad idem habetur super illud Luc. 17, 7: *Quis vestrum* etc., Glossa [4]: « Quanto fides foris est virtutibus excellentior, tanto intus sit [i] conscientia humilior ».

Sed contrarium 1. videtur Augustinus dicere, in libro *De conflictu vitiorum et virtutum* [5], ubi dicitur quod inani gloriae opponitur timor et superbiae humilitas. Si ergo tantum unum uni opponitur, sicut dicit Philosophus [6], videtur quod vera gloria non opponatur inani gloriae aut quod timor non opponatur.

2. Quod autem fides ei opponatur, videtur, per hoc quod dicit Augustinus, in libro *De civitate Dei* [7], ubi dicitur quod « hoc vitium tam inimicum est piae fidei, si maior sit in corde cupiditas gloriae quam Dei [k] timor vel amor, ut Dominus diceret in Evangelio [8]: *Quo modo potestis credere [l], gloriam ab invicem [m] exspectantes, gloriam vero, quae a solo Deo [n] est, non quaeritis?* »

[Solutio]: Ad quod dicendum quod ista tria opponuntur vanae [o] gloriae, sed differenter, quoniam vera gloria, quae est in testimonio conscientiae, opponitur ipsi inani gloriae formaliter, secundum quod dicitur vana gloria, quando ponit homo suum bonum in laude hominum. Unde dicit Bernardus [9]: « Qui de alia omni re plus sibi credit quam aliis, de se solo plus aliis credit quam ipse sibi, ut iam non verbotenus aut sola operum ostentatione [p] suam praeferat religionem, sed [q] cordis intimo se credat omnibus sanctiorem ». Sed, cum plus se cognoscat [r], plus de se sibi quam aliis deberet credere [10]; unde Gal. ultimo, 3: *Ipse se seducit,* Glossa [11]: « Non enim seducunt laudatores eius [s], sed ipse se potius, quia, cum ipse sit sibi praesentior quam illi, mavult se in illis quaerere quam in se ipso ». — Nec est huic contrarium quod dicitur Isai. 3, 12: *Populo meus, qui beatum te dicunt, ipsi te decipiunt,* quoniam istud occasionaliter dictum est; sed ipse homo vane gloriosus proprie se seducit, maxime in hoc quod quaerit se in aliis et non [t] in se, qui, si tamen in se quaereret se, suum inveniret defectum. Et ita opponitur ipsi verae gloriae, qua homo quaerit se in se et non [u] in alio. — Nihilominus autem [v] timor Dei ei opponitur, non formaliter, sed sicut dispositio praeambula ad formam. Ipsa enim vana gloria dilatat hominem et elevat cor eius; timor autem Dei ipsum comprimit, faciendo resilire in suam propriam parvitatem [x], et sic humiliari. Unde dicitur super illud Prov. ultimo, 30: *Fallax gratia* etc., Glossa [12]: « Illa conscientia vere laude digna est, quae timorem Dei in omnibus servat ». Et sic opponitur ei timor. — Fides autem ei opponitur, sed non generaliter, sed in casu, scilicet quando homo vane gloriosus delectatur in bono quod habet, quasi [y] ipsum a se habeat et non a Deo, et tribuit [z] sibi illud bonum et non Deo.

---

[a] BTF add. *est.* [b] B *autem.* [c] V *indirecte.* [d] R add. interl. *tantum.* [e] V *quicumque scientiam* pro *q. c.* [f] V *ex* [g] V *fundare.* [h] B *semet.* [i] VBT *fit.* [k] F om. [l] BT add. *qui.* [m] V add. *que.* [n] B om. [o] R *inani.* [p] V *ostentationem* [q] Ita T, alii *si.* [r] B *cogitat.* [s] V om. [t] V om. *e. n.* [u] L (corr.) *tamen.* [v] TR *tamen,* quod Z corr. [x] B *paupertatem* [y] R add. *se.* [z] V *attribuit.*

1 Cf. Ioan. de Rupella, loc. cit.
2 Lombardi, in h. l. (PL 192, 165), ex Hieronymo, in h. l. (PL 26, 428).
3 Psalm. 44, 13.
4 *Ordin., In Luc. 17,* 10 (PL 114, 318), ex Beda, in h. l. (PL 92, 540).
5 Cap. 1 (PL 40, 1092).
6 *Metaph.,* IX, c. 5 (II, 579).
7 Lib. V, c. 14 (PL 41, 159).
8 Ioan. 5, 44.
9 *De grad. humil.,* c. 15 (PL 182, 965 sq.).
10 Cf. Cato, *Distich.,* I, 14.
11 Lombardi, in h. l. (PL 192, 162), ex Augustino, in h. l. (PL 35, 2145).
12 *Ordin.,* in h. l., ap. Lyran., ex Beda, in h. l. (PL 91, 1052).

TITULUS II.

DE INVIDIA [1].

Consequenter dicendum est [a] de peccato invidiae. Circa quod plura incidunt dubitabilia.

Et [b] primo quaeritur quid sit invidia;
secundo, utrum sit peccatum vel non;
tertio, utrum sit peccatum [c] mortale vel veniale;
quarto, utrum sit capitale peccatum;
quinto, utrum sit spirituale peccatum vel carnale;
sexto, de gravitate istius [d] peccati;
septimo, de subiecto invidiae;
octavo, respectu cuius sit invidere;
nono, cui opponitur invidia;
decimo, de differentia invidiae ad aemulationem;
undecimo, utrum invidia sit mater omnium peccatorum.

CAPUT I. 531

QUID SIT INVIDIA [2].

Circa primum sic proceditur: *a.* Invidia sic definitur a Ioanne Damasceno [3]: « Invidia est tristitia de alienis bonis ».

b. Et Augustinus [4], Psalm. 104 [e], 24 super illud: *Convertit cor eorum, ut odirent populum,* definit sic: « Invidia est odium felicitatis alienae »; et super illud [f] Gen., cap. 3 [5], dicit hoc idem.

c. Item, Remigius [6] definit eam sic: « Invidia est dolor de alieno bono ».

Ita definiunt eam expositores Sacrae Scripturae.

Obicitur ergo sic: 1. Dolor et odium sunt diversa sicut sua opposita: sua enim opposita [g] ex parte boni, scilicet amor et gaudium, diversa sunt; ergo et ista duo, quae sunt [h] eorum opposita ex parte mali, diversa sunt; si ergo invidia est unum eorum, ergo non est [i] alterum essentialiter; non ergo potest definiri per utrumque, immo, si definitur per unum, oportet quod non definiatur per alterum.

2. Item, videtur quod per neutrum possit definiri, quia [k] invidia suo nomine dicit privationem eius quod est 'videre' [7]: praepositiones enim, additae aliis per compositionem, aut addunt aut mutant aut minuunt; sed haec praepositio 'in' non auget hic nec addit; ergo mutat vel minuit; sed, sive sic sive sic, eius vis est invidere cuius est videre; ergo, si videre est actus ipsius vis rationalis, manifestum est quod primus et principalis actus ipsius invidiae est in vi rationali; ergo invidia essentialiter debet definiri per actum qui [l] sit ipsius vis [m] rationalis; sed odio habere vel dolere non sunt ipsius vis rationalis; ergo sunt consequentia ad invidiam et non principales eius actus; ergo non potest definiri per illos, cum non pertineant ad rationalem; ergo pravae sunt praedictae definitiones.

3. Item, contingit quod aliquis [n] dolet de bono alterius; item contingit aliquem gaudere de malo alterius, et utrumque est invidiae [o]; sed bonum et malum non [p] habent aliquod commune; gaudium autem [q] et dolor sunt diversae affectiones; ergo non est aliquid commune super istas affectiones [r], secundum quod respiciunt ista motiva,

---

[a] R om., in Z est add. mg. [b] RL om., in Z est add. mg. [c] BT om. [d] V *illius*, L *huius*. [e] V *ca. lilj.* [f] Ita BT, alii om. [g] T *expositio*. [h] T add. *et*. [i] Ita BT, alii om. [k] BT *quod*. [l] T *quid*. [m] L om. [n] RLZ *aliquid*. [o] RZ *invidere*. [p] R om. [q] RLZ om. [r] TR om. *ergo... affectiones*.

1 In cod. Assisiensi 138, fol. 88b-89b plura sequentium occurrunt.

2 Cf. Ioan. de Rupella, *Summa de vitiis* (fol. 19d sq.).

3 *De fide orthod.*, II, c. 14 (PG 94, 931).

4 *Enarr. in Psalm. 104*, n. 17 (PL 37, 1399).

5 *Glossa ordin., In Gen. 3*, 1 sqq., ex Augustino, *De Gen. ad litt.*, XI, c. 14 (PL 34, 436).

6 Huius opera, saepius a Scholasticis allata, hucusque desiderantur.

7 Cf. Cicero, *Tuscul.*, III, c. 9.

quae sunt bonum et malum; invidia ergo non habet aliquid[a] commune, secundum quod possit definiri, ut conveniat illa definitio huic invidiae[b] et illi; ergo nulla praedictarum definitionum est sufficiens, quia omnes dicunt rationem invidiae secundum quod dolet de alienis bonis, non secundum quod gaudet de alienis malis. Per[c] hoc etiam patet quod non potest definiri, cum nihil sit commune ad hanc invidiam et illam.

4. Item, videtur quod debet definiri per gaudium alieni mali, et non per odium vel dolorem alieni boni, quoniam caritas et invidia sunt opposita, sicut videbitur inferius[1]; et hoc etiam vult Augustinus, in libro *De vera religione*[2], ubi loquitur de caritate et invidia: « Qui amat id solum, quod amanti eripi non potest, hoc est summum bonum, ille indubitanter invictus est et hic habet caritatem »; ille autem vincitur ab invidia qui amat quod eripitur. Unde dicit[3]: « Non enim vincitur », supple ab invidia, « nisi is cui eripitur[d] ab adversario quod amat ». Vult dicere quod caritas amat bonum quod non potest eripi, invidus autem dicitur ille qui amat quod eripitur. Invidia ergo et caritas opponuntur, ut sicut caritas amat bonum, ita invidia amat malum, quia non amat bonum nisi quod eripitur. Si ergo caritas determinatur et definitur per amorem boni, ergo invidia debet definiri per amorem vel gaudium mali, ut sicut caritas dicitur amare bonum et detestari[e] malum, ita per oppositum invidia dicatur gaudere principaliter de malo alterius et detestari bonum ipsius.

5. Et iterum, cum caritas[f] primo et principaliter respiciat bonum alterius amando ipsum et delectando in ipso, et postea tristatur de malo alterius, et ideo definitur per amare bonum[g] alterius tamquam per actum principalem, ergo invidia ex opposito primo et principaliter debet respicere malum alterius gaudendo de ipso et delectando et postea tristari de bono.

6. Item, bonum, in quantum bonum, delectat, quia apprehensum vel imaginatum movet appetitum motu desiderii; desiderium autem boni[h] consequitur delectatio; bonum igitur, in quantum bonum, delectat[i]; ergo bonum, in quantum bonum[k], non potest esse causa tristitiae; si ergo invidia est tristitia, non est de bono in quantum bonum; ergo male definitur dicendo quod invidia est tristitia boni.

Sed obicitur in contrarium, *a.* quia quod est malum potest esse delectabile alicui, licet ipsum sit malum et secundum rationem mali tristabile, tamen potest habere aliquam speciem boni, secundum quam delectabile est; ergo similiter bonum[l] ex alia ratione vel specie potest esse tristabile.

[Solutio]: 2. Ad quod dicendum quod in[m] invidia duo sunt. Primum est displicentia visionis, quae est vel per visum interiorem vel exteriorem, sicut vult Seneca[4], dicens: « Quidquid mente fugimus, ingestum oculis vix videmus ». Nam sicut aliquid placet amanti, ita aliquid displicet invidenti. Quantum ad hoc invidia respicit ipsam vim[n] rationabilem et haec displicentia visionis propinquius se tenet cum isto peccato, in quantum sic nominatur. — Item, in[o] invidia est aliud scilicet dolere de alieno bono sive odire ipsum et hic est actus ipsius concupiscibilis: unde quantum ad hoc respicit ipsam vim concupiscibilem. Licet ergo illa displicentia secundum visum propinquius se teneat cum invidia, secundum quod sic nominatur, et per prius, tamen illa displicentia manifestatur per odium vel dolorem, quae exprimuntur vel per dispositionem in corpore vel per effectum[p] in opere. Et quia manifestatur illa displicentia et etiam invidia per ista, ideo Sancti expositores per odium vel dolorem determinaverunt et definierunt ipsam invidiam, quia volebant manuducere ipsos operantes, ut caverent ab ipso peccato; et ideo ad manuducendum ipsos oportebat quod determinaretur per illa per quae magis manifestatur: haec autem sunt odium vel amor. Et ideo non valet illa ratio quae ostendit quod non debet definiri per ista, immo per displicentiam, quae pertinet ad vim rationabilem, quoniam necessitas fuit ut sic definiretur, cum per ista[q] manifestetur ipsa displicentia visionis.

1. Sed ad id[r] quod obicitur quod[s] 'odium non est dolor nec e converso, et ita, si[t] est unum essentialiter, non est alterum': dicendum quod licet unum non sit alterum, possunt tamen sequi ad unum et utrumque manere in concupiscibili ita quod invidia secundum rationem odii et[u] doloris est in concupiscibili. Tamen differunt[v], quia potentia concupiscibilis in nobis et[x] est passiva et est activa. Secundum quod habet rationem passivae potentiae, prout scilicet dicuntur[y] passiones in ea fieri, determinatur in ea dolor

---

[a] V *aliquod.* [b] B om. [c] V *secundum.* [d] R *cupitur* pro *c. e.* [e] Z *detestare.* [f] V *caritas et* pro *c. c.* [g] V *amorem bon* pro *a. b.* [h] Z *bono.* [i] BT *delectatur.* [k] T om. [l] T add. *est.* [m] L om., in T est add. interl. [n] R om., in Z est add. mg. [o] B om., in L est add. interl. [p] R *defectum*, quod L corr. [q] Ita BT, alii *ipsa.* [r] Ita V, alii om. *a. l.* [s] R add. *per.* [t] R *ideo no* pro *i. s.* [u] T *vel.* [v] R *cum differant* pro *t. d.* [x] RL om., in Z est add. mg. [y] V *dicit.*

1 Cf. infra, num. 544.
2 Cap. 46, n. 86 (PL 34, 160 sq.).
3 Loc. cit.
4 Cf. *De ira*, I, c. 16, n. 13.

secundum autem quod est potentia activa et[a] principium motus, sic odium determinatur in illa, sicut gaudium et amor alia et alia ratione sunt in ipsa vi[b] concupiscibili.

3. Ad tertium dicendum quod, licet bonum et malum non habeant commune, respectu cuius dicuntur dolor et gaudium, nihilominus tamen una[c] est ratio invidiae, quia unum illorum consequitur ad alterum. Primo enim dolet de alieno bono et ex hoc consequenter gaudet de alieno malo; ex hoc autem dolet[d] de alieno bono, quia aestimat illud sibi nocivum. Sic ergo per prius et posterius illi duo motus ad unam radicem reducuntur.

4. Ad quartum dicendum quod, cum caritas opponatur invidiae et e converso, attenditur oppositio ratione oppositorum motuum, non ratione oppositarum materierum: caritas enim est amor boni in proximo, invidia vero est[e] odium boni in eodem.

5. Ad quintum dicendum quod, cum invidia dicatur tristitia de bonis alienis, non est 'bonum' motivum ad tristitiam nisi in quantum bonum uni est malum alteri vere[f] vel apparenter, et secundum hoc dicitur causa tristitiae.

6. Ad sextum dicendum quod aliter est de bono et de malo, quia malum propter aliquid de bono, quod habet, potest esse delectabile, bonum vero nihil habet de malo: unde, si est tristabile, hoc est occasionaliter vel secundum alterius aestimationem. Hoc autem intelligendum est non de quocumque bono. Est enim quoddam bonum, quod potest communicari a pluribus[g] sine diminutione, et tale bonum, in quantum huiusmodi, non est proprie materia invidiae, sicut est de bono beatitudinis. Est autem aliud bonum, quod non simul potest participari vel, si participatur, videtur cum diminutione participari, et circa tale dicitur esse invidia. Unde Gregorius, super illud Iob 5, 2: *Parvulum occidit invidia,* Glossa[1]: « Nullus hac peste moritur nisi qui terrena appetit, quae tota non proveniunt[h] pluribus. Unde, si qua desideramus, illi invidemus qui ea penitus accipit vel, partem habendo, nobis quantitatem restringit ».

CAPUT II. 532

UTRUM INVIDIA SIT PECCATUM[2].

Secundo quaeritur utrum invidia sit peccatum vel non.

Quod autem sit peccatum, videtur, *a.* quoniam quilibet tenetur *diligere proximum suum*[i] *sicut se ipsum*[3]; sed bonum est obiectum ipsius amoris; ergo tenetur quilibet ex praecepto diligere bonum proximi sui sicut bonum suum; si ergo invidia facit contrarium, quoniam odit bonum proximi sui, ergo est contra praeceptum evangelicum; ergo est peccatum.

b. Item, caritas est forma virtutum: unde nulla virtus est formata sine caritate; ergo illud[k] quod directe caritati opponitur, maxime debet dici vitium; sed invidia directe caritati opponitur, sicut inferius videbitur[4] et sicut etiam habetur I Cor. 13, 4: *Caritas non aemulatur,* Glossa[5]: « Id est[l] non invidet, quia non eam aliena contristat[m] felicitas ». Si ergo invidum aliena contristat felicitas[n], relinquitur quod directe est opposita caritati, quae est forma et perfectio virtutum; ergo ipsa est peccatum.

Ad oppositum. 1. Dicit Augustinus[6] quod « invidia est odium felicitatis alienae »; Ioannes Damascenus[7] dicit quod « invidia est tristitia de alienis bonis ». Sed omnis dolor vel tristitia est poena in quantum huiusmodi; nulla autem poena, in quantum huiusmodi[o], est peccatum; ergo invidia non est peccatum. — Probatio minoris. Dicit Augustinus, in libro *De libero arbitrio*[8]: « Poena est affectio involuntaria ». Peccatum autem est affectio voluntaria; ergo invidia non est peccatum.

2. Praeterea, Seneca[9], loquens de invidia[p], dicit: « Nequitia ipsa sui poena est; quanta enim sunt gaudia felicium, tanti sunt gemitus invidorum ». Sed poena, in quantum huiusmodi, involuntarium quid est[q], sicut dictum est[10]; sicut autem dicit Augustinus, in libro *De vera religione*[11]: « Peccatum ita est voluntarium, quod si

---

[a] V *vel.* [b] V *in.* [c] R *vana.* [d] V *gaudet.* [e] VB om. [f] R *vero,* quod V corr. [g] V *amplius* pro *a. p.* [h] R *perveniunt.* [i] T om. [k] B add. *nihil.* [l] R om. *i. e.* [m] RL *circumstat,* quod F corr. [n] V om. *Si ergo... felicitas.* [o] B om. *nulla... huiusmodi.* [p] Z add. *ipsa.* [q] Z *quidem* pro *q. e.*

1 *Ordin.,* in h. l., ap. Lyran., ex Gregorio M., *Moral.,* VI, c. 46, n. 86 (PL 75, 729 sq.).
2 Cf. Ioan. de Rupella, *Summa de vitiis* (fol. 20a).
3 Marc. 12, 31 et 33. 4 Cf. infra, num. 544.
5 Lombardi, in h. l. (PL 191, 1660), ex Augustino, *Sermo* 350, n. 3 (PL 39, 1535).
6 *De Gen. ad litt.,* XI, c. 14 (PL 34, 436).
7 *De fide orthod.,* II, c. 14 (PG 94, 931).
8 Lib. III, c. 9, n. 26 (PL 32, 1284).
9 Cf. *Epist.* 115, n. 16 sq.; Pseudo-Seneca, *De moribus,* c. 3 (inter opp. Mart. Bracar., PL 72, 30, ap. Woelfflin, Publ. Syri *Sentent.,* n. 64, p. 141).
10 Cf. nota 8.
11 Cap. 14, n. 27 (PL 34, 133).

non sit voluntarium, non est peccatum ». Patet igitur quod invidia non est peccatum. — Item, sicut vult Philosophus, in *Morali Philosophia*[1], passionibus non laudamur neque vituperamur; passiones ergo non sunt laudabiles neque vituperabiles; sed quod non est laudabile neque vituperabile non facit vitium nec virtutem; ergo passiones non sunt vitia neque virtutes; si ergo dolor et tristitia sunt passiones, et invidia est tristitia, ergo invidia non est peccatum, quoniam est passio. Praeterea, velimus nolimus, tristamur; sed nullum tale est peccatum.

3. Item, omne peccatum ponit conversionem ad aliquod bonum mutabile in quo delectatur, tamen differenter in mortali et [a] veniali; sed invidia non ponit conversionem ad bonum commutabile [b], immo potius dicit aversionem [c] ab ipso et dolorem, quia qui dolet de alieno bono, avertitur ab ipso et non convertitur; ergo invidia non habet rationem peccati. — Item, posito quod converteretur ad illud, non tamen delectatur in illo, immo tristatur; invidia ergo nullo modo est peccatum. — Praeterea, ad hoc confirmandum facit auctoritas Augustini[2], qui dicit quod omne peccatum est ex libidine; libido autem est amor improbus; amor autem improbus dicit delectationem inordinatam in bono aliquo mutabili; ergo in omni peccato est aliqua delectatio in bono mutabili [d]; hic autem non est, immo tristitia; ergo non est peccatum.

[Solutio]: 1. Ad quod dicendum quod invidia est peccatum. Sed notandum, ad evidentiam primae rationis in contrarium, quod duo sunt in invidia, scilicet illud unde est peccatum et illud unde est poena. Habet enim invidia in se quemdam actum culpabilem, scilicet velle bonum alterius diminui vel auferri: hoc enim est malum et culpabile, et iste actus est voluntarius; unde penes istum determinatur esse [e] peccatum. — Item praeter hunc actum habet quamdam poenalitatem vel passionem cohaerentem in concupiscibili [f]. Nam in quibusdam peccatis cum actu peccati culpabili est poena peccati manifesta et in quibusdam non, sicut in superbia cum actu peccati culpabili non est passio vel poena peccati manifesta [g]; unde superbia, cum definitur, non definitur per passionem; invidia autem cum ipso actu est passio vel poena per quam definitur, et hoc quia per ipsam magis manifestatur ab aliis generibus peccatorum, in quibus non sunt passiones: unde Seneca dicit [h] de invidia quod « nequitia sui ipsius poena est », ad notandum poenam vel passionem invidiae. Haec passio determinatur per dolorem vel tristitiam in concupiscibili, et tamen in illa tristitia adhuc invenitur utrumque: invenitur enim ibi actus culpabilis et poena. Aliter enim tristari de bono alterius non esset peccatum, sicut patientia habet unde patitur et habet unde agit et sustinet passionem et ratione istius determinatur esse virtus et voluntaria, ratione primi passio vel poena et involuntaria.

2. Ad secundam rationem patet responsio ex hoc quod [i] non in quantum poena est [k] vel passio, peccatum est, sed ratione actus culpabilis quem concomitatur illa passio vel poena.

3. Ad tertium dicendum quod [l] invidia habet aversionem ab incommutabili bono et conversionem [m] ad commutabile bonum, quae conversio libidinosa est et ex improba voluntate. Et quod dicitur peccatum, hoc est primo et per se ratione conversionis ad mutabile [n] bonum, in quo delectatur vel quod appetit inordinate. — Et ad id [o] quod obicitur quod 'invidus avertitur a bono commutabili': dicendum est quod verum est quod invidus avertitur a commutabili bono [q] quod est alienum bonum, et hoc per odium vel dolorem, quia odit bonum proximi et dolet de ipso; sed convertitur ad bonum commutabile quod est suum bonum proprium, excellens singulariter: unde sub iis conditionibus convertitur ad commutabile bonum [r] proprium. Invidus enim amat suum bonum singulariter et excellenter respectu alterius; unde Augustinus, in libro *Confessionum*[3]: « Invidia de excellentia litigat. Quid te excellentius? » Iterum [s], appetit singularitatem, et hoc est ei poena; vellet enim habere bonum singulariter, ut ab alio non communicaretur, et ideo dicit Seneca [t][4]: « Utinam haberent invidi oculos ex omni parte, ut sic magis cruciarentur sive torquerentur, videndo », supple bona in aliis. Et [u] hoc dicit, quia amat [v] bonum singulariter, nolens ipsum communicari aliis, et ideo circa [x] talia bona, quae per communicantiam [y] sui possunt diminui vel auferri secundum aestimationem eius, est invidia. Sic ergo patet quod alterum est commutabile bonum, a quo avertitur, et alterum, ad quod convertitur per appetitum et desiderium, et hoc facit ipsam esse peccatum.

---

[a] V add. *in.* [b] BT *mutabile.* [c] T *conversionem.* [d] B *commutabili.* [e] V *omne.* [f] RL *culpabili.* [g] R om. *et in... manifesta* [h] L add. *quod*, quod FR exp. [i] Ita BT, alii *quia.* [k] R om. [l] L om. [m] B om. *ab... conversionem.* [n] R *commutabile.* [o] Ita V alii om. *a. i.* [p] R *allicitur*, quod F corr.; T om. *bono.* [q] B om. *dicendum... bono.* [r] T add. *vel.* [s] V *item.* [t] Ita V, alii *sanctus* [u] FRL om. [v] R *habet.* [x] R *contra*, quod F corr. [y] V *concomitantiam.*

1 *Ethica ad Nicom.*, II, c. 5 (II, 18).
2 *De civit. Dei*, XIV, c. 15 (PL 41, 424).
3 Lib. II, c. 6, n. 13 (PL 32, 681).
4 Cf. Cato, *Monost.*, 28.

CAPUT III. 533

UTRUM INVIDIA SIT PECCATUM MORTALE VEL VENIALE.

Tertio quaeritur utrum invidia sit peccatum mortale vel veniale.

Ad quod sic: *a.* Peccatum invidiae cadit in prohibitione in Scriptura, Gal. ultimo, 26: *Non efficiamur inanis gloriae cupidi, invicem provocantes, invicem invidentes*[a]. Sed tale est peccatum mortale; ergo invidia est peccatum mortale[b].

b. Item, Augustinus, in libro *De vera religione*[1]: « Quis dubitet immane vitium esse invidentiam, qua necesse est[c] torqueatur et subiciatur qui non vult in rebus temporalibus vinci? Melius ergo est ut homo nos vincat quam invidentia[d] vel quodlibet aliud vitium ». Si ergo invidia vincit hominem, et veniale peccatum non vincit, ergo universaliter est mortale peccatum.

c. Item, Augustinus[2]: « Amasti bene agentem, vixisti bono odore; invidisti bene agenti, mortuus es bono odore ». Peccatum ergo invidiae[e] reddit hominem mortuum, et hoc morte culpae; ergo est peccatum mortale.

d. Item, Bernardus[3]: « Quisquis es, qui invides saluti alienae, parcito vel tuae. An nescis quod *invidia diaboli mors intravit in orbem terrarum*[4]? Attende[f] itaque tibi: si ubi invidia, ibi mors, profecto non potes simul invidere et vivere ». Peccatum ergo invidiae inducit[g] mortem; ergo est peccatum mortale.

e. Item, Chrysostomus[5]: « Versutum livor[h], versutum et periculosum invidentibus, non invidiam patientibus; primos enim[i] eos laedit et corrumpit[k] sicut venenum aliquod mortiferum insidens eorum animabus ». Sed omne, quod sic agit in anima, est peccatum mortale; ergo invidia est peccatum mortale.

Contra. 1. Contingit esse primos motus ad invidiam sicut ad alia peccata, quia fomes est in nobis, ex quo contingunt in nobis primi motus ad peccata; sed primi motus sunt veniales; ergo invidia aliquando est veniale peccatum.

2. Praeterea, dicit Augustinus, in libro *Confessionum*[6]: « Imbecillitas membrorum infantilium innocens est, non animus infantium. Vidi ego et expertus sum zelantem puerum; nondum loquebatur, et intuebatur pallidus amaro aspectu collactaneum suum ». Cum ergo in talibus pueris nondum vigeat ratio, peccatum autem mortale non fit sine ratione, erit invidia aliquando non peccatum mortale.

[Solutio]: 1-2. Ad quod dicendum quod invidia est mortale peccatum[l], aliquando tamen accipitur pro veniali, sed raro. — Quod autem sit mortale, patet per hoc quod dicitur Prov. 14, 30: *Putredo ossium invidia.* Per ossa autem intelliguntur virtutes[7]; invidia ergo aufert virtutes[m], quod non fit nisi per mortale peccatum. Cum autem loquitur Scriptura de invidia, maxime loquitur de ea prout est peccatum mortale. Sunt tamen quidam motus veniales, sicut obiectum est, in parvulis et aliquando etiam in adultis, quando aliquis movetur ex quadam surreptione[n] ad dolendum de aliquo bono alterius. — Et ita patet responsio ad obiecta.

CAPUT IV. 534

UTRUM INVIDIA SIT CAPITALE PECCATUM.

Quarto quaeritur utrum invidia sit capitale peccatum.

Quod videtur, *a.* per hoc quod dicit Gregorius[8], in fine Iob, ubi loquitur de exercitu diaboli. Dicit enim[o] quod septem sunt capitalia, a quibus nascuntur alia, inter quae numeratur invidia; ergo invidia est capitale peccatum.

b. Item, sicut dicit Augustinus[9], quatuor sunt affectiones, dolor et gaudium, spes et timor,

---

[a] R om. *i. i.*, in FL est add. mg. [b] V om. *ergo... mortale.* [c] V *necessitate* pro *n. e.* [d] R *invidia*, quod F corr. [e] R (corr.) *invidia.* [f] BT om.; B *ibi* pro *tibi.* [g] BT *ducit.* [h] T add. *et etiam.* [i] RL om., in F est add. mg. [k] BFR *corrupit*, T *corrupti.* [l] V om. *Ad... peccatum.* [m] VR om. *i. e. a. v.* [n] Ita V, alii *obreptione.* [o] L om.

1 Cap. 45, n. 85 (PL 34, 160).
2 *In Ioan.*, tr. 50, n. 8 (PL 35, 1761).
3 *Epist.* 7, n. 18 (PL 182, 104).
4 Sap. 2, 24.
5 *In Ioan.*, hom. 16, n. 1 (PG 59, 101).
6 Lib. I, c. 7, n. 11 (PL 32, 665 sq.).
7 Cf. Gregor. M., *Moral.*, V, c. 46, n. 85 (PL 75, 728).
8 *Moral.*, XXXI, c. 45, n. 87 sq. (PL 76, 620 sq.).
9 *De civit. Dei*, XIV, c. 3, n. 2 (PL 41, 406).

et hoc habetur super illud Thren. 3, 9: *Conclusit me lapidibus quadris,* ubi [a] dicit Paschasius[1] quod quadri lapides sunt gaudium et [b] dolor etc. Cum ergo dolor sit de primis affectionibus, dolor autem inordinatus [c] sit dupliciter — vel de alieno bono, sicut est in [d] invidia, vel de proprio malo, sicut est in *tristitia saeculi* — erit ergo [e] invidia capitale peccatum, cum secundum primam differentiam doloris accipiatur.

c. Item, amor et odium opponuntur, cum sint circa idem; sed amor boni in proximo est capitalis virtus, scilicet caritas; ergo odium alieni boni, quod opponitur illi, erit capitale vitium; sed hoc est invidia; ergo invidia est capitale vitium: dicit enim Augustinus[2] quod «invidia est odium felicitatis alienae».

Contra [f]. 1. Nullum peccatum, quod nascitur directe ex alio peccato, quoad hoc est capitale; sed [g] invidia, sicut dicit Augustinus, *Super Genesim*[3], ex superbia nascitur; ergo invidia non est capitale [h] peccatum.

2. Item, aliquis amat propriam excellentiam et ex hoc timet ne alius aequiparetur ei, deinde, si aequiparetur [i], dolet; invidia autem est huiusmodi dolor; ergo invidia nascitur ex timore inordinato praecedenti; non ergo [k] debet dici capitale peccatum, sed magis ille timor.

3. Item [l], qui dolet de alieno bono, causam [m] habet in se aliquem amorem inordinatum: dolor enim unius non nascitur nisi ex amore alterius; ergo ille amor inordinatus respectu [n] sui obiecti debet dici capitale peccatum; non ergo invidia [o].

[Solutio]: Ad quod dicendum quod invidia est capitale peccatum.

[Ad obiecta]: 1. Ad obiectum autem [p] in contrarium dicendum est quod, licet invidia nascatur ex superbia, nihilominus est capitale peccatum, quia, sicut dicit Gregorius[4], superbia est sicut quaedam regina [q], cuius septem sunt filiae primae, et illae [r] dicuntur capitalia peccata; ex illis autem septem nascuntur alia peccata. Quod ergo dicuntur capitalia, non est respectu superbiae, sed respectu peccatorum ab ipsis nascentium, sicut «ex invidia nascitur detractio, susurratio[5]» et ita de aliis.

2. Ad secundum vero dicendum quod, cum sint duae affectiones [s], timor de alieno bono ne aequiparetur et dolor de alieno bono [t] si aequiparetur, utraque reducitur ad quoddam generale quod est displicentia alieni boni ne aequiparetur vel excellat, et hoc est invidia. Quia vero maior est afflictio de praesenti malo quam de futuro, maior est displicentia de alieno bono, cum in praesenti nocet vel nocere videtur, quam cum in futuro timetur nocere, et ideo principalius se habet ad invidiam dolor huiusmodi quam timor. Et ex hoc est quod magis definitur invidia per dolorem quam per timorem.

3. Ad tertium vero [u] dicendum quod, licet huiusmodi dolor illicitus generetur ex inordinato amore proprii boni, tamen huiusmodi dolor illicitus ponitur capitale peccatum. Amor enim inordinatus proprii boni causa est propinqua illius peccati, et non tantum est causa huius capitalis peccati, sed etiam aliorum, secundum quod diversimode appropriatur, et ideo non facit numerum cum ipso, sed totum dicitur esse [v] unum capitale peccatum. Amor enim singularitatis et displicentia [x] communionis pro uno peccato capitali computantur, ut haec sit ipsa species capitalis peccati [y], illud vero sicut causa propinqua.

535

CAPUT V.

UTRUM INVIDIA SIT SPIRITUALE PECCATUM VEL CARNALE.

Quinto quaeritur utrum invidia sit spirituale peccatum vel carnale.

Quod autem sit spirituale, patet, *a.* per hoc quod dicit Gregorius[6]: «Quinque sunt peccata spiritualia, et duo carnalia», et loquitur de capitalibus [z], et illa duo sunt gula et luxuria; cum ergo invidia sit capitale, relinquitur quod est spirituale peccatum.

b. Item, peccatum invidiae est commune nobis et angelo malo; ergo est secundum illud quod est commune in nobis et in ipso: hoc autem commune non est caro, sed spiritus; ergo est peccatum secundum spiritum, et non secundum carnem.

---

[a] RL *ut.* [b] V om. [c] B om. [d] B om. [e] F add. *in.* [f] V *sed contra.* [g] VZ *ergo,* F *peccatum,* L *sic.* [h] BT *mortale* [i] V add. *ei.* [k] R om. [l] R add. *ille.* [m] VR *tantum.* [n] T *illud.* [o] V om. *n. e. i.,* in Z est add. mg. [p] V om. [q] R om. V om. *sicut.* [r] R *illa.* [s] B *afflictiones.* [t] Ita V, alii om. [u] V om. [v] RL om. [x] RL *disciplina,* quod F corr. [y] R om. [z] B *carnalibus.*

[1] *In Thren.,* III (PL 120, 1154 sq.); *Glossa interlin.,* in h. l., ap. Lyran.
[2] *De Gen. ad litt.,* XI, c. 14 (PL 34, 436).
[3] Loc. cit.
[4] *Moral.,* XXXI, c. 45, n. 87 (PL 76, 620 sq.).
[5] Gregor. M., loc. cit., n. 88 (PL 76, 621).
[6] Loc. cit.

c. Item, I Cor. 6, 18: *Omne peccatum, quodcumque fecerit homo, extra corpus suum est; qui autem fornicatur, in corpus suum peccat.* Peccatum ergo invidiae, cum non sit fornicatio, extra corpus est; ergo est peccatum spirituale, non corporale sive carnale.

Contra. 1. Dicitur Gal. 5, 19-21: *Manifesta sunt opera carnis, aemulationes et invidiae.* Ergo aemulatio et invidia sunt opera carnis; est ergo peccatum carnale.

2. Item, Gal. 5, 26: *Non efficiamini inanis gloriae cupidi, invicem provocantes, invicem invidentes,* Glossa [1]: « In isto peccato est torvus vultus [a], stridor dentium, pallida facies ». Ex hoc obicitur [b]: omne peccatum, quod imprimit sive facit impressionem in carne, est carnale; invidia est huiusmodi, sicut patet ex hac auctoritate; ergo invidia est carnale peccatum [c] sive peccatum in carne.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod, secundum B. Gregorium [2], invidia est peccatum spirituale.

[Ad obiecta]: 1. Ad primam ergo rationem in contrarium solvitur in [d] Glossa illa [3], quia [e] non intelligitur quod omnia opera illa ex carne procedant, sed nomine carnis intelligitur ibi homo, scilicet [f] carnalis sive carnaliter vivens: unde secundum se ipsum in homine est vivere carnaliter, et ideo dicit [g] quod haec peccata sunt opera carnis, quia, quando homo illa perpetrat, secundum carnem sive carnaliter vivit. Et hoc est quod dicit Augustinus, in Glossa illa [4], dicens: « Attende [h] quod non haec omnia, quae manifesta sunt in operibus, quae manifesta dixit esse, ad voluptatem carnis pertinent, sed vitia sunt animi, ut inimicitiae, irae. Credere etiam omnia mala accidere animae ex carne error est: non enim omnia vitae iniquae vitia tribuenda sunt carni, ne ab iis omnibus mundemus diabolum, qui carnem non habet. Sed carnis nomine totum hominem significavit, qui [i], vivendo secundum se, in haec [k] cadit: non enim habendo carnem, sed vivendo secundum se, id est secundum hominem, factus est homo similis diabolo, quia [l] et ille secundum se vivere voluit, quando *in veritate non stetit* [5] ».

2. Ad secundam rationem dicendum quod, licet hoc peccatum faciat impressionem in corpore vel carne, non tamen debet dici peccatum carnale, quia ex hac impressione non dicitur invidia esse peccatum, immo poena est illa impressio, non culpa, sicut dicimus quod poena sequitur ad culpam. Ita ergo est hic quod haec est [m] poenalis impressio, quae sequitur ex hoc quod spiritus perpetrat hoc peccatum, et licet non per carnem, tamen ex hoc est poena in carne, sequens culpam in spiritu, quia spiritus est coniunctus carni.

CAPUT VI.

DE GRAVITATE PECCATI INVIDIAE.

ARTICULUS I. 536

Utrum invidia sit gravissimum peccatum.

Sexto quaeritur de gravitate [n] istius peccati, an sit gravissimum peccatum et gravius omnibus aliis peccatis et in qua materia dicitur gravius et in quibus personis.

Ostenditur ergo quod sit gravissimum inter omnia alia peccata, quantum ad genus peccati, non [o] dico quantum ad circumstantias. 1. Chrysostomus, in *Homilia* 40 [6]: « Tale malum aemulatio est, qua utique malitia non est deterior ». Et haec aemulatio est invidia; ergo nullum malum est deterius; ergo invidia est maximum peccatum.

2. Item, ad [p] Gal. 5, 26, super illud: *Non invicem invidentes,* dicit Glossa Ambrosii [7]: « Sciendum quia, cum per omne vitium antiqui hostis virus humano cordi [q] infundatur, in zelo [r] invidiae tota sua viscera serpens concutit, et in hac

---

[a] FRL add. *et.* [b] R add. *quod*, et om. sequens *quod.* [c] R add. *est*, quod FL exp. [d] RL om., in F est add. interl. [e] RL *quod.* [f] V om. [g] B *dicunt*; V *huiusmodi* pro *haec.* [h] RL *attendite*, quod F corr. [i] BT *quia.* [k] FRL *hoc.* [l] Ita BT, alii om. [m] BT om. [n] VFRL *quantitate*; R *huius* pro *istius.* [o] V add. *enim.* [p] BT om. [q] Z *corde.* [r] V om.

1 Lombardi, in h. l. (PL 192, 161), ex Cypriano, *De zelo et livore*, c. 8 (PL 4, 644).
2 Loc. cit. 3 Loc. cit.
4 Lombardi, *In Gal. 5*, 19 sq. (PL 192, 159), ex Augustino, *De civit. Dei*, XIV, c. 2 sq. (PL 41, 405 sq.).
5 Ioan. 8, 44.
6 *In Matth.*, n. 3 (PG 57, 442).
7 Rectius Lombardi, in h. l. (PL 192, 161), ex Gregorio M., *Moral.*, V, c. 46, n. 85 (PL 75, 728) et Cypriano, loc. cit., c. 7 (PL 4, 643 sq.).

imprimenda malitia quasi pestem vomit[a]. Zelus iste modum non habet, permanens iugiter sine fine, cum alia scelera finiantur. Quanto ille, cui invidetur, successu meliore profecerit, tanto invidus in maius incendium[b] livoris ignibus inardescit[c] ». Constat ergo per hanc Glossam hoc maius et gravius esse peccatum aliis.

Ad oppositum. *a.* Peccatum invidiae est sequela alterius peccati, scilicet superbiae et etiam inanis gloriae; unde Chrysostomus[1]: « Vana gloria versutum quid est, generans invidiam et[d] aemulationem et multa alia mala ». Sed generans est deterius genito; ergo deterius est peccatum vel malum quod est vana gloria, quam invidia; non est ergo gravissimum vel maximum peccatum.

[Solutio]: 1. Ad quod dicendum quod duobus modis est loqui de invidia: uno modo quantum ad genus peccati, alio modo quantum ad nocumentum, quod ex ipsa sequitur in illo in quo est. Primo modo dicimus quod non est maximum peccatum, sed dicitur maximum secundo modo, scilicet quantum ad nocumentum, et hoc est quia illud[e] est peccatum quod maxime inter alia peccata punit suum subiectum et affligit[f]. « Aemulator enim ante eum, cui invidet, se ipsum punit[g] et nunquam quiescit[2] »: unde maxime vexat et affligit hominem invidia, et ita maximum malum ac nocumentum infert ipsi, non dimittens ipsum quiescere, et[h] quantum ad hoc dicitur a Sanctis esse maximum, scilicet quantum[i] ad nocumentum, non quantum ad genus peccati. Et quod sic intelligant[k], patet ex dictis eorum, quoniam Chrysostomus[3] post primam auctoritatem ordinate dicit et exponit se, quare vocat maximum, dicens: « Aemulator autem[l] ante eum, cui invidet, se ipsum punit et in supplicium mittit et nunquam quiescit a peccato, sed continue est in id faciendo ». — Item, Chrysostomus, in *Homilia* 55[4]: « Nihil livore deterius; ut alium perdat et se ipsum simul perdat, invidi oculus liquatur tristitia et morte vivit continua ». — Item[m], in Glossa Ambrosii[5], Gal. 5, 26: « Sequitur hinc[n] vultus tumax, torvus aspectus, pallor in facie, in labiis tremor est, stridor in dentibus, verba rabida[o] et effrenata convitia et manus ad violentiam prompta, et, si gladio interim vacua, odio tamen furiatae[p] mentis est armata ». Sic ergo patet intentio Sanctorum dicentium hoc peccatum esse gravissimum.

2. Ad auctoritatem Ambrosii dicendum quod per hoc vult designare[q] quod istud est peccatum quod respondet intimo ipsius diaboli, quasi dicat: Infundit quandoque diabolus venenum per exterius, quandoque per intimum, et sicut[r] aranea extrahit fila de intimis suis[s], sic diabolus de[t] suo intimo extrahit hoc peccatum, quia diabolus superbus effectus fuit et[u] superbiendo invidus factus fuit[6]; praeterea invidiam[v] vult homini imprimere per imitationem.

537 ARTICULUS II.

Utrum invidia sit peccatum irremissibile.

Quaeritur postea iuxta hoc utrum sit peccatum irremissibile.

Quia videtur quod sic. 1. Dicit Chrysostomus[7]: « Plasmatur os diaboli per maledictiones, contumelias et aemulationem. Qualem igitur habebimus veniam? » quasi dicat: nullam. Et post sequitur[8]: « Magis autem, scilicet habebimus, qualem non sustinebimus[x] poenam, cum[y] linguam, qua digni effecti sumus de carne gustare dominica, hanc despiciamus, quae sunt diaboli loquentes ». Ex hoc patet quod hoc peccatum non est dignum venia; ergo est irremissibile, et sic est peccatum in Spiritum Sanctum.

2. Item, Chrysostomus[9]: « Dolere nos oportet in iis quae patimur malis, non in iis in quibus alios approbari videmus », sicut, supple, facit invidia; « propterea omni privatur venia ». Hoc peccatum est igitur irremissibile, et ita maximum.

3. Item, Hieronymus[z 10]: « Non facilis est venia prava dixisse de rectis; quidam mihi manum

---

[a] Codd. *movit*; VBTZ *postem* pro *pestem*. [b] VRL *incentivum*, quod F corr. [c] RLZ *inardescet*, quod F corr. [d] V om. [e] T *quod istud* pro *q. i.* [f] R *effugit*. [g] V add. *et in supplici non mittit*. [h] R *in*, quod F corr. [i] RL om., in F est add. mg. [k] BT *intelligebant*. [l] FRL om. [m] FL *iterum*. [n] B om. [o] R *rapida*. [p] R *furiata*. [q] B *assignare*. [r] R *sic*. [s] Ita V, alii om. [t] L *in*. [u] RL *in*, quod F corr. [v] VBZ *invidia*. [x] T *sustinemus*; VRL om. *non*, in F est add. mg. [y] R *quam*; VZ (corr.) *lingua* pro *linguam*. [z] V *Chrysostomus*; Z *unde* pro *item*.

1 Cf. *In Epist. ad Gal. 5*, 26 (PG 61, 674).
2 Chrysostom., *In Matth.*, hom. 40, n. 3 (PG 57, 442).
3 Loc. cit.
4 *In Ioan.*, n. 3 (PG 59, 305).
5 Rectius Lombardi, in h. l. (PL 192, 161), ex Cypriano, *De zelo et livore*, c. 8 (PL 4, 644).
6 Cf. Augustin., *De Gen. ad litt.*, XI, c. 14 (PL 34, 436).
7 *In Matth.*, hom. 78, n. 4 (PG 58, 716).
8 Loc. cit.
9 *In Ioan.*, hom. 37, n. 3 (PG 59, 210).
10 *Epist.* 45, n. 1 sq. (PL 22, 481).

osculabantur, sed ore vipereo detrahebant », et loquitur [a] de peccato invidiae. Et si [b] non facilis venia, ergo ipsa est peccatum in Spiritum Sanctum, et ita maximum.

4. Item, Chrysostomus, in *Homilia* 55 [1]: « Fera venenosa est invidia, nequitia omni [c] excusatione privata, omnium causa et mater malorum ». Si est omni [d] excusatione privata, ergo ipsa [e] est peccatum irremissibile.

5. Item, Chrysostomus, *Homilia* 37 [*super*] *Ioannem* [2]: « Adulter, fur, homicida quasdam habent occasiones dicere, tu vero quam causam dicis? Nullam, nisi a malitia fientem solam [f] ». Si ergo nullam habet occasionem, ergo nullam [g] excusationem, et ita nullam veniam.

Ad oppositum. *a.* Peccatum istud aliquando nascitur ex superbia, aliquando ex cupiditate. Ex superbia enim nascitur, quia iste amat suam excellentiam singulariter, et ex hoc invidet excellentiae alterius: ecce quod nascitur ex superbia. Item, nascitur ex cupiditate, sicut iste invidet illi pro divitiis, videns quod non bene potest habere eas cum illo, sicut ipse vult eas habere, scilicet excellenter et singulariter: ecce quod nascitur ex cupiditate. Si ergo haec [h] peccata, quae sunt radices eius, sunt remissibilia, ergo multo magis et ipsa est peccatum remissibile.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod duplex est invidia: una respectu fraternae [i] gratiae, et haec est peccatum in Spiritum Sanctum et irremissibile [k], non quod non remittatur vel non possit remitti, sed quia non habet in se motivum ad remissionem, sicut dicunt auctoritates praedictae, quia de ista loquuntur. In aliis enim peccatis, ubi aliquis peccat ex infirmitate vel ex ignorantia, est aliquod motivum ad ipsorum remissionem et est aliqua excusatio, quia tales possunt se excusare per infirmitatem vel per ignorantiam, sed non ubi peccat homo ex malitia certa: haec autem invidia non habet excusationem infirmitatem nec ignorantiam. Sed est alia invidia, quae non est fraternae [l] gratiae, sed est personae respectu bonorum temporalium, sicut quando aliquis invidet alii propter bona temporalia, et haec potest procedere ex infirmitate. Quando enim [m] credit quod bona propria [n] minuantur vel auferantur propter bonorum vicini [o] sui dilatationem, invidet illi hoc aestimans, et haec invidia in infirmitate radicatur et secundum hoc habet motivum ad remissionem. — Et secundum hoc solvitur ad obiecta.

ARTICULUS III. 538

De comparatione invidiae hominis ad invidiam diaboli.

Adhuc etiam quaeritur de comparatione invidiae hominis et diaboli secundum quantitatem, quae scilicet illarum [p] sit maior.

Et videtur quod invidia hominis sit maior sive maius peccatum. 1. Dicit Chrysostomus, in *Homilia* 37 [3]: « Invidi feris sunt deteriores, daemonibus pares, fortasse autem [q] illis deteriores ». Ergo invidia hominis deterior est [r] quam invidia diaboli, et ita maius peccatum est.

Contra. *a.* Invidia diaboli fuit causa omnis peccati in homine [4]: unde etiam fuit causa invidiae hominis, et non e converso; ergo est maius peccatum quam invidia hominis.

b. Item, invidia diaboli est inexpiabilis sive irremediabilis [5]: unde Augustinus [6] dicit quod « diabolus reus est illa inexpiabiliter ». Sed invidia hominis est expiabilis; ergo deterior est invidia diaboli quam invidia hominis, et ita maius peccatum.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod invidia diaboli simpliciter deterior est [s] et maior, et hoc est quia invidia diaboli est [t] inexpiabilis et continua respectu hominis: unde continue ipsi invidet; sed invidia hominis expiabilis est nec est continua, et ideo illa simpliciter maior est ista.

[Ad obiecta]: 1. Ad illud ergo quod [u] obicitur quod invidia hominis sit [v] maior, ex auctoritate [x] Chrysostomi, dicendum quod Chrysostomus dicit hoc ratione cuiusdam circumstantiae, quae est circa invidiam hominis et non circa invidiam diaboli; homo enim invidet homini: unde

---

[a] R *loquebatur.* [b] V *sic.* [c] Ita V, alii om. [d] BT *omnium,* R *causa.* [e] F om. [f] R *illam.* [g] V add. *habet.* [h] RL om., in F est add. mg. [i] VBT *superne.* [k] B *irremediabile;* RL om. *et,* in F est add. interl. [l] Ita F (corr.), alii *superne;* T om. *est.* [m] R om. [n] BT add. *temporalia.* [o] V *inimici.* [p] Ita V, alii *illorum.* [q] Z *de.* [r] FRLZ om. [s] T om. [t] V om. [u] Ita V, alii *quod ergo* pro *A. i. e. q.* [v] V *esset.* [x] R *voluntate.*

1 *In Ioan.*, n. 3 (PG 59, 306).
2 Num. 3 (PG 59, 210).
3 Loc. cit.
4 Cf. supra, num. 79.
5 Cf. supra, num. 75.
6 *De discipl. christ.*, c. 7 (PL 40, 673).

rei suae naturae invidet; sed diabolus non invidet rei suae naturae: unde daemon non invidet daemoni, et quantum ad hanc circumstantiam loquitur Chrysostomus. Tamen [a] simpliciter maior est invidia diaboli, sicut dictum est [1]. Unde ipse etiam Chrysostomus in illa auctoritate bene tangit quo modo invidia illorum sit [b] maior et quare nostra maior [c], dicens [2]: « Illi », scilicet daemones, « ad nos inexpiabilem habent invidiam », et ideo dicitur maior. « Iis autem, qui sunt eiusdem generis, non insidiantur », scilicet daemones, id est [d] non invident rei suae naturae, et ideo dicitur minor. « Ii [e] autem », scilicet homines, « neque communione verecundantur », id est [f] non verecundantur invidere rei suae naturae. Et sic se habent ut excedentia et excessa in aliquibus; illa tamen invidia, quae est diaboli, simpliciter est maior.

539 ARTICULUS IV.

Utrum invidia sit idem peccatum quod superbia.

Adhuc etiam quaeritur de comparatione invidiae ad alia peccata I. et specialiter ad peccatum superbiae, an sit idem peccatum quod superbia.

Et ostenditur quod sic. 1. Augustinus, in libro *Confessionum* [3]: « Invidia de excellentia litigat. Quid te excellentius? » Ergo motivum invidiae est excellentia; sed [g] hoc idem est motivum superbiae; ergo idem habent motivum superbia et invidia: motivum enim superbiae est excellentia. Unde dicit ibi Augustinus [4]: « Superbia celsitudinem imitatur, invidia de excellentia litigat, ira de vindicta. Sed quid te, Domine, celsius? Quid te excellentius? Quid te potentius? » Unde per hoc concludit [5] quod « perverse imitantur te », scilicet Deum, « omnes, qui longe se a te faciunt » etc. Sed peccata, quae habent idem motivum, sunt eadem, quoniam peccata per motiva differunt; ergo idem peccatum sunt superbia et invidia.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod non sunt idem peccatum.

Ad obiectum 1. autem dicendum quod aliter accipitur [h] excellentia, prout dicitur motivum superbiae et invidiae, quia excellentia, quae est superbiae, non ponit [i] quod diminuatur vel auferatur bonum in alio, sed excellentia invidiae hoc ponit. In superbia enim est amor excellentiae, id est celsitudinis [k], et hoc est magnitudinis in potentia vel magnitudinis in aliquo alio bono, sed non ponit quod [l] auferatur vel minuatur aliquid in alio. Unde superbus vult excellere super alios, sed non appetit ratione superbiae quod aliquis amittat aliquid nec auferatur vel minuatur bonum suum, sed appetit excellere super ipsum. Sed excellentia in [m] invidia dicitur comparative, quia invidus vult super alios excellere et eorum excellentiam vel bonum minui vel auferri, et hoc est, quia, sicut dictum est [n 6], appetit excellere singulariter; unde singularitas adiuncta est suae excellentiae, et ratione illius appetit bonum in alio minui vel auferri, et ideo dicitur litigare de excellentia, et ita non est idem proprium motivum hic et ibi.

II. Iuxta hoc quaeritur de hoc quod dicit Augustinus [o], in libro *Confessionum* [7]: « Perverse te imitantur omnes, qui longe se a te faciunt ». Ergo invidus perverse imitatur Deum, et similiter superbus; quo modo ergo differt haec perversa imitatio?

[Solutio]: Ad quod dicendum quod superbus imitatur perverse [p] Deum in appetitu celsitudinis: appetit enim superbus celsitudinem sive magnitudinem; « et quid te, Domine [q], celsius? » ut dicit Augustinus [8]. Invidus autem Deum perverse imitatur in appetitu [r] singularitatis et immutabilitatis, quia vult et appetit invidus quod suum bonum non esset mutabile, id est [s] quod non posset minui nec posset ipsi [t] noceri, sicut summo bono non [u] potest noceri, et ideo, quia non est ita, invidet illi a quo aestimat sibi in suo bono posse noceri, et sic patet differentia.

---

[a] Z *non.* [b] Ita BT, alii om.; R om. *et.* [c] F add. *est.* [d] V om. *i. e.* [e] T *iis.* [f] V *et* pro *i. e.* [g] R *secundum.* [h] B *excipitur.* [i] RL *potest,* quod F corr. [k] V *excelsitudinis.* [l] R om., in F est add. interl., in L add. mg.; B *et* pro *vel.* [m] BT om., in L est add. interl. [n] R om. [o] V *Dionysius.* [p] V om. [q] R *dicunt.* [r] RL *appetitum,* quod F corr. [s] V *et* pro *i. e.,* quod Z corr. [t] B om. [u] R om., in F est add. interl., in L add. mg.

1 Hic, in *Solutione.*
2 Loc. cit.
3 Lib. II, c. 6, n. 13 (PL 32, 681).
4 Loc. cit.
5 Loc. cit., n. 14 (PL 32, 681).
6 Cf. supra, p. 525, *ad 6.*
7 Cf. nota 5.
8 Loc. cit., n. 13 (PL 32, 681 sq.).

CAPUT VII.

DE SUBIECTO INVIDIAE.

ARTICULUS I. 540

In qua vi animae sit invidia.

Septimo quaeritur de subiecto invidiae. Et primo quaeritur in qua vi animae sit, utrum in rationali vel concupiscibili vel irascibili.

Quod autem sit in concupiscibili, ostenditur, *a.* quoniam invidia est odium sive dolor; sed odium et dolor sunt in vi animae concupiscibili; ergo invidia est in concupiscibili. — Quod autem odium et dolor sint in concupiscibili, patet, quoniam contraria nata sunt fieri in eadem vi[a 1]; sed amor et odium sunt contraria, gaudium et dolor sunt contraria; ergo, cum amor et gaudium sint in concupiscibli, odium et dolor erunt in concupiscibili.

Ad oppositum. 1. Invidere est sibi displicens nolle videre; sed nolle videre[b] ad vim rationalem pertinet sicut et velle videre; ergo invidia est in vi rationali.

2. Item, Seneca[2], loquens de invidia, dicit: « Quidquid mente fugimus, ingestum oculis vix videmus ». Si ergo videre ad rationalem vim pertinet, ergo et invidere.

3. Quod autem sit in irascibili, videtur, quia, ut dicit Augustinus, in libro *Confessionum*[3], « invidia litigat de excellentia ». Sed litigatio est in vi[c] irascibili; ergo invidia erit[d] in irascibili.

[Solutio]: Et dicendum, sicut supra dictum est[4], quod in invidia sunt tria, quorum unum est principale, reliquum consequens ad illud et manifestativum[e] ipsius. Primum est displicentia visionis sive quae est secundum visionem, et haec displicentia dicitur non-acceptatio[f]; secundum est dolor vel odium, et per illum dolorem vel odium manifestatur illa displicentia visionis sive illa non-acceptatio; tertium vero est in quo radicatur, scilicet ira. Quantum ergo[g] ad primum est invidia in vi rationali, quia acceptare, non-acceptare[h], displicere, placere sunt in[i] rationali. Quantum[k] ad dolorem vel odium consequens[l] dicimus quod est in concupiscibili, tamen differenter, sicut supra dictum est[5]. Quantum vero ad radicem est in vi irascibili. — Et secundum ista procedunt rationes.

ARTICULUS II. 541

Cuius sit invidere.

Adhuc etiam quaeritur cuius sit invidere. Et primo quaeritur utrum omnis[m] minoris sit invidere, hoc est quaerere utrum omnis qui invidet, necessario minor sit illo cui invidet, in eo quod sic[n], vel secundum veritatem vel saltem secundum sui aestimationem, ut scilicet credat se esse minorem illo.

Et ostenditur quod sic, *a.* quoniam Iob 5, 2 habetur quod *parvulum occidit invidia;* ergo oportet necessario quod ille, qui invidet alii, sit parvulus, hoc est minor vel inferior secundum veritatem vel saltem se ipsum reputet minorem. Et hoc etiam[o] dicit Glossa[6] super illum locum: *Parvulum occidit invidia:* « Ei invidet[p] quem putat esse maiorem ».

b. Item, Gregorius[7]: « Nisi ipse alio inferior existeret, de bono illius non doleret ». Ergo semper qui invidet minor est vel minorem se reputat.

c. Item, Hieronymus[8]: « Si invideris, minor eris; nam[q] qui invidet, minor est ».

Ad oppositum. 1. Augustinus, in libro *De virginitate*[9], dicit quod diabolus superbiendo invidus effectus[r] est, et per hoc vult quod ex

---

[a] T *circa idem* pro *i. e. v.* [b] RLZ om. *s. n. v.*, in F est add. mg.; R om. *vim*, in F est add. interl.; V om. *sed... vim.* [c] VF om. [d] FRL *est.* [e] R *manifesta differentia.* [f] B om. *non.* [g] V om. [h] B om. *n. a.* [i] B add. *vi.* [k] BT add. *autem.* [l] Ita V, F *sequentem*, alii *consequentem.* [m] V om. [n] BT *sit.* [o] RL add. *secundum quod*, quod F delev. [p] V *cum videt* pro *e. i.* [q] R *namque.* [r] F om.

1 Cf. Aristot., *De categor.*, c. 8 (I, 21).
2 Cf. *De ira*, I, c. 16, n. 13.
3 Loc. cit.
4 Cf. supra, p. 524, in *Solutione, ad 1.*
5 Loc. cit., *ad* 2.
6 *Ordin.*, in h. l., ap. Lyran., ex Gregorio M., *Moral.*, V, c. 46, n. 84 (PL 75, 728).
7 Loc. cit.
8 Cf. potius Chrysost., *In Matth.*, hom. 40, n. 4 (PG 57, 443).
9 Cap. 31 (PL 40, 413).

superbia generatur invidia; sed superbus, in eo quod superbus, aestimat se esse super alios et maiorem illis; et [a] ex superbia nascitur invidia simul cum illa; ergo in superbo est invidia; sed superbus se aestimat maiorem; ergo et invidus; aut simul idem se aestimat maiorem et minorem; est ergo aliquando invidentia ipsius superioris et non semper minoris.

2. Item, dicit Gregorius[1] quod « semper invidia de superbia nasci solet ». Et iterum, Augustinus[2] dicit quod superbiam « sequitur invidia tamquam pedissequa, quibus duobus malis diabolus est diabolus ». Et iterum, Augustinus, *Super Genesim*[3], dicit quod « invidendi causa est superbia, quae est amor propriae excellentiae ». Si ergo superbia semper est excellentioris sive superioris vel simpliciter vel secundum aestimationem, ergo et [b] invidia, quae ipsam sequitur et ex ipsa nascitur, quia aliter ei non conformatur, et ita invidus non semper minor est.

[Solutio]: Ad quod dicendum [c] quod invidia, in quantum huiusmodi, semper est minoris sive inferioris, et hoc vel qui minor [d] secundum veritatem vel qui minorem se reputat: unde invidus ut sic [e] semper minor est vel minorem se reputat [f].

[Ad obiecta]: 1-2. Ad rationes [g] in contrarium dicendum [h] quod superbus non aestimat se superiorem respectu eius cui invidet, sed respectu alterius; respectu autem alterius, cui [i] invidet, aestimat se esse inferiorem, et hoc vel in praesenti vel in futuro, vel si respectu eiusdem personae, hoc tamen est quantum ad diversa [k] quae sunt in illa persona. Unde diabolus respectu alterius in homine invidebat et [l] respectu alterius superbiebat, ut videbitur [m] [4]. Unde, licet sint simul, non tamen respectu eiusdem, et ideo non sequitur inconveniens: aliquis enim bene potest se aestimare maiorem quam sit respectu alicuius et minorem respectu alterius. Dicitur autem diabolus superbiendo effectus invidus, quia superbiendo cecidit [n]; videns autem se cadere, invidit homini, quem videbat possibilem ad bonum, ad quod per suam superbiam factus fuit impossibilis. Et, licet invidia nascatur de superbia, non tamen oportet quod, si haec [o] est superioris, in quantum huiusmodi, quod et [p] similiter illa. In alio [q] enim est conformitas, quia bene dico quod invidus [r] appetit suam excellentiam sicut superbus, et ex hoc sequitur ultra quod timet se esse minorem aliis in praesenti vel in futuro, et ideo invidet illis.

CAPUT VIII.

RESPECTU CUIUS SIT INVIDIA.

542 ARTICULUS I.

Utrum sit invidia respectu paris vel superioris vel inferioris.

Octavo quaeritur respectu cuius est invidia, scilicet utrum sit invidia respectu paris vel [s] respectu superioris vel respectu inferioris.

Videtur ergo quod invidere semper sit respectu superioris, *a.* quia dicit Gregorius[5]: « Invidere non possumus nisi eis quos [t] nobis in aliquo meliores putamus ». Ergo invidus illum, cui invidet, semper reputat meliorem, et ita superiorem; semper ergo invidet illi quem aestimat esse superiorem, et non pari vel inferiori.

Ad oppositum. 1. Augustinus, *Super Genesim ad litteram*[6], dicit: « Qui amant excellentiam vel paribus invident, quibus aequantur, vel superioribus, quibus [u] non aequantur, vel inferioribus, ne eis aequentur ». Ergo invidere est respectu paris et [v] respectu inferioris, non solum respectu superioris [x].

[Solutio]: 1. Ad quod dicendum quod invidia, in quantum huiusmodi, semper est respectu superioris vel in praesenti vel in futuro: superioris [y], dico, vel simpliciter vel secundum [z] aestimationem invidentis. Unde invident paribus, non

---

[a] RL om. [b] L om. [c] Z add. *est.* [d] B add. *est.* [e] T *sit.* [f] B om. *unde... reputat.* [g] L *rationem.* [h] Ita BT, alii add. *est.* [i] T add. *etiam;* V om. *r. a. a.* [k] F *iversa,* quod L corr.; V *adversa* pro *a. d.* [l] RL om., in F est add. interl. [m] V *videbatur,* quod FRL corr. [n] BT *tendit.* [o] V *hoc.* [p] L om. [q] V *alia.* [r] V *invidia.* [s] BT *aut.* [t] T om.; R *quod,* quod L corr. [u] T *qui.* [v] L *vel;* V add. *etiam respectu superioris et inferioris.* [x] V add. *et inferioris.* [y] RLZ *superius.* [z] R om.

1 *Moral.*, XVIII, c. 32 (PL 76, 65).
2 Loc. cit.
3 Lib. XI, c. 14 (PL 34, 436).
4 Cf. hic, parum infra.
5 *Moral.*, V, c. 46, n. 84 (PL 75, 727).
6 Loc. cit.

quia pares, sed ne fiant illis superiores; et [a] invident inferioribus, non quia inferiores, sed ne eis [b] aequentur et per hoc etiam ascendant [c] in tantum ut fiant superiores; invident autem superioribus, quia sunt superiores. Unde respicit invidia semper superiorem vel in praesenti vel in futuro, et hoc satis [d] bene determinat praedicta auctoritas Augustini [1].

ARTICULUS II. 543

Utrum aliquis possit invidere sibi ipsi.

Consequenter quaeritur utrum aliquis possit invidere sibi ipsi.

Et ostenditur quod sic, 1. quoniam Eccli. 14, 6 dicitur: *Qui sibi invidet, nihil est eo nequius.* Ex quo videtur quod aliquis potest invidere sibi.

2. Item, caritas et invidia opponuntur; sed caritas respicit non tantum bonum alienum, immo etiam bonum proprium; ergo et invidia respicit utrumque, ut sit non tantum in odio boni alieni, immo etiam in odio boni sui, secundum quod dicitur in Psalmo [2]: *Qui diligit iniquitatem, odit animam suam.*

Ad oppositum. *a.* Quilibet naturaliter amat bonum suum; sed amare bonum suum et odire sunt opposita contraria; ergo nullus odit bonum suum; sed quicumque invidet alicui, odit bonum eius; ergo nullus invidet sibi.

Solutio: Dicendum quod, proprie loquendo, nullus sibi invidet, tamen potest se habere ad modum invidentis sibi, et hoc habendo suum bonum odio, non in quantum bonum, sed in quantum ei [e] nocivum, scilicet secundum quod apprehendit bonum spirituale, quod est ei grave et laboriosum et difficile, sicut est bonum poenitentiae, et ideo in quantum tale odit illud, non in quantum bonum sibi. Et ideo, quia [f] invidus odit bonum, quod est alii bonum, sibi tamen nocivum, iste autem non odit bonum proprium ut sic, sed in quantum est ei grave et laboriosum, non dicitur iste invidus proprie, sed se habens ad modum invidentis sibi, quia [g] scilicet odit illud quod esset ei bonum, si faceret; non tamen odit illud quia bonum, sed quia sibi [h] malum vel nocivum sive poenale. Et [i] sic patet cuius sit [k] invidia et respectu cuius sit [l].

CAPUT IX. 544

CUI OPPONITUR INVIDIA [3].

Nono quaeritur cui opponitur invidia.

Et videtur quod caritati, *a.* per hoc quod dicit Augustinus [4]: « Ubi est invidia, ibi amor fraternus esse non potest ». Sed amor fraternitatis est caritas; ergo invidia opponitur caritati.

Quod autem opponatur 1. misericordiae, videtur, quoniam misericordiae est compati alienis malis et congratulari alienis bonis [5]; sed contrarium facit invidia, quia gaudet de alieno malo et dolet de [m] alieno bono; ergo opponitur misericordiae.

2. Quod autem opponatur gaudio, quod est fructus Spiritus Sancti [6], ostenditur sic: quia gaudium illud [n] est de bonis proximi; et similiter invidia est de illis per oppositum, quoniam tristatur de illis; ergo opponuntur invicem.

[Solutio]: Et dicendum [o] quod invidia cum omnibus istis [p] habet oppositionem, sed differenter, quoniam in invidia intelligitur odium, et ratione illius opponitur amori vel caritati, quia odium illud [q] est de bonis proximi, quae caritas respicit per oppositum [r]. — Item, in invidia intelligitur dolor, et ratione illius doloris opponitur misericordiae, quia invidia dolet [s] de bonis alienis et gaudet de malis alienis. Misericordia autem e contrario se habet, secundum quod habetur Rom. 12, 15: *Gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus;* hoc est enim opus misericordiae. — Item, in [t] invidia intelligitur tristitia; ratione ergo eius quod in [u] invidia est tristitia, opponitur gaudio, quod est fructus Spiritus Sancti. Et sic diversis opponitur invidia et secundum diversas rationes, ut dictum est [7].

---

[a] V om. [b] Ita V, alii om. [c] RL *ascendunt,* quod F corr. [d] Z *sat.* [e] V om. [f] V *quasi.* [g] RL *quasi.* [h] Ita BT, alii om. [i] L om. [k] RL om. [l] FRL om.; R *sive* pro *et.* [m] V om. [n] V om. [o] L om. *e. d.* [p] RL om., in F est add. mg. [q] FR om. [r] R *oppositionem;* L om. *in,* in B est add. mg., in Z add. interl. [s] V *debet.* [t] L om. [u] VBTZ om., in L est add. interl.

1 Cf. supra, sub n. 1. 2 Psalm. 10, 5.
3 Cf. Ioan. de Rupella, *Summa de vitiis* (fol. 20a).
4 *De catechiz. rudib.,* c. 4, n. 8 (PL 40, 315).
5 Cf. Augustin., *De civit. Dei,* IX, c. 5 (PL 41, 261).
6 Cf. Gal. 5, 22.
7 Hic in *Solutione.*

545

CAPUT X.

DE DIFFERENTIA INVIDIAE AD AEMULATIONEM.

Decimo quaeritur de differentia invidiae ad aemulationem.

Nam videntur esse idem invidia et aemulatio, 1. quoniam Chrysostomus[1] indifferenter accipit unum pro alio; hoc autem non faceret, si haberent differentiam.

2. Item, in Psalmo [a] [2]: *Noli aemulari in malignantibus,* et '*aemulari*' [b] ibi est invidere [3]; si ergo unum sumitur pro alio in Sacro Canone, ergo idem sunt.

Ad oppositum. *a.* Gal. 5, 19-21: *Manifesta sunt opera carnis, aemulationes, invidiae* etc. [c] Constat quod [d] ibi Apostolus numerat aemulationem contra invidiam et unum ab alio distinguit; non sunt ergo idem.

[Solutio]: Et dicendum quod duobus modis accipitur invidia: uno modo prout peccatum capitale dicitur et continet in se omnes ramos procedentes ab ipsa tamquam a stipite, et hoc modo continet aemulationem nec differt aemulatio ab invidia, immo unum est alterum. Secundum autem quod sumitur utrumque proprie, secundum quod sumuntur [e] Gal. 5, 20 ubi dicit: *Aemulationes, invidiae,* — invidia enim ibi dicitur in corde, aemulatio in opere [f]; unde dicit Glossa [4] quod « aemulationes sunt [g], quando duo ad idem tendunt » — et sic dicitur invidia in actu interiori, aemulatio autem in actu [h] vel effectu exteriori, et hoc modo distinguuntur ab invicem [i] aemulatio et invidia, et sic sumuntur [k] ibi. Sumendo tamen generaliter invidiam, sic accipitur in Scripturis Sacris unum pro alio et e converso.

546

CAPUT XI.

UTRUM INVIDIA SIT MATER OMNIUM PECCATORUM.

Undecimo quaeritur utrum invidia sit mater omnium peccatorum.

Et videtur quod sic. 1. Dicit [l] Chrysostomus, in *Homilia* 55 [5]: « Fera venenosa est invidia, nequitia excusatione privata, omnium causa et mater malorum ».

Ad oppositum. *a.* Tob. 4, 14: *Superbiam in tuo animo dominari non permittas; ex ipsa* [m] *enim sumpsit initium omnis perditio.* Omne ergo peccatum causatur ex superbia; ergo et invidia causatur ex superbia; ergo non est invidia mater omnium malorum.

[Solutio]: Et dicendum quod, cum dicitur invidia [n] mater omnium malorum [o], hoc non dicitur per se, sed occasionaliter, quia hoc est dictu 'invidia est mater omnium malorum', id est nocumentorum, quibus nocetur proximo. Sed, cum superbia dicitur initium omnis mali, hoc intelligitur sive in se ipso sive in alio; unde superbia diaboli initium est omnis mali sive in diabolo sive in alio. Unde invidia est mater omnium malorum, id est [p] nocumentorum in genere, scilicet respectu proximi, superbia universaliter [q] respectu sui et alterius.

---

[a] V *Psalm.* pro *i. P.* [b] LZ *emulare;* V om. *et.* [c] V om. [d] V *cum.* [e] B om. *utrumque... sumuntur.* [f] FRL *operatione.* [g] B om. [h] V om. *interiori... actu.* [i] R om. *a. i.* [k] BRLZ *sumitur,* quod F corr. [l] V add. *enim.* [m] L *ipso.* [n] R add. *est.* [o] B om. *Et... malorum.* [p] T om. *i. e.;* V *unde superbia diaboli initium est omnis mali scilicet* pro *unde... id est.* [q] V *vult.*

[1] *In Matth.,* hom. 40, n. 3 (PG 57, 442).
[2] Psalm. 36, 1. [3] Cf. Lombard., in h. l. (PL 191, 367).
[4] Lombardi, in h. l. (PL 192, 159).
[5] *In Ioan.,* n. 3 (PG 59, 306).

TITULUS III.

DE IRA [1].

Consequenter dicendum est de peccato irae. Circa quam plura sunt quaerenda:

Et primo quaeritur [a] quid sit ira secundum rationem;

secundo [b], utrum irasci sit malum secundum se;

tertio, utrum sit aliqua quatuor passionum vel perturbationum [c], quas ponit Augustinus et Tullius;

quarto, quaeritur de motivo huius peccati;

quinto, quaeritur [d] an sit peccatum;

sexto, an sit capitale vitium;

septimo, de comparatione eius ad invidiam;

octavo, an sint ibi istae [e] differentiae peccati: veniale, mortale;

nono, de quantitate istius peccati in se et in comparatione;

decimo, an sit causa omnium malorum;

undecimo, de eius opposito;

duodecimo, de poena huius peccati.

CAPUT I. 547

QUID SIT IRA [2].

De primo sic: Ponitur a Cassiodoro [3] super illud Psalmi [4]: *Domine, ne in furore* [f] etc., una eius definitio, quae talis est: « Ira est motus animi concitatus, ad poenam provocans inferendam ».

Item, alia definitio eius ponitur super illud Matth. 5, 22: *Ego autem dico: qui irascitur fratri suo,* quae talis est [5]: « Ira est omnis motus malus ad nocendum ».

Tertia ponitur a Damasceno [6]: « Ira est fervor eius qui circa cor [g] est sanguinis, ex evaporatione fellis vel perturbatione [h] fiens ».

Quarta eius definitio ponitur ab Augustino [7], quae talis est: « Ira est tristitia ex impotentia ulciscendi se », et accipit eam ex Philosopho [8].

I. Quaeritur ergo in quo distinguuntur istae definitiones, 1. quoniam haec ultima non videtur posse stare cum prima et secunda, quoniam in prima determinatur ira per motum, et ille motus est insurgere ad poenam inferendam; ad hanc similiter redire videtur secunda, quae est Matth. 5, 22. In prima ergo et secunda dicitur ira motus ordinatus ad vindictam; sed in quarta, quae est Augustini, dicitur contrarium, quoniam dicitur ira « tristitia ex impotentia ulciscendi se ». Ergo non videtur haec definitio posse stare cum prima.

2. Praeterea, si ira dicitur motus, aut motus qui est operatio aut motus qui est passio: Damascenus [9] enim distinguit inter operationem et passionem. Si passio, tunc ergo deberet definiri per passionem. Praeterea, ira, secundum quod est passio, est poena; ergo ira, quae est peccatum, non est passio, immo ad ipsam sequitur passio; est ergo ira, quae est peccatum, operatio.

Sed contra. *a.* Damascenus [10]: « Operatio est motus qui est secundum naturam, passio vero est motus qui praeter naturam est ». Si ergo motus [i] peccati dicitur praeter naturam, ergo ira [k], in quantum peccatum, dicitur esse in genere passionis et non in genere operationis; ergo ira est motus qui est passio, non qui est operatio.

---

[a] BT om.; R *primo* pro *E. p. q.* [b] FL add. *queritur.* [c] RL *turbationum,* quod BF corr. [d] BT om. [e] V om. [f] FRL add. *tuo arguas me.* [g] V *quod.* [h] Codd. *per returbationem;* B *ut* pro *vel.* [i] R *virtus.* [k] R *iram.*

[1] In cod. Assisiensi 138, fol. 89b-90b, plura sequentium occurrunt.

[2] Cf. Ioan. de Rupella, *Summa de vitiis* (fol. 20b).

[3] In h. l. (PL 70, 61), ex Augustino, in h. l. (PL 36, 92).

[4] Psalm. 6, 1.

[5] Cf. Raban., in h. l. (PL 107, 806), verbotenus in *Glossa ordin.,* in h. l., ap. Lyran.

[6] *De fide orthod.,* II, c. 16 (PG 94, 931).

[7] Cf. *De civit. Dei,* XIV, c. 15, n. 2 et c. 6 (PL 41, 424, 409); *Contra Adimant.,* c. 11 (PL 42, 142).

[8] Cf. Cicero, *Tuscul.,* III, c. 5 et IV, c. 9; Aristot., *Ethica ad Nicom.,* VII, c. 6 (II, 82).

[9] Loc. cit., c. 22. (PG 94, 939).

[10] Loc. cit. (PG 94, 942).

II. Praeterea, quo modo stat cum illa ipsa definitio, quam ponit Philosophus[1], quod ira est appetitus poenae, quoniam huiusmodi appetitus praecedit illam insurrectionem[a], quam dicit prima definitio? Alio ergo modo idem dicunt vel sunt rationes eiusdem.

[Solutio]: I. Dicendum quod ira duplex habet esse, scilicet esse naturae et esse moris. Secundum quod habet esse naturae, sic definitur a Damasceno quod[b] « ira est fervor sanguinis » etc. et[c] ab Augustino, cum dicit: « Ira est tristitia ex impotentia » etc. Ira enim, cum sit passio coniuncti, causam habet ex parte corporis et ex parte animae: causa ex parte corporis[d] tangitur in definitione Damasceni; causa eius[e] ex parte animae datur in[f] hac definitione Augustini, et ex iis habet ira suum esse. — Item, ira habet esse moris, et sic inquirimus hic de ipsa, quia loquimur de ira quae est peccatum; et quantum ad hoc esse definitur a Cassiodoro et a Philosopho et a Rabano, Matth. 5, 22, quoniam definitur ab eis ira prout deordinat ab optimo, et istud est secundum esse morale, quo vitium est vel peccatum, quia non ratione passionis purae dicitur peccatum, immo poena; sed cum hoc dicit actionem quamdam, per quam deordinativa est ab optimo fine, eo quod deordinat hominem quantum ad proximum et etiam[g] quantum ad Deum: vult enim expetere a se vindictam, quam non debet nisi a Deo vel a iudice constituto sub Deo[h] expetere.

Et dicendum est quod definitio Augustini respicit iram prout est passio, prima vero definitio et secunda dantur de ira in quantum est actus. Est enim irascibilem considerare, ut est vis passiva ex apprehensione apparentis nocivi, cui non credit resistere, et est iterum vis activa. Primo modo est in ea passio ex impotentia ulciscendi; secundo modo est in ea actus prout insurgit ad vindictam. Et secundum has duas rationes distingui possunt supra dictae rationes: ex parte, qua est passiva, duae definitiones; ex parte, qua est activa, aliae duae.

Et notandum[i] de definitione Rabani, Matth. 5, 22: « Ira est omnis motus malus ad nocendum », quod dicitur ibi « omnis », id est perfectus, ad notandum illum motum irae qui est in prohibitione. Potest enim dici « omnis motus » universaliter, et tunc comprehendit motum irae[k] cui consentitur et motum irae cui non consentitur[l]: unde tunc comprehendit primum motum cui non consentitur, de quo dicitur ibidem in Glossa[2]: « Subitus motus, cui non consentitur[m], propassio est; cum autem consentitur, passio, et tunc est mors in domo[3] »; et sic intelligitur hic « omnis » universaliter, ut dicatur semper ira motus, qui est in irascibili ex libidine, sive consentiatur ipsi sive non. Si autem intelligatur « omnis », id est perfectus, tunc coarctatur[n] ad illum motum qui cadit in consensum rationis.

II. Ad secundo[o] vero quaesitum dicendum est quod operatio et passio[p] dicuntur multipliciter. Operatio enim potest dici actus potentiae naturalis, et secundum hoc non[q] dicetur peccatum; vel potest dici actus libidinosus ipsius potentiae, et secundum hoc est peccatum. Similiter passio potest dici dupliciter: uno modo secundum quod cadit in genere qualitatis, alio modo secundum quod cadit in genere passionis. Secundum quod cadit in genere passionis, sic est poena et sequela peccati; secundum quod cadit in genere qualitatis dicit quamdam dispositionem potentiae, quae relinquitur ex apprehensione motivi, et uno modo est secundum naturam primitus institutam, alio vero[r] modo secundum naturam corruptam[s]. Et de hoc expressius loquitur Damascenus, in tractatu *De passione et operatione*[4].

548

CAPUT II.

UTRUM IRASCI SIT MALUM SECUNDUM SE[5].

Secundo quaeritur utrum irasci secundum se sit malum vel peccatum.

Ad quod sic: *a.* Ioannes Chrysostomus[t 6]: « Irasci non est peccatum, sed intemporanee facere ». Et ideo ipse addit[u 7] illi quod dicitur Matth. 5, 22: *Omnis, qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio:* « Verum est, sine causa », hoc est si sine causa[v] irascitur; ergo irasci secundum se non est peccatum.

---

[a] B *sui rationem*, R *insurreptionem*. [b] RL *quia*, quod F corr. [c] Z om. [d] T (interl.) *que* pro *et ex... corporis*. [e] RL om., in F est add. interl. [f] RL om. [g] F om. [h] Z (corr.) *subdendo* pro *s. D.* [i] BT add. *quod*. [k] L om. [l] V om. *et... consentitur*. [m] Z add. mg. *vel*. [n] B om. [o] FRL *secundum*. [p] BT *domini*. [q] V om. [r] V om. [s] FR *correptam*, quod L corr. [t] R *Damascenus*. [u] FRL *adicit*. [v] V om. *h. e. s. s. c.*

1 Cf. *Ethica ad Nicom.*, VII, c. 6 (II, 82).

2 *Ordin.*, in h. l., ap. Lyran., ex Hieronymo, *In Matth. 5*, 28 (PL 26, 38) et *In Ezech. 18*, 2 (PL 25, 168sq.).

3 Cf. Augustin., *De serm. Domini in monte*, I, c. 12, n. 35 (PL 34, 1247).

4 Cf. *De fide orthod.*, II, c. 22 (PG 94, 939sqq.).

5 Cf. Guil. Altissiod., *Summa*, II, tr. 22, c. 1 (fol. 88c).

6 *In Matth.*, hom. 16, n. 7 (PG 57, 248).

7 Chrysost., *In Matth.*, hom. 17, n. 1 (PG 57, 256); Pseudo-Chrysost., *In Matth., opus imperfect.*, hom. 11, n. 22 (PG 56, 690sq.); cf. Hieronym., *In Matth. 5*, 22 (PL 26, 36).

b. Item, dicit Chrysostomus[1]: « Psalmista dicit[2]: *Irascimini et nolite peccare;* ergo concessit irasci et prohibuit peccare ». Ergo irasci secundum se non est peccatum.

c. Item, irasci secundum se est commune ad iram per zelum et iram per vitium[a]; sed malum peccati, in quantum huiusmodi, nunquam est commune vitio et virtuti; irasci autem secundum se commune est vitio et virtuti, quoniam ira per zelum virtus est, ira per vitium vitium est[3]; ergo irasci secundum se non est peccatum.

d. Item, Christus assumpsit omnes nostras passiones indetractabiles[b], illas autem quae detractabiles[c] sunt, non assumpsit[4]; sed ipse assumpsit iram, ut patet Ioan. 2, 15-17, quando eiecit vendentes et ementes de templo; unde etiam subditur ibi[d] illud[5]: *Zelus domus tuae comedit me,* et dicit Glossa[6] quod zelus « est fervor animi, quo mens, abiecto humano timore, pro defensione veritatis accenditur[e] ». Ira igitur secundum se non est malum.

e. Item, Damascenus[7] dicit quod « ira est desiderium punitionis ». Sed istud est indifferens, quia potest fieri ex causa bona et ex causa non bona; unde bene et male potest fieri, scilicet vel zelo iustitiae vel libidine vindictae; ergo ira secundum se est indifferens[f]; ergo irasci secundum se[g] non est malum.

f. Item, nullus actus dicens de se[h] deformitatem est in Deo; si ergo irasci de Deo dicitur, relinquitur quod non est actus de se dicens deformitatem; non est ergo actus culpabilis de se. — Minor patet. Dicitur in Psalmo[8]: *Iratus est furore Dominus,* et in multis aliis locis Scripturae[9] simile habetur.

Ad oppositum. 1. Dicitur super illud Matth. 5, 22: *Ego autem dico vobis quia omnis qui irascitur,* Glossa[10]: « Plus impono, omnino non irasci ». Ergo irasci omnino secundum se prohibitum est a Salvatore; sed omne tale est[i] malum secundum se: nam eo modo est malum quo modo est prohibitum; si ergo secundum se est prohibitum, secundum se est malum.

2. Item, super illud[11]: *Irascimini et nolite peccare,* Glossa[12]: « Venialis est ira, quae non ducitur ad effectum »; et si ducitur ad effectum, malum est; si etiam non, malum est[k]. Sed omnis ira vel ducitur ad effectum vel non ducitur; ergo omnis ira est peccatum, scilicet secundum omnem sui differentiam; sed omne tale est secundum se malum; ergo ira est secundum se malum.

3. Item, omne quod hebetat mentem, quae[l] est imago Dei in nobis, malum est; sed irasci est huiusmodi secundum se; ergo irasci secundum se est malum. — Minor patet, Iob 5, 2: *Parvulum occidit invidia, et virum stultum interficit iracundia.* Ex quo patet quod ira facit virum stultum, id est[m] obscuratam mentem. Et similiter illud potest trahi ex Glossa[13]. — Item, hoc patet ex Gregorio[14], qui dicit: « Quanta sit iracundiae culpa pensemus, per quam, dum mansuetudo amittitur[n], supernae imaginis similitudo vitiatur ». — Item, Gregorius, in *Moralibus*[15]: « Per iram splendor Sancti Spiritus excluditur, cum menti iracundia confusionis tenebras incutit ». — Item, ibidem[16] dicitur: « Quae[o] », scilicet ira, « dum quietem mentis tollit, Spiritus Sanctus ibi non quiescit ». Ira igitur est malum secundum se sive irasci.

4. Item, Dionysius[17]: « Irascibilitas secundum naturam est in cane[p][18], in homine vero praeter naturam », quia homo est animal mansuetum natura. Mansuetudo autem et irasci opponuntur; irasci ergo est praeter naturam in homine sive contra; ergo irasci malum est, quia non procedit ex natura neque ex gratia; ergo procedit ex velle vitii, quia non est nisi « triplex velle, scilicet naturae, gratiae et vitii[19] ».

[Solutio]: Ad quod dicendum quod irasci secundum se non[q] est malum sive peccatum: unde non semper est malum culpae, immo alicubi dicit quod bonum est gratiae[r], sicut patet Ephes. 4, 26, super illud: *Irascimini et nolite peccare,* Glossa[20]: « *Irascimini* vobismetipsis de praeteritis peccatis, quod est poenitere. Quid est enim homo poenitens nisi homo irascens sibi, ut

---

[a] BT *verum.* [b] RLZ *indetractibiles.* [c] RLZ *detractibiles.* [d] R *super.* [e] TRLZ *attenditur.* [f] R *differens,* quod FL corr. [g] B om. *est... se.* [h] R om. *d. s.,* in FL est add. interl. [i] RL om., in F est add. interl. [k] V om. *si etiam... est.* [l] R om., in F est add. mg., in L add. interl. [m] V *et* pro *i. e.* [n] RL *mansitudo amittatur,* pro *m. a.,* quod F corr. [o] Z *quasi.* [p] Codd. *carne.* [q] B om. *s. s. n.* [r] VBTZ *nature.*

1 *In Matth.* hom. 16, n. 7 (PG 57, 248).
2 Psalm. 4, 4.
3 Cf. Gregor. M., *Moral.,* V, c. 45, n. 82 (PL 75, 726).
4 Cf. Damascen., *De fide orthod.,* III, c. 20 (PG 94, 1082).
5 Ioan. 2, 17; Psalm. 68, 10.
6 *Ordin.,* in h. l., ap. Lyran., ex Gregorio M., *Moral.,* XX, c. 22, n. 63 (PL 76, 175).
7 Loc. cit., II, c. 16 (PG 94, 931).
8 Psalm. 105, 40.
9 Cf. Gen. 39, 19; Exod. 32, 11; Num. 11, 10; II Par. 28, 9; Psalm. 73, 1; 78, 5; Ierem. 4, 17.
10 *Interlin.,* in h. l., ap. Lyran.
11 Psalm. 4, 5.
12 Lombardi, in h. l. (PL 191, 80), ex Augustino, in h. l. (PL 36, 80).
13 *Ordin.,* in h. l., ap. Lyran., ex Gregorio M., *Moral.,* V, c. 45, n. 78 sqq. (PL 75, 723 sqq.).
14 Loc. cit. (PL 75, 724).
15 Loc. cit.
16 Loc. cit.
17 *De cael. hier.,* c. 2, n. 4 (PG 3, 142, PL 122, 1042); cf. Pseudo-Chrysost., *In Matth. op. imperf.,* hom. 11 (PG 56, 690).
18 Cf. infra, p. 564b, *ad 4.*
19 Cf. Lombard., *In Rom. 7,* 15 (PL 191, 1423).
20 Lombardi, in h. l. (PL 192, 206), ex Augustino, in h. l. (PL 36, 80) et *Sermo* 113, c. 2 (PL 38, 649).

accipiat veniam, id est de se[a] ipso exigit poenam? » Et post sequitur[1]: « Indignamini vobismetipsis tanta vehementia ut peccare desistatis, quia super hanc iram non occidit[b] sol iustitiae, sed potius illi irradiat ». Istud ergo irasci determinat bonum gratiae, quia virtuosum est istud. — Item, aliquando determinat bonum naturae. Sic loquitur de ipsa[c] Damascenus[2], cum dicit quod « ira est fervor sanguinis » etc. — Item, aliquando determinat malum poenae, scilicet secundum quod importat poenam quamdam, quia aliquando dicit cum culpa, aliquando sine culpa et perturbatione[d]. Prout sine culpa et perturbatione, sic fuit in Christo: Christus enim assumpsit poenalitates nostras et angustias ad liberationem generis humani, sed sine perturbatione accepit illas. — Item, aliquando dicit malum culpae, secundum quod habetur Matth. 5, 22 super illud: *Omnis, qui irascitur fratri suo*, Glossa[3]: « Subitus motus, cui non consentitur[e], propassio est, accedente consensu, passio est mors in domo ». Et tangit ibi iram venialem et mortalem: venialis dicitur propassio, mortalis[f] cui consentitur. Nam, sicut dicit Glossa[4], eodem capitulo, super illud[5]: *Qui viderit mulierem:* « Propassio est subitus motus sine deliberatione boni vel mali operis; passio est affectio deliberati animi, si sit locus perficiendi ». Unde ira propassio est venialis, quia hic est motus irae primus, qui non est in potestate nostra, cui non praebetur consensus. Unde Glossa[6], super illud Psalmi[7]: *Irascimini*, dicit: « Si motus animi surgit[g], qui non est in potestate nostra, non ei consentiat ratio; venialis enim ira est quae non ducitur ad effectum ». Si ergo quaeritur de irasci, secundum quod de ipso loquitur Matth. 5, 22, tunc dicimus quod irasci dicit malum culpae, secundum quod malum culpae continet veniale et mortale; irasci tamen secundum se non dicit malum culpae, sed dicit et malum et bonum.

[Ad obiecta]: 1. Ad rationes ergo in contrarium dicendum. Et primo ad primam dicendum quod Matth. 5[h], 22 loquitur de ira quae est malum culpae. Et etiam[i] de illa prohibitione, quae fit in Glossa, dicimus quod ipse concernit[k] irasci secundum quod[l] ducitur ad consensum. Unde illud prohibet ipse, quia est mortale, sed non prohibet ipsum irasci[a] veniale: primum enim irasci prohibetur, secundum non. Unde super Psalmum[8]: *Irascimini*, dicit Glossa[9]: « Primus animi motus non est in nostra potestate, sed Dei gratia contemperare possumus. Quod ergo consuetudinis est, permittit, id est[b] non prohibet; quod culpae est, scilicet[c] mortale, prohibet ». Et hoc etiam habetur Ephes. 4, 26 in Glossa[10]: « Permittit quidem[d] Apostolus irasci, quod est humana tentatio, sed prohibet iram ad effectum ducere »; hoc enim est mortale[e]. Similiter ibidem dicit Glossa[11]: « Invitus tolero quod vitari non potest; sed[f] de ira non[g] veniatis ad actum peccandi », scilicet mortaliter, quia tunc est mortale[h], cum ducitur ad effectum. « Si ergo surgit motus animi[i], qui iam propter poenam peccati non est in potestate nostra, saltem non ei consentiat ratio ». Unde non imponit quin insurgat motus, quia hoc non est in potestate nostra. Et sic in prohibitione[k] cadit illud quod est in nostra potestate, scilicet iram non ad effectum ducere, et sic in[l] Matth. 5, 22 loquitur de ira quae est malum culpae, et specialiter in illa prohibitione prohibet ipsum irasci quod ducitur ad effectum, et ita non per hoc ostenditur quod irasci secundum se sit malum culpae.

2. Ad secundam rationem dicendum quod Glossa similiter ibi loquitur secundum quod irasci concernit malum culpae, scilicet[m] secundum quod dicit motum illicitum, et hic vel potest duci[n] ad consensum et effectum vel non. Si non, tunc propassio est et est venialis, et hunc non prohibet, quia non est in nostra potestate quin surgat; si autem sic, tunc mortalis est et ipsum prohibet. Unde dicendum quod non comprehendit[o] ibi omnes differentias ipsius irasci, sed comprehendit ibi differentias eius secundum quod irasci dicit[p] malum culpae, quia sic est propassio vel passio, sicut dicit Glossa Matth. 5, 22, et sic non procedit ratio. Sic[q] etiam, cum dicit « impono vobis omnino non irasci », non prohibet universaliter irasci, sed prohibet universaliter irasci[r] quod ducitur ad effectum.

3. Ad tertiam rationem dicendum[12] quod duplex est obscuratio: quaedam, quae procedit ex

---

[a] BRL om., in F est add. interl. [b] R *accidit*, quod FLZ corr. [c] VBT *ipso*. [d] Ita BT, alii om. *e. p.* [e] V add. *id est;* VFRL om. *est.* [f] B add. *est.* [g] V *consurgit* pro *a. s.* [h] V om. [i] V om. [k] V *cernit.* [l] V add. *dicit.*
[a] Z *irascibile.* [b] FL *et* pro *i. e.*; R *unde* pro *i. e. n.* [c] R om. [d] R om., in F est add. mg. [e] Ita V, alii *hec enim est mortalis* pro *h. e. e. m.* [f] V *si.* [g] BTZ *ne.* [h] R add. *quia.* [i] VRL *ad illud*, quod F corr. [k] R *quantitate.* [l] RL om., in F est add. interl. [m] V *non*, BT om., in F est add. interl. [n] R *dici*, quod FL corr. [o] BT *comprehendant.* [p] V add. *in.* [q] R *sicut*; BT *qui* pro *etiam.* [r] V om. *sed... irasci.*

1 Loc. cit.
2 *De fide orthod.*, II, c. 16 (PG 94, 931).
3 Cf. supra, p. 538, nota 2.
4 Loc. cit.
5 Matth. 5, 28.
6 Lombardi, in h. l. (PL 191, 86), ex Augustino, in h. l. (PL 36, 80).
7 Psalm. 4, 5.
8 Psalm. 4, 5; Eph. 4, 26.
9 Lombardi, in h. l. et *In Rom. 6*, 12 (PL 191, 86, 1407), ex Cassiodoro, in h. l. (PL 70, 49).
10 Lombardi, in h. l. (PL 192, 206).
11 Loc. cit.
12 Cf. Gregor. M., *Moral.*, V, c. 45, n. 82 sq. (PL 75, 726 sq.).

culpa; alia, quae sequitur ex perturbatione, quae est poena. Si loquimur de obscuratione primo modo, dicimus quod talis non sequitur ad irasci universaliter, sed ad irasci solum quod est malum culpae, et de illa procedit ratio. Si loquimur de obscuratione secundo modo, sic dicimus quod non omne quod[a] obscurat mentem, quae est Dei imago, est culpa sive malum culpae, immo dicimus quod ira per zelum, quae virtus est, hoc modo obscurat mentem in nobis, quia ira per zelum habet quamdam perturbationem secum, ex qua sequitur obscuratio in mente, sed illa obscuratio non est ad excaecandum, sed ad melius postea videndum. Unde sicut contingit de collyrio quod, quando ponitur super oculum, primo est quaedam perturbatio in oculo, sed postea clarius videt, sic dicimus quod obscuratio et perturbatio, quae sequitur ad iram per zelum, est in bonis poena promovens[b] ad melius, sed illa quae est in malis[c], quae sequitur ad iram per vitium, est promovens ad deterius. Nam de ira per zelum dicit[d] Glossa[1] Ephes. 4, 26: « Super hanc[e] non occidit[f] sol iustitiae, sed illi irradiat ». Unde per hanc disponitur bonus homo ad videndum melius. Sed de alia dicit[2]: « Noster[g] sol iustitiae et veritatis Christus est, cuius veritate anima illustratur, cum in hoc habitat homine per fidem. Ideo ait: Cavete[h] ne Christus, qui est sol iustitiae, per iracundiam mentem vestram[i] deserat, qui cum ira nunquam habitat ». Unde obscuratio, quae istam iram sequitur, non est nisi in peccatoribus, et secundum hanc procedit ratio. Non tamen irasci secundum se est malum, quia non omnis obscuratio vel turbatio sequens ad iram est talis, immo quaedam perturbat sapientes, scilicet ira per zelum. Unde Iob 5, 2, Glossa[3]: « Alia ira est, quam impatientia[k], alia quam zelus facit; illa ex vitio, haec ex virtute. Hac », scilicet ira per zelum, « irasci, sicut et nostris, ita erroribus proximorum debemus, quae *melior est risu, quia per tristitiam vultus corrigitur* proximus[4]. Sed non debet et haec menti dominari, sed ut ancilla subesse rationi, ne sit immoderata. Haec sapientes conturbat, sed ira per vitium stultos trucidat ».

4. Ad quartam rationem dicendum est quod irasci accipitur tripliciter: uno modo irasci vitiis[l], et iste motus, quo homo potuit irasci vitio alterius, potuit esse in natura primo bene[m] instituta, ut si Adam[n] motus esset ex imperio rationis contra peccatum Evae: tunc enim[o] vis irascibilis et concupiscibilis ordinate moverentur ad imperium rationis. Est iterum irasci quod egreditur post corruptionem naturae, et hoc est duplex: aut prout est poena aut prout est culpa. Sive[p] autem sic sive sic, sicut dicitur esse secundum naturam in cane[q], sic praeter naturam[r] primitus institutam dicitur esse irasci in homine[s], maxime autem illud irasci quod est culpabile; sed ex hoc non sequitur quod omne irasci, quod modo elicitur, sit malum culpae: aliquando enim est malum poenae, quod, si adveniat gratia, ad meritum ordinatur.

CAPUT III. 549

UTRUM IRA SIT ALIQUA PASSIONUM QUAS PONIT AUGUSTINUS ET TULLIUS.

Tertio quaeritur utrum sit aliqua quatuor passionum vel perturbationum, quas ponit Augustinus et Tullius[5].

Et ostenditur quod sic, *a.* quoniam, secundum Philosophum[6], nihil est in genere quod non sit in aliqua eius specie; si ergo ira est passio, sicut dicit Damascenus[7], constat quod ad aliquam quatuor passionum, quas ponit Augustinus, in XIV *De civitate Dei*[8], reducitur. Dicit enim quod « omnis humanorum morum vitiositas istis[t] quatuor continetur perturbationibus », scilicet gaudio, dolore, metu et spe. Sub qua ergo est ira?

Ostenditur quod 1. non sit sub gaudio nec sub dolore, quia gaudium et dolor sunt in concupiscibili[u]; sed ira est passio irascibilis sive quae est in irascibili; ergo non continetur sub gaudio vel sub dolore. — Praeterea, non videtur contineri sub metu vel spe[v], quoniam ira dicitur respectu iniuriae iam factae vel aestimatae; sed metus et spes respiciunt malum vel bonum[x]

---

[a] T om. [b] R *permovens*, quod F corr. [c] R *malum*. [d] V *dicunt*. [e] RL *hunc*, quod F corr. [f] R *accidit*, quod FL corr. [g] R om. [h] V *cavere*. [i] Ita RLZ, alii *nostram*. [k] BT *patientia*. [l] V *vitium est*. [m] R om. [n] R om. [o] T *omnis*. [p] BT *si*. [q] BL *carne*. [r] V om. *i. c. s. p. n.* [s] B om. *i. h.* [t] F *hiis*. [u] R *concupiscentia*. [v] R *motu vel specie* pro *m. v. s.* [x] V add. *in*; RL *et* pro *vel*, quod F corr.

1 Lombardi, in h. l. (PL 192, 206), ex Augustino, *Enarr. in Psalm. 25*, II, n. 3 (PL 36, 189).
2 Loc. cit., ex Augustino, loc. cit.
3 *Ordin.*, in h. l., ap. Lyran., ex Gregorio M., *Moral.*, V, c. 45, n. 82 (PL 75, 726) et XXVI, c. 43 (PL 76, 394).
4 Eccle. 7, 4.
5 Cf. *Tuscul.*, III, c. 4 et IV, c. 7.
6 *Topic.*, IV, c. 1 (I, 206).
7 Cf. *De fide orthod.*, II, c. 22 (PG 94, 942).
8 Capp. 5-9 (PL 41, 408 sqq.).

futurum vel quod aestimatur futurum; ira ergo est respectu praesentis vel praeteriti, metus autem et spes respectu futuri boni vel [a] mali; ergo non reducitur ad aliquam illarum; ergo aut non est passio aut praeter illas passiones sunt aliae passiones.

2. Quod autem contineatur sub passione, quae est tristitia vel dolor, patet, quoniam Augustinus[1] definit iram per tristitiam, dicens quod « ira est tristitia ex impotentia ulciscendi se ». — Contra. Ira est passio ipsius irascibilis; sed tristitia est in concupiscibili; ergo ira non reducitur ad passionem tristitiae vel doloris.

3. Item [b], iuxta hoc quaeritur. Dicit Damascenus[2] quod haec passio est mixta ex [c] ira et concupiscentia, et loquitur ibi de ira; si sic, ergo ira est mixta ex ira et alio; sed quaeritur quid est hoc dictu, cum nihil tale ex se et alio misceatur.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod [d] in perturbatione irae, secundum quod tangit Damascenus[3], est concupiscentia alicuius rei, cuius rei [e] si fiat prohibitio, est motus contra prohibentem. Unde dicit[4] quod « ira est audax [f] mentis, vindex concupiscentiae », et hoc modo concupiscentia praecedit, quae sub una specie quatuor perturbationum continetur; ipsa vero ira est motus quidam, non in [g] anima prout est passiva, sed prout est activa: insurgit enim ad vindictam propter iniuriae passionem praecedentem. — Alio vero modo, prout [h] ira dicitur tristitia, ex eo quod nolenti accidit, sub tristitia continebitur [i] sive sub dolore, prout dicit Augustinus[5]: « Cum dissentimus [k] ab eo quod nolentibus accidit, talis voluntas tristitia est ». — Tertio vero modo, prout dicitur appetitus poenae, cadit sub concupiscentia sive cupiditate generali. Dicit enim Augustinus, in libro *De civitate Dei*[6]: « Cum consentimus appetendo ea quae volumus [l], cupiditas dicitur », et hoc modo dicetur ira cupiditas vindictae et cadet [m] sub concupiscentia, quae est appetitivae generalis.

[Ad obiecta]: 1. Per hoc potest patere qualiter respondendum est ad primo obiectum. Ira enim uno modo est actus irascibilis et non continetur sub tristitia, quae est in concupiscibili; alio vero modo vel est [n] tristitia vel habet annexam tristitiam; tertio vero modo sub cupiditate generali continetur.

2. Ad id ergo quod secundo obicitur quod 'ira [o] est tristitia': dicendum quod est definitio data per causam. Qui enim irascitur, tristatur primo ex hoc quod non potest se ulcisci.

3. Ad tertium vero dicendum quod, licet illa passio mixta sit ex ira et concupiscentia, non tamen ira miscetur ex se et alio. Est enim passionem irae accipere pro toto motu, qui est ex concupiscentia praecedente, et ira proprie dicta subsequente, et hoc modo illa passio dicitur [p] esse mixta ex concupiscentia et ira.

550 CAPUT IV.

DE MOTIVO IRAE.

Quarto quaeritur de motivo huius peccati quid sit illud. Dicitur autem quod vindicta est illud quod appetit ira et quod movet iram.

I. Quaeritur autem utrum hoc habeat veritatem.

Et ostenditur quod non, 1. quoniam voluntas, cum sit quaedam potentia, determinatur per suum obiectum; sed vindicta bonum quid [q] est; ergo velle vindictam est bonum; non ergo ex hoc incurrit quis peccatum; ergo vindicta non est motivum ad peccatum irae. — Minor huius patet, quoniam illud [r], quod Deo relinquitur sive attribuitur, bonum est; sed Deo relinquitur vindicta, ut patet Rom. 12, 19: *Mihi vindicta, et ego retribuam, dicit Dominus,* Glossa[7]: « *Mihi vindictam* reservavi, mihi vos [s] reservate, *dicit Dominus* ». Et ita patet quod vindicta bonum est.

2. Item, omne illud, in quo aliquid [t] Deum imitatur, bonum est, quia nihil potest Deum imitari in malo, cum nihil sit mali in ipso; sed ira imitatur Deum in hoc quod est velle vindictam; ergo velle vindictam [u] est bonum nec facit iram esse peccatum; ergo non est motivum ad ipsam [v]. — Minor patet, quoniam dicit Augustinus, in libro *Confessionum*[8], quod « omnes, licet [x]

---

[a] L *et.* [b] FRL *et.* [c] RL om., in F est add. interl. [d] V om. [e] Z om. *c. r.* [f] V add. *motus.* [g] B *est.* [h] VRLZ add. *est,* quod F exp.; BT om. *ira.* [i] V *continetur.* [k] R *dicit sentimus,* quod F corr. [l] L *novimus,* R *nolumus,* quod F corr. [m] Z *cadit.* [n] F add. *ex.* [o] T om. [p] F *dicetur.* [q] RLZ *quidem,* quod F corr. [r] R *istud,* quod F corr. [s] B om. *r. m. v.* [t] V *aliquis.* [u] V om. *e. v. v.* [v] R *ipsum.* [x] RL om., in F est add. mg.

1 Cf. supra, p. 537, nota 6.
2 *De fide orthod.,* II, c. 16 (PG 94, 934).
3 Loc. cit.
4 Loc. cit.
5 *De civit. Dei,* XIV, c. 6 (PL 41, 409).
6 Loc. cit.
7 Lombardi, in h. l. (PL 191, 1503).
8 Lib. II, c. 6, n. 13sq. (PL 32, 681).

perverse, imitantur Deum », et dicit quod[a] « ira imitatur Deum, quia vult vindictam et quaerit »; sed illud, in quo imitatur Deum, non potest esse nisi bonum.

3. Item, sancti non laetantur nisi de bono; sed sancti laetantur de vindicta, ut patet in Psalmo[1]: *Laetabitur iustus*[b], *cum viderit vindictam;* ergo vindicta est bonum; ergo non est motivum ad iram.

Ad oppositum. *a.* Rom. 12, 19 dicitur super illud: *Non vosmetipsos defendentes,* Glossa[2]: « Bonus magis cupit corrigi inimicum quam puniri, et, cum Deus punit, non delectatur de poena inimici, quia non odit eum, sed de iudicio[c] Dei; quia[d] Deum diligit, hoc ei placet quod et Deo ». Boni ergo non est velle poenam, quia sequitur ad odium, ut vult ista Glossa; sed velle vindictam est velle poenam; ergo boni non est velle vindictam, sed eius cuius est odire alium; sed omne tale est malum; ergo velle vindictam est malum; ergo potest esse motivum ad iram.

b. Item, dicit ibidem Glossa[3]: « Propter exsaturandum[e] odium desiderare vindictam ab eorum perfectione longe est ». Si ergo desiderium vindictae propter odium exsaturandum[f] longe est a perfectione sanctorum, ergo est malum vindicta; ergo velle ipsam potest esse motivum ad peccatum irae, cum ira dicatur respectu vindictae. — Sed quia dicunt quidam quod velle vindicari a se ipso, istud malum est, velle tamen[g] vindicari a Deo vel a iudice ad hoc constituto, istud[h] bonum est, et hoc confirmatur per Glossam[4] praedictam Rom. 12, 19 quae dicit: « Attende quod non praecipit ut nolint vindicari a Deo, quod[i] clamant sancti[k], cum dicunt[5]: *Vindica sanguinem nostrum, Deus noster,* sed ut non semetipsos vindicantes dent *locum irae*[6] Dei, qui dixit[7]: *Mihi vindicta*[l], ad quem in Apoc.[8] sancti clamant: *Vindica, Domine, sanguinem nostrum* ». Non prohibet ergo hic Apostolus nisi[m] vindicare se ipsum, et non velle ab alio vindicari[n], sicut a Deo vel a iudice constituto; istud ergo non est malum, sed bonum. — Praeterea, istud confirmatur per illud quod dicitur Levit. 19, 18: *Non quaeras ultionem, nec memor eris iniuriae civium tuorum.* Unde patet quod, si sit velle vindicare[o] malum, hoc erit quando aliquis vult vindicari a se ipso.

II. Propter hoc quaeritur utrum velle vindicari a se ipso peccatum sit sive malum.

1. Natura licet esset lapsa, non tamen deperiit vis naturae; sed de iure naturae lapsae est velle vindicari a se ipso; et quod est de iure naturae bonum est; ergo velle vindicari a se ipso est bonum. — Quod autem istud sit de iure naturae lapsae, istud patet, quoniam de iure naturae lapsae est quod, si homo iniurietur alii, vult quod ei satisfaciat: unde de iure naturae lapsae est[a] delinquentem in alium puniri; sed[b] puniri non est aliud quam vindicari; ergo de iure[c] naturae lapsae est vindicari[d]. Potest autem esse quod ille sit iudex, cui[e] fit iniuria; ergo potest velle quod, in quantum iudex, vindicet suam iniuriam et velit a se ipso illam fieri in quantum iudex; ergo iste potest de iure velle se ipsum a se ipso vindicari; istud ergo non est malum simpliciter.

2. Item, dicit Tullius[9] quod una pars naturalis iustitiae est vindicatio; sed illud, quod est pars iustitiae naturalis, potest homo velle fieri a se ipso[f] sine peccato; ergo potest homo velle vindicari a se ipso sine peccato.

[Solutio]: I. Ad quod dicendum quod motivum in peccato irae est vindicta; unde sicut excellentia est motivum et appetibile in superbia, ita vindicta in ira.

[Ad obiecta]: 1-3. Ad id ergo quod[g] obicitur quod 'velle vindictam est bonum': dicendum quod velle vindictam[h], id est velle quod Deus vindicet vel iudex a Domino constitutus, illud est bonum, et hoc ratione iustitiae. Iustitia enim est quod Deus vel iudex puniat delinquentem et vindicet iniuriam alii illatam; vindicta enim habet duplicem respectum: respicit enim iustitiam secundum quam fit, respicit etiam illum cui iniuriatum est. Secundum ergo quod vindicta respicit iustitiam, sic bene licet velle ipsam, quia hoc est ex[i] amore iustitiae velle illam[k], et hoc modo velle vindictam est velle vel quod Deus vindicet vel[l] iudex habens potestatem a Deo et sub Deo, et hoc est bonum, quia hoc est velle[m] ipsam, retorquendo ad Deum et non avertendo. Unde etiam qui vult quod iudex vindicet, ipse retorquet[n] vindictam ad Deum, quia iudex habet hanc potestatem a Deo, secundum quod habetur

---

[a] V add. *hec.* [b] T add. *in Domino.* [c] V *vindicta.* [d] R *quod,* quod L corr. [e] VR add. *est,* quod FL exp. [f] Ita V, alii add. *et.* [g] F om. [h] V om. [i] T *quia.* [k] Ita V, alii add. *scilicet.* [l] V add. *etc.,* F add. *et ego retribuam.* [m] V om. [n] R *vindictam.* [o] VZ *vindicari.*

[a] R om., in L est add. mg. [b] T add. *non.* [c] R add. *vindicare,* quod F exp.; L add. *est.* [d] L exp. *e. v.* [e] V om. [f] Ita V, alii om. [g] Ita V, alii *quod ergo* pro *A. i. e. q.* [h] R om. *d. q. v. v.* [i] Z *de.* [k] R *ipsam.* [l] Z add. *quod.* [m] Z add. mg. *se.* [n] T om. *i. r.*

1 Psalm. 57, 10.
2 Lombardi, in h. l. (PL 191, 1503), ex Augustino, *Enarr. in Psalm. 78,* 10 (PL 36, 1018).
3 Loc. cit.
4 Loc. cit.
5 Apoc. 6, 10.
6 Rom. 12, 19.
7 Rom. 12, 19; Hebr. 10, 30.
8 Cap. 6, 10.
9 Cf. *Rhetor.,* II, c. 54.

Rom. 13, 1, quod *omnis potestas a Domino Deo est;* hoc autem modo velle vindictam non est motivum irae, immo potius ad iustitiam ordinat. — Si autem loquamur de vindicta secundum illum respectum quem habet ad illum cui fit iniuria, sic velle vindictam, habendo solum respectum ad hoc, malum est et vitiosum, quia istud velle non retorquetur ad Deum, immo ad odium exsaturandum, et avertitur a Deo. Non enim appetitur hoc modo amore iustitiae, sed ex improba voluntate et vitiosa; unde illud velle libidinosum est. Vult enim qui hoc modo vult[a] vindictam, quod ille, qui iniuriatus est, puniatur et in hoc voluntas eius improba saturetur; non vult autem[b] quod iustitia Dei servetur nec exaltetur, immo ab ipsa avertit. Et hoc modo vindictam velle non est in sanctis; unde Rom. 12, 19 dicitur in Glossa[1] quod « sancti non volunt vindictam propter exsaturandum odium; sed vult bonus ut Deus inimicum puniat » et « magis cupit corrigi inimicum[c] quam puniri », quia, « cum Deus punit, non delectatur in poena inimici, quia non odit eum, sed de iudicio Dei, quia diligit eum ». Iracundus autem vult vindictam, non amore iustitiae, sed saturat odium suum in inflictione poenae; unde Gregorius[2]: « Plus ira in vindicta exigit quam in[d] iniuria accepit », et hoc est ex libidine.

2. Quod autem obicitur quod ' videtur esse bonum, quia ira in[e] hoc imitatur Deum ': dicendum quod non imitatur Deum nisi perverse et inordinate; aliter enim ira per zelum imitatur et aliter ira per vitium: haec enim[f] ordinate imitatur, illa vero inordinate.

II. Ad aliud quod quaeritur de iudice ' utrum possit se vindicare ': dicendum quod aliquis non debet esse iudex in sua causa. Corruptio enim humanae naturae ita aggravat rationem[3] quod de facili declinat a iudicio et aequitate, et hoc est quia plus ponderat pro se quam pro alio et ita[g] de facili perturbatur. Non sic autem est in Deo, in quem nulla cadit perturbatio vel iniquitas, similiter in Christo, *qui est constitutus iudex vivorum et mortuorum*[4].

551 CAPUT V.

UTRUM IRA SIT PECCATUM[5].

Quinto quaeritur utrum ira sit peccatum.

Et **videtur quod non,** 1. quia in omni peccato est conversio per concupiscentiam vel appetitum ad[h] aliquod mutabile bonum apparens; sed ira non respicit bonum apparens, sed malum apparens: unde in[i] ira non est huiusmodi conversio; ergo ira non est peccatum. — Minor patet, quoniam dicit Damascenus[6] quod ira venit ex suspicione mali apparentis, concupiscentia vero ex suspicione boni apparentis.

2. Item, ira appetit[k] malum proximo: unde ira est appetitus mali poenae ipsi proximo; sed peccatum dicit appetitum alicuius apparentis boni sibi, ira autem non determinat sibi bonum apparens, immo determinatur respectu mali in alio; ergo non habet ira rationem[l] peccati.

Contrarium *a.* habetur a Gregorio[7], quia numerat ipsam in exercitu diaboli, Iob ultimo[8].

[Solutio]: Et dicendum quod ira est peccatum.

[Ad obiecta]: 1-2. Et ad rationes dicendum quod verum est quod in omni peccato est aliqua concupiscentia alicuius boni apparentis, sed oportet ibi intelligere concupiscentiam generaliter, secundum quod est concupiscentia in ipsa irascibili vel appetitus alicuius boni[m]. Ipsa enim irascibilis bene ordinata appetit bonum sub ratione ardui vel excellentis; secundum autem quod inordinata est, appetit malum, non tamen ut malum[n], sed quia apparens sibi bonum. Sic ergo ira habet concupiscentiam et appetit bonum sibi apparens, et illud est malum alterius: malum enim alterius vel nocumentum est apparens bonum sibi. In quantum ergo ira appetit malum alterius, cum illud sit ei apparens bonum, quia in illo delectatur et quiescit, licet sit alteri malum, relinquitur quod ipsa est[o] peccatum et quod in ipsa est conversio ad aliquod mutabile bonum. Et secundum hoc per interemptionem solvendae sunt rationes in contrarium.

---

[a] V om. [b] V *et non vult* pro *n. v. a.* [c] R om. [d] Ita TL (mg.), alii om. [e] L om. [f] B *autem.* [g] Ita BT, alii om. [h] VZ *vel.* [i] B om. [k] RL *appeti,* quod F corr. [l] V *intentionem* pro *i. r.* [m] Ita V, alii om. [n] B om. *n. t. u. m.* [o] R *sit.*

1 Loc. cit.
2 *Moral.,* XXVIII, c. 18, n. 41 et XXVI, c. 43 (PL 76, 473 et 394).
3 Cf. Sap. 9, 15.
4 Act. 10, 42.
5 Cf. Ioan. de Rupella, *Summa de vitiis* (fol. 20c).
6 Cf. *De fide orthod.,* II, c. 16 (PG 94, 934).
7 *Moral.,* XXXI, c. 45, n. 87 (PL 76, 621).
8 Potius c. 39, 25.

CAPUT VI. 552

UTRUM IRA SIT CAPITALE PECCATUM [1].

Sexto quaeritur utrum ira sit capitale peccatum.

Et videtur quod sic, *a.* quoniam Prov. 27, 3 habetur: *Grave saxum et onerosa arena, sed ira stulti utroque gravior,* et Glossa [2] vocat ibi [a] iram capitale crimen. Unde dicit Glossa: « Grave est vel uno crimine capitali quasi pondere saxi deprimi ».

b. Item, Gregorius [3], Iob ultimo [4], ubi ordinat exercitum diaboli, et ordinat quod superbia est mater et regina septem capitalium, numerat iram inter septem [b] capitalia.

Ad oppositum. 1. Capitale peccatum dicitur ex quo nascuntur alia, sed ipsum non nascitur ex alio; sed ira semper nascitur ex alio [c]; ergo ira non est capitale peccatum. — Quod autem nascatur ex alio, patet, quia ira appetit malum proximo; iste autem appetitus causatur ab amore vitioso proprii boni, sicut est de invidia: invido enim displicet bonum proximi propter amorem sui proprii boni, scilicet quia [d] amat suum augeri; similiter iracundus [e] considerat aliquod bonum apparens ex parte sui, ex quo vult malum proximo; amor ergo proprii boni est causa appetitus mali in proximo; ergo motus irae non est primus motus, immo ipsum antecedit motus alius ex quo nascitur, scilicet amor sui boni, quod est radix ex qua [f] venit appetitus mali in proximo.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod ira est vitium capitale.

[Ad obiecta]: 1. Et ad illud [g] quod obicitur quod 'ex alio nascitur': dicendum quod hoc non tollit ipsam [h] esse capitale peccatum [i], quia illud velle proprium bonum [k] sive amor ille proprii boni non est peccatum speciale, immo est radix generalis peccati; unde est in omni peccato ille amor, secundum quod dicit Augustinus [5] quod omne peccatum est vel ex amore vel ex timore, et timorem etiam reducit ad amorem, et ille amor dicitur libido, quae est radix cuiuslibet peccati. Unde nasci ex illo amore non tollit quod aliquod peccatum non sit capitale, quia sic nullum esset capitale, cum omnia nascantur communiter ex illo, sed si esset speciale peccatum, satis procederet ratio. Ira autem [l] distinguitur penes actum generalem ipsius vis irascibilis, et per [m] hoc distinguitur esse [n] capitale peccatum; et quia idem posset opponi de invidia, ideo patet per hoc responsio, quia non impedit esse capitale peccatum.

CAPUT VII. 553

DE COMPARATIONE IRAE AD INVIDIAM.

Septimo quaeritur de comparatione irae [o] ad invidiam.

Et obicitur sic: 1. Non est ponere invidiam per zelum et per vitium, immo omnis invidia est per vitium; ergo similiter non est ponere iram per zelum, sed solum iram per vitium, et ita ira solum est [p] in genere mali. Haec autem ratio confirmatur sic: quoniam sicut ira respicit malum alterius, ita et invidia; ergo sicut non est invidia dupliciter, scilicet per zelum et per vitium, sed solum per vitium, ita non erit ira dupliciter [q], sed tantum ira per vitium.

Ad oppositum. *a.* Habetur Iob 5, 2: *Parvulum occidit invidia,* Glossa [6]: « Alia ira est quam [r] impatientia, alia quam zelus facit: illa ex vitio, haec ex virtute ». Ira ergo est dupliciter, scilicet per zelum et [s] per vitium.

[Solutio]: 1. Et dicendum [t] quod ira est dupliciter, scilicet per vitium et per zelum, invidia autem uno modo, scilicet per vitium; nec est simile, quia secus est ex parte motus irae et invidiae.

---

[a] V *vocari vult* pro *v. i.* [b] V om. *capitalium... septem.* [c] V om. *sed ira... alio.* [d] T *qui.* [e] L *iracundia,* quod F corr. [f] Z *quo.* [g] Ita V, alii om. *a. i.* [h] R om. [i] B *vitium;* V *ille* pro *illud.* [k] R add. *est.* [l] B *enim.* [m] T *ex.* [n] V *omne,* quod F corr. [o] VRL om., in F est add. mg. [p] L add. *et.* [q] FRL *duplex.* [r] R exp. [s] Z (corr.) *vel.* [t] B add. *est.*

1 Cf. Guil. Altissiod., *Summa,* tr. 21, c. 4, q. 3 (fol. 88b sq.).
2 *Ordin.,* in h. l., ap. Lyran., ex Beda, in h. l. (PL 91, 1017).
3 *Moral.,* XXXI, c. 45, n. 87 (PL 76, 621).
4 Rectius cap. 39, 25.
5 Cf. *Enarr. in Psalm. 79,* 17, n. 13 (PL 36, 1026) et *De lib. arbit.,* I, c. 3, n. 8 (PL 32, 1225).
6 *Ordin.,* in h. l., ap. Lyran., ex Gregorio M., *Moral.,* V, c. 45, n. 82 (PL 75, 726).

Et ratio huius est quia irasci est appetere malum alii; hoc autem potest fieri bene et male, et hoc est quia malo non solum adversatur bonum, immo etiam [a] malum adversatur et contrariatur malo, et ideo appetere malum illi qui est malus, hoc potest fieri iuste et iniuste. Iuste fit, si ei appetitur malum ut per hoc ipse reducatur ad bonum et corrigatur de sua malitia, et tunc est ira per zelum. Male autem appetitur, quando malum malo appetitur ratione vindictae solum [b] et exsaturationis odii, non ratione correctionis suae; quia istud non refertur ad Deum, sed ad odium saturandum, ideo est malum, et hoc modo appetit ira per vitium. Sic igitur [c], quia malum malo contrariatur, ideo contingit esse duplicem iram secundum duplicem modum appetendi malum alii. Unde contingit quod bonus appetit malum malo, et tunc est ira per zelum; cum autem malus malum appetit malo, tunc est [d] ira per vitium, et hoc quia ex ista parte sunt duo opposita. Sed invidiae est invidere bono [e]; bonum autem bono non opponitur, sed bonum [f] malo et e converso, et ideo bonus non potest invidere bono, sed semper malus bono invidet, et [g] ideo non est invidia nisi in genere mali; sed, si bonus posset invidere bono, tunc posset bene fieri, et ita patet responsio.

554

CAPUT VIII.

UTRUM OMNIS IRA SIT SEMPER PECCATUM MORTALE.

Octavo quaeritur I. utrum omnis [h] ira sit peccatum mortale vel aliquando veniale, aliquando mortale [i].

Quod autem simpliciter omnis ira sit peccatum mortale, patet. 1. Iob 5, 2: *Virum stultum interficit iracundia,* dicit Glossa [1]: « Mansuetudo imaginem Dei in nobis servat, sed ira dissipat, quae multis virtutibus privat [k], quae dum quietem mentis tollit, Spiritus Sanctus ibi non quiescit ». Ex hoc patet quod ira repugnat virtutibus et quieti mentis ex Spiritu Sancto; sed peccatum [l] veniale non est huiusmodi, immo omne tale est mortale; ergo ira simpliciter est peccatum mortale.

2. Item, omne peccatum, cui debetur poena aeterna, est mortale; sed ira est huiusmodi; ergo ira [m] est peccatum mortale. — Probatio minoris, quoniam Matth. 5, 22 habetur quod ira facit reum poena aeterna, quia dicitur ibi [n] quod *omnis, qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio;* et dicit '*omnis*' universaliter [2], et dicit ibi Glossa [3]: « Iis tribus, *iudicio, concilio, gehenna,* diversae mansiones in aeterna damnatione pro modo peccati signanter exprimuntur [o] ». Ira ergo universaliter est peccatum [p] mortale.

II. Iuxta hoc quaeritur utrum consuetudo irascendi sit peccatum mortale.

Et ostenditur quod sic. 1. Prov. 27, 3: *Grave saxum et onerosa [q] arena,* et per saxum designatur ibi mortale peccatum, per arenam designatur veniale [4]; et quia contingit veniale peccatum multiplicari per consuetudinem, per arenam onerosam designatur ibi veniale peccatum multiplicatum; et hoc prohibetur; ergo consuetudo irascendi prohibetur; ergo est peccatum mortale.

Ad oppositum. *a.* Dicitur super illud Psalmi [5]: *Irascimini et nolite* etc., Glossa [6]: « Quod consuetudinis est permittit, id est non prohibet; quod culpae est, scilicet mortale, prohibet ». Ergo consuetudo irae non est peccatum mortale.

[Solutio]: I. Ad quod dicendum quod ira non est semper peccatum mortale, immo quandoque est mortale, quandoque veniale. Sunt enim primi motus in ira sicut in aliis peccatis; et primus motus in ira non est peccatum mortale, quia non est in [r] potestate nostra, immo est veniale; si autem ad consensum accedat et ad effectum, iam fit mortale. Et istud [s] bene determinatur in Glossa super Psalmum [7]: *Irascimini* etc. et Ephes. 4, 26, super illud idem. Unde dicit Glossa [8] super Psalmum: « Venialis ira est quae non ducitur ad effectum, et talis non prohibetur, sed [t] permittitur. Sed irasci, ducendo ad consensum et effectum, prohibetur, et illud est mortale ». Unde dicit Ephes. 4, 26, Glossa [9] quod « prohibet iram

---

[a] R *secundum,* quod F corr. [b] T om. [c] R om., in FL est add. mg. [d] B *erit.* [e] Ita V, alii *bonum.* [f] T add. *a.* [g] Ita BT, alii om.; F *malo* pro *bono.* [h] RL om., in F est add. mg. [i] R om. *vel... mortale.* [k] RL *primat,* quod F corr. [l] Z add. mg. *est.* [m] BTZ om. [n] V *sibi.* [o] R *exprimitur,* quod F corr. [p] R om. [q] B *onerosum.* [r] V om. [s] V add. *etiam.* [t] BT *nec.*

1 *Ordin.*, in h. l., ap. Lyran., ex Gregorio M., *Moral.*, V, c. 45, n. 78 (PL 75, 725 sq.).
2 Cf. supra, p. 538b.
3 *Ordin.*, in h. l., ap. Lyran.; cf. Augustin., *De serm. Domini in monte,* I, c. 9, n. 24 (PL 34, 1241).
4 Cf. *Glossa ordin.*, in h. l., ap. Lyran., ex Beda, in h. l. (PL 91, 1017).
5 Psalm. 4, 5.
6 Lombardi, in h. l. (PL 191, 86), ex Cassiodoro, in h. l. (PL 70, 49).
7 Psalm. 4, 5.
8 Lombardi, in h. l. (PL 191, 86), ex Augustino, in h. l. (PL 36, 80).
9 Lombardi, in h. l. (PL 192, 206).

ad effectum ducere ». Et istud similiter bene determinatur Matth. 5, 22 in Glossa[1]: « Subitus animi motus, cui non consentitur, propassio est et ira haec est venialis; accedente autem consensu passio est mors in domo », et haec est ira quae est mortale peccatum.

II. 1. Ad illud quod quaeritur de consuetudine irascendi, dicendum quod potest dupliciter dici consuetudo: uno modo ut dicatur consuetudo veniale multiplicatum, et hoc modo permittitur ipsa consuetudo irascendi; unde quantum ad hoc dicit Glossa: « Quod consuetudinis est, permittit[a] ». Alio modo potest accipi consuetudo secundum quod ex illa multiplicatione deducitur homo ad peccatum mortale per consensum in actum mortalem ulterius, sicut contingit quod aliquis homo totiens alii irascitur quod consentit ultra ad ipsum occidendum. Iste ergo consensus, qui nascitur ex ipsa consuetudine, prohibetur, quia est in actum mortalem; unde facit mortale peccatum, sed nonnisi superveniat consensus, quia huiusmodi consensus mortale inducit, non ipsa consuetudo de se.

CAPUT IX. 555

DE QUANTITATE PECCATI IRAE IN SE ET IN COMPARATIONE.

Nono quaeritur de quantitate huius peccati in se et in comparatione. In se[b] autem videtur esse valde magnum.

Ad quod sic: 1. Dicit Chrysostomus[2]: « Nihil turpius visu furentis, nihil deformius; si vero visu[c], multo magis anima », et loquitur de peccato irae; ergo anima contrahit[d] maximam deformitatem per iram; sed anima nunquam contrahit[e] maximam deformitatem nisi per maximum[f] peccatum; ergo ira in se est maximum peccatum.

2. Quod autem ira sit maius peccatum quam [habere] daemonium, videtur, quia dicit Chrysostomus[3]: « Irae et insaniae medium nihil, sed temporaneus quidam est daemon, magis autem et daemonium habente difficilius ». Si ergo gravissimum est habere daemonium[g], ergo gravissimum peccatum est ira et maximum.

Ad oppositum. *a.* Damascenus[4] ponit tres species irae: unam vocat fel, aliam vocat maniam, — et ista[h] est quando est « permanens memoria mali »: unde « a manendo » dicta est[i]; ista est, quando habet aliquis permanentem memoriam mali sibi illati — tertia dicitur[k] κότος, id est furor « observans tempus in vindictam ». Sed quantum ad nullam istarum specierum dicitur maximum peccatum; ergo ira non debet dici maximum peccatum. — Minor patet, quoniam quantum ad primam non dicitur maximum, quae est fel: fel enim dicitur quando homo cito movetur ex ebullitione cholerae et inflammatione; sed illud[l] non determinat maximum peccatum; ergo non quantum[m] ad illud dicitur maximum. Item[n], nec quantum ad secundam, quae dicitur mania, quia non statim potest transire memoria mali: unde istud etiam non est in potestate hominis vel voluntate. Item, nec quantum ad tertiam[o], quae dicitur κότος, id est[p] « observans tempus in[q] vindictam », quia haec duratio non facit gravissimum peccatum, licet duret quantum ad vindictam. Ergo secundum nullam istarum specierum dicitur[r] maius peccatum; non est ergo maximum peccatum in se.

[Solutio]: 1. Et[s] dicendum quod verum est quod ira secundum quamlibet sui speciem singulariter non est maximum peccatum. Unde Chrysostomus non loquitur dicendo quod ira secundum omnem sui speciem sit maximum, sed loquitur de illa ira in qua coniunguntur haec duo, scilicet memoria mali et observatio temporis in vindictam, quasi semper crescendo in vindictam: et talis ira habet insaniae rationem; unde istam et[t] insaniam comparat Chrysostomus cum dicit: « Irae et insaniae medium nihil »; « non est quid difficilius quam memoria malorum[5] ».

2. Ad illud quod obicitur de comparatione irae ad daemonium in quantitate, dicendum quod ipse Chrysostomus bene determinat quantum ad quid dicit iram esse difficilius quam daemonium, dicens[6]: « Qui daemonium[u] habet venia potietur, qui vero irascitur simpliciter », ducendo ad effectum vel consensum, « infinitis erit suppliciis dignus, voluntarie se ipsum in barathra perditionis ferens et ante futuram gehennam hic iam vindictam[v] solvens, tumultum[x] quemdam

---

[a] R *permittis.* [b] Z *inde* pro *i. s.* [c] Ita BT, alii add. *et;* VT *se vero,* alii *severo* pro *si vero.* [d] RL *trahit,* quod F corr. [e] B *contraxit.* [f] V *mortale.* [g] VF *demonum,* quod L corr. [h] FR *ita,* quod L corr. [i] Ita V, alii om. *d. e.* [k] V *est.* [l] R *istud,* quod F corr. [m] RL *nunquam* pro *n. q.* quod F corr. [n] FRL *iterum.* [o] R *eternam.* [p] FRL *scilicet* pro *i. e.* [q] V *ad,* L *vel.* [r] B *dicit.* [s] V *ad quod.* [t] RL om., in F est add. interl. [u] V om. *d. q. d.* [v] RL *benedictam;* L *hec* pro *hic.* [x] L *cumulat.*

1 *Ordin.*, in h. l., ap. Lyran., ex Hieronymo, *In Matth. 5*, 28 (PL 26, 38); cf. supra, p. 538, nota 2 et 3.
2 *In Ioan.*, hom. 48, n. 3 (PG 59, 272).
3 Loc. cit. (PG 59, 273).
4 Cf. *De fide orthod.*, II, c. 16 (PG 94, 934).
5 Chrysost., *In Matth.*, hom. 61, n. 4 (PG 58, 594); *Homilia De decem mill. talent. debitore*, n. 7 (PG 51, 29).
6 Loc. cit.

et fluctuationem intolerabilem per totam noctem et diem inducens [a] oculis animae ». Quia ergo daemonium [habens] habet miserationem et potietur [b] venia, ira autem non, immo facit hominem indignum venia et dignum gehenna, ideo dicit quod « difficilius est ira [c] quam daemonium » simpliciter quantum ad poenam utrumque sequentem in futuro. Unde habet hic etiam ipse iracundus poenam similem gehennae, sicut patet per auctoritatem praedictam [d].

Unde est quod primo nominavit Dominus gehennam, cum nominavit poenam irae, Matth. 5, 22? Ad quod iam patet solutio. Gehenna dicitur a monte quodam in quo est sulphur continue ardens, secundum quod dicitur in Psalmo [1]: *Pluet super peccatores laqueos, ignis, sulphur et spiritus procellae* [e] etc.; et quia ille, qui est in ira confirmatus, habet ardorem, quia ardet in igne irae continue [2], sicut anima misera in igne gehennae, ideo in aggravationem [f] istius peccati et ostendendam [g] similitudinem ad gehennam, nominat tunc primo gehennam, cum loquitur de iracundo, et dicit quod *reus erit gehenna.*

556 CAPUT X.

UTRUM IRA SIT CAUSA OMNIUM MALORUM.

Decimo quaeritur utrum ira sit causa [h] omnium malorum.

Et ostenditur quod sic, 1. quoniam super illud Prov. 29, 22: *Vir iracundus provocat* [i] *rixas,* dicit Glossa Bedae [3]: « Ianua omnium vitiorum est iracundia, qua clausa, virtutibus intrinsecus dabitur via, cum vero [k] est aperta, ad omne facinus armabitur animus ». Est ergo ianua superbiae et invidiae et aliorum vitiorum, qua aperta, intrant, et ita est causa omnium vitiorum.

Contra. *a.* Dicit Gregorius [4] quod ira generatur ex superbia et inani gloria et aliis peccatis; ergo non est causa omnium vitiorum.

[Solutio]: 1. Ad quod dicendum quod, cum dicitur ' ira est ianua omnium [l] vitiorum ', fit sermo de ira progressiva in actum, quia tunc est ianua aperta; et non dicitur ianua omnium vitiorum proprie, sed illorum quae procedunt in nocumentum proximi. Unde, cum dicitur ira esse ianua omnium vitiorum, hoc intelligitur de illis vitiis quae ad nocumentum proximi pertinent, quae nominat Apostolus, Ephes. 4, 31-32, et eorum opposita, cum dicit: *Omnis amaritudo et* [m] *ira et indignatio et clamor et blasphemia tollatur a vobis cum omni malitia; estote autem invicem benigni, misericordes, donantes invicem, sicut et Deus in Christo donavit vobis.* Unde accommoda [n] est ibi distributio pro illis vitiis quae sequuntur [o] iram. Nec ei repugnat quod superbia sit initium omnium malorum, quoniam est mater omnium generaliter [p], ira non.

557 CAPUT XI.

DE OPPOSITO IRAE [5].

Undecimo quaeritur de opposito irae. Et quaeritur utrum ira per zelum sit eius oppositum.

Et ostenditur [q] **quod sic,** *a.* quoniam sunt in eodem genere nec possunt simul esse in eodem subiecto [r], sed maxime a se [s] distant; ergo sunt opposita.

Contra. *b.* Videtur quod mansuetudo sit eius oppositum. Matth. 5, 4: *Beati mites* etc., Glossa [6]: « Mitis est, quem non rancor vel ira afficit, sed omnia aequanimiter sustinet ». Ergo mititas sive mansuetudo est eius oppositum. — Item, ibidem [7]: « Mitis est, quem mentis asperitas seu [t] amaritudo non afficit, sed simplicitas fidei ad omnem iniuriam sustinendam instruit ». Hoc autem est contrarium irae. — Item, Gregorius [8], Iob 5, 2, super illud: *Parvulum occidit invidia,* dicit: « Mansuetudo imaginem Dei in nobis servat,

---

[a] V *indicium*, Z *indicans*. [b] V *potitur*, RL *patietur*, quod F corr. [c] RL *iram*, quod F corr. [d] Ita V, alii *dictam*. [e] B *procellarum*. [f] RL *aggravatione*. [g] FRL *ostendam*. [h] R om., in F est add. mg., in L add. interl. [i] V om. [k] V *ergo*. [l] Ita V, alii om. [m] FRL om. [n] B *accommodata*, quod T corr.; B *illi* pro *ibi*. [o] V *insequuntur*. [p] V add. *non*. [q] B om. *e. o.* [r] L om.; V *eadem substantia* pro *e. s.* [s] B om. *a. s.* [t] V *mitis asperitas sive* pro *m. a. s.*

1 Psalm. 10, 6.
2 Cf. Augustin., *Enarr. in Psalm.* 77, 48, n. 27 (PL 36, 1000).
3 In h. l. (PL 91, 1022).
4 *Moral.*, XXXI, c. 45, n. 87 sqq. (PL 76, 621 sq.).
5 Cf. Guil. Altissiod., *Summa*, II, tr. 22, c. 2 (fol. 88d sq.); Ioan. de Rupella, *Summa de vitiis* (fol. 20d).
6 *Ordin.*, in h. l., ap. Lyran. 7 Loc. cit.
8 *Moral.*, V, c. 45, n. 78 (PL 75, 723 sq.).

qui semper tranquillus est, sed ira dissipat ». Ergo per se opponuntur ira et mansuetudo.

c. Sed quod patientia opponatur ei, ostenditur sic, quia dicitur Prov. 15, 18: *Vir iracundus provocat rixas; qui patiens est, mitigat suscitatas.* Ergo patientia per se opponitur ipsi irae; et hoc etiam dicit Augustinus, in libro *De conflictu vitiorum et virtutum* [1].

[Solutio]: Ad quod dicendum quod unumquodque istorum opponitur irae, diversis tamen rationibus. Patientia enim [a] opponitur irae, quia extinguit motum eius, et ideo dicitur: *Qui patiens est, mitigat iras suscitatas,* quia, quando [b] homo non respondet iracundo, refrenatur et incipit extingui motus irae; et ideo dicit Hieronymus [2] quod « irasci hominis est, sed finem imponere irae christiani est, qui debet habere patientiam ». Sed quando homo non habet patientiam, sed respondet iracundo, tunc praebet ei materiam magis furendi et magis irascendi. Et sic ratione motus, scilicet quia extinguit motum eius, opponitur ei patientia. — Ira autem per zelum opponitur ei ratione materiae, hoc est ratione eius de quo est, quia conveniunt in genere actus, sed opponuntur quantum ad illud de quo, quia qui irascitur per vitium, irascitur personae, qui autem irascitur [c] per zelum, irascitur peccato, quia ira per zelum vult destruere vitium in se et in alio. Unde ira per zelum vitium respicit, et sic est respectu mali; sed ira per vitium respicit personam, persona autem, in quantum huiusmodi, bonum est. — Mansuetudo autem opponitur ipsi quantum ad initium [d], ut scilicet motus irae non insurgat; unde sicut patientia opponitur ei ex parte finis quantum ad motum [e], ut scilicet extinguat motum, ita mansuetudo opponitur ei quantum ad initium [f] motus, ut scilicet motus non insurgat. Et sic omnia ista opponuntur irae secundum rationes diversas.

CAPUT XII. 558

DE POENA PECCATI IRAE.

Duodecimo quaeritur de poena peccati irae. Matth. 5, 22 ordinat Dominus poenas tres huius peccati, et vult ibi designare [g] triplicem gradum irae.

I. Quaeritur ergo si omnibus illis modis est ira peccatum mortale.

Et ostenditur quod sic, 1. quoniam dicit ibi Rabanus, in Glossa [3]: « Iis tribus, *iudicio, concilio, gehenna,* diversae mansiones in aeterna damnatione pro modo peccati signanter exprimuntur ». Ergo poena aeterna [h] debetur irae secundum quemlibet suum modum; ex quo patet quod istae poenae sunt diversae mansiones in aeterna poena; sed omne peccatum, cui debetur poena aeterna, est mortale; si ergo ira secundum [i] illos tres modos reum [k] facit poena aeterna, ergo ira secundum illos tres modos est peccatum mortale.

Ad oppositum. *a.* Dicit Chrysostomus [4]: « Eum [l] qui irascitur inaniter, damnavit *iudicio;* eum autem qui dicit [m] *'raca', concilio;* sed nondum haec [n] magna sunt, quia haec sunt poenae; propter [o] eum qui stultum vocat vel nominat, *gehennae* apposuit ignem [p] ». Ergo ira non est peccatum mortale nisi ratione ultimi modi, qui est quando dicitur *'fatue'*.

II. Praeterea, quaeritur: Estne totum hoc una poena vel plures, scilicet iudicium, concilium, gehenna?

Et non videtur hoc totum esse nisi una poena [q], 1. quia iudex primo iudicat in se, postea advocat concilium ad deliberandum, postea profert sententiam; unde iudicium et concilium non sunt poenae, immo ordinant ad sententiam poenae sive ad poenam; ergo hoc totum est una poena, non plures.

2. Item, Gregorius [5]: « In *iudicio* causa discutitur, in *concilio* definitur, in *gehenna* vero ea, quae de concilio egreditur sententia, explicatur ». Ergo, ut prius, iudicium et concilium non sunt poenae, immo ordinant ad sententiam poenae sive ad poenam; ergo hoc totum est una poena. Qualiter ergo tres culpae?

[Solutio]: I. 1. Ad quod dicendum quod isti tres gradus irae sic distinguuntur: quia est ira in corde, quae est sine voce, et haec est prima; item, est ira in corde [r], quae est cum voce tantum, sicut quando dicit *'raca';* tertia est cum

---

[a] FR *id est,* quod L corr.; T om. *diversis... irae.* [b] T *non.* [c] B om. *per... irascitur.* [d] VBT *vitium,* quod L corr. [e] R *motivum.* [f] V *vitium.* [g] B *assignare.* [h] VR om. [i] T om. [k] B *reos.* [l] Ita VB, alii om. [m] Ita R, alii *dixit.* [n] V om. [o] Ita V, alii *propterea.* [p] B *igne.* [q] R om. *vel... poena.* [r] VR om. *i. c.*

1 Cap. 1 (PL 40, 1092). 2 *Epist.* 12 (PL 22, 346).
3 Rectius *Ordin.,* in h. l., ap. Lyran.
4 *In Matth.,* hom. 16, n. 8 (PG 57, 249).
5 *Moral.,* XXI, c. 5, n. 9 (PL 76, 194).

voce et sermone, scilicet quando dicit '*fatue*': hic enim est vox et sermo, quia aliquid significo, et ita distinguit Gregorius[1]; et, cum istae se habeant secundum gradus in culpa, secundum has vult distinguere gradus in poena. Sed notandum quod ira, quae est in corde sine voce et sermone, potest esse dupliciter[a]. Potest enim ira esse in corde tantum, ita quod levis sit motus, cui[b] non consentit ratio, sed repugnat, et haec est venialis, et de hac non fit sermo, sed de illa quae est[c] quando aliquis vult graviter nocere proximo suo vel facto vel verbo, et talis ira, licet sit clausa in corde, nihilominus mortalis est, sicut habens adulterium in corde suo, licet non ad actum progrediatur, cum[d] vult voluntate plena, est peccatum mortale, sicut dicit Augustinus[2], et per illa tria significantur gradus[e] in poena aeterna secundum magis et minus, sicut dicit Glossa[3] Matth. 5, 22. Unde non intelligitur[f] quod non puniantur omnes poena aeterna, quia quaelibet est mortalis et cuilibet debetur aeterna damnatio secundum gradus maioris et minoris culpae: nam per illa tria significantur gradus maioris et minoris culpae.

II. 1-2. Sed quod obicitur quod 'illa tria sunt una poena, quo modo ergo plures poenae per illa designantur?' dicendum quod Gregorius loquitur per quamdam similitudinem. Quando enim homo delinquit et convincitur super delicto, iudex in se iudicat et cogitat poenam eius, et istud iudicium[g] iudicis in se est poena illi misero, quia scit se esse determinatum ad poenam a iudice. Sed ulterius, quando a iudice et assistentibus determinatur ei poena, tunc istud est illi gravius[h]: tunc videtur ei quod[i] immobiliter sit ad poenam determinatus; sed gravior est ei poena, quando pronunciatur sententia poenae. Primum appellatur iudicium, scilicet quando iudex apud se discutit et diiudicat de poena; secundum vocat concilium, quando scilicet aliis assistentibus determinat et tractat de ipsa ipsis ad hoc vocatis; tertium dicitur gehenna, scilicet sententiae prolatio, quia[k] tunc est consummatio: tunc enim est poena gravissima. Et sicut crescit haec determinatio poenae in concilio respectu iudicii, et in gehenna, ita per similitudinem vult ipse[4] dicere et adaptare quod maior poena et minor debetur irae secundum illas differentias. Et istud totum habetur ex Glossa[5] Matth. 5, 22 super illud idem, quae dicit: « Gradus sunt in istis peccatis. Primo est irasci et hunc motum animo retinere; plus est, si vocem commotio ipsa extorsit, qua feriatur ille cui irascitur; plus etiam si certa vituperatio. Similiter gradus sunt in poena: nam[l] minus est iudicium, quando adhuc cum reo agitur et est defensioni locus; plus etiam concilium, quando iudices inter se conferunt quo supplicio damnent quem constat esse damnandum; plus etiam[m] gehenna, ubi nulla sententiae dilatio. Et ita quod[n] propriis et certis modis exprimi non potuit, quibusdam similitudinibus distinctum est. Iis enim tribus, *iudicio, concilio*[o], *gehenna*, diversae mansiones in aeterna damnatione pro modo peccati signanter exprimuntur ».

---

[a] B *duplex*. [b] V *ita quod ei*. [c] BT om. *q. e*. [d] Ita FL, alii *tamen*. [e] Z om. [f] TFLZ *intelligatur*. [g] V om. [h] Ita V, alii *gravior*. [i] Z om., in FL est add. mg. [k] V *et*. [l] V *non*. [m] V *in* pro *p. e*. [n] R om. [o] B add. *et*.

1 Cf. *Moral.*, XXI, c. 5, n. 9 (PL 76, 194).
2 Cf. *De serm. Dom. in monte*, I, c. 9, n. 24 (PL 34, 1241).
3 Rabani, in h. l. (PL 107, 806 sq.).
4 Scilicet Gregor. M., loc. cit.
5 *Ordin.*, in h. l., ap. Lyran., ex Augustino, loc. cit. et ex Gregorio M., loc. cit.

TITULUS IV.

DE ACIDIA [1].

Consequenter dicendum est de acidia. Circa quam plura incidunt [a] dubitabilia.
Primum est de ratione [b] ipsius nominis, unde trahitur;
secundum est de ratione ipsius, quid sit secundum rem;
tertium, in quo genere sit;
quartum, de causa istius peccati et radice;
quintum [c], an sit capitale vitium;
sextum, de eius opposito, quid [d] sit illud;
septimum, de comparatione acidiae ad invidiam;
octavum, de magnitudine huius peccati;
nonum, quare acidia ponitur peccatum penes superfluitatem et non penes diminutionem;
decimum, contra quod praeceptum Decalogi sit;
undecimum, de eius effectu.

CAPUT I. 559

UNDE TRAHITUR HOC NOMEN ACIDIA.

Ad primum sic: Quaeritur unde trahitur hoc nomen 'acidia'.

1. Si dicatur quod sumitur ab illo verbo Eccli. 6, 26: *Subice humerum tuum et porta illam, et ne acedieris in vinculis eius,* id est *ne acedieris* de praeceptis, quae dicuntur vincula sapientiae, vincula enim sapientiae sunt praecepta [2] — contra, quoniam secundum hoc videtur quod acidia circuiat [e] omne peccatum, quia in omni peccato mortali est taedium alicuius praecepti, quia qui peccat peccato invidiae, taedet ipsum de praecepto caritatis, et superbum de humilitate et sic de aliis; ergo, si quodlibet peccatum importat taedium alicuius praecepti, non determinatur peccatum acidiae penes taedium vel tristitiam circa praecepta; ergo non trahitur hoc nomen huius peccati ex illo verbo, quia [f] respicit indifferenter omnia capitalia peccata.

[Solutio]: Ad quod [g] dicendum quod hoc nomen 'acidia' dicitur ab acredine, quia Prov. 10, 26 dicitur: *Sicut acetum dentibus et fumus oculis, sic piger iis qui miserunt eum, in via.* Hic enim comparatur pigritia sive acidia aceto, quod est res inferens nocumentum, et ratione nocumenti comparatur ipsi, quia sicut hic est [h] nocumentum corporale, quod facit dentibus ipsum acetum, scilicet quia infert acredinem, ita hoc peccatum dicitur acidia, quia infert nocumentum spirituale animae, scilicet acredinem quamdam, ex qua taedet animam bonum spirituale difficile, et ideo dicitur istud peccatum acidia ab acredine; unde debet scribi per unum c, non per duplex c.

[Ad obiecta]: 1. Ad illud quod obicitur quod 'acidia circuit omnia praecepta, quia vincula dicuntur ipsa praecepta': dicendum [i] quod aliquid est difficile, et ultra illud, quod est difficile [k], est etiam determinare spirituale laboriosum, ut dicatur difficile laboriosum: aliquid enim [l] est difficile, quod non est tamen [m] alicui laboriosum; sed, cum est difficile et cum hoc laboriosum [n], iuxta illud determinatur peccatum acidiae, sicut dicit Chrysostomus [3]. Sicut spirituale laboriosum bonum est, ita corporale voluptuosum malum est. Unde dicit [4]: « Malitiae comes est voluptas, virtuti vero consors est labor ». Circa ergo bonum spirituale laboriosum vult ipse quod sit acidia.

Sed contra obicitur, quia [o] praecepta sunt bona spiritualia, difficilia, laboriosa; ergo circa

---

[a] B *sunt.* [b] B add. *huius.* [c] V add. *est.* [d] Ita B, alii *quod.* [e] V *circumeat.* [f] V *quod*, R *qui.* [g] V *hoc.* [h] L om. [i] FLZ add. *est.* [k] V om. *et... difficile.* [l] V *cum.* [m] B *tantum;* R om. *alicui.* [n] V add. *et.* [o] T *quod.*

[1] In cod. Assisiensi 138, fol. 90b-91b, plura sequentium verbotenus occurrunt.

[2] Cf. Gregor. M., *Moral.*, XXXI, c. 4, n. 4 (PL 76, 574).

[3] *In Ioan.*, hom. 36, n. 2 (PG 59, 206).

[4] Loc. cit.

taedium praeceptorum determinatur acidia, et ita, ut prius, est comes omnis peccati circuiens ea. — Et dicendum quod spirituale accipitur duobus modis: uno modo prout generaliter attenditur et circuit omnia praecepta et prohibitiones divinas, et sic acidia, quae est circa spirituale, hoc modo est quiddam[a] generale, et secundum hoc dicitur a B. Gregorio[1]: « Sequela acidiae torpor circa praecepta et vagatio mentis circa illicita ». Aliter dicitur spirituale, prout solum respicit illa opera quae ordinant in Deum per se, sicut sunt ista opera 'orare, psallere, legere' et huiusmodi, et hoc modo[b] circa spirituale laboriosum determinatur acidia, prout est speciale[c] peccatum. Unde hoc modo spirituale laboriosum, scilicet in tali genere, determinat[d] acidiam in specie peccati, secundum quod dicit Bernardus[2] quod acidiae opponitur suavitas vel iucunditas mentis, quae est in contemplatione.

560 CAPUT II.

QUID SIT ACIDIA SECUNDUM REM ET DEFINITIONEM[3].

Secundo quaeritur de acidia quid sit secundum rem et definitionem.

a. Ponit autem Augustinus[4] talem super illud Psalmi[5]: *Omnem escam abominata est anima eorum*: « Acidia est[e] taedium interni boni ».

b. Item[f], Richardus de S. Victore[6]: « Acidia est torpor mentis bona negligentis inchoare ».

c. Item, Damascenus[7]: « Acidia est tristitia aggravans ».

d. Item, alia[g] ponitur magistralis[8]: « Acidia est diffidentia implendi mandata ».

Quaeritur ergo in quo differant[h] istae definitiones.

Et obicitur 1. contra[i] istam definitionem, quae est: « Acidia est diffidentia implendi mandata », quoniam diffidentia opponitur confidentiae, quae est spei; sed acidia non opponitur directe spei; ergo acidia non est diffidentia essentialiter; si ergo definitio datur per essentialia rei, ergo male definitur acidia per diffidentiam. — Ad oppositum. Confidentia est dispositio fortitudinis, ut dicit Tullius[9]; et dicit Isidorus, *De institutione ecclesiastica*[10], quod acidiae opponitur fortitudo; ergo per se et essentialiter dicitur acidia diffidentia, quia ratione illius dicitur opponi fortitudini.

2. Similiter obicitur de illa definitione, quae est: « Acidia est taedium interni boni », quia acidia est respectu praecepti vel prohibiti, et hoc est exterius bonum; ergo dicitur acidia respectu exterioris boni; ergo non est taedium interni boni, immo boni exterioris, et ita non dicit illa definitio rationem ipsius.

3. Similiter obicitur de illa definitione, quod « acidia est torpor mentis bona negligentis ». Contra[k] quam obicitur sic: torpor est idem quod segnities; sed « segnities est timor futurae operationis[11] »; ergo torpor est timor futurae operationis[l]; sed tristitia et timor disparata sunt; ergo acidia, cum sit tristitia, non est torpor.

4. Similiter obicitur contra istam definitionem, quae est: « Acidia est tristitia aggravans », quia Damascenus[12] ponit quatuor species tristitiae, et unam vocat ἄχος quae vocem aufert, et illa est tristitia aggravans; ergo secundum hoc ἄχος et acidia idem essent: quod est falsum, cum sint diversae species tristitiae; ergo non est illa definitio acidiae. — Quod autem ἄχος sit tristitia aggravans, patet, quoniam efficit hominem sine voce. — Item, torpor opponitur tristitiae; sed acidia est torpor, sicut dicit Richardus[13]; ergo acidia non est tristitia. — Item, tristitia opponitur gaudio, acidiae opponitur fortitudo[14]; sed quorum opposita sunt diversa, ipsa sunt diversa; sed gaudium non est fortitudo, quia gaudium est fructus; ergo acidia non est tristitia. — Contra. Augustinus, *De conflictu vitiorum et virtutum*[15], dicit quod tristitia et gaudium spirituale opponuntur. Unde dicit: « Non

---

[a] V *quibusdam.* [b] V *non.* [c] V *spirituale.* [d] R *determinant.* [e] B *enim.* [f] V *unde.* [g] Z *alibi.* [h] Ita VZ (correcti), alii *differunt.* [i] VR *circa.* [k] VR *circa.* [l] R om. *ergo... operationis.*

1 *Moral.*, XXXI, c. 45, n. 88 (PL 76, 621).
2 Cf. *Vitis mystica*, c. 19, n. 66 (PL 184, 675).
3 Cf. Guil. Altissiod., *Summa*, II, tr. 24, c. 1 (fol. 90c); Ioan. de Rupella, *Summa de vitiis* (fol. 21a).
4 Cf. in h. l. (PL 37, 1425); verbotenus in *De septem vitiis* (inter opp. Augustini, PL 40, 1089).
5 Psalm. 106, 18.
6 Cf. *In Psalm. 90* (PL 196, 400).
7 *De fide orthod.*, II, c. 14 (PG 94, 931).
8 Cf. Guil. Altissiod., loc. cit.
9 Cf. *Rhetor.*, II, c. 54; *Tuscul.*, III, 7.
10 *Sentent.*, II, c. 37, n. 2 (PL 83, 638).
11 Damascen., loc. cit., c. 15 (PG 94, 931).
12 Loc. cit., c. 14 (PG 94, 931).
13 Cf. supra, nota 6.
14 Cf. supra, sub n. 1.
15 Cap. 12 (PL 40, 1097).

est in iis contristandum quae suades, sed magis gaudendum[a] in iis quae nondum intelligis ». Et iterum[1] : « Nullus moeroris debet esse locus, ubi tanta laetitia succedit ». Ergo tristitia et acidia sunt idem, cum habeant idem oppositum. Praeterea, obicitur quoniam[b] secundum istam definitionem Damasceni non videtur acidia differre ab invidia, quoniam invidia est tristitia aggravans.

[Solutio]: Ad hoc dicendum[c] ad primum quod tres ponuntur rationes acidiae, sicut tactum est supra[2], distinctae secundum causas in tempore praeterito aut praesenti aut futuro. Prima enim respicit malum in praesenti, cum dicitur quod « acidia est tristitia aggravans »; secunda respicit bonum in praeterito, comprehensum ut malum sibi, quia scilicet est difficile et laboriosum, scilicet illa quae dicit quod « acidia est taedium boni interni a Deo collati »; tertia vero respicit malum in futuro, cum scilicet dicitur quod « acidia est torpor mentis bona negligentis inchoare ». — Si autem quaeratur quae istarum definitionum essentiam acidiae determinet, dicendum est quod illa quae dicit quod « acidia est tristitia aggravans ». Sequens vero determinat causam antecedentem, quae scilicet dicit quod « acidia est taedium boni interni a Deo collati » : bonum enim internum, apprehensum ut difficile ad conservandum in opere, est causa praeexistens illius tristitiae consequentis naturaliter. Tertia vero dicit intentionem consequentem proximo, quae scilicet dicit quod « acidia est torpor mentis bona negligentis inchoare » : qui[d] enim tristatur tristitia aggravante, torpet ab operibus fiendis. — Et per hoc potest patere quaestio, si quis quaerat propter quid ponatur torpor de nascentibus ab acidia, et non tristitia aut taedium. Haec enim non consequuntur[e], illud vero consequitur.

[Ad obiecta]: 1. Ad illud ergo quod primo obicitur de illa ratione magistrali, scilicet quod « acidia est diffidentia » : dicendum quod[f] ipsa dicit intentionem consequentem sicut illa « acidia est torpor ». Ex hoc enim quod videt bonum sibi esse difficile et laboriosum ad conservandum vel faciendum, ex hoc est quod diffidit et torpet circa illud faciendum. Unde concedo bene quod illa ratio non determinat essentiam ipsius acidiae : unde non datur per aliquid quod sit essentiale ad ipsam, immo per illud quod ad ipsam[g] consequitur, sicut dictum est[3]; et concedo[h] rationem, quae ostendit quod non detur illa ratio per illud quod est[i] essentiale acidiae. — Ad rationem in contrarium dicendum[k] quod acidia non est essentialiter diffidentia, immo diffidentia ipsam concomitatur, hoc est[l] sequitur ad ipsam. — Et ad illud[m] quod dicitur quod 'fortitudo opponitur ipsi acidiae', dicendum quod hoc est ex consequenti, ratione scilicet diffidentiae annexae ipsi acidiae : unde non per se illi opponitur, sed ratione annexi vel[n] sequentis naturaliter ex ipsa.

2. Ad illud quod secundo obicitur de alia definitione, dicendum quod ipsa non determinat essentiam acidiae, sed datur per illud quod est antecedens ad ipsam. — Et ad illud[o] quod obicitur quod 'acidia debet dici taedium externi boni' : dicendum, sicut dictum est[4], quod peccatum acidiae dicitur esse circa bonum spirituale apprehensum ut difficile et laboriosum, et ex hoc quod apprehenditur ut laboriosum vel difficile, ex hoc venit tristitia. Ratione ergo qua illud bonum est spirituale, dicitur esse internum, ad differentiam boni corporalis; ratione autem qua illud bonum est ut difficile et laboriosum in opere, bene dicitur esse externum.

3. Ad illud quod obicitur de tertia definitione, scilicet quod « acidia est torpor » : dicendum quod torpor, consequens ipsam acidiam, non est acidia essentialiter sicut nec[p] diffidentia, immo ad ipsam acidiam[q] vel tristitiam sequuntur[r] torpor ille et diffidentia. Unde definitio illa non datur per aliquid essentiale acidiae, hoc est quod sit de essentia illius, immo per consequens ad ipsam naturaliter, et ita ratio non procedit quin possit definiri per ipsam tamquam per consequens ad ipsam, licet non tamquam per essentiale vel formale in ipsa : ex illa enim tristitia sequitur diffidentia et torpor. Anima enim quae tristatur circa bonum difficile et laboriosum, ex hoc quod videt ipsum difficile et laboriosum, torpet; ex hoc autem quod videt ipsum et aestimat se non posse perficere[s] illud et implere perseverando in illo, diffidit[t].

4. Ad illud quod obicitur contra tertiam definitionem Damasceni, quae est quod[u] « acidia est tristitia aggravans » : dicendum quod illa definitio determinat essentiam ipsius acidiae. — Et ad illud[v] quod obicitur quod 'convenit alii'[x], scilicet ἄχος, quae est alia species acidiae, dicimus quod contingit loqui de ἄχος, quae est « tristitia vocem auferens », et de acidia dupliciter : uno modo prout sunt passiones sive poenae, et

---

[a] V *gaudium.* [b] VZL om., in F est add. mg. [c] V add. *est.* [d] R *quoniam.* [e] FL *consequitur.* [f] Z om., in FL est add. mg. [g] V om. *immo... ipsam.* [h] VRZ *concedit*, quod FL corr. [i] FLZ om. *q. e.*, in R est add. mg. [k] FLZ add. *est.* [l] L *enim.* [m] Ita V, alii om. *a. l.* [n] V om. [o] Ita V, alii om. *a. l.* [p] V *torpor ille est.* [q] T om. [r] RZ *sequitur.* [s] V *proficere.* [t] V *differt.* [u] Z om. [v] Ita V, alii om. *a. l.* [x] VR *alius.*

1 Loc. cit. (PL 40, 1098).
2 Cf. hic, in principio huius capitis.
3 Cf. hic, in fine *Solutionis.*
4 Cf. hic, in *Solutione.*

sic differunt ad invicem secundum gradus, quia acidia est interior, ἄχος vero est exterior, et ita, si definiuntur[a] ut passiones vel poenae, bene concedo quod ipsarum non est eadem definitio. Alio modo contingit loqui de ipsis ut sunt peccata, et sic non differunt invicem, immo ad unum genus peccati reducuntur. — Ad illud quod obicitur quod 'opposita tristitiae et acidiae non sunt eadem, ergo nec acidia est tristitia': dicendum quod, sicut dictum est[1], fortitudo per se et ratione essentiae non opponitur ipsi acidiae, immo ratione diffidentiae annexae ipsi acidiae. Unde sicut diffidentia non est tristitia, immo sequens ad ipsam, ita dicimus quod fortitudo non est gaudium. Si autem fortitudo per se et essentialiter opponeretur acidiae, et non ratione annexi, bene procederet ratio. — Ad aliud quod obicitur de torpore, dicendum, sicut dictum est[2], quod, cum dicitur « acidia est torpor » etc., hic non est praedicatio essentialis sive formalis, immo notans concomitantiam tamquam eius quod ad alterum sequitur. Unde non dicitur acidia torpor nisi quia acidia est tristitia, formaliter loquendo, ad quam tristitiam sequitur torpor mentis circa boni implectionem sive circa inchoationem boni, propter hoc quod[b] aestimatur non posse impleri. — Ad illud quod obicitur quod 'haec ratio convenit invidiae': dicendum quod non prout est ratio acidiae est ratio invidiae, immo alia de causa et ratione. Nam invidia proprie tristatur de bono alterius, quod tamen apprehendit ut sibi malum et nocivum, in[c] hoc scilicet quod aestimat illud esse diminutivum sui boni; acidia autem proprie tristatur de bono, eo quod apprehendit illud tamquam difficile et laboriosum ad faciendum. Et sic sunt diversae rationes et[d] motiva huiusmodi tristitiae hic et ibi.

561

CAPUT III.

IN QUO GENERE SIT ACIDIA.

Tertio quaeritur in quo genere sit acidia, utrum scilicet in genere passionis.

Et ostenditur quod non, 1. quoniam dicit Damascenus[3] quod passionem consequitur tristitia, et sumit illud ex verbo Philosophi[4] dicentis: « Dico autem passiones ex quibus universaliter sequitur delectatio vel tristitia ». Sed acidia est tristitia; ergo non est passio, immo sequens ad passionem.

Contra. *a.* Damascenus[5], ubi loquitur de passionibus, vocat ipsam acidiam passionem, quia huiusmodi tristitias vocat passiones, de quibus ibi loquitur.

[Solutio]: 1. Ad quod dicendum quod delectatio uno modo est terminus passionis delectabilis[e], alio modo est passio; similiter tristitia uno modo est terminus passionis tristabilis, alio modo est passio. Unde de delectatione, quae est terminus passionis delectabilis, loquitur Remigius[6], cum dicit quod delectatio est actus sine motu: passio enim[f] cum motu est; unde delectatio illa non est passio, sed potius passionis terminus. Secundum ergo quod delectatio et tristitia sunt termini passionum loquitur Philosophus, dicens quod delectatio et tristitia sequuntur ad passiones. Nihilominus delectatio et tristitia passiones sunt: animus enim aliquando movetur fugiendo vel appetendo, et, cum in fine succumbit, terminus iste dicitur tristitia. Tristitia autem potest dici et de passione et de termino passionis, et sic bene concedendum est quod tristitia est passio. Tamen tristitia ista non dicitur peccatum, in quantum huiusmodi, nisi secundum quod[g] volentibus nobis accidit vel non sine voluntate nostra: non enim de ratione illa pura qua est passio, est peccatum, immo poena, sed quia ulterius est voluntaria, ut dictum est[7].

562

CAPUT IV.

DE CAUSA ET RADICE ACIDIAE.

Quarto quaeritur de causa istius peccati et radice, utrum scilicet ex amore sit vel libidine, secundum quod libido dicitur esse[h] principium omnis peccati.

Ostenditur autem quod non, 1. quoniam amor ille inordinatus sive libido, quod idem est, et acidia ex opposito se habent: libido enim[i] dicitur improba voluntas respectu eius quod placet;

---

[a] V *definiantur;* BT *sic* pro *si.* [b] R add. *non;* BT om. *hoc.* [c] L *et.* [d] V om. [e] B om. [f] V *autem.* [g] T om. [h] L om. [i] T *autem.*

1 Cf. supra, p. 553b. 2 Cf. supra, *ad 3.*
3 Cf. *De fide orthod.,* II, c. 22 (PG 94, 939).
4 *Ethica ad Nicom.,* II, c. 5 (II, 18).
5 Loc. cit.
6 Cf. supra, p. 523, nota 6.
7 Cf. supra, p. 553b sq.

sed acidia sive tristitia dicitur respectu eius quod displicet; ergo per oppositum se habet ad illum amorem inordinatum sive libidinem; ergo non reducitur ad illum tamquam ad radicem vel principium. Ex quo sequitur quod acidia non sit peccatum, cum omne peccatum ad illam reducatur tamquam ad [a] radicem sive principium, sicut dicit Augustinus, in libro [b] *De libero arbitrio* [1].

[Solutio]: 1. Ad quod dicendum, secundum Augustinum [c], in libro *De libero arbitrio* [d] [2]: Licet timor male humilians et amor male accendens opponantur, nihilominus timor male humilians nascitur ex amore male accendente, sicut cum aliquis occidit alium hominem quem timet, et hoc quia amat vivere sine metu, et iste amor sive libido movet ipsum [e]. Unde, cum sint duae radices peccatorum, scilicet timor et amor, tamen timor semper reducitur ad amorem et causatur ab illo — sicut habetur in Glossa [3] super Psalmum [4]: *Incensa igni et suffossa*, et ideo dicitur amor sive libido simpliciter esse radix omnis peccati, quia nusquam causatur peccatum ex timore quin amor praecedat timorem radicaliter — similiter dicimus hic quod, licet homo tristetur in hoc peccato, haec tamen tristitia radicatur in aliquo quod sibi placet. Et ita patet radix et causa istius peccati.

CAPUT V. 563

UTRUM ACIDIA SIT CAPITALE VITIUM [5].

Quinto quaeritur utrum acidia sit capitale vitium.

Et ostenditur quod non. 1. Spirituale laboriosum est tristabile; sed tristabile displicet, et tale non cadit in affectione; et quod non cadit in affectione non est peccatum; ergo, cum acidia vel tristitia respiciat huiusmodi spirituale laboriosum, relinquitur quod non est unum de septem vitiis capitalibus.

2. Item, capitale vitium dicitur capitale, non quia nascitur ex alio, sed alia ex ipso; sed acidia sive tristitia nascitur ex alio; ergo non est capitale [f]. — Minor patet, quoniam acidia fugit spirituale laboriosum, sicut dictum est [6], et hoc propter aliquod delectabile, quod ei advenit ex fuga illius laboriosi sive tristabilis; ergo istud peccatum nascitur ex appetitu vel amore inordinato alicuius delectabilis; ergo ex alio peccato nascitur, et ita non est capitale.

3. Item, dicit Gregorius [7] quod ex perturbatione irae nascitur tristitia; sed ira est vitium capitale; ergo tristitia sive acidia nascitur ex alio capitali; ergo ipsa non est vitium capitale, sicut non diceremus quod torpor esset capitale, quia sequitur ex acidia.

Contra. *a.* Gregorius [8] in enumeratione exercitus diaboli ponit ipsam esse vitium capitale; ergo est vitium capitale [g].

[Solutio]: Ad quod dicendum quod acidia, secundum Gregorium, est capitale peccatum.

[Ad obiecta]: 1. Ad primam rationem in contrarium dicendum quod tristabile illud non displicet nisi quia eius oppositum placet, id est quies, et quia placet inordinate, ideo facit peccatum; cadit ergo acidia in affectione ratione illius libidinis vel amoris inordinati antecedentis ad istam displicentiam sive tristitiam.

2. Ad secundam rationem dicendum quod, licet acidia vel tristitia nascatur ex amore libidinoso, nihilominus est vitium capitale: amor enim ille libidinosus radix est peccati cuiuslibet generalis, sicut dicit Augustinus [9]. Unde nasci [h] ex illo non impedit quin sit vitium capitale, cum amor ille non sit peccatum separatum, immo causa et [i] radix essentialis cuiuslibet peccati, sine qua non est peccatum. Unde quando [k] dicimus 'iste amat voluptuosum in quiete et ideo fugit laboriosum', fugere laboriosum iste est motus illius peccati acidiae, amare autem voluptuosum in quiete istud est radix eius, et haec duo unum peccatum perficiunt et non duo. Et ideo patet quod tunc non nascuntur [l] ex alio peccato, quia non distinguitur in peccato, sed faciunt unum peccatum.

3. Ad tertiam rationem dicendum [m] quod 'sequi ex peccato capitali' est dupliciter: uno modo coordinatione essentiali, secundum hoc dicimus quod filiae capitalium vitiorum sequuntur

---

[a] R om. [b] B om. *i. l.* [c] B *quod Augustinus* pro *s. A.*; R exp. *A. q. d. s. A.* [d] V om. *Ad... arbitrio*; R om. *i. l. d. l. a.* [e] V *illum.* [f] V add. *vitium.* [g] R om. *e. e. v. c.* [h] Z *irasci.* [i] R *est.* [k] T om. [l] Ita V, alii *nascitur.* [m] T om.

1 Lib. I, c. 3, n. 8 (PL 32, 1225).
2 Lib. I, c. 4 (PL 32, 1225 sqq.).
3 Lombardi, in h. l. (PL 191, 766), ex Augustino, in h. l. (PL 36, 1026 sq.).
4 Psalm. 79, 17.
5 Cf. Guil. Altissiod., *Summa*, II, tr. 24, c. 3 (fol. 90d sq.).
6 Cf. supra, p. 553, *ad 1.*
7 *Moral.*, XXXI, c. 35, n. 89 (PL 76, 621).
8 Loc. cit., n. 87 (PL 76, 621).
9 Cf. supra, nota 2.

ex ipsis, et hoc modo sequi vel generari ex capitali vitio, sicut ex ira, bene impediret vitium esse capitale, quod ex ipso sequeretur; alio modo generatur aliquid ex capitali vitio, ita quod non est coordinatio essentialis unius ad alterum, sed accidentalis: sic [a] sequi ex uno capitali non impedit esse capitale, quia non sequitur tamquam filia; hoc modo sequitur acidia vel tristitia ex perturbatione [b] irae, non quod sit eius filia, sed quandoque contingit quod ex ipsa sequitur.

564

CAPUT VI.

DE OPPOSITO ACIDIAE [1].

Sexto quaeritur de opposito istius [c] peccati.

Ostenditur autem *a.* quod per se opponitur ipsi caritati, quoniam caritas facit omne difficile facile, sicut dicitur [2] super illud Matth. 11, 30: *Iugum meum suave est et onus meum leve*: « Quod est difficile in se, amanti est facile ». Caritas ergo facit de difficili [d] facile; sed acidia facit contrarium; ergo acidia per se opponitur caritati.

b. Quod autem opponatur fortitudini, videtur, quia dicit Isidorus [3] quod « acidiae fortitudo, tristitiae gaudium opponitur ».

c. Praeterea, videtur quod opponatur gaudio, quod est fructus Spiritus Sancti, quoniam acidia est tristitia; sed tristitia illa opponitur gaudio, quod est fructus; ergo acidia eidem opponitur.

d. Praeterea, videtur quod opponatur caritati, spei et patientiae, quoniam super illud Psalmi [4]: *Quare tristis es, anima mea,* Glossa [5]: « Ratio frequenter et vehementer persuadet tristitiam saeculi fugiendam, quae patientiam et caritatem et spem extinguit ». Si ergo extinguit ista, ergo opponitur istis.

[Solutio]: Et [e] dicendum quod acidia [f] omnibus istis opponitur et hoc propter diversa quae sunt in ea. Nam ipsam acidiam, sicut dictum est [6], concomitatur diffidentia implendi praecepta, et ratione huiusmodi diffidentiae opponitur spei. — Item, ibi est taedium rei laboriosae, et ratione huiusmodi taedii opponitur fortitudini, quae est in aggressu difficilium laboriosorum. — Radicaliter autem opponitur ipsi [g] caritati propter contrarietatem suorum motuum, quia acidia facit facile aestimari difficile, caritas difficile facit aestimari facile. — Item, ratione impatientiae annexae ipsi opponitur patientiae, quae est in sustinendo ea quae videntur adversa et laboriosa: est enim ipsam acidiam concomitans semper [h] impatientia, secundum quod nos vocamus impatientiam in non sustinendo aliquid laboriosum et difficile propter Deum, et non loquimur de impatientia quae est motus surgens ex iniuria illata: haec [i] enim est in ira. — Per se autem et essentialiter opponitur gaudio, et hoc ratione tristitiae: haec enim ratio determinat eius essentiam, scilicet quod acidia est tristitia, et ideo ratione illius tristitiae, quae est essentialis ipsi [7], opponitur gaudio per se et essentialiter. Verumtamen distinguendum est gaudium, quia quoddam est concomitans generaliter omnes virtutes, de quo habetur Rom. 14, 17: *Non est regnum Dei esca et potus, sed iustitia et pax et gaudium in Spiritu Sancto,* et huic non opponitur primo et per se, sed ex consequenti, quia scilicet opponitur virtuti, virtutem autem concomitatur hoc gaudium. Est autem aliud gaudium, quod est in spirituali laborioso, et hoc propter Deum, et hoc per se opponitur acidiae.

565

CAPUT VII.

DE COMPARATIONE ACIDIAE AD INVIDIAM.

Septimo quaeritur de comparatione acidiae ad invidiam, utrum sint unum peccatum vel duo.

Et videtur quod unum, 1. per hoc quod dicitur Prov. 17, 22: *Spiritus tristis exsiccat ossa,* Glossa [8]: « Qui *tristitia saeculi,* quae *mortem operatur* [9], agitur, pinguedinem divinae caritatis in robore virtutum, quas exercere videtur, habere [k] nullatenus valet ». Ex quo habetur quod opponitur caritati; sed amor caritatis respicit bonum

---

[a] V *sicut.* [b] BTR *turbatione.* [c] T *eius.* [d] T *facili.* [e] V *sed;* R *Ad quod.* [f] Ita V, alii add. *cum.* [g] R om. [h] V om., in Z est add. mg. [i] V *hoc.* [k] V om.

1 Cf. Guil. Altissiod., *Summa,* II, tr. 24, cc. 2 et 4 (fol. 90d et 91b); Ioan. de Rupella, *Summa de vitiis* (fol. 21b).
2 Augustin., *Sermo* 30, c. 8 (PL 38, 192).
3 *Sentent.,* II, c. 37, n. 2 (PL 83, 638).
4 Psalm. 41, 5 et 11; 42, 5.
5 Lombardi, *In Psalm. 42,* 5 (PL 191, 426), ex Cassiodoro, in h. l. (PL 70, 309).
6 Cf. supra, p. 553, *ad 1.*
7 Cf. supra, p. 553, *Solutio.*
8 *Ordin.,* in h. l., ap. Lyran.
9 II Cor. 7, 10.

in altero et bonum in se ipso, et tamen una virtus est: unde non [a] per hoc distinguuntur duae virtutes; ergo similiter in eius opposito idem est vitium quod respicit bonum in se et bonum in alio; sed acidia respicit bonum in se, quia acidia est taedium interni boni a Deo collati, invidia autem respicit bonum in alio, quia invidia est odium alieni boni; ergo acidia et invidia sunt unum vitium.

2. Item, dicit Damascenus[1] quod « acidia est tristitia aggravans ». Sed invidia est tristitia aggravans [b]; ergo invidia est acidia; ergo unum vitium. — Minor patet, quia tristitia in alienis bonis est tristitia aggravans, et haec est invidia.

Ad oppositum est illud *a.* quoniam acidia et invidia sunt duo capitalia vitia ad invicem distincta.

[Solutio]: 1. Ad hoc dicendum quod caritas, cum sit oppositum invidiae et acidiae, non est proprie oppositum illis; ratio autem procedit acsi esset proprie oppositum. Proprie autem oppositum [c] invidiae, sicut dicit Philosophus[2], est nemesis, quae est medium invidiae et epicheratiae, virtus scilicet qua fit congratulatio in alienis bonis et compassio in alienis malis. Acidiae vero opponitur bona laetitia, quam describit Damascenus[3], dicens: « Bona laetitia est quae non poenitudinem infert nec alterius nocumenti est generativa nec ultra mensuram excedit nec a studiosis operibus nos abstrahit aut *in servitutem redigit* [4] ». Sic autem acceptis oppositis, sicut unum oppositorum non est alterum [5], sic nec invidia est acidia vel e converso nec ad unum capitale peccatum conveniunt. — Praeterea, posset aliter responderi quod non est simile ex parte vitiorum et ex parte virtutum. Duo enim rami virtutis in una virtute possunt convenire, opposita tamen vitia inter se dividuntur tamquam duo genera.

2. Ad secundum dicendum quod illa definitio non determinat totum esse ipsius acidiae, sed [d] in comparatione ad ἄχος: est enim ἄχος [e] « tristitia vocem auferens [6] ». Hic autem sumitur acidia communiter et distinguitur ab invidia, quia invidia est tristitia aggravans de alieno bono, acidia vero est tristitia aggravans de proprio bono spirituali, quod tamen videtur malum, eo quod laboriosum. Unde dicit Chrysostomus[7]: « Dices [f] 'laboriosum [g] est continua oratio'; cui e contra dicitur: et quid non laboriosum eorum quae sunt virtutis [h]? »

CAPUT VIII. 566

DE MAGNITUDINE PECCATI ACIDIAE [8].

Octavo quaeritur de magnitudine huius peccati.

Videtur enim esse maximum inter vitia. 1. Otiositas enim « mater est omnium vitiorum et noverca virtutum », sicut dicit Bernardus[9], et haec otiositas coniuncta est acidiae; de ipsa [i] autem dicitur Eccli. 33, 29: *Multam malitiam docuit otiositas;* cum ergo sit « mater vitiorum et noverca virtutum », per [k] consequens erit acidia maximum peccatum.

2. Item, poena peccati proportionatur culpae; sed istud peccatum gravissimam habet poenam; ergo gravissimam culpam. — Probatio minoris. Dicitur super illud Eccli. 38, 20: *In abductione* [l] *permanet tristitia,* Glossa [10]: « Hic incipit et in futura poena durabit propter diffidentiam supernae consolationis ». Cum ergo tristitia habeat poenam in praesenti continuatam [m] poenae futurae, haec autem sit poena gravissima, acidia vero sit tristitia, patet quod acidia sit peccatum gravissimum.

3. Praeterea, dicitur de hac tristitia quod sit tristitia ad mortem, secundum quod habetur [n] II Cor. 7, 10: *Saeculi autem tristitia operatur mortem;* ergo est peccatum in Spiritum Sanctum, de quo dicitur I Ioan. ultimo, 16: *Est peccatum ad mortem, non pro eo oret quis;* ergo est irremissibile; ergo maximum.

Contra. *a.* Infidelitas est maius peccatum quam acidia; ergo acidia non est maximum; et similiter superbia maius est quam acidia [o], sicut dictum est [11].

[Solutio]: 1-2. Ad quod dicendum quod contingit loqui de acidia multipliciter. Est enim uno modo accipere acidiam secundum quod ipsa terminatur et consummatur in desperatione, secundum quod dicit Augustinus[12] quod « una est tristitia quae ad poenitentiam trahit, altera quae ad desperationem perducit ». Ab illa avertat nos Deus! Loquendo ergo de acidia secundum quod

---

[a] B om. [b] R om. *s. i. e. t. a.* [c] BR om. *p. a. o.* [d] R om. [e] L om. *e. e. a.* [f] VR om.; BT *dicens.* [g] R add. *enim.* [h] F *virtutum;* V *quo* pro *quae.* [i] V *hac.* [k] Z om. [l] VR *absconsione.* [m] V *continuam.* [n] B *dicitur.* [o] BT om. *ergo... acidia.*

1 *De fide orthod.*, II, c. 14 (PG 94, 931).
2 Cf. *Rhetor.*, II, c. 9 (I, 360).
3 Loc. cit.
4 I Cor. 9, 27.
5 Cf. Aristot., *De categor.*, c. 8 (I, 21).
6 Damasc., loc. cit.
7 *In Ioan.*, hom. 36, n. 2 (PG 59, 205).
8 Guil. Altissiod., *Summa*, II, tr. 24, c. 5 (fol. 91b sq.).
9 *De consider.*, II, c. 13 (PL 182, 756).
10 *Interlin.*, in h. l., ap. Lyran.
11 Cf. supra, num. 503.
12 *De confl. vit. et virt.*, c. 12 (inter opp. Augustini, PL 40, 1097).

terminatur in desperationem, dicimus quod ipsa est gravissimum peccatum, et hoc ratione desperationis sibi adiunctae, in quam terminatur. Et sic intelligitur illud quod dicitur Eccli. 38, 20 in Glossa[1]: loquitur enim de tali acidia; unde dicit: « Propter diffidentiam supernae consolationis hic incipit et in futura poena durat ». Hoc enim est valde grave et quasi irremediabile, quando adducitur diffidentia supernae consolationis. Hoc etiam modo loquitur de tristitia vel acidia ibidem, cum dicit[2]: *A tristitia festinat mors,* Glossa[3]: « Animae desperanti [a] ». Ecce quod ibi loquitur de acidia illa quae habet desperationem adiunctam. — Item, loqui contingit de ipsa ratione otiositatis sibi adiunctae; haec autem [b] otiositas occasio est multorum vitiorum. Anima enim necessario aut occupatur bonis cogitationibus aut malis. Si non est occupata bonis, tunc [c] est valde prona ad malas [d], et ideo dicitur otiositas magnum malum et ratione huius otiositatis dicitur magnum malum acidia. Verumtamen ratione sui generis in se non dicitur esse maximum peccatum, immo ratione generis peccati maiora sunt superbia et infidelitas, sicut obicitur[4]. Sed loquuntur illae auctoritates Eccli. [e][5] secundum quod habet desperationem terminum, et tunc dicitur maximum ratione adiuncti vel [f] termini, non ratione generis peccati.

3. Ad aliud quod obicitur quod 'est peccatum ad mortem', dicendum quod tristitia dicitur esse *peccatum ad mortem* dupliciter: uno modo, quando terminatur in desperationem veniae, et tunc proprie dicitur esse *peccatum ad mortem,* et hoc modo est peccatum in Spiritum Sanctum et irremediabile. — Alio modo dicitur tristitia esse ad mortem, quia [g] scilicet ordinat ad mortem culpae, quia sicut bona tristitia, quae est poenitentia, ordinat ad vitam, ita tristitia saeculi ordinat ad mortem[6], hoc est ad culpam, et hoc modo dicitur II Cor. 7, 10 quod *tristitia saeculi mortem operatur.* Sed hoc modo non est peccatum maximum et irremediabile, quia in multis accidit qui sunt ad hoc dispositi, sicut in melancholicis. Unde multotiens contingit ex infirmitate melancholiae vel etiam alia, et ideo non dicitur esse maximum peccatum nec irremediabile. Unde Chrysostomus[7]: « Cain tristatus est, sed tristitia mundi; Paulus tristatus [h] est, sed ea quae est secundum Deum. Quae vero spiritualis est tristitia, lucrum habet maximum; quae vero saecularis est, damnum habet ultimum ».

Sed iuxta hoc obicitur de hoc quod dicitur I Ioan. ultimo, 16: *Est peccatum ad mortem, non dico ut [i] pro eo oret quis.* Numquid ergo esset orandum pro acidioso desperante? Quoniam, si est orandum pro illo, quid ergo [k] dicit Ioannes?

Ad quod dicendum quod *peccatum ad mortem* dicitur dupliciter[8]: uno modo dicitur *peccatum ad mortem* [l] peccatum mortale, et hoc modo orandum est pro illo. Sed aliter exponitur et [m] dicitur *peccatum ad mortem,* quando aliquis ordinat ita se ipsum, quod non est talis quod pro [n] ipso habeat effectum oratio, sicut desperans de venia, manens huiusmodi, reddit se talem ut pro eo non habeat effectum oratio, et hoc est quia ipse non coadiuvat [o] se sicut confidens de venia: confidens enim de venia adiuvat orantem in hoc quod confidit de venia, sed iste, qui est desperans, non solum non adiuvat orantem, immo etiam ipsum impedit. In aliis enim peccatis homo bene confidit de venia vel saltem non diffidit, sed istud peccatum, quod est desperatio, diffidit de venia; unde ponit obstaculum et impedimentum ut in ipso non habeat effectum oratio, et ideo dicit: *Non dico ut pro eo oret quis.*

567 CAPUT IX.

QUARE ACIDIA PONATUR PECCATUM PENES SUPERFLUITATEM ET NON PENES DIMINUTIONEM.

Nono quaeritur quare acidia ponitur peccatum penes superfluitatem et non penes diminutionem.

Et videtur quod debeat esse peccatum similiter penes diminutionem, sic: 1. Contingit tristari [p], ubi est tristandum et prout est tristandum [q], et hoc videtur esse virtutis; et contingit tristari, ubi non est tristandum et per immoderantiam, et iterum non tristari, ubi esset tristandum. Et ita duo videntur esse extrema: unum dictum per superabundantiam et [r] reliquum per diminutionem respectu eius quod primo positum est secundum medietatem; ergo sicut determinatur [s] unum

[a] B *desperant.* [b] V *etiam.* [c] R add. *non.* [d] R *malos.* [e] V om. [f] B om. [g] T *quod;* L om. *esse.* [h] Z *contristatur.* [i] T om. [k] B *est quod.* [l] V om. *dicitur... mortem.* [m] V *quod.* [n] V *in.* [o] VR *ordinat.* [p] RLZ *contristari.* [q] Z om. *e. p. e. t.* [r] Z om. [s] R *determinat.*

1 *Interlin.*, in h. l., ap. Lyran.
2 Prov. 38, 19.
3 *Interlin.*, in h. l., ap. Lyran.
4 Sub litt. *a.*
5 Sub nn. 1 et 2.
6 Cf. Lombard., in h. l. (PL 192, 539sq.).
7 *In II Cor. 7,* 10, hom. 15, n. 2 (PG 61, 504).
8 Cf. Lombard., II *Sent.*, d. 43 (p. 534); *Glossa ordin., In I Ioan. 5,* 17, ap. Lyran.; Gratian., *Decretum,* C. 33, q. 3, *De poenit.*, dist. 1, c. 58-59 (I, 1170).

peccatum penes primum extremum, ita deberet determinari penes reliquum.

2. Item, Chrysostomus[1]: « Magna est tristitiae tyrannis et multa virilitate opus est ut instemus huic passioni nobiliter, quod utile ab ea fructificantes, quod vero superfluum est dimittentes ». Ergo tristari habet extremum dictum secundum superfluitatem; sed eadem ratione et secundum diminutionem, et ita ut prius.

[Solutio] [a]: Ad quod dicimus quod sicut dicimus iram peccatum, quando quis irascitur, ubi non esset irascendum, sed non ponimus in aliud genus peccati, cum quis non irascitur, ubi esset irascendum, [quoniam hoc non frequenter accidit, ita dicimus hic quod tristitia quae est secundum superfluitatem ponitur peccatum, non tamen ea quae est secundum diminutionem, ut cum quis non tristatur, ubi esset tristandum, quoniam hoc non frequenter accidit sicut et alterum]. Praeterea, cum quis non tristatur [b], hoc accidit ex aliqua laetitia vana: unde potius cadit in aliud genus peccati quam tristitiae. — Vel potest dici quod totum continetur sub acidia, secundum quod dicit Gregorius[2], in fine Iob: « Tristitia non habens in se unde laetetur, foris quaerit [c] ».

CAPUT X. 568

CONTRA QUOD PRAECEPTUM SIT ACIDIA.

Decimo quaeritur contra quod praeceptum sit peccatum acidiae, et maxime contra quod praeceptum Decalogi: ad illa enim praecepta alia quodam modo reducuntur.

Et videtur 1. quod non sit contra aliquod praeceptum primae tabulae. Praecepta enim primae tabulae referuntur vel [d] ad divinam maiestatem vel veritatem [e] vel bonitatem, contra quorum nullum est per se acidia: contra primum enim est per se idololatria, contra secundum divinatio et sortilegium, contra tertium est [f] superstitio; nullum autem horum est acidia; non ergo est peccatum contra praeceptum primae tabulae. — Praeterea, si esset contra aliquod, videtur magis esse contra praeceptum de [g] sanctificatione sabbati. Quod autem non sit, patet per hoc quod in illo praecepto praecipitur quies ab opere servili, quies autem ab opere servili et labor opponuntur; in acidia vero requiritur quies, et ita non opponitur praecepto de sabbato.

2. Similiter non est contra praeceptum secundae tabulae. Praeceptum enim secundae tabulae est in quo fit prohibitio iniuriae in proximo vel in quo fit [h] praeceptum eius quod debetur proximo, sicut de [i] honore parentum, et ita omne praeceptum secundae tabulae respicit proximum; sed acidia non respicit proximum in suo actu: ergo non est contra praeceptum secundae tabulae: est enim deordinatio hominis in se ipso vel ad Deum.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod peccatum acidiae specialiter est contra prohibitionem datam in Eccli. 38, 21, ubi dicitur: *Ne dederis in tristitiam cor tuum, sed repelle eam a te;* et in Eccli. 30, 24-25: *Tristitiam longe expelle* [k] *a te; multos enim occidit tristitia et non est utilitas in illa.* — Si vero quaeratur 'contra quod praeceptum Decalogi sit, prout alia praecepta implicite intelliguntur in Decalogo': dicendum [l] quod opponitur praecepto de sanctificatione sabbati[3]. In peccato enim acidiae tristitia est de spirituali laborioso cum amore quietis carnalis, e contra vero in illo praecepto est [m] amor sanctae quietis, quae est cum gaudio in bono spirituali, licet ipsum sit laboriosum. Unde, licet praecipiatur ibi abstinere ab opere servili, in quo est labor, non tamen prohibetur bonum spirituale, ut orare, psallere et praedicare, quae sunt opera spiritualia, licet [n] laboriosa.

CAPUT XI. 569

DE EFFECTU PECCATI ACIDIAE.

Undecimo quaeritur de effectu huius peccati.

1. Dicit Chrysostomus[4]: « Tristitia tenebrat visibile animae, nihil dimittens videre eorum quae oportet ». Ergo effectus acidiae est obscuratio intellectus.

Contra. *a.* Iste est effectus superbiae, sicut habetur ad Rom. 1, 21-22; primo enim tangitur

---

[a] Sequens *Solutio* verbotenus occurrit in cod. Assisiensi 138, fol. 91a, ex quo desumpsimus quae inter parentheses quadratas ponuntur, quia necessario videntur requiri ob rectam constructionem phraseos et ad sensum responsionis perficiendum. [b] B add. *et;* V om. *aliqua.* [c] BT *querat.* [d] R om. [e] B om. *v. v.* [f] V om. [g] F om. [h] R *sit;* L add. mg. *contra.* [i] F *in.* [k] L *expellere.* [l] Ita T, alii add. *est.* [m] T *cum,* quod L corr. [n] R *sed.*

1 *In Ioan.*, hom. 78, n. 1 (PG 59, 419).
2 Cf. *Moral.*, XXXI, c. 45, n. 89 (PL 76, 621 sq.).
3 Cf. Guil. Altissiod., *Summa*, III, tr. 22, q. 1 (fol. 234c).
4 Cf. loc. cit., hom. 4, n. 1 (PG 49, 59).

superbia eorum, cum dicitur[1]: *Dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt;* et tangitur poena[2]: *Obscuratum est insipiens cor eorum.* Et in Glossa[3] dicitur: « Ut nihil intelligant nisi quod a probitate remotum est, quos sua caecitas a veritatis lumine funditus excludit ».

[Solutio]: Ad quod respondetur quod utrique convenit, sed differenter, quoniam superbia obtenebrat ratione superabundantiae libidinis proprii boni, quod est excellentia, sed acidia ratione superabundantiae doloris de bono spirituali, eo quod est laboriosum et difficile; amor autem et dolor diversimode obtenebrant, ut non cognoscatur bonum quod oportet.

Sed obicitur: Amor iste et dolor ille sunt in affectu, et ita non videntur obtenebrare intellectum.

Ad quod dicendum quod ita coniuncta sunt intellectus practicus et speculativus, eo quod extendente se intellectiva, speculativa fit practica[4], ita quod perturbatio in uno ut in pluribus facit[a] perturbationem in alio. Unde, cum perturbatur affectus ex peccato superbiae vel acidiae, perturbatur intellectus, non bene videndo illud quod est salutiferum, sed ex diversis causis, sicut dictum est[5]. Praeterea, dicit Chrysostomus[6]: « Omne peccatum obtenebrat imaginem Dei in nobis ». Et licet omne peccatum obtenebret, tamen hoc specialiter dicitur de tristitia, quae non solum obtenebrat ratione qua est peccatum, sed ratione qua est hoc peccatum: acidia enim, in quantum tristitia, cum est immoderata[b], perturbat usum debitum rationis.

TITULUS V.

DE AVARITIA[7].

Quaestio est de avaritia.

Primo quaeritur quid sit;

secundo, an diligere temporalia sit bonum secundum se an malum vel indifferens;

tertio, quid sit inclinativum ex parte nostra ad illicitum amorem temporalium;

quarto, quare dicatur concupiscentia oculorum, cum non tantum contingat[c] peccare secundum visum in illo genere peccati;

quinto, an sit capitale peccatum;

sexto, an sit spirituale vel carnale;

septimo, de aliis peccatis, quae sunt circa amorem temporalium, utrum[d] sub avaritia contineantur;

octavo, de opposito avaritiae;

nono, de magnitudine huius peccati et[e] comparatione;

decimo, de casibus circa hoc[f] peccatum;

undecimo, de effectu huius peccati.

CAPUT I.

QUID SIT AVARITIA[8].

570

ARTICULUS I.

Quid sit avaritia secundum definitionem.

Ad primum sic: I. Dicit Augustinus, *Super Genesim ad litteram*[9]: « Avaritia non tantum dicitur esse appetitus pecuniae, sed altitudinis et scientiae ». Videtur ergo quod avaritia sit appetitus excellentiae[g] ad minus in scientia.

[a] Z om. [b] Z *moderata.* [c] V *extinguat.* [d] Z om. [e] L *in.* [f] VR om. [g] VBT *excellens,* quod R corr.

1 Rom. 1, 22.
2 Rom. 1, 21.
3 Cf. Gregor. M., *Moral.*, XVI, c. 57 (PL 75, 1154), XXV, c. 9, n. 22sqq. et *In Ezech.*, I, hom. 11, n. 24 (PL 76, 799sq. et 1289).
4 Cf. Aristot., *De anima,* III, cc. 7-9 (III, 469sqq.).
5 Cf. supra, hic, in *Solutione.*
6 Cf. *In Psalm. 4,* n. 7 (PG 55, 50).
7 In cod. Assisiensi 138, fol. 91b-92d, plura sequentium verbotenus occurrunt.
8 Cf. Ioan. de Rupella, *Summa de vitiis* (fol. 21b).
9 Lib. XI, c. 15, n. 19 (PL 34, 437).

Sed contra hoc[a], *a.* quia secundum hoc non videtur differre a superbia, quae proprie dicitur appetitus excellentiae.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod secundum illam rationem non differunt, quoniam illa definitio data est avaritiae generaliter sumptae. Potest etiam aliter dici quod hoc est differenter quod superbia et avaritia generaliter sumpta appetunt excellentiam: scientia enim tenet imaginem summi boni, licet imperfecte, et apparentiam huius[b] appetit superbus et avarus, differenter tamen, quoniam in scientia duo sunt, excellentia et sufficientia. Appetit ergo superbus apparentiam excellentiae in scientia, cupidus vero apparentiam sufficientiae, licet hoc modo non accipiatur avaritia ut peccatum speciale, immo in quadam generalitate, et sic definit eam Augustinus hoc modo generaliter. Unde falsum est quod dicitur quod avaritia est appetitus excellentiae in scientia. Unde Adam apparentem sufficientiam appetiit in scientia, motus ex hoc quod dictum est[1]: *Eritis sicut dii scientes bonum et malum.* Et quoad hoc loquitur Augustinus, *Super Genesim ad litteram.*

II. Tullius[2] autem ponit aliam definitionem avaritiae talem[c]: « Avaritia est immoderatus amor habendi ».

Sed videtur quod haec[d] **ratio non conveniat avaritiae specialiter sumptae,** quoniam amor habendi potest esse communiter respectu cuiuslibet boni creati, utpote pecuniae vel[e] huiusmodi.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod[f] bene concedimus quod haec ratio non appropriatur, sed communiter data est de avaritia secundum quod dicitur generaliter appetitus cuiuslibet boni temporalis, secundum quod in ipso invenitur sufficientia. Unde et fortasse, quando Augustinus, XIV *De civitate Dei*[3], dicit quod avaritia « est libido habendi pecuniam », sed non ibi sumitur generaliter avaritia[g], sed solum pro bono mutabili subiacenti fortunae, et sic ratio Tullii potest esse appropriata[h] respectu pecuniae. Unde nomine pecuniae, sicut dicit Augustinus, in I *De*[i] *libero arbitrio*[4], « continentur omnia quorum domini sumus, quorum donandorum aut vendendorum potestatem habere videmur ». Cum[k] avaritia generaliter se habet respectu etiam[l] scientiae, quaerendo in ea sufficientiam — est enim oculus interior ipsius animae et exterior[5], et secundum oculum interiorem rationis est immoderatus appetitus circa cognitionem et scientiam[m], secundum autem exteriorem est immoderatus appetitus habendi res exteriores subiacentes fortunae — avaritia generaliter, quae dicitur *concupiscentia oculorum*[6], se habet respectu omnium quae inordinate possunt appeti secundum oculum interiorem et exteriorem, quaerendo in illis sufficientiam; proprie tamen, ut dicitur quoddam speciale peccatum, est respectu bonorum fortunae, quae nomine pecuniae intelliguntur. — Vel potest sumi definitio Tullii communiter, non trahendo eam ad specialitatem, et sic convenit[n] avaritiae generaliter sumptae.

ARTICULUS II. 571

Quid sit avaritia secundum nomen.

Iuxta hoc quaeritur de nomine avaritiae, utrum scilicet nomen avaritiae aliquando sumatur in bono et non semper in malo, sicut et in bono aliquando accipitur nomen irae.

[Solutio]: Ad quod dicimus quod sic, sed rarissime — unde super illud Habac. 2,6: *Vae qui multiplicat non sua,* Glossa[7]: « Est bona avaritia doctoris ecclesiastici, qui studioso labore plures sibi semper cupit facere discipulos, sed *vae illi, qui aggregat*[o] *domui suae*[8] » — frequentius enim sumitur in malo, diversimode tamen[p], quoniam tripliciter. Uno modo dicitur radix cuiuslibet peccati[9], et hoc quandoque sub nomine cupiditatis, I[q] Tim. ultimo, 10: *Radix omnium malorum cupiditas;* et dicit Chrysostomus[10]: « Arx[r] omnium malorum est philargyria », quod idem est quod avaritia sive amor argenti. Quandoque etiam sub nomine avaritiae dicitur radix cuiuslibet peccati; unde super illud I Tim. ultimo, 10: *Radix omnium* etc., Glossa[11]: « Aliqui libri habent '*radix omnium malorum avaritia*' »,

---

[a] V add. *videtur.* [b] VZ *huiusmodi.* [c] V add. *scilicet.* [d] V om. [e] B *et.* [f] V *Respondeo* pro *A. q. d. q.* [g] V om. [h] R *approbata.* [i] V om. [k] VZ (corr.) *tamen.* [l] V om. [m] V *amor cognitorum et sciendorum* pro *c. è. e. s.* [n] V *venit.* [o] V *congregat.* [p] F om. [q] V *et.* [r] Codd. *ars.*

1 Gen. 3, 5.
2 Cf. *Tuscul.*, IV, c. 11; verbotenus ap. Hug. de S. Vict., *De sacram. christ. fidei*, II, p. 13, c. 1 (PL 176, 526).
3 Cap. 15 (PL 41, 424).
4 Cap. 15, n. 32 (PL 32, 1238).
5 Cf. Augustin., *In Ioan.*, tr. 13, n. 3 (PL 35, 1498).
6 I Ioan. 2, 16.
7 *Ordin., In Hab. 2,* 9, ap. Lyran., ex Hieronymo, in h. l. (PL 25, 1267).
8 Hab. 2, 9.
9 Cf. Augustin., *Enarr. in Psalm. 118,* sermo 11, n. 6 (PL 37, 153 sq.).
10 *In Matth.*, hom. 63, n. 4 (PG 58, 608).
11 Lombardi, in h. l. (PL 192, 359).

et sic posset communiter intelligi dicta[a] definitio, quam ponit Tullius[b][1]. — Alio modo sumitur prout est tertia radix[c] peccatorum, ex opposito[d] divisa contra concupiscentiam carnis et superbiam vitae, secundum quod dicitur I Ioan. 2, 16: *Omne quod est in mundo aut est concupiscentia carnis aut concupiscentia oculorum* etc., et istud sic exponitur in pluribus locis[2]. Unde Augustinus, *De vera religione*[3], hic dividit tres radices peccatorum secundum[e] ista tria appetitiva, honores, delicias et divitias, et sic non solum est pecuniae, sed etiam scientiae. — Tertio modo sumitur secundum quod est peccati capitalis species[f], et sic dicitur « libido vel appetitus inordinatus bonorum mutabilium subiacentium fortunae[4] », tamen praecipue pecuniae, licet alia appetat. Et ideo quasi per quamdam appropriationem retinuit sibi nomen philargyriae, quoniam ut frequentius et universalius[g] fertur appetitus super argentum, cum sit pretiosum; et quia universalius est in usu [quam aurum][h] quod est pretiosius[i], ideo etiam potius dicitur amor argenti quam auri.

CAPUT II.

DE DILECTIONE TEMPORALIUM.

572 ARTICULUS I.

Utrum diligere temporalia sit secundum se bonum an malum vel indifferens.

Secundo quaeritur an diligere temporalia sit secundum se bonum an malum.

Et videtur quod sit malum secundum se, 1. quia[k] dicitur I Ioan. 2, 15: *Nolite diligere mundum neque ea quae in mundo sunt.* Sed hoc est diligere temporalia; prohibitum est ergo haec[l] diligere; ergo est[m] malum secundum se haec diligere.

2. Item, super illud dicit Augustinus, in originali[5]: « Bonum nobis est[n] non *diligere ea quae in mundo sunt*[o], ne remaneant sarmenta in nobis ad damnationem nostram ». Ergo diligere temporalia est damnabile; ergo est malum secundum se.

3. Item, idem[6]: « Vis habere dilectionem Patris, ut sis cohaeres Filii[p]? » Et respondet postea[7]: « *Noli diligere mundum* », quasi dicat: dilectio Patris et mundi non possunt[q] simul stare. Ergo dilectio temporalium sive mundanorum est malum secundum se.

4. Item, super illud I Ioan. 2, 15: *Nolite*[r] *diligere mundum,* Glossa[8]: « Sicut dilectio Dei est solum omnium virtutum, ita dilectio mundi omnium vitiorum ». Sicut ergo dilectio Dei est bonum simpliciter, ita dilectio mundi est malum simpliciter; dilectio autem mundi est[s] dilectio temporalium, ut dicit Interlinearis[9], « ut aurum et[t] argentum ».

Contra. *a.* Dicitur super illud Marc. 10, 23: *Quam difficile est* etc., Glossa[10]: « Non ait impossibile; quod enim impossibile est, omnino fieri non potest, quod autem difficile est, cum labore fieri potest. Cum magno autem labore, iuvante Dei gratia, pecunias habentes, nihil[u] in eis confidentes, exutis philargyriae retinaculis, intrare possunt ianuam regni Dei ». Ex quo accipitur quod diligere temporalia non est secundum se malum: si enim secundum se esset malum, non possent intrare in[v] ianuam regni.

b. Item[x], Matth. 19, 23: *Dives difficile intrabit in regnum caelorum,* Interlinearis[11]: « Amator divitiarum ». Ergo non est impossibile amatorem divitiarum intrare in regnum Dei; ergo amare temporalia non est secundum se malum.

c. Item, temporalia possunt considerari ut sunt creaturae, et sic constat quod sunt diligenda; vel ut sunt ad usum, et similiter adhuc apparet quod sunt diligenda[y], quia sic est licitum ea habere et habent rationem bonitatis; ergo haec[z] diligere non est malum secundum se.

[Solutio]: Ad hoc respondemus, secundum Bedam, in Glossa[12] super illud I Ioan. 2, 15: « Utamini mundo ad necessitatem, non ad voluptatem », et nomine mundi intelligit temporalia.

---

[a] V *predicta.* [b] B *Tullii* pro *q. p. T.* [c] BZ add. *omnium.* [d] Z *opposita,* quod L corr. [e] VRL *sed.* [f] V om. [g] T *universaliter.* [h] Ita cod. Assis. 138, nostri codd. omittunt. [i] VR add. *et.* [k] T *quod.* [l] VL om. [m] V om. [n] FLZ om. [o] L om. [p] B *alii.* [q] Ita V, alii *potest.* [r] B *noli.* [s] R om. *malum... est.* [t] T *vel.* [u] B *vel.* [v] B om. [x] LZ om., in F est add. mg. [y] T add. *vel ut sunt ad usum.* [z] L *ea;* Z *est,* quod F corr.

1 Cf. supra, p. 561, nota 2.
2 Cf. *Glossa ordin.,* in h. l.; *In Matth. 4,* 9; *In Luc. 4,* 13; *In I ad Tim. 6,* 9, ap. Lyran.
3 Cap. 38, n. 69 sq. (PL 34, 153).
4 Cf. Augustin., *De lib. arbit.,* I, c. 4, n. 10 et c. 15, n. 31 (PL 32, 1227, 1238).
5 *In Epist. Ioan. ad Parthos,* tr. 2, n. 9 (PL 35, 1994).
6 Loc. cit.
7 Loc. cit.
8 *Ordin.,* in h. l., ap. Lyran., ex Pseudo-Augustino, *Sermo* 270, n. 1 (PL 39, 2248).
9 In h. l., ap. Lyran.
10 Bedae, in h. l. (PL 92, 232).
11 In h. l., ap. Lyran.
12 *Ordin.,* in h. l. (PL 114, 696), ex Beda, in h. l. (PL 93, 92).

Quod vero dicitur: *Nolite diligere mundum* etc., intelligitur, ut scilicet in mundo ponatur finis [a]. Est etiam diligere ad voluptatem et [b] ad superfluitatem, et hoc cadit in prohibitione. Et bene concedimus quod non negatur quin possint temporalia ordinate amari, sed quod de difficili sunt sine peccato mortali aut veniali, quoniam temporalia sunt occasio cadendi sic vel sic, quantum est de illis. Quidam enim amantes ea *aedificant* ibi *lignum, foenum et stipulam* [1], quidam *aes* [c], *plumbum et stannum* [2].

[Ad obiecta]: 1. Ad illud vero quod obiectum est I Ioan. 2, 15, dicendum est quod '*diligere mundum*' potest dici dupliciter: vel diligere mundanam conversationem, et sic prohibetur, sic enim de mundo sunt *concupiscentia carnis* etc.; item, *diligere mundum* potest aliquis ut ponat ibi finem, et sic ibi prohibetur; alio vero modo non prohibetur, licet occasio possit esse ad malum.

2-4. Per hoc etiam solvitur illud quod dicit Augustinus in tribus auctoritatibus sequentibus.

ARTICULUS II. 573

Utrum aliquis possit diligere temporalia propter se.

Ratione huius quaeritur utrum aliquis possit diligere temporalia propter se. Si [d] enim hoc non est, non dicetur '*diligere mundum*' malum [e] secundum se.

Quod autem non possint propter se diligi, videtur, 1. per hoc quod nihil in eis est quod propter se sit diligendum, cum totaliter sint ad usum, secundum quod uti est referre ad aliud quo fruendum est, frui autem [f] «amore inhaerere alicui rei [g] propter se [3]».

2. Praeterea, prodigus peccat mortaliter, nec tamen diligit pecuniam propter se; non ergo haec est communis ratio in omnibus cupidis.

[Solutio]: 1. Ad quod dicendum quod contingit diligere temporalia propter se, et licet in eis non sit aliquid [h] quod secundum veritatem sit propter se appetendum, nihilominus tamen aestimatur huiusmodi: aestimatur enim in illis esse sufficientia, cum non sit.

2. Ad illud vero quod obicitur de prodigo, dicendum [i] quod, licet non amet pecuniam propter se, quae est res temporalis, amat tamen honorem vel laudem propter se, quae similiter est res temporalis, et ita uterque diligit rem temporalem propter se, licet aliam et aliam.

CAPUT III. 574

QUID INCLINET APPETITUM NOSTRUM AD ILLICITUM AMOREM TEMPORALIUM.

Tertio quaeritur quid inclinat appetitum nostrum ad illicitum amorem temporalium.

1. Dicit Augustinus [k] [4]: Cum dico naturam corruptam, duo dico, naturam scilicet et corruptionem; sed constat quod natura, quia natura [l], non inclinat appetitum ad amorem temporalium, quoniam secundum naturam primam omnia erant communia; sed, ubi est talis amor [m], est amor proprietatis; ergo natura, quia natura, non est inclinativum ad amorem illicitum temporalium. Item, non quia corrupta, quoniam non statim post corruptionem facta est appropriatio.

2. Item, Chrysostomus [5]: «Non est haec concupiscentia naturalis». Quae enim sunt naturae, omnia sunt communia; haec autem, cum hominem occupaverit, praeter naturam vivere facit.

3. Item, licet natura, quia corrupta [n], inclinet ad habendum proprium, tamen nec natura quia natura [o] nec quia corrupta ad hoc inclinat quod habens temporalia iis non utatur, sed avaritia ad hoc inclinat avarum, prout determinatur avaritia in retinendo. Unde Seneca [6]: «Avaritia quidquid omnibus aufert, sibi negat», et «cum omnia cupit in usum suum convertere, omnia sibi facit aliena». Sed hoc videtur esse contra naturam, etiam in quolibet statu, quoniam natura

---

[a] VR add. *et.* [b] Z (corr.) *vel.* [c] V *autem*, R *enim.* [d] V *cum.* [e] V *malus.* [f] V add. *est.* [g] F om. [h] FLZ *quid.* [i] Ita V, alii add. *est.* [k] Ita V, alii om. *D. A.* [l] BT om. *q. n.* [m] Ita cod. Assis. 138, codd. nostri add. *non.* [n] BT add. *ad hoc.* [o] B om. *q. n.*

1 I Cor. 3, 12.
2 Ezech. 22, 18.
3 Cf. Augustin., *De doctr. christ.*, I, c. 4 (PL 34, 20); *De civit. Dei*, XI, c. 25 (PL 41, 339).
4 *De lib. arbit.*, III, c. 13, n. 36 (PL 32, 1289); *Enchirid.*, c. 12 (PL 40, 236 sq.).
5 *In Ioan.*, hom. 65, n. 3 (PG 59, 364).
6 *Natur. quaest.*, I, in praefat., et *Epist.* 90, n. 38.

etiam corrupta, quia[a] corrupta est, propter sui indigentiam supplendam appetit uti[b] temporalibus.

4. Item, ad hoc quod avari congregent necesse est quod est alienum rapere[c]; sed istud videtur omnino[d] esse contra naturam hominis, ut Chrysostomus[1] ait: « Rapere et avarum esse non est hominum mansuetorum, sed crudelitatis ferarum; magis autem iis deteriores: iis[e] enim a natura », quasi dicat[f]: istud est contra naturam hominum. Et praeterea[2], « rapit fera ad usum suum, et hoc dictat ei[g] natura, quod non homini ».

Respondeo: 1-3. Eo modo quo omne peccatum dicitur contra naturam primitus institutam, bene concedimus quod similiter est de avaritia. Sed, loquendo de natura corrupta, dicendum quod, cum dico 'naturam corruptam', duo dico, secundum quod dicit Augustinus, scilicet naturam et corruptionem. Potest ergo ita esse quod natura et corruptio uno motu composito currunt, et sic 'uti proprio' bene[h] est naturae corruptae: ipsum enim 'uti' est naturae, sed quod est 'proprio[i]' est corruptae. Vel potest esse quod in isto motu praevaleat alterum, et hoc vel ipsa natura, et sic bene dictat natura uti proprio, sed non cum abusu; vel etiam corruptio[k], et sic surgit appetitus non utendi utibili, ut ita dicam, sed potius reservandi illud, et sic est peccatum avaritiae. Et sic intelligitur quod dicit Seneca[l], quod ea, quae « aufert omnibus[m] sibi negat », scilicet ad[n] usum, et « sibi facit aliena », supple ab usu. Non est tamen intelligenda corruptio sine[o] natura, sed semper est natura corruptioni subiecta.

4. Ad illud quod dicit Chrysostomus bene concedimus quod aliquid potest esse natura ferae, quod tamen est in homine ex sua corruptione et non proprie ex natura sua, sicut dictum fuit, secundum Dionysium, in Quaestione de ira[3], quod natura canis est irasci, quoniam ad hoc est natura eius ordinata, sed hoc non est de natura hominis, cum homo magis secundum naturam suam sit ordinatus ad mansuetudinem, quoniam eius natura in medietate[p] secundum naturam determinatam consistit. Similiter dicimus de rapere quod natura ferarum ad hoc est ordinata, non autem ita est de natura rationali.

575 CAPUT IV.

QUARE A SENSU VISU DICATUR ESSE CONCUPISCENTIA OCULORUM.

Quarto quaeritur quare a sensu visu dicatur esse concupiscentia oculorum.

Non enim videtur hoc[q] convenire avaritiae, 1. cum homo caecus possit peccare peccato avaritiae, et[r] ita avaritia sive concupiscentia oculorum non semper est secundum sensum visum.

2. Praeterea, avaritia potest esse appetitus scientiae; et constat quod scientia, proprie loquendo, non est de visibilibus aut aliis sensibilibus per se aut per accidens; ergo avaritia secundum suam generalitatem, secundum quam est peccatum, non videtur debere denominari a concupiscentia alicuius sensus.

3. Praeterea, aliquis videns equum potest delectari, non solum in pretiositate eius, sed etiam in pulcritudine eius. Ponamus ergo quod pulcritudo moveat eum ad appetendum, constat quod reducetur hoc peccatum ad concupiscentiam oculorum: quod videtur, cum ibi sit inordinatus appetitus habendi bonum mutabile subiacens fortunae. — Sed contra. Ista delectatio[s] videtur esse delectatio carnalis, quemadmodum et delectatio quae est in visu pulcrae mulieris, et ita est secundum concupiscentiam carnis.

[Solutio]: 2. Ad quod dicendum, secundum quod dicit Augustinus, in libro *De libero arbitrio*[4], anima debite convertitur, cum scilicet ad Deum convertitur, et sic est meritum; aut indebite, cum scilicet ad creaturam, non referendo ad increatum, sed tunc aut convertitur ad bonum proprium interius, et sic est superbia, aut ad[t] exterius, et sic fit curiosa, aut ad inferius, et sic fit carnalis. Sic ergo iuxta primum sumitur *superbia vitae*[u], iuxta secundum *concupiscentia oculorum*, iuxta tertium *concupiscentia carnis*[5]. Quia ergo bona exteriora maxime apprehenduntur a sensu visu, secundum quod dicit Philosophus[6] quod certior est et plures nobis differentias rerum ostendit, et respectu illorum dicitur concupiscentia illa, ideo proprie dicitur *concupiscentia oculorum*.

1. Similiter non valet quod obiciebatur de caeco. Licet enim color rei non possit pervenire ad visum huius caeci, tamen cognitio

---

[a] R *qua*. [b] R *in*. [c] V *cupere*, FRLZ *capere*. [d] V om. [e] R *hil*. [f] T *diceret*. [g] BTFZ om. [h] T *unde*. [i] VFRZ *proprie*. [k] B *corruptione*. [l] V add. *supple*. [m] Ita V, alii om. [n] V *quod*. [o] B om. [p] BTZ *immediate* pro *t. m*. [q] V om. [r] V om. [s] T *dilectio*, item infra. [t] BL om. [u] Z add. *et*.

1 *In I Cor.*, hom. 9, n. 4 (PG 61, 82).
2 Chrysost., loc. cit.
3 Cf. supra, p. 539, n. 4 et 541, *ad 4*.
4 Lib. II, c. 19, n. 53 (PL 32, 1269).
5 I Ioan. 2, 16.
6 *Metaph.*, I, c. 1 (II, 468).

huius visus potest devenire ad oculum animae interiorem.

3. Ad illud quod quaeritur 'si appetatur equus propter sui pulcritudinem, ad quam radicem reducatur', dicimus, secundum Augustinum, X *Confessionum*[1], dicentem: « Ex hac evidentius discernitur quid voluptatis, quid curiositatis agatur per sensus; quod[a] voluptas pulcra, canora, suavia, sapida, lenia sectatur, curiositas autem iis contraria[b] tentandi causa, non ad subeundam molestiam, sed ad experiendi noscendique[c] libidinem ». Patet ergo quod ille appetitus, in quantum movetur a pulcritudine, refertur ad concupiscentiam carnis. Si autem appeteretur possessio rei propter ipsam rem, reduceretur tunc ad concupiscentiam oculorum. Ad istud etiam est quod dicit Beda in Glossa[2] super illud I Ioan. 2, 16: *Omne quod est in mundo* etc.; dicit enim: « Concupiscentia carnis est in omnibus quae ad voluptatem et delicias pertinent; concupiscentia oculorum est omnis curiositas, quae fit in magicis artibus, in[d] contemplandis spectaculis, in superfluis acquirendis rebus temporalibus, in dignoscendis[e] carpendisque vitiis proximorum ».

Sed obiciet aliquis quoniam, si superbia pertineat ad bonum interius et concupiscentia oculorum ad bonum exterius, cum scientia sit solum bonum interius et non exterius, videtur quod[f] avaritia non sit ipsius scientiae. — Similiter potest obici quod superbia non potest esse alicuius boni exterioris[g].

Ad quod dicimus quod bonum interius quandoque induit rationem boni exterioris et e converso; verbi gratia, scientia est bonum interius, quandoque praetendit excellentiam, quandoque sufficientiam apparentem, et tunc induit rationem boni exterioris subiacentis fortunae quoad hoc[3]. Primo ergo modo est superbia appetitus inordinatus scientiae, secundo modo avaritia. Similiter est in ceteris intelligendum.

CAPUT V. 576

UTRUM AVARITIA SIT CAPITALE VITIUM[4].

Quinto quaeritur an avaritia sit capitale vitium.

Et videtur quod non. 1. Dicit[h] Gregorius[5] super Iob: « Avaritia[i] aliquando oritur per elationem, aliquando per timorem[k]. Dum enim quidam sumptuum necessaria timent, mentem ad avaritiam relaxant; sunt alii[l] qui, dum potentiores videri appetunt, ad alienarum rerum ambitum succenduntur ». Secundum hoc ergo videtur semper oriri ex alio peccato; ergo non est capitale.

[Solutio]: 1. Ad quod dicendum quod, licet avaritia sit vel sequatur ex alio[m] aliquando, hoc non impedit quin sit capitale vitium, quoniam[n] motus timoris aut elationis non sunt in eadem vi cum motu avaritiae, quoniam motus avaritiae est in vi concupiscibili, ut patet, et[o] in motu appetendi et retinendi et non dandi danda, sed motus elationis potius sunt in irascibili vel rationali. Ad hoc vero quod non diceretur capitale vitium propter hoc quod oriretur ex illis, oporteret quod illi motus essent priores motu avaritiae et etiam quod in eadem vi.

CAPUT VI. 577

UTRUM AVARITIA SIT VITIUM SPIRITUALE AN CARNALE.

Sexto quaeritur utrum avaritia sit vitium spirituale an carnale.

Et videtur quod spirituale, *a.* per illud quod dicit Gregorius, in fine Iob[6], quia[p] illud peccatum nominat[q] inter spiritualia; est ergo spirituale.

Contra. 1. Spiritualia peccata, quia spiritualia sunt, videntur posse inesse diabolo: cum ipso enim communicamus ratione naturae spiritualis; sed avaritia non inest ei; ergo non est spirituale.

2. Item, alia quatuor spiritualia insunt ei; ergo et istud eadem ratione deberet inesse ei, si[r]

---

[a] B *quid*; LZ *voluptatis* pro *voluptas*. [b] V *communia*; T om. *autem*. [c] FZ *nascendique*. [d] F om. [e] VR *cognoscendis*; V *capiendisque*, FL *carpiendisque* pro *carpendisque*. [f] T om. [g] BT *exterius*. [h] V add. *enim*. [i] V *superbia*. [k] V om. *a. p. t.* [l] T om. [m] Ita V, alii *avaritia quod sic vel sic oriatur* pro *licet... alio*. [n] T *quando*. [o] L om. [p] VR *quod*. [q] V *non*. [r] R *debetur inesse quod etsi* pro *d. i. e. s.*

1 Cap. 35, n. 55 (PL 32, 802).
2 *Ordin.*, in h. l., ap. Lyran.; Beda, in h. l. (PL 93, 92), ex Augustino, *In Epist. Ioan. ad Parthos*, tr. 2, n. 12 sq. (PL 35, 1996).
3 Cf. supra, p. 561a, in *Solutione*.
4 Cf. Ioan. de Rupella, *Summa de vitiis* (fol. 21c).
5 *Moral.*, XV, c. 25 (PL 75, 1096).
6 *Moral.*, XXXI, c. 45, n. 88 (PL 76, 621).

esset spirituale; ergo, si non inest, non est spirituale.

3. Iuxta hoc quaeritur: Cum motus luxuriae magis elongetur a natura spirituali et plus appropinquet naturae carnis quam motus avaritiae, cum motus luxuriae videatur posse diabolo inesse, ut patet in daemonibus incubis, quare non similiter motus avaritiae? Et videtur quod multo magis secundum [a] istud.

[Solutio]: 1-2. Et dicendum quod spiritus humanus, etsi sit coniunctus corpori, est tamen separabilis a corpore, et ideo dupliciter potest considerari, et iuxta hoc etiam potest aliquid dici spirituale dupliciter: vel quod inest spiritui in quantum [b] est separabilis, et sic inest ei in quantum spiritus est, et sic dicitur quoad hoc communicare cum natura angelica, et sic est verum quod peccatum spirituale, quod inest spiritui, inest diabolo, sicut superbia, ira, invidia, acidia. Similiter dicitur spirituale, quod inest spiritui in quantum regit corpus et appetit ea quibus indiget corpus vel quibus indigere videtur, et iuxta inordinationem huiusmodi appetitus spirituale sumitur quod est in avaritia, quoniam auro vel argento non indiget anima propter se, sed potius [c] propter corpus. Sed cetera, quae dicuntur spiritualia, insunt animae in quantum est natura distincta a corpore. De acidia tamen dicimus quod uno modo copulatur cum cupiditate, alio modo cum superbia, quoniam aliquando oritur ex hoc quod appetitur quies corporis, aliquando ex vagatione spiritus, quoniam taedet bene agere.

3. Ad illud quod obicitur de daemonibus incubis, dicimus quod in ipsis non est motus luxuriae secundum veritatem, quoniam non habent corpora unita per modum unionis perfectionis cum perfectibili, sed potius motoris cum mobili, sed est ibi illusio et deceptio. Et de hoc magis alias [1]. Et eodem modo dicimus quod in avaritia decipit per creaturas mundi, Sap. 14, 11: *Creaturae Dei in odium factae sunt et in muscipulam pedibus insipientium.*

CAPUT VII.

UTRUM ALIA PECCATA, QUAE SUNT CIRCA AMOREM TEMPORALIUM, SUB AVARITIA CONTINEANTUR.

Septimo quaeritur de aliis peccatis quae sunt circa amorem temporalium, utrum sub avaritia contineantur.

Et primo, de ambitione;
secundo, de prodigalitate;
tertio quaeritur de aliis, de quibus loquitur Philosophus.

578 ARTICULUS I.

Utrum ambitio reducatur ad avaritiam.

De primo sic: videtur quod ambitio habeat reduci ad cupiditatem, 1. quoniam ipsa est cupiditas honorum [d] subiacentium fortunae [2].

Contra. *a.* Dicit Augustinus, in libro *De vera religione* [3]: « Ambitio saeculi facit superbos [e], concupiscentia vero curiosos ». Ergo reducetur potius ad superbiam quam ad avaritiam.

b. Item, idem, in libro *Confessionum* [4]: « Iubes, Domine, ut contineam a *concupiscentia carnis et* [f] *concupiscentia oculorum et ambitione saeculi* ». Per ambitionem saeculi intelligit superbiam; ergo ambitio ad superbiam reducitur.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod ambitio est appetitus potentiae; potentia autem potest appeti prout per illam acquiritur apparens honorificentia, et sic reducitur [g] ad superbiam; vel [h] prout apparens abundantia vel sufficentia, et sic reducitur ad concupiscentiam oculorum. Unde Augustinus, in I *Confessionum* [5]: « Avaritia possidere vult multa, et, Domine, possides omnia ». Potentia vero intelligitur in possessione omnium; unde Psalmus [6]: *Ecce cognovi quoniam* [i] *Deus meus es*, Glossa [7]: « Quantumlibet avarus sis, sufficit tibi Deus; etenim avaritia terram quaerit possidere totam, adde et caelum, adde, quod plus est, qui fecit caelum et terram ».

---

[a] Ita R, V *vel*, alii *per*. [b] BT *quem*, item infra. [c] R add. *hic*. [d] VFL *bonorum*. [e] T add. *et*. [f] BT add. *a*. [g] V *reducetur*, item infra. [h] B om. [i] V add. *tu*.

1 Cf. supra, num. 108, et II, num. 185 et 429.
2 Cf. Augustin., *De lib. arbit.*, I, c. 15, n. 31 (PL 32, 1238).
3 Cap. 38, n. 70 (PL 34, 153).
4 Lib. X, c. 30, n. 41 (PL 32, 796).
5 Lib. II, c. 6, n. 13 (PL 32, 681).
6 Psalm. 55, 10.
7 Lombardi, in h. l. (PL 191, 524), ex Augustino, in h. l. (PL 36, 658).

ARTICULUS II. 579

Utrum prodigalitas sit vitium.

Deinde quaeritur de prodigalitate an sit vitium.

Et videtur quod non. 1. Prodigalitas enim[a] aut est capitale vitium aut ad[b] aliquod reducibile. Si sit capitale, ergo ad minus erunt octo capitalia; sed[c] dicit Gregorius[1] quod tantum septem sunt[d]. Si ad aliud reducibile, quaeritur ad quod? Non[e] ad avaritiam, cum videantur esse opposita, sicut omnia dare et nihil dare; nec ad aliud multo magis, ut videtur.

2. Item, quae est ratio quare prodigalitas non ponatur vitium capitale sicut avaritia?

[Solutio]: 1-2. Ad quod dicendum quod natura corrupta, quae inclinat ad peccatum, quia corrupta est[f], non inclinat ad dandum omnia, quod prodigalitas facit, ut ibi ponat finem, sed ulterius ut laudetur ipse qui dat vel ut honoretur vel[g] fiat ditior. Et ideo prodigalitas, cum sit ad aliud vitium[h] reducibile, non debet poni capitale: quandoque enim reducitur ad hypocrisim, quandoque ad inanem gloriam et quandoque ad avaritiam sive cupiditatem. Licet enim quantum ad ipsos actus opponantur avaritia et prodigalitas, non tamen aliquando quantum ad finem: utrobique enim est concupiscentia rei temporalis; concupiscentia autem est ex indigentia, sicut dicit Chrysostomus[2]: « Indigentia[i] est concupiscentiae principium ». Ratio autem, propter quam avaritia ponitur capitale, non prodigalitas, haec[k] est: quia corruptio naturae magis inclinatur ad complementum sui quoad sufficientiam quam ad[l] communicationem alterius; avaritia enim est ad retinendum sibi, prodigalitas autem ad dandum alteri quod non est dandum.

ARTICULUS III. 580

De aliis peccatis, de quibus loquitur Philosophus.

Deinde quaeritur de tertio. I. Ponit autem moralis Philosophus[3] unam medietatem, magnificentiam[m], circa donationem magnarum rerum, et extrema huic[n] medietati respondentia; aliam medietatem ponit[4], quae dicitur liberalitas, circa donationem parvarum rerum et similiter extrema huic respondentia[o]. Theologus respectu huius et illius sólum ponit unam medietatem et extrema sibi respondentia. Unde hoc?

[Solutio]: Ad quod dicendum[p] quod finis moralis Philosophi est felicitas civilis nec ultra progreditur. Qui vult conservare pacem civitatis, necesse est ut in hoc attendat differentiam, ut magnis det magna et parvis parva, et ideo aliam medietatem et alia extrema determinat circa haec[q] et circa illa: unde sua[r] extrema ponit secundum parvum et magnum. Sed theologus attendit tamquam pro fine felicitatem aeternam: Philosophus enim ad hunc[s] finem non potuit pervenire natura et[t] ratione, sicut potuit fidelis argumento gratiae et ex adiutorio fidei, scilicet quod in felicitate[u] illa attenditur ratione fruitionis. Sed, licet comparando res, posset dici hoc parvum, illud magnum, tamen comparatione ad huiusmodi felicitatem nihil dicitur magnum, II Cor. 4, 17: *Id, quod momentaneum et leve* etc.

II. Quaeritur etiam adhuc: quia qui retinet omnia, peccat et fit avarus; qui dat omnia, non videtur peccare, sed magis aggredi perfectionem Evangelii et adimplere consilium; ergo dare quod dandum est cum ceteris circumstantiis debitis erit habens tantum unum extremum.

[Solutio]: Et dicendum quod dare omnia propter Christum non dicit[v] extremum secundum superfluitatem, sed magis perfectionem, secundum quod dicitur Matth. 19, 21. Sed ibi est extremum secundum superfluitatem, scilicet dare omnia propter finem temporalem vel propter quaestum temporalem vel honorem vel aliquid huiusmodi[x],

---

[a] B *autem.* [b] V om. [c] BT om. [d] T om. [e] V *nam.* [f] T om. [g] Z add. mg. *ut.* [h] B om. [i] T om. *s. d. c. i.*; V om. *est.* [k] Ita V, R *hoc,* alii om. [l] VZ *quoad.* [m] V *magnificentie.* [n] Ita F, alii *habet.* [o] Z add. *et.* [p] V *dicimus.* [q] FRL *hoc.* [r] B *illa.* [s] Z *adhuc ad* pro *a. h.* [t] V *naturali* pro *n. e.* [u] B *fidelitate;* V *attendatur* pro *attenditur.* [v] BT *dat.* [x] T *tale.*

1 Cf. supra, p. 483, n. 497, in *Solutione.*
2 *In Matth.,* hom. 80, n. 4 (PG 58, 730).
3 Cf. Aristot., *Ethica ad Nicom.,* IV, c. 2 (II, 42sqq.).
4 Cf. Aristot., loc. cit., c. 1 (II, 38sqq.).

et ita dare omnia potest esse et perfectionis actus et actus vitii. Non autem sic est[a] de hoc quod est retinere omnia[b], quoniam illud non potest fine debito formari: non enim possum propter Deum velle retinere omnia, ut sic esset altera differentia.

581

CAPUT VIII.

DE OPPOSITO AVARITIAE[1].

Octavo quaeritur de opposito avaritiae.

Et videtur *a.* quod caritas sit ei opposita, per hoc quod dicitur super[c] illud Psalmi[2]: *Bonum mihi lex oris tui*[d], Glossa[3]: « Illa lex est[e] caritas », alterum refertur ad cupiditatem; nam caritas tendit et trahit sursum, cupiditas deorsum. Opponuntur ergo caritas et avaritia.

b. Item, videtur quod liberalitas sit ei opposita, cum illa sit in dando omnia, avaritia in retinendo.

c. Item, videtur quod prodigalitas, quae est in male omnia dando, avaritia vero in male omnia retinendo.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod cupiditas generalis[f] opponitur caritati, secundum quod cupiditas est appetitus inordinatus rei mutabilis propter se et caritas est appetitus rei immutabilis, quoniam, si rei mutabilis[g], hoc est in quantum est ordinata vel relata ad incommutabile bonum. Specialis autem avaritia, quae determinatur circa bonum fortunae subiacens[h], directe opponitur liberalitati. — Vel aliter distinguendum est: quoad actum interiorem, qui est diligere quod non est diligendum, opponitur caritati; quoad exteriorem liberalitati et prodigalitati: exterior enim actus consistit in retinendo. Et ita[i] patet quod differenter opponitur avaritia prodigalitati et liberalitati, quoniam liberalitas est sicut medietas.

CAPUT IX.

DE MAGNITUDINE PECCATI AVARITIAE.

582

ARTICULUS I.

Utrum peccatum avaritiae sit tantum quantum peccatum idololatriae.

Nono quaeritur de magnitudine huius peccati. I. Et primo in comparatione ad idololatriam.

Videtur enim quod peccatum avaritiae sit tantum quantum peccatum idololatriae, 1. per hoc quod dicitur super illud Ephes. 5, 5: *Avarus*[k], *quod est idolorum servitus*, Glossa[4]: « Aequat avaritiam idololatriae »; et infra[5]: « Vel ideo[l] avaritia aequata est idololatriae, quia » etc. Et ita peccatum avaritiae est tantum quantum peccatum idololatriae.

2. Item, Col. 3, 5: *Avaritia, quae est idolorum servitus*, Glossa[6]: « Tam fugienda est sicut idololatria, cui simile et par vitium est, quia rebus pro Deo servit »; et infra[m 7]: « Recte idololatriae comparat avaritiam, quae est non dispar malitia ».

3. Item, Isai. 2, 7: *Repleta est terra argento et auro*, Glossa[n 8]: « Inter idola avaritia computatur ». Sic ergo vel est idololatria vel pars idololatriae et tantum peccatum quantum idololatria.

Contra. *a.* Avaritia est contra humanam aequitatem; sed[o] idololatria est contra divinam maiestatem, quod patet per illud quod dicitur[9] super illud Ephes. 5, 5: « Idololatria Dei honorificentiam[p] usurpat et sibi vindicat ». Ergo haec non est illa nec pars illius; ergo nec tantum peccatum.

---

[a] V *esset.* [b] B om. *potest... omnia.* [c] R *supra.* [d] T add. *etc.* [e] L om. [f] V *generaliter.* [g] B om. *q. s. r. m.* [h] Ita V, alii *subiacentis.* [i] Ita V, alii om. [k] Codd. *avaritia;* B *que* pro *quod.* [l] V *ita quod* pro *i. v. i.* [m] VR *ita.* [n] F om. [o] V *caritatem* pro *a. s.* [p] VZ *honorificentia.*

1 Cf. Ioan. de Rupella, *Summa de vitiis* (fol. 22a).
2 Psalm. 118, 72.
3 Cf. *Interlin.*, in h. l., ap. Lyran.
4 Lombardi, in h. l. (PL 192, 209), ex Ambrosiastro, in h. l. (PL 17, 595).
5 Loc. cit.
6 Lombardi, in h. l. (PL 192, 280).
7 Loc. cit., ex Ambrosiastro, in h. l. (PL 17, 435).
8 *Ordin.*, in h. l. (PL 113, 1237), ex Hieronymo, in h. l. (PL 24, 48).
9 Lombard., in h. l. (PL 192, 209).

II. Praeterea, quare dicitur avaritia *idolorum servitus?* Respondetur per id quod dicitur Philipp. 3, 19: *Quorum Deus venter est* etc., Glossa Augustini[1]: « Hoc ab homine colitur, quod prae ceteris diligit ». Sed avarus[a] prae ceteris diligit pecuniam, etiam super Deum; ergo[b] etc.

Sed ostenditur quod similiter deberet dici hoc de gula, 1. per eamdem Glossam, quae praecipue ad hoc adducitur; unde subditur in eadem Glossa[2]: « Quia[c] Deus omnibus rebus maior est et melior, plus omnibus diligendus est, ut colatur; illi autem Deum faciunt ventrem » etc.

2. Item, Osee 12, 8: *Inveni idolum mihi,* Glossa Interlinearis[3]: « Sicut guloso *Deus venter est,* ita avaro aurum ».

3. Forte dicetur quod avarus servit pecuniae sicut est Deo serviendum et sicut[d] idololatra servit idolo[e], et ideo ratione servitutis hoc dicitur. — Sed obicitur tunc quod similiter esset tunc in gula, per illud ad Rom. ultimo, 18: *Huiusmodi enim Christo Domino non serviunt, sed ventri suo.*

4. Praeterea, ista servitus videtur esse[f] generalis in omni peccato per hoc quod dicitur Ioan. 8, 34: *Qui facit peccatum servus est peccati,* et ita posset tunc illud dici de omni peccato.

[Solutio]: I. Ad quod dicendum quod bene concedimus quod idololatriae non aequatur avaritia in quantitate peccati. Unde dicimus ad illud quod non est aequalitas vel comparatio in proportione[g], sed in proportionalitate, ut[h] vult Chrysostomus[4], quoniam sicut idololatra[i] se habet ad idolum, sic in quadam similitudine avarus ad nummum. Et quaerit Chrysostomus[5] quare avaritia comparetur idololatriae et avarus idololatrae[k]. Et postmodum respondet sic[6]: « Habent multi pecunias, et eis uti non audent, sed ut sacra deponunt, ad nepotes et pronepotes[l] intactas transmittunt[m]; libentius oculos traderent quam hoc sculptile. Illi in multis non obediunt idolo, ii autem subiciuntur pecuniae. Illi sculptilibus oves et boves immolant; avaritia dicit: immola mihi tuam ipsius animam ». Nota ergo similitudinem, quod sicut sancti viri venerantur[n] reliquias sanctorum nec eas prae reverentia tangere audent, sic avarus se habet respectu pecuniae. Et iterum, quoniam in immolatione excedit avarus idololatras: plus enim est immolare se quam sua.

Aliter etiam exponitur illa proportionalitas, Ephes. 5, 5 sic dicendo[7]: « Avaritia aequata est idololatriae, quia sicut idololatra Dei honorificentiam usurpat et sibi vindicat, ita avarus res Dei, quas Deus vult servari[o] indigentibus, usurpat sibi et recondit ». Aliter voluerunt alii[8] exponere, ut solum esset proportionalitas in genere, ut sicut idololatria magnum peccatum est, ita avaritia. Aliter etiam exponitur Glossa[9] ad Col. 3, 5: « Sicut idololatra nititur Deo auferre gloriam, ne solus nomen divinitatis habeat, ita avarus in Dei res se extendit, ut solus usurpet quae Deus pro omnibus fecit ».

II. Ad aliud quod obicitur de servitute, respondemus concedendo quod, etsi non simpliciter, tamen quoad hoc est[p] effectus idololatriae in omni peccato, quoniam ibi praeponitur in dilectione[q] bonum commutabile bono incommutabili quoad effectum, licet non quoad intellectum sive[r] aestimationem. Sed e contra Deo super omnia debemus dilectionem[s] et ipsi soli honorem latriae exhibere et in ipso solo confidere, de qua confidentia et eius opposito dicitur Ierem. 17, 5-7. Quoad hoc ergo quod omnis peccator postponit Deum principaliter in dilectione rei mutabilis quam diligit, est ratio servitutis in omni peccato.

Sed adhuc plus est in gula; propter quod dicitur[10] illud ad Rom. ultimo, 18, et ad Philipp.[11], quoniam qui colit recte Deum, omnia facit ad nutum eius; sed « gulosus omnia ad voluntatem sui ventris facit », secundum quod dicitur in Glossa[12] ad Philipp. 3, 19 et in Glossa[t 13] super illud ad Rom. ultimo, 18: « Aliis enim adulantur et aliis detrahunt, ut ventrem suum possint adimplere ». Tamen hoc non est intelligendum de omni guloso, sed de eo qui est in hoc[u] peccato profundatus. Similiter est de avaro, quia[v] quidquid facit, facit ut congreget pecuniam et ut aggregatam[x] custodiat, cum tamen Deus[y] dederit temporalia ad hoc ut dispergantur, non ut custodiantur: dispergere enim

---

[a] V *avaritia.* [b] Ita V, alii om. [c] T *quod.* [d] B *sic.* [e] R *idola.* [f] B om. [g] V *improportione.* [h] Z om. [i] B *idolatria.* [k] BT *idolatrie;* Z om. *e. a. i.* [l] V *ad neptes.* [m] VR *transmutant.* [n] R *honorantur.* [o] Ita V, alii *servare.* [p] V om. [q] V *delectatione.* [r] B add. *ad.* [s] V *delectationem.* [t] VF om. *ad... Glossa.* [u] Ita BT, alii *omni.* [v] Ita BT, alii *quod.* [x] V *congregatam.* [y] VFRZ om., in L est add. mg.

1 *Enarr. in Psalm.* 77, n. 20 (PL 36, 996); Lombardi, in h. l. (PL 192, 251).
2 Lombardi, in h. l. (PL 192, 251), ex Augustino, loc. cit.
3 In h. l., ap. Lyran., ex Hieronymo, in h. l. (PL 25, 926).
4 *In Ioan.,* hom. 65, n. 3 (PG 59, 364).
5 Loc. cit.
6 Loc. cit.
7 Lombard., in h. l. (PL 192, 209), ex Ambrosiastro, in h. l. (PL 17, 595).
8 Cf. Hieronym., *Epist.* 14, n. 5 (PL 22, 350); *Glossa ordin., In Ezech., 8,* 10, ap. Lyran.
9 Lombardi, in h. l. (PL 192, 280), ex Ambrosiastro, in h. l. (PL 17, 435).
10 *Glossa ordin.,* in h. l., ap. Lyran., ex Hieronymo, in h. l. (PL 24, 787sq.).
11 Cap. 3, 19.
12 Lombardi, in h. l. (PL 192, 251).
13 Lombardi, in h. l. (PL 191, 1529).

domini est, sed famuli custodire. Unde Chrysostomus[1], loquens de avaro, dicit: « Custodire famuli est, consumere dominationis est. Cum ergo custodias et non dispergas, famulus es; sed non ideo[a] accepisti pecuniam ut eam custodias, sed ut eam distribuas. Si vellet eam Deus custodire, nequaquam eam omnibus dedisset ».

Quia tamen[b] adhuc illud 'servire' posset[c] inveniri in guloso, et ita secundum hoc gula deberet dici *idolorum servitus,* ideo ulterius notandum est quod servire avari est in maxima proximitate servituti idololatriae. Licet enim idolum ratione formae artificialis sit aliquid, tamen quoad hoc quod idololatra credit[d] in eo esse potentiam ad subveniendum, nihil est; unde I Cor. 8, 4: *Scimus quoniam idolum nihil est.* Tamen quandoque ad deceptionem idololatrarum praesidet ibi[e] diabolus et dat responsa, Habac. 2, 19: *Omnis spiritus non est in visceribus eius,* Glossa[2]: « In universis idolis haereticorum et figmentis diaboli nulla est gratia Spiritus Sancti, sed cum imaginem divinitatis et pulcritudinem dogmatum praeferre videantur[f], nihil est in eis spirans et vitale ». Item, « error humanus aurum et argentum, gemmas et sericum, quibus oblita[g] sunt vel operta[h] idola, pro fulgore deos aestimant, quibus formam, sed non vitam, artifex dare potest ». Ecce quod *idolum nihil est* quantum ad illud quod credit ibi esse idololatra. Nec in idolo est aliquis spiritus unitus: est enim quoddam figmentum purum[i] sine veritate subsistente, et ideo ipsi idolo, quod est quasi nihil et est infimum[k] valde inter omnia, appropinquat; similiter pecuniae, quod est infimum inter omnes creaturas: hoc autem est bonum mutabile terrenum, et maxime metallum, quod appetit avaritia[l]. Et ita patet quod avaritia in maxima similitudine se habet ad idololatriam, quia sicut ista colit nihil, et ista[m] nihil. Nobiliora enim sunt bona, quae appetunt alia peccata, ut patet in gula, quae appetit[n] cibum, qui ordinatur ad sustentationem naturae, et similiter luxuria appetit coitum[o], qui ordinatur ad conservationem naturae. Sed, cum in rebus mutabilibus sint quaedam superiora, quaedam media et quaedam infima, corpus terrenum est infimum, et adhuc in ordine terrenorum corporum metallum est magis infimum, licet in ordine metallorum unum sit superius quoad nobilitatem et pretiositatem altero. Et ideo inter omnia corpora illud, respectu cuius attenditur avaritia proprie, in maxima proximitate se habet ad idolum. Nec sic est de rebus esibilibus, quoniam illae de se ordinantur ad sustentationem naturae humanae et proximo[p] et immediate, non sic aurum[q] et argentum, sed solum ad pretium.

583 ARTICULUS II.

Utrum avarus peior sit daemoniaco.

Quaeritur etiam[a] utrum avarus peior sit daemoniaco.

Et videtur quod sic, *a.* per hoc quod dicit Chrysostomus[3], loquens de daemoniaco illo, de quo legitur Marc. 5, 2-20, et comparat ei[b] avarum per simile ei in contrario[c], ita dicens: « Quemadmodum denudationem daemoniaco facit insania, ita [circumamictum][d] hoc insania[e] operatur philargyriae[f], quoniam sicut ille se denudat, sic iste congregat; denudatione autem[g] illa hoc coopertorium miserabilius est ». Daemoniacus enim[h] in hoc quod se denudat, non nocet nisi sibi, et in hoc[i] casu tantum loquitur[k], sed avarus nocet sibi et aliis. Sic ergo avarus peior est daemoniaco, in quo est ratio ligata.

b. Item, difficilius adhaeret sive obedit daemoniacus daemoni quam avaritiae concupiscentia[l]. « Nam illi non obediunt in quibusdam, ii autem in omnibus subiciunt se pecuniae »; unde Eccle. 10, 19: *Pecuniae obediunt omnia*[4].

[Solutio]: Ad hoc dicendum quod quoad hoc quod[m] in daemoniaco est ratio ligata — unde non habet liberam rationem, ut in illo statu possit exire in bonum et duci ad poenitentiam[n] — et quoad hoc quod illa ligatio non est in daemoniaco nisi per poenam: de tali enim loquitur Chrysostomus, et in avaro est per culpam et avarus et[o] sibi et aliis nocet, talis daemoniacus solum sibi, bene concedimus quod[p] quoad hoc peius est quam in daemoniaco.

---

[a] B om. [b] Ita BT, alii *cum.* [c] VR *possit.* [d] B *cedit.* [e] V *sibi.* [f] VR *videant;* B add. *enim.* [g] Codd. *oblata.* [h] VR *operata.* [i] V add. *sed.* [k] V *infirmum.* [l] V *avarus.* [m] T *ita.* [n] V om. *alia... appetit.* [o] B *cibum.* [p] Z *proxime.* [q] Z *autem.*
[a] B om. [b] B om. [c] VR *contrarium;* VR om. *ei.* [d] Ita cod. Assis. 138, nostri codd. omittunt. [e] V om. *i. h. i.* [f] V *comparatur phylargicus* pro *o. p.* [g] R *enim.* [h] B *autem.* [i] V om. *quod se... hoc.* [k] Ita cod. Assis. 138, nostri codd. *sequitur.* [l] BT *pecunia.* [m] B om. [n] V add. *peccati;* L (corr.) *ad* pro *et quoad.* [o] T om. [p] V *ex,* quod L corr.

1 *In Ioan.*, hom. 19, n. 3 (PG 59, 123sq.).
2 *Ordin.*, in h. l., ap. Lyran., ex Hieronymo, in h. l. (PL 25, 1305sq.), ubi et sequens.
3 *In Matth.*, hom. 81, n. 3sq. (PG 58, 734sq.), ubi et sequentia ad sensum.
4 Chrysost., *In Ioan.*, hom. 65, n. 3 (PG 59, 364).

CAPUT X. 584

DE QUIBUSDAM CASIBUS CIRCA AVARITIAM.

Decimo quaeritur de[a] quibusdam casibus incidentibus circa avaritiam.

I. Et primo de hoc: Sint duo avari, unus plus habens, alter minus, et uterque amittat[b] quod habet. Quaeritur quis eorum plus peccat ibi[1].

Et videtur quod qui plus habet, 1. quoniam[c] videtur plus dolere; ergo et amplius diligebat, quoniam, secundum quod dicit Augustinus[2], intensio dilectionis apparet ex intenso dolore amissionis; et ita plus peccabat et in retinendo et in amittendo.

Sed contra, videtur quod non sit necesse, *a.* per simile in contrario[d], quoniam tanta caritas potest esse vel maior in vidua offerente duo minuta[3] quanta[e] in divite offerente decem millia talenta; ergo tantum vel maius meritum.

b. Similiter per contrarium, quoniam tantam vel maiorem affectionem[f] potest habere iste pauper circa pauca quae habet quantam[g] dives circa multa.

c. Item, [II] Cor. 9,8 et Luc. 21,2, ubi habetur de vidua, dicit Glossa[4]: « Non considerat Dominus quantum, sed ex quanto ». Ergo non quia plus amisit, plus videtur dolere, et[h] ita nec etiam plus peccare.

[Solutio]: 1. Ad quod dicendum quod non est omnino simile ex parte caritatis et cupiditatis. Si enim quantitatem rei sequitur quantitas affectionis, bene sequitur quod ille, qui plus habet, plus dolet in amittendo et plus peccavit, cum amplius inordinate diligeret. Sed caritas non respicit secundum aequalem[i] quantitatem dati, sed potius affectum dantis respectu eius propter quem dat. Quantitas autem cupiditatis multotiens sequitur quantitatem rei cupitae; sed non est ita de caritate, quae respicit illum propter quem datur, et ideo non est simile.

II. Quaeritur etiam de isto: Sint duo pauperes; uterque congreget superfluum, sed unus usque ad mille, alter usque ad centum tantum[k]. Quaeritur quis eorum plus peccat[l].

Et videtur quod ille qui usque ad mille, *a.* quoniam plus recedit a medio, virtus vero in medietate[m] consistit[5].

Sed contra, 1. sic arguit Chrysostomus[6]: « Concupiscentiae principium est indigentia »; ergo quanto maior est indigentia, tanto maior est concupiscentia et e converso[n] quanto minor[o] indigentia, tanto minor concupiscentia; sed in eo qui processit usque ad mille est minor indigentia; ergo minor concupiscentia; ergo minus peccatum.

[Solutio]: 1. Ad quod dicendum quod indigentia naturae corruptae est. Sed ista indigentia potest attendi quoad poenam vel quoad culpam. De primo verum est quod dicit Chrysostomus; de alio dicimus quod omnino est e contrario[p], scilicet ut si sit minor indigentia culpabilis, quod sit[q] maior concupiscentia. Unde Prov. 30,15: *Tria sunt insaturabilia*, Glossa[7]: « Crescit amor nummi quantum pecunia crescit ». Et sic iterum dicit Chrysostomus[8]: « Si magis diligit, magis concupiscit; si magis concupiscit[r], magis est in[s] infirmitate ». Unde avarus quanto est ditior, tanto est in maiore indigentia; unde Prov. 13,7: *Est dives, cum nihil habeat, et est pauper, cum in multis divitiis sit.*

III. Quaeritur etiam de alio: Sunt duo clerici, unus est contentus uno beneficio, tamen, quia avarus est[t], pauca expendit, et quoniam[u] cupidus, multa congregat; alter vult habere plura[v] beneficia, tamen omnia sua expendit. Quaeritur quis eorum plus peccat.

Quod uterque[x] peccet, 1. patet per hoc quod dicitur ad Hebr. ultimo, 5: *Sint mores sine avaritia, contenti praesentibus;* « avarus est, qui tenax est, [in largiendo][y] et cupidus in accipiendo[9] »; sed primus peccat plus; quare ergo magis praedicant nostri praedicatores contra secundum quam contra primum[z]?

2. Item, videtur quod primus simpliciter plus peccet, quia sibi nocet et nulli prodesse videtur,

---

[a] L *in*, quod FZ corr. [b] V *amittit*. [c] BT om. [d] VR *contrarium*. [e] R *quam*. [f] F *affectum*. [g] FL *quantum*. [h] Ita BT, alii om. [i] BT *equalitatem*. [k] R om. [l] VR *peccet*. [m] B *medio;* R *immediate* pro *i. m.*, quod F corr. [n] V *contrario*. [o] F add. *est*. [p] Z *contrarium* pro *e. c.* [q] V *sicut*. [r] Z om. *s. m. c.*, in L est add. mg. [s] VRZ om., in FL est add. interl. [t] VFLZ om. [u] B *quia*. [v] BT *multa*. [x] VFR add. *plus*, quod L exp. [y] Ita cod. Assis. 138, nostri codd. omittunt. [z] VR *primum quam contra secundum* pro *s. q. c. p.*

1 Cf. Chrysost., *In Matth.*, hom. 80, n. 4 (PG 58, 730).
2 Cf. *De civit. Dei*, XXI, c. 26, n. 4 (PL 41, 746).
3 Cf. Marc. 12, 42 sqq.; Luc. 21, 2 sq.
4 Lombardi, *In II Cor. 9*, 8 (PL 192, 63) et *Interlin., In Luc. 21*, 2, ap. Lyran.
5 Cf. Aristot., *Ethica ad Nicom.*, II, c. 6 (II, 19).
6 *In Matth.*, hom. 80, n. 4 (PG 58, 730).
7 *Ordin., In Prov. 30*, 14, ap. Lyran., ex Iuvenali, *Satyr.*, XIV, 139.
8 Loc. cit.
9 Lombard., in h. l., (PL 192, 512), ex Augustino, *De verb. Evang.*, sermo 107, c. 3 (PL 38, 629).

sed secundus, quamvis sibi noceat, tamen multis prodest, ut videtur; et ita primus magis peccat.

Ad contrarium apparet. *a.* Unum enim beneficium videtur esse deputatum uni et non plura; ergo secundus magis peccat.

Respondeo[a]: 1-2. Supponamus ad praesens quod primus plus peccet, tamen plus debet praedicari contra secundum quam contra primum, quoniam de illo, qui habet plura, manifestum est quod est cupidus, de alio vero non est ita manifestum, et si pauca videatur expendere in aliquibus, in aliis tamen, quae ignorantur, potest expendere. Ille iterum qui plura habet, in scandalum potius aggregat quam alter.

IV. Quaeritur etiam de alio: Est tempus famis et sunt multi pauperes non habentes sustentationem; est etiam theologus praedicator habens plures libros theologiae, in quibus[b] studet ut possit praedicare. Debetne, instante hac[c] necessitate, vendere libros et pauperibus dare ad sustentationem?

Hoc videtur, *a.* quoniam tenetur subvenire eis in quantum potest et prout indigentia exigit instante tali necessitate.

Sed contra. 1. Eleemosyna spiritualis maior est quam eleemosyna corporalis; praedicatio est[d] eleemosyna spiritualis, et indiget libris, ut sciat praedicare; ergo non tenetur vendere.

Respondeo[e]: 1. Bene concedimus quod praedicare maius est bonum in genere, sed tamen ille potest utrumque facere simul, quoniam pauca sufficiunt ad praedicandum et potest praedicare sine libris. Et tamen si ita esset nescius[f] quod nesciret praedicare sine libris, nihilominus posset ad tempus abstinere a praedicatione, nisi[g] sciret quod propter defectum praedicationis irent homines in[h] perditionem; si autem hoc sciret vel crederet probabiliter, tunc in[i] casu isto deberet retinere et non vendere, ut zelus animarum moveret[k] eum ad hoc, non cupiditas librorum.

V. Quaeritur etiam de alio: Cum rex possit multa congregare ad tuitionem sui regni, utrum similiter episcopus possit multa congregare ad tuitionem suae ecclesiae.

Quod videtur per simile, 1. quoniam sicut rex tenetur tueri suum regnum, sic episcopus suam ecclesiam.

Sed contra. *a.* Res episcopi sunt res pauperum, et ipse est solummodo dispensator; sic autem non est de rege.

b. Praeterea, videtur quod neuter possit, per hoc quod dicit Ambrosius[1]: « Non minus est criminis habenti tollere quam, cum abundes, indigentibus[l] denegare ».

[Solutio]: Ad quod dicendum quod non est simile, quoniam ad hoc est rex constitutus ut subditos in pace custodiat et ab adversariis tueatur, et circa illud debet versari semper[m] sua intentio: unde res regni ad hoc potest habere et conservare. Sed episcopus res ecclesiae semper debet convertere in usus ecclesiae, et hoc facit, cum dat pauperibus[2]; unde non debet ita congregare

585

CAPUT XI.

DE EFFECTU PECCATI AVARITIAE.

Undecimo quaeritur de effectu huius peccati.

Et videtur quod sit excaecatio. *a.* Dicit Chrysostomus[3]: « Tenebra animae est pecuniarum cupido, nihil dimittens eorum quae sunt apparere[n] sicut sunt, quemadmodum qui[o] in tenebris est, si videat aureum vas et purpurea vestimenta, nihil esse existimat ». Avaritia ergo excaecat sicut et alia quaedam peccata.

[Solutio]: Quod concedimus. Excaecat enim ut homo non possit cognoscere aut affici circa bona aeterna, quoniam tota mens avari rapitur[p] ad temporalia et quoad cognitionem et quoad affectionem[q], et cognitio sequitur affectionem. Unde sicut oculi Tobiae stercoribus hirundinum excaecati fuerunt[4], sic oculi[r] mentium avarorum temporalibus excaecantur.

---

[a] T *responsio patet*, R *respondendum.* [b] B add. *plura.* [c] B om. [d] L om. [e] T *responsio*, R *respondendum.* [f] VR *nesciens.* [g] T add. *quidem.* [h] R *ad.* [i] LZ om., in F est add. interl. [k] FR *moneret.* [l] V *habentes indigenti* pro *a. i.* [m] VFZ om. [n] Codd. *appetere.* [o] T om. [p] T *capitur.* [q] V *effectionem.* [r] T om.

[1] Rectius Basilius M., *Hom. in Luc. 12*, 16 (PG 31, 275), verbotenus Rufini interpretatio, *Hom. in Luc. 12*, 16 (PG 31, 1752); ap. Gratian., *Decretum*, dist. 47, c. 8 (I, 172), Ambrosio adscribitur.

[2] Cf. Gratian., *Decretum*, C. 12, q. 1, c. 26 sq. et q. 2, c. 70 sq. (I, 686 et 710 sq.).

[3] *In Matth.*, hom. 83, n. 3 (PG 58, 750).

[4] Cf. Tob. 2, 11.

TITULUS VI.

DE GULA [1].

DISTINCTIO I.

DE IMMODERATO APPETITU CIBI.

Consequenter dicendum est de gula. Gula autem [a] accipitur communiter pro immoderato appetitu cibi et potus, aliquando vero accipitur specialiter pro immoderato appetitu cibi. Hic autem dicemus secundum [b] quod est peccatum speciale;

deinde de peccato ebrietatis, quod consistit in [c] immoderato appetitu ipsius potus.

Circa vero gulam aut crapulam primo quaeritur quid sit;

secundo, quid [d] sit motivum in hoc genere peccati;

tertio, utrum primus motus nutritivae sive appetitivae in nutrimento sit necessario peccatum;

quarto, an sit capitale peccatum gula;

quinto, utrum contingat esse peccatum circa diminutionem cibi sicut circa superfluitatem;

sexto, de circumstantiis gulae;

septimo, de magnitudine huius peccati;

octavo, de prudentia carnis, quae disponit ad gulam, utrum sit peccatum;

nono, de opposito gulae;

decimo, contra quod praeceptum Decalogi sit gula;

undecimo, utrum quantitas et qualitas cibi sint in vitio aut solus appetitus.

CAPUT I. 586

QUID SIT GULA [2].

Ad primum sic: Definitur autem sic [e 3]: Gula est immoderatus amor edendi.

Contra quod obicitur sic: 1. Secundum peccatum gulae non solum contingit peccare propter defectum debitae circumstantiae quoad quantitatem, sed etiam secundum qualitatem [f], substantiam et tempus, secundum quod dicit Gregorius [4] et Isidorus [5]; sed ibi ponitur solum defectus quoad quantitatem per hoc quod dicitur [g] « immoderatus »; non ergo est sufficiens definitio.

2. Item, Augustinus [6]: « Peccatum est privatio modi, speciei et ordinis ». Ergo [h] in peccato gulae attenditur privatio horum trium; ergo, cum in praedicta definitione solum ponatur privatio modi, non erit sufficiens.

3. Item, secundum Gregorium [7], una conditio gulae est, « quando homo anticipat tempus comedendi », et ibi videtur deficere ordo; similiter alia est, « quando quaerit lautiora cibaria », et ibi deficit species; et ita deberet definiri per privationem speciei et ordinis sicut per privationem modi.

4. Forte dicetur quod ly [i] 'immoderatum' sumitur ibi generaliter, secundum quod dicit defectum cuiuslibet circumstantiae. — Sed tunc obicitur, quoniam sicut necesse est ibi ponere

---

[a] V *que* pro *g. a.* [b] BT om. [c] Z om. [d] PL *quod;* B *huius* pro *hoc.* [e] V *sic gula* pro *a. s.* [f] R *quantitatem.* [g] B *dicit.* [h] B add. *si.* [i] V om.

1 In cod. Assisiensi 138, fol. 92d-95b, fere omnia sequentia de gula et ebrietate verbotenus occurrunt.

2 Cf. Ioan. de Rupella, *Summa de vitiis* (fol. 22a).

3 Cf. Hugo de S. Vict., *De sacram. christ. fidei*, II, p. 13 (PL 176, 526).

4 Cf. *Moral.*, XXX, c. 18, n. 60 (PL 76, 556sq.)

5 Cf. *Sentent.*, II, c. 42, n. 13 (PL 83, 649).

6 *De natura boni*, c. 4 (PL 42, 553); cf. supra, p. 49sqq.

7 Loc. cit.; verbotenus ap. Gratian., *Decretum*, *De consecr.*, dist. 5, c. 22 (I, 1417).

debitas circumstantias contra superfluitatem, ita et[a] contra indigentiam; sed constat quod ly 'immoderatum' non dicit defectum nisi ex parte superfluitatis; ergo intelligeretur oppositum in opposito, si intelligeretur istud per illud.

[Solutio]: 1. Ad quod dicendum quod modus[b] uno modo sumitur proprie, secundum quod determinate dicit mensuram sive[c] quantitatem, et sic iuxta huius modi privationem non sumitur ratio generalis gulae. Alio modo dicit moderationem vel mensuram omnium circumstantiarum debitarum, maxime quoad excessum, et sic sumitur in ratione gulae.

2-3. Ad id ergo quod[d] obicitur quod 'peccatum est privatio non tantum modi, sed etiam speciei et ordinis': dicendum quod verum est. Sed notandum est, secundum quod dicit Augustinus[1]: qui tollit modum, tollit speciem et ordinem; et si est species, et ordo et modus; et si[e] est ordo, et modus, et ideo potest privari vel prout ex opposito dividitur contra speciem et ordinem vel prout generaliter sumitur, ut contineat[f] speciem et ordinem. Si primo modo[g], sic procedebat ratio; si secundo modo, sic ponitur in definitione.

4. Ad illud quod obicitur quod 'circa hoc contingit peccare secundum diminutionem sicut secundum superfluitatem', respondebitur infra[2]. Explanabitur etiam quare quaedam capitalia secundum superfluitatem determinantur, quaedam secundum indigentiam et quare plura secundum superfluitatem et pauciora secundum diminutionem et quare Philosophus quasi circa omnem medietatem ponit utrumque et secundum superfluitatem et secundum indigentiam, Sancti autem non semper ita.

587

CAPUT II.

QUID SIT MOTIVUM IN PECCATO GULAE.

Secundo quaeritur de motivo huius peccati. Cum enim in quolibet peccato sit aliquid appetibile, quod inordinate appetitum facit[h] esse peccatum[i], ut in superbia excellentia, in[k] ira vindicta, in avaritia sufficientia, quaeritur quid tale est in gula.

1. Non potest dici quod apparens sufficientia, quoniam, ut dictum est supra[3], appetibile avaritiae est sufficientia, et ita tunc non distingueretur hoc peccatum ab illo.

2. Forte dices quod apparens sufficientia alimenti, et hoc videtur probabile. — Contra: Multi[l] sunt se ingurgitantes ex industria, accipientes ad superfluitatem et ultra sufficientiam; non ergo movet eos apparens sufficientia alimenti.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod apparens sufficientia alimenti movet in hoc peccato.

[Ad obiecta]: 1-2. Ad illud ergo quod obicitur quod 'potius contingit ibi esse[m] apparentem superfluitatem, ut patet in illis qui se ingurgitant': dicimus quod sicut superfluum et diminutum et sufficiens circa alimentum determinantur diversimode secundum diversas personas, secundum quod dicit Philosophus[4] «quod Miloni[n] est parum, magistro gymnasiorum est multum», eodem modo dicimus quod in multis est ita quod illud quod primo videbitur eis esse superfluum, postmodum[o] ex prava consuetudine vix videbitur esse sufficiens; in multis etiam ipse appetitus absorbet iudicium: unde, si primo moveat eos sufficientia, postmodum autem ad ingurgitationem inclinatur eorum ratio.

588

CAPUT III.

UTRUM PRIMUS MOTUS NUTRITIVAE SIT PECCATUM[5].

Tertio quaeritur I. utrum primus motus nutritivae sive appetitivae in nutrimento sit peccatum.

Et videtur quod sic, 1. per hoc quod dicitur super illud ad[p] Rom. 7, 7: *Non concupisces*, Glossa[6]: «Prohibet motum, ne ducatur ad consensum». Prohibet ergo hic ne primus motus concupiscibilis ducatur ad consensum; sed primus motus nutritivae est motus concupiscibilis sicut et generativae; ergo sicut primus motus in generativa secundum se, cui non est consentiendum, est peccatum, ita et in nutritiva.

---

[a] BT om. [b] B om. [c] Ita V, LZ *et*, BTFR om. [d] Ita V, alii *quod ergo* pro *A. i. e. q.* [e] R *non.* [f] V *contingit.* [g] LZ add. *et.* [h] BT om. [i] R om. [k] BT om. [l] BT add. *enim.* [m] V *obicere* pro *i. e.* [n] FL *iuveni*, RZ *Mileni.* [o] T *post.* [p] BT om.

1 Cf. *De div. quaest. 83*, q. 6 (PL 40, 13).
2 Cf. infra, num. 590.
3 Cf. supra, p. 561a, *Solutio*.
4 *Ethica ad Nicom.*, II, c. 6 (II, 19).
5 Cf. Guil. Altissiod., *Summa*, III, tr. 7, c. 4, q. 2 (fol. 173d); Ioan. de Rupella, *Summa de vitiis* (fol. 22a sq.).
6 Lombardi, *In Rom. 8*, 12 (PL 191, 1407), ex Augustino, *In Rom. 7*, 2 (PL 35, 2069 sq.) et infra, p. 575, nota 1.

2. Item, in irascibili est talis motus; ergo et in [a] concupiscibili erit.

3. Item, potentia concupiscibilis ita se habet immediate ad nutritivam sicut ad generativam et ita habet nutritiva obiectum primum [b], respectu cuius potest dici motus inordinatus, sicut et generativa; ergo potest hic determinari primus motus sicut et ibi.

4. Item, Augustinus [1]: « Est tentatio a carne, quae est semper cum [c] peccato, etsi ei tamen non consentiatur [d] ». Sed tentatio a carne communis est generativae et nutritivae; ergo tentatio nutritivae est semper cum peccato sicut et generativae.

5. Item, videtur quod magis debeat esse motus primus in nutritiva qui sit peccatum quam in [e] generativa, quia primum peccatum fuit peccatum gulae [2]; ergo secundum hoc magis fuit corrupta, ut videtur, nutritiva quam generativa; quare, si in generativa secundum se sit primus motus et est peccatum, videtur quod in nutritiva multo magis.

6. Item, secundum Augustinum, in libro *De Trinitate* [3], in omni tentatione a carne est ponere serpentem, mulierem et virum: per serpentem intelligitur motus sensualitatis; sic ergo in nutritiva inordinata est ponere talem motum sicut et in generativa, scilicet primum motum.

[Solutio]: Ad hoc dicitur quod bene verum est quod in nutritiva est motus [f] peccatum, sed non semper est primus motus peccatum, sicut in generativa, sicut iam probatum est per hoc quod dicit Augustinus [4], quod « tentatio a carne est cum peccato, etsi ei non consentiatur ».

II. Sed occasione huius quaeritur quo modo hoc sit verum.

Et arguitur ad contrarium, 1. quoniam, secundum quod in pluribus locis [g] Augustinus [5] ostendit, « nullus peccat in eo quod vitare [h] non potest »; sed talem primum motum nullus vitare potest; ergo non est peccatum.

2. Praeterea, specialiter videtur hoc, quoniam ut in pluribus non potest perfecte discerni inter appetitum [i] nutritivae licitum et illicitum. Unde Gregorius [6]: « Eo tempore, quo necessitati debitum solvitur, quia per esum necessitati voluptas miscetur, quid necessitas [petat], quid voluptas, ignoratur ». Primus ergo motus, qui tunc circa hoc erit, licet non videatur ordinatus, non videtur debere imputari ad peccatum.

3. Item, Augustinus, X *Confessionum* [7]: « Dum ad quietem saturitatis ex indigentiae molestia transeo, in ipso transitu insidiatur mihi laqueus concupiscendi [k]: ipse enim transitus voluptas est; et cum salus sit causa comedendi et bibendi, adiungit se tamquam pedissequa periculosa iucunditas et plerumque praeire conatur, ut eius causa fiat quod causa salutis me facere vel dico vel volo ». Videtur ergo quod hic excuset ignorantia et ista mixtura necessitatis et voluptatis; ergo non debet imputari ad peccatum.

[Solutio]: 1. Ad quod dicendum [l] concedendo quod in nutritiva est primus motus sicut et [m] in generativa, tamen quoad hoc est dissimile quod [n] omnis motus etiam primus generativae est peccatum nisi per sacramentum [o] matrimonii excusetur, non [p] tamen sic omnis motus nutritivae. Concedimus enim quod eius motus primus potest esse peccatum, non tamen omnis, quoniam potentia concupiscibilis etiam [q] in nutritiva corrupta est, licet non tantum quantum in generativa, et etiam respectu sui obiecti movetur pluries in suo primo motu [r] illicite. Quandoque etiam potest homo praevenire ut non surgat motus illicitus in nutritiva, et quando non facit [s] ut non surgat, et potest, iste motus est peccatum. Similiter postquam surrexerit, licet non potuerit impedisse [t] ut surgeret, si non resistit prout debet, imputatur ad peccatum.

2. Ad illud ergo quod obicitur quod 'frequentius ibi ignoratur quid sit voluptatis et [u] quid necessitatis non potest facile percipi', et etiam quod [v] 'quasi semper admiscetur voluptas cum necessitate': bene concedimus quod non est ibi semper perceptibile quid licitum, quid illicitum, sicut [x] nec in aliis peccatis, ut patet in ira; multotiens credit homo irasci contra vitium et irascitur contra personam, nec de facili potest percipi. Sed ista ignorantia processit ex peccato tamquam poena, quoniam non fuit in Adam ante lapsum, sed potius in ipso erat potentia discernendi inter haec. Non ergo ista ignorantia omnino excusat peccatum, tamen [y] tali peccato, ubi sic est illicitum, non debetur nisi poena temporalis. Tamen ipsa unctio frequentius docet [8] sanctos ut sciant discernere quid sit necessitas et quid voluptas, licet ratio de se ad hoc [z] non attingat.

---

[a] L om., V om. *e. i.* [b] B om. [c] V *in.* [d] V *consentiat.* [e] Ita VR, alii add. *vi.* [f] Z add. interl. *primus.* [g] T om. [h] V *imitare.* [i] R *appetitus.* [k] V *concupiscenti.* [l] V *respondendum.* [m] Z om. [n] B *quia.* [o] V add. *est tamen.* [p] L *notatur,* quod Z corr. [q] B *que est.* [r] R *motum.* [s] V *surgit.* [t] Z *impediri se.* [u] R om. [v] V *quia.* [x] R *sic.* [y] VR *cum.* [z] T om. *a. h.*; V om. *ratio.*

1 Cf. *De civit. Dei,* XIX, c. 4, n. 3 (PL 41, 629); *Retract.,* I, c. 9, n. 5 (PL 32, 597 sq.); supra, num. 160.
2 Cf. supra, num. 193.
3 Lib. XII, c. 12, n. 17 sq. (PL 41, 1007 sq.).
4 Cf. nota 1.
5 Cf. *De lib. arbit.,* III, c. 18, n. 50 (PL 32, 1295); *De natura et gratia,* c. 67, n. 80 (PL 44, 286).
6 *Moral.,* XXX, c. 18, n. 62 (PL 76, 558).
7 Cap. 31, n. 44 (PL 32, 797).
8 Cf. I Ioan. 2, 27.

3. Ad id autem quod[a] dicitur de voluptate, dicimus quod est voluptas naturalis, et quando ista se admiscet, non propter hoc est peccatum; et est voluptas libidinis, et haec[b] facit ibi peccatum, quod est excessus mensurae.

III. Sed obicitur de motu illicito nutritivae ut attingit inferiorem partem rationis, quae dicitur mulier[1], et non solum sensualitatem. Quaeritur, si[c] sit ibi morosa delectatio, utrum sit mortale peccatum.

Quod sic, videtur, 1. per simile de motu generativae; et magis videtur quod deberet[d] esse hic, quoniam magis videtur esse corrupta, cum Adam secundum motum eius illicitum peccaverit; et ita, si ex parte motus illiciti generativae, cum est delectatio sic[e] morosa, est peccatum mortale, etiam ex parte ista.

[Solutio]: 1. Ad quod dicendum quod non est simile, quoniam generativa non solum est potentia personae, sed naturae, et utroque modo fuit corrupta prout per ipsam debebat[f] fieri propagatio, et ideo simul concurrunt libido et vitiosa propagatio nisi sit excusatio per matrimonium; sed[g] nutritiva et ceterae potentiae non sunt ita principia[h] alterius. Unde potentiae[i] personae sunt, non naturae universalis, et ideo solum habent unam corruptionem. Non[k] negamus tamen quin aliquando[l] talis motus possit esse peccatum mortale, sed non oportet quod omnis aut semper.

IV. Sed adhuc obicitur de eo quod dicit Augustinus, in libro *De conflictu vitiorum et virtutum*[2]: « Sicut aeger ad medicinam, sic ad sumendas dapes debet unusquisque accedere, nequaquam in illis voluptatem appetens, sed necessitati succurrens ». Sed aeger ad voluptatem nihil accipit de medicina nec ultra id quod credit congruere naturae suae, et, si ultra acciperet scienter, videretur peccare; ergo similiter et hic.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod quoad[m] hoc dicitur cibus sumendus ut medicina, quoniam, cum in nobis sit continua deperditio, ad hoc sumitur ut fiat e contra restauratio, et sicut aeger medicinam cum timore accipit nec ibi appetit voluptatem, sic[n] debet se habere homo quoad cibum. Tamen quoad id quod est accipere ultra necessitatem, non est simile, quoniam non est ita determinatum praecise quid est ad necessitatem hic sicut ibi. Verbi gratia, est aliquis qui non vult comedere nisi semel in die, plus comedet in una vice[o] quam si bis comederet, quoniam aliter cibus semel sumptus non sufficeret ad totam diem, nec tamen quoad hoc peccat, dummodo non excedat tantum ut per hoc impediatur ab operibus suis[p], maxime spiritualibus, ut illi qui se ingurgitant.

V. Sed contra id quod dictum est[3] de similitudine generativae et nutritivae obicitur, quoniam generativa, ut dictum est[q], corrupta est secundum se et prout est traductiva, sed nutritiva tantum secundum se; sed constat quod utraque corruptio generativae poenalis est; cum ergo inclinet generativa ad peccatum, plus est ibi de inclinativo quam in nutritiva; ergo maior excusatio; ergo minus peccatum; potius ergo diceretur peccatum vel veniale vel mortale in motu nutritivae quam generativae.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod hoc non sequitur, quoniam cum duplici corruptione generativae est duplex causalitas peccati, et ipsa ratio declinat post causalitatem sequentem poenalitatem nec est separare causalitatem a poenalitate. Unde fomes, qui est pronitas ad peccatum, maxime viget ibi, et ideo non est maior excusatio nec minus peccatum, sed potius e contra[r]. Non autem ita est in nutritiva, quoniam in generativa est duplex corruptio, personae et naturae, et utraque est poena respectu praecedentis peccati et causa respectu sequentium, in nutritiva vero tantum est corruptio personae[s].

589

CAPUT IV.

UTRUM GULA SIT PECCATUM CAPITALE.

Quarto quaeritur **I.** an hoc vitium sit capitale.

Quod non, videtur, 1. per hoc quod dicitur super illud Deuter. 7, 1: *Cum deleverit Dominus gentes multas coram te,* Glossa Isidori[4]: « De gastrimargia commessatio et ebrietas ». Ergo nec hoc nec illud sunt capitalia vitia, cum oriantur ex alio.

---

[a] Ita V, alii *quod autem* pro *A. i. a. q.* [b] Ita VL, alii *hoc.* [c] B *quid.* [d] V *debeat.* [e] Ita BR, alii *sit.* [f] BT *deberet.* [g] BT *et si.* [h] R *principium.* [i] V *potentia.* [k] Ita BT, alii *nec.* [l] B *aliquis.* [m] BT *ex quo* pro *q. q.* [n] B *sicut.* [o] V *comedere in cena vult* pro *c. i. u. v.*; BT *comedit* pro *comedet.* [p] R *scilicet.* [q] R om. [r] V *contrario.* [s] Z om., in FL est add. interl.

1 Cf. supra, p. 575, nota 3.

2 Cap. 19 (PL 40, 1101); cf. *Confess.*, X, c. 31, n. 44 (PL 32, 797).

3 Cf. supra, sub I et III.

4 *In Deuter.*, c. 16, n. 3 (PL 83, 366), ex Cassiano, *Collation.*, V, c. 16 (PL 49, 634).

[Solutio]: 1. Et dicendum quod gula uno modo accipitur generaliter, prout continet excessum[a] mensurae tam respectu cibi quam respectu potus, et sic idem est quod gastrimargia, et sic est capitale[b]; alio modo, prout continet tantum excessum mensurae respectu cibi, et sic est ex opposito divisa contra ebrietatem, quae dicit excessum mensurae in potu, et sic nec hoc nec illud est capitale.

II. Quaeritur etiam[c]: Si contingat moveri inordinate circa visum, auditum, olfactum, sicut dicit Augustinus, X *Confessionum*[1], sicut circa gustum et tactum, quare non determinantur capitalia peccata circa inordinationem motuum istorum sensuum sicut aliorum?

1. Unde de inordinato motu circa auditum dicit Augustinus, X *Confessionum*[2]: « Cum mihi accidit ut me amplius cantus quam res ipsa, quae canitur[d], moveat, poenaliter me peccare confiteor, et[e] tunc mallem non audire cantantem ». Similiter[f] ibidem[3] require de inordinatione motuum illorum.

2. Item, est virtus principalis[g] cohibens passiones sensibiles quoad omnes sensus, scilicet temperantia[4]; ergo ex opposito debet determinari[h] circa motum earum[i] inordinatum vitium capitale.

3. Item, Philosophus[5] determinat medietatem circa omnes sensus.

4. Praeterea, maxime[k] videtur quod deberet vitium[l] determinari circa inordinationem visus, quoniam est sensus generalis: unde nomine ipsius multotiens intelliguntur omnes sensus.

[Solutio]: 1-3. Ad quod dicendum quod sensus tactus et gustus respiciunt esse: est enim tactus propter esse, gustus vero ut conservetur esse; sed sensus alii magis sunt ad discernendum quid conveniens, quid disconveniens. Si vero sunt ad delectandum, hoc non est in convenienti re essentialiter, sed secundum accidens, et tunc, si sit delectatio inordinata, non erit propter hoc capitale vitium[m], sed potius vitium[n] reducibile ad aliquod vitiorum. Verbi gratia, solent homines ad maiorem delectationem in prandiis velle audire et conviviis[o] pulcros sonos, et in hoc peccant, sed hoc reducitur ad peccatum gulae, Isai. 5, 12: *Cithara et lyra et tympanum in conviviis*[p] *vestris, et opus Dei non respicitis*, hoc est dicere: ut magis ibi delectemini. Potest iterum esse ut sint inordinati motus circa illos tres sensus propter curiositatem, et sic possunt reduci ad inanem gloriam vel concupiscentiam oculorum[q].

4. Quod autem dicitur de sensu visu 'quod est sensus generalis', istud nihil facit ad hoc, quoniam hoc est solum ratione nominis sui vel ratione eorum quae ostendit, propter quae deservit intellectui[r]. Quod etiam dicatur nobilior sensus, hoc est in relatione ad obiectum. Sed haec non faciunt ad determinandum capitale vitium, sed potius inordinatio appetitus circa appetibile, et sic est quod appetitiva[s] tactus et gustus sunt appetibilia per se, alia autem per accidens.

CAPUT V. 590

UTRUM CONTINGAT ESSE PECCATUM CIRCA DIMINUTIONEM CIBI SICUT CIRCA SUPERFLUITATEM[6].

Quinto quaeritur I. utrum contingat esse peccatum circa diminutionem cibi sicut circa superfluitatem.

Et videtur quod sic, 1. per hoc quod dicit Gregorius[7]: « Dum plus iusto caro restringitur, ab actione boni operis enervatur; et ideo necesse est ut quisque sic artem abstinendi[t] habeat, ut non carnem, sed carnis vitia castiget ». Et ideo ad Rom. 12, 1: *Rationabile sit obsequium vestrum.* Ad quod ergo capitale reducetur hoc peccatum? Non videtur debere reduci ad peccatum gulae nec ad aliud multo magis.

2. Item, quaeritur: Si hoc semper sit peccatum, si quis intendit propter bonum minus comedere quam exigeret sua natura, quoniam non haberet tunc motum[u] inordinatum et etiam videtur intentio esse[v] bona, ergo non peccaret.

[Solutio]: 1-2. Ad quod dicendum quod aliquis potest declinare[x] a medietate sumendo minus quam necesse sit propter laudem hominum, et tunc hoc peccatum reducitur ad inanem gloriam, sicut hoc peccatum quo *hypocritae exterminant facies suas,* Matth. 6, 16. Potest etiam aliquis declinare a medietate bona intentione et decipi in suo iudicio, perverse iudicando in hoc quod macerat carnem

---

[a] T *egressum.* [b] FLZ add. *et.* [c] V *autem.* [d] R *cantatur.* [e] L *ut.* [f] V *canentem. Similiter et* pro *c. S.* [g] V *principaliter;* T om. *est.* [h] B *terminari.* [i] B *eorum.* [k] V om. [l] Ita V, alii *unum.* [m] R *peccatum.* [n] B om. *s. p. v.* [o] Ita VB, alii *communius.* [p] L *convitiis;* B om. *et.* [q] F om. [r] T *deserunt intellectum* pro *d. i.;* B *deserit* pro *deservit.* [s] VR *appetitivum.* [t] R *continendi.* [u] TRLZ *motivum.* [v] F *intentione* pro *i. e.* [x] R *determinare,* quod LZ corr.

1 Cap. 30 sqq. (PL 32, 796 sqq.).
2 Cap. 33, n. 50 (PL 32, 800).
3 Loc. cit., nota 2.
4 Cf. *Ethica ad Nicom.*, III, c. 10 (II, 36).
5 Cf. loc. cit., cc. 6-9 (II, 19 sqq.).
6 Cf. Ioan. de Rupella, *Summa de vitiis* (fol. 22b sq.).
7 *Moral.*, XXX, c. 18, n. 63 (PL 76, 558).

suam ultra quam deberet, ut si nesciat quid sit necessarium[a] aut quid[b] diminutum, dicimus quod tunc peccat, tamen hoc non est capitale peccatum nec proprie ad aliud capitale reducibile, quoniam tale peccatum non habet motivum, peccata vero distinguuntur secundum motiva perversae voluntatis, non secundum perversum rationis iudicium[c].

II. Sed gratia huius[d] quaeritur[1]: Ponamus quod aliquis dubitet; timet enim quod si nimis abstineat, quod non poterit vacare operibus debitis, timet iterum accipere, eo quod non possit[e] subicere aut domare carnem[f]. Peccatne talis accipiendo minus quam oporteat? Praeterea, quod istorum facere magis expedit illi?

[Solutio]: Ad quod dicendum quod unus[g] est timor spiritualis[2], qui debet esse in omni bono opere, de quo Iob 9, 28: *Verebar omnia opera mea, sciens quod non parceres* etc. Sed est alius timor dubietatis in eligendo[3], de quo est quaestio; et dicimus quod talis debet insistere securiori parti; securior pars videtur esse in abstinendo, quoniam in hoc[h] vitatur suum periculum, scilicet ut non dominentur[i] vitia.

III. Sed ulterius quaeritur[k]: Secundum quod dicit Augustinus[4], in multis approximant superfluis necessaria[l] quod non potest de facili discerni quid necessarium, quid superfluum. Quaeritur ergo si iste, qui ignorat quid necessarium, quid superfluum, accipit plus quam necessarium sit[m], peccat, quoniam, si esset certus quid esset necessarium, ultra[n] non acciperet.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod, si gaudet talis quia ignorat, nihilominus peccat; sed si tristatur et[o] sit ita quod non possit discernere nisi per gratiam datam nec est sibi data, tunc dicimus quod non peccat. Hoc est quod dicit Augustinus, X *Confessionum*[5]: « Quod saluti satis est, delectationi[p] parum est, et saepe incertum fit utrum adhuc[q] necessaria corporis cura subsidium petat an voluptuosa cupiditatis fallacia ministerium suppetat. Ad hoc incertum hilarescit infelix anima et in eo praeparat excusationis patrocinium, gaudens non apparere quid[r] satis sit moderationi valetudinis, ut obtentu salutis obumbret negotium voluptatis ».

591

CAPUT VI.

DE CIRCUMSTANTIIS GULAE[6].

Sexto quaeritur de circumstantiis gulae.

1. Ponit autem Isidorus[7] quatuor genera distinctionum in appetitu gulae, id est[a]: quid, quando, quantum et quo modo appetitur. 'Quid' ad rem ipsam pertinet quae appetitur; 'quando', si[b] ante legitimum tempus quid appetatur[c]; 'quantum' vero ad immoderationem refertur; 'quo modo' ad impatientiam festinationis accipitur.

2. Item, Gregorius[8], super illud Gen. 25, 30: *Da*[d] *mihi de coctione hac,* ponit quinque circumstantias, dicens in Glossa[9]: « Sciendum quod nos quinque modis gulae vitium tentat. Aliquando enim indigentiae tempora[e] praevenit; aliquando non praevenit[f], sed cibos lautiores quaerit; aliquando quae sumenda sunt accuratius praeparari appetit; aliquando qualitatibus[g] ciborum et tempori congruit, sed in quantitate sumendi mensuram excedit; aliquando vero abiectum[h] est quod desiderat, sed tamen[i] ipso aestu desiderii deterius peccat. Ionathas mortis sententiam meruit, quia in gustu mellis constitutum edendi tempus antecessit[10]. Populus ex[k] Aegypto ductus in eremo occubuit, quia despecto manna carnes petivit, quas lautiores putavit[11]. Filiorum Heli prima culpa est quod ex voto eorum sacerdotis puer non de more vellet carnes de sacrificio accipere, sed coquendas quaerebat quas accuratius exhiberet[12] » etc. [l] Sic ergo ponit Gregorius quinque, Isidorus vero quatuor circumstantias; videtur ergo unus superfluus vel alter diminutus.

3. Praeterea, videtur quod uterque insufficienter eas assignat[m], quia aliquis religiosus, cui est

---

[a] B *peccatum.* [b] V add. *sit.* [c] V *preiudicium.* [d] V *circa hoc* pro *g. h.* [e] V *posset.* [f] V add. *suam.* [g] V om., FLZ *minus.* [h] T om. *i. h.* [i] B *dicerentur.* [k] V *sed est ulterius questio* pro *S. u. q.* [l] Ita V, alii *superfluum necessario* pro *s. n.* [m] Ita B, alii add. *si.* [n] B *ultro.* [o] B add. *si.* [p] T *dilectioni.* [q] V *circa.* [r] Ita V, alii *quod.*
[a] V *scilicet* pro *i. e.* [b] FZ om. [c] V *quo appetitur* pro *q. a.* [d] B *des.* [e] V *tempus.* [f] V om. *a. n. p.* [g] V *quantitatibus;* Z om. *et.* [h] VT *obiectum.* [i] Ita V, alii *cum.* [k] V *de.* [l] V om. [m] Z *assignet.*

1 Cf. Ioan. de Rupella, *Summa de vitiis* (fol. 22c).
2 Cf. Gregor. M., *Moral.*, IX, c. 34 n. 52sqq. (PL 75, 888sq.).
3 Cf. Gregor. M., *Moral.*, XXX, c. 18, n. 61sqq. (PL 76, 557sq.).
4 Cf. nota sequens.
5 Cap. 31, n. 44 (PL 32, 797sq.).
6 Cf. Ioan. de Rupella, *Summa de vitiis* (fol. 22c).
7 *Sentent.*, II, c. 42, n. 13 (PL 83, 649).
8 *Moral.*, XXX, c. 18, n. 60 (PL 76, 556sq.), et Gratian., *Decretum, De consecr.*, dist. 5, c. 22 (I, 1417).
9 Cf. *Ordin.*, in h. l., ap. Lyran.
10 I Reg. 14, 27. 11 Cf. Num. 11, 5sqq.
12 Cf. I Reg. 2, 12sqq.

prohibitum comedere carnes, comedit eas et comedendo peccat peccato gulae, non tamen quantum ad aliquam dictarum conditionum; ergo contingit esse peccatum gulae sine aliqua dictarum conditionum.

[Solutio]: 1-2. Ad quod dicendum[a] quod Gregorius ponit quinque conditiones ipsius gulae, quae continentur hoc versu:

Laute, praepropere, nimis, ardenter, studiose.

Isidorus autem ponit quatuor, et tamen non est diminutus respectu assignationis Gregorii, immo sub una conditionum, quas assignat Isidorus, comprehenduntur duae illarum, quas assignat Gregorius. Unde sub conditione 'quo modo' intendit includere duas conditiones, scilicet conditionem qualitatis ex parte appetentis in intellectu, et hoc dicitur 'studiose': studiose enim dicitur ex parte sollicitudinis in cognitione[b] vel intellectu. Et sic non est controversia inter illos, immo Isidorus duas illas, quas distinguit Gregorius, comprehendit sub una conditione, quae est 'quo modo', quae est conditio ex parte qualitatis; unde in hoc non distinguuntur. Sed distinguit illas Gregorius per hoc quod una respicit affectum et alia intellectum; unde ita se habent et coincidunt invicem, quod haec conditio 'quid', quam assignat Isidorus, comprehendit illam quam assignat Gregorius, quae est 'laute', et 'quando' hoc quod est 'praepropere', et 'quantum' hoc quod est 'nimis', et 'quo modo' hoc quod est 'ardenter et studiose', quia utramque qualitatem respicit, unam scilicet in affectu et alteram in intellectu. Et per hoc patet sensus istarum conditionum, quoniam non est ibi[c] plus considerare nisi aut substantiam aut quantitatem aut qualitatem aut tempus sumendi cibos, et secundum ista sumuntur illae conditiones Isidori et Gregorii.

3. Ad illud quod obicitur quod 'deberent[d] esse plures conditiones', dicendum quod non, sicut patet[1]. — Et ad illud[e] quod obicitur 'de religioso, qui sub prohibitione comedit carnes et tamen ad nullam harum conditionum pertinet hoc peccatum gulae': dicendum quod istae conditiones, quas determinat Isidorus et Gregorius[f], sunt conditiones generales, non conditiones secundum statum personae, et omnes conditiones generales, quae sunt istius peccati, comprehenduntur sub istis. Quod autem religiosus peccet comedendo carnes, hoc peccatum est secundum conditionem status et non secundum conditionem generalem, sicut est quod aliquis praelatus tenetur ad maiorem perfectionem abstinentiae quam subditus, et ideo peccat in aliquo quantum ad gulam in quo non peccat subditus, et hoc facit status personae et conditio status et non aliqua generalis conditio. Unde ista peccata gulae, quae sunt quoad[g] conditionem personae, non continentur sub aliqua illarum conditionum, quia illae sunt generales conditiones, non respicientes status personae, et bene assignatae sunt[h] secundum modum suum.

CAPUT VII. 592

DE MAGNITUDINE PECCATI GULAE.

Septimo quaeritur de magnitudine huius peccati.

Et videtur quod sit maximum, 1. cum sit origo aliorum; unde Glossa[2] super illud[3]: *Qui percussit Aegyptum cum primogenitis eorum:* « Luxuria[i], concupiscentia et superbia sunt ea quae venter generat ». Sed venter non generat nisi ratione gulae; ergo gula origo est illorum trium, et ita maximum.

2. Item, super illud Matth. 4, 2: *Cum ieiunasset,* Glossa Gregorii[k 4]: « Nisi primum gula refrenetur, frustra contra alia vitia laboratur ». — Item, Hieronymus[5]: « Duo sunt vitia ex omnibus quae maxime homines decipiunt suis voluptatibus: gula et libido, quae[l] deponere eo est difficilius, quo eis uti est dulcius ». Ex iis auctoritatibus videtur quod peccata carnalia sint maxima.

3. Item, hoc patet de gula, quoniam « per hanc victus[m] est primus homo » et fuit occasio omnis mali[6]; ergo fuit maximum.

4. Item, Chrysostomus[7]: « Adam incontinentia ventris expulit a paradiso; diluvium, quod fuit[n] tempore Noe, ipsa fecit; Sodomorum fulmina ipsa adduxit. Si enim fornicationis accusatio

---

[a] V *dicitur.* [b] T om. *i. c.* [c] V *in.* [d] L *debent.* [e] Ita V, alii om. *a. i.* [f] V *secundum quas Isidorus statum persone et Gregorius determinat* pro *quas... Gregorius.* [g] B add. *hoc.* [h] Ita V, alii om. [i] L add. *et.* [k] V *Gregorius in Glossa* pro *G. G.* [l] Ita V, alii *quod;* LZ *ea* pro *eo,* quod B om. [m] BT *devictus.* [n] Z add. *in.*

1 Cf. supra, *ad 1-2.*
2 Cassiodori, in h. l. (PL 70, 971).
3 Psalm. 135, 10.
4 Cf. *Moral.,* XXX, c. 18, n. 58 sq. (PL 76, 555 sq.); *Ordin., In Matth. 4,* 3, ap. Lyran.
5 Pseudo-Hieronym., *Epist. ad Demetriadem,* c. 18 (PL 30, 32).
6 Cf. *Glossa ordin., In Matth. 4,* 2, ap. Lyran.; cf. supra, num. 193.
7 *In Matth.,* hom. 13, n. 1 (PG 57, 209).

erat, sed tamen alterutrius poenae radix hinc [a] orta est. Quod [b] Ezech. 16, 49 signanter ostendit, dicens: *Haec fuit iniquitas Sodomae sororis tuae* [c] » etc. Et Isidorus[1] quasi idem dicit [d]. Sic ergo gula causa fuit maximarum poenarum, quae in Scriptura inveniuntur; ergo est maximum peccatum.

Contra. *a.* Peccata carnalia sunt minoris culpae et maioris infamiae[2], sed spiritualia e converso; ergo peccatum gulae non est maximum.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod gula per se non est origo aliorum vitiorum, occasionaliter tamen disponit ad illa, maxime autem, quantum est de se, ad luxuriam. Unde Matth. 4, 2 in praedicta Glossa Gregorii[3]: « Gula libidines inflammat [e], concupiscentiam carnis nutrit, quae repugnat legi mentis[4] ».

[Ad obiecta]: 1-2. Ad illud quod obicitur [f] 'quae peccata sunt maiora, carnalia an spiritualia?' dicimus quod, simpliciter loquendo, spiritualia; tamen quoad aliquid potest dici quod carnalia. Potest enim anima inclinari ad peccatum vel ex proprio defectu eius in se vel ex fomite qui est in carne: primo modo inclinatur ad peccata spiritualia, secundo modo ad carnalia. Si ergo maioritas attendatur ratione fortioris inclinationis, ad quam consequitur maior et gravior pugna; cum haec sit inclinatio fomitis, sic quoad hoc potest dici quod peccata carnalia sunt maiora. Et sic dicit Gregorius hic: « Nisi prius refrenetur » etc. et similiter alia auctoritas Hieronymi. Tamen spiritualia simpliciter sunt maioris culpae, cum ad haec inclinetur anima ex se.

3-4. Ad aliud autem [g] quod obicitur quod 'maximum est, eo quod pro eo maximae sunt poenae inflictae': dicimus quod, quamvis tantae poenae consecutae sunt [h], non tamen hoc est propter [i] peccatum gulae tantum, sed propter mala consecuta ad hoc peccatum, de primo parente scilicet, quia [k] prohibitio facta fuit ei, in quantum in ipso [l] erat tota posteritas vel [m] materialiter quoad corpus vel in specie et similitudine quoad animam[5]; unde [n] idem peccatum non tantum esset in alio [o] punitum. Similiter patet de poena diluvii, quoniam ibi consecutum est peccatum luxuriae cum personis quae ritum religionis habebant. Unde Gen. 6, 2: *Videntes filii Dei filias* [p] *hominum.* Et est vis facienda in hoc quod dicit '*filii Dei*'; unde fuit ibi quasi peccatum enorme. Praeterea, homines tunc maxime erant carnales et erat maxima inclinatio ad peccata carnalia[6], et ideo ad revocandum a carnalitate illa graviter puniebatur peccatum illud. De Sodomis patet, quoniam ibi committebatur luxuria contra naturam[7].

Per haec patet solutio ad omnia obiecta.

593

CAPUT VIII.

UTRUM PRUDENTIA CARNIS SIT PECCATUM.

Octavo quaeritur de prudentia carnis utrum sit peccatum.

Et videtur quod sic. 1. Prudentia carnis deordinat ad gulam sicut prudentia spiritus ordinat ad sobrietatem; sed in genere boni aut virtutis non tantum ponitur sobrietas, sed etiam [q] prudentia spiritus; ergo in genere mali vel peccati non tantum ponitur gula, sed etiam prudentia carnis.

2. Item [r], hoc idem videtur, quoniam ex opposito dividuntur [s], sicut patet per illud ad Rom. 8, 6: *Prudentia carnis mors est, prudentia spiritus vita et pax, quoniam prudentia carnis inimica est Deo.*

[Solutio]: 1-2. Ad quod dicendum quod prudentia carnis duo habet in se, scilicet cognitionem ipsorum [t] quae caro expetit, et sic non est malum aut peccatum nec sic proprie opponitur prudentiae spiritus, sed tantum sunt ut disparata, quoniam scire malum non est malum, sicut ostendit Augustinus, in I [u] *De libero arbitrio*[8]. Habet iterum inclinationem ad ea quae caro expetit sicut prudentia spiritus ad ea quae spiritus expetit[9], et sic concedimus quod opponitur, et sic intelligitur quod dicitur ad Rom. 8, 4-8. Et tunc concedo quod est malum, prout est inclinativum [v] ad peccatum; et in quantum est ad hoc, dicitur malum. Nec tamen [x] ex hoc sequitur quod sit peccatum. Nec iterum sequitur 'prudentia spiritus, ei opposita [y], est virtus, ergo illa erit peccatum', quoniam non opponitur ei ratione complementi virtutis, sed ratione dispositionis antecedentis ad

---

[a] BF *huic.* [b] T *que.* [c] V om. [d] B om. *Et... dicit;* V *si,* Z *sicut* pro *sic.* [e] V add. *et.* [f] V *obicit.* [g] VB om., T *dicendum.* [h] V *constitute sint* pro *c. s.* [i] Z om., in F est add. interl.; V *propter hoc est* pro *h. e. p.* [k] T *quod;* B add. *prima.* [l] B *Christo.* [m] B *ut.* [n] Z *ut.* [o] V *aliquo.* [p] Z *filios.* [q] VFL *et.* [r] BT om. [s] Ita V, alii *dicuntur.* [t] Z *temporum.* [u] BTFLZ *principio.* [v] F *inclinatio.* [x] V om. [y] V *ex opposito* pro *e. o.*

1 Cf. *Sentent.*, II, c. 42, n. 2 (PL 83, 647).
2 Cf. Gregor. M., *Moral.*, XXXIII, c. 12, n. 25 (PL 76, 688).
3 *Ordin.*, in h. l., ap. Lyran.
4 Cf. Rom. 7, 23.
5 Cf. supra, num. 211.
6 Cf. Gen. 2, 3-7.
7 Cf. Gen. 19, 1 sqq.
8 Cap. 7, n. 17 (PL 32, 1231).
9 Cf. Rom. 8, 5; Lombard., in h. l. et sqq. (PL 191, 1434 sqq.)

virtutem. Prudentia enim carnis est tantum occasio ad peccatum, sed prudentia spiritus non tantum est occasio ad bonum, sed essentialis dispositio. Unde, si aliquis habeat prudentiam carnis inclinantem ipsum ad peccatum, non tollitur ab eo esse virtutis nec prudentia spiritus, sed solum si haberet vitia ad quae disponit ut gula aut luxuria.

CAPUT IX.

DE OPPOSITO GULAE [1].

ARTICULUS I. 594

Cui virtuti opponatur gula.

Nono quaeritur de opposito gulae.

Et videtur *a.* quod opponatur sobrietati.

Sed contra. 1. Dicitur ad Rom. 13, 13: *Non in comessationibus et ebrietatibus;* et dicitur comessatio gula. Sic ergo gula et ebrietas sunt duo peccata; ergo habent [a] duo diversa opposita; sed sobrietas opponitur ebrietati, non [b] gulae.

[Solutio]: Et dicendum quod proprie loquendo sobrietas opponitur ebrietati et [c] gulae parsimonia. Unde Chrysostomus, in quadam *Homilia* [2], dicit: «Non ex parsimonia et physica diaeta, sed ex abundanti comestione et [d] plenitudine». Potest tamen sumi large sobrietas, ut dicatur communiter moderatio tam in cibo quam in potu, et sic potest opponi utrique, et sic [e] sumitur ad Titum 2, 12: *Sobrie et* [f] *iuste et pie vivamus* [g].

ARTICULUS II. 595

Cui praecepto opponatur gula.

Quaeritur [h] cui praecepto opponatur.

Quod autem non [i] **opponatur praecepto primae tabulae, videtur,** 1. quia praeceptum primae tabulae per se ordinat hominem ad Deum et primo; sed peccatum gulae, quod est peccatum carnale, primo [k] deordinat hominem ad se ipsum et non ad Deum; ergo non opponitur praecepto [l] primae tabulae; ergo videtur opponi praecepto secundae tabulae.

Contrarium patet per inductionem. *a.* Constat quod non [m] praecepto primo secundae tabulae, in quo praecipitur honor parentum [3]; patet etiam quod non [n] praeceptis ceteris, quoniam aut constant in iniuria in verbo, ut istud [4]: *Non falsum testimonium dices* [o], vel in iniuria in affectu, ut illud de non-concupiscentia, vel in iniuria in facto, et hoc vel quoad possessionem [p], ut illud [5]: *Non furtum facies,* vel quoad personam, et hoc vel propriam [q], ut illud [6]: *Non occides,* vel coniunctam, ut illud [7]: *Non moechaberis.* Sed nec gula quoad horum aliquod iniuriatur proximo; ergo neutrius [r] tabulae praecepto opponitur.

[Solutio]: 1. Ad quod dicendum quod peccatum gulae potest considerari dupliciter: vel ratione sui vel ratione eorum quae ad ipsum consequuntur. Si primo modo [s], tunc non opponitur alicui praecepto nec oportet, quoniam gula deordinat hominem quoad se ipsum, sed praecepta data sunt ut ordinetur [t] homo ad alterum, ut ad Deum vel ad proximum. In ipsis enim prohibetur manifesta iniuria Dei vel proximi, quae proprie debebat puniri, quoniam in ista homo convinci poterat propter manifestationem. Si secundo modo sumatur, tunc notandum est quod duo consequuntur, scilicet luxuria et otium carnale. Quantum ad primum, prohibetur in illo praecepto secundae tabulae de moechia vel concupiscentia uxoris [8]; unde Gregorius [9]: «Dum satietate venter extenditur, aculei libidinis excitantur». Quantum

---

[a] T om. [b] V *et.* [c] B *vel.* [d] V om. [e] B om. *potest... sic.* [f] V om. [g] R add. *in hoc seculo;* Z add. mg. *hic.* [h] Ita VZ, alii *sed queritur.* [i] RZ om., in FL est add. mg.; V om. *Q. a. n. o.* [k] T *quo.* [l] T om. [m] V add. *in,* quod L exp. [n] V add. *in.* [o] BFZ *dicentes,* quod RL corr.; VBL om. *in.* [p] R *passionem.* [q] Z *proprie.* [r] Z *veteris,* quod L corr. [s] T om. [t] B *ordinet,* R *ordinatur.*

1 Cf. Ioan. de Rupella, *Summa de vitiis* (fol. 22b sq.).
2 Cf. *In Epist. ad Hebr.,* hom. 29, n. 4 (PG 63, 208); ap. Gratian., *Decretum, De consecr.,* dist. 5, c. 28 (I, 1419).
3 Cf. Exod. 20, 12; Deuter. 5, 16.
4 Cf. Exod. 20, 16; Deuter. 5, 20.
5 Cf. Exod. 20, 15; Deuter. 5, 19; Levit. 19, 11.
6 Cf. Exod. 20, 13; Deuter. 5, 17.
7 Cf. Exod. 20, 14; Deuter. 5, 18.
8 Cf. Guil. Altissiod., *Summa,* III, tr. 22, q. 1 (fol. 234c).
9 *Regula past.,* p. 3, c. 19 (PL 77, 81).

autem[a] ad otium carnale, opponitur tertio praecepto primae tabulae, ubi praecipitur quies spiritualis; unde Gregorius[1]: « Gulae deditos levitas prorsus operis et otiositas sequitur. Unde scriptum est[2]: *Sedit populus manducare et bibere* » etc.

596 CAPUT X.

UBI PECCATUM GULAE PROHIBITUM FUERIT TEMPORE LEGIS NATURAE.

Decimo quaeritur ubi hoc peccatum prohibitum fuit tempore legis naturae, quia multi tunc[b] isto peccato peccaverunt.

Et dicitur *a.* quod prohibitum fuit quando Adae fuit prohibitus esus pomi[3].

Sed contra. 1. Abstinere a pomo fuit quid minimum; sed maximum est abstinere ab immoderantia rerum magnarum, ut carnium et huiusmodi; hoc autem non fuit ibi prohibitum; ergo peccatum gulae non fuit prohibitum, quando fuit Adae prohibitus esus pomi.

Solutio[c]: Concedimus quod in prohibitione, facta tunc Adae, facta est etiam[d] prohibitio de omni esu immoderato. Unde Gregorius[4]: « Plerumque pro culpa Adae gula committitur, etiam cum vilia sumuntur. Neque enim Adam solus, ut a pomo abstineret, prohibitionem accepit; et[e] cum concupiscentes noxia tangimus, prohibita gustamus ». Notandum ergo est quod praeceptum Adae fuit praeceptum disciplinae, et in illo fuit expressum ut non comederet de pomo; et per hoc innuebatur quod, si[f] facta est prohibitio rei licitae et quasi minimae, ut pomi, quod multo magis prohibentur maiora. Potest etiam dici quod in illa prohibitione facta est generaliter omnis prohibitio cuiuslibet rei illicitae, quoniam illa prohibitio[g] facta est Adae in quantum erat principium omnium hominum. Unde Gregorius[5]: « Tanto longius a secundo parente[h] receditur, quanto per immoderatum esum, dum manus ad cibum tenditur, parentis primi lapsus iteratur ». Et dicitur Adam primus parens, secundus vero Christus. Item, Gregorius[6]: « Ea sumenda sunt quae naturae[i] necessitas quaerit, non quae comedenda[k] libido suggerit », quasi diceret: lex naturae prohibet sumenda quae libido suggerit.

597 CAPUT XI.

UTRUM QUANTITAS ET QUALITAS CIBI SINT IN VITIO AUT SOLUS APPETITUS.

Undecimo quaeritur utrum quantitas et qualitas cibi sint in vitio aut solus appetitus.

Et videtur quod sic, 1. per illud quod dictum est supra ab Isidoro et Gregorio[7].

Sed contra. *a.* Dicit Gregorius[8]: « Non cibus, sed appetitus est in vitio; Esau enim per lenticulam primogenita perdidit[9] et Elias in eremo carnes comedendo virtutes servavit[10] ».

[Solutio]: Ad quod dicendum quod hoc solvitur in Glossa[11] super illud Rom. 14, 17: *Non est regnum Dei esca et potus;* ibi dicitur: « Usu horum non acquiritur *regnum Dei* sicut nec amittitur; non enim usus ciborum, sed concupiscentia est refrenanda. Non enim interest quid[l] omnino alimentorum vel quantum quis accipiat, dummodo id faciat pro congruentia hominum cum quibus vivit, et pro personae suae et pro valetudinis suae necessitate, sed quanta[m] facultate et serenitate animi iis careat[n], et cum oportet et etiam necesse est iis carere[o], ut dicere possit[12]: *Scio abundare et penuriam pati* ». Secundum hoc ergo dicendum quod nec[p] substantia nec quantitas nec qualitas absolute accepta determinant rationem illiciti, sed solum[q] in relatione ad appetitum vel appetitus[r] in relatione ad haec. Et sic patet solutio[s].

---

[a] BT om. [b] V *prius.* [c] Ita V, alii *responsio.* [d] BTZ add. *tunc;* T om. *est.* [e] Z *etiam.* [f] V *non.* [g] V om. *cuiuslibet... prohibitio.* [h] BT *serpente.* [i] V add. *nec.* [k] Ita V, alii *credenda.* [l] R *quidem.* [m] V *quantum.* [n] Ita cod. Assis. 138, codd. nostri *valeat;* V *species* pro *iis.* [o] V *etiam iis necesse est carere* pro *et... carere.* [p] Ita R, alii *non.* [q] R om. *s. s.* [r] V *appetitum;* R add. *sed solum.* [s] B *relatio.*

1 *Regula past.*, p. 3, c. 19 (PL 77, 81).
2 Cf. Exod. 32, 6.
3 Cf. Gen. 2, 17 et 3, 3.
4 *Moral.*, XXX, c. 18, n. 60 (PL 76, 557).
5 *Regula past.*, p. 3, c. 19 (PL 77, 82).
6 *Moral.*, XXX, c. 18, n. 61 (PL 76, 557).
7 Cf. supra, num. 591.
8 Loc. cit., n. 60 (PL 76, 557); cf. Gratian., *Decretum*, dist. 41, c. 2 (I, 149).
9 Cf. Gen. 25, 29 sqq.
10 Cf. III Reg. 17, 1 sqq.
11 Lombardi, in h. l. (PL 191, 1517), ex Augustino, *Quaest. Evang.*, II, c. 11 (PL 35, 1337 sq.); cf. Gratian., *Decretum*, dist. 41, c. 4 (I, 149).
12 Cf. Philipp. 4, 12.

DISTINCTIO II.

DE IMMODERATO APPETITU POTUS SEU DE EBRIETATE.

Consequenter dicendum est de ebrietate.

Et primo quaeritur quid sit ebrietas;

secundo, an omnis ebrietas [a] sit mortale peccatum;

tertio, an peccet mortaliter inebrians alium;

quarto, utrum eaedem sunt conditiones ebrietatis vel consimiles cuiusmodi dicebantur gulae;

quinto, de magnitudine huius peccati;

sexto, de aggravatione eius secundum conditionem personarum;

septimo, de effectu huius peccati, qui est servitus;

octavo, de cognatione [b] huius peccati [c];

nono, de prohibitione huius peccati;

decimo, de poena huius peccati [d];

undecimo, utrum hoc [e] peccatum fuerit ante diluvium.

CAPUT I. 598

QUID SIT EBRIETAS.

De primo sic: Seneca[1]: « Nihil aliud definio ebrietatem quam insaniam voluntariam [f] ». Quaeritur ergo de ista definitione.

1. Ebrietas enim dicit privationem usus rationis[2]; quod ergo dicatur insania voluntaria, aut hoc est ratione temporis antecedentis istam privationem aut ratione temporis in quo est ista privatio. Non primo modo, quoniam tunc nulla est insania, sed potest adhuc uti ratione [g]. Si secundo modo, tunc non diceretur ebrietas peccatum, quia ibi tunc non potest esse motus peccati, sed sola poena.

2. Praeterea, liberum arbitrium est « facultas rationis et voluntatis[3] »; sed peccatum est in libero arbitrio; ergo ubi est peccatum, est utraque facultas, non ergo ubi est privatio usus rationis, quoniam facultas dicit usum; sed ebrietas est peccatum; ergo non potest dici insania ratione temporis in quo est privatio usus [h] rationis.

[Solutio]: 1-2. Et dicendum quod ebrietas est peccatum in habente voluntatem accipiendi potum ultra mensuram sensibilem, ex quo consequitur ut perveniat ad terminum, unde proveniat privatio rationis quoad usum. Unde in dispositione voluntatis antecedente est motus peccati, ex quo consequitur insania, quae tunc est sicut peccatum et poena. Et dicitur procedere haec insania ex voluntate, ad differentiam illius quae procedit ex infirmitate, vel involuntarie, et quoad [i] hoc dicitur insania, quoniam sicut insano non est ut posset redire quantum ad usum rationis, sic est in ebrio ratio ligata ut tunc non exeat ratio in usu ordinato, illa tamen tantum est poena, ista autem [k] poena et culpa. De qua Chrysostomus[4]: « Nihil a daemoniacis differt; similiter enim inverecundatur [l] et insanit; et daemoniaci [m] quidem saltem miseremur, hunc autem avertimus et odimus. Quoniam autem voluntarie reddit se impotentem, quod non facit daemoniacus, propter hoc daemoniaco compatimur, illum autem odimus et fugimus ».

---

[a] V om. *s. a. o. e.* [b] V *cognitione.* [c] Z add. *quia incesti causa est.* [d] T om. *decimo... peccati.* [e] B *omne.* [f] Ita B, alii *insania voluntaria* pro *i. v.* [g] B om.; T om. *uti.* [h] B om. [i] R *quantum.* [k] T *est;* B add. *est.* [l] V *non verecundatur,* BT *verecundatur.* [m] V *demoniacis;* VR *insanis* pro *insanit.*

1 *Epist.* 83, n. 17.
2 Cf. Isidor., *Sentent.*, II, c. 43, n. 2 (PL 83, 650).
3 Cf. Alex. Hal., *Summa theol.*, II, p. 469, nota 4.
4 *In Gen.*, c. 9, hom. 29, n. 5 (PG 53, 267).

CAPUT II.

UTRUM EBRIETAS SIT PECCATUM MORTALE.

599 · ARTICULUS I.

Utrum omnis ebrietas sit peccatum mortale [1].

Secundo quaeritur utrum omnis ebrietas sit peccatum mortale.

Et videtur quod sic. 1. Sicut enim cognoscere potest trahi ad bonum et ad malum, quoniam cognoscere suam est bonum, cognoscere non-suam est malum, ita et bibere, quoniam bibere ad superfluitatem est malum, sed bibere ad necessitatem est bonum; sed cognoscere non-suam est peccatum mortale; ergo bibere ad superfluitatem similiter; hoc autem est in omni ebrietate; ergo omnis ebrietas est peccatum mortale.

2. Item, sobrietas in medietate [a] consistit; ergo habet extremum secundum indigentiam et secundum [b] superfluitatem, et in utroque [c] est peccatum mortale; sed illud secundum superfluitatem non videtur determinari nisi per ebrietatem; ergo omnis ebrietas est peccatum mortale.

3. Item, sicut cognoscere non-suam est contra ius naturae, sic ebrietas: corrumpit enim singulare quantum est de se, et ita ut prius.

4. Item [d], Isai. 5, 22: *Vae qui potentes estis ad bibendum vinum,* Glossa [2]: « Ebrietas statum mentis evertit ». Sed tale videtur esse peccatum mortale, et ita ut prius.

5. Item, virtus non destruitur nisi per peccatum mortale; sed sobrietas, cum sit virtus, destruitur per ebrietatem; ergo ebrietas est peccatum mortale.

6. Item, super illud ad Rom. 7, 19: *Quod nolo, hoc ago,* secundum Glossam [3]: « Hoc dicitur de primis motibus, in quibus est peccatum veniale », et, si adveniat consensus, erit mortale. Sed tales primi motus possunt esse in ebrietate, ut in gula; ergo omnis consensus in motum ebrietatis erit mortalis.

7. Item [e], Rom. 6, 12-13: *Non regnet peccatum* etc. *neque exhibeatis membra vestra arma iniquitatis.* Sed in omni ebrietate regnat peccatum et ipse exhibet *membra* [f] sua *arma iniquitatis;* ergo peccat mortaliter, cum talia prohibeat Apostolus.

8. Praeterea, ad Ephes. 5, 18: *Nolite inebriari vino,* et ita est prohibitum; ergo ut prius.

Sed contra. *a.* Augustinus, in sermone *De igne purgatorio* [4]: « Quotiens aliquis in cibo aut potu [g] plus accipit quam necesse est, ad peccata minuta noverit pertinere ». Sed Augustinus, secundum suam [h] consuetudinem, intelligit per peccata minuta peccata venialia; ergo omnis ebrietas est peccatum veniale.

[Solutio]: *a.* Ad quod dicendum quod ebrietas aliquando est venialis, aliquando mortalis. Nec ex hoc quod dicit Augustinus sequitur quod omnis ebrietas sit venialis: intelligit enim quando « quis accipit plus quam necesse sit [i] », secundum mensuram tamen imperceptibilem, quoniam, si secundum perceptibilem, ex [k] qua evertitur status mentis, tunc peccaret mortaliter. Et dicitur accipere plus quam necesse sit secundum mensuram perceptibilem, quando primo egreditur a mensura perceptibili secundum rationem bene ordinatam ad discernendum.

1-4. Ad illud quod obicitur ad partem aliam, dicimus quod non est simile de eo quod est cognoscere non-suam et bibere ad superfluitatem, nisi ubi est excessus mensurae perceptibilis, ex qua est eversio mentis, quoniam tunc est mortale.

Sed obicitur quoniam aliquis secundum consilium medicinae accipit ad superfluitatem, ut postea evomat et purgetur; et ponamus quod scienter, tunc non videtur peccare ex quo non ex libidine facit, sicut nec peccaret si acciperet medicinam. — Ad quod dicimus quod, si hoc faciat [l] hac intentione ut purget naturam et ex consilio discreti medici, non peccat.

Quod ergo quaeritur: secundum quid determinatur istud superfluum? dicimus quod, cum quis [m] accipit ultra mensuram, quam exigit naturae necessitas, scienter et ex libidine, sic peccat mortaliter. Nec semper oportet quod intendat inebriari, sed quod intendat id ad quod sequitur inebriatio et sic velit delectari in creatura supra

---

[a] Z (corr.) *medio.* [b] V om. [c] V *ita utrumque* pro *i. u.*; T om. *est.* [d] R *quoniam.* [e] Z add. *ad.* [f] V *inutilia.* [g] B om. *a. p.* [h] Z add. *secundum.* [i] T *est.* [k] V om. [l] V *facit.* [m] B *aliquis,* T *aliquid.*

1 Cf. Guil. Altissiod., *Summa,* III, tr. 7, c. 4, q. 1 (fol. 173b).

2 *Ordin.,* in h. l. (PL 113, 1242), ex Hieronymo, in h. l. (PL 24, 87).

3 Lombardi, in h. l. (PL 191, 1428).

4 *Sermo* 104, n. 3 (inter opp. Augustini, PL 39, 1946); cf. Gratian., *Glossa* in dist. 25, c. 3 (I, 93).

Deum. Et talibus dicitur comminatio poenae aeternae, Isai. 5, 22: *Vae qui potentes estis* etc. Nec dicitur hic potens qui plus potest[a] ex natura, sed dicitur potens ex potentia quae venit ex prava assuetudine[b], ut velit consumere bona quae data sunt ad usus hominum.

5. Ad id quod obicitur quod 'destruit sobrietatem': dicimus quod sobrietas potest sumi ut determinat mensuram secundum naturam determinatam, in quantum natura dicitur principium, ut homo sumat modum[c] in potu; potest iterum sumi ut est virtus gratuita, et sic dicit habitum potentiae ex gratia ad servandum medium; potest etiam sumi ut est virtus moralis. Dicimus ergo quod ebrietas et sobrietas opponuntur ut dicunt motus et ut dicunt habitus; sed sobrietati, ut est habitus gratuitus, non opponitur ebrietas[d] prout dicit quemcumque[e] excessum meusurae, sed prout dicit talem qui[f] statum mentis evertit; et tunc concedimus quod talis est mortalis; et cum est consensus[g] in ebrietatem mortalem, tunc concedimus quod regnat peccatum et quod exhibentur *membra arma iniquitatis*, aliter vero non.

ARTICULUS II. 600

Utrum ebrietas assidua sit peccatum mortale[1].

Quaeritur etiam de ebrietate assidua, an sit peccatum mortale.

Et videtur quod sic, 1. per hoc quod dicit Augustinus, in sermone *De igne purgatorio*[2]: « Sacrilegium, homicidium, adulterium, furtum, rapina, falsum testimonium et ebrietas, si sit assidua, et iracundia, si diu teneatur, in criminum numero deputantur[h]. Unde tales, si se non emendaverint, non existiment se purgatorio purgari ».

Contra[i]. *a.* Longum et breve in tempore, multum et paucum[k] in numero nihil faciunt ad differentiam essentiae peccati; ergo[l], si sit assidua, non propter hoc erit mortale peccatum.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod in unica ebrietate contingit esse peccatum mortale. Unde Hieronymus[3], super hoc quod Dominus eiecit ementes et vendentes de templo[4], dicit quod multo magis eiecisset ebriosos, si ibi eos invenisset. Nec vult dicere Augustinus quod solum sit mortalis, cum est assidua, sed loquitur de hoc quod notum est et etiam universaliter verum, scilicet quando talem consequitur universaliter contemptus et libido mortalis. Unde super illud Prov. 23, 31: *Ne intuearis*, Glossa[5]: « Non vetat bibere ad necessitatem, sed morari extra tempus ultra[m] utilitatem in vino et evacuandis certare calicibus[n 6] ».

CAPUT III. 601

UTRUM PECCET MORTALITER OMNIS INEBRIANS ALIUM[7].

Tertio quaeritur an peccet mortaliter omnis inebrians alium.

Et videtur quod sic, 1. quia qui aufert alteri rem temporalem peccat mortaliter; sed qui inebriat alterum[o] multo plus videtur auferre, quoniam usum rationis; ergo peccat mortaliter.

Contra. *a.* Non plus videtur peccare quantum ad genus peccati quam inebriatus; sed iste non semper peccat mortaliter; ergo nec inebrians ipsum.

[Solutio]: Et[p] dicendum quod, si quis credat[q] alterum esse verecundum et quod prae verecundia non accipiat necessitatem suam, si alter[r] invitet solum[s] ad hoc ut ille accipiat necessitatem suam, non peccat invitans, etiam si ille accipiat plus quam necesse sit, et tamen peccabit iste. Si vero invitet ad accipiendum superfluum, ut sic excitetur benevolentia et familiaritas, tunc peccat venialiter. Si vero intenderet solum ut alter se ingurgitaret, tunc peccaret mortaliter, cum intenderet evertere statum mentis, et sic ei maius auferret quam si auferret ei temporale aliquod, quia auferret ei usum rationis[t].

---

[a] T *habet.* [b] B *consuetudine.* [c] BT *medium.* [d] V *sobrietas.* [e] B add. *actum.* [f] Ita R (corr.), alii *que.* [g] V *tunc usus* pro *c. e. c.*; R *tunc* pro *cum.* [h] R om. [i] V *preterea.* [k] R *parum.* [l] V *unde.* [m] V add. *necessitatem.* [n] V *creature cantibus* pro *e. c. c.* [o] R *alium.* [p] VR *sed.* [q] V *credit.* [r] VR *aliter.* [s] V *ipsum.* [t] V *mentis.*

1 Cf. Guil. Altissiod., *Summa*, III, tr. 7, c. 4, q. 1 (fol. 173b).
2 Loc. cit., n. 2 (PL 39, 1946).
3 Hunc locum non invenimus.
4 Cf. Matth. 21, 12sqq.
5 *Ordin.*, in h. l. (PL 113, 1107), ex Beda, in h. l. (PL 91, 1007).
6 Cf. Prov. 23, 30.
7 Cf. Guil. Altissiod., loc. cit., q. 4 (fol. 174b).

602

CAPUT IV.

UTRUM EAEDEM SINT CIRCUMSTANTIAE EBRIETATIS ET GULAE.

Quarto quaeritur utrum eaedem [a] conditiones sint ipsius ebrietatis, cuiusmodi dicebantur [1] esse ipsius gulae, quae [b] notabantur hoc versu:

Laute, praepropere, nimis, ardenter, studiose.

Et videtur *a.* per inductionem quod similiter possint assignari circa gulam quoad immoderationem potus.

b. Praeterea, videtur hoc per praedictam Glossam [2] Prov. 23, 31: apparet enim quod ibi sit conditio temporis, superfluitatis, studiositatis.

c. Item [c], de studiositate patet in textu paulo ante [3], ubi dicitur: *Et* [d] *student calicibus epotandis.*

d. Item, de lauticitate [e] patet per hoc quod dicitur Amos 6, 2: *Bibentes vinum in phialis et optimo unguento delibuti* [f], ut sic scilicet delectentur in visu et affectu.

[Solutio]: Et dicendum quod illae conditiones ponuntur prout communiter [g] sumuntur ad immoderationem quae et [h] in cibo et in [i] potu est etc.

603

CAPUT V.

DE MAGNITUDINE PECCATI EBRIETATIS.

Quinto quaeritur de magnitudine huius peccati.

1. Et dicit Chrysostomus [4] quod « nihil ita est daemoni [k] amicum sicut ebrietas et lascivia, quae mater est omnium vitiorum; *haec* enim *fuit iniquitas Sodomae sororis tuae, saturitas et plenitudo* [5], et in copiositate [l] luxuriabantur; per hanc enim Israelitae in idololatriam ceciderunt », de quo Numer. 25. Secundum hoc ergo [m] ebrietas est maximum peccatum.

2. Item, per peccatum accedit homo ad similitudinem bruti, iuxta [n] illud Psalmi [6]: *Homo, cum in honore esset, non intellexit* [o], *comparatus est iumentis* etc. Maximum ergo erit peccatum, per quod maxime ad hoc accedit [p]; sed hoc est ebrietas, quoniam per hanc amittit homo maxime facultatem rationis quoad usum, brutum vero non habet facultatem rationis [q].

3. Item, videtur quod ebrius sit deterior bruto, per hoc quod dicit Chrysostomus [7]: « Quanto melior est iis asinus! Quanto melior est iis [r] canis! Tantum enim sufficientiam novit et ultra sufficientiam non progreditur; etsi mille cogentes fuerint, non sustinent exire in [s] immoderantiam ». Multo ergo deterior est qui sine coactione [t] se inebriat.

4. Item, Chrysostomus [8]: « Hic fit iactura fere omnium bonorum, et, si habeat prudentiam, humilitatem, mansuetudinem, omnia proicit in iniquitatis [u] pelagus ». Et ita vult dicere quod, cum per omne peccatum mortale amittatur omne bonum gratuitum, quod plus damni facit peccatum ebrietatis, quoniam etiam [v] usum bonorum naturalium tollit, quod non alia peccata. Cum enim homo irascitur, fit frequenter agilior et fortior, e contra est, cum est ebrius; sic et in ceteris bonis; et loquitur de prudentia, mansuetudine et humilitate ut sunt bona animae naturalia; ergo ebrietas est maximum peccatum.

Contra. *a.* Spiritualia peccata sunt maioris culpae, sicut dicit Gregorius [9]; non ergo ebrietas, cum sit carnale peccatum.

Responsio: Concedimus quod dicitur maius peccatum quoad ablationem usus naturalium bonorum et etiam quoad hoc quod reddit hominem similiorem [x] bruto. Non tamen propter hoc simpliciter maius [y] est peccatum nec propter hoc dignum maiori poena, sed quasi plus habet de excusatione, cum plus habeat de pronitate ad peccatum.

---

[a] R *hee.* [b] V om. [c] FLZ *iterum*, item infra. [d] R om. [e] VZ *lautitate*, R *latitudine*, quod F corr. [f] B om. [g] V add. *hic.* [h] BTL *est*, FRZ om. [i] BFR om. [k] Z *demonis.* [l] V *copiositas* pro *l. c.* [m] T om. [n] V *secundum*; R om. *bruti.* [o] T om. *n. i.* [p] V *acceditur*; VR om. *sed*; Z *hec* pro *hoc.* [q] V om. *quoad... rationis.* [r] V om. *asinus... iis.* [s] VR om., in L est add. interl. [t] T *cautione.* [u] V *iniquitas*, quod T corr.; VBT om. *in.* [v] Ita BT, alii om. [x] V *inutiliorem.* [y] B *minus.*

1 Cf. supra, p. 579a, *Solutio.*
2 Cf. supra, p. 585, nota 5.
3 Prov. 23, 30.
4 *In Matth.*, hom. 57, n. 4 (PG 58, 563sq.).
5 Cf. Ezech. 16, 49.
6 Psalm. 48, 13 et 21.
7 *In Matth.*, hom. 57, n. 5 (PG 58, 565).
8 Loc. cit.
9 *Moral.*, XXXIII, c. 12, n. 25 (PL 76, 688).

CAPUT VI.

DE AGGRAVATIONE PECCATI EBRIETATIS SECUNDUM CONDITIONEM PERSONARUM.

ARTICULUS I. 604

Utrum ebrietas sit maius peccatum in clericis quam in laicis.

Sexto quaeritur de aggravatione ebrietatis secundum status personarum.

Et quaeritur utrum ebrietas sit maius peccatum in clericis quam in [a] laicis.

Quod non, videtur, 1. quoniam aequalis est pronitas in utrisque; ergo et aequale peccatum.

Contra. *a.* Laico non prohibetur ita [b] sicut clerico, ut [c] patet ex Concilio Carthaginensi [1], in quo dicitur [d]: « Clerici edendi vel bibendi causa [e] tabernam non ingrediantur nisi in peregrinatione »; et similiter ex VI Synodo [2]: « Nulli licet clerico tabernas aut ergasterium habere. Si enim huiusmodi ingredi tabernam prohibetur [f], quanto magis alii ministrare in ea; si quis vero tale fecerit, aut cesset aut deponatur ».

[Solutio]: Ad quod dicendum quod aequalitas peccati aut inaequalitas non solum consistit in radice aut in genere peccati, sed etiam in circumstantiis, quoniam, secundum quod dicit Ambrosius [3], omne peccatum surgit ex contemptu et contemptus surgit ex omnibus peccatis. Licet ergo, quantum est de genere peccati, ebrietatis peccatum [g] in illis esset aequale [h], tamen status personae aggravat, sicut in clerico, et ob hoc eis magis prohibetur.

ARTICULUS II. 605

Utrum ebrietas sit maius peccatum in praelatis quam in subditis [4].

Quaeritur etiam an in praelatis sit maius peccatum quam in subditis.

Et videtur quod sic. *a.* Prohibitum est filiis Aaron bibere *vinum et omne quod inebriare potest,* ut habetur Levit. 10, 8-9, et isti gerunt typum praelatorum; non similiter autem prohibitum est subditis; ergo maius est peccatum in praelatis ipsa [i] ebrietas.

b. Item, in [k] constituendo praelatum dicitur: *Non vinolentum,* ut habetur I ad Tim. 3, 3.

c. Item, Ephes. 5, 18: *Nolite inebriari vino* [l], Glossa [5]: « Nihil ita indecens est sicut ebrietas in eo qui debet iudicare ».

[Solutio]: Ad quod dicendum quod maius est peccatum et quod est aggravatio non solum ratione personae aut professionis, sed etiam ratione dignitatis, quoniam ebrietas inducit ignorantiam, ut habetur Isai. 28, 7: *Sacerdotes nescierunt prae ebrietate,* et in eodem, 56, 11: *Canes impudentissimi nescierunt* [m] *saturitatem* etc.

ARTICULUS III. 606

Utrum sacerdoti evangelico liceat bibere vinum.

Quaeritur etiam an sacerdoti evangelico liceat bibere vinum.

Et videtur quod non, 1. per hoc quod Levit. 10, 9 fuit *vinum* interdictum sacerdoti legali, quando ingredi debebat tabernaculum, *et* etiam *omne quod potest inebriare;* ergo multo magis sacerdoti evangelico, cum teneatur ad maiorem perfectionem et quotidie ingrediatur tabernaculum.

2. Item, ibidem [6] dicitur quod *praeceptum sempiternum est* [n]; ergo debet adhuc durare praeceptum illud [o].

---

[a] FRLZ om.; BT om. *q. t. l.* [b] VF *ira.* [c] R *sic.* [d] Ita V, alii om. [e] R add. *in.* [f] V *prohibentur.* [g] V add. *ebrietatis.* [h] V *quale.* [i] V *quam in subditis.* [k] B om. [l] V add. *etc.* [m] V add. *latrare.* [n] B om. [o] B om.

1 Ap. Gratian., *Decretum,* dist. 44, c. 4 (I, 157).
2 Ap. Gratian., loc. cit., c. 3 (I, 157).
3 Cf. supra, p. 492, nota 1.
4 Cf. Gratian., *Decretum,* dist. 35, c. 6 (I, 132).
5 Lombardi, in h. l. (PL 192, 213), ex Ambrosiastro, in h. l. (PL 17, 397).
6 Levit. 10, 9.

3. Item, ibidem[1]: *Ut habeatis scientiam discernendi* etc.; sed adhuc est discretio ista necessaria sacerdoti evangelico, et ideo[a] dicitur I Petri 3, 15: *Parati semper ad satisfactionem* etc.

4. Item, plus tenetur sacerdos evangelicus vacare caelestibus quam legalis; quod probatur per hoc quod dicitur I Cor. 6, 4: *Saecularia iudicia si habueritis* etc.; sed bibere vinum ab hoc[b] retrahit, Prov. ultimo, 4: *Noli*[c] *regibus dare vinum,* Glossa[2]: « Nihil de caelestibus cogitatur, ubi est voluptas carnalis ». Sed ea solum quae sunt visibilia carnales scrutantur, et ita patet quod non licet sacerdoti evangelico vinum bibere.

Contra[d]. *a.* Dicitur Timotheo sacerdoti, I ad Tim. 5, 23: *Modico vino utere.*

b. Sed potest dici quod non est prohibitum simpliciter sacerdotem legalem abstinere a vino, sed solum antequam ingrediatur[e] tabernaculum, et hoc facit sacerdos evangelicus, qui ieiunus accedit ad altare; et hoc videtur dicere Isidorus[3], super illud Levit. 10, 9 in[f] Glossa[4], dicens: « Adhuc hanc legem Ecclesia custodit, neque omnino abstinere praecepit, sed quando ad[g] tabernaculum vel ad[h] altare testimonii debebat[i] accedere ». — Sed contra hos dicit Augustinus[5] quod quolibet die debebat ad altare ingredi, et tamen ibi scriptum est quod debet[k] abstinere quando ingreditur[l] ad altare, et[m] quotidie ingreditur ad altare, quoniam ad altare incensi vel holocaustorum.

c. Item, videtur quod ad minus[n] in primitivo statu Legis debebant quolibet die abstinere, quoniam tunc erant officia indistincta: debebat enim quilibet esse paratus semper, et non esset nisi[o] semper abstineret. Postea tamen aliter esse potuit, quoniam[p] officia fuerunt distincta, et dicitur I Paralip. 24. Tunc enim videtur quod non tenerentur[a] nisi solum tempore quo debebant exequi sua officia. Sed adhuc remanet quaestio quae prius.

[Solutio]: 1-4. Ad quod dicendum quod, sicut dicitur I Cor. 10, 11: *Omnia contingebant illis in figura,* maxime quae erant sacramentalia et ceremonialia; unde illa evacuata sunt[b] adveniente Evangelio, sed moralia complentur ibi, quoniam Evangelium non solum prohibet opus aut animum procedentem ad opus, sed etiam ipsum[c] animum in se[6]. Dicimus ergo quod istud fuit ceremoniale et[d] fere quidquid est[e] in Levitico nisi in 19[7]. Si ergo spiritualiter intelligeretur illud, referretur[f] ad prohibitionem peccati, sicut praeceptum de immunditiis, ut patet ad Rom. 13, 13 et I ad Tim. 3, 3. Dicimus ergo quod illud praeceptum adhuc remanet secundum spiritualitatem et etiam arctius debet observari, quoniam sacerdotes non solum debent se abstinere ab ebrietate, quae est peccatum, sed ab occasione peccati et ab eo quod est impeditivum sui officii, et ideo non dicitur simpliciter Timotheo: *Vino utere,* sed addidit '*modico*'. Sed quia illi[g] carnales erant[h], intelligebant illud ad litteram, non[i] spiritualiter, sicut illud praeceptum[8]: *Non indueris veste contexta lana et lino;* cuius ratio[k] erat quoniam ministrantes idolo solebant habere huiusmodi vestes. Similiter sacerdotes idolorum[l] solebant uti veste staminea, et ideo illa vestis prohibita est; respiciebant tamen illud solum, quia praeceptum.

2. Ad illud vero quod[m] dicitur quod 'fuit praeceptum sempiternum', dicimus quod hoc intelligitur secundum spiritum, non secundum litteram, secundum illud II Cor. 3, 6: *Littera occidit* etc.

607

ARTICULUS IV.

Utrum religiosi teneantur abstinere a vino.

Quaeritur etiam an religiosi teneantur abstinere a vino.

Et videtur quod sic, 1. per hoc quod dicitur Num. 6, 3-4 de Nazaraeis quod a vino et[n] ab *omni* eo *quod inebriare potest,* debent abstinere; et illi erant tunc[o] religiosi; ergo, cum religiosi evangelici debeant esse maioris perfectionis, debent multo magis abstinere. — Item, idem obicitur de Rechabitis[p], de quibus Ierem. 35.

---

[a] VR om. [b] R *adhuc* pro *a. h.* [c] V *nolite.* [d] V *item.* [e] V *ingrederetur.* [f] V om. [g] FRLZ om. [h] V om. [i] B *debeat.* [k] BT *deberet.* [l] V *ingrediebatur,* item infra. [m] V om. [n] VR *ad minus quod* pro *q. a. m.*; T *primo* pro *primitivo.* [o] V *ut* pro *semper... nisi.* [p] V *quando.*

[a] Ita T, alii *teneretur.* [b] V *fuerunt.* [c] VR om. [d] V om. [e] V *legitur.* [f] V *spiritualiter intelligitur est referatur* pro *nisi... referretur*; Z *spiritualis* pro *spiritualiter.* [g] VR *ipsi,* T om. [h] V add. *et.* [i] Z add. *ideo.* [k] T *non,* quod F corr. [l] BT om.; V om. *solebant.* [m] Ita V, alii *quod vero* pro *A. i. v. q.* [n] T om. [o] T om. [p] V *Machabeis.*

1 Levit. 10, 10.
2 Ordin., in h. l., ap. Lyran., ex Beda, in h. l. (PL 91, 1028).
3 Rectius Hesych., *In Levit.,* II, c. 10 (PG 93, 899).
4 *Ordin.,* in h. l., ap. Lyran., ex Hesychio, in h. l. (PG 93, 899).
5 *In Heptat.,* III, q. 33 (PL 34, 690).
6 Cf. Matth. 5, 20 sqq.
7 Ubi agitur de Decalogo et generatim de praeceptis moralibus.
8 Deuter. 22, 11; Levit. 19, 19.

2. Item, Bernardus, *Ad Fulconem*[1]: « Quo modo[a] ignis et aqua simul esse non possunt, sic spirituales et carnales deliciae se[b] non compatiuntur in eodem ». Sed carnales deliciae sunt in vino, et religiosorum est fugere eas et inhiare spiritualibus.

3. Item, in regula B. Benedicti[2] praecipitur abstinentia a carnibus[c], non a vino; in regula Ionadab[3] e converso; in regula similiter Mahometi[4] praecipitur abstinentia a[d] vino, non a carnibus; in regula Ecclesiae catholicae a carnibus, non a vino, in tempore Quadragesimae. Quaeritur unde hoc. Videtur quod in regula B. Benedicti et in[e] regula Ecclesiae in Quadragesima debeat praecipi abstinentia a vino[f], quoniam ibi debet esse perfectio maior et constat quod vinum plus inflammat ad libidinem quam carnes.

4. Item, regula B.[g] Benedicti[5] libram panis et heminam vini, id est libram et[h] dimidiam, concedit; sicut ergo videtur monachus peccare, si[i] tempore non debito comedat carnes, sic si plus de pane aut de[k] vino accipiat. Quare ergo contra illud non praedicatur sicut et contra istud?

[Solutio]: 1. Et dicendum quod verum est quod in tempore consecrationis debebant Nazaraei abstinere a vino, postmodum tamen poterant bibere, ut in eodem Num. 6, 20 habetur, et ibidem in Glossa[6] hoc dicitur. Dicimus ergo, sicut prius[7], quod illud secundum litteram fuit ceremoniale; unde nec sic debuit remanere, sed solum quoad intellectum spirituale. Ab iis ergo debet se religiosus abstinere, « sed postmodum debet bibere vinum devotionis[8] ».

2. Ad id ergo quod dicit Bernardus, dicimus[l] quod deliciae, prout sonant in culpam, non possunt simul manere cum spiritualibus, sed solum prout sonant in occasionem peccati.

3. Ad illud quod obicitur de Quadragesima, dicimus quod ibi datur decima dierum[9], et est tempus ad satisfaciendum pro peccatis a carne et spiritu contractis, et ideo fit abstinentia.

Notandum etiam[m], secundum quod[n] dicit Ambrosius[10], quod *terra maledicta est*, ut patet Gen. 3, 17, et aqua benedicta, ut patet Gen. 1, 22, et maledictio facta est propter esum. Quoniam ergo gressibilia[a] ortum habent a terra, ideo ratione originis fit abstinentia ab iis tempore determinato, nec tamen a piscibus[11].

Sed videtur opponi[b] de volatilibus quod non debemus ab iis abstinere, cum habeant ortum ab[c] aquis sicut et pisces[12]. — Ad quod dicimus quod, licet habeant originem ab aquis[d], tamen morantur in terra, et ideo in eadem sententia debuerunt esse cum reptilibus[e].

Nota etiam quod a carnibus debet proprie fieri abstinentia, quoniam nutritur simile simili; sed caro habet potentiam propinquiorem ut fiat caro, et ideo perfectius est abstinere a carnibus.

Sed adhuc obicitur de fructibus, qui videntur habere originem a terra, quod ab iis debeamus abstinere. — Ad quod dicimus[f] quod, licet oriantur a terra, tamen statum habent innocentiae, in quo fuerunt concessi, sed carnes non fuerunt concessae nisi post diluvium[13], ut patet Gen. 9, 2-4.

Sed adhuc obicitur quoniam vinum non videtur fuisse concessum ante diluvium et tamen est de iis quae oriuntur a terra. — Et dicimus[g] quod, licet non legatur quod homines uterentur vino ante diluvium, nihilominus poterant uti, sed vinea non reddebat tunc fructum suum, antequam Noe plantaret eam[14]. Unde est dicendum eam[h] non tunc primo fuisse, quoniam ante lapsum fuit cum ceteris arboribus, sed tunc non excolebatur.

Ad illud quod quaeritur de lege Mahometica, dicimus[i] quod non prohibuit vinum quia esset provocativum ad libidinem, quoniam ipse concessit abusum mulierum, sed propter hoc quod[k] inducit ebrietatem, quae subvertit usum rationis.

4. Ad ultimum dicimus[l] quod regulariter illud dictum est, potest tamen dispensari ad plus secundum exigentiam personarum; sicut enim dicit Philosophus[15], « quod uni est parum[m], alteri est magnum ».

---

[a] R om.; F *vinum* pro *ignis*. [b] Z om. [c] BT *carnalibus*, quod Z corr.; R om. *praecipitur*. [d] T om. [e] R *precipitur* pro *e. i.* [f] B om. *a. v.* [g] Ita V, alii om. [h] T om. *eminam... et.* [i] L *sic in.* [k] B om. [l] BT *dicens.* [m] R om., Z *quod.* [n] V *quod sicut* pro *e. s. q.*

[a] R *grossibilia*. [b] F *apponi*, quod L corr. [c] T *a predictis*. [d] V *aqua*. [e] F (corr.) LZ *reptibilibus*. [f] VR *dicendum*. [g] Ita V, alii *dicendum*. [h] B om. *u. e. d. e.* [i] B *dicendum*. [k] V *hoc* pro *p. h. q.*; R *indent* pro *inducit*. [l] V *dicendum*. [m] F *paucum*.

1 Cap. 1, n. 10 (PL 182, 86).
2 Cf. c. 39sq. (edit. Linderbauer, p. 63sq.).
3 Cf. Ierem. 35, 5sqq.
4 Cf. *Al-Coran*, p. 2, sect. 3 (Surat-ul-Baqarat) et p. 7, sect. 1 (Surat-ul-Maidat).
5 Loc. cit.
6 *Ordin.*, in h. l. (PL 113, 393).
7 Cf. supra, p. 588b, *Solutio*.
8 *Glossa ordin.*, loc. cit.
9 Cf. Gregor. M., *In Evang.*, hom. 16, n. 4 (PL 76, 1137); Gratian., *Decretum, De consecr.*, dist. 5, c. 16 (I, 1416).
10 Cf. Ambros., loc. cit., et Gratian., *Decretum*, dist. 35, c. 8 (I, 132sq.).
11 Cf. Alcuin., *Interrog. in Gen.*, n. 10sqq. (PL 100, 518).
12 Cf. Gen. 1, 20.
13 Cf. Gratian., loc. cit., c. 2 (I, 131).
14 Cf. Gen. 9, 20; Gratian., loc. cit.
15 *Ethica ad Nicom.*, II, c. 6 (II, 19).

608

CAPUT VII.

DE EFFECTU PECCATI EBRIETATIS.

Septimo quaeritur de effectu huius peccati.

a. Et primo quoad servitutem dicit Ambrosius[1]: « Non esset in homine servitus, si non fuisset ebrietas ». Sic ergo videtur quod servitus sit primus [a] effectus ebrietatis.

Contrarium videtur, 1. per hoc quod dicitur Ephes. ultimo, 5, super illud: *Servi, obedite dominis,* Glossa[2]: « Prima servitutis causa peccatum est ». Sed hoc peccatum non fuit primum, cum de ipso non legatur ante diluvium, sed tantum post[3].

2. Praeterea, si servitus causatur [b] ex peccato, maxime videtur causari ex maiori et graviori; sed multa sunt graviora quam ebrietas; non ergo ebrietas causa est servitutis.

3. Praeterea, si ebrietas esset [c] causa servitutis, ergo servitus potius fuisset in Noe, qui inebriatus fuit, quam in Chanaan, filio filii sui[4].

Responsio: 1. Concedimus, secundum quod ostendit Augustinus, in [d] XIX libro *De civitate Dei,* cap. 15[5], quod prima causa et directa servitutis fuit peccatum; unde haec causa fuit antequam de [e] ebrietate aliquid legeramus. Tamen [f] ipsa ebrietas fuit causa occasionaliter et indirecte quoad hoc, quoniam, si Noe non fuisset inebriatus, Cham filius eius non irrisisset eum[6], et si non irrisisset eum [g], nec Chanaan filio eius a Domino [h] fuisset inflicta servitus[7] nec a Noe praedicta [i]; et quoad hoc loquitur Ambrosius et iuxta hoc loquitur Augustinus, XIX libro *De civitate Dei,* cap. 15[8]: « Nusquam Scripturarum legimus servum, antequam [k] hoc vocabulo Noe iustus peccatum filii sui vindicaret ».

2. Ex hoc patet [l] quod non valet quod obicitur de peccato graviori: procederet enim si ebrietas esset causa directa.

3. Similiter ad ultimum quod ' Noe debuisset servitus [m] infligi vel Cham in se ', dicimus quod, cum benedictus fuisset Noe a Domino, Gen. 9, 1: *Benedixit Dominus Noe et filiis eius,* debuit tamen in sua posteritate maledici. Nec fuit iniustitia, quoniam Chanaan fuit imitator paterni [n] sceleris.

609

CAPUT VIII.

DE COGNATIONE EBRIETATIS.

Octavo quaeritur de cognatione ipsius ebrietatis, hoc [o] est de effectu [p] ebrietatis quoad peccatum incestus ipsius Loth, secundum quod dicitur, Gen. 19, 31-35, Loth inebriatus [q], et post commisit incestum cum filiabus suis.

a. Et de hoc dicit Augustinus, *Contra Faustum*[9]: « Inebriaverunt Loth filiae eius et se nescienti [r] miscuerunt. Quapropter culpandus est quidem, non [s] tantum quantum ille incestus, sed quantum ebrietas meruit ».

Sed obicitur 1. contra hoc quod dicitur: « Nescienti miscuerunt », quoniam videtur quod peccatum carnale non possit exerceri per illum in quo est omnino sopitum liberum arbitrium.

2. Praeterea, voluntarium dicitur id cuius principium [t] est in ipso[10]; sed principium [u] incestus fuit in ipso Loth; ergo fuit voluntarium; et fuit malum; ergo fuit peccatum; ergo non solum peccavit in ebrietate, sed etiam in incestu; ergo propter utrumque culpandus est.

3. Praeterea, si tantum esset culpandus pro ebrietate, ergo tantum pro hac deberetur [v] ei poena, quia, ut dicitur Deuter. 25, 2, *secundum mensuram peccati erit et plagarum* [x] *modus.*

[Solutio]: 1-3. Et dicendum quod peccavit in

---

[a] Ita V, alii *primo.* [b] V *esset.* [c] Ita VR, alii *est.* [d] Z om. [e] R *in.* [f] V *unde,* R *nam;* V *legerimus* pro *legeramus.* [g] BT om. *e. s. n. i. e.* [h] V om. *a. D.* [i] F *predicto;* V om. *hoc.* [k] V *nusquam.* [l] V *queritur.* [m] B om. [n] B *patrum.* [o] V add. *autem.* [p] B add. *ipsius.* [q] B add. *est;* T *est* pro *et.* [r] V *nesciente,* item infra. [s] V *non tamen* pro *q. n.* [t] R *primum.* [u] V om. *est... principium.* [v] BT *debetur;* V *hoc* pro *hac.* [x] R *prologorum;* V *peccatum* pro *peccati.*

[1] *De Elia et ieiunio,* c. 5, n. 11 (PL 14, 702); cf. Gratian., *Decretum,* dist. 35, c. 8, § 3 (I, 133).

[2] *Ordin.,* in h. l. (PL 192, 218), ex Augustino, *De civit. Dei,* XIX, c. 15 (PL 41, 643).

[3] Cf. Gen. 9, 20sq. et 19, 31sq.

[4] Cf. Gen. 10, 4.

[5] Cf. nota 2.

[6] Cf. Gen. 9, 22.

[7] Cf. Gen. 9, 25sqq.

[8] Loc. cit.

[9] Lib. XXII, c. 44 (PL 42, 427); Gratian., *Decretum,* C. 15, q. 1, c. 9 (I, 748).

[10] Cf. Aristot., *Ethica ad Nicom.,* III, c. 1, (II, 26).

utroque. Quod vero dicitur « miscuerunt nescienti [a] », exponitur [1] : id est non distinguenti bene an essent filiae suae. Concedimus enim quod non ablata fuit ab eo voluntas rationalis, maxime cum haberet potestatem ad talem actum. Unde voluntarium fuit hoc peccatum quoad hoc quod dicitur voluntarium cuius principium est in ipso; sed non plene quoad aliud [b] quod est in voluntario, scilicet cognoscere singula [2]; tamen illa ignorantia non excusavit eum quin commisisset [c] peccatum incestus, excusavit tamen a tanto, sed non a toto.

a. Ad id vero quod [d] dicit Augustinus quod ' culpandus est, non quantum meretur incestus, sed ebrietas ': dicimus quod non vult dicere quod non plus debeat puniri quam si solam ebrietatem commisisset, sed vult dicere quod eius [e] ebrietas meruit poenam et pro se et pro incestu qui consecutus est, sed non tantum pro incestu quantum si commisisset incestum tempore quo posset plene distinguere. — Ad id vero quod [f] dicitur Gen. 19, 33-35 : *Non sensit* etc., dicimus quod [g] hoc non est dicere quia [h] hoc fuerit sine tactu sensibili, sed potius quoniam non discrevit quod essent filiae suae.

CAPUT IX. 610

DE PROHIBITIONE EBRIETATIS.

Nono quaeritur de prohibitione huius peccati. Cum detestabile sit [i] praelatum esse edacem sicut [k] vinolentum, quare potius in regula apostolica, I ad Tim. 3, 3, in institutione praelati dictum est ' *non vinolentum* ', et non est positum ' non edacem ' ?

[Solutio] : Ad quod dicendum, sicut in *Canone,* dist. 44 [3], dicitur : « Cum [l] vinolentum esse [m] prohibetur, gulae intemperamentum nequaquam permittitur. Neque enim [n] ebrietas prohibetur et voracitas permittitur; utrumque enim inter opera tenebrarum Apostolus connumerat [o], scribens Romanis [4] : *Non in comessationibus et* [p] *ebrietatibus.* Ventris namque ingluvies ad luxuriam facile provocat et omne opus bonum dissolvit [q] ».

CAPUT X. 611

DE POENA EBRIETATIS.

Decimo quaeritur de poena huius peccati. Et quaeritur, si tam grave est istud peccatum, quare in quibusdam [partibus] [r] permittitur et non ita graviter infligitur pro ipso poena sicut pro ceteris, ut sic saltem timore poenae revocarentur homines ab eo sicut et a [s] ceteris ?

[Solutio] : Ad quod dicendum quod [5] « non rationi, sed voluptati, immo [t] cuidam caecitati mentis adscribendum est; unde nec a tali consuetudine averti possunt, et ideo cum venia suo ingenio relinquendi sunt, ne deteriores fiant, si a tali consuetudine evellantur ». Et loquitur Gregorius pro tempore illo, in quo in illis partibus primo [u] plantata fuit fides. Unde etiam parcitur [v], quia multitudo est in causa, ne fiat in Ecclesia scissura [6].

CAPUT XI. 612

UTRUM EBRIETAS FUERIT ANTE DILUVIUM.

Undecimo quaeritur : Cum [x] ante diluvium fuerit luxuria [7], primum vero peccatum post diluvium fuerit ebrietas, unde hoc et quid per hoc designatur ?

[Solutio] : Et ad hoc [y] dicendum quod tunc erat quasi adhuc [z] aetas adolescentiae, et in tali aetate solet regnare luxuria. Unde, secundum quod exprimit Scriptura [8], luxuria fuit praecipua

---

[a] V *se nesciente.* [b] F *illud.* [c] V *quoniam excusasset* pro *q. c.* [d] Ita V, alii *quod vero* pro *A. i. v. q.* [e] B om. [f] Ita V, alii *quod vero* pro *A. i. v. q.* [g] Ita V, alii om. *d. q.* [h] T *quod;* L om. *hoc.* [i] BT add. *eius.* [k] V *sive.* [l] V *non.* [m] V add. *cum.* [n] V add. *ubi;* VR om. *et.* [o] Ita V, alii *commemorat.* [p] V om. [q] Z *dissolvitur;* BT om. *bonum.* [r] Ita cod. Assis. 138, codd. nostri omittunt. [s] V om. *e. a.* [t] V *prave.* [u] VR om.; Z *nullis* pro *in illis.* [v] Ita F (corr.), V *participatur,* BT *partitur,* RLZ *percipitur.* [x] Z add. interl. *primum peccatum.* [y] V om. *a. h.;* R om. *et.* [z] B *ab hiis.*

1 Cf. Guil. Altissiod., *Summa,* II, tr. 29, c. 1 (fol. 103d); S. Bonav., II *Sent.,* d. 22, a. 2, q. 3 (II, 527b).

2 Cf. Aristot., *Ethica ad Nicom.,* III, c. 1 (II, 26).

3 Gratian., *Glossa,* in h. l. (I, 156).

4 Cap. 13, 13.

5 Gregor. Papa [I] Augustino Anglorum episcopo, ap. Gratian., *Decretum,* dist. 4, c. 6 (I, 6).

6 Cf. Gratian., *Decretum,* C. 23, q. 4, c. 24, § 7 (I, 910) et *Glossa* in C. 23, q. 4, c. 32 (I, 914).

7 Cf. Gen. 4, 18sq.; 6, 2sqq.

8 Gen. 6, 12sq.

causa ut veniret diluvium. Post etiam diluvium primo concessae sunt carnes in esum, secundum illud Gen. 9, 2-3; ante vero diluvium vescebantur homines fructibus; sed constat quod esus fructuum non in tantum expetit potum in ebrietatem, ut vinum aut huiusmodi, sicut et [a] esus carnium. Et ideo potius, secundum quod [b] exprimitur in Scriptura, primum peccatum ante diluvium [c] fuit luxuria, post diluvium ebrietas, ut sic semper ascenderet corruptio peccati maior in genere humano.

TITULUS VII.

DE LUXURIA [1].

Consequenter quaeritur de peccato luxuriae.
Et primo, quid sit;
secundo, utrum coire sit malum secundum se et peccatum;
tertio, utrum omnis luxuria sit mortale peccatum;
quarto [d], quare dicitur peccatum in corpus;
quinto, de conditionibus huius peccati;
sexto, de quantitate huius peccati;
septimo, de comparatione huius peccati ad superbiam;
octavo, de opposito huius peccati et [e] in genere mali et in genere boni [f];
nono, de differentiis huius peccati;
decimo, de effectu huius peccati;
undecimo, de poena huius peccati [g].

613

CAPUT I.

QUID SIT LUXURIA [2].

Definitur autem [h] sic [3]: Luxuria est libidinosae voluptatis appetitus; item [4]: Luxuria est concupiscentia nimia experiendae voluptatis.

I. Sed videtur quod non sufficienter exprimatur esse luxuriae per huiusmodi definitiones, 1. per hoc quod dicitur Matth. 5, 28: *Qui viderit mulierem ad concupiscendum, iam* [i] *moechatus est in corde suo.* Ergo moechia sive fornicatio per visum committitur; sed visus est actus differens ab appetitu et concupiscentia; ergo non sufficienter definitur luxuria per appetitum et concupiscentiam.

2. Item, ponatur ita: Iste studiose [k] in aspectu pulcrae mulieris defigit oculos; quaestio est utrum luxurietur. — Et videtur quod sic, per hoc quod dicit Chrysostomus [5]: « Qui studet corpora clara perscrutari et pulcros visus [l] venari et fovere inspectricem animam et pulcris faciebus delectari [m], captivat animam ». Sed non captivatur anima [n] nisi per peccatum; videtur ergo quod [o] sit peccatum; sed non aliud a peccato luxuriae; quare insufficienter definitur [p] per appetitum et concupiscentiam.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod ibi definitur luxuria secundum quod est mortale peccatum. Et intelligitur [q] ibi esse appetitus, qui est ex consensu rationis, et similiter concupiscentia. Vel etiam dicitur mortale esse, quando non cohibet ipsa ratio, cum possit, huiusmodi inordinatum appetitum sive concupiscentiam. Unde Augustinus [6], super illud Matth. 5, 28: *Qui viderit* etc.: « Qui videt hoc fine et animo ut eam [r] concupiscat, quod non est titillare, sed plene consentire, ut, si facultas sit [s], peragatur ». Patet ergo quod secundum quod est consensus ipsius

[a] V om. [b] BT om. *s. q.* [c] R add. *non.* [d] TF add. *queritur.* [e] L om. [f] R om. *et in genere mali... boni.* [g] BT om. *undecimo... peccati.* [h] T add. *luxuria.* [i] V *eam.* [k] T add. *et.* [l] V add. *et;* FZ *venenari,* L *venerari* pro *venari.* [m] R om. *venari... delectari.* [n] Ita V, alii *captivat animam* pro *c. a.* [o] V add. *hoc.* [p] Ita V, alii *describitur.* [q] B om. *e. l.* [r] BT om. [s] Z *sic,* quod L corr.

[1] In cod. Assisiensi 138, fol. 95b-97a, plura sequentium verbotenus occurrunt.
[2] Cf. Ioan. de Rupella, *Summa de vitiis* (fol. 22d).
[3] Cf. Augustin., *De civit. Dei,* XII, c. 8 (PL 41, 356).
[4] Cf. Hugo de S. Vict., *De sacram. christ. fidei,* II, p. 13 (PL 176, 526).
[5] *In Matth.,* hom. 17, n. 1 (PG 57, 255).
[6] *De serm. Dom. in monte,* I, c. 12, n. 33 (PL 34, 1246).

rationis[a] vel non cohibitio, cum possit, est[b] luxuria mortale peccatum. Et per hoc excluduntur[c] primi motus, qui non sunt in potestate nostra.

II. Sed adhuc obicitur: *Qui viderit mulierem ad concupiscendum*, utrum luxurietur, cum alter sit actus videre ab ipso concupiscere?

Et videtur[d] **quod non,** cum primo[e] sit peccatum in consensu ipsius rationis, sicut dictum est[1].

[Solutio]: Ad hoc respondet Chrysostomus[2] movendo istam quaestionem, dicens: « Non[f] simpliciter visum destruxit[g], [sed qui cum concupiscentia][h] », propter ipsam scilicet[i] occasionem, quae ex hoc sequitur, concupiscendi. Unde subdit[3]: « Deus incontinentem visum destruxit ante actum, ne forte in actum incidat[k]; qui enim accendit flammam, absente etiam muliere, apud se plasmat continue ». Unde ipse dicit[4]: « Non ad hoc oculos tibi fecit Deus, ut[l] per illos introducas adulterium, sed ut creaturas videns admireris Creatorem ». Unde ipse ponit[5] exemplum de impetuoso tenente gladium, qui de facili propter impetum potest se interficere, et aufertur sibi gladius, ut auferatur sibi interficiendi occasio. Unde ipse Chrysostomus vult dicere quod quidam ignis concupiscentiae[m] ratione naturae corruptae ipsi visui adiunctus[n] est, ratione cuius Dominus huiusmodi visum inhibuit cum sensu[o], cui adiungitur delectatio vel tristitia, quae paulatim procedit usque ad consensum rationis; unde Iob 31, 1: *Pepigi foedus cum oculis meis, ut nec cogitarem de virgine;* et postea dicit, quasi reddens rationem huius[6]: *Quia est*[p] *ignis usque ad consumptionem*[q] *devorans et omnia eradicans genimina.* Unde concedimus quod luxuria est in appetitu[r], et ideo per illa, scilicet per concupiscentiam et appetitum, definitur; per occasionem vero in visu in sequentibus naturam corruptam, et ideo ab ipso Domino videre ad concupiscendum inhibetur.

CAPUT II.

UTRUM COIRE SIT MALUM SECUNDUM SE ET PECCATUM[7].

ARTICULUS I. 614

Utrum coire sit malum ratione materiae aut ratione potentiae.

Secundo quaeritur utrum coire sit malum secundum se et peccatum, et loquamur[a] de illo coitu antequam consentiat aliquis in aliquam per matrimonialem copulam[8].

1. Quaeritur ergo aut hoc quod dico 'coire' est malum ratione materiae in quam transit aut ratione potentiae a qua egreditur. Si dicatur quod ratione materiae, hoc non videtur, quia iste actus transit in mulierem sicut in materiam; sed hic determinatur materia, sicut dare indigenti determinatur actus in propria materia et est bonum in genere; sic[b] videtur quod hoc quod dico 'coire', ratione materiae huius in quam transit, erit bonum in genere, quia ex tali materia non contrahitur deformitas, ut videtur. — Si dicatur quod hoc est ratione potentiae corruptae: sed sicut est ista corrupta, sic et aliae corruptae sunt — et loquamur pro illo statu postquam corruptae sunt[c] — ergo, si ratione huiusmodi corruptionis est coire malum[d] secundum se, eadem ratione esset[e] in aliis, vel si non in aliis[f], nec in isto.

2. Item, Chrysostomus[9]: « Utraque, scilicet ira et concupiscentia, sunt nativa[g] ». Sed quod est nativum[h] sive naturale non est malum, quia secundum ea quae naturalia sunt nec laudabiles nec vituperabiles sumus[10]; quare videtur quod ipsum coire non sit malum secundum se; quare, ut videtur, potius deberet dici vel malum in genere vel[i] ex circumstantia quam malum secundum se. Sed[k] quod non sit malum in genere, illud patet per ea quae dicta sunt[11]. Et[l] etiam videtur quod non sit malum ex circumstantia, quia ponatur quod aliquis coeat cum aliqua intentione prolis procreandae[m] et servet ei fidem, et tamen non sit ibi coniugium, videtur etiam quod iste actus

---

[a] V om. [b] VR *esse*, quod F corr. [c] V *concluduntur*. [d] R vacat. [e] V *nec*. [f] Ita V, alii *ita*. [g] V om. [h] Ita cod. Assis. 138, codd. nostri om. [i] V om. [k] V *procedat*. [l] R om. [m] Ita BT, alii *concupiscibilis*. [n] V *adductus*. [o] VR *consensu*; R om. *cum*. [p] T *cum*. [q] F *consummationem*. [r] R *appetitus* pro *i. a.*

[a] VR *loquimur*. [b] V *similiter*. [c] B om. *et... sunt*. [d] BT om. [e] V *erit*. [f] Z add. *ergo*. [g] R *nociva*, Z *natura*, quod L corr. [h] R *nocivum*. [i] V add. *malum*. [k] BT om. [l] T om. [m] T *creande*.

1 Cf. supra, p. 592b, *Solutio*.
2 Loc. cit. (PG 57, 257).
3 Loc. cit. (PG 57, 256).
4 Loc. cit. (PG 57, 257).
5 Loc. cit. (PG 57, 256)
6 Cap. 31, 12; cf. Chrysost., loc. cit.
7 Cf. Lombard., IV *Sent.*, d. 33, cc. 1-4 (p. 948sqq.).
8 Cf. Augustin., *De bono coniug.*, c. 5 (PL 40, 376sq.).
9 Loc. cit., n. 1 (PG 57, 256).
10 Cf. Aristot., *Ethica ad Nicom.*, II, c. 5 (II, 18).
11 Cf. supra, num. 613.

sine coniugio non sit malus ex circumstantia nec in se, sicut ostensum est[1]; quare non videtur malus simpliciter.

[Solutio]: 1. Ad quod dicendum quod coire non dicitur malum secundum se [a], secundum quod transit in mulierem sicut in materiam, sed secundum quod transit in hoc quod dico 'non-suam'. Sed hoc quod dico 'non-sua' potest intelligi dupliciter: vel quae nondum facta est sua per coniugium vel intelligitur coire cum non-sua postquam aliqua facta est sua. Ultimo modo planum est quod est peccatum mortale coire cum non-sua. Sed, si primo modo coire [b] cum non-sua, antequam aliqua facta sit sua, sit peccatum, tunc est quaestio ratione cuius [c] ipsum coire est malum. Et [d] dicendum quod hoc est ratione utriusque, et ratione scilicet potentiae corruptae et ratione materiae. Unde actus sic egrediens a potentia sic existente corrupta in talem materiam est causa quare ipsum coire sit [e] malum. Unde non est ratione alterius [f] tantum, scilicet ratione qua egreditur a potentia corrupta, sicut patet de uxore, ubi, quamvis egrediatur a potentia corrupta, non est tamen peccatum, cum scilicet ibi concurrunt [g] illa tria bona, fides, proles et sacramentum [h] [2].

2. Quod autem obicitur quod [i] non est plus quam coire cum muliere: immo plus dicitur, scilicet coire cum muliere non-sua per legem coniugii. Unde, sicut dictum fuit in Quaestione de peccato gulae [3], potentia generativa habet corruptionem supra alias, ratione cuius malum est ipsum coire nisi addatur debita circumstantia, sicut patet quod ipsum iurare malum est ex defectu debitae circumstantiae, cum scilicet iuratur sine necessitate; unde hac de causa Dominus inhibuit iurare, ut patet Matth. 5, 34: *Nolite iurare* etc., et Iac. ultimo, 12: *Ante omnia, fratres mei.* Sed ex hac parte etiam plus est, quia ipsum coire egreditur a potentia corrupta supra alias et etiam deficit debita circumstantia. Unde semper in se erit malum nisi trahatur per aliquam circumstantiam ad bonum.

615 ARTICULUS II.

Utrum coire vel ipsa luxuria sit contra legem naturae [k].

[Postea quaeritur utrum coire sit contra legem naturae vel ipsa luxuria.

1. Homini dictum fuit in statu innocentiae, ut patet Gen. 1, 28 et post diluvium, sicut patet Gen. 9, 1: *Crescite et multiplicamini* etc. Multiplicatio igitur ipsius speciei est secundum legem naturae; sed huiusmodi multiplicatio duobus modis potest esse: vel ut ad hoc talis sit multiplicatio ut conservetur species per continuam generationem, quae in unico servari non potest, vel alio modo potest esse multiplicatio in natura, ad hoc scilicet ut procreetur proles ad cultum Dei. Primo modo est multiplicatio in ceteris animantibus ab homine, secundo modo non est in eis. Utroque autem modo potest esse multiplicatio in homine; ergo, cum [per] coire fiat huiusmodi multiplicatio in hominibus, videtur quod ipsum coire contra aliquam legem naturae non sit, sed potius sit consonum ipsi naturae secundum utrumque modum.

2. Item, ad Rom. 1, 26 dicitur: *Mutaverunt naturalem usum in eum qui est praeter naturam.* Ergo ipsum coire non est contra naturam.

Ad oppositum: *a.* Dicitur [4] de Lamech, Gen. 4, 19 quod contra legem naturae fecit coeundo cum duabus uxoribus; quare ipsum coire, etiam ad multiplicationem, non videtur esse secundum legem naturae, sed potius contra.

b. Item, possumus considerare naturam quae est in omnibus animantibus habentibus vim generativam vel possumus considerare naturam secundum quod ipsa natura ordinatur per ipsam rationem, non solum ut fiat multiplicatio, sed ut procrearetur proles ad cultum Dei. Sed secundum generalem naturam est determinatio, ut scilicet masculus cum femina; ergo naturae ordinatae per rationem erit quod unus cum una, cum debeat huiusmodi natura illam generalem excedere in gradu aliquo; ergo ad minus coire cum una tantum, etsi non sit coniuncta per matrimonium, si tantum illi adhaerere velit, non videtur esse contra naturam.

Respondeo: 1. Ad hoc dicendum quod coire cum nondum sua vel cum pluribus illud est contra naturam humanam, quae regi debet ratione. Unde sciendum quod dupliciter est loqui de natura. Est enim natura generalis quae est communis

---

[a] R add. interl. *sed.* [b] V *coeat*, R *colt.* [c] V *quod ratione materie et* pro *q. r. c.* [d] V om., B *ad quod.* [e] T *est.* [f] V *actus;* VR *sed* pro *scilicet.* [g] V *occurrunt*, B *concurrant.* [h] B om. *f. p. e. s.* [i] V om. [k] Quaestio sequentis articuli deest in omnibus codd., sed occurrit hoc loco in cod. Assisiensi 138, fol. 95d, ubi praecedentia et sequentia huius capitis etiam habentur. Hanc inserimus nostro textui, quia necessario exigitur propter solutionem sequentis articuli, in qua ad eam expressis verbis remittitur.

1 Cf. supra, num. 613.
2 Cf. Lombard., IV *Sent.*, d. 31, c. 5 (p. 939).
3 Cf. supra, p. 576a.
4 *Glossa ordin.*, in h. l., ap. Lyran.

omnibus, et ratione naturae sic acceptae non est peccatum ipsum coire; vel potest accipi natura in quantum eius est procreare ad cultum Dei prolem, et hoc potest esse dupliciter: vel sine respectu ad coniunctionem matrimonialem, et hoc modo ipsum coire unius cum una non videtur adhuc esse contra legem naturae; vel ulterius potest accipi natura secundum quod habet congruentiam ad coniunctionem matrimonialem, quae est ex institutione divina, sicut dicit Augustinus [1], quod non solum est possibilitas in natura respectu eorum quae fiunt secundum naturam, sed etiam respectu eorum quae mirabiliter fiunt. Ergo multo fortius erit ista ordinatio, ubi consonat natura per rationem ordinata, et non solum est possibilitas obedientiae, sed etiam quod virtus definitur [2]: « Virtus est habitus in naturae modum rationi consentaneus ». Et sic dicitur esse ipsum coire contra naturam sic acceptam, cum scilicet non est ibi coniunctio matrimonialis quae est propter conservationem institutionis divinae, ad quam ipsa natura humana habet de se congruentiam, sicut dictum est.

2. Id vero quod dicitur ad Rom. intelligitur de natura communiter accepta determinante sexum. Secundo vero modo accepta natura determinat non solummodo sexum, sed quod una cum uno; tertio vero modo accipitur natura secundum quod fit comparatio ad conservationem quae facta est per institutionem divinam, et sic dicitur de Lamech quod « peccavit contra naturam », quia non intendebat prolem procreare ad cultum Dei, ad quod specialiter est matrimonialis coniunctio, sed coniungebatur eis ratione complendae libidinis].

ARTICULUS III. 616

Utrum coire cum pluribus sit peccatum vel contra legem naturae [3].

Adhuc [a] quaeritur circa hoc utrum coire cum pluribus sit peccatum vel contra legem naturae.

Et videtur quod non. 1. Ponatur enim quod aliquis consentiat in aliquam ad tempus et proponat illi servare fidem ad tempus et velit eam cognoscere causa prolis procreandae, istud non videtur contra legem naturae; sed hoc modo poterat quis in plures consentire, et ita [b] patet quod consentire in plures successive, etiam [c] omnibus viventibus, non sit contra legem naturae [d].

2. Item, in aliis animantibus ita est quod unus masculus potest adimplere multas secundum legem naturae, sicut patet in gallo. Similiter videtur quod poterit esse ex parte ista. Nonne dictum est Gen. 16, 2 ipsi Abraham: *Ingredere ad ancillam tuam?* Ergo poterat diversis carnem suam communicare: uxorem enim habebat, quando sibi dictum est [e] hoc. Sed sicut vir poterat carnem suam communicare diversis, ita videtur quod ipsa mulier posset. Vel unde est hoc quod mulier non potest, cum uterque esset ad multiplicationem speciei [f] procreandae ad cultum Dei?

3. Item, aliqua mulier intendit servare fidem [g] cum pluribus et non est coitus nisi causa prolis procreandae [h]; quare videtur quod non sit contra legem naturae quod una mulier habeat plures.

4. Item, quaerit Augustinus [4] de illa quae coit causa prolis procreandae et vult fidem servare viro, et dicit quod ista « multis matronis praeponenda est »; sed in actu continentiae ipsius matronae non malum est; est [i] ergo in isto actu coire nullo modo peccatum, cum sit [k] ipsi continentiae matronae praeponendus.

[Solutio]: Et dicendum quod coire cum pluribus uno modo est contra legem naturae, alio modo non, sicut determinatum est supra [5].

[Ad obiecta]: 1. Ad primum obiectum autem dicendum quod lex naturae, secundum quod ordinat per congruentiam ad ipsam matrimonialem copulam, quae est [l] per institutionem divinam, tria includit, scilicet quod fiat coitus causa prolis procreandae et quod servet fidem thori, tertium est quod non tantum ad tempus servet, sed inseparabiliter. Unde ille, qui haberet illa duo, non propter hoc haberet totum [m] quod exigitur ad huiusmodi legem naturae: deest enim illud de ordinatione ad bonum matrimonii, quod est sacramentum, scilicet ipsa inseparabilitas.

2. Ad illud quod obicitur de viro, dicendum quod vir ita potuit communicare, « quando mos erat », sicut dicit Augustinus, *Super Genesim ad litteram* [6], et habetur in IV *Sententiarum*, dist. 35 [7], « pro varietate temporum varia

---

[a] T *sed adhuc.* [b] BT *sic.* [c] R *in.* [d] R om. [e] VR *fuit.* [f] V add. *et prolis.* [g] T om. [h] F *creande*, quod Z corr. [i] V *cum.* [k] B om. [l] R om. [m] T add. *hoc.*

1 *De Gen. ad litt.*, VI, c. 14 (PL 34, 349).
2 Cicero, *Rhetor.*, II, c. 54.
3 Cf. S. Bonav., IV *Sent.*, d. 33, a. 1, q. 1 sq. (IV, 747 sqq.).
4 *De bono coniug.*, c. 5 (PL 40, 376 sq.).
5 Cf. supra, num. 615, sub *Respondeo.*
6 Potius *Contra Faust.*, XXII, c. 47 (PL 42, 428), ap. Gratian., *Decretum*, C. 32, q. 4, c. 7 (I, 1129).
7 Lombardi, IV *Sent.*, dist. 33, c. 1 (p. 948).

invenitur dispositio Conditoris [1] ». Unde dicit Augustinus [2]: « Antiquis iustis non fuit in peccatum quod pluribus feminis utebantur, nec contra naturam hoc faciebant, cum non lasciviendi causa, sed gignendi hoc facerent ».

3. Sed quare mulieribus quandoque non fuit concessum ut [a] dividerent se sicut et viris? Ad quod dicendum quod mulier subiecta est viro ratione conditionis. Licet enim data esset in adiutorium viri, sicut dictum est Gen. 2, 18, nihilominus formata fuit de latere ipsius viri [3]. Ratione etiam poenalitatis, sicut dicitur Gen. 3, 16: *Sub viri potestate eris, et ipse dominabitur tui;* istud dictum est ei [b] post peccatum quasi in cumulum poenae. Ista duplex subiectionis ratio duravit in lege naturae, post statum scilicet primum, et etiam duravit dum fuit lex severitatis et rigoris, scilicet tempore legis Moysi. Et ideo in [c] tempore isto, cum non ad paria iudicarentur vir et mulier, quando scilicet mos erat habere plures nec erat praeceptum in contrarium et etiam sic poterat dictare ratio, potuit vir habere plures uxores [4]. Sed quando venit lex superior, lex libertatis, lex spiritus et gratiae [5], quae scilicet praeeminet tam legi naturae quam legi Moysi, ad paria iudicantur in illo actu vir et mulier. Et ideo dicitur I ad Cor. 7, 4: *Mulier potestatem sui corporis non habet, sed vir,* et e converso. Praeterea, plures possunt [d] ab uno gravidari, non autem una a pluribus. Unde Augustinus, *De bono coniugali* [6]: « Occulta lege naturae amant singularitatem qui principantur, subiecta vero non solum singula singulis, sed si ratio socialis aut [e] naturalis admittit [f], et plures uni [g] non sine decore subduntur: neque enim sic habet unus servus plures dominos, quo modo unus dominus plures servos. Nec est contra naturam nuptiarum; plures enim feminae ab uno foetari possunt, una vero a pluribus non potest: haec est vis [h] principiorum ».

4. Ad illud quod obicitur de matrona, dicendum est quod non parificatur illa matronae in quantum est matrona, sed quantum ad alias [i] conditiones, scilicet in istis: quia servat fidem et vult procreare. Ipsa vero matrona quandoque vult coire cum marito, non propter huiusmodi rationes vel conditiones, sed causa incontinentiae et huiusmodi, et in hoc ipsa matrona a bonitate matronae degenerat. Unde non praeponitur ei simpliciter, sed in quantum matrona a rectitudine matronae aliquantulum degenerat. Unde Augustinus [7] sic dicit: « Si aliquis aliquam sibi associat [k] ad tempus, et illa fidem servat viro et spe prolis habendae vult se cognosci tantum, talis multis matronis anteponenda est ». Et, sicut [l] dicit, anteponitur matronae debitum petenti gratia libidinis explendae quoad hoc.

617 ARTICULUS IV.

Utrum coire cum sua sit peccatum [8].

Adhuc etiam quaeritur utrum coire [m] cum sua sit peccatum.

I. Et videtur quod sic, 1. quia istud coire procedit a virtute generativa in quantum corrupta est per libidinem; ergo, sicut virtus generativa transmittit propagationem, ita libido, quae inseparabiliter [n] adhaeret ipsi propagationi, transmittet [o] aliquid. — Si dicatur quod poena est illa libido, et non culpa – contra, videtur quod sit culpabilis, quia, nisi esset talis, non transmitteret originale, et ipsa libido est in potentia corrupta et sequitur in actu; relinquitur ergo quod ipsa libido sit culpabilis in [p] ipso coitu, etiam cum uxore.

2. Item, libido est in potentia generativa corrupta et est causa peccati, sicut dictum est [9]; sed magis nata est facere peccatum in [q] persona gignentis cuius est et ei inseparabiliter adhaeret quam in persona geniti; ergo, si facit in ipso genito relinqui peccatum, cum per huiusmodi transfundatur [r] originale, quod « non facit propagatio, sed libido », sicut dicit Augustinus [10], ergo multo fortius faciet [s] peccatum esse in generante. Relinquitur ergo quod ipsum coire cum sua non possit esse sine peccato.

---

[a] V add. *non.* [b] B om. [c] Ita V, alii *vir.* [d] R *possent.* [e] V *a natura.* [f] F *admittat.* [g] BR *viri.* [h] V *hoc est ius* pro *h. e. v.* [i] Ita V, alii *est ad aliquas* pro *a. a.* [k] Ita V, alii add. *et.* [l] V add. *ipse.* [m] V om. [n] Z *inseparabilis;* T om. *ipsi.* [o] B *transmittit.* [p] R om. [q] FZ om. [r] RLZ *transfundantur,* quod F corr. [s] V *facit.*

1 Gratian., *Glossa* in C. 32, q. 4, c. 2 (I, 1127).

2 *De bono coniug.*, c. 25 (PL 40, 395) et *Contra Faust.*, loc. cit.

3 Cf. Gen. 2, 21 sqq.

4 Cf. Augustin., loc. cit.

5 Cf. Rom. 8, 2 et 6, 14 sq.; Lombard., IV *Sent.*, d. 33, c. 4 (p. 952).

6 Cap. 17, n. 20 (PL 40, 387).

7 Loc. cit., c. 5 (PL 40, 376 sq.).

8 Cf. supra, num. 240; S. Bonav., IV *Sent.*, d. 31, a. 2 (IV, 721 sqq.). Hugutio v. g. dicit « quod vir nunquam potest cognoscere uxorem sine peccato »; cf. *Glossa* in Gratiani *Decretum*, d. 13, c. 11 (ed. Romae 1582, col. 66, litt. *l*).

9 Cf. supra, num. 239.

10 Verbotenus in *De fide ad Petrum*, c. 2, n. 16 (PL 40, 758); cf. *De nupt. et concupisc.*, I, c. 24 (PL 44, 429).

3. Item, dicitur in Psalmo [1]: *Eduxit eos cum argento et auro.* Super hoc dicit Glossa [2] quod illis [a], qui fecerunt ex obedientia et ex [b] caritate, ipse actus fuit in praecepto et modus sive qualitas facti, sed illis, qui fecerunt ex cupiditate, actus fuit in praecepto et modus sive qualitas in permissione. Similiter videtur esse ex parte ista quod ipse actus 'coire' sit [c] in praecepto, sicut dicitur Osee 1, 2: *Sume tibi uxorem fornicationum;* sed libido adiuncta illi actui in statu naturae corruptae videtur esse in permissione: non enim praeceptum fuit quod ex libidine faceret vel ex fomite; ergo illud quod procedit ex fomite [d], quidquid sit, non fuit ex praecepto; ergo coire cum sua est peccatum, cum non possit esse sine libidine, quae [e] culpabilis est, sicut dictum est [3].

4. Item, ad Hebr. ultimo, 4, dicitur in quadam Glossa [4]: « Duplex est poena secuta ipsum [f] originale peccatum: poena mortis, quae reddit ipsum sustinentem gloriosum, sed alia, scilicet libido, quae secuta est in posteris propter peccatum primi hominis, reddit ipsum thorum [g] ingloriosum ». Et istud non est, ut videtur, nisi ratione peccati; ergo ipse coitus cum sua non potest esse sine peccato.

Contra. *a.* Omnis motus ordinatus ordine gratiae est meritorius; sed in statu naturae corruptae lex [h] membrorum repugnat legi mentis [5]; sed iste motus contrarius in ipsis coniugibus servantibus bona coniugii est ordinatus, et istud est per gratiam; relinquitur ergo quod coitus cum sua sit meritorius.

b. Item, Augustinus [6]: « Quemadmodum de peccato factum est supplicium, ita e contrario de supplicio factum est meritum ». Ergo ipse coitus cum sua non solum non est peccatum, sed etiam meritorius; sed non esset meritorius, si ibi etiam [i] esset veniale quoad hoc; ergo coire cum sua nullo modo est peccatum.

c. Item, matrimonium post lapsum datum est in remedium; sed bonus medicus, qui habet posse, per medicinam non restituit [k] aliquod nisi restituat ad sanitatem integram; sed ipse Dominus Iesus Christus potens erat et restituit huiusmodi motum inordinatum per medicinam sacramenti matrimonii; ergo coire cum sua nullatenus est peccatum.

[Solutio]: Ad quod [l] dicendum quod, secundum quod dicitur I Cor. 6, 16, super illud: *Erunt duo in carne una,* Glossa [7]: « Id est [m] in carnali opere, quod inter coniuges potest fieri sine peccato ». Sed posset bene esse in ipso coniugali opere peccatum secundum illud [8]: « Ardentior amator uxoris suae adulter est, si propter se [n] quaereretur delectatio in uxore ». Unde Augustinus [9]: « Quaedam bona data sunt nobis, quae propter se sunt appetenda, ut sapientia, salus, amicitia; quaedam vero propter aliud, ut doctrina, cibus et coniugium. Quicumque iis [o], quae propter aliud instituta sunt, non ad hoc utitur ad quod instituta sunt, alias peccat venialiter, alias criminaliter. Qui vero iis utitur ad id ad [p] quod sunt, bene facit, scilicet qui utitur ad bona coniugii et servat fidem et intendit procreare prolem ad cultum Dei, quia utitur ipso coniugio ad hoc ad quod institutum est ».

[Ad obiecta]: 1. Ad illud autem quod obicitur quod 'a potentia corrupta' etc.: dicendum quod a potentia potest exire actus ita quod concupiscentia non habeat dominium; unde voluntas conformis naturae [q] potest procedere in actum suum sine peccato. — Et si obiciatur adhuc [r], quod 'est culpabilis, cum traducatur peccatum in genito', dicendum quod culpabilis sive vitiosa dicitur, id est causa vel dispositio per quam potest produci peccatum in persona genita: unde vitiosa dicitur per causam, non per formam. Formaliter enim diceretur culpabilis, si semper redderet potentiam, in qua esset, culpabilem in suo actu; sed sicut traducitur ipsa caro, ita etiam ipsa libido est [s] causa traducendi originale [t], quia potentia generativa est cuiusdam personae singularis et ipsius naturae, ratione cuius fit decisio [10]. Libido enim est universalis poena et data est ut sit universalis corruptio et ut consequeretur quaedam deformitas in persona genita per concupiscentiam seminalem.

2. Ad illud quod obicitur quod 'plus debuit [u] corrumpi persona generans quam genita': dicendum quod non fuit libido ad hoc ut in persona generante esset culpa, sed fuit ut transfunderetur per huiusmodi libidinem adiunctam [v] propagationi peccatum originale in persona genita. Peccatum enim actuale non venit in personam [x] nisi a persona, originale vero venit ab ipsa natura corrupta

---

[a] F *illi.* [b] VB om. [c] V om. [d] T om. *ergo... fomite* [e] R *quia.* [f] B om. [g] V *coitum.* [h] B om. [i] BT om [k] B om. *n. r.* [l] R *secundum.* [m] L om. *i. e.* [n] VR *hoc;* R *sequeretur* pro *s. q.* [o] FL *habens.* [p] Ita V, alii om. *i. a.* [q] V *nec.* [r] VRZ *ad hoc.* [s] FL om. [t] Z *corporale.* [u] V *potuit.* [v] Z *ad vindictam.* [x] Ita R, alii *persona.*

1 Psalm. 104, 36.
2 Lombardi, in h. l. (PL 191, 955), ex Augustino, in h. l. (PL 37, 1400).
3 Cf. supra, n. 1.
4 In impressis non invenimus.
5 Cf. Rom. 7, 23.
6 *De Gen. ad litt.,* IX, c. 10, n. 18 (PL 34, 400).
7 Lombardi, in h. l. (PL 191, 1582).
8 Augustin., *Contra Iulian. Pelag.,* II, c. 7, n. 20 (PL 44, 687); cf. supra, p. 255, nota 8.
9 *De bono coniug.,* c. 9 (PL 40, 380).
10 Cf. supra, num. 239, in *Solutione.*

in ipsam personam. Et ideo libido, quae respicit ipsam universalem corruptionem, est causa traducendi peccatum originale in personam genitam [a], non autem causa alicuius actualis necessario [b] in persona generante.

3. Ad illud 'utrum esset in praecepto', dicendum [c] quod aliqua est convenientia; in quantum enim ibi [d] est culpabilitas, in permissione est, non ut in gignente fiat peccatum, sed in genito.

4. Ad aliud dicendum quod verum est quod reddit ingloriosum [e], quia attestatur ignominiae [f] peccati primi parentis, qui erat origo. Sed tamen notandum quod dupliciter dicitur thorus honorabilis: ratione naturae primitus institutae et ratione matrimonii; sed ingloriosus dicitur huiusmodi lectus ratione fomitis.

II. Sed probatur adhuc quod coire cum sua sit peccatum, quia [g] duplex est visio: quaedam practica, quaedam speculativa. Prima est [h] cum gratia gratum faciente, secunda potest esse sine gratia tali; sed gratia spiritus prophetiae [i], quae est gratia gratis data, non potest esse in illo actu [1], multo fortius nec caritas, ubi est gratia gratum faciens; et sic relinquitur quod sit peccatum.

[Solutio]: Ad quod [k] dicendum quod spiritus prophetiae datur homini facto in ratione spiritus, sed ille actus est hominis in quantum totus efficitur caro [l], sicut dicitur I Cor. 6, 16 [2]. Si ergo isti actus directe opponuntur, patet quod ipse spiritus prophetiae non potest esse in actu cum actu illo. Non tamen propter hoc sequitur quod caritas, in quantum est actus vel habitus, cum sit hominis [m] spiritualis, non possit esse in actu illo sive cum illo [n]. Ipse enim actus prophetiae est ipse contuitus in speculum aeternitatis [3]. Unde patet quod istud non potest se compati cum actu illo, quamvis caritas possit esse cum illo, sicut patet in coitu coniugali: non enim sic [o] directe caritas est ad huiusmodi contuitum. Unde quoad hoc est maior oppositio actus illius cum spiritu [p] prophetiae quam cum ipsa caritate.

618

CAPUT III.

UTRUM OMNIS LUXURIA SIT PECCATUM MORTALE [4].

Tertio quaeritur utrum omnis luxuria sit peccatum mortale.

Et videtur quod sic, *a.* per hoc quod dicitur ad Hebr. ultimo, 4: *Fornicatores et adulteros iudicabit Deus,* Glossa [5]: « Id est condemnabit ». Sed fornicatio primus gradus est in actu luxuriae; si ergo ille mortalis est, quia non condemnatur aliquis nisi pro mortali, relinquitur quod secundum omnem actum sequentem sit mortale multo fortius.

b. Item, dicitur I Cor. 6, 9: *Neque fornicarii regnum Dei possidebunt.* Sed non aufertur regnum caeleste nisi propter mortale peccatum; ergo etc.

c. Item, ad Ephes. 5, 5: *Fornicator aut* [q] *immundus non habet partem in regno Christi.* Quare redit idem quod prius, scilicet quod luxuria sit mortalis universaliter.

d. Item, super illud Prov. 6, 26: *Pretium scorti,* super quod Glossa [6]: « Brevis [r] delectatio fornicationis, sed perpetua poena fornicatoris ». Sed poena perpetua non debetur nisi pro [s] mortali; ergo etc.

e. Item, Hieronymus [7]: « Luxuria inimica est Deo, inimica virtutibus, perdit omnem substantiam patris [8] ». Sed veniale bene secum compatitur [t] virtutes; quare videtur quod luxuria universaliter sit mortalis.

f. Item, Chrysostomus: « Omni fornicatori impossibile est introire in regnum caelorum [9] ». Sed nihil claudit regnum caelorum nisi mortale peccatum [u]; ergo etc.

Ad oppositum sic arguitur: 1. Dicit Isidorus [10]: « Si plus oblectat mentem ipsa delectatio fornicationis quam amor castitatis, adhuc in homine peccatum regnat [11] ». Ergo utrumque potest ibi esse simul, cum fiat comparatio, et amor castitatis, quae virtus est, et delectatio fornicationis; sed mortale peccatum [v] non potest simul esse cum virtute; videtur ergo quod delectatio fornicationis possit esse venialis.

---

[a] Ita V, alii *persona genita* pro *p. g.* [b] R *necessaria.* [c] R om. [d] VR om., in Z est add. mg. [e] V *ingloriosam.* [f] VRZ *in nomine;* T om. *peccati.* [g] TR *quod.* [h] T om. [i] R *prohibet,* quod Z corr. [k] BT *hoc.* [l] Z om., in L est add. mg.; V om. *totus.* [m] B om. *c. s. h.* [n] L om. *s. c. i.* [o] R *absit* pro *e. s.* [p] V om. *c. s.* [q] V *autem aut,* R *autem,* quod Z corr. [r] V add. *forum.* [s] Ita BT, alii *per se nisi* pro *n. p.* [t] Ita B, alii *patitur.* [u] Ita BT, alii om. [v] Ita VRZ, alii om.

1 Cf. Origen., *In Num.,* hom. 6, n. 3 (PG 12, 610); ap. Gratian., *Decretum,* C. 32, q. 2, c. 4 (I, 1120).
2 Cf. Lombard., in h. l. (PL 191, 1583sq.).
3 Cf. Guil. Altissiod., *Summa,* II, tr. 6, c. 1 (fol. 53d).
4 Cf. Guil. Altissiod., *Summa,* III, tr. 7, c. 4, q. 3 (fol. 174a).
5 *Interlin.,* in h. l., ap. Lyran.
6 *Ordin.,* in h. l., ap. Lyran.
7 Nec Hieronymi nec Chrysostomi locum invenimus.
8 Cf. Luc. 15, 12sq.
9 Cf. I Cor. 6, 9; Ephes. 5, 5.
10 *Sentent.,* II, c. 39, n. 17 (PL 83, 642).
11 Cf. Rom. 6, 12.

2. Item, quaerit Chrysostomus [1], super illud Matth. 5[a], 28: *Qui viderit* etc.: « Si ego video et concupisco, nihil autem adipiscar perniciosum », et vocat perniciosum mortale peccatum. Relinquitur ergo quod huiusmodi concupiscentia, quae est in luxuria, possit esse venialis.

3. Item, Deuter. 23, 17, super illud: *Non erit meretrix de filiabus Israel,* Glossa [2]: « Ad eas prohibet accedere, quarum est venialis turpitudo ». Sed accedere ad tales est fornicari; ergo fornicatio potest esse venialis.

4. Item, quod est morale et non prohibetur in Decalogo Veteris Testamenti, videtur esse veniale; sed fornicatio non prohibetur in Decalogo toto; relinquitur ergo quod sit venialis ipsa fornicatio. Unde super illud Exodi 20, 14: *Non moechaberis,* dicit Glossa [3]: « Nomine moechiae solet adulterium intelligi ». Ergo videtur quod solum adulterium ibi prohibeatur.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod [b], secundum quod nos loquimur de [c] delectatione quae est per consensum rationis, sicut dictum fuit supra [4], hoc modo, sive sit in motu fornicationis sive in alio motu sequente, semper est mortale peccatum ipsa luxuria. Et si inveniatur quandoque quod sit venialis, intelligitur in ipsis coniugibus coeuntibus [d] propter suam incontinentiam, sicut dicit Augustinus, in libro *De bono coniugali* [5], et habitum est supra in ista Quaestione [6], quod potest esse in eis huiusmodi motus venialis et etiam ita impetuosus potest esse quod potest esse criminalis. Unde concedendae sunt omnes auctoritates illae probantes quod fornicatio universaliter [e] est mortale peccatum.

[Ad obiecta]: 1. Ad id vero quod [f] obicitur in contrarium de Isidoro, dicendum quod, quando est consensus rationis vel non est [g] prohibitio rationis opportuno tempore progredientis in actum, tunc non potest esse amor castitatis a castitate virtute procedens, et tunc regnat peccatum et dominatur concupiscentia, nec potest esse amor castitatis quae virtus est. — Vel alio modo potest accipi, ut intelligamus delectationem quae procedit ex fomite, quae non pervenit ad consensum rationis nec etiam procedit tantum quod debeat prohiberi a ratione; talis delectatio potest esse bene cum amore castitatis virtutis, et de tali intelligit Isidorus, non de prima; et tunc non regnat peccatum in homine, sed potius [h] regnat et dominatur amor castitatis. Unde Augustinus [7]: « Si plus delectat pulcritudo intimae castitatis quam turpitudo ipsius fornicationis, non regnat peccatum, sed pulcritudo iustitiae ».

2. Ad illud Chrysostomi: « Si cupiero » etc., dicendum quod illa delectatio quae est in [i] inferiori parte rationis, quae per mulierem intelligitur [8], et non attingitur a superiori parte rationis per consensum in illam delectationem nec etiam in tantum procedit [k] in inferiori quod debeat vir [l], id est superior pars, cohibuisse, de hac concupiscentia loquitur Chrysostomus, cum dicit: « Nihil adipisci perniciosum ». Sed si tanta sit concupiscentia « ut, si facultas sit [m], peragatur », sicut dictum fuit supra [9], tunc vir etiam, id est [n] superior pars rationis, cibum vetitum comedit et mortale peccatum est.

3. Ad aliud quod obicitur de Glossa Deuter. 23, 17, dicendum quod non debet ibi esse 'venialis', sed potius 'venalis [o] turpitudo'; unde falsa est illa littera, quae dicit 'venialis'. Vel dicitur veniale in Lege, quod non punitur per Legem poena [p] mortis.

4. Ad illud quod obicitur quod 'non videtur esse prohibitum', dicendum, secundum Augustinum [10], qui ponit litteram Septuaginta [11], quod ubi nos habemus: *Non moechaberis,* Exod. 20[q], 14, ipsi habent: *Non fornicaberis,* et tunc fornicatio generaliter accipitur ad omnem illicitum coitum, sicut dicit Glossa [12] super illud I Cor. 7, 2: *Unusquisque suam habeat propter fornicationem* [r]: « Fornicatio est omnis concubitus praeter [s] legitimum concubitum ». Unde secundum hanc litteram Septuaginta, quae ponit [t]: *Non fornicaberis,* cum dicitur quod non prohibetur in Veteri Testamento, respondendum esset [u] per interemptionem. Vel, si volumus respondere secundum litteram nostram, quae dicit: *Non*

---

[a] V *Ioan. 3* pro *M. 5*; R om. *qui.* [b] B om. [c] V om. [d] V om. [e] T om. [f] Ita V, alii *quod vero* pro *A. i. v. q.* [g] Z om. [h] VFLZ (mg.) add. *et.* [i] T om. [k] Ita Z, alii *procedat.* [l] B om. [m] B om. [n] Ita V, alii om. *i. e.* [o] Ita FLZ (correcti) R, alii *venialis.* [p] RZ *penam,* quod FL corr. [q] V add. *pro eo.* [r] L add. interl. *sed.* [s] T *propter.* [t] R *ponitur;* L (corr.) *ideo* pro *non.* [u] Ita BT, V *respondemus tunc,* R *responsio erit,* FLZ *responsio esset* pro *r. e.*

1 *In Matth.*, hom. 17, n. 2 (PG 57, 256).

2 *Ordin.*, in h. l., ap. Lyran., ex Augustino, *In Heptat.*, V, q. 37 (PL 34, 763); Gratian., *Decretum,* C. 32, q. 4, c. 11 (I, 1130).

3 *Ordin.*, in h. l., ap. Lyran., ex Isidoro, in h. l. (PL 83, 302 sq.); ap. Gratian., loc. cit.

4 Cf. supra, num. 613. 5 Cap. 6, n. 6 (PL 40, 377).

6 Cf. supra, p. 597, in *Solutione.*

7 *In Epist. ad Gal.*, n. 49 (PL 35, 2141); Isidor., *Sentent.*, II, c. 39, n. 17 (PL 83, 642).

8 Cf. supra, num. 191.

9 Cf. supra, num. 613 et 191.

10 Potius *Glossa ordin., In Exod. 20,* 14, ap. Lyran., ex Augustino, *In Heptat.*, II, q. 71 (PL 34, 622).

11 Augustinus et Septuaginta habent *'non moechaberis'*, sed lectio *'non fornicaberis'* (οὐ πορνεύσεις) invenitur in *Constit. Apostol.*, VII, c. 2 (inter opp. Clementis Romani, PG 1, 999).

12 Lombardi, *In Col. 3,* 5 (PL 192, 280), ex Augustino, *In Heptat.*, II, q. 71 (PL 34, 622).

moechaberis, dicendum [a], secundum Isidorum, Exod. 20, 14, in Glossa [1], quod generaliter intelligitur prohiberi « omnis illicitus concubitus »; unde ipse dicit [2]: « Ne [b] quisquam praeter matrimonium aliis feminis admisceatur ad explendam [c] libidinem ». Et sequitur [3]: « Nomine moechiae omnis coitus [d] prohibetur, excepto foedere matrimonii ». — Unde ad id [e] quod obicit 'quod non prohibetur in Decalogo et est morale, veniale est': dicendum quod verum est quod non prohibetur explicite, sed implicite. Unde, quamvis fornicatio explicite secundum nostram litteram non prohibeatur, tamen implicite, sicut dictum est [4], prohibetur, et ideo non sequitur quin possit esse mortale.

619 CAPUT IV.

QUARE FORNICATIO DICATUR ESSE PECCATUM IN CORPUS.

Quarto quaeritur quare fornicatio dicitur esse *peccatum in corpus* [5].

1. Sicut dicit Gregorius [6], quaedam sunt peccata spiritualia, sicut quinque peccata capitalia, quaedam carnalia, sicut gula et [f] luxuria. Si ergo ideo luxuria dicitur *peccatum in corpus* quia carnale, eadem ratione [g] gula debet dici peccatum in corpus; ergo, si nec hoc, nec illud.

2. Item, si ideo [h] dicitur *peccatum in corpus,* quia corpus contaminat, sicut videtur per Glossam [7] ibidem, quae dicit: « Fornicatio non tantummodo animam [i], sed et corpus contaminat »; et alia Glossa [8]: « Non sine desiderio carnis anima, quae habet proprium motum, concupiscit carnaliter [k] ». Sed huiusmodi ratio duplex videtur esse in peccato gulae: contaminat [l] enim et concupiscit anima, quae habet motum proprium, per desiderium carnis corporaliter; ergo videtur esse *peccatum in corpus* sicut luxuria. Si vero ideo [m] dicitur *peccatum in corpus* quia per corpus exercetur, eodem modo homicidium debet dici *peccatum in corpus,* quia exercetur per corpus, quod manifestum est.

3. Item, super illud I Cor. 6, 16: *An nescitis* etc., dicit Glossa [9]: « Fornicatio ambos unum facit, ut quo modo in natura, sic in macula sint [n] unum ». Sed unum dicuntur esse in natura, quia fit naturarum commixtio in illo actu; ergo, si eodem modo « sunt unum in macula », sicut dicit Glossa, videtur quod in macula eorum sit commixtio quaedam; sed istud non videtur verum, quia alia est imago in viro [o] et alia in muliere, et alius est ibi [p] actus et alius; ergo, si macula [q] est deformatio imaginis, videtur quod sint separatae maculae fornicatricis et fornicantis.

[Solutio]: Ad istud videtur respondere Glossa [10], dicens: « Extra vinculum concupiscentiae carnalis sunt cetera peccata, etsi per corpus generantur [r], hic autem [anima] [s] est sub carne, immo quasi facta est caro, ut simul possit dici totus homo caro ».

[Ad obiecta]: 1-3. Ad id ergo quod [t] obicitur quod [u] 'utrobique est delectatio carnalis, in gula scilicet et luxuria, communis': dicendum quod delectatio carnalis, secundum quod communicat anima carni, et corpus contaminat et agitur etiam per corpus: unde communis est gulae et luxuriae; sed istud est speciale in luxuria quod totaliter ratio in actu isto absorbetur, quia vis libidinis facit quamdam agglutinationem ipsius animae cum carne; unde Glossa [11] dicit ibidem: « In solo opere fornicationis commisceri animum [v] facit vis libidinis cum ipsa carne, et unum cum [x] ipso fieri cui agglutinatur »; ista enim vis plus est corrupta quam ceterae, sicut dictum est [12]. Praeterea, ipsa vis generativa est vis infima inter omnes vires in anima: unde prima in ascendendo; quare in infimo est vis generativa, secunda nutritiva, tertia motiva sensibilis interior et exterior. Unde quando ratio, quae supremum est in via illa, descendit ut [y] uniatur cum corpore, tunc dicitur ei agglutinari [z], quia inclinatur in maximam subiectionem; unde, si uniretur

---

[a] F add. *quod.* [b] BTFL *nec.* [c] V *implendam.* [d] R om. [e] Ita V, alii om. *a. i.*; T om. *a. i. q. o.* [f] B om. [g] V add. *id est.* [h] BT *non,* quod V corr. [i] B *animatur.* [k] Ita VR, alii *corporaliter.* [l] B *contaminatur.* [m] V om., BT *non.* [n] T *sit.* [o] V *Deo non.* [p] R *alibi.* [q] V *alia.* [r] V *contaminantur;* VF (corr.) *hec* pro *hic.* [s] Ita cod. Assis. 138, codd. nostri om. [t] Ita V, alii *quod ergo* pro *A. i. e. q.* [u] T *de.* [v] V *animam.* [x] Z *ex.* [y] T om. [z] V *agglutinata.*

1 *Ordin.,* in h. l., ap. Lyran., ex Isidoro, in h. l. (PL 83, 302 sq.).

2 *In Exod.,* c. 29, n. 11 (PL 83, 302 sq.).

3 *Ordin.* et *Interlin.,* in h. l., ap. Lyran., ex Augustino, *In Heptat.,* II, q. 71 (PL 34, 622).

4 Cf. supra, p. 599b, *ad 4.*

5 Cf. I Cor. 6, 18.

6 *Moral.,* XXXI, c. 45, n. 88 sq. (PL 76, 621 sq.).

7 Lombardi, *In I Cor. 6,* 18 (PL 191, 1583), ex Ambrosiastro, in h. l. (PL 17, 214); ap. Ivon., *Decretum,* p. 8, c. 308 (PL 161, 651).

8 Lombardi, loc. cit.

9 Lombardi, in h. l. (PL 191, 1582), ex Ambrosiastro, loc. cit., ap. Ivon., loc. cit.

10 Lombardi, *In I Cor. 6,* 16 (PL 191, 1583 sq.), ex Augustino, *Sermo* 162, n. 2 (PL 38, 887).

11 Lombardi, loc. cit., ex Augustino, loc. cit.

12 Cf. supra, num. 239.

sensibili interiori vel exteriori, non esset tanta rationis inclinatio nec subiectio tanta; unde Glossa[1] dicit ibidem, I Cor 6, 18: « Libidinis ardore, quo nullus maior est, voluptas [a] corporis animum tenet servum ». Unde summa rationis est quod ratione vehementis absorbitionis ipsius rationis et subiectionis et agglutinationis, dicitur luxuria *peccatum* esse *in corpus;* haec autem omnia non est reperire in aliis peccatis etiam carnalibus.

CAPUT V. 620

DE CONDITIONIBUS PECCATI LUXURIAE.

Quinto quaeritur de conditionibus huius peccati.

1. Et quaeritur, cum multae sint conditiones istius peccati, scilicet visus et alloquium, contactus et oscula [b], quid est quod solum inter huiusmodi conditiones visus prohibetur, Matth. 5, 28: *Qui viderit mulierem* etc. Nonne plus inflammant colloquia [c] et propinquiora sunt illi facto? Unde Eccli. 9, 11: *Colloquium eius quasi ignis exardescit,* et multum habetur in illo capitulo[2] de ista materia. Quare videtur quod potius deberet prohiberi colloquium quam visus.

2. Item, prohibetur in [d] Evangelio irasci et concupiscere, sicut patet Matth. 5, 22-28, et quaerit Chrysostomus[3] unde est [e] hoc quod, cum prohibetur ira, ponitur '*sine causa*', unde in littera Graecorum est[4]: *Omnis, qui irascitur fratri suo inaniter vel sine causa,* et cum prohibetur visus '*ad concupiscendum*'[5], sine omni conditione ponitur. — Item, ad Rom. 7, 7 sine omni conditione prohiberi dicitur concupiscentia, cum dicitur: *Non concupisces;* prohibetur autem Exod. 20, 14. Unde est ergo quod ira cum conditione prohibetur, ipsa vero concupiscentia luxuriae simpliciter?

3. Item, iste videt inimicum suum et [f] ex hoc movetur ad iram; quare ergo, cum debeat esse omnis perfectio in Evangelio, non prohibetur ipse visus in ira sicut in luxuria?

4. Item, quaedam conditiones determinantur in peccato gulae et luxuriae; unde est hoc quod in peccatis spiritualibus non determinantur [g] similiter conditiones secundum gradus procedendi ad illa [h] peccata?

5. Item, peccatum luxuriae habet conditiones quasi e diverso peccato gulae secundum gradus [i] ordinatas, id est habet conditiones ordinatas, et gula non. Unde hoc est [k]?

6. Item, quaeritur si in omnibus istis conditionibus luxuriae est mortale peccatum. Et videtur quod sic, quia prima [l], scilicet visus, videtur prohiberi Matth. 5, 28; sed nihil prohibetur nisi peccatum mortale; ergo, si visus est mortalis, multo fortius conditiones sequentes.

Respondeo [m]: 1. Ad primum dicendum quod per hoc quod visus prohibetur, qui prima conditio est in luxuria, per consequens datur intelligi illas [n] prohiberi quae maxime ipsi [o] actui appropinquant. Unde Augustinus[6] de huiusmodi malo prohibito visu dicit: « Non dicatis vos habere pudicos animos, si oculos habetis impudicos, quia impudicus oculus impudici cordis [p] est nuntius et, tacente lingua, aspectu mutuo corda nuntiantur impudica ».

2. Ad aliud dicendum [q] quod secus est in motu irae et in motu concupiscentiae, quia actus concupiscentiae propinquissime exit [r] a fomite vel ex stimulo carnis, concupiscentiae, dico, quae est in luxuria. Sed aliter est de ira, quia contingit irasci secundum quod est poenale et contingit illud dirigere, sicut est in ira per zelum, ubi dirigitur ipsa ira per zelum[7]. Istam vero concupiscentiam, quae egreditur a fomite, non contingit dirigere nisi per matrimonium; quare ipsa concupiscentia propter huiusmodi vehementem corruptionem simpliciter prohibetur. Unde Chrysostomus[8]: « Quicumque sibi concupiscentiam colligit, nullo cogente, feram hanc inducit cogitationi ».

3. Ad aliud quod obicitur de 'videre', dicendum quod propter [s] nimiam pronitatem hominis carnalis ad motum concupiscentiae prohibetur primus gradus tamquam dispositio antecedens; sed ex alia [t] parte non est tanta pronitas ad iram, ideo non prohibetur ipsum videre ex cuius aspectu excitatur ira: sensum enim sequitur ipsa delectatio vel tristitia; sed ex alia parte magis

---

[a] B *voluntas.* [b] Z *osculum.* [c] B om. [d] FL om. [e] V om. [f] BT om. [g] R om. *in peccato... determinantur.* [h] V *alia.* BTFL *gradum.* [k] BFL om. [l] Ita V, alii *primum.* [m] Ita V, alii om. [n] V *illa.* [o] R *illi.* [p] R *impudice mentis* pro *i. c.* [q] T add. *est.* [r] V *erit.* [s] L *per.* [t] BT *altera.*

1 Lombardi, in h. l. (PL 191, 1584), ex Augustino, loc. cit. (PL 38, 887); *De civit. Dei,* XIV, c. 16 (PL 41, 424).
2 Eccli. 9, 1-13.
3 *In Matth.,* hom. 17, n. 1 (PG 57, 256).
4 Matth. 5, 22; cf. Hieronym., in h. l. (PL 26, 36).
5 Matth. 5, 28.
6 *Epist.* 201, n. 10 (PL 33, 961), ap. Gratian., *Decretum,* C. 32, q. 5, c. 12 (I, 1135).
7 Cf. supra, num. 553.
8 Loc. cit., n. 2.

trahitur per visum ad concupiscentiam quam ex hac parte ad tristitiam, ratione naturae magis ex[a] hac parte corruptae.

4. Ad aliud dicendum quod anima multum ex fomite vel ex stimulo carnis trahitur; ideo conditiones sunt ex parte ista quae discerni possunt, scilicet in iis duobus peccatis, scilicet gula et luxuria, ab homine carnali et spirituali; ideo in iis duobus peccatis[b], cum sint conditiones apparentes, ad vitandum notantur; in peccatis autem spiritualibus, cum non sint conditiones et gradus manifesti nobis, non notantur.

5. Ad aliud[c] quod obicitur de ordine, dicendum quod videre mulierem contingit dupliciter: vel secundum quod ex pulcro sequitur voluptuosum vel curiosum. Primo modo[d] pertinet ad luxuriam, secundo modo pertinet ad avaritiam sive[e] concupiscentiam oculorum; unde ipse visus ramificatur hoc modo. Visus ergo est prima conditio, secundum quod sequitur voluptuosum, ad ipsum actum luxuriae. Unde ordinantur ipsae conditiones secundum quod ordinantur[f] ad ipsum actum luxuriae vel remote vel magis propinque. Unde visus est rei distantis magis longe, alloquium[g] rei magis propinquae, tactus est coniunctio aliorum membrorum, osculum vero oris est. Unde Prov. 7, 13: *Apprehendens deosculabatur iuvenem.*

6. Ad aliud dicendum quod, si concupiscere sit tale quod, « si facultas sit, peragatur », sic erit mortale luxuriari in visu. Vel potest esse concupiscere citra consensum[h] rationis vel non-prohibitionem tempore opportuno, et tunc non erit mortale. Unde notandum quod Apostolus dicit, ad Ephes. 5, 4: *Turpitudo aut stultiloquium* etc.: « *Turpitudo* in osculis[i] et amplexibus, *stultiloquium,* ut[k] blanda verba et scurrilia[1] ». Unde, Prov. 5, 3: *Favus distillans* etc.; et post sequitur[2]: *Novissima vero eius*[l] *sunt amara quasi absynthium et quasi gladius biceps.*

621

CAPUT VI.

DE QUANTITATE PECCATI LUXURIAE.

Sexto quaeritur de quantitate huius peccati.

Et videtur quod sit maius omni alio peccato, 1. per hoc quod dicitur I Cor. 6, 18, in Glossa[3]: « Ardore[m] libidinis, quo nec ullus[n] maior est, voluptas corporis animum servum tenet ». Sed secundum quantitatem libidinis, ut videtur, determinatur quantitas peccati; quare[o] videtur quod sit maximum peccatum in genere.

2. Item, Isidorus[4]: « Magis per carnis luxuriam humanum genus subditur diabolo quam per aliquod aliud peccatum ». Quare, cum per quodlibet peccatum mortale subiciatur[p] homo diabolo, videtur quod istud sit maximum[q], cum maxima fiat per illud subiectio.

3. Item, ratione tentationis istud ostenditur, quia dicit Augustinus[5]: « Inter[r] omnia christianorum certamina duriora sunt praelia castitatis, ubi quotidiana est pugna, sed rara est victoria ». Ergo, cum nulla sit durior tentatio diaboli quam per luxuriam, videtur ex hoc quod ipsa luxuria in genere sit maximum peccatum.

4. Item, ratione damni ostenditur quod sit maximum, quia[s] dicit Hieronymus[6]: « Nulli periculosius sumunt corpus Christi quam luxuriosi ».

Ex iis auctoritatibus ostenditur quod sit maximum.

Ad oppositum est *a.* quia hoc est peccatum carnale; sed peccata carnalia, sicut vult Gregorius[7], sunt minoris culpae quam spiritualia; ergo etc.

b. Item, ubi est maior pronitas, ibi[t] est maior excusatio peccati; sed inter omnia peccata est maior[u] pronitas in hoc peccato; quare videtur[v] quod inter omnia mortalia sit minimum peccatum.

[Solutio]: 1-4. Ad quod dicendum quod istud peccatum dicitur a Sanctis maius aliis peccatis pluribus de causis. Prima est propter vehementem ardorem libidinis quae est[x] in hoc peccato, secundum quam anima copulatur carni, et hoc modo accipitur illa Glossa I Cor. 6, 18. — Secunda causa est propter generalitatem peccantium, et secundum hoc intelligitur auctoritas Isidori; unde peccatum comparatur sagenae diaboli, Habac. 1, 15-17 et Eccle. 7, 27; unde sicut in sagena magni pisces et parvi capiuntur, ita peccato luxuriae magni et parvi detinentur. — Tertia causa est[y]

---

[a] L *in.* [b] R *tantum.* [c] VR *illud.* [d] T om. [e] B add. *ad.* [f] T om. *ipsae... ordinantur.* [g] T *alioquin,* RZ (corr.) *alloqui.* [h] L *sensum.* [i] V *osculo.* [k] L *in.* [l] Ita BT, alii om. [m] L (corr.) *ardor,* F *ardores,* R *ardere.* [n] V *nullus,* quod Z corr. [o] BT *quod.* [p] R *suspiciatur.* [q] B add. *peccatum.* [r] R *in,* quod Z corr. [s] TR *quod.* [t] BTFL om. [u] Ita V, alii om. [v] B *vult.* [x] R om. [y] B om.

1 Lombard., in h. l. (PL 192, 209).
2 Prov. 5, 4.
3 Lombardi, in h. l. (PL 191, 1584).
4 *Sentent.,* II, c. 39, n. 21 (PL 83, 642).
5 Pseudo-Augustin., *Sermo* 293, n. 2 (PL 39, 2302).
6 Rectius Algerus, *De sacram. corp. et sang. Dominici,* I, c. 22 (PL 180, 806).
7 Cf. *Moral.,* XXXIII, c. 12, n. 25 (PL 76, 688).

ratione foeditatis, quia foedius est inter cetera peccata et maiorem foeditatem reddit in homine; et sic intelligitur Hieronymi auctoritas, quia est foeditas ex parte animae et ex parte corporis in hoc peccato; unde, cum tales accipiunt pretiosissimum corpus Domini nostri [a] Iesu Christi, idem [b] est propter nimiam eorum foeditatem acsi proiceret aliquis illud in lutum [c]. — Quarta causa est propter rationem duplicis tentationis, hostis scilicet et carnis[1]; non sic est in peccatis spiritualibus haec duplex tentatio, et etiam [d], quamvis possit esse in gula haec duplex tentatio, non tamen est ita vehemens. Sic ergo istud peccatum dicitur maximum quadruplici de [e] causa: prima est ratione libidinosi ardoris, secunda ratione [f] generalitatis, tertia ratione foeditatis, quarta ratione [g] duplicis tentationis; quae duplex tentatio vel non est in aliis peccatis sicut in spiritualibus, vel [h], si sit illas [i] reperire in aliquo, sicut in peccato gulae, non est tamen ita vehemens. — Dicitur tamen istud peccatum, etsi excedat alia in istis conditionibus, minus simpliciter in genere et minori poena dignum peccatis spiritualibus; in aliqua tamen specie posset etiam bene excedere peccata spiritualia.

CAPUT VII. 622

DE COMPARATIONE PECCATI LUXURIAE AD SUPERBIAM.

Septimo quaeritur de comparatione huius peccati ad peccatum superbiae, utrum scilicet [k] superbia inducat in peccatum luxuriae aut e converso.

Et videtur quod non, 1. quia peccatum superbiae est de maxime spiritualibus et in quo primo per contemptum recedit spiritus contumax a Deo[2], luxuria vero est [l] de maxime corporalibus, sicut dictum est[3]; ergo, cum maximam habeant disparationem, unum, ut videtur, non inducit in [m] alterum: in primo enim est tentatio ipsius spiritus secundum se, in secundo vero est [n] tentatio ex stimulo carnis vel ex [o] fomite.

Ad oppositum est *a.* quod dicit Isidorus[4]; dicit enim sic: « Sicut per superbiam mentis itur in prostitutionem libidinis, ita per humilitatem mentis salva fit castitas carnis ». Ergo videtur quod sit quaedam pronitas ad luxuriam ex peccato superbiae.

b. Item, « primus parens per superbiam contra Deum tumuit, et statim sensit [p] carnis libidinem et pudenda operuit[5] ». Quare videtur quod peccatum superbiae ordinetur ad hoc peccatum.

[Solutio]: 1. Ad quod dicendum quod Dominus [q] ordinavit in poenam ut ille, qui primo peccavit per superbiam, non tantum haberet poenam spiritualem, sed corporalem in praesenti. Duplex est [r] enim poena: poena [s] scilicet condemnans, quae est in futuro, et est [t] poena corrigens; illa quae est in praesenti, et hac punitur ipse superbus, cum permittitur cadere in peccatum luxuriae, ut sic humilietur. Unde Isidorus[6]: « Deus nonnunquam [u] deicit occultam mentis superbiam per carnis manifestam ruinam », non quod per se ordinet superbia ad hoc peccatum, sed ut per huiusmodi casum superbus confundatur et poeniteat et in sensum suae infirmitatis veniat.

Unde notandum quod duplex est ordo peccati ad peccatum: vel ex dispositione peccati secundum se, unde ordinatur ad alterum, sicut invidia ad superbiam in spiritualibus et luxuria ad gulam in carnalibus, et talis ordo [v] non est inter luxuriam et superbiam, cum sint [x] maxime disparata, sicut obiciebatur. Alius ordo est secundum dispositionem divinam, qua vult reducere peccatorem ad poenitentiam, et per hoc permittit cadere superbum in peccatum luxuriae, ut sic, confusione reducente, ad gloriam confundatur[7] et in sensum suae infirmitatis salubriter veniat et sic humilietur[8].

CAPUT VIII. 623

DE OPPOSITO LUXURIAE.

Octavo quaeritur de opposito huius peccati et in genere boni et in genere mali.

Et quaero sic: Virtus est habitus in medietate [y] consistens, sicut dicit Philosophus[9]; castitas

---

[a] Ita BT, alii om. [b] BT *quod.* [c] Ita V, alii *luto.* [d] V *et* pro *h. d. t. e. e.* [e] L om.; T om. *est.* [f] FRLZ om. [g] V om. *f. q. r.* [h] T *sed.* [i] R *illos,* quod Z corr. [k] V *autem.* [l] VFRZ om. [m] V om. [n] B om. *v. e.* [o] B om. [p] Z *sensum.* [q] T om. [r] B om. [s] BTZ om. [t] V om. [u] T *nunquam.* [v] R add. *si.* [x] T om. [y] FR *immediate* pro *i. m.,* quod L corr.

1 Cf. supra, p. 173sqq. et 175sqq.
2 Cf. Eccli. 10, 14.
3 Cf. supra, num. 620.
4 *Sentent.,* II, c. 39, n. 1 (PL 83, 640).
5 Isidor., loc. cit., n. 2; cf. Gen. 3, 7 et 10.
6 Loc. cit.
7 Cf. Eccli. 4, 25.
8 Cf. Gregor. M., loc. cit., p. 602, nota 7 et *Moral.,* XXVI, c. 17, n. 28 (PL 76, 363).
9 Cf. *Ethica ad Nicom.,* II, c. 9 (II, 23).

ergo, cum sit virtus, respicit medium; et luxuria est unum extremorum, sonans in vitium superfluitatis; quaeritur quid est aliud [a] extremum sonans in diminutionem.

1. Si dicatur esse insensibilitas extremum, secundum Philosophum [1], quaeritur quid sit [b] extremum secundum theologum. Sicut enim luxuria est indifferenter coire cum quacumque, quod sonat in superfluitatem, ita videtur quod debeat esse [c] etiam secundum theologum aliquod extremum secundum diminutionem.

2. Si dicatur quod non-coire est illud extremum, id est [d] abstinere a coitu, sic poneretur in extremo virginitas; sed hoc non est verum, cum virginitas reputetur pro nobiliori bono. Unde Ambrosius [2]: « Virginitas replet paradisum, nuptiae replent mundum ». Ergo illud, cum sit nobilioris conditionis, non determinabitur in genere peccati.

Respondeo [e]: 1-2. Ad primum dicendum quod castitas ponitur medium inter superfluitatem et indigentiam, et ponitur medium quoad indigentiam, sicut dicebatur, insensibilitas, quoad superfluitatem luxuria. Sed apud theologum non semper determinatur virtus in ratione medii, sicut patet et [f] dictum fuit superius [3], quod etiam dare [g] omnia et meritorie poterat quis [h] propter Christum, quod sonaret [i] in vitium apud philosophum: unde trahibile est per huiusmodi finem in implentibus opus consilii; ita ex parte ista potest esse quod [k] ipsum 'continere' sit ultra rationem praecepti et stet in [l] ratione consilii, sicut innuitur in Matth. 19, 11-12; facta distinctione eunuchorum, subinfert Dominus: *Qui potest capere, capiat,* quasi dicat: istud est opus [m] consilii, non praecepti. Sed si vellemus accipere medium et extrema in castitate coniugali, bene possemus [n]: coire cum non-sua indifferenter est extremum unum sonans in superfluitatem; est autem [o] aliud sonans in diminutionem: non solvere cui debet et quando debet et cum aliis circumstantiis debitis, istud est ex parte indigentiae; medium vero est reddere cui debet et quando debet [p] etc. Nec oportet quod virginitas sit extremum, quia sistit ulterius in ratione consilii.

Sed cum fuit datum praeceptum hoc: *Crescite et multiplicamini,* Gen. 1, 22 in statu naturae conditae, et Gen. 9, 1 in statu naturae corruptae, essetne tunc peccatum [q] in virginitate permanere et transgressio praecepti? — Dicendum [4] quod non, sed est [r] elevatio ultra praeceptum; si enim iste contineret, per alium fieret multiplicatio vel posset fieri. Et etiam est elevatio per huiusmodi continentiam ultra eum cui fit praeceptum: praeceptum enim ratione infirmitatis fit, ad minus in statu naturae corruptae. Sed quando facta est multiplicatio, planum est quod [s] continere universaliter non est peccatum [t], sed est excellentissimum et vincens infirmitatem nostram. Unde coniugium in statu naturae corruptae concessum fuit in remedium propter infirmitatem nostram, quod innuit Apostolus, I Cor. 7, 9 dicens: *Melius est nubere quam uri;* unde non dicit statum perfectionis sicut dicit ipsa virginitas.

CAPUT IX.

DE DIFFERENTIIS PECCATI LUXURIAE [5].

Nono quaeritur de differentiis luxuriae, quae assignantur alio modo: fornicatio, adulterium, stuprum, sacrilegium, incestus, peccatum contra naturam; et sunt istae differentiae luxuriae prout sunt in facto.

624

ARTICULUS I.

De numero differentiarum luxuriae.

Est autem fornicatio luxuria, qua solutus solutam naturali usu cognoscit; et intelliguntur [u] solutus et soluta a vinculo coniugii et consanguinitatis et affinitatis, Ordinis, religionis vel voti continentiae; naturalis usus intelligitur ad differentiam illius usus [v] qui est contra naturam.

---

[a] BT *illud,* R *alius.* [b] BT *est;* VF (corr.) *theologiam* pro *theologum.* [c] L om. [d] V *scilicet* pro *i. e.* [e] Ita V, alii om. [f] F om., in L est add. mg.; R om. *p. e.* [g] R *causare.* [h] BTLZ (corr.) *aliquis;* BT *poterit* pro *poterat.* [i] VR *sonat,* quod Z corr. [k] V add. *hoc.* [l] VR om. [m] VR om., in Z est add. mg. [n] L add. mg. *tunc dicere quod.* [o] V *etiam,* T om. [p] BT om. *e. q. d.* [q] R om. [r] V *esset.* [s] BT om. [t] B *sed non est preceptum* pro *n. e. p.;* V *nunc* pro *universaliter.* [u] V *intelligatur,* quod Z corr. [v] Z *visus.*

1 Cf. Aristot., *Ethica ad Nicom.*, II, c. 8 (II, 23).

2 Rectius Hieronym., *Contra Iovinian.*, I, n. 16 (PL 23, 235); ap. Gratian., *Decretum,* C. 32, q. 1, c. 12 (I, 1118).

3 Cf. supra, num. 580.

4 Cf. Alex. Hal., *Summa theol.*, II, num. 498.

5 Cf. Gratian., *Decretum, Glossa* in C. 36, q. 1, c. 2 (I, 1289); Lombard., IV *Sent.*, d. 41, cc. 5-9 (p. 986); Ioan. de Rupella, *Summa de vitiis* (fol. 22d sq.).

Adulterium vero est luxuria, qua coniugalis thorus violatur: unde dicitur adulterium quasi accessus ad thorum alienum. Stuprum est luxuria, qua virginalis incorruptio dissipatur. Sacrilegium, etsi commune [a] sit ad laesionem cuiuslibet rei sacrae, hic tamen accipitur pro laesione personae sacrae, et taliter, scilicet per vitium luxuriae: unde sacrilega luxuria melius dicitur; huiusmodi autem est coitus contra votum continentiae, ut quando aliquis violatur vel in se — ut cum [b] in sacris Ordinibus constitutus vel [c] religiosus peccat cum aliqua soluta — vel in altero, ut cum aliquis peccat cum sanctimoniali vel [d] aliqua cum sacerdote. Incestus est coitus contra consanguinitatem vel affinitatem vel compaternitatem commissus. Peccatum contra naturam est luxuria, qua naturalis usus coeundi maris et feminae pervertitur, et istud ignominiosissimum et maximum [e] peccatum est.

ARTICULUS II. 625

De ratione numeri differentiarum luxuriae.

Harum autem differentiarum rationem numeri inquiramus: nam istae differentiae accipiuntur penes inordinationem, quae accidit in coitu.

Inordinatio ergo aut privat ordinem naturae aut ordinem [f] virtutis. Si [g] ordinem naturae, aut igitur privat ordinem naturae simpliciter, et sic est peccatum contra naturam; aut ordinem naturae post [h] multiplicationem limitatae, et sic est incestus: postquam enim multiplicata est natura hominis, limitanda erat ut nec fratres cum sororibus et sic deinceps, prout [i] castitas hominis naturalis requirebat vel caritas [k] inter homines conservanda. — Si vero privat ordinem virtutis, ut castitatis, istud diversificatur dupliciter, quia aut privat ordinem castitatis quae est voto firmata, et sic est sacrilega luxuria; aut [l] castitatis quae non est voto firmata, quae est triplex: virginalis, coniugalis, vidualis. Si privat ordinem castitatis virginalis, sic est stuprum; si coniugalis, adulterium; si vidualis, fornicatio. Et sic patet numerus differentiarum.

ARTICULUS III. 626

De aliis differentiis luxuriae quas ponit Apostolus.

Suppositis istis differentiis, cum ponantur aliae differentiae, ad Ephes. 5, 3, ubi dicitur: *Fornicatio et omnis immunditia non nominetur in vobis;* ad Col.[1] vero [m] ponantur quatuor: *fornicatio, immunditia* [n], *concupiscentia, libido;* ad Gal. vero 5, 19 ponantur [o] quatuor: *fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria,* potest quaeri qualiter istae differentiae se habeant inter se et ad praedictas differentias.

1. Cum enim dicatur [2] ad Col. 3, 5, super illud: *Fornicatio* etc.: « Fornicatio est omnis concubitus praeter legitimum concubitum », erit ergo fornicatio commune ad omnem differentiam illius [p] peccati.

2. Similiter concupiscentia mala commune videtur esse [q] ad omnem differentiam illius peccati. Dicitur enim in Glossa[3] quod « concupiscentia mala est de aliena uxore vel de aliena re ». Sed hoc est generale; ergo per concupiscentiam non intelligitur specialis differentia.

3. Similiter potest obici de libidine. Libido enim generale est, etiam secundum quod ibi ponitur in Glossa[4]; dicitur enim « ardor per quaslibet turpitudines discurrens ». Sed ita est de ardore luxuriae; restat ergo quod commune est. Potest ergo quaeri qualiter ab aliis distinguatur [r].

4. Eodem modo potest obici, ubi agitur de operibus carnis, ad Gal.[5]: luxuria enim dicitur « quaelibet superfluitas », impudicitia autem « non pudice vivere ». Haec autem communia sunt; non ergo recte ponuntur [s] in divisione.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod aliter ponuntur differentiae primo dictae et aliter illae [t] quae subiunguntur. Differentiae enim primo dictae ipsius luxuriae attenduntur secundum differentias personarum, cum quibus est illicitus

---

[a] F *consequens.* [b] V add. *clericus.* [c] R add. *cum.* [d] VRL *ut.* [e] T om. *e. m.* [f] R om. *n. a. o.* [g] R *non.* [h] VR *per,* quod Z corr. [i] B *ut.* [k] VZ add. *ut.* [l] L *ut,* quod F corr. [m] F add. mg. *3.* [n] R add. *et.* [o] Z *ponuntur.* [p] Z *istius.* [q] T om. [r] VFRL *distinguitur.* [s] R *ponentur.* [t] T om., in B est add. interl.

1 Cap. 3, 5.
2 *Glossa* Lombardi, in h. l. (PL 192, 280), ex Augustino, *In Heptat.*, II, q. 71 (PL 34, 622).
3 Cap. 3, 5.
4 Loc. cit.
5 Cap. 5, 19; *Glossa* Lombardi, in h. l. (PL 192, 159).

concubitus. Unde dicit Gelasius[1]: « Aliud est fornicatio, aliud [a] stuprum, aliud adulterium, aliud incestus, aliud raptus. Fornicatio, licet videatur esse genus cuiuslibet illiciti coitus, tamen specialiter intelligitur in [b] usu viduarum et meretricum et concubinarum; stuprum autem proprie dicitur virginis [c] illicita defloratio, quando, non praecedente coniugali pactione [d], utriusque voluntate [e] virgo corrumpitur; adulterium vero est alieni thori violatio; incestus est consanguinearum [f] vel affinium abusus; raptus admittitur [g], cum puella a domo patris violenter abducitur [h] ».

Aliae vero differentiae huius peccati non sumuntur universaliter secundum differentias personarum. Illae autem duae differentiae, quae ponuntur [i] ad Ephes.[2], attenduntur in hoc quod *fornicatio* attenditur cum soluta et [k] consentiente, *immunditia* vero continet in se omnem aliam differentiam. — Differentiae vero [l], quae ponuntur ad Col.[3], in hoc distinguuntur quod *concupiscentia* vel [m] *fornicatio* attenduntur secundum actum exteriorem illicitum cum differentibus personis, scilicet soluta vel non soluta, manente lege naturae; non manente autem lege naturae [n], dicitur *immunditia* quantum ad actum [o] exteriorem, *libido* vero [p] quantum ad actum interiorem. Vel aliter, ut *immunditia* dicatur contra naturam ratione rei, cum qua est coitus, *libido* vero ratione modi coeundi vel voluntatem libidinosam [q] explendi. — Quatuor vero differentiae, quae ponuntur ad Gal.[4], distinguuntur, ut *fornicatio, immunditia, impudicitia* speciales determinent differentias secundum quasdam differentias [r] personarum, *luxuria* vero omnem illicitum modum praeter illos tres comprehendat [s]; *fornicatio* autem dicitur illicitus concubitus [t], secundum naturam tamen, cum soluta, *impudicitia* vero cum coniugata vel Deo dicata, *immunditia* vero in eo quod est contra naturam vel cum non perducitur ad actum, ut in pollutione extra vas debitum.

[Ad obiecta]: 1. Per hoc possunt solvi quae obiecta sunt. Cum enim dicitur ad Col. [u] quod « *fornicatio* est omnis illicitus concubitus praeter legitimum », non intenditur generaliter de omni specie luxuriae praeter illam quae aliquando fit cum coniugata, sed de illicito concubitu, secundum naturam tamen, ut dividatur ex opposito contra alias tres differentias: « *concupiscentia* enim est [v] cum aliena uxore », secundum quod ibi appropriatur, et ita non accipitur ibi communiter.

2. Et per hoc solvitur illud quod secundo obiciebatur [x]. Licet enim dicatur ibi *concupiscentia* respectu alterius rei, hoc non est quantum ad differentiam huius peccati.

3. Similiter *libido* non dicitur quicumque ardor luxuriae, « sed qui discurrit per turpitudines »; turpitudines autem dicuntur, quando indebito modo per quascumque partes corporis quis luxuriatur, non tamen cum re alia, contra naturam [y]. Et per hoc solvitur illud quod tertio [z] est obiectum.

4. Ad alia vero dicendum [a] quod *luxuria* et *impudicitia* non accipiuntur communiter, sed per appropriationem, sicut supra [b] dictum est in differentiis assignatis[5].

CAPUT X.

DE EFFECTU PECCATI LUXURIAE.

627

ARTICULUS I.

De amissione aureolae [6].

Decimo quaeritur de effectu huius peccati qui est [a] amissio aureolae, et de illo effectu qui est irregularitas [b].

Potest ergo quaeri utrum illa, quae corrupta est in [c] mente et non corrupta in carne, amittat aureolam.

Quod videtur 1. per definitionem virginitatis, quae est [d 7]: « In carne corruptibili incorruptionis perpetuae [e] meditatio ». Sed hic [f] non est meditatio perpetuae incorruptionis; ergo non est [g] hic virginitas; sed ablata virginitate aufertur aureola; ergo ab huiusmodi corrupta [h] aufertur aureola.

---

[a] Ita BT, alii add. *est*. [b] R om. [c] Ita VR, alii *virginum*. [d] VZ *preactione*. [e] V *volente*. [f] R *autem consanguineorum* pro *e. c.* [g] V *committitur*. [h] BT *adducitur*. [i] VR *apponuntur*, quod Z corr.; V om. *a. E.* [k] R om. [l] V om. [m] Ita VRZ, alii *et*. [n] BT add. *et* et om. *non... naturae*. [o] FL om. [p] B om. [q] V *libidinem*. [r] V om. *s. q. d.* [s] VRZ *comprehendit*. [t] V om. [u] V *Gal.* [v] R *et*, quod Z corr. [x] B *obicitur*. [y] V om. *non... naturam*. [z] B om. [a] V add. *est*. [b] TR om.
[a] T om. [b] R *irregularitatis*. [c] Ita B, alii om. [d] Z add. *et*. [e] L add. *ibi*. [f] R *sic*. [g] Ita V, alii om. [h] B *corruptione*.

1 Rectius Gratian., *Glossa* in C. 36, q. 1, c. 2, post textum Gelasii (I, 1289).
2 Cf. Lombard., in h. l. (PL 192, 209).
3 Cf. Lombard., in h. l. (PL 192, 280).
4 Cf. Lombard., in h. l. (PL 192, 159).
5 Cf. hic, in *Solutione*.
6 Cf. Guil. Altissiod., *Summa*, III, tr. 7, c. 4, q. 4 (fol. 178a sq.); S. Bonav., IV *Sent.*, d. 33, a. 2, q. 3 (IV, 755 sqq.).
7 Augustin., *De sancta virgin.*, c. 13, n. 12 (PL 40, 401).

2. Item, aliqua habet corruptionem carnis nec tamen potest [a] cognosci quod sit corrupta; unde Cyprianus [1]: « Virginitas potest corrumpi, ubi non potest inspici ». Numquid ab ipsa tollitur aureola? Quod videtur: cognitio [b] enim divina, cuius est dare aureolam, attingit illam corruptionem, quae ab homine cognosci non potest; cum ergo virginibus debeatur aureola, sic corruptae privabuntur aureola.

3. Item, aliquae sunt corruptae voluntaria pollutione. Numquid tales privantur aureola? Quod videtur, quia ibi est et [c] corruptio mentis et corruptio carnis; cum ergo aureola debeatur incorruptis per voluntatem utroque modo, ab istis privabitur aureola. Similiter quaeritur de illis « quae oppressione barbarica integritatem carnis perdiderunt [2] ».

[Solutio]: 1. Ad quod dicendum quod, si est [d] corruptio mentis et non carnis, non tollitur aureola vel contrahitur irregularitas ad consecrandum, quia per poenitentiam incorruptio mentis ad plenum restituitur, et ita, si finaliter manet incorrupta, habebit aureolam. — Quod autem dicitur virginitas « perpetuae incorruptionis meditatio », referendum est ad finalem incorruptionem ex parte mentis, ex parte vero carnis oportet esse perpetuam integritatem quantum est de voluntate mentis.

2. Ad secundum [e] vero dicendum quod, si aliqua habet corruptionem carnis quae perspici non potest et sciat se [f] hoc modo corruptam ex corruptione mentis, « in humilitate et verecundia [3] » permaneat, et creditur quod aureolam amisit; Ecclesia tamen, quia iudicat secundum ea quae apparent in foro exteriori, non repellit eam a [g] consecratione.

3. Ad tertium vero dicendum quod, si procuretur [h] corruptio carnis proveniens ex corruptione mentis per instrumentum aliquod vel aliquo huiusmodi modo, abstinere debet a consecratione. Si vero per violentiam amisit integritatem carnis [i], non propter hoc amittit aureolam; « non enim potest corrumpi corpus nisi prius [k] fuerit corruptus animus: munda namque a contagione anima, caro non peccat », sicut dicit Isidorus [4]; et B. Lucia [5] dixit: « Si invitam me violaveris, castitas mihi duplicabitur ad coronam ». Si tamen oppressione barbarica aliquae [l] integritatem carnis perdiderunt [m], ad meritum earum cedit [n], si incontaminatis non se comparent [o] virginibus. Unde Leo papa [6]: « Illae famulae, quae oppressione barbarica integritatem pudoris perdiderunt, laudabiles erunt in humilitate et verecundia, si se incontaminatis non audeant comparare virginibus ».

ARTICULUS II. 628

De irregularitate [7].

Deinde quaeritur I. utrum irregularitas contrahatur ex concubitu meretricio.

Quod videtur, *a.* per hoc quod ipse [p] divisit carnem suam cum multis; qui autem cognovit mulierem matrimonialiter, quae divisit carnem suam, efficitur [q] irregularis [8]; ergo talis efficitur irregularis [r].

Contra. 1. Si aliquis divisit carnem suam cognoscendo plures solutas, non ex [s] hoc efficitur irregularis; sed maior est divisio in sua carne quam in carne aliena; ergo ex concubitu cum meretrice una non efficietur irregularis.

II. Praeterea, quaeritur [t] de eo qui viduam cognovit, utrum sit irregularis.

Quod videtur, *a.* per hoc quod dicitur in *Canone* [9]: « Viduam si lector in [u] uxorem duxerit, in lectoratu permaneat ». Ex quo datur intelligi quod irregularis efficitur.

Contra. 1. Talis non divisit carnem suam in plures; ergo non egit contra rationem sacramenti; ergo non ex hoc efficitur irregularis: potest enim et sic *unius uxoris* esse *vir* [10].

[Solutio]. I. Ad quod dicendum quod qui cognoscit matrimonialiter meretricem, ex hoc efficitur irregularis [11]; « meretrix enim [v] dicitur quae

---

[a] L om. [b] BL *cogitatio.* [c] VZ om. [d] VR *sicut* pro *s. e.*, quod Z corr. [e] V om. [f] V add. *esse.* [g] R om. [h] VRZ *procuraretur.* [i] B *mentis.* [k] B om. [l] V *aliqua.* [m] V *perdiderit.* [n] V *redit.* [o] V *comparet.* [p] Ita R, alii *ipsa.* [q] R *effici.* [r] B om. *e. t. e. i.* [s] B *propter*, T *per.* [t] Ita V, alii *requiritur.* [u] B om. [v] T om.

1 *Epist.* 62, c. 3 (PL 4, 368); Gratian., *Decretum*, C. 27, q. 1, c. 4 (I, 1048 sq.).
2 Cf. infra, nota 6.
3 Cf. infra, nota 6.
4 Cf. *Sentent.*, III, c. 5, n. 37 (PL 83, 668); ap. Gratian., *Decretum*, C. 32, q. 5, c. 8 (I, 1134).
5 Cf. Brev. Rom. off. S. Luciae (13 dec.), lect. 6; Gratian., *Glossa* in C. 32, q. 5, c. 1 (I, 1132).
6 Ap. Gratian., *Decretum*, C. 32, q. 5, c. 14 (I, 1136).
7 Cf. Gregor. IX, *Decretales*, I, tit. 26, c. 5 sqq. (II, 147 sq.); cf. Levit. 21, 14.
8 Cf. Gratian., *Decretum*, dist. 34, cc. 8 sqq. (I, 128 sqq.).
9 Gratian., *Decretum*, dist. 34, c. 18 (I, 130).
10 I Tim. 3, 2; Tit. 1, 6.
11 Cf. supra, nota 8.

multorum libidini patet[1]». Et licet ipse non dividat carnem suam in plures, nihilominus efficitur irregularis[a], quia ex parte mulieris quam cognoscit[b] apparet deesse ratio sacramenti, quod exigitur in Ecclesia.

Ad obiectum 1. autem in contrarium dicendum[c] quod non est consimilis ratio ex parte viri: vir enim in hac parte non tenet typum Ecclesiae, sed mulier.

II. Ad secundum dicendum est[d] similiter quod, licet ipse non diviserit[e] carnem suam in plures, nihilominus irregularis efficitur[f], quia coniunctus est cum illa quae divisit carnem suam in plures, secundum quod habetur dist. 50[2]: «Si quis viduam aut[g] derelictam duxerit, non admittatur ad clerum»; et dist. 34[3]: «Curandum est ne quisquam ad sacros Ordines, qui uxorem virginem non duxerit[h], aspiret».

629 CAPUT XI.

DE POENA LUXURIAE.

Undecimo quaeritur de poena huius peccati. Potest enim quaeri utrum idem reatus sit illius qui fornicatus est[i] post susceptionem Legis et ante susceptionem, et de illo qui fornicatus est post Baptismum et ante, et de illa quae habet divitias comparatione illius quae pauper est.

Quod videtur, 1. quia eadem est quantitas essentialis peccati; et eidem quantitati essentiali respondet idem reatus; ergo idem est reatus.

Contra. *a.* Circumstantiae aggravant peccatum[k], aliae vero et aliae sunt hinc inde circumstantiae; ergo et alius reatus et per consequens alia poena.

[Solutio]: Ad quod respondet Chrysostomus[4]: «Fornicatus est aliquis post Legem? Difficilius punietur. Fornicatus est aliquis post[l] adventum Christi? Etsi adhuc catechumenus fuerit, malorum difficiliorem dabit vindictam. Fornicata est aliqua dives existens, altera vero pauper? Rursum et hic[m] est differentia, et hoc manifestum est[n] ex hoc quod antea de David diximus. Fornicatus est aliquis post lavacrum? Hic neque mitigatio hoc peccatum sequitur, secundum quod dicit Apostolus, ad Hebr. 10, 28-29: *Irritam quis faciens legem Moysi sine ulla miseratione sub*[o] *duobus vel tribus testibus*[p] *moritur; quanto magis deteriora meretur supplicia qui Filium Dei conculcaverit et sanguinem Testamenti duxerit pollutum, in quo sanctificatus est?*».

[Ad obiecta]: 1. Ad argumentum[q] respondendum quod est quantitas quae refertur ad genus peccati et est quantitas quae respicit circumstantias. Quantum ad primam[r], quantitas est eadem; quantum ad secundam[s], non est eadem nec idem reatus.

QUAESTIO II.

DE FILIABUS SINGULORUM CAPITALIUM[5].

Dicto de capitalibus peccatis, consequenter dicendum est de filiabus singulorum summarie: de pluribus enim illarum alibi diffusius est expeditum.

CAPUT I.

DE FILIABUS INANIS GLORIAE.

Et primo dicendum est de filiabus inanis gloriae, quae sit ratio numeri[t]; secundo, quae sunt dubitabilia circa numeri rationem.

---

[a] Z *regularis.* [b] V *cognovit.* [c] BTFL add. *est.* [d] L om. *d. e.* [e] Ita TF, alii *divisit.* [f] FL om. [g] R om. [h] FL *duxit;* V om. *non;* B om. *virginem.* [i] BT add. *et.* [k] R om. [l] B om. *legem... post.* [m] V *hec.* [n] FRL om. [o] Ita RZ, alii om. [p] R om. [q] V *argumenta.* [r] Ita BT, alii *primum.* [s] Ita BT, alii *secundum;* B om. *est.* [t] R om. *q. s. r. n.*

1 Hieronym., *Epist.* 64, n. 7 (PL 22, 612); ap. Gratian., *Decretum,* dist. 34, c. 16 (I, 129).
2 Can. 8 (I, 179).
3 Can. 9 (I, 128).
4 *In Matth.,* hom. 76, n. 5 (PG 58, 693).
5 Cf. Isidor., *Etymol.,* X (PL 82, 367sqq.); *Different.,* II et III, c. 40 (PL 83, 69sqq. et 95sqq.); Hugo de S. Vict., *De fruct. carnis et spiritus,* cc. 3-10 (PL 176, 999sqq.).

ARTICULUS I. 630

De ratione numeri filiarum inanis gloriae[1].

Ratio vero numeri[a] sic potest reddi: Cum enim inanis gloria sit amor laudis propriae[b] propter apparentem excellentiam, aut intendit laudari ratione apparentis excellentis potentiae aut probitatis aut sapientiae.

Si ratione apparentis excellentis potestatis inanis gloria quaerit laudem, non vult videri potestatis minoris et vult videri potestatis maioris, et secundum hoc generat duo vitia, scilicet inobedientiam, quae non vult subiacere[c] superiori, ne videatur[d] minoris potestatis, et iactantiam, quae se ostentat potestatis maioris: est enim iactantia non solum in[e] verbis, sed etiam in factis sive[f] potestatis ostentationibus[g].

Si ratione apparentis excellentis probitatis, vult apparere maioris probitatis et non[h] vult apparere minoris probitatis. Si[i] vult inanis gloria apparere probitatis maioris, appetit apparentem probitatem non solum inter bonos, sed etiam inter pravos, et secundum hoc ex se generat duo vitia: hypocrisim, qua simulatione sanctitatis appetit videri probus bonis[k], et incontinentiam, qua ratione conformitatis sui cum malis in malitia *laudetur peccator in desideriis animae suae*[2]. Si vero inanis gloria respiciat [non] videri probitatis minoris, generat ex se pertinaciam, qua[l] etiam male facta[m] defendit ne probitas apparens minoretur.

Si vero inanis gloria per apparentem excellentem sapientiam ad laudem currat, respuit omne[n] minorativum suae sapientiae et attentat omne magnificativum, ideoque ex se generat duo vitia: discordiam, qua[o] dissidet ab aliorum sententiis, ne[p] comparatione eorum minor appareat, et novitatum praesumptionem[q], qua supra vires omnia tentat, ut sapiens appareat.

Patet ergo numerus: si enim partes divisionis sunt convenienter[r] assignatae, non poterunt[s] plures esse filiae inanis gloriae quam septem suppositae.

ARTICULUS II. 631

Dubitabilia circa rationem numeri filiarum inanis gloriae.

Secundo quaeritur vel[a] dubitatur de quibusdam dubitabilibus incidentibus circa rationem numeri istarum filiarum[3].

1. Et primo quaeritur quare irreverentia praelatorum et contumacia non ponuntur filiae inanis gloriae sicut inobedientia[b]: nam eadem est ratio in illis. Idcirco enim[c] vane gloriosus non reveretur praelatum vel obviat contumaciter praelato, ne minoretur apparens potestas ipsius per suppositionem maioris.

2. Item, secundo quaeritur quare ostentatio et[d] arrogantia non ponuntur inter filias sicut iactantia: eadem enim ratio est in illis.

3. Item, quare singularitas et insolentia non annumerantur sicut hypocrisis.

4. Item, quare non ponitur rebellio sicut et[e] pertinacia.

5. Item, quare non ponitur contentio, quae frequentissime, immo semper, fit causa laudis immediate sicut et discordia.

6. Item, cum praesumere novitates contingat in operibus virtutum sicut et in scientia, quare assignatur praesumptio novitatum circa sapientiam.

Respondeo[f]: 1. Ad primum dicendum quod inobedientia sumitur large, secundum quod definita est[g] 'voluntas fugiens minorationem potestatis, nolens subiacere potestatibus superioribus in debitis'[4]. Tria autem[h] debita sunt superioribus: honor, subiectio, impletio mandati. Debitum honorem superioribus aufert[i] irreverentia; debitum subiectionis contumacia, quae obviat superiorum

---

[a] R om. [b] L *glorie.* [c] R *supertacere.* [d] V add. *esse.* [e] Ita VF (interl.), alii om. [f] Ita VF (corr.), alii *sue.* [g] L *ostentationis.* [h] Z exp. [i] RZ *sed.* [k] VBR *bonus.* [l] Z *que.* [m] BT *dicta.* [n] Ita F, alii *esse.* [o] BT *que.* [p] Z add. *in.* [q] Ita V, alii *presumptiones;* VR *novitatem* pro *novitatum,* quod LZ corr. [r] Ita V, alii *sufficienter;* T om. *sunt.* [s] FLZ *potuerunt;* B om. *filiae.*

[a] BTFL om. *q. v.* [b] Ita V, alii *inobedientie.* [c] BT *et.* [d] Z *vel.* [e] R om., L *in.* [f] Ita V, alii om. [g] V *definitur* pro *d. e.* [h] R *enim.* [i] Z *auferre;* R om. *superioribus.*

1 Cf. Ioan. de Rupella, *Summa de vitiis* (fol. 23a), ubi sequentia verbotenus occurrunt, in fine tamen adduntur pauca quae hic desunt. 2 Psalm. 9, 23. 3 Sequentia usque ad finem huius articuli verbotenus, paucis additis, occurrunt ap. Ioan. de Rupella, loc. cit. 4 Cf. Rom. 13, 1.

auctoritati [a]; debitum impletionis mandati aufert inobedientia stricte sumpta, quae non vult exsequi superiorum praecepta prout oportet. Irreverentia ergo et inobedientia et contumacia, prout sic sunt, comprehenduntur sub inobedientia secundum quod est superius assignata [1].

2. Ad secundum [b] dicendum similiter quod iactantia sumitur large pro qualicumque modo ostentationis propriae potestatis, et ita sumpta est in numero filiarum; vel stricte, secundum quod ista tria distinguuntur, ostentatio, arrogantia, iactantia, ut ostentatio in facto, iactantia in verbo, arrogantia in falso, cum scilicet aliquis ostentat [c] se habere quod non habet, et haec tria sub praeposita iactantia comprehenduntur.

3. Ad tertium dicendum quod singularitas et insolentia non sunt specialia peccata, sed status peccati, maxime hypocrisis: hypocrita enim est in principio singularis, in perfectione hypocrisis insolens appetit esse. Est autem singularitas simulatio, qua, communi vita relicta, privata affectantur vel [d] quaeruntur; insolentia vero [e] verborum, factorum, gestuum, habituum praeter communem [f] usum specificatio. In principio ergo hypocrita singularis est, ut per hoc sua apparens bonitas discernatur; in fine insolens, ut [g] ex specificatione singulari singulariter approbetur.

4. Ad quartum dicendum quod rebellio ad pertinaciam reducitur: est enim rebellio repugnans pertinacia correctioni [h] et disciplinae.

5. Ad quintum dicendum quod contentio ad discordiam reducitur, sicut patet ex definitione supra posita [i] [2]. Tamen, si restringamus nomina, distinguemus, ut dicamus contentionem esse contradictionem cum apparenti ratione, discordiam contradictionem [k] sine ratione.

6. Ad sextum dicendum [l] quod praesumptio illa, quae in operibus virtutis accidit, comprehenditur sub hypocrisi. Quisquis [m] enim per speciem virtutis laudari desiderat, non est dubium quin sit hypocrita iudicandus. Recte ergo assignavimus novitatum praesumptionem [n] esse circa scientiam [3].

CAPUT II.

DE FILIABUS INVIDIAE.

Consequenter dicendum est de filiabus invidiae: Et primo, de ratione numeri ipsarum filiarum; secundo, de quibusdam [o] dubitabilibus circa eamdem rationem.

632

ARTICULUS I.

De ratione numeri filiarum invidiae [4].

Numerus autem sic potest sumi, quia omnis invidia aut est in affectu aut in sermone aut in opere. Si in affectu, sic est odium. Si in sermone, aut ergo manifesto, et sic detractio; aut occulto, et sic [p] susurratio. Si in opere, aut ergo respectu prosperitatis [q] proximi, et sic afflictio [r] in prosperis; aut respectu adversitatis proximi, et sic exsultatio in adversis.

633

ARTICULUS II.

Dubitabilia circa rationem numeri filiarum invidiae.

Secundo quaeritur de iis [s] dubitabilibus quae incidunt circa rationem numeri harum filiarum [5].

1. Et primo dubitatur de odio. Nam videtur nasci ex ira: « ira enim inveterata [t] odium » dicitur [6].

---

[a] V *auctoritatibus*. [b] V *aliud*. [c] Ita V, alii *indicat*. [d] BT *et*. [e] VR om., in Z est add. mg. [f] Ita V, alii *omnem*. [g] BT om. [h] VBT *correctionis*. [i] V *supposita* pro *s. p.* [k] Ita V, alii *discordia contradictio* pro *d. c.* [l] RZ add. *est*. [m] BTR *quidquid*, quod Z corr. [n] R *presumptiones*. [o] B om. *s. d. q.* [p] TZ add. *est*. [q] Ita V, alii *prosperitatum*; L om. *et*. [r] V *affectio*. [s] L om. *d. i.* [t] L *veterata*.

1 Cf. supra, num. 630, p. 609a.
2 Cf. supra, num. 630, p. 609b.
3 Cf. supra, num. 630, p. 609b. Hic Ioan. de Rupella, loc. cit. (fol. 23c), plura addit.
4 Cf. Ioan. de Rupella, *Summa de vitiis* (fol. 23d).
5 Sequentia usque in finem huius articuli, paucis additis, verbotenus occurrunt ap. Ioan. de Rupella, loc. cit.
6 Cicero, *Tuscul.*, IV, c. 9.

2. Item, nonne idem est odium proximi et exsultatio in adversis? Exsultatio enim talis est ex odio vel ipsum odium est [a].

3. Item, nonne homicidium fratris natum est ex invidia Cain [1]? Quare ergo non ponitur inter filias invidiae?

4. Item, tristitia de alieno bono est afflictio in prosperis alterius; ergo idem est filia quod mater.

[Solutio]: 1. Ad primum dicendum quod, cum odium sit voluntas affectans malum [b] proximi, hoc contingit dupliciter: nam est malum poenae sive scelus et est malum damni. Malum poenae optamus aliis ut vindicemur; malum damni, ut non tristemur de [c] bonis eorum. Odium ergo affectans malum poenae ad iram pertinet; odium affectans malum damni ad invidiam.

2. Ad secundum dicendum quod odium et exsultatio in adversis differunt. Nam odium est in corde, exsultatio in opere: addit enim procurationem mali super odium. — Dubitabit etiam aliquis iuxta hoc, cum invidia sit tristitia, qualiter de ea possit nasci exsultatio [d]. Et dicendum quod ex tristitia de uno contrario nascitur laetitia de alio; idcirco [e] ex invidia, quae est « tristitia de alieno [f] bono », nascitur laetitia de alieno malo [2], quod peccatum est in multis locis prohibitum, ut Prov. 24, 17: *Cum ceciderit inimicus tuus, ne gaudeas;* et Ezech. 25, 6-7: *Pro eo quod [g] plausisti manu et gavisa es ex toto affectu super terram Israel, ideo extendam ego manum meam super te.*

3. Ad tertium dicendum quod [h], etsi homicidium secutum est ex invidia Cain, istud fuit mediante odio et afflictione in prosperis, idcirco non immediate ex invidia. — Dubitabit etiam [i] iuxta hoc aliquis quare detractio secundum Isidorum [3] posita est filia superbiae. Et dicendum quod [k] Isidorus [4] non ponit invidiam capitale, immo superbiae filiam, ideo detractionem ordinat in eadem specie cum matre. Et potest esse quoniam Isidorus sumit invidiam specialiter, prout est dissensio a bono alterius adversante propriae excellentiae, non generaliter invidiam, quae est dissensio a bono alterius adversante rei amatae secundum aestimationem videntis.

4. Ad quartum dicendum quoniam, sicut patet ex dictis [5], afflictio in prosperis ponit procurationem operis, secundum quod supra accipitur [6].

CAPUT III.

DE FILIABUS IRAE.

ARTICULUS I. 634

De ratione numeri filiarum irae [7].

Consequenter dicendum est de ratione numeri filiarum irae et dubitabilium quae incidunt [l] circa numerum.

Ponuntur autem, secundum Gregorium [8], sex filiae irae: « rixa, tumor mentis, contumelia, clamor, indignatio, blasphemia ».

Ratio autem istius numeri potest sic accipi: illud enim quod gignitur ex ira est illatio vindictae aut dispositio ad illationem. Dispositio autem ad illationem [m] est tumor mentis; est autem tumor mentis [n] voluntas vindicandi disponens se ad vindicandum propter impetum irascibilis. Ipsa vero illatio vindictae aut est in facto, et dicitur rixa: rixa enim est libido vindicandi in iniuriam facti procedens; et hoc patet per hoc quod dicitur [9] ad Gal. 5, 20, ubi dicitur quod « rixae sunt quando ex ira invicem se percutiunt ». In animo ergo dicitur tumor mentis, in facto vero dicitur rixa. Si vero est in verbo, aut est iniuria in Deum vel [o] in sanctos, eo quod non vindicant ipsum vel quia aestimat per ipsos impediri vindictam, et dicitur blasphemia; aut est respectu iniuriantis, et hoc est per exaltationem vocis [p] ut ab aliis cognoscatur, et dicitur clamor, aut per prolationem turpium contra iniuriantem, et dicitur contumelia; si vero est in signo, tunc dicitur indignatio. De istis autem genitis ex ira dicitur [10] ad [q] Ephes. 4, 31: *Ira et indignatio et clamor et blasphemia tollantur a vobis.*

---

[a] FL om. [b] B om. [c] Ita BT, alii om. [d] T *dubitatio.* [e] R *ideo;* T om. *est.* [f] V om. *idcirco... alieno.* [g] T *ex;* codd. *gavisus* pro *gavisa.* [h] Ita VR, alii *quoniam.* [i] T om. [k] BT *quia.* [l] Ita V, alii *accidunt.* [m] V om. *d. a. a. i.*, in L est add. mg.; RZ *enim* pro *autem.* [n] BT om. *e. a. t. m.*, in L est add. mg.; Z om. *est.* [o] V *aut;* BTFL om. *in.* [p] R *vocum,* quod L corr. [q] BT om.

1 Cf. Gen. 4, 3sqq. et Sap. 2, 24.
2 Cf. Augustin., *Enarr. in Psalm. 104,* n. 17 (PL 37, 1399).
3 Cf. *In Deuter.*, c. 16, n. 4 (PL 83, 367).
4 Cf. loc. cit.
5 Cf. supra, num. 632.
6 Cf. supra, *ad 3.*
7 Cf. Ioan. de Rupella, *Summa de vitiis* (fol. 23d sq.).
8 *Moral.*, XXXI, c. 45, n. 88 (PL 76, 621).
9 Cf. Lombard., in h. l. (PL 192, 159).
10 Cf. Lombard., in h. l. (PL 192, 208).

635 ARTICULUS II.

Dubitabilia circa rationem numeri filiarum irae.

Secundo dubitatur de ratione numeri harum filiarum[1].

1. Et primo, cum contingat irasci et illa ira sistat in corde tantum et ex illa nascitur odium, quare[a] odium non ponitur filia irae?

2. Secundo, de[b] indignatione, quae videtur nasci ex vana gloria vel superbia: superborum enim est indignari proprium et reputare alios viles.

3. Tertio, cum contingat adversarium iuvari[c] per hominem et istud aestimat iracundus sicut per Deum et per sanctos, quare non generatur aliquod vitium respectu hominum sicut respectu Dei, quod dicitur blasphemia?

4. Item, blasphemiam ponit Isidorus[2] filiam superbiae. Unde hoc?

[Solutio]: 1. Ad primum dicendum quod odium non numeratur filia, quia odium, ut ad iram pertinet, idem est quod ira: « ira enim inveterata odium[3] » dicitur. Odium ergo[d] mater est praedictorum vitiorum: est enim idem quod mania[e], quae est secunda species irae secundum Damascenum[3].

2. Ad secundum dicendum quoniam[f] indignatio solet accipi dupliciter: uno modo pro superbia, quae non reputat alios dignos sua societate vel locutione et aspectu, et est idem quod quarta species superbiae, quae appellatur 'plus omnibus' sive contemptus quo reputantur proximi viles[4]. Alio modo aliter sumitur indignatio pro voluntate, qua[g] alios per signa molestiae contristari desideramus[h], idcirco eis subtrahimus locutionem et societatem. Isto secundo modo ad iram, primo modo ad superbiam pertinet.

3. Ad tertium dicendum quoniam, etsi[i] contingat irasci contra hominem adiutorem adversarii, non tamen per aliam viam vindicta[k] ei infertur quam adversario, et ideo non est aliud ab aliis. Contra adiutorem Deum vel sanctos est novus modus peccandi, et quia non potest Deo iracundus nocere opere, maledicit ore vel res ei consecratas vel apparatas deturpat vel dissipat, et istud est peccatum blasphemiae, secundum quod hic accipitur.

4. Ad illud vero quod quaeritur quare Isidorus ponit blasphemiam filiam superbiae, puto quod propter annexam maximam superbiam, sine qua nunquam est[l] blasphemia, qua scilicet superbia erigitur contra Creatorem ad pugnandum[m] prout potest; immediatus tamen exitus eius est ex ira, sicut ostensum est[5].

CAPUT IV.

DE FILIABUS ACIDIAE[6].

Consequenter dicendum est de filiabus acidiae. Secundum Gregorium[7] assignantur sex, quae sunt: « malitia, rancor, pusillanimitas, desperatio, torpor circa praecepta, vagatio mentis circa illicita ».

Primo ergo quaerenda est ratio numeri; secundo, dubitabilia quae accidunt circa numerum.

636 ARTICULUS I.

De ratione numeri filiarum acidiae.

Et primo quaeritur ratio numeri secundum Gregorium, deinde secundum Isidorum.

Ratio vero numeri secundum Gregorium haec est: cum enim acidia sit aversio a laborioso

---

[a] B *propter*, T *propter quod*. [b] V om. [c] VRZ *adiuvari*. [d] V *quia*. [e] BT *ignavia*, Z *inania*. [f] V *quod*. [g] Z *que*. [h] R *desiderari*; V *ideo* pro *idcirco*. [i] R *si*. [k] V *iram vindicta ei queritur* pro *v. v.* [l] Ita V, alii *esset*. [m] F *expugnandum*.

[1] Sequentia usque ad finem huius articuli verbotenus occurrunt ap. Ioan. de Rupella, loc. cit.

[2] *In Deuter.*, c. 16, n. 4 (PL 83, 366 sq.).

[3] Cicero, *Tuscul.*, IV, c. 9.

[4] Cf. *De fide orthod.*, II, c. 16 (PG 94, 934).

[5] Cf. supra, num. 508.

[6] Cf. hic *ad 3;* Ioan. de Rupella, loc. cit., pauca addit quae hic desunt.

[7] Cf. Ioan. de Rupella, loc. cit. (fol. 24a sq.).

[8] *Moral.*, XXXI, c. 45, n. 88 (PL 76, 621).

et gravi cum conversione ad quietem, ex parte conversionis ad quietem generat vagationem mentis circa illicita, in quibus quaerit quietem; unde dicit Gregorius[1]: « Tristitia, non habens in se unde laetetur, foris[a] quaerit ». Ex parte vero aversionis a laborioso, aut sumitur nascens comparatione ad opus ipsum quod laboriosum est aut comparatione inferentis aliquid grave. Si respectu inferentis grave, aut est intra in animo[b], et dicitur malitia, aut extra in signo, et dicitur rancor. Si vero respectu operis laboriosi, aut est respectu aggrediendi, et dicitur pusillanimitas: pusillanimitas enim est timor aggrediendi; aut est respectu proficiendi, et dicitur torpor; aut respectu consummationis, et dicitur desperatio.

Secundum[c] Isidorum[2] autem assignantur aliae filiae tristitiae, aliae acidiae. Tristitiam autem dicit in quantum recedit a gravi et laborioso[d], ad quod tenetur, acidiam[e] vero in quantum se convertit ad quietem indebitam[f]. Quatuor autem sunt nascentia ex[g] tristitia: « rancor[h], pusillanimitas, amaritudo, desperatio », quae sic distinguuntur, ut rancor[i] et amaritudo ad grave sive molestum referantur, pusillanimitas et desperatio ad laboriosum — grave autem est in sustinendo, laboriosum in operando — amaritudo autem[k] est animi[l] in se impotentis sustinere, rancor vero est manifestatio in signo exteriori; respectu vero laboriosi in aggrediendo pusillanimitas, in perficiendo[m] desperatio. De acidia vero oriuntur septem: « otiositas, somnolentia, importunitas, mentis inquietudo, corporis instabilitas, verbositas, curiositas ». Cum enim acidia sit voluntas inordinate appetens quietem, aut putat invenire quietem per cessationem ab opere debito aut per opus. Si per cessationem ab opere, duo generat vitia: otium, quo cessat a bonis operibus in vigilando, et somnolentiam, qua per dormitionem cessat, cum possit[n] sine impedimento, operari. Si vero per opus, aut per opus debitum aut per[o] opus indebitum. Si per opus debitum, hoc non est nisi quia indebite vult facere ut per hoc cessare cogatur, et sic generatur importunitas. Si vero per opus indebitum, aut hoc est per actum intrinsecum aut per actum extrinsecum. Si per[p] intrinsecum, dicitur inquietudo mentis, qua non cessat cogitare vel desiderare vana. Si vero per extrinsecum, aut hoc[q] est per corporis mutationem de loco ad locum, et dicitur corporis instabilitas; aut per verborum effusionem, et dicitur verbositas; aut per sollicitudinem explorandi ea quae geruntur apud alios, et dicitur curiositas.

ARTICULUS II. 637

Dubitabilia circa rationem numeri filiarum acidiae.

Secundo quaeritur de dubitabilibus, quae incidunt circa rationem numeri harum filiarum[3].

1. Et primo de diversitate in assignando filias secundum Gregorium et Isidorum. Aut enim[r] alter est superfluus aut alter diminutus aut, si non, necesse est ut reducatur assignatio quae est secundum numerum maiorem ad numerum minorem.

2. Item, desidia est peccatum quo quis a bono opere desistit; similiter omissio peccatum est quo quis deserit actum debitum; similiter negligentia[s], qua quis deserit debitam circumstantiam; similiter et pigritia peccatum est quo quis in bono operando tepescit[t]. Quare ergo non sunt numerata inter filias sicut torpor et pusillanimitas?

3. Item, malitia quaerit nocere; nocere autem intentio irae est; ergo est eius filia.

4. Item, malignitas et nequitia, quae[u] eiusdem rationis videntur esse, quare non ponuntur filiae acidiae sicut et malitia?

Respondeo[v]: 1. Ad primum dicendum[x] quod neuter est superfluus nec diminutus, sed Isidorus distinguit in membris vitiorum positorum a Gregorio. Quod patet sic: nam sub vagatione mentis, quae est ultima filia secundum Gregorium, comprehenduntur haec vitia: inquietudo mentis, corporis instabilitas, verbositas, otiositas, sicut patet in praeassignatis eorum definitionibus[4]. Sub torpore, qui[y] est penultima filia secundum Gregorium, comprehenduntur otium, somnolentia et etiam importunitas ex consequenti, quod patet consideranti praedicta[5].

---

[a] V *foras.* [b] Z *alio.* [c] VRZ *item secundum;* V om. *autem.* [d] T add. *et.* [e] BTF *acidia.* [f] R *indeterminatam.* [g] Ita VR, alii *de.* [h] V *timor.* [i] V *timor.* [k] R add. *que.* [l] R om., V om. *e. a.* [m] R *proficiendo,* quod F corr. [n] Z *posset.* [o] T om. *opus... aut per.* [p] V add. *actum.* [q] V *hic.* [r] T om. [s] V add. *est.* [t] F *torpescit.* [u] BT om. [v] Ita V, alii om. [x] R om., in Z est add. mg. [y] BT *corpore autem que* pro *t. q.*

1 Loc. cit., n. 89 (PL 76, 621 sq.).
2 *In Deuter.*, c. 16, n. 3 sq. (PL 83, 366).
3 Omnia quae hic sequuntur usque ad finem huius articuli verbotenus occurrunt ap. Ioan. de Rupella, *Summa de vitiis* (fol. 24 b).
4 Cf. supra, num. 636.
5 Cf. supra num. 636.

Amaritudo vero, secundum Isidorum, idem est quod malitia secundum Gregorium, sicut patet ex verbo Isidori, in libro *De conflictu vitiorum*[1]. Dicit enim [a]: « Perpende quanto moerore movendi [b] sunt qui tanto [c] amaritudinis felle contra te versantur ». Unde moeror iste idem est quod amaritudo sive malitia, qua aliis [d] malum molimur [e] propter illatam gravedinem, quam amaro animo valde suscepimus. In omnibus aliis conveniunt Gregorius et Isidorus.

2. Ad secundum dicendum [f] quod desidia, omissio, negligentia, pigritia et similia sub torpore comprehenduntur; sed tamen distinguuntur. Nam pigritia idem est quod torpor, et sunt a parte agentis; sed pigritiae ratio est eo quod pigeat difficultas gravedinis [g], torpor vero respicit appetitum quietis. Nec est contrarium praedictis[2], ubi dictum est torporem sumi ex [h] parte aversionis a gravedine: istud enim [i] verum est, si propter amorem quietis. Desidia vero, omissio, negligentia ex parte actus, sed desidia commune est ad omissionem et negligentiam, omissio vero est [k] desidia sive deserentia actus debiti[3]; negligentia vero deserentia [l] debitae circumstantiae. Negligentia vero idem est quod ignavia, quod vitium est ex hoc quod homo in nullo opere debitam adhibet discretionem sive diligentiam, ut scilicet fiat cum debitis circumstantiis.

3. Ad tertium dicendum quod malitia dupliciter potest sumi [m]: uno modo pro voluntate inferendi nocumentum adversanti, et sic idem est quod odium, et ita [n] filia irae; alio modo pro machinatione mali inferendi ei quem suspicamus inferre gravedinem, et sic est filia acidiae.

4. Ad illud vero quod quaeritur de malignitate, dicendum [o] quod idem est quod rancor. Malignitas enim est voluntas nocendi alii [p], quamvis potentia desit; nequitia vero sub malitia comprehenditur: est enim nequitia malitia qua quis audet malum quod nequit.

Et sic patet responsio ad obiecta.

CAPUT V.

DE FILIABUS AVARITIAE.

Consequenter dicendum est de filiabus avaritiae. Et primo de ratione numeri; secundo, de dubitabilibus circa eamdem rationem.

638 ARTICULUS I.

De ratione numeri filiarum avaritiae[4].

Ponit autem Gregorius[5] septem, quae sunt: « proditio, fraus, fallacia, periuria, inquietudo mentis, violentia, contra misericordiam obiurgationes cordis ».

Numeri[6] autem ratio talis est: Cum enim avaritia sit nimius amor [q] pecuniae, aut est nimius amor acquirendi [r] pecuniam aut retinendi. Si acquirendi, aut ergo per deceptionem aut per industriam aut per vim [s]: plures enim modi acquirendi inveniri non possunt. Si per deceptionem, aut in verbis aut in factis. Si per deceptionem in factis avaritia acquirendis inhiat [t], generat ex se duo vitia, scilicet proditionem et fraudem; sed proditio est domesticorum deceptio, fraus extraneorum, vel proditio est circa personam, fraus circa res ipsius personae. Si vero per deceptionem in verbis acquiritur [u] pecunia, istud non est nisi per mendacium: mendacium enim est « falsa vocis significatio cum intentione fallendi[7] »; aut ergo per mendacium fallendi simpliciter, et sic generatur fallacia; aut per mendacium iuramento firmatum, et sic est periurium, secundum quod peierare dicitur invocare Deum vel sanctos testes suae falsitatis. Si vero per industriam avaritia acquirendis inhiat, generat mentis inquietudinem, qua semper sollicitatur de pecunia acquirenda; si vero per vim, generat [v] violentiam. Sex ergo vitia generat avaritia ex seminario libidinis

---

[a] V om. *d. e.* [b] Ita V, alii *intuendi.* [c] V *quanto.* [d] V *quis.* [e] V *molitur.* [f] V *dicitur.* [g] Codd. *gravedinem.* [h] V *si vero a* pro *s. e.* [i] V om. [k] V *et.* [l] V *desertio,* F *deserentie.* [m] VRZ *accipi.* [n] Ita V, R *est,* alii om. [o] T add. *est.* [p] VL (corr.) Z *aliis.* [q] BT *ardor,* item infra. [r] L *inquirendi.* [s] V *iram.* [t] R *in hac,* quod Z corr.; V add. *et.* [u] Ita V, alii *acquiratur.* [v] T *per.*

1 Num. 39 (inter opp. Isidori, PL 83, 1138).
2 Cf. supra, num. 636, p. 613a.
3 Cf. supra, num. 636, p. 613b.
4 Cf. Ioan. de Rupella, *Summa de vitiis* (fol. 24c).
5 *Moral.,* XXXI, c. 45, n. 88 (PL 76, 621).
6 Sequentia huius articuli verbotenus occurrunt ap. Ioan. de Rupella, loc. cit.
7 Augustin., *Contra mendac.,* c. 12, n. 26 (PL 40, 537).

circa pecuniam acquirendam, scilicet proditionem, fraudem, fallaciam, periurium, inquietudinem mentis, violentiam. Ex seminario libidinis circa pecuniam retinendam generat obiurgationem cordis contra misericordiam, quae non solum indigentibus non dat danda, immo concitatur adversus ipsos et murmurat.

Et sic patet ratio numeri.

ARTICULUS II. 639

Dubitabilia circa rationem numeri filiarum avaritiae.

Secundo quaeritur de dubitabilibus circa rationem numeri harum filiarum[1].

I. 1. Et primo quaeritur[a] quare dolus non ponitur filia avaritiae sicut et fraus. Et[b] si dicatur quod sunt idem secundum rem, constat quod differunt secundum rationem. Unde sumitur illa differentia? Similiter, cum furtum sit peccatum quod nascitur ex avaritia, quare non est positum inter filias avaritiae[c]?

2. Secundo dubitatur de inquietudine mentis: nam ipsam ponit Isidorus[2] filiam acidiae. Quo modo ergo erit filia avaritiae?

Respondeo[d]: 1. Ad primum dicendum quod[e] dolus idem est quod fallacia. Unde distinguuntur fraus et dolus: fraus enim est in opere, dolus in ore, et ita idem quod fallacia, sicut supra accepimus[3]; similiter furtum idem quod fraus: recta enim furti definitio est: « contrectatio rei alienae fraudulenta[f][4] ».

2. Ad secundum dicendum quoniam[g] inquietudo mentis, prout nascitur ex acidia, non determinat sibi aliquam materiam. Etenim mens acidiosi avertit se quaerens illicitam quietem, circuit cogitatione[h] et desiderio res quasi infinitas, ut saltem in illis quietem inveniat, et istud dicitur inquietudo mentis in acidia. Prout vero nascitur ex avaritia, determinat sibi materiam, scilicet pecuniam, circa quam congregandam studere non cessat, et istud studium pecuniae congregandae[i] dicitur inquietudo mentis in avaritia[k].

II. Dubitatur etiam de ratione numeri filiarum avaritiae secundum Isidorum assignatarum. Ponit autem[l] Isidorus[5] novem filias, quae sunt[6]: « mendacium, fraus, furtum, periurium, turpis lucri appetitus, falsa testimonia, violentia, inhumanitas, rapacitas ». Quae sic possunt distingui: Mendacium est deceptio in ore, fraus et furtum in opere; sed distinguuntur hac ratione ut fraus sit deceptio in negotiando, furtum in occulto aliena contrectando; periurium est in ore ad deceptionem et mendacium abscondendum; turpis lucri appetitus est in corde, etiam si deficiat posse; falsum vero testimonium est in ore, quod fit frequentissime pro temporali emolumento, ut quando ponitur sub pretio falsitas dicenda proximo contra proximum; violentia vero est coactio personae proximi, ut inde aliquid extrahatur; inhumanitas est laesio ipsius personae, ut inde aliquid extrahatur; rapacitas vero est rerum ipsius personae per vim depraedatio. Reducamus[m] istam divisionem ad illam quae est secundum Gregorium, et solventur multae dubitationes, quae possent fieri, et dicamus[n] sic: quod mendacium secundum Isidorum comprehenditur sub fallacia secundum Gregorium, sicut patet ex dictis[7]; furtum vero sub fraude, sicut iam supra dictum est[8]; turpis[o] lucri appetitus sub mentis inquietudine, quae non cessat cogitare vel desiderare congregationem divitiarum; falsa testimonia sub periurio, secundum quod[p] iuramento firmatur falsitas testis, vel sub fallacia, secundum quod simpliciter asseritur falsitas; inhumanitas et rapacitas sub violentia comprehenduntur secundum Gregorium: nam ipse accipit violentiam pro omni modo extorquendi pecuniam per vim.

Si vero quaeritur de mendacio et periurio et falso testimonio — nam haec aliquando fiunt non causa lucrandi[q], sed[r] causa odii vel luxuriandi vel timoris, unde non videntur esse filiae avaritiae — dicendum quoniam, etsi[s] contingat ista vitia ad fines aliorum ordinari, istud raro accidit et non saepe, frequenter vero et saepe et ut in pluribus haec secundum vitia ad finem avaritiae ordinantur sine alio vitio movente nisi ipsa avaritia, ideoque filiae avaritiae recte dicuntur.

---

[a] Ita VB, alii om. [b] V *quod*. [c] Ita V, alii om. [d] Ita V, alii om. [e] FZ (mg.) *quoniam*. [f] BR *fraudulentia*. [g] V *quod*. [h] B *excogitatione*. [i] B *congregando*. [k] VR add. *et sic sufficiat*. [l] V om. [m] V *reducimus*. [n] V *dicemus*. [o] RZ *turpi*. [p] V add. *in*. [q] R *lucri* et om. *non*. [r] Ita VL (corr.), alii *vel*. [s] L *si*.

[1] Sequentia huius num. I, usque ad finem solutionis *ad 2*, verbotenus occurrunt ap. Ioan. de Rupella, loc. cit.

[2] *In Deuter.*, c. 16, n. 4 (PL 83, 366).

[3] Cf. supra num. 688.

[4] *Digest.*, XLVII, tit. 2, c. 1, § 3 (I, 1446); ap. Gratian., *Decretum*, C. 14, q. 5, c. 13 (I, 741).

[5] *In Deuter.*, c. 16, n. 3 (PL 83, 366).

[6] Sequentia usque ad finem huius articuli, exceptis paucis, omnia verbotenus occurrunt ap. Ioan. de Rupella, loc. cit.

[7] Cf. supra, num. 688.

[8] Cf. hic, parum supra.

CAPUT VI.

DE FILIABUS GULAE [1].

Consequenter dicendum est de filiabus gulae, quae ponuntur quinque secundum Gregorium [2]: « inepta laetitia, scurrilitas, immunditia, multiloquium, hebetudo mentis circa intelligentiam [a] ».

Primo ergo ponenda est ratio istius numeri; secundo proponuntur dubitabilia circa numerum.

640 ARTICULUS I.

De ratione numeri filiarum gulae.

Ratio numeri haec est: peccatum, quod gignitur ex gula, aut est in [b] intellectu, et dicitur hebetudo mentis; aut est in effectu [c], et hoc contingit dupliciter: vel operis, et dicitur immunditia, vel sermonis, et hoc dupliciter: vel per turpitudinem verborum, et dicitur scurrilitas, vel per superfluitatem, et dicitur multiloquium; si vero est in affectu, dicitur inepta laetitia. Et secundum hoc sunt quinque peccata quae ex gula gignuntur. Secundum Isidorum [3] autem sunt duo: « comessatio et ebrietas »; comessatio [d] est in cibis, ebrietas autem est excessus in potibus.

641 ARTICULUS II.

Dubitabilia circa rationem numeri filiarum gulae.

Secundo quaeritur de dubitabilibus circa numerum, quia [e] videntur [4] multo plures filiae gulae quam quae dictae sunt.

1. Nam dicitur Eccli. 31, 38: *Vinum multum potatum irritationem* [f] *et iram et ruinas multas facit.* Ergo irritatio et ira sunt filiae gulae. — Item, Prov. ultimo, 4: *Nullum secretum, ubi regnat ebrietas.* Ergo revelatio secreti est filia gulae. — Item, Prov. 23, 33: *Oculi tui videbunt extraneas* [g] *et os tuum loquetur* [h] *perversa,* Glossa [5]: « Pene naturale est vitium mulierem post vina in corde concupiscere, comitante etiam turpitudine [i] verborum ». Ergo luxuria est filia gulae.

2. Secundo dubitatur de inepta laetitia. Nam ipsa videtur concomitari [k] omne peccatum, Prov. 2, 14: *Laetantur cum male fecerint, et exsultant in rebus pessimis.* — Item, dicit Augustinus [6]: « Amor, habens id quod amatur et fruens eo, laetitia est ». Sed talis amor generalis est ad multa vitia, et sic dicitur ineptus, et ad multas virtutes, et sic dicitur aptus amor sive ordinatus; non est ergo speciale peccatum inepta laetitia. — Item, inepta laetitia fere semper vel frequenter ordinatur ad finem luxuriae; ergo erit huius filia.

3. Tertio dubitatur de scurrilitate: nam Isidorus [7] ponit eam filiam luxuriae. — Item, multiloquium circa illicita videtur idem quod scurrilitas: nam circa licita non erit mortale, iuxta illud Matth. 12, 36: *De omni verbo otioso* etc.; ibi dicit Hieronymus [8]: « Ut de frivolis et fabulis; scurrilia autem non sunt otiosa, sed [l] criminosa ».

4. Quarto dubitatur de immunditia. Ipsa enim magis videtur pertinere ad luxuriam quam ad gulam. — Item, cum talis immunditia non sit nisi vomitus vel eructatio, haec autem non sunt nisi poena, non erit peccatum immunditia.

5. Quinto dubitatur de hebetudine. Nam hebetudo videtur nasci ex quolibet peccato: omne

---

[a] T *intellectivam.* [b] Z om., in V est add. interl. [c] V *affectu.* [d] Ita V, alii add. *autem.* [e] T *quod.* [f] Z *irrigationem,* quod R corr. [g] FZ *extraneos.* [h] V *sequatur.* [i] VR *comitantem etiam turpitudinem* pro *c. e. t.* [k] Ita V, alii *comitare.* [l] Z *licet.*

1 Cf. Ioan. de Rupella, *Summa de vitiis* (fol. 24c sq.).
2 *Moral.,* XXXI, c. 45, n. 88 (PL 76, 621).
3 *In Deuter.,* c. 16, n. 3 (PL 83, 366).
4 Ab hoc verbo usque ad finem huius articuli omnia verbotenus occurrunt ap. Ioan. de Rupella, loc. cit.
5 *Ordin.,* in h. l., ap. Lyran.
6 *De civit. Dei,* XIV, c. 7, n. 2 (PL 41, 410).
7 *In Deuter.,* c. 16, n. 3 (PL 83, 366).
8 In h. l. (PL 26, 82); verbotenus *Interlin.,* in h. l., ap. Lyran.

enim peccatum, per hoc quod privat modum, speciem et ordinem, hebetudinem mentis inducit. — Item, videtur [a] quod sit idem quod prima filia luxuriae, quae dicitur caecitas. Nam super illud Prov. 23, 29: *Cui vae?* etc., dicit Glossa[1]: « Immoderatus haustus vini exterioris et interioris visus ingerit caecitatem ». — Item, cum peccatum omne sit voluntarium, nulla autem hebetudo voluntaria [b], nulla hebetudo erit peccatum.

Respondeo [c]: 1. Ad primum dicendum quoniam [d] ira et irritatio, revelatio secreti etc. non generantur proprie ex gula, quia nec immediate nec per se, sed accidentaliter. Propter hoc enim quod [e] nutrit et irritat fomitem [f], dicuntur ex gula provenire illa peccata, quae immediate nascuntur ex fomite nutrito et [g] irritato per gulam [h]. Per hoc solvuntur omnia primo [i] obiecta.

2. Ad secundum dicendum quod inepta laetitia dicitur large pro quocumque [k] gaudio surgente ex libidine, qua volumus delectari in gesticulatione corporis et [l] musicis instrumentis et lusibus carnalibus, et sic inepta laetitia nascitur ex gula vel ex luxuria, sed differenter. Nascitur enim ex voluptate [m] gulae: nam per hoc [n] incitatur libido in gustu, ut delectabilius exerceat actum suum ex hoc quod iucundius cibaria sumuntur, et ideo recte filia gulae dicta est. Ex voluptate vero luxuriae ante actum aliquando nascitur et ad finem eius ordinatur, sed ex opere minime [o], ideoque non ita convenienter luxuriae filia dici potest.

3. Ad tertium dicendum quod obicit de scurrilitate sicut de inepta laetitia: nam ex opere et voluptate gulae scurrilitas nascitur, et hoc consideravit Gregorius[2]; ex voluptate vero luxuriae, quamvis non ex opere, et illud consideravit Isidorus[3]. Differentia vero inter multiloquium et scurrilitatem patet consideranti suppositas [p] eorum rationes et definitiones, et [q] quantum ad materiam et quantum ad formam. Nam multiloquium est in verbis quibuscumque inordinata multiplicatio[4]; scurrilitas est solum in verbis turpibus et inhonestis[5]; item, multiloquium libidinis in gustu conservativum [r] est, scurrilitas excitativa.

4. Ad quartum dicendum quoniam [s] immunditia non accipitur pro turpitudine et foeditate, quae est contraria munditiae, sed pro voluptate sive pro [t] immoderato appetitu, quo homo ingurgitat se et repletur cibariis, ex quo sequitur immunditia et foeditas in vomitu et eructatione, a qua sequela istud peccatum trahit nomen suum ut dicatur immunditia.

5. Ad quintum dicendum quod hebetudo accipitur multipliciter. Nam est hebetudo naturalis carentia subtilitatis [u] intellectus ex inepto proveniens instrumento, et est hebetudo defectus penetrandi spiritualia; et est voluntaria hebetudo, et est duplex: nam aut est hebetudo cognitionis aut affectionis. Si cognitionis, sic est filia gulae: est enim voluntarius error iudicii circa bona spiritualia, ut cum iudicamus [v] bona spiritus esse mala eo quod sunt aspera carni, ut ieiunia, vigilias et alias fatigationes poenitentiae; unde Eccli. 1, 32: *Execratio* [x] *peccatoris cultura Dei.* Secundum hoc dicitur opponi gula dono intellectus. Si affectionis, sic est filia luxuriae et dicitur caecitas mentis. Est enim talis caecitas desipientia dulcedinis Dei vel error voluntarius circa illam [y], de qua Eccli. 1, 26: *Execratio peccatoribus sapientia.* Et ratione huius dicitur luxuria opponi dono sapientiae.

Et per haec solvuntur obiecta[6].

CAPUT VII.

DE FILIABUS LUXURIAE[7].

Consequenter dicendum est de filiabus luxuriae, quae sunt octo secundum Gregorium[8], scilicet « caecitas mentis, inconsideratio, inconstantia, praecipitatio, amor sui, odium Dei, affectus praesentis saeculi, horror [z] sive desperatio futuri »; secundum Isidorum[9] vero quatuor ponuntur, scilicet « turpiloquia, scurrilia, ludicra, stultiloquia ».

Primo ergo [a] ponenda est ratio numeri;

deinde subdendae [b] sunt dubitationes circa numerum vel ea quae numerantur.

---

[a] V *quod dicitur.* [b] Ita V, alii add. *quare*; R *est* pro *erit.* [c] Ita V, alii om. [d] V *quod*; BTL om. *et.* [e] T om. [f] V add. *propter hoc.* [g] Ita V, alii *sive.* [h] T add. *et.* [i] VRZ *prima.* [k] V *de quolibet* pro *p. q.* [l] L om. [m] B *voluntate.* [n] BT add. *quod.* [o] R *imminente.* [p] V *superpositas*; BT *earum* pro *eorum.* [q] VRZ om. [r] Ita F, Z *conservandum*, alii *conservatum.* [s] V *quod.* [t] Ita V, alii *voluntate sive* pro *v. s. p.* [u] T *subtilitas.* [v] V *videmus*, BT *dicamus.* [x] L *excecatio*, quod F corr. [y] R add. *quam.* [z] V *error.* [a] V *autem.* [b] V *subiciende.*

1 *Ordin.*, in h. l., ap. Lyran.
2 *Moral.*, XXXI, c. 45, n. 88 (PL 76, 621).
3 *In Deuter.*, c. 16, n. 3 (PL 83, 366).
4 Cf. supra, num. 640.
5 Cf. supra, num. 640.
6 Ioan. de Rupella, *Summa de vitiis* (fol. 240), hic quaedam addit.
7 Cf. Ioan. de Rupella, *Summa de vitiis* (fol. 25a sq.).
8 Cf. *Moral.*, XXXI, c. 45, n. 88 (PL 76, 621).
9 *In Deuter.*, c. 16, n. 3 (PL 83, 366).

642 ARTICULUS I.

De ratione numeri filiarum luxuriae.

Ratio autem numeri haec est: Peccatum, quod generatur ex luxuria, aut est secundum deordinationem rationabilis [a] aut irascibilis aut concupiscibilis. Secundum deordinationem autem rationabilis sunt duo peccata: secundum enim deordinationem [b] ad superiora, quae sunt contemplanda, dicitur caecitas mentis; secundum deordinationem autem ad inferiora agenda, dicitur inconsideratio. — Similiter secundum inordinationem irascibilis duo vitia generantur: aliquando enim habet inordinationem in patiendo, et dicitur inconstantia; aliquando in aggrediendo [c], et dicitur praecipitatio. — Secundum autem deordinationem virtutis concupiscibilis generantur quatuor peccata: quorum duo respiciunt affectionem rei praesentis, alia vero duo respiciunt affectionem rei futurae. Est enim affectio indebita ad rem praesentem secundum amorem nimium, et secundum hoc dicitur amor sui, et intelligitur [d] de amore carnali; vel secundum detestationem eius quod summe amandum est, et secundum hoc ponitur odium Dei. Respectu vero futuri, aut boni mutabilis [e] aut boni incommutabilis. Si respectu boni mutabilis, dicitur affectus praesentis saeculi: affectus enim praesentis saeculi est voluntas, qua desiderat homo permanere in bonis mutabilibus ut eis fruatur. Si vero fuerit respectu boni incommutabilis futuri, dicitur desperatio: desperatio enim futuri est voluntas de aeterna vita desperans. — Vel aliter possunt ista quatuor vitia [f] accipi, ut duo respiciant personam, duo respiciant rem: personam respiciunt amor sui et odium Dei; rem respiciunt affectus praesentis saeculi et desperatio futuri. Secundum inordinationem vero in appetitu respectu [g] substantiae inferioris dicitur peccatum, quod est amor sui; secundum inordinationem autem fugae respectu substantiae superioris dicitur odium Dei. Secundum inordinationem autem appetitus respectu [h] praesentis boni dicitur illud peccatum quod est affectus praesentis saeculi; secundum inordinationem autem fugae respectu boni futuri dicitur horror [i] sive desperatio futuri. Et sic in universo sunt octo nascentia ex luxuria.

Secundum autem Isidorum [1] ponuntur quatuor nascentia ex parte sermonis: sapientiae enim in sermone opponitur stultiloquium, bonitati vero secundum tres conditiones opponuntur alia tria. Oportet enim considerare quod decet, quod licet, quod expedit: ei quod decet opponitur turpiloquium; ei [k] quod licet, scurrilitas; utilitati vero ludicra [l] opponuntur.

643 ARTICULUS II.

Dubitabilia circa rationem numeri filiarum luxuriae.

Secundo dubitatur de ratione numeri harum filiarum.

1. Et primo de [2] inconstantia et praecipitatione, quia videntur idem esse quod instabilitas vel inquietudo mentis, quas ponit Isidorus [3] filias acidiae.

2. Item, de amore sui dubitatur. Nam dicit Augustinus [4] quod « fundamentum civitatis diaboli [m] est amor sui ». Ergo magis debet assignari filia superbiae, quae est *initium omnis peccati* [5], quam luxuriae.

3. Item, odium est genus ad odium Dei et odium proximi. — Item, odium nascitur ex invidia; ergo est [n] eius species. — Item, odium Dei non est filia luxuriae.

4. De aliis etiam [o] multipliciter dubitatur; sed per assignatam numeri rationem patet solutio. Dubitabit tamen [p] aliquis de omnibus: nam per istas non intendit [q] luxuriosus assequi finem suum; ergo non sunt filiae luxuriae.

Respondeo [r]: 1. Ad primum dicendum quod non est idem inconstantia et inquietudo mentis sive instabilitas. Inconstantia enim est quae sta-

---

[a] V *rationalis*, item infra. [b] Z add. *autem*. [c] Z *ingrediendo* pro *i. a.* [d] T *dicitur intelligi*. [e] V *commutabilis*, item infra. [f] Ita V, alii om. [g] V om. [h] Z om. [i] V *amor*. [k] B *eo*. [l] R *indicta*, L *ludrica*. [m] V om., Z *Dei*. [n] T add. *genus*. [o] BT *autem*. [p] T *etiam*. [q] VZ *attendit*. [r] Ita V, alii om.

1 Loc. cit.

2 Ab hoc verbo usque ad finem huius articuli fere omnia, paucis exceptis, verbotenus occurrunt ap. Ioan. de Rupella, loc. cit., ubi in fine aliqua adduntur quae hic desunt.

3 Loc. cit., n. 4 (PL 83, 366).

4 *De civit. Dei*, XIV, c. 13, n. 1 et c. 28 (PL 41, 421, 436).

5 Cf. Eccli. 10, 15.

tum in bono impedit propter adversa [a] et contraria voluptati carnis [b], quae nolumus sustinere; inquietudo vero mentis et instabilitas corporis sunt propter prospera adipiscenda.

2. Ad secundum dicendum quoniam [c] amor sui sumitur large pro adhaerentia qua homo se diligit inordinate plus quam debet vel [d] plus quam Deum, et sic « amor fundamentum civitatis diaboli est ». Sumitur [e] etiam stricte pro amore quo [f] homo inordinate diligit se quantum ad suum inferius, id est [g] carnem, et sic est filia luxuriae: nam luxuria est quae maxime inclinat animam ad amorem carnis.

3. Ad tertium dicendum quoniam odium, quod est filia invidiae, est odium proximi, quod apparet nasci ex tristitia de alieno bono; odium vero Dei filia est [h] luxuriae: nam amor inferioris, id est carnis, immoderatus in luxuria est, et ideo maxima inclinatio est ad inferius; unde sequitur maxime recessus a superiori, quod pertinet ad odium Dei.

4. Ad ultimum dicendum quoniam [i] praeassignata vitia immediate ex voluptate vel opere luxuriae nascuntur et ordinantur ad finem aut sicut tendentia ad finem, quemadmodum inconsideratio et praecipitatio et amor sui et affectus praesentis saeculi. Tanta enim est voluptas illa, quae est finis luxuriae in actu, quod ratio inconsiderate, irascibilis [k] impetuose, concupiscibilis [l] toto affectu quantum ad intrinsecus, ut [m] in amore sui, quantum ad extrinsecus [n], ut in affectu saeculi, moveantur ad ipsam. Et sic patet qualiter huiusmodi vitia ordinentur ad huiusmodi voluptatem tamquam tendentia [o] ad finem suum. Reliqua vero omnia reducuntur ad finem sicut fugientia adversantia fini, id est voluptati [p] secundum carnem, quae est secundum tactum in coitu maxima: ut caecitas mentis, cum desipiunt [q] spiritualia; inconstantia, quae statum in bono non tenet propter gravitatem vel adversitatem; odium Dei, cui displicet iustitia Dei et movetur contra ipsam; horror vel desperatio futuri saeculi, quae refugit poenam et desperat de praemio. Haec omnia adversantur voluptati secundum carnem: sapor spiritualium, status in poenitentia, Dei iustitia, poena aeterna cum elongatione gloriae.

---

[a] B om. [b] VZ *caritas;* V *qua* pro *quae.* [c] BF *quod.* [d] Ita V, alii *ut.* [e] T *similiter;* V om. *stricte.* [f] RLZ *qua.* [g] V *scilicet* pro *i. e.* [h] Z *dicitur filia* pro *D. f. e.* [i] R *quod.* [k] Z *iras.* [l] Z *concupiscit.* [m] Codd. *non.* [n] R om. *non... extrinsecus;* Z om. *ut.* [o] R *cedentia;* RZ *voluntatem* pro *voluptatem.* [p] B *voluptatibus.* [q] V *despiciunt,* quod BL corr.

TRACTATUS QUINTUS

DE PECCATIS EX INFIRMITATE, IGNORANTIA ET INDUSTRIA

SECTIO I. — De hac trimembri divisione in genere.

Expleta divisione peccati secundum differentias capitalium peccatorum [a] et nascentium ex illis summarie, adiuvante Domino procedendum est [b] ad divisionem peccati actualis trimembrem, quae est [1]: Peccatum aliud est ex infirmitate, aliud ex ignorantia, aliud ex industria sive certa malitia, et est eadem cum illa: Peccatum aliud est in Patrem, aliud in Filium, aliud in Spiritum Sanctum.

Primo ergo tractandum est de dubitabilibus quae spectant ad hanc divisionem in genere;

et postea descendendum est [c] ad ea quae continentur sub singulis differentiis.

Primo autem quaeritur penes quid accipiatur haec divisio;

secundo, utrum idem peccatum contineatur sub diversis differentiis [d];

tertio, de comparatione differentiarum inter se secundum magnitudinem peccati.

644

CAPUT I.

PENES QUID ACCIPIATUR HAEC DIVISIO.

Primo ergo quaeritur circa primum [e]. Videtur enim quod non debeant esse nisi duae differentiae. 1. Cum enim duae sint partes animae, cognitiva et motiva, peccatum autem [f] sit in anima ex occasione defectus in alterutra parte, erunt tantum duae differentiae; defectus enim [g] in parte cognitiva generaliter est ignorantia, defectus autem in parte motiva est infirmitas [2]: haec [h] enim comprehendit et infirmitatem quae est animae ex coniunctione [i] ad carnem et quae est animae secundum se ipsam, vel, si infirmitas tantum accipiatur [k] ipsius animae secundum coniunctionem ad carnem, tunc manifestum es

2. Item, industria sive certa scientia et ignorantia opponuntur; sufficienter ergo omne peccatum dividitur per illa duo: omne enim peccatum aut scienter aut ignoranter committitur [l].

3. Praeterea, malitia est peccatum; cum ergo determinantur causae peccati, non debet malitia computari inter causas sive occasiones peccatorum; sufficiunt ergo reliquae duae differentiae.

4. Item, videtur quod unica differentia sufficiat ut omne peccatum dicatur ex infirmitate. Omne enim peccatum aut est « ex timore male humiliante » aut « ex amore male accendente [3] »; sed utrobique est infirmitas: quidam enim peccant ex infirmitate amoris, quidam ex infirmitate timoris.

5. Praeterea, omne peccatum aut est ex infirmitate mentis aut ex infirmitate carnis. De qua duplici infirmitate dicitur in Psalmo [4], super illud [m]: *Infirmata est in paupertate virtus mea et ossa mea conturbata sunt.* Per infirmitatem enim virtutis intelligitur infirmitas animi, per conturbationem ossium infirmitas carnis; ex altero autem horum provenit omne peccatum; videtur ergo omne peccatum ex differentia infirmitatis procedere.

6. Similiter potest ostendi quod omne peccatum ex ignorantia procedit: « Omnis enim malus ignorat », sicut dicit Philosophus [5], et dicit Dionysius [6] quod « nullus respiciens ad malum, in quantum huiusmodi, operatur ». Si ergo peccans omnis respicit ad id quod malum est, peccans

---

[a] FLZ (corr.) *vitiorum.* [b] FLZ om. [c] Ita V, Z *descendo,* quod FL corr., alii *descendendo* pro *d. e.* [d] L om. [e] B *ad primum ergo queritur sic* pro *Primo... primum;* VR om. *enim,* in Z est add. mg. [f] T om. [g] V om. [h] Ita VZ, alii *hic.* [i] V add. *que est.* [k] Ita BT, alii *accipitur.* [l] R om. [m] F om. *s. i.*

[1] Cf. Lombard., II *Sent.,* d. 43, c. un. (p. 537); supra, num. 26-30.

[2] Cf. Gratian., *Decretum, Glossa* in C. 15, q. 1, c. 1 sq. (I, 745 sq.).

[3] Cf. Augustin., *Enarr. in Psalm. 79,* 17 (PL, 36, 1026).

[4] Psalm. 30, 11; Lombard., in h. l. (PL 191, 305).

[5] *Ethica ad Nicom.,* III, c. 1 (II, 25).

[6] *De divin. nom.,* c. 4, § 31 (PG 3, 731, PL 122, 1145).

omnis nescit illud esse malum; ergo omne peccatum est [a] ex ignorantia.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod divisio supra dicta quoad sufficientiam necessarium est quod sit trimembris, secundum quod dicit Augustinus, in libro *83 Quaestionum*[1]: « Alia sunt peccata infirmitatis, alia imperitiae, alia malitiae », et ponit talem distinctionem quod infirmitas opponitur virtuti, imperitia sapientiae, malitia bonitati. Differunt autem haec tria secundum posse, scire et velle; ex defectu ergo alicuius istorum primo provenit omne peccatum. Ignorantia vero ex parte animae accipitur quoad cognitivam, infirmitas ex parte ipsius animae in coniunctione ad carnem, malitia vero ipsius voluntatis quoad motivam, cum neutra praedictarum [b], scilicet ignorantiae vel infirmitatis, advenit [c] voluntati, sed opposita ei sunt. Sic [d] ergo patet ratio praedictae divisionis. Cum enim peccatum est in voluntate, aut accidit ex inclinatione ignorantiae, quae est in cognitiva, aut ex [e] inclinatione infirmitatis, quae est ex parte carnis: *corpus* enim *quod corrumpitur, aggravat animam*[2]; aut est ex [f] defectu, qui est in sola voluntate cum oppositis ignorantiae et infirmitatis, cum scilicet potest facere bonum potentia facili et scit, vult tamen contrarium.

[Ad obiecta]: Si vero quaeratur utrum duae differentiae vel una sola sufficiat, respondendum est ad obiecta.

1. Ad primum sic dicendum est quod, licet duae poenae sint naturae vitiatae, scilicet ignorantia et difficultas seu infirmitas, sicut dicit Augustinus[3], ut scilicet vel scienda nesciat vel impediente difficultate cognita [g] implere non valeat, non tamen omne peccatum ex altera istarum differentiarum est; sed omne peccatum ex altera istarum causarum est quod quoddam [h] peccatum praetendit colorem quemdam excusationis, praeter ista autem est illud quod non habet in se causam excusationis, scilicet peccatum quod est ex certa malitia. — Ad id autem quod obicitur de [i] duabus partibus animae, penes quarum unam accipitur ignorantia, penes alteram autem infirmitas: dicendum est quod causa [k], quae est in parte motiva, non est tantum ex infirmitate ex parte carnis, sed etiam ex malignitate mentis, non quam habet [l] ex natura, sed ex naturae corruptione et deliberata voluntate.

2. Ad secundum vero dicendum quod industria sive scientia et ignorantia, licet opponantur, non tamen sunt opposita immediata prout hic accipiuntur: non enim omne peccatum quod scienter fit, ex industria fit vel [m] ex certa malitia. Potest enim ille, qui scit esse peccatum, aut ex infirmitate trahi ad peccatum aut, nulla existente [n] infirmitate huiusmodi, trahi ad peccatum [o]. Si ex infirmitate trahatur ad peccatum, licet scienter fiat, non dicitur esse peccatum ex industria. Unde ita [p] attendenda est divisio: aut scit esse peccatum aut nescit esse peccatum [q]. Si nescit esse peccatum et ex hoc procedit ad peccatum, dicitur peccatum ex ignorantia. Si vero scit, aut ex infirmitate carnis trahitur aut ex alia causa. Si ex infirmitate, dicitur esse peccatum ex infirmitate, licet scienter fiat; si vero, existente scientia et existente virtute [r] naturali, sola animi perversitate peccat, dicitur esse peccatum ex industria vel studio, quia vehemens est animi applicatio ad illud perpetrandum, nulla causa alia impellente vel inclinante.

3. Ad tertium dicendum quod malitia aequivoce dicitur. Aliquando enim accipitur pro culpa ipsa veniali vel mortali, et hoc modo non dicitur esse tertia causa vel occasio peccati. Aliquando vero accipitur pro corruptione poenali ipsius voluntatis, quae est in quibusdam hominibus, quae non occasionatur [s] ex ignorantia vel infirmitate, et secundum hunc modum dicitur esse peccatum ex certa malitia. — Vel aliter posset exponi, ut certa malitia dicatur cum aliquis scienter, non ex occasione excusabili, malum operatur, et tunc malitia non diceret aliquam dispositionem praeambulam ipsi peccato in Spiritum Sanctum [t].

4. Ad quartum dicendum quod infirmitas accipitur pluribus modis [u]: uno modo impotentia cuiuscumque potentiae animae; alio modo impotentia ex parte motiva; tertio modo impotentia quae contrahitur ex fragilitate carnis. Hoc ultimo modo dicitur esse peccatum ex infirmitate, et ita non est generale; si vero acciperetur [v] primo modo vel secundo, posset esse omne peccatum ex infirmitate. Cum autem dicitur[4] quod Petrus ex infirmitate peccavit, ad infirmitatem [x] animae, quae est ex parte carnis, refertur. Cum autem dicitur quod infirmitas commune est ad infirmitatem ex timore et ex [y] amore, infirmitas est communis ad omne peccatum [z], cum ad timorem male humiliantem et amorem male accendentem reducatur omne commissum.

---

[a] VTZ om. [b] LZ *predictorum*, quod FR corr. [c] V *et materie aducit.* [d] V *opposito in se sicut* pro *o. e. s. S.*; alii *insunt* pro *ei sunt.* [e] R om. [f] T *in*; F *que* pro *qui.* [g] R om. [h] Ita BT, alii *quidem*; R om. *est.* [i] Ita V, alii *quod autem obicitur ex* pro *Ad... de.* [k] T add. *est*; BT *ex* pro *in.* [l] R om. [m] R om., LZ *et.* [n] T *insistente.* [o] Z om. *aut... peccatum.* [p] V *ista.* [q] Ita VR, alii om. *e. p.* [r] T om. [s] F *occasionaliter.* [t] V om. [u] R add. *accipitur*; T om. *modo.* [v] V *accipitur*, Z *accipiatur.* [x] Ita V, alii *fragilitatem.* [y] T om.; Z om. *est.* [z] Ita BT, alii om.

1 Quaest. 26 (PL 40, 17).
2 Sap. 9, 15.
3 *Enchirid.*, c. 81 (PL 40, 271).
4 Cf. infra, num. 646, *ad 1.*

5. Ad quintum vero dicendum quod infirmitas, prout accipitur in Psalmo, accipitur pro poenalitate, qua homo caret bonis spiritualibus et ex hoc novit se impotentem ex se[a] ipso; unde, prout huiusmodi est, non dicit dispositionem ad malum, quod est peccatum, sed dispositionem quamdam ad bonum, qua homo non de se praesumat.

6. Ad sextum vero[b] dicendum quod aliud est aliquem ignorantem peccare et aliud peccare ex ignorantia. Ignorantia enim quaedam potest concomitari omne peccatum actuale mortale, et hoc modo non dicitur esse causa peccati cuiusdam. Alio vero modo ignorantia antecedit peccatum et est occasio ad ipsum peccatum sequens, cum scilicet aliquis peccat ex hoc quod nescit esse peccatum et[c], si sciret, non peccaret; et hoc modo accipitur secundum quod est una differentia peccati.

645

CAPUT II.

UTRUM IDEM PECCATUM CONTINEATUR SUB DIVERSIS DIFFERENTIIS[1].

Secundo quaeritur utrum idem peccatum contineatur sub diversis differentiis.

Quod videtur. 1. Communis est offensa trium personarum; ergo qui peccat in Patrem, peccat in Filium, peccat in Spiritum Sanctum; sed peccatum ex infirmitate est peccatum in Patrem, peccatum ex ignorantia est peccatum in[d] Filium, peccatum vero ex industria sive ex certa malitia est peccatum in Spiritum Sanctum; ergo idem peccatum est in Patrem et Filium et Spiritum Sanctum; ergo idem peccatum ex ignorantia et infirmitate et certa malitia.

2. Item, potest aliquis ignorare aliquid esse peccatum et[e] ex infirmitate illud perpetrare[f]; videtur quod illud peccatum sit ex infirmitate et ignorantia: si enim sciret fornicationem esse peccatum, non faceret; si iterum haberet posse resistendi tentationi carnis, peccatum non perpetraret; ergo peccatum illud ex duabus causis concurrentibus venit; ergo idem peccatum potest esse ex infirmitate et ignorantia. Quaeritur ergo utrum similiter idem peccatum possit esse ex ignorantia et certa malitia vel ex infirmitate et certa malitia. Quod si non potest, potest[g] quaeri quare non; si vero potest, idem peccatum sub tribus differentiis potest concidere.

3. Quod etiam videtur ex hoc quod aliquod peccatum potest perpetrari ex defectu potentiae, scientiae et voluntatis, sicut ex opposito; potentia enim, scientia et voluntas recta concurrunt ad bene operandum; ergo unum et idem peccatum potest esse sub iis tribus differentiis.

Contra, arguitur per simile. *a.* Non est sic in aliis differentiis peccati: non enim idem peccatum est delictum et commissum, neque idem peccatum superbia et invidia, et ita de aliis; ergo eadem ratione non erit idem peccatum ex infirmitate et[h] ignorantia et studio.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod, proprie loquendo, illud peccatum, quod est ex infirmitate, non est ex ignorantia nec ex industria nec e converso. Illud enim dicitur esse peccatum ex infirmitate, ad quod principaliter inclinat infirmitas; illud vero ex ignorantia, ad quod principaliter inclinat ignorantia. Praeterea, aliud est ignorare malum et bonum et ex hoc peccare, aliud est cognoscere utrumque et ex fragilitate malum praeeligere; nihilominus tamen unum potest esse principale et alterum potest esse concomitans.

[Ad obiecta]: 1. Et dicendum quod, licet una sit offensa trium personarum, non tamen peccatum[i] in Patrem, prout per appropriationem sumitur, est[k] peccatum in Filium, prout per appropriationem sumitur, vel[l] peccatum in Spiritum Sanctum. Peccare enim in Patrem dupliciter dicitur: vel peccare contra ipsum in quantum Deus vel in quantum inseparabilitas est personarum in unitate essentiae, et secundum hoc qui peccat in Patrem, peccat in Filium et in Spiritum Sanctum et e converso. Secundum autem quod peccare[m] ex infirmitate est peccare ex defectu potentiae sive fortitudinis, quae appropriatur Patri, peccare autem ex ignorantia est peccare ex defectu scientiae, scientia autem appropriatur Filio, peccare vero ex certa malitia est proprie ex oppositione[n] gratiae, quae appropriatur Spiritui Sancto: secundum hunc modum hic accipitur, et non est peccatum in Patrem peccatum in Filium nec peccatum in Spiritum Sanctum nec e converso.

2. Ad secundum vero dicendum quod non est simile[o] de peccato ex industria respectu aliorum et de aliis inter se. Peccatum enim ex industria ponit scientiam et ponit animi fortitudinem in[p] posse resistendi tentationi, si velit, sed ponit odium summe diligendi vel maxime et amo-

---

[a] T om. [b] Ita BT, alii om. [c] L *ut.* [d] Z om. *Patrem... in.* [e] V om. [f] V *perpetrat.* [g] V om. [h] R add. *ex.* [i] Z om. *n. t. p.* [k] V *nec.* [l] VB *nec;* VBT om. *p. p. a. s.;* R *est.* [m] BT add. *est.* [n] Z *appositione,* quod F corr. [o] R *similiter* pro *e. s.* [p] V *vel.*

[1] Cf. Hugo de S. Vict., *De amore sponsi ad sponsam* (PL 176, 989); Richard. de S. Vict., *De spiritu blasphemiae* (PL 196, 1187); Lombard., II *Sent.*, d. 43, c. un. (p. 537).

rem maxime odiendi, sicut dicit Gregorius[1], exponens illud Ioan. 15, 24: *Et viderunt et oderunt me et Patrem meum:* « Aliud est bona non facere, aliud est bonorum odisse doctorem[a] »; et alibi[2]: « Sicut nonnunquam[b] gravius est peccatum diligere quam perpetrare, ita nequius est odisse iustitiam quam non fecisse ». Ex quo habetur quod non coincidunt in eamdem rem peccatum ex industria et alia duo.

3. Ad obiectum autem in contrarium dicendum[c] quod, licet illi tres defectus possint concurrere, potentiae scilicet[d], scientiae et voluntatis, non tamen idem peccatum erit sub iis tribus differentiis, quia non quilibet[e] defectus ex parte voluntatis efficit peccatum ex industria. Contingit enim et implere posse et cognoscere bonum nec tamen facere nec amare, et hoc est ex studio peccare, sicut dicit Gregorius[3]: « Ex studio enim peccare est bonum nec facere nec amare. Si enim vellent implere bona nec tamen possent, ea, quae in se negligunt, saltem in aliis amarent et bona, quae audiendo cognoscunt, vivendo[f] despiciunt, animadvertendo persequuntur ».

CAPUT III. 646

DE COMPARATIONE DIFFERENTIARUM INTER SE.

Tertio quaeritur de comparatione differentiarum inter se secundum magnitudinem[a] peccati.

Et videtur quod peccatum ex infirmitate maius sit quam peccatum[b] ex ignorantia, peccatum vero ex studio maius[c] quam peccatum ex infirmitate. *a.* Dicit enim Gregorius[4]: « Gravius infirmitate quam ignorantia peccatur, multo vero[d] gravius studio quam infirmitate ».

b. Praeterea[5], cum deliberatione peccatur, maius est peccatum[e] quam cum peccatur praecipitatione.

c. Item[f], dicit Augustinus, in libro *De Baptismo*[6]: « Verissimum est longe maius esse peccatum eius qui sciens quam qui nesciens peccavit ». Si ergo peccatum ex ignorantia est nescienter[g] peccare, peccatum vero ex industria scienter peccare[h], peccatum autem ex infirmitate ex quodam impetu, peccatum autem ex industria[i] est peccatum ex deliberatione, ergo maius est peccatum quod est ex industria quam quod est ex infirmitate vel ignorantia.

Contra. 1. Maius videtur peccatum ex ignorantia quam[k] ex infirmitate, per exemplum. Paulus enim ex ignorantia peccavit, sicut dicitur ad Tim.[7]: *Misericordiam consecutus sum, quia*[l] *ignorans feci.* Ergo, cum illud esset maius peccatum persequi fideles usque ad mortem quam timore mortis negare[m] exterius Christum, quod fuit in Petro[n], maius fuit peccatum ex ignorantia quam ex infirmitate.

2. Praeterea, dicit Ambrosius[8]: « Gravissime peccat qui ignorat ». Ergo peccatum ex ignorantia est maximum[o].

[Solutio]: Ad quod dicendum quod gravius est peccatum ex infirmitate quam ex ignorantia. Ex infirmitate enim peccatur, cum cognoscitur bonum vel malum, et bonum non adimpletur ex fragilitate[p] et malum perpetratur: scientia autem multum aggravat peccatum. Planum autem est quod ex industria peccare maius est quam alterum illorum, et ita patet quod ordinantur[q] secundum maius et minus in peccato.

[Ad obiecta]: 1. Ad obiectum autem in contrarium dicendum est quod aliud[r] est comparare peccatum peccato ex comparatione occasionis ad occasionem et aliud est comparare ex comparatione causae ad causam et aliud est comparare ex comparatione[s] generis ad genus. Secundum ergo quod fit comparatio peccati Pauli ad peccatum Petri ex collatione occasionis ad occasionem, scilicet ignorantiae ad infirmitatem, minus est peccatum Pauli quam Petri. Secundum autem quod fit comparatio causae ad causam, in hoc quod Petrus ex timore, Paulus ex temeritate, maius est peccatum Pauli quam Petri. Secundum autem quod fit comparatio generis actionis ad genus, prout est hoc peccatum in verbo quo[t] declinatur mors, et[u] illud est peccatum in facto quo intentatur mors, maius est unum peccatum altero; prout autem hoc est in Deum, illud in proximum, maius est hoc[v] illo. Unde dicit

---

[a] V *conditorem.* [b] T *nunquam.* [c] Ita V, alii add. *est.* [d] V add. *et.* [e] L *quelibet.* [f] B *videndo.*
[a] R *imaginationem.* [b] Ita V, alii om.; Z *quod* pro *quam.* [c] BT add. *peccatum.* [d] BT *ergo.* [e] V om. *e. p.* [f] R om.
[g] BTL *nescientem,* quod F corr. [h] RLZ *peccaret,* quod F corr. [i] V om. *ex quodam... industria.* [k] V add. *quod,* R add. *peccatum.*
[l] R *quod.* [m] V *veniente,* R *venire.* [n] VR *peccato.* [o] Z add. *peccatum.* [p] V *infirmitate.* [q] V *estimantur.* [r] V *idem.* [s] T om. *e. c.*
[t] VR *quod.* [u] V add. *ita.* [v] BT add. *peccatum.*

1 *Moral.*, XXV, c. 11 (PL 76, 339).
2 Loc. cit.
3 Loc. cit.
4 Loc. cit.; ap. Gratian., *Decretum*, C. 33, q. 3, *De poen.*, d. 2, c. 22 (I, 1197).
5 Cf. Gregor. M., loc. cit.
6 Lib. IV, c. 5 (PL 43, 157).
7 I Tim. 1, 13; cf. Gregor. M., loc. cit.
8 Ambrosiaster, *In Rom. 2,* 4 (PL 17, 65).

Gregorius[1]: « Omne robur fidei, quod Domino Petrus perhibuit, una vox puellae concussit ».

2. Ad secundum vero dicendum quod illud verbum Ambrosii: « Gravissime peccat [a] qui ignorat », exponitur sic [b]: periculosissime scilicet. Attendendum etiam est quod non fit ibi comparatio peccati ex ignorantia ad alia duo, sed peccati cum ignorantia ad [c] peccatum contemptus et promissionis impunitatis [d] [2]. Et vocatur ignorantia, cum homo deducitur ad tantam insensibilitatem sui peccati, ut [e] non cognoscat peccatum nec poenam peccati, suppositis duobus gradibus praecedentibus. Hic autem non sic accipitur, sed cum ex simplici ignorantia quis declinat in peccatum.

SECTIO II. – De hac trimembri divisione in specie.

QUAESTIO I.

DE PECCATIS EX INFIRMITATE [3].

TITULUS I.

DE FORNICATIONE.

Consequenter descendendum est specialiter ad peccata quae proveniunt ex infirmitate;

deinde ad illa quae sunt ex ignorantia;

tertio ad illa quae sunt ex industria sive certa malitia.

Quaedam autem sunt peccata infirmitatis ex timore et quaedam ex amore. Quia vero infra [4] dicemus de divisione illa quae est peccati quod [f] est « ex timore male humiliante » et « ex amore maleaccendente », dubitabilia, quae pertinent ad differentias timoris, in illo loco determinabuntur. Principaliter autem peccatum ex infirmitate carnis est illud quod provenit ex concupiscentia carnali, circa quam praesens est intentio, ut suppleatur illud quod minus dictum est de luxuria superius [5]. Sunt autem peccata ex infirmitate carnalis concupiscentiae distincta: quoddam est ex fornicatione, quoddam ex adulterio, quoddam ex stupro, quoddam incestus, quoddam peccatum contra naturam. Ratio vero istius distinctionis supra dicta est secundum differentias personarum [6].

Primo vero dicendum est [g] de fornicatione et deinceps de aliis: illud enim minus peccatum determinat [h] in illo genere.

Primo autem quaeritur utrum omne peccatum carnis dicatur fornicatio;

secundo, supposito quod non omne peccatum carnis, utrum concubitus cum soluta sit mortale peccatum;

tertio, si est mortale, utrum sit minus peccatum an [i] maius aliis.

---

[a] R *peccare.* [b] V add. *id est* et om. *scilicet.* [c] V om. *alia... ad.* [d] V *in punitione;* R *notatur* pro *vocatur.* [e] L *et.* [f] Ita V, alii *que;* F om. *est.* [g] Ita VB, alii om. [h] Ita VL, alii om. [i] VR *aut.*

1 Loc. cit.
2 Cf. Rom. 2, 4; Lombard., in h. l. (PL 191, 1338).
3 Cf. supra, num. 257.
4 In sequenti Tractatu VI.
5 Cf. supra, num. 613-629.
6 Cf. supra, num. 626.

CAPUT I. 647

UTRUM OMNE PECCATUM CARNIS DICATUR FORNICATIO.

Ad primum sic: 1. Secundum aliam translationem [1] dicitur, Exod. 20, 14, unum praeceptum secundae tabulae: *Non fornicaberis;* sed constat quod in illa prohibitione prohibetur « omnis illicitus concubitus [2] » carnis; ergo omnis illicitus concubitus carnis [a] est fornicatio.

2. Item, Augustinus [3]: « Omnis immunda pollutio fornicatio dicitur ». Sed omne peccatum carnis immunda pollutio dicitur; ergo est fornicatio.

3. Item, I Cor. 6, 18 dicitur: *Fugite fornicationem; omne enim peccatum, quodcumque fecerit homo, extra corpus est; qui autem fornicatur, in corpus suum peccat;* et loquitur ibi de illicito [b] concubitu communiter; ergo omnis illicitus concubitus est fornicatio.

Contra. *a.* Fornicatio est [c] unum peccatum speciale, dividens contra adulterium et alia, sicut patet ab Augustino, *De adulterinis coniugiis* [4], ubi dicitur: « Adulterii malum vincit fornicationem, vincitur autem ab incestu ».

b. Hoc idem potest accipi per hoc [d] quod inter opera carnis unum speciale peccatum computatur fornicatio, quod dividitur contra immunditiam et impudicitiam [5].

[Solutio]: Ad quod dicendum quod [e] fornicatio aliquando accipitur generaliter [f] pro quocumque peccato mortali, secundum quod accipitur in Psalmo [6]: *Perdidisti omnes qui fornicantur abs te.* Aliquando [g] vero accipitur pro peccato carnis communiter, secundum quod accipitur I Cor. 6, 18. Aliquando vero pro illicito concubitu cum soluta [7], et hoc proprie, et sic dividit [h] contra adulterium et alia. Aliquando vero accipitur pro concubitu in secundis nuptiis, et hoc modo dicit Chrysostomus [8]: « Secundam quidem accipere licitum est, iuxta praeceptum Apostoli [9], secundum autem veritatis rationem est fornicatio; sed cum, permittente Deo, publice et licenter [i] committitur, fit [k] honesta fornicatio » Et hoc modo fornicatio dicit divisionem suae carnis in plures, et non determinat [l] peccatum; reliquis autem modis determinat [m] peccatum vel generaliter vel specialiter vel specialissime.

CAPUT II. 648

UTRUM CONCUBITUS CUM SOLUTA SIT MORTALE PECCATUM [10].

Secundo, supposito quod non [n] omne peccatum carnis sit fornicatio, quaeritur utrum concubitus cum soluta sit peccatum mortale, interveniente actu naturali [o].

Quod non, videtur [p]. 1. Nullus enim [q] actus naturalis est peccatum; fornicatio est actus naturalis; ergo non est peccatum. — Quod sit naturalis, patet per hoc quod dicitur Rom. 1, 26: *Mutaverunt usum naturalem in eum qui est contra naturam.*

2. Item, sicut comedere naturaliter ordinatum est ad conservationem individui, sic coire ad conservationem speciei; sed comedere rem, quae non est in proprietate alterius, licitum est ad sustentationem individui; ergo coire cum soluta [r] erit licitum propter sustentationem [s] speciei.

3. Item, Abraham cognovit ancillam suam Agar [11]; et non cognovit eam quia [t] uxor eius esset: tunc enim non posset eam eiecisse; cognovit autem eam sine peccato; ergo coitus cum soluta modo naturali non est peccatum; sed hoc est fornicatio; ergo fornicatio non est peccatum.

4. Item, si est peccatum, aut hoc est ex [u] sui foeditate sive inordinatione aut ex prohibitione aut quia est contrarius naturae. Ex inordinatione [v] non: pari enim [x] ratione sicut homo [y] fit « totus

---

[a] R om. *ergo... carnis*, in L est add. mg. [b] Ita VL (corr.), alii *licito*. [c] T om. [d] V add. *quod dicitur*. [e] T om. *d. q.* [f] F *materialiter*. [g] R *aut*. [h] Z *dividitur*. [i] Z *latenter;* V om. *committitur*. [k] VBTR *sic*. [l] BTL *determinant*. [m] T om. *peccatum... determinat*. [n] R om. [o] V *naturaliter*. [p] V add. *quia*. [q] Ita BT, alii om. [r] RLZ *licita*, quod F corr. [s] V *conservationem*. [t] L *que;* T om. *eam*. [u] T om. [v] R om. *aut ex... inordinatione*. [x] Z *ergo*, L om., in F est add. mg. [y] VR om.

1 Cf. supra, p. 598, nota 11.

2 Augustin., *In Heptat.*, II, q. 71 (PL 34, 622); ap. Gratian., *Decretum*, C. 32, q. 4, c. 11 (I, 1130).

3 Rectius Isidor., *Sentent.*, II, c. 39, n. 19 (PL 83, 642).

4 Potius *De bono coniug.*, c. 8, n. 8 (PL 40, 379), ap. Gratian., loc. cit., q. 7, c. 11 (I, 1143).

5 Cf. Gal. 5, 19.

6 Psalm. 72, 26.

7 Cf. Gratian., *Decretum*, C. 36, q. 1, c. 2 (I, 1289).

8 Pseudo-Chrysost., *In Matth. op. imperf.*, hom. 32, n. 8 (PG 56, 801), ap. Gratian., *Decretum*, C. 31, q. 1, c. 9 (I, 1110 sq.).

9 Cf. I Tim. 5, 14.

10 Cf. Guil. Altissiod., *Summa*, IV, tr. 9, q. 3 (fol. 46b sq.); Ioan. de Rupella, *Summa de vitiis* (fol. 38c sq.); S. Bonav., IV *Sent.*, d. 33, a. 1, q. 1 (IV, 747).

11 Cf. Gen. 16, 4; Gratian., *Glossa* in C. 32, q. 4, c. 1 (I, 1125).

caro » in actu fornicationis[1], ita in actu coniugali; sed in actu coniugali non est peccatum; ergo nec hic. — Nec hoc est ex prohibitione, cum non prohibeatur directe in Decalogo[2], ubi videtur prima Legis prohibitio. — Nec hoc est quia est contra ius naturae: de iure enim naturae « quod in nullius bonis est, occupanti conceditur »; praeterea, ipsa natura dictat quod fiat generatio ad conservationem speciei; ergo non est contra ius naturae; ergo non est peccatum.

Contra. *a.* Maior est natura honestatis in homine quam sit in aliqua volucre; sed in aliqua volucre sic est quod quasi naturaliter servatur castitas coniugalis, sicut in turturibus; ergo multo fortius debet esse in homine ut unus uni coniungatur affectu coniugali.

b. Item, ad Hebr. ultimo, 4 dicitur: *Fornicatores et*[a] *adulteros iudicabit Deus;* iudicare ibi accipitur pro condemnare[3]; ergo, cum nemo[b] condemnetur nisi propter mortale peccatum, fornicatio erit mortale peccatum.

c. Item, de lege Dei est quod unus adhaereat uni affectu coniugali[4] et talis affectus est consonus rationi. Si ergo adhaereat unus uni vel pluribus, non habito affectu coniugali, erit peccatum; sed fornicatio est huiusmodi et est contra legem Dei; ergo mortale peccatum est.

5. Item, supposito quod sit peccatum, videtur quod sit veniale, per hoc quod dicitur super illud I ad Tim. 4, 7: *Exerce te ad pietatem,* Glossa[5]: « Omnis summa disciplinae christianae in pietate et misericordia consistit, quam aliquis sequens, etiam si lubricum carnis patiatur, sine dubio vapulabit, sed non peribit. Si quis autem solum exercitium corporis habuerit, perennes poenas patietur[c] », supple: si lubricum carnis patiatur. Si ergo non peribit, sed vapulabit, pati lubricum carnis est veniale peccatum; sed hoc est fornicatio; ergo fornicatio est veniale peccatum.

6. Item, fornicatio est minimus gradus in genere carnalis peccati; si ergo aliquod est veniale peccatum[d] in illo genere, illud est fornicatio; ergo fornicatio est veniale[e] peccatum.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod fornicatio est mortale peccatum.

[Ad obiecta]: 1. Ad primo autem[f] obiectum dicendum[g] quod, licet actus sit naturalis qui[h] est in coeunte fornicario modo, ad differentiam[i] actus qui est contra naturam, nihilominus tamen, prout est peccatum, est contra naturam: peccatum enim est aversio ab eo quod est secundum naturam in[k] id quod est praeter[l] naturam, ut dicit Damascenus[6]. Unde[m] contra naturam dicitur dupliciter: contra naturalem concubitum, qui est maris cum femina, et hoc modo potest esse actus ille secundum naturam; alio vero modo dicitur contra naturam, quod est contra naturalem habitudinem ad bonum gratiae vel virtutis, et hoc modo dicitur peccatum mortale esse contra naturam: corrumpit enim bonum naturae, quod est speciei, modi et ordinis[7]. Cum autem dicitur Rom. 1, 26: *Mutaverunt naturalem usum* etc., primo modo accipitur.

2. Ad secundum vero dicendum quod aliud est de actu comedendi et de actu coeundi. Actus enim coeundi procedit ex vi generativa, quae corruptionem habet quamdam ultra illam quae est in aliis viribus[8]; unde suus[n] actus est peccatum nisi excusetur per bonum matrimonii[9].

3. Ad tertium dicendum[10] quod non est simile de eo quod factum fuit ab[o] Abraham et de eo quod fit in[p] moderno tempore[11]. Abraham enim cognovit Agar affectu maritali consentiente Sara uxore sua quasi vice ipsius, *eo quod esset sterilis,* et tunc necessitas erat multiplicationis[q] ad cultum Dei; unde eam habuit quasi uxorem. Quod autem expulit eam[12], inspiratione divina factum fuit in figura alterius Testamenti[r][13].

4. Ad quartum dicendum quod est[s] contra prohibitionem, sicut habetur Exod. 20, 14, secundum aliam[t] translationem[14], et sicut habetur ad Hebr.[15] et alibi[16] ab Apostolo, ubi ostendit esse mortale peccatum. Est etiam[u] contra ius naturae secundum illam intentionem naturae, qua omne peccatum mortale est contra naturam[17], licet non sit contra ius naturae secundum alterum modum.

5. Ad id vero[v] quod quinto obicitur 'utrum sit veniale peccatum': dicendum quod in illa auctoritate datur intelligi fornicationem esse mortale peccatum; aliter enim non pateretur poenas

---

[a] V om. [b] T *non.* [c] VR *patitur.* [d] V add. *carnalis peccati.* [e] Z om. [f] B add. *in contrarium.* [g] Ita VR, alii add. *est.* [h] V *quia.* [i] B add. *est;* R *qua* pro *qui.* [k] V *ad.* [l] R *contra.* [m] L om. [n] R vacat. [o] Z om. [p] V om. [q] Z *conmultiplicationis.* [r] Ita V, alii *sacramenti.* [s] BTFL add. *et.* [t] R *aliquam.* [u] L *hoc;* V *et* pro *e. e.;* FRLZ om. *peccatum.* [v] V om.

1 Cf. Augustin., *Sermo* 142, n. 2 (PL 38, 887).
2 Cf. Exod. 20, 14.
3 Cf. *Glossa interlin.*, in h. l., ap. Lyran.
4 Cf. Gen. 2, 24; Matth. 19, 5; Marc. 10, 7; Ephes. 5, 31.
5 Lombardi, in h. l. (PL 192, 348 sq.), ex Ambrosiastro, in h. l. (PL 17, 474).
6 *De fide orthod.*, IV, c. 20 (PG 94, 1195).
7 Cf. supra, num. 34. 8 Cf. supra, num. 239.
9 Cf. supra, num. 614 et 616.
10 Cf. Gratian., *Decretum*, C. 32, q. 4, c. 3 (I, 1128).
11 Cf. supra, num. 616.
12 Cf. Gen. 21, 10 sq.
13 Cf. Gal. 4, 30 sq.
14 Cf. supra, p. 599, nota 11. 15 Cap. 13, 4.
16 Cf. I Cor. 5, 11 sq.; I Thess. 4, 3; Ephes. 5, 5; Gal. 5, 19. 17 Cf. supra, *ad 1.*

aeternas. Sed in hoc datur intelligi quod opus pietatis et misericordiae motivum quoddam est ut impetretur facilius venia patienti lubricum carnis. Et notatur [a] in hoc excellentia operis pietatis et misericordiae respectu ieiunii et aliorum operum, in quibus est *exercitatio corporis* [1].

6. Si vero obiciatur quod 'fornicatio est minimus gradus carnalis peccati', dicendum est [b] quod minimus gradus dicitur dupliciter: vel secundum hoc quod gradus distinguuntur ex differentiis [c] personarum in [d] quibus est coitus, et hoc modo potest esse minimus gradus, prout dicitur [e 2] quod « adulterium vincit fornicationem, vincitur autem ab incestu », incestus autem vincitur a vitio « quod est contra naturam ». Prout autem minimus gradus dicitur in genere peccati, cum minus habeat deformitatis, secundum hoc primus [f] motus carnalis peccati dicitur esse minimus gradus vel delectatio citra consensum superioris partis rationis vere vel interpretative.

Si vero obiciatur quod 'nulli [g] fit iniuria in hoc peccato, et ita non est peccatum mortale [h]', solvendum est per interemptionem. Iniuriatur enim Deo, cuius templum violat [3], secundum illud I Cor. 6, 19: *Nescitis quia membra vestra templum* [i] *sunt Spiritus Sancti? Si quis autem violaverit templum Dei, disperdet eum Deus* [4].

CAPUT III. 649

UTRUM FORNICATIO SIT MINUS PECCATUM AN MAIUS ALIIS [5].

Tertio quaeritur, si fornicatio est mortale peccatum, utrum sit maius vel minus aliis.

Et videtur quod sit minus peccatum, *a.* per hoc quod dicit Augustinus, in libro *De adulterinis coniugiis* [6]: « Adulterii malum vincit fornicationem, vincitur autem ab incestu, pessimum autem est quod est contra naturam ».

b. Et in eodem libro [7]: « Gravius peccat adulter quam fornicator, sed hos incestuosi [k] transcendunt ».

Contra. 1. Potest aliquis cognoscere suam [l] causa delectationis minus ordinate, tamen debito modo secundum naturam; sed minus est peccare in sua quam peccare [m] in non-sua; ergo minus est illud peccatum carnis quam fornicationis peccatum.

2. Ad idem Augustinus [8]: « Tantum valet ordinatio Creatoris et ordo creaturae, ut in rebus ad utendum concessis, cum modus exceditur, longe sit [n] tolerabilius quam in eis, quae concessa non sunt, vel [o] unus vel rarus excessus ». Sed excessus fornicationis est in illa quae non est concessa, excessus autem in coniugata debito modo secundum naturam est in sua; ergo minus peccatum est.

[Solutio]: 1-2. Ad quod dicendum [p] quod minus peccatum est [q] huiusmodi in coniugata sua quam in fornicaria. Dicitur tamen fornicatio esse minus peccatum in gradibus peccati carnis: fit enim comparatio ad alia genera peccatorum secundum differentias personarum. Plus enim est peccatum coire cum aliena ipsum coniugatum vel etiam cum non-sua quam solutum cum soluta; plus etiam [r] est peccatum, cum acceditur ad virginem quam cum acceditur ad corruptam, aliis paribus; plus etiam cum [s] fit transgressio voti in altera personarum quam cum non est transgressio, aliis paribus; plus etiam quando est contra [t] vinculum naturae vel contra ipsam naturam. Et ita patet quod comparatione ad istas species dicitur esse minus peccatum fornicatio. Et hoc modo procedunt duae rationes quae hoc concludunt.

---

[a] R *non;* L *ut* pro *et.* [b] F om. [c] V *secundum differentias* pro *e. d.* [d] FRLZ *cum.* [e] VB *dicit.* [f] V *minimus.* [g] R *nulla,* L *nullis,* quod F corr. [h] BT add. *hoc.* [i] FRLZ *templa.* [k] R *in te studiosi,* LZ *vite studiosi,* quod F corr. [l] R *Saram.* [m] BT om. [n] FRLZ *fit.* [o] Ita BT, alii om. [p] L add. *est.* [q] T om. *Ad... est,* in L est add. mg. [r] BT *enim.* [s] BT om., R *tamen.* [t] B om.

1 I Tim. 4, 8.

2 Cf. infra, nota 6.

3 Cf. Augustin., *Sermo* 9, n. 15 (PL 38, 86 sq.); Gratian., *Decretum,* C. 32, q. 7, c. 15 (I, 1144).

4 I Cor. 3, 17.

5 Cf. S. Bonav., IV *Sent.,* d. 41, dub. 4 (IV, 864).

6 Potius *De bono coniug.,* c. 8, n. 8 (PL 40, 379); ap. Gratian., *Decretum,* C. 32, q. 7, c. 11 (I, 1143).

7 Loc. cit.; cf. Gratian., *Glossa* in C. 32, q. 7, c. 10 (I, 1143).

8 Loc. cit., c. 11, n. 12 (PL 40, 382); ap. Gratian., loc. cit., c. 11 (I, 1143).

TITULUS II.

DE ADULTERIO[1].

Deinde dicendum est[a] de adulterio.

Circa quod primo quaeritur utrum adulterium tantum perpetretur cum aliena; secundo, si peccatur etiam cum sua mortaliter, utrum[b] secundum omnem modum debeat dici adulterium vel sub alia specie contineri;

tertio, de magnitudine istius[c] peccati;

quarto, de poena huius peccati.

650

CAPUT I.

UTRUM ADULTERIUM TANTUM PERPETRETUR CUM ALIENA.

Ad primum sic: Videtur quod tantum sit adulterium cum aliena. *a.* « Adulterium enim est ad alienum thorum accessus[2] », sicut ipsa intentio nominis determinat; ergo tantum cum aliena perpetratur adulterium.

b. Item, Augustinus[3]: « Moechus est, cum, relicta sua, aliena concupiscitur ». Sed[d] idem est moechia quod adulterium; ergo adulterium tantum est, cum aliena concupiscitur.

c. Item, Leo Papa[4]: « Adulterium committitur cum vel[e] propriae libidinis instinctu[f] vel alienae consensu cum altero vel altera contra pactum coniugale concumbitur atque ita frangitur fides, quae magnum bonum animi[g] est ».

d. Similiter Isidorus, *Super Exodum*[5]: « Adulterium facit qui praeter suam ad alteram[h] accedit ».

Ex quibus colligitur coniungi cum aliena adulterium esse et[i] e converso.

Contra. 1. Hieronymus[6]: « Nihil interest ex qua causa honesta quis insaniat; unde Sextus[k] Pythagoricus[7]: Adulter, inquit, est in suam uxorem ardentior amator ». Et iterum[8]: « Nihil foedius est quam amare uxorem quasi adulteram ». Ergo adulterium potest committi non cum aliena.

2. Item, Augustinus, in libro *De nuptiis et concupiscentiis*[9]: « Si ambo non sunt tales, audeo dicere, aut illa quodam modo est mariti meretrix aut ille adulter uxoris ». Ergo adulterium committi potest[l] non cognoscendo alienam.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod adulterium proprie dicitur, cum ad alienum thorum fit accessus; nihilominus tamen dicitur adulterium, cum coniugatus vel coniugata ad personam solutam accedit. Extenso autem vocabulo dicitur adulterium aliquando cum propria uxore, sed hoc est secundum quamdam iuris interpretationem. Dicitur enim adulterium, cum « ita ardenter diligit uxorem suam ut, si ipsa[m] esset uxor alterius, non minus carnaliter commisceret se cum ea[10] ». Similitudine ergo adulterinae libidinis adulterium dicitur, non quia poena adulterii ei debeatur, secundum illud quod dicitur[11] quod « adulterium secundum locum tenet in poenis ».

[Ad obiecta]: 1. Et per hoc solvitur[n] illud quod obiectum est primo.

2. Ad secundum vero dicendum quod illa auctoritas Augustini, in[o] qua dicitur quod 'ille est adulter uxoris', intelligitur de illis personis quarum altera, scilicet vir, intendit extinguere foetum in ventre[p] materno[12]; et reputatur adulter, quia dignus est poena consimili vel ampliori quae adulteris est determinata: fecit enim contra bonum prolis et contra bonum sacramenti.

---

[a] R om. [b] B *ut.* [c] F *ipsius*, R *huius.* [d] F *secundum*, quod L corr. [e] L (corr.) *aliquis.* [f] V *coitu.* [g] VR *Dei.* [h] Z *adulteram* pro *a. a.* [i] VR *vel.* [k] V *frater.* [l] B om. [m] BT *supra* pro *s. i.* [n] T om. [o] V *scilicet.* [p] B *utero.*

[1] Cf. Ioan. de Rupella, *Summa de vitiis* (fol. 39a sq.).

[2] Gratian., *Glossa* in C. 36, q. 1, c. 2 (I, 1289); cf. Lombard., IV *Sent.*, d. 41, c. 7 (p. 986).

[3] *In Heptat.*, II, q. 71 (PL 34, 622).

[4] Potius Augustin., *De bono coniug.*, c. 4 (PL 40, 376), cuius verba affert Gratian., *Glossa* in C. 32, q. 5, c. 14, ex verbis Leonis papae concinnatum (I, 1136).

[5] Cap. 39, n. 11 (PL 83, 303); Gratian., *Decretum*, C. 32, q. 5, c. 15 (I, 1136).

[6] *Contra Iovinian.*, I, c. 49 (PL 23, 281); cf. Gratian., *Decretum*, C. 32, q. 4, c. 5 (I, 1128).

[7] Cf. supra, p. 255, nota 8.

[8] Loc. cit.

[9] Lib. I, c. 15 (PL 44, 424); cf. Gratian., *Decretum*, C. 32, q. 2, c. 7 (I, 1121 sq.).

[10] *Glossa* in Gratiani *Decretum*, C. 32, q. 4, c. 5 (ed. Romae 1582, col. 2125, litt. *e*).

[11] Ap. Gratian., *Decretum*, C. 32, q. 7, c. 16 (I, 1144).

[12] Cf. Augustin., loc. cit.

CAPUT II. 651

UTRUM, SI PECCATUR CUM SUA MORTALITER, DEBEAT DICI ADULTERIUM.

Secundo quaeritur, si etiam peccatur [a] cum sua mortaliter, utrum secundum omnem modum debeat dici adulterium vel sub alia [b] specie contineri. Assignantur autem quinque modi[1]: Cum cognoscit eam causa satiandae libidinis per meretricias blanditias; secundo, cum praeter naturalem modum; tertio, cum etiam tempore prohibito; quarto, cum loco prohibito; quinto, cum accedit ad praegnantem vicinam partui vel ad menstruatam tempore menstrui.

Et videtur quod non sit fornicatio secundum modum specialem fornicationis, 1. cum fornicatio sit soluti cum soluta servato usu naturali; similiter potest intelligi de aliis speciebus peccati carnalis, sicut de stupro vel incestu. Restat ergo quod sit adulterium.

2. Item, minus videtur esse peccatum, cum causa explendae libidinis cognoscit quam cum accedit praeter naturalem modum vel cum accedit ad mulierem menstruatam vel vicinam partui, ubi timetur periculum prolis. Et dicit Hieronymus[2]: « Tunc viri debent abstinere ab eis, quia tunc concipiuntur membris damnati, caeci, leprosi, gibbosi et huiusmodi ». Si ergo illud primum [c] dicitur adulterium propter sui enormitatem, multo fortius secundum et tertium et ita de aliis.

3. Praeterea, adulterium reputatur, cum fit contra bonum fidei et contra bonum prolis, similiter cum fit contra bonum sacramenti; sed in omnibus iis fit contra aliquod istorum bonorum; ergo in omnibus iis reputatur adulterium.

Contra. *a.* Adulterium secundum Legem[3] habebat poenam determinatam, quam non habet qui istis modis coit cum uxore; ergo non reputatur adulterium.

b. Item, Augustinus, *De adulterinis coniugiis*[4]: « Usus [d] naturalis, si ultra modum prolabitur, in uxore est veniale ». Ex quo videtur [e] quod minus peccatum est [f], aliis paribus, illicite cognoscere suam quam non-suam; sed cognoscere non-suam, quae tamen soluta est, minus peccatum est [g] quam cognoscere alienam; ergo huiusmodi peccatum, si non sit contra naturam, minus est peccatum adulterio: videtur enim esse [h] minus fornicatione; ergo huiusmodi [i] peccatum non est adulterium.

c. Praeterea, ubi est adulterium scienter, in utraque persona committitur peccatum[5]; hic [k] autem in altera persona potest non esse peccatum, ut videtur, quia non intendit reddere nisi quod suum est; ergo huiusmodi peccatum non est adulterium.

[Solutio]: Ad quod dicendum [l] quod peccare cum sua modis supra dictis non est peccare peccato adulterii.

[Ad obiecta]: 1. Ad obiectum autem in contrarium dicendum est quod non est adulterium, licet aliae species supra dictae removeantur. Insufficienter enim fit divisio ad comprehendendum omnia genera peccati carnalis: *libido* enim specialiter dicta vel [m] *immunditia* specialiter dicta [n] illa genera comprehendit[6] quae sub praedictis speciebus non continentur.

2. Ad secundum vero [o] dicendum quod, licet dicatur prima differentiarum adulterium secundum quamdam similitudinem, non tamen secundum alias differentias dicetur adulterium; secundum enim illam differentiam dicitur adulterium [p], quia sic ardet in illam sicut esset [q] adultera[7].

3. Ad tertium vero dicendum quod non omnibus modis [r], quibus fit contra bonum matrimonii, iudicandum est adulterium, sed proprie cum fit contra bonum fidei; et secundum hoc non omnia peccata, quibus homo cognoscit indebite suam, ad rationem adulterii reducentur [s].

CAPUT III. 652

DE MAGNITUDINE PECCATI ADULTERII.

Tertio quaeritur de magnitudine huius peccati.

I. 1. Dicitur enim in *Epistola* Clementis[8]: « In omnibus peccatis adulterium est gravius;

---

[a] V *peccavit.* [b] R *aliqua.* [c] V add. *peccatum;* R *videtur* pro *dicitur.* [d] R *risus.* [e] V *habetur.* [f] T *in.* [g] R om. [h] Z *ex eo* pro *e. e.* [i] Z *hoc.* [k] VL *hoc.* [l] Ita BT, alii add. *est.* [m] V *ut.* [n] B om. *vel... dicta.* [o] Z *autem;* V om. *secundum,* in Z est add. mg. [p] T om. *secundum... adulterium.* [q] R *totum.* [r] R om. [s] V *reducuntur.*

1 Cf. Ioan. de Rupella, *Summa de vitiis* (fol. 38d).
2 Potius *Glossa ordin., In Isai. 64,* 6, ap. Lyran.; cf. Ivo, *Decretum,* p. 9, c. 121 (PL 161, 688 sq.).
3 Cf. Levit. 20, 10; Deuter. 22, 21 sq.; Ioan. 8, 5.
4 Potius *De bono coniug.,* c. 11, n. 12 (PL 40, 382).
5 Cf. Gratian., *Decretum,* C. 32, q. 5, c. 4 (I, 1133).
6 Cf. supra, p. 606a. 7 Cf. supra, num. 650, *Solutio.*
8 Ap. Gratian., *Decretum,* C. 32, q. 7, c. 16 (I, 1144).

secundum namque in poenis obtinet locum ». Ex quo videtur quod peccatum adulterii sit maximum post peccatum apostasiae; dicitur enim in illa [a] auctoritate[1]: « Primum locum habent illi qui aberrant [b] a Deo ». Quod si est, maius erit peccatum peccato incestus et aliis peccatis.

Contra. *a.* Augustinus, in libro *De adulterinis coniugiis*[2]: « Gravius est peccatum adulterii quam fornicationis, sed haec peccata incestus transcendit[3] ». Non ergo est [c] maximum.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod adulterium, cum [d] dicitur gravius, hoc est ex consideratione poenae. Sicut enim peccatum primae tabulae [e], quod est haeresis vel [f] apostasia, poenam habet sibi determinatam, quae est mortis, in Veteri Testamento[4], sic adulterium cum homicidio [g] habet poenam mortis determinatam [h] propter iniuriam qua dissolvitur unitas societatis humanae, in Veteri Lege[5] determinatam. Nihil enim ita exasperat hominem quantum iniuria in suam personam secundum [i] se vel ratione illius quae efficitur una caro cum ipso; unde, sicut habetur in lege Moysi, utrumque peccatum poena mortis puniebatur. Nihilominus tamen in quantitate peccati maius est peccatum incestus et eius quod est contra naturam peccato adulterii, et maior debetur poena in futuro istis peccatis quam illis, sicut apparet ex Iure Canonico[6].

II. 1. Obicitur etiam adhuc propter verbum Isidori[7] quod peccatum fornicationis sit maximi sceleris inter [k] cetera vitia. Dicit [l] enim: « Vitium fornicationis maximi sceleris est, quia per carnis immunditiam templum Dei violatur. Sunt enim quaedam mulieres, quae sicut animalia [m] absque ulla discretione indesinenter libidini serviunt, quas ego nec mutis pecudibus comparaverim ». Ex quo videtur quod fornicatio sit maius peccatum adulterio.

Sed e [n] contra, *a.* habetur ab Augustino[8] quod « adulterii malum vincit fornicationem ». Ipsa etiam ratio suadet, quia maius est iniuriari Deo et proximo in uno genere peccati quam Deo tantum; sed in adulterio fit Deo iniuria et proximo, in fornicatione Deo tantum; in genere peccati carnis ergo minus est peccatum fornicationis quam adulterii.

[Solutio]: Ad quod dicendum[9] quod fornicatio accipitur dupliciter. Uno modo secundum quod generaliter continet peccata carnis, et hoc modo dicitur esse maximi sceleris propter maiorem pronitatem concupiscentiae et quia non tantum violatur templum Dei ex parte animae, sed templum Dei ex parte carnis; in aliis vero peccatis minor est pronitas concupiscentiae [o] et violatur templum Dei [p] ex parte animae. Alio vero modo sumitur fornicatio specialiter, prout dividitur contra adulterium, et secundum hunc modum maius est peccatum adulterii quam fornicationis, et sic accipitur ab Augustino.

653

CAPUT IV.

DE POENA PECCATI ADULTERII.

Quarto quaeritur de poena huius peccati.

1. Assignatur autem in Veteri Testamento poena mortis, sicut habetur in Levit. 20, 10: *Si moechatus fuerit* [q] *aliquis cum uxore alterius et adulterium perpetraverit* [r], *morte moriatur.* Videtur ergo secundum Legem quod poena mortis debeatur; in Lege autem videmus quod furtum [s] punitur poena pecuniaria, sicut habetur Exod. 22, 1-12; e contra vero furtum modo punitur poena mortis, si [t] ducitur in consuetudinem, adulterium vero non ita videmus puniri.

2. Praeterea, sicut habetur in *Canone,* dicit Isidorus[10] quod pro [u] adulterio et huiusmodi peccatis septennis poenitentia iniungitur; et accipitur hoc ex Veteri Testamento ex exemplo « David, qui de adulterio reprehensus, unius hebdomadae ieiunium in satisfactionem [v] admissi sceleris Deo [x] legitur obtulisse[11] ». Sed hoc idem legitur de fornicatione et de aliis huiusmodi peccatis; videtur ergo quod par poena [y] in aequalibus peccatis debeatur.

[Solutio]: 1. Ad quod dicendum [z] quod aliter fuit in Veteri Testamento et aliter nunc est

---

[a] R *ista.* [b] Ita V, alii *oberrant.* [c] V om. [d] VR om. [e] V *apostasie* pro *p. t.* [f] V *sive,* R om. [g] L exp. *quae... homicidio.* [h] L om.; Z om. *quae est... determinatam.* [i] LZ *pro,* quod F corr. [k] R *sunt.* [l] R *dicitur.* [m] R vacat *s. a.* [n] R om. [o] R om.; V *ut* pro *et.* [p] Ita BT, alii om. [q] VR add. *homo.* [r] R *perpetretur.* [s] T *fur.* [t] V *et.* [u] R om. [v] Ita V, alii *satisfactione;* L om. *in;* V *commissi* pro *admissi.* [x] BT om. [y] V *talis* pro *p. p.* [z] Ita V, alii add. *est;* B om. *fuit.*

1 Loc. cit.; cf. Eccli. 10, 14 sq.

2 Potius *De bono coniug.,* c. 8, n. 8 (PL 40, 379); cf. Gratian., *Decretum,* C. 32, q. 7, c. 11 et 10 (I, 1143).

3 Cf. supra, p. 627, nota 7.

4 Cf. Levit. 20, 2 sqq.

5 Cf. Exod. 21, 12; Levit. 20, 10 et 24, 17.

6 Cf. Gratian., loc. cit., cc. 11 sqq. (I, 1143 sq.).

7 *Sentent.,* II, c. 39, n. 20 (PL 83, 642); ap. Gratian., loc. cit., c. 15 (I, 1144).

8 Loc. cit., nota 2.

9 Cf. loc. cit., nota 7.

10 Ap. Gratian., *Decretum,* C. 33, q. 2, c. 11 (I, 1155), et sequens *Glossa* Gratiani in h. l.

11 Cf. II Reg. 12, 16 sqq.; cf. Gratian., *Decretum, Glossa* in h. l. (I, 1155).

secundum legem civilem sive saecularem. In Lege enim Veteri iniuria in personam vel in illam quae quasi est eadem persona, morte mulctabatur, iniuria vero in rem per poenam huiusmodi puniebatur: sic enim erat poena talionis[1]. Nunc autem [a] furtum poena punitur mortis [b][2], non propter iniuriam in ipsa re, sed propter cohertionem pronitatis et pacis communis conservationem; adulterium etiam [c] morte puniretur nisi esset excusatio originalis concupiscentiae ex una parte et deesset [d] accusatio ex alia parte: non vindicatur tamen si adulter in ipso facto luatur.

2. Ad secundum vero dicendum[3] quod, licet peccata sint inaequalia, regulariter tamen septennis poenitentia iniungitur, non quia maiori peccato non debeatur maior poena, sed ut ostendatur non secundum quantitatem singulorum peccatorum propriam posse in Canone institui poenitentiam, sed pro [e] huiusmodi maioribus septennis iniungitur exemplo Mariae sororis Moysi[4], exemplo etiam illo de [f] quo dicitur II Reg. ultimo, 13: *Septem annis veniet tibi fames in terra tua.* Significatur autem quod pro mortali peccato, cui debetur poena aeterna, homo in praesenti vita universalem debet sustinere afflictionem [g][5]. Si tamen crimina sunt maiora vel minora, secundum genus peccati vel circumstantias ex parte personae vel actus maior vel minor iniungitur poenitentia.

TITULUS III.

DE PECCATIS CONIUGUM[6].

Quia iam dictum est de adulterio, in quo delinquitur contra coniugium simpliciter, adiungendum videtur de peccatis quae fiunt ab ipsis coniugibus. Sicut autem supra dictum est[7], plures sunt differentiae secundum defectum diversarum circumstantiarum. Aliquando enim [h] privatur finis debitus, sicut accidit quando coit causa exsaturandae libidinis; aliquando vero privatur modus debitus, cum fit praeter naturalem modum; aliquando vero tempus debitum, sicut [i] cum fit prohibitio temporis, ut in solemnitate paschali; aliquando vero privatur locus debitus, cum fit prohibitio loci, sicut in locis sacris; aliquando vero [k] privatur circumstantia debita personae, cum qua est concubitus, sicut cum menstruata vel vicina partui.

Primo ergo [l] quaeritur quando [m] sit peccatum vel ex quibus causis;

secundo, quando sit mortale peccatum et quando veniale;

tertio, si peccat una persona mortaliter, utrum alia persona peccet reddendo ei quod petit, cum sciat alteram personam peccare mortaliter;

quarto, utrum in matrimonio post votum continentiae emissum semper peccet persona, quae votum emisit, petendo debitum, aut non.

CAPUT I. 654

QUIBUS EX CAUSIS ACTUS CONIUGALIS SIT PECCATUM.

Ad primum sic: 1. Dicit Gregorius[8]: « Tunc solum coniuges in admixtione [n] sunt sine culpa, cum non pro [o] explenda libidine, sed pro suscipienda [p] prole miscentur [q] ». Ex quo videtur quod alia de causa si fiat concubitus, est peccatum.

---

[a] R *enim.* [b] Codd. *pena furti punitur morte* pro *f. p. p. m.* [c] FRLZ om. [d] Ita V, alii *deest;* R *altera* pro *alia.* [e] V *prout.* [f] Ita BT, alii om.; V *quod* pro *quo.* [g] V *attritionem;* B *sint* pro *sunt.* [h] Z *autem.* [i] T om. [k] B om. [l] BT *enim;* R om. [m] BT *an;* F *fit* pro *sit,* item infra. [n] V *commixtione.* [o] Ita V, alii om. [p] R *prorsus* pro *p. s.* [q] V *commiscentur.*

[1] Cf. Exod. 21, 24.

[2] Cf. Ivo, *Decretum,* p. 16, c. 207 (PL 161, 945).

[3] Cf. Gratian., *Decretum,* C. 33, q. 2, c. 11 et *Glossa* sequens (I, 1155).

[4] Cf. Num. 12, 14 sq.; ap. Gratian., loc. cit.

[5] Cf. Augustin., *Sermo* 114, n. 1 (PL 38, 652).

[6] Cf. S. Bonav., IV *Sent.,* d. 21, a. 2, q. 1 sqq. (IV, 721 sqq.).

[7] Cf. supra, num. 651, in initio.

[8] *Moral.,* XXXII, c. 20, n. 39 (PL 76, 659); ap. Gratian., *Decretum,* dist. 13, c. 2, § 4 (I, 33).

2. Hoc etiam videtur per hoc quod addit, dicens[1]: « Paulus, cum quosdam in Ecclesia incontinentes[a] respiceret, concessit minora, ut maiora declinarent, dicens[2]: *Propter fornicationem unusquisque suam habeat uxorem* ».

3. Item, Ambrosius[3]: « Qui non causa procreandae sobolis, sed explendae libidinis, sibi invicem copulantur, non tam coniuges quam fornicarii videntur ».

4. Et dicit Hieronymus[4]: « Sicut non omnis congregatio haereticorum Ecclesia Christi dici potest, sic non omne matrimonium, quo uxor [non] viro suo secundum praecepta Christi coniungitur, rite[b] coniugium appellari potest, sed magis[c] adulterium ». Secundum hoc videtur quod causa prolis procreandae si fiat coniunctio viri cum coniuge, solummodo non sit peccatum.

Sed e contra, *a.* habetur per hoc[d] quod dicitur ab Augustino[e][5]: « Redde debitum; si non exigis, redde; pro sanctificatione perfecta Deus tibi[f] computabit »; et iterum[6]: « Quisquis compatiens infirmitati uxoris reddit[g] et non exigit debitum, quantum ad hoc securus[h] expectat diem novissimum ».

b. Item, XXXII, quaest. 2[7], dicitur quod causa vitandae fornicationis potest quis uxorem suam cognoscere sine peccato, ubi dicitur: « Secunda institutio coniugii est propter illicitum motum eliminandum extra paradisum facta, ut infirmitas, prona in ruinam turpitudinis[i], honestate excideretur coniugii[k] ».

[Solutio]: Ad quod dicendum[l], secundum Augustinum, *De bono coniugii*[8]: « Debent sibi[m] coniugati non solum sexus sui commiscendi fidem procreandorum liberorum causa, quae prima est humani generis in ista mortalitate societas[n], verum etiam infirmitatis invicem[o] excipiendae, ad illicitos concubitus evitandos, mutuam quodam modo servitutem ». Secundum hoc ergo dicendum est quod tribus de causis fit convenienter[p] concubitus coniugalis: vel causa prolis procreandae vel causa debiti reddendi vel causa vitandae fornicationis.

[Ad obiecta]: 1. Ad obiectum autem dicendum est quod illud verbum Gregorii, quo dicitur: « Tunc solum coniuges in admixtione[a] sunt sine culpa », intelligendum est quod talis admixtio[b] causa prolis procreandae potuit esse sine culpa, hoc est cum nulla fuit culpa: sic[c] enim constitutum fuit coniugium; sed nunc, si fit alia de causa, non est sine culpa originali praecedente, licet sit sine culpa[d] actuali. — Vel aliter potest notari exclusio, ut dicatur tunc admixtio causa prolis procreandae solum sine culpa fieri, cum[e] non admiscetur de libidinis motu.

2. Ad secundum vero dicendum quod[f] quod dicit Gregorius de concessione minorum ad vitationem maiorum potest intelligi de illo[g] qui cognoscit coniugem pro explenda libidine: tali enim permittitur quod minus est ad vitandum maius peccatum, scilicet fornicationem, et secundum hoc concessio dicitur pro[h] permissione. Si vero concessio[i] acciperetur aliter, tunc diceretur quod concessit actum coniugalem, id est concessum ostendit, propter vitandam fornicationem, non quia actus coniugalis sit minus peccatum, sed quia contingit fieri cum minori peccato.

3. Ad tertium dicendum quod illud[k] quod dicit Ambrosius quod « qui solum explendae libidinis causa copulantur, fornicarii[l] videntur », potest sic exponi de primo consensu: qui enim ad invicem consentiunt non affectu maritali, sed affectu fornicario, non sunt dicendi coniuges, sed magis fornicarii. Si vero de iam copulatis intelligitur, oportet tunc referre ad ipsum motum, ut motus ille plus referatur ad libidinem quam[m] ad coniugium. Dicit enim Augustinus[9]: « Ad hoc nuptiae sunt ut illa concupiscentia, redacta ad legitimum vinculum, non deformis et dissoluta[n] fluitaret, habens de se ipsa irrefrenabilem carnis infirmitatem, de nuptiis autem indissolubilem fidei societatem[o], de ipsa progressum immoderate coeundi, de nuptiis[p] modum caste procreandi[q] ». Per quod ostenditur quod motus explendae libidinis plus ad concupiscentiam pertinet, ex[r] qua est fornicatio, quam pertineat ad coniugium.

4. Ad quartum dicendum, quod illud verbum Hieronymi, ubi dicitur: « Non rite[s] coniugium dici potest, sed magis adulterium »,

---

[a] Z *continentes.* [b] V *vere.* [c] V add. *etiam;* RZ add. *in,* quod F exp. [d] L om. *p. h.* [e] V *Origene.* [f] R *ibi.* [g] BT add. *debitum.* [h] BT *securius.* [i] B om. [k] VR *coniugis.* [l] Ita BT, alii add. *est.* [m] V *etiam.* [n] R *socialitas.* [o] V om. [p] V *communiter.* [a] VR *commixtione.* [b] V *commixtio.* [c] R *sicut.* [d] T om. *originali... culpa.* [e] V *tamen.* [f] FRLZ *secundum.* [g] B om. *d. i.* [h] FRZ om., in L est add. mg. [i] T om. [k] Ita V, alii om. *q. i.* [l] Ita V, alii *fornicari.* [m] T *quantum.* [n] V *dissolutio* pro *e. d.* [o] V *indissolute fidei sanctitatem* pro *i. f. s.* [p] R *temptationis* pro *d. n.* [q] VR *progredi;* V *se* pro *quod.* [r] T om. [s] V *dico.*

1 Gregor. M., loc. cit. 2 I Cor. 7, 2.

3 Rectius Gratian., *Glossa* in C. 32, q. 2, c. 1 (I, 1119), Ambrosio adscriptum.

4 *In Ephes. 5,* 22sq. (PL 26, 530sq.); ap. Gratian., *Decretum,* C. 32, q. 2, c. 2 (I, 1120sq.).

5 *Enarr. in Psalm. 149,* n. 15 (PL 37, 1959); ap. Gratian., *Decretum,* C. 33, q. 5, c. 1 (I, 1250).

6 Cf. Augustin., *Epist.* 262, n. 2 (PL 33, 1078); *Enarr. in Psalm. 149,* n. 15 (PL 37, 1959); ap. Gratian., *Decretum,* C. 33, q. 5, c. 5 (I, 1252).

7 Gratian., *Glossa* in C. 32, q. 2, c. 2 (I, 1120).

8 Cap. 6, n. 6 (PL 40, 377); ap. Gratian., *Decretum,* C. 32, q. 2, c. 3 (I, 1120).

9 Loc. cit., c. 5 (PL 40, 377).

intelligitur de illa coniunctione coniugis cum coniuge, qua dicitur[1] quod « omnis ardentior amator coniugis suae adulter est ». Et intelligitur illo modo quo supra expositum est[2], non [a] quod sit simpliciter adulterium, sed secundum quamdam reputationem.

CAPUT II. 655

QUANDO ACTUS CONIUGALIS SIT PECCATUM MORTALE ET QUANDO VENIALE[3].

Secundo quaeritur quando sit [b] peccatum mortale et quando veniale.

Et [c] videtur quod sit veniale, cum [d] peccant coniuges in coniugio, salvato usu naturali. *a.* Cum enim usus est contra naturam, est mortale peccatum. Unde Augustinus, *De bono coniugali*[4]: « Ille concubitus qui est contra naturam, execrabiliter [e] fit in meretrice, sed execrabilius in coniuge ». Dicitur enim [f] I Cor. 7, 5-6: *Revertimini in id ipsum, ne tentet vos Satanas propter incontinentiam vestram; hoc autem dico secundum indulgentiam, non secundum imperium.* Et dicit Augustinus, in libro *De bono coniugali*[5]: « Quis ambigat absurdissime dici [g] non eos peccasse quibus venia [h] datur? Sed illum concubitum secundum veniam concedit qui fit per incontinentiam, non causa procreandi ». Ex quo accipitur quod inordinatus concubitus in [i] coniugibus sit veniale peccatum.

b. Item, in eodem libro[6]: « Concubitus, qui ultra necessitatem generandi progreditur, iam non rationi, sed libidini obsequitur »; qui autem [k] libidini obsequitur, salvato usu naturae [l], in coniugibus est veniale. Dicit enim Augustinus, in eodem[7]: « Ille usus naturalis, qui prolabitur ultra pacta nuptialia, id est [m] ultra propagandi necessitatem, venialis est in [n] uxore, in meretrice damnabilis ». — Item, Augustinus, in eodem[8]: « Si [o] turpe est libidinose velle uti marito, honestum [p] tamen est nolle misceri nisi [q] marito ». Ex quo accipitur quod motus libidinis excusabilis est propter coniugium; ergo venialis.

c. Item, Augustinus [r], *De nuptiis et concupiscentia*[9]: « Aliud est non concumbere nisi sola voluntate generandi, quod non habet culpam; aliud carnis concumbendo appetere voluptatem, sed non praeter coniugem, quod venialem habet culpam ». Ergo motus naturalis in coniugibus est venialis, cum est inordinatus [a].

d. Item, in eodem[10]: « Huius plagae quidam pruritus in adulteriorum et fornicationum et quorumlibet stuprorum foeditatibus regnat, in connubiorum [b] vero necessitatibus [c] servit; ibi de domino [d] tali damnatur turpitudo, hic de pedissequo [e] tali honestas verecundatur ». Cum ergo non regnet huiusmodi concupiscentia, erit [f] non mortale, sed veniale.

Ex iis videtur quod motus inordinatus, naturalis tamen, in coniugibus sit venialis, secundum quamcumque fiat differentiam, maxime cum non fiat exceptio. Motus ergo qui est inordinatus quantum ad finem et modum quemdam et locum et [g] tempus et personam, in coniugibus erit venialis.

Contra. 1. Ex parte finis obicitur per hoc quod dicit Hieronymus[11]: « Ardentior amator uxoris suae adulter est ». Adulterium autem [h] vere vel interpretative est mortale peccatum.

2. Item, Augustinus, *De bono coniugali*[12]: « Si ambo tali concupiscentiae subiciuntur [i], rem faciunt non plane nuptiarum ». Ex quo videtur quod sit mortale peccatum, cum ambo sint subiecti concupiscentiae nec excusentur [k] per bonum nuptiarum.

3. Item, inordinatus motus quantum ad circumstantiam temporis videtur esse mortale peccatum. Dicit enim Hieronymus[13]: « Quicumque uxori debitum reddit, vacare non potest orationi nec de carnibus Agni comedere »; et post subiungit[14]: « Eo tempore, quo carnes Agni manducaturi sumus, vacare a carnalibus operibus debemus ».

---

[a] B add. *secundum* et om. *sit.* [b] Z *fit.* [c] V om. [d] V *quando.* [e] V *execrabile.* [f] FLZ om., R exp.; V *ad* pro *I.* [g] V *hic.* [h] BT *misericordia;* V *si,* FRLZ *secundum* pro *sed.* [i] BT *cum.* [k] Z *non,* quod L corr. [l] V *naturali.* [m] V *et* pro *i. e.* [n] B *cum.* [o] V *non;* BT om. *libidinose.* [p] V *inhonestum.* [q] B *sine;* V *velle misceri non* pro *n. m. n.;* T *trasci* pro *misceri.* [r] Ita V, alii *in libro.* [a] V *non tamen ordinatus* pro *c. e. l.* [b] R *coniuglorum.* [c] R vacat; V om. *v. n.* [d] Z *divino,* BTFRL *dominio;* V *ubi iure divino* pro *i. d. d.;* codd. *talis* pro *tali,* item infra. [e] BTFLZ *pedissequa;* V *sive pestis* pro *h. d. p.;* R *de penis qua* pro *d. p.* [f] R add. *tamen.* [g] LZ om. [h] V *vel;* R *videtur* pro *vere.* [i] BZ *subiguntur,* R *subiciantur.* [k] V *excusatur,* R *excusantur.*

1 Cf. supra, p. 628, nota 6.
2 Cf. supra, num. 650, *Solutio.*
3 Cf. Lombard., IV *Sent.*, d. 31, cc. 5-7 (p. 939sqq.); Ioan. de Rupella, *Summa de vitiis* (fol. 38b); S. Bonav., IV *Sent.*, d. 31, a. 2, q. 3 (IV, 725sqq.).
4 Cap. 11, n. 12 (PL 40, 382); ap. Gratian., *Decretum*, C. 32, q. 7, c. 11 (I, 1143).
5 Cap. 10, n. 11 (PL 40, 381).
6 Loc. cit.
7 Loc. cit., nota 4; ap. Ivon., *Decretum*, p. 9, c. 110 (PL 161, 686).
8 Cap. 5 (PL 40, 377).
9 Lib. I, c. 15 (PL 44, 423).
10 Lib. I, c. 12 (PL 44, 422).
11 Cf. supra, p. 628, nota 6.
12 Cap. 10, n. 11 (PL 40, 381).
13 Pseudo-Hieronym., *De esu Agni* (PL 40, 1204); ap. Gratian., *Decretum*, C. 33, q. 4, c. 1 (I, 1247).
14 Loc. cit.

Ex quo accipitur quod concubitus carnalis cum [a] coniuge indignum reddit respectu perceptionis Eucharistiae; sed indignum non facit nisi mortale peccatum; ergo illicitus concubitus cum [b] coniuge est mortale peccatum.

4. Item, Augustinus, in *Quaestion. Veteris et Novi Testamenti* [1]: « Christiano convenire cum sua uxore aliquando licet, aliquando non licet. Propter processionis [c] enim dies et ieiuniorum aliquando non licet convenire, quia a licitis etiam *abstinendum est ad tempus*, ut facilius impetrari possit quod postulatur. Unde Apostolus [2]: *Ex consensu abstinendum est ad tempus, ut vacetis orationi* ». Ex quo habetur quod concubitus coniugum tempore orationis est illicitus, et ita mortale peccatum.

5. Item, Augustinus, *De bono coniugali* [3]: « Hoc secundum veniam conceditur; cuius delicti [d] non habent hortatrices nuptias, sed deprecatrices, si Dei misericordiam non a se avertant, vel non abstinendo quibusdam diebus ut [e] orationibus vacent et per [hanc] abstinentiam sicut per ieiunium suas preces commendent, vel immutando *naturalem usum in eum qui est contra naturam* [4] ». Ex quo accipitur quod avertitur misericordia Dei, cum non abstinent tempore orationis coniuges a concubitu inordinato, et ita est mortale peccatum. Hoc etiam apparet ex disiunctione, per hoc quod sequitur [5] de immutatione naturalis usus « *in eum qui est contra naturam* quod damnabile est in coniuge ».

6. Similiter ostenditur [f] de circumstantia loci indebiti. Qui enim concumbit in ecclesia, sacrum locum violat; violatio autem sacri loci est mortale peccatum [g]; ergo huiusmodi concubitus est mortale peccatum [h].

7. Item, ex Nicaeno [i] Concilio [6] habetur, ubi dicitur: « Ecclesiis semel Deo consecratis non debet iterum consecratio adhiberi nisi ab igne exustae aut sanguinis effusione aut semine cuiusquam pollutae fuerint ». Si ergo pollutio fit [k] per concubitum libidinosum, coniuges qui concumbunt peccant mortaliter.

8. Similiter potest obici quantum ad conditionem personae, ut si vicina fuerit partui mulier vel si fuerit menstruata. De primo dicit Ambrosius, *Super Epistolam ad Corinthios* [7]: « Ipsa ratio conceptus et partus iuxta Legem [8] cessare usum carnis iis debere temporibus demonstrat [l] ». Praeterea, illo tempore imminet [m] periculum partus; cum ergo [n] hoc sit contra bonum prolis, erit contra matrimonium, et ita erit mortale peccatum.

9. Item, Hieronymus [9]: « Praecipitur [o] ut viri non solum in alienis, sed in suis uxoribus, modum et tempora servent »; unde [10]: *Tempus est amplexandi* [p] *et tempus longe fieri ab amplexibus.* Ex quo videtur quod tempore quo mulier vicina est partui si eam cognoscat, peccat mortaliter faciendo contra praeceptum.

10. Similiter ostenditur de menstruata. Dicitur enim Ezech. 18, 6: *Si ad mulierem menstruatam non accesserit* etc., et computat inter opera iustitiae; et dicitur in Glossa [11]: « *Si quis accesserit* [q]: Dicuntur concepti foetus vitium seminis contrahere, ut leprosi et elephantici ex hac corruptione nascantur ».

11. Similiter dicitur Levit. 18, 19: *Ad mulierem, quae patitur menstruum, non accedas.* Et dicit Augustinus [12]: « Cum hoc superius [13] sufficienter [r] prohibuisset, hic repetit, forte ne in superioribus videretur figurate accipiendum, ubi talia prohibentur »; et subditur [14]: « In hac re non natura damnatur, sed concipiendae proli [s] noxium prohibetur ». Cum ergo sit [t] prohibitio, faciens contra hoc mortaliter [u] peccat. — Item [v], Levit. 20 18, dicitur: *Qui coierit cum muliere in fluxu menstruo* [x] *et revelaverit turpitudinem eius ipsaque aperuerit fontem sanguinis sui, interficientur ambo.* Sed huiusmodi poena in Lege indicat mortale peccatum; ergo est peccatum mortale. — Quod etiam videtur per hoc quod dicit Hesychius [15], Levit. 15, 19, super illud: *Mulier, quae redeunte mense* etc.: « Necessario utrisque interim continentia indicitur ». Ergo tempore illo abstinere debet vir a cognoscendo mulierem menstruatam.

12. Item [y], super illud Levit. 18, 21: *De semine tuo non dabis* etc., Glossa [z 16]: « Prohibetur menstruata et uxor proximi, quia in tali commixtione adulterium est, non coniugium ».

---

[a] Ita V, alii *in*; B *dignum* pro *indignum*. [b] Ita V, alii *in*. [c] B *confessionis*. [d] Codd. *delectu*. [e] T *in*. [f] V *obicitur*. [g] R om. [h] V om. *ergo... peccatum*. [i] BR *Viceno*. [k] V om. *p. f.* [l] B *demonstrant*. [m] V *eminet*. [n] R om. [o] V *precepit*. [p] V *amplectendi*. [q] V *accedit*. [r] R om. [s] VB *prolis*. [t] VTR *fit*. [u] V *maxime*. [v] Ita V, BT *preterea in*, alii add. *in*. [z] VR *menstrui*. [y] R om. [z] R om.

[1] Quaest. 127 (PL 35, 2385); ap. Gratian., *Decretum*, C. 33, q. 4, c. 5 (I 1248).
[2] I Cor. 7, 5.
[3] Cap. 10, n. 11 (PL 40, 382).
[4] Rom. 1, 26.
[5] Augustin., loc. cit.
[6] Ap. Gratian., *Decretum*, dist. 68, c. 3 (I, 254); *De consecr.*, dist. 1, c. 20 (I, 1299).
[7] *In I ad Cor.* 7, 5 (PL 17, 217); ap. Gratian., *Decretum*, C. 33, q. 4, c. 4 (I, 1248).
[8] Cf. Levit. 15, 19sqq., 18, 19 et 20, 18.
[9] *In Ezech. 18*, 6 (PL 25, 173); Ivo, *Decretum*, p. 9, c. 121 (PL 161, 689).
[10] Eccle. 3, 5.
[11] *Ordin.*, in h. l., ap. Lyran., ex Hieronymo, loc. cit.; cf. Ivo, loc. cit.
[12] *Glossa ordin.*, in h. l., ap. Lyran., ex Augustino, *In Heptat.*, III, q. 64 (PL 34, 706).
[13] Cf. Levit. 15, 19-27
[14] Loc. cit.
[15] In h. l. (PG 93, 977), verbotenus in *Glossa ordin.*, in h. l., ap. Lyran.
[16] *Ordin.*, in h. l., ap. Lyran.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod aliquando est veniale peccatum, aliquando mortale in concubitu inordinato viri cum coniuge. Si enim illa delectatio sit sub Deo, veniale peccatum est: excusatur enim propter sacramentum coniugii. Unde dicit Augustinus, in libro *De bono coniugali*[1]: « Si magis in sua coniunctione diligunt quod honestum quam quod inhonestum est, id est[a] quod est nuptiarum quam quod non est nuptiarum[b], hoc, auctore Apostolo[2], eis secundum veniam conceditur ». Si vero aequiparetur vel praeferatur Deo, est mortale peccatum.

[Ad obiecta]: *a-d.* Ad id ergo quod[c] primo obicitur quod 'universaliter[d] sit veniale peccatum': dicendum est quod non, nisi 'veniale' large accipiatur, non tantum[e] pro eo quod est in genere veniale, sed pro eo quod est[f] veniabile, sicut dicitur de illo peccato quod est ex infirmitate, quod ipsum est veniabile sive remissibile, quia[g] habet aliquam causam allicitivam[h] propter quam in parte excusatur, licet sit in genere mortale; et hoc patet, si recte attendantur intentiones illarum auctoritatum.

1. Ad ea vero, quae obiecta sunt ex altera parte, dicendum est de illa auctoritate Hieronymi quod 'adulter dicitur[i] ardentior amator uxoris suae', hoc intelligitur, si ita fervet in uxorem suam quod, etiam si non esset sua[k], nihilominus vellet coire cum ea[3]. « Nihil enim foedius est[l] quam amare uxorem quasi adulteram[4] ».

2. Ad secundum vero[m] dicendum quod, licet ambo subiciantur concupiscentiae, non tamen oportet quod sit mortale peccatum, sicut ipse[5] exponit, quia magis diligere possunt « quod honestum est quam quod[n] inhonestum ». Rem autem facere non-nuptiarum dicuntur propter motum libidinis, qui ad infirmitatem concupiscentiae pertinet, non ad bonum nuptiarum[o][6].

3. Ad tertium vero dicendum quod illud quod dicitur de abstinentia a[p] perceptione sacramenti Eucharistiae tempore concubitus carnalis, attenditur et[q] ratione peccati et ratione immunditiae. Licet enim huiusmodi actus inordinatus in coniugibus secundum se esset venialis, tamen propter reverentiam Sacramenti exhibere debet se homo mundum[r] spiritualiter et a peccato et a sequela peccati, quantum in ipso est, propter reverentiam Sacramenti; hoc autem intelligitur de petente[a], de reddente vero debitum infra dicetur[7]. Petens enim illo tempore peccat, sed reddens potest[b] non peccare, si reddit quod alienum est[c] et cum anxietate animi propter id quod est ibi de morbo concupiscentiae.

4. Ad quartum vero dicendum quod illud quod dicit Augustinus quod « aliquando non licet convenire cum uxore », ut tempore ieiuniorum vel processionis[d], dicendum est quod 'non licere' dicitur multipliciter: vel quia omnino prohibitum est vel quia non expedit sibi vel alii, et hoc modo potest dici non licere. Unde dicit Augustinus[8]: « Non expedit id quod licitum est, quando permittitur quidem, sed usus ipsius potestatis infert[e] impedimentum salutis ». Vel[f] aliquando dicitur licitum quod permissum est comparatione deterioris, et hoc modo posset dici licitum, quia ad vitationem[g] deterioris, scilicet fornicationis vel adulterii, permittitur.

5. Ad quintum dicendum[h] quod hoc intelligitur de illo qui, nulla necessitate ductus, causa satiandae libidinis, tempore debito orationi, petit instanter copulam carnalem, non causa procreationis: talis enim peccat mortaliter. Et dicitur de tempore orationis solemniter statuto ab Ecclesia. Aliter autem esset, si peteret causa vitandae fornicationis in se vel in alia persona.

6. Ad id vero quod obicitur de loco sacro, dicendum[i] quod, si locus consecratus est, propter contemptum sacramenti peccat mortaliter, nec est necessitas quin possit cognoscere in alio loco. Nec est simile de tempore orationis quocumque.

7. Ad id vero quod obicitur de ecclesiis consecratis, 'si sint pollutae' etc.: dicendum quod proprie dicitur pollutio illo modo quo[k] polluitur per adulterium vel fornicationem, non autem cum polluitur per coitum cum uxore, propter quam debeat fieri reconsecratio[l], sicut dicunt quidam[9]; secundum alios[10] autem in quibusdam casibus debet fieri iterata consecratio; si vero fuerit adulterium, reconciliatio[m]. Reconciliare autem potest dioecesanus episcopus vel per se vel per alium[11].

8. Ad id vero quod obicitur de petente concubitum[n] a muliere vicina partui, dicendum[o]

---

[a] V *et* pro *i. e.* [b] B om. *q. q. n. e. n.* [c] Ita V, alii *quod ergo* pro *A. i. e. q.* [d] T *similiter.* [e] BT *tamen.* [f] T add. *in genere.* [g] VTR *quod;* V om. *sicut... remissibile.* [h] R *illicitam.* [i] R *est.* [k] Z add. *tamen.* [l] T om. [m] R om. [n] B om.; Z om. *est.* [o] Cf. infra, p. 636, nota *e.* [p] FLZ *et.* [q] L *in.* [r] R om.

[a] Z *potente,* quod L corr.; BT add. *et.* [b] R *potens,* quod L corr. [c] FRLZ om.; V om. *et.* [d] V *processionum;* B om. *est.* [e] Ita R, alii *aufert.* [f] BT *ut.* [g] R *intentionem;* V om. *et hoc... deterioris;* B *id est* pro *scilicet.* [h] R add. *est.* [i] Ita V, alii add. *est;* R om. *si.* [k] V om. [l] BR *consecratio.* [m] V *reconciliari.* [n] V *debitum.* [o] Ita V, alii add. *est.*

1 Cap. 10, n. 11 (PL 40, 381 sq.). 2 Cf. I Cor. 7, 6.
3 Cf. supra, p. 628b, *Solutio.*
4 Cf. supra, p. 628, nota 8.
5 Scilicet Augustin.; cf. supra, nota 1.
6 Cf. Gratian., *Decretum,* C. 32, q. 2, c. 3 (I, 1120).
7 Cf. infra, num. 656.
8 *De coniug. adulter.,* I, c. 18, n. 22 (PL 40, 463); ap. Gratian., *Decretum,* C. 28, q. 1, c. 9 (I, 1084).
9 Cf. Hugutio, in Gratiani *Decretum, De consecr.,* d. 1, c. 20 (ed. Romae 1582, col. 2480, litt. *k, m*).
10 Cf. Gregor. IX, *Decretales,* III, tit. 40, c. 10 (II, 635).
11 Cf. Gregor. IX, loc. cit., c. 9 (II, 635).

quod, si praesumitur vehementer de periculo partus[a], peccat mortaliter; si vero fit causa vitandae[b] fornicationis, eo quod in parte progreditur secundum motum libidinis, peccat venialiter. Augustinus, *De bono coniugali*[1]: « Sunt viri usque adeo incontinentes ut coniugibus nec[c] gravibus parcant[d]. Quidquid ergo inter se coniugati immodestum, inverecundum, sordidum gerunt, vitium est hominum, non culpa nuptiarum[e] ».

9. Ad id vero quod dicit Hieronymus, dicendum quod hoc intelligitur propter conditiones partus. Loquitur enim in illo casu ubi talis est conditio mulieris, cum qua si coeat eo tempore[f], potest esse periculum partus.

10. Ad id vero quod obicitur de menstruata, dicendum[g] quod causa concubitus potest aggravare factum vel minuere[h]. Si enim causa vitandae fornicationis fiat, diminuitur quantitas peccati; si vero libido satianda sit causa[i] cum negligentia periculi in prole, aggravatur in hoc peccatum ut sit mortale, et sic intelligi potest illa prohibitio. Nec est omnino simile de menstruata et leprosa[2], quia menstruata secundum tempus patitur menstrua, leprosa vero simpliciter determinatur. Et ideo potest convenientius a menstruata abstinere[k] quam a leprosa, quia non secundum omne tempus potest esse continentia in quibusdam personis.

11. Ad id vero quod obicitur de poena mortis, quae infligebatur coeunti tempore menstrui[l] cum muliere, dicendum[m] quod alia attenditur conditio in Levit. 15, 19-26 et 18, 19 et[n] 20, 18. In 15, 19-26 enim Levit. agitur[o] de illo qui cognoscit menstruatam ignoranter[p]: poterat enim talis per sacrificium expiari vel per[q] lotionem vestimentorum. In 18, 19 autem intelligitur de scienter accedente, ubi fit prohibitio propter periculum partus. In 20, 18 autem, ubi loquitur de poena mortis, loquitur[3] de cognoscente menstruatam et peccatum suum publicante[r]; unde dicitur ibi: *Et revelaverit turpitudinem eius;* et similiter intelligitur de muliere; unde dicitur ibi: *Ipsaque aperuerit fontem sanguinis sui.*

12. Ad id vero quod ultimo[s] obicitur quod 'adulterium est in tali commixtione': dicendum[t] quod hoc est per quamdam interpretationem[4]. Qui enim causa exsaturandae libidinis coit cum menstruata, ad modum adulteri[u] quaerit voluptatem in ea cum inconsideratione periculi; unde quasi pro adulterio reputatur: non enim bonum coniugii ibi considerat, cum hoc ipsum principaliter moveat.

656 CAPUT III.

UTRUM, SI PECCAT UNA PERSONA MORTALITER, ALIA PECCET REDDENDO QUOD PETIT.

Tertio quaeritur, si peccat una[a] persona mortaliter, utrum alia persona peccet reddendo ei[b] quod petit, cum sciat alteram personam peccare mortaliter in praedictis casibus[5].

Quod videtur, per simile. 1. Si enim aliquis esset furiosus, et aliquis redderet ei gladium, quo se interficeret, scienter, peccaret mortaliter; a simili, cum sciat uxor virum suum peccare, si reddat ei debitum, peccat mortaliter. Si ergo tempore non debito[c] sive loco, et ita de aliis circumstantiis, consentiat illi, peccat mortaliter.

2. Idem[d] videtur quantum ad illum casum ubi peccare vult praeter naturam. Dicit enim[e] Augustinus, in libro *De bono coniugali*[6]: « Cum vir membro mulieris non ad hoc concesso uti voluerit, turpior[f] est uxor si in se quam si[g] in alia fieri permiserit ». Non ergo reddendum est debitum carnis, ubi aliquis contra naturam petit.

3. Item, quoad circumstantiam temporis arguitur quod non est reddendum debitum, quia redditio debiti tempore orationis videtur subtrahere perceptionem Eucharistiae, sicut supra exprimitur in[h] auctoritate Hieronymi[7]: « Quicumque uxori debitum reddit, de carnibus Agni non potest comedere ». Ex quo videtur quod non tantum peccat una persona petendo debitum, sed altera persona reddendo. Dico autem illud debitum, de quo dicit Apostolus[8]: *Vir non habet potestatem corporis sui, sed mulier; similiter*[i] *mulier non habet potestatem corporis sui, sed vir.*

---

[a] V *prolis*, R *per illud*. [b] B om. *partus... vitandae*. [c] V *non coniugibus* pro *c. n.* [d] BT *peccant*; V *vero* pro *ergo*. [e] VR in fine *ad 2*, post *nuptiarum*, ponunt *Augustinus... nuptiarum*; in FZ est add. mg. hic. [f] V *ipso*; BT *illo* pro *eo*. [g] Ita V, alii add. *est*. [h] BT *diminuere*. [i] Ita V, alii om. *s. c.* [k] T om. [l] Ita V, alii *menstruo*. [m] Ita V, alii add. *est*. [n] Ita V, alii add. *in*. [o] L *loquitur*. [p] R vacat. [q] L om. [r] R *publice*. [s] B om. [t] Ita R, alii add. *est*. [u] L *adulterii*.

[a] V om. [b] R om. [c] VR *determinato*. [d] Ita V, alii *item*. [e] L om., in F est add. mg. [f] V *uxor non*. [g] B om., alii *quasi* pro *q. s.* [h] F om. [i] V *sicut*.

1 Cap. 6, n. 5 (PL 40, 377); ap. Gratian., *Decretum*, C. 32, q. 2, c. 3 (I, 1120).
2 Cf. Gregor. IX, *Decretales*, IV, tit. 8, cc. 1 sq. (II, 690 sq.).
3 Cf. *Glossa ordin.*, in h. l., ap. Lyran.
4 Cf. supra, p. 628, in *Solutione*.
5 Cf. supra, p. 635, *ad 3*.
6 Cap. 11, n. 12 (PL 40, 382); ap. Ivon., *Decretum*, p. 9, c. 110 (PL 161, 687).
7 Cf. supra, p. 633, nota 13.
8 I Cor. 7, 4.

4. Item, dicit Gregorius[1]: « Cum voluptas dominatur in opere commixtionis, habent coniuges de commixtione sua quod defleant ». Sed deflere non est nisi[a] peccatum; ergo persona, quae reddit debitum, debet deflere[b] peccatum; ergo peccat reddendo.

5. **Contrarium**[c] videtur ratione circumstantiae loci, per hoc quod dicit Augustinus[d], in libro *De adulterinis coniugiis*[2]: « Nec *ad tempus*, ut vacent *orationi*[e], nisi *ex consensu*[3] voluerint, coniuges carnali invicem debito fraudari debent ». Si ergo mulier petat in ecclesia debitum, non est fraudanda, cum non consentiat in oratione[4].

6. Similiter videtur quando[f] mulier vicina est partui vel tempore menstruorum. Potest enim mulier magis praesumere de periculo partus, quem habet in ventre, quam ipse vir; si vero est contra bonum prolis, non tenetur reddere: periculum enim homicidii esset; peccat ergo mortaliter, si sic praesumat, consentiendo in copulam carnalem.

Contra, non videtur peccare mortaliter. *a.* Quod videtur per simile. Si enim aliquis teneretur alicui in debito[g] et cognosceret quod male uteretur illo, nihilominus solvere deberet ipsi repetenti; a simili ergo hoc[h] faciendum est in debito carnis; ergo reddere debitum non est peccare mortaliter.

b. Item, Augustinus dicit[i], *De bono coniugali*[5]: « Reddere debitum coniugale nullius est criminis, exigere autem ultra generandi necessitatem culpae est venialis, fornicari vero vel moechari puniendi criminis ». Ex quo accipitur quod reddere debitum non est peccatum mortale.

c. Item, Augustinus[6]: « Si vir continere voluisset et tu noluisses, tibi[k] reddere debitum cogeretur; et illi Deus imputaret continentiam[l], si[m] non suae, sed tuae[n] cederet infirmitati, ne in adulterium caderes ». Ex quo accipitur quod altera personarum non peccat reddendo debitum: ad paria enim iudicantur[o] in hac parte vir et uxor.

[Solutio]: 1. Ad quod dicendum quod aliud est de illo qui tradit gladium furioso, quem penes ipsum deposuit, et de muliere, quae reddit debitum carnis viro volenti fornicari vel adulterari. Illa enim reddit ad vitationem maioris periculi: maius enim peccatum est adulterari quam peccare in cognoscendo suam libidinose. Qui vero tradit gladium furioso, occasionem[a] dat periculi manifestam, non propter declinationem maioris periculi.

2. Ad secundum dicendum quod in peccato contra naturam nullatenus consentire debet mulier viro, sicut habetur ex praedictis[7], et si[b] consentit, peccat mortaliter: sic enim commisceri non est reddere debitum.

3. Ad aliud dicendum quod tempus orationis dicitur dupliciter: vel tempus maiorum solemnitatum, quod constitutum est ad orandum et vacandum divinis, vel quod voluntarie eligitur. Si primo modo, honestum est, non propter suum[c] peccatum, sed propter immunditiam, abstinere ob reverentiam sacramenti; si tamen cum anxietate et fletu debitum reddat, potest sacram communionem accipere, nisi aliud obstiterit, sicut dicit Gregorius[8]. Si vero fuerit tempus voluntarium orationis, non est eligendum, nisi ex consensu, ita quod debitum subtrahatur, secundum quod dicit Apostolus[9]: *Nolite fraudare*[d] *invicem nisi forte ex consensu ad tempus, ut orationi vacetis.* Et dicit expositor[10]: « Qui subtrahit debitum, cum[e] debetur, fraudem facit ei cui[f] debetur; quanto magis in illo debito, quod Dominus instituit ».

4. Ad quartum dicendum quod auctoritas Gregorii intelligitur de coniugibus, ubi est commixtio libidinosa: ibi enim utraque persona vel altera suum peccatum deflere debet. Si vero una persona[g] peccet et altera non peccet, illa quae non peccat non tenetur deflere nisi prout portat onus alterius.

5. Ad quintum dicendum quod, si vir vel mulier petit[h] debitum carnis in loco consecrato, non tenetur reddere, cum alias sit opportunitas[i] de facili[11]. Nec valet argumentum, scilicet[k] quod ' si non est fraudanda nisi ex communi consensu, ergo non est fraudanda in loco sacro '.

6. Ad sextum dicendum quod, si mulier praesumit probabiliter de periculo partus, non tenetur reddere; si vero non praesumit, tenetur, licet cognoscat ipsum peccare, tamen cum dolore et anxietate. Nec dicitur consentire[l] peccato illius, sed consentire ei quoad hoc quod petit quod suum est et[m] tali intentione ne peius faciat.

---

[a] R add. *per.* [b] VR *flere.* [c] B *contra.* [d] R om. [e] V add. *debent.* [f] RZ *quoniam*, quod FL corr. [g] R *indeterminate* pro *i. d.* [h] VR om. [i] R om. [k] V *sibi*, R *ibi*; T om. *debitum.* [l] V *incontinentiam.* [m] Ita F, alii *sed.* [n] R vacat. [o] BT add. *et.* [a] R *actionem.* [b] R *non.* [c] F *sui.* [d] V *fraudari.* [e] Z *quod.* [f] Z *quod* pro *e. c.*; R om. *et.* [g] R om. *persona... persona.* [h] V om. [i] R vacat. [k] V om. [l] R *assimilare.* [m] B om.

1 *Epist.*, XI, n. 64, resp. 10 (PL 77, 1197); ap. Gratian., *Decretum*, C. 33, q. 4, c. 7, § 2 (I, 1249).

2 Lib. I, c. 2, n. 2 (PL 40, 452); ap. Gratian., *Decretum*, C. 33, q. 4, c. 12 (I, 1250).

3 I Cor. 7, 6.

4 Cf. *Glossa* in Gratiani *Decretum*, d. 68, c. 3 et C. 33, q. 4, c. 12 (ed. Romae 1582, col. 457, litt. *b* et 2385, litt. *d*).

5 Cap. 7, n. 6 (PL 40, 378).

6 *Epist.* 262, n. 2 (PL 33, 1078); cf. Gratian., *Decretum*, C. 33, q. 5, c. 5 (I, 1252).

7 Cf. supra, num. 655.

8 Cf. supra, nota 1.

9 I Cor. 7, 5.

10 Quis sit iste expositor, non invenimus.

11 Cf. supra, nota 4.

657 CAPUT IV.

UTRUM IN MATRIMONIO POST VOTUM CONTINENTIAE EMISSUM PECCET SEMPER PERSONA QUAE VOTUM EMISIT, PETENDO VEL REDDENDO DEBITUM [1].

Quarto quaeritur utrum in matrimonio post votum continentiae emissum persona peccet semper quae votum emisit, petendo vel reddendo debitum, aut non.

Et videtur quod semper peccet, 1. quia facit contra votum: vovit enim continentiam; cum ergo in qualibet copula carnali agat contra votum, nec videtur debitum [a] esse exigendum nec reddendum.

Contra. *a.* Votum continentiae simpliciter [b] emissum impedit matrimonium [c] contrahendum, sed non dirimit contractum [2]; manet ergo matrimonium; manente autem [d] matrimonio et copula carnali subsecuta, tenetur reddere debitum; nullus autem tenetur ad contraria; ergo non peccat reddendo debitum.

[**Solutio**]: Ad quod dicendum [e] quod agere debet poenitentiam de voti transgressione et secundum ius matrimonii, quod stat, reddere debet debitum; nec peccat sic reddendo, cum consummatum sit matrimonium. Indultum enim est propter bonum matrimonii quod non dissolvatur [f] matrimonium per huiusmodi votum simplex [g]: maior enim est dignitas significationis sacramentalis in ipso matrimonio quam in ipso voto. Licet ergo non possit petere debitum, tamen [h] tenetur reddere quod est alienum. De hoc autem amplius dicendum est in Tractatu de voto [3].

TITULUS IV.

DE STUPRO.

Consequenter dicendum est de alio genere peccati quod est ex infirmitate carnis, quod dicitur stuprum.

Primo ergo [i] videndum est quid sit stuprum;
secundo, utrum stuprum sit adulterium;
tertio, in quo differat a raptu;
quarto, in quo teneatur virgini quam defloravit constuprator.

658 CAPUT I.

QUID SIT STUPRUM.

Dicit autem Isidorus [4] quod « stuprum est virginum illicita defloratio, quando videlicet [k], non praecedente coniugali pactione, utriusque voluntate virgo corrumpitur, patre iniuriam statim ad animum post pactionem vel cognitionem non revocante ».

Contra hanc definitionem sic obicitur: 1. Videtur enim quod non sit stuprum, si pater statim iniuriam revocet ad animum; hoc enim est membrum positum [l] in definitione.

Contra [5]. *a.* Defloratio virginis illicita, ipsa consentiente, est sub peccato carnis; sed non est sub adulterio, cum adulterium sit cum coniugata; nec est simplex [m] fornicatio, cum simplex [n] fornicatio dicatur coitus cum soluta corrupta, haec autem virgo est; ergo non est simplex fornicatio; nec est incestus: incestus enim est concubitus contra consanguinitatem vel affinitatem commissus; nec dicitur sacrilega luxuria, sicut est in eo qui votum professionis transgreditur vel sicut est [o] in eo qui in sacris Ordinibus est constitutus: tale

---

[a] R *determinatum.* [b] Ita VR, alii *simplex.* [c] Ita V, alii om. [d] V *ergo.* [e] Ita VB, alii add. *est;* R om. *debet.* [f] VR *dissolvitur.* [g] R *simpliciter* et om. *est.* [h] V om.; B *non,* quod Z corr. [i] B om. [k] V *scilicet.* [l] V *prepositum.* [m] BFR *simpliciter,* T *supplex;* V om. *est;* B *non* pro *nec.* [n] BR *simpliciter.* [o] V om.

1 Cf. *Glossa* in Gratiani *Decretum,* C. 27, q. 1, c. 43 (ed. Romae 1582, col. 1986 sq., litt. *i*).

2 Ap. Gregor. IX, *Decretales,* IV, tit. 6, c. 2 sq. (II, 685).

3 Ille tractatus deest in *Summa.*

4 Ap. Gratian., *Glossa* post C. 36, q. 1, c. 2 (I, 1289); cf. Lombard., IV *Sent.,* d. 41, c. 6 (p. 986).

5 Pro sequenti argum. cf. nota praecedens.

autem non est istud; nec est peccatum contra naturam. Restat ergo quod in genere stupri continetur. — Quod autem[a] non sit fornicatio, de qua magis videtur, ostenditur per hoc quod dicit Isidorus[1]: « Fornicatio specialiter intelligitur in usu viduarum vel meretricum vel concubinarum ». Talis autem concubitus non est iste; ergo non dicetur fornicatio.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod illud memorum appositum est in definitione propter hoc quia[b] de consensu etiam parentum vel quadam dissimulatione virgo huiusmodi[c] est allicienda. Praeterea, pater potest agere cum stupratore actione iniuriarum, si revocet iniuriam ad animum[d]. Nihilominus utroque modo dicitur esse stuprum.

[Ad obiecta]: 1. Ad id ergo quod obicitur, dicendum[e] quod illa clausula non apponitur nisi ut determinetur[f] esse completum[g] ipsius stupri, secundum quod consideratur in esse legali; simpliciter autem dicitur esse stuprum, ubi reliquae partes definitionis conveniunt.

CAPUT II. 659

UTRUM STUPRUM SIT ADULTERIUM.

Secundo quaeritur utrum stuprum sit adulterium.

Quod videtur, 1. per hoc quod dicitur ab Ambrosio, in libro *De Patriarchis*[2]: « Nemo sibi blandiatur de legibus hominum; omne[h] stuprum adulterium est; nec viro[i] licet quod mulieri non licet ». Ex hoc accipitur quod stuprum sit adulterium.

2. Praeterea[3], Num. 5, 12-13 loquitur[k] de uxore, quae *erravit et contemnens maritum dormivit cum altero viro;* et postea subiungitur: *Latet*[l] *adulterium et testibus argui non potest, quia non est inventa in stupro.* Ex quo accipitur quod stuprum est adulterium vel e converso.

Contra. *a.* Isidorus[4]: « Adulterium est[m] alieni thori violatio; dicitur enim quasi ad alterius viri thorum accessio ». Sed hoc non contingit in stupro; ergo stuprum non est adulterium.

[Solutio]: 1-2. Ad quod dicendum[n] quod stuprum dicitur dupliciter: uno modo proprie et alio modo communiter. Secundum quod proprie sumitur, differt stuprum ab adulterio, et hoc modo definivit Isidorus. Alio vero modo communiter accipitur, et hoc modo sumit Ambrosius et sumitur Num. 5[o], 12-13. Et dicit Augustinus, in libro *De sermone Domini in monte*[5]: « Intelligitur quod propter illicitas concupiscentias, non tantum quae[p] in stupris cum alienis viris aut feminis committuntur, sed omnino propter[q] quaslibet, quae animam male corpore utentem a lege Dei aberrare faciunt et perniciose ac turpiter corrumpi, possit sine crimine et vir uxorem dimittere et uxor virum ».

CAPUT III. 660

IN QUO DIFFERAT STUPRUM A RAPTU.

Tertio quaeritur in quo differat stuprum a raptu.

Videtur enim quod raptus sub stupro contineatur. 1. Dicitur enim Gen. 34, 2 quod *Sichem, filius Emor, rapuit Dinam et dormivit cum illa, vi opprimens virginem;* et postea sequitur[r] 6: *Responderunt filii Iacob Sichem et patri eius in dolo, saevientes ob stuprum sororis.* Ergo raptus erat stuprum.

2. Item, secundum definitionem stupri[7], de consensu virginis « cum virgo corrumpitur, non[s] praecedente pactione coniugali », stuprum dicitur; sed hoc potest esse, cum est raptus: potest enim contingere quod puella consentiat et pater non consentiat, et tunc raptus dicetur et stuprum,

---

[a] Ita V, alii *etiam.* [b] F *quod.* [c] V *prius,* R om. [d] Z *actum.* [e] Ita V, alii add. *est.* [f] R *teneretur.* [g] VBTR *complementum.* [h] VR *esse.* [i] Z add. *non.* [k] V om. [l] Z *licet.* [m] V om. [n] TRLZ add. *est.* [o] V *5 in Prov.* pro *N. 5.* [p] T add. *est;* L om. *in.* [q] Codd. *per.* [r] Ita BT, alii *subsequitur.* [s] R *et ideo.*

1 Ap. Gratian., loc. cit.
2 *De Abraham,* I, c. 4, 25 (PL 14, 431); ap. Gratian., *Decretum,* C. 32, q. 4, c. 4 (I, 1128).
3 Cf. Gratian., *Decretum,* C. 2, q. 5, c. 21 (I, 463).
4 Cf. *Etymolog.,* V, c. 26, n. 13 (PL 82, 210); cf. nota 1.
5 Lib. I, c. 16, n. 46 (PL 34, 1253); ap. Gratian., *Decretum,* C. 28, q. 1, c. 5 (I, 1080 sq.).
6 Gen. 34, 13.
7 Cf. supra, num. 658.

secundum hoc quod[a] dicitur in *Canone*[1]: « Si quae rapitur patrem habere constiterit et puella raptori consenserit, potestati patris excusata reddatur ».

Contra. *a.* « Raptus admittitur, cum puella violenter a domo patris abducitur[2] »; stuprum autem non sic; ergo stuprum non est raptus.

[Solutio]: 1-2. Ad quod dicendum quod stuprum aliquando proprie dicitur, cum violentia nec[b] infertur puellae nec parentibus, et secundum hoc stuprum proprie differt a raptu. Aliquando vero dicitur stuprum, cum est consensus puellae, « patre iniuriam ad animum revocante[3] », et[c] hoc modo dicitur stuprum generaliter et comprehendit in se raptum[d], et sic accipitur in Genesi. Secundum hoc ergo potest accipi in *Canone*. Praeterea, aliqua potest consentire in corruptionem et non in[e] abductionem, et sic potest simul dici stuprum et raptus, stuprum propter consensum puellae, raptus vero[f] propter violentiam.

661

CAPUT IV.

IN QUO TENEATUR CONSTUPRATOR VIRGINI QUAM DEFLORAVIT.

Quarto quaeritur in quo teneatur constuprator virgini quam defloravit.

I. Et videtur quod teneatur in poena constituta a Lege. Dicitur enim Exod. 22, 16-17[4]: *Si seduxerit quis virginem nondum*[g] *desponsatam dormieritque cum ea, dotabit eam et habebit*[h] *uxorem. Si autem pater virginis dare noluerit, reddet pecuniam iuxta modum dotis quam virgines accipere consueverunt.* Ex quo accipitur quod puniri debet, quia seduxit eam et quia dormivit cum ea.

II. Sed potest quaeri[i] quantum debeat ei dari[k] in dotem.

[Solutio]: Ad quod potest dici per hoc quod dicitur in Deuter.[5]: *Si invenerit vir puellam virginem, quae non*[l] *habet sponsum*[m]*, et apprehendens concubuerit cum illa et res ad iudicium venerit, dabit qui dormivit cum illa patri puellae quinquaginta siclos argenti et habebit eam uxorem, quia humiliavit*[n] *illam; et non poterit eam*[o] *dimittere cunctis diebus vitae suae.*

Sed contra hoc est quod ille forte non habet unde possit tantum solvere. — Ad quod respondetur[p] quod, secundum legem[6], si non potest puniri poena pecuniaria, punietur in servitio corporis et hoc totum refundetur in bonum ipsius puellae. Et dicit Hieronymus[7]: « Pater puellae illius quae vim concubitus nulli desponsata pertulit, quinquaginta drachmas accipiet[q], ipsa autem in coniugio permanebit ». Eodem modo videtur, si de consensu virginis hoc fiat: non minus enim[r] debet fieri puellae, eo quod eam defloravit.

III. Sed qualiter illa poena secundum Legem statuitur, qua dicitur[s] quod *non poterit eam*[t] *dimittere cunctis diebus vitae suae*, cum in lege Moysi[8] permitteretur libellus repudii?

[Solutio]: Ad quod dicendum[u] quod hoc factum est, sicut dicit Augustinus[9], « ne videatur ad ludibrium[v] fecisse et[x] finxisse quod eam duxerit ».

---

[a] V *enim.* [b] R *in violentia et* pro *v. n.* [c] Z om. [d] Z om. [e] Ita L, alii om.; V *ad abductionem et non in corruptionem* pro *in... abductionem.* [f] V om. [g] VR *non.* [h] R add. *eam.* [i] BT om. *s. p. q.* [k] BT *dare.* [l] V *iam;* B *qui,* R *quam* pro *quae.* [m] Ita V, alii *sponsam.* [n] B add. *et.* [o] Ita VR, alii *illam.* [p] BT *respondent.* [q] Ita B, alii *accipiat.* [r] B om. [s] V *que dicit* pro *q. d.* [t] T om. [u] Ita BT, alii add. *est.* [v] V *adulterium* pro *a. l.;* BT *lubricum;* L om. *ad.* [x] F add. mg. *potius.*

1 Gratian., *Glossa* post C. 36, q. 1, c. 2 (I, 1289).
2 Ap. Gratian., loc. cit., c. 3 (I, 1289).
3 Cf. supra, p. 638, nota 3.
4 Ap. Gregor. IX, *Decretales,* V, tit. 16, c. 1 (II, 805).
5 Cap. 22, 28 sq.; cf. Gratian., loc. cit., c. 8 sq.
6 Cf. infra, p. 643, nota 8.
7 Potius Ambrosius, *Apologia prophetae David,* c. 8, n. 42 (PL 14, 867); cf. Gratian., loc. cit., c. 9. Canon praecedens Hieronymo adscribitur.
8 Cf. Deuter. 24, 1 sqq.
9 *In Heptat.,* V, q. 34 (PL 34, 762); *Glossa ordin.,* in h. l., ap. Lyran.

TITULUS V.

DE RAPTU.

Consequenter dicendum est de raptu, qui in parte convenit cum stupro, in parte differt [1].

Et primo quaeritur quid sit raptus;
secundo, si raptor possit ducere eam quam rapuit;
tertio, de poena illorum qui participant in rapiendo;
quarto, de poena raptoris et evasione [a] a poena.

CAPUT I. 662

QUID SIT RAPTUS.

Raptus autem sic definitur [2]: « Raptus admittitur, cum puella violenter a domo patris abducitur ut corrupta in uxorem [b] habeatur, sive puellae solummodo sive parentibus tantum sive utrisque [c] vis illata constiterit ».

Sed potest obici. 1. Ponatur quod abducta sit, non « ut corrupta in uxorem habeatur », numquid non est dicendus raptus? Quod videtur ex praedicta definitione. — Sed obicitur in contrarium: Qui abducit a domo patris ut corrumpat nec habet intentionem contrahendi cum ea, nonne [d] magis iniuriatur? Et aliud genus peccati carnis non [e] determinatur; restat ergo quod et hic [f] raptus dicitur.

2. Praeterea, ponatur quod aliquis promissionibus seducat aliquam et abducat eam sponte a domo patris et postea opprimat eam et deinde de consensu parentum dotata in uxorem ducatur; videtur quod non sit raptus per iam dictam rationem: neque enim « puella [g] violenter a domo patris abducitur [h] » neque violentia « parentibus » infertur [i]; non ergo dicetur raptus secundum iam dictam rationem [3]. — Contra. Oppressit eam; ergo est illata ei aliqua violentia.

3. Praeterea, aliqua puella potest esse desponsata et post, ipsa nolente [k], est ab eo cognita sive vis est ei illata: numquid huiusmodi peccatum carnis dicetur raptus? Non videtur: cum enim desponsata fuit, consensit in carnalem copulam; ergo iure suo usus est, cum cognovit eam; non ergo dicetur raptus. — Contra. Vim intulit puellae ut eam corrumperet [l]; ergo est raptus [m].

4. Praeterea [n], Isidorus, in [o] libro *Etymologiarum* [4]: « Raptus est illicitus coitus a corrumpendo dictus ». Sed sic videtur hic; ergo est raptus.

[Solutio]: 1. Ad primum dicendum quod, licet non habeat intentionem contrahendi cum illa, dummodo per violentiam corrumpatur, raptus dicetur. Sed quod posuit in definitione « ut corrupta in uxorem habeatur », ad minorationem iniuriae dicitur, non quod aliud genus sit peccati carnalis.

2. Ad secundum dicendum quod, licet puella consentiat in abducendo de domo patris et parentes post cognitionem carnalem consentiant, nihilominus dicendus est raptus, quia [p] accipitur per similitudinem rapinae. « Rapina [q] enim dicitur dupliciter fieri: aliquando enim res ipsa rapitur, aliquando [r] ipsius rei usus tantummodo eripitur violenter. Res ipsa tunc rapitur, cum violenter a domino [s] eripitur ut in perpetuum teneatur; aliquando non res ipsa affectatur, sed usus eius, domino prohibente, violenter [t] usurpatur [5] ». Similiter est de raptu; raptus enim dicitur dupliciter: vel « cum puella de domo parentum violenter abducitur [u] » vel cum voluntarie recedens per violentiam opprimitur. Hoc ergo ultimo modo dicetur raptus, « quia florem virginitatis puellae renitenti violenter eripuit [6] », licet non dicatur primo modo

---

[a] B *evasio.* [b] L *uxore,* item infra. [c] F *utriusque.* [d] R *ratione.* [e] Z om. [f] V add. *etiam.* [g] V om. [h] Ita V, alii *ducitur.* [i] BT *refertur.* [k] V *volente.* [l] B *corrumpat.* [m] R om. *e. e. r.* [n] V *item.* [o] Ita VR, alii om. [p] Ita V, alii *quod.* [q] V *raptus raptus* pro *r. r.* [r] V om. *enim... aliquando.* [s] V *domo.* [t] V om. [u] T *abducatur.*

[1] Cf. supra, num. 660, in *Solutione.*
[2] Gratian., *Glossa* post C. 36, q. 1, c. 2 (I, 1289); cf. Lombard., IV *Sent.,* d. 41, c. 9 (p. 986).
[3] Cf. Gregor. IX, *Decretales,* V, tit. 17, c. 6 (II, 809).
[4] Lib. V, c. 26, n. 15 (PL 82, 210); ap. Gratian., *Decretum,* C. 27, q. 2, c. 48 et C. 36, q. 1, c. 1 (I, 1077 et 1288).
[5] Gratian., *Glossa* post C. 36, q. 1, c. 3 (I, 1289).
[6] Cf. nota 5.

raptus. Unde ad similitudinem rapinae usus dicitur hic raptus, non ad similitudinem rapinae rei.

3. Ad tertium dicendum quod si [a] desponsatio praecessit, si eam rapit, non dicitur raptum committere, sicut dicit Gelasius Papa [1]: « Lex illa praeteritorum principum, ibi raptum dixit esse commissum, ubi puella, de cuius ante [b] nuptiis nihil actum fuerat, videtur abducta ». Quia ergo iure suo quodam modo utitur, a raptu excusatur. Sed, licet non committat raptum, peccat tamen aliter, iniuriam faciendo nuptiis: « libera enim debent esse coniugia », sicut habetur *Extra, De sponsalibus, Requisivit* [2]. Nec sequitur, si fuerit ibi aliqua violentia, quod propter hoc sit ibi raptus, sed si fuisset violentia sine iure praecedenti.

4. Ad id vero quod ultimo obicitur, dicendum quod raptus [c] aliquando sumitur communiter, et hoc modo accipitur in auctoritate [d] illa Isidori, cum dicitur [e]: « Raptus est illicitus coitus » etc., et sic fuit raptus in casu proposito; quandoque [f] proprie, eo modo quo dictum est supra [3], et sic non.

663

CAPUT II.

UTRUM RAPTOR POSSIT DUCERE QUAM RAPUIT.

Secundo quaeritur si raptor possit eam ducere quam rapuit vel si peccat contrahendo.

Quod non possit, videtur. 1. Dicitur enim in Concilio Meldensi [4]: « Placuit ut ii [g] qui rapiunt feminas vel furantur vel [h] seducunt, eas nullatenus habeant uxores, quamvis eis [i] postmodum conveniant aut [k] eas dotaverint vel [l] nuptialiter cum consensu parentum suorum susceperint ».

2. Item, Hieronymus [5]: « Filia deprehensa a viro in civitate [m] et illi per vim copulata [n], si non fuerit voluntas patris, detrahet eam [o] a praedicto viro et tradet eam alii et dotabit eam et legitima erit ». Ex quo videtur quod raptor peccet contrahendo cum ea quam rapuit.

3. Ad idem dicit Symmachus papa [6]: « Raptores viduarum vel virginum ob immanitatem tanti facinoris detestamur, quos [p] pro nefandissimi criminis atrocitate a [q] communione suspendi praecipimus ». Ex quo accipitur quod illegitimi sunt raptores [r] ad contrahendum.

4. Item, Gregorius [7]: « Si quis viduam vel virginem rapuerit vel furatus fuerit, cum suis faventibus [s] anathema sit ». Et dicitur in Deuter. 22, 25-26: *Si in agro repererit [t] vir puellam, quae desponsata est, et apprehendens concubuerit cum illa, ipse morietur solus, puella nihil patietur nec est rea mortis, quia sicut latro consurgit contra fratrem suum et occidit animam eius, ita puella perpessa [u] est.*

5. Praeterea, violentia in raptu opponitur per se consensui coniugali; ergo qui violentiam huiusmodi facit, indignus est matrimonio; ergo talis non potest contrahere matrimonialiter cum illa quam rapuit. — Praeterea, si consensus in ipsam raptam faceret matrimonium, matrimonium autem superveniens dissolvit [v] sponsalia cum aliena persona [8], secundum hoc huiusmodi consensus in raptam dissolveret [x] sponsalia; sed hoc non videtur, per hoc quod dicitur in *Canone* [9]: « Desponsatas puellas et post ab aliis raptas placuit erui et reddi eis quibus ante fuerant desponsatae, etiam si eis a raptoribus vis illata fuerit ».

Contra. *a.* Ex Concilio Meldensi [10]: « Raptae parentibus legaliter restituantur; peracta vero poenitentia, si aetas incontinentiam exegerit, ex utriusque placito coniugio socientur ». Ex quo habetur quod potest cum ea [y] contrahere. Similiter videtur per hoc quod dicitur [11] Deuter. 22, 27-28 in fine.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod, secundum quod dicitur in *Canone* [12], ex conditione raptus non est persona raptoris conveniens [z], in quantum huiusmodi, copulari raptae, « antequam vitium rapinae aboleatur [a]. Sed, cum illa patriae potestati fuerit restituta et raptor suae rapinae poenitentiam egerit et voluntas parentum in unum convenerit, non prohibentur ad invicem copulari ».

---

[a] R om. [b] V om., BT *autem;* Z exp. *actum.* [c] V *rapina.* [d] R *ibi auctoritas* pro *i. a.* [e] V *dicit.* [f] BT add. *enim.* [g] VR *illi.* [h] BT *aut.* [i] Codd. *eas.* [k] B *ut.* [l] BT *aut;* VR om. *cum.* [m] V *mulierem.* [n] VRL *copulatam,* quod F corr. [o] T om. [p] LZ *quas,* quod F corr. [q] R *et.* [r] V om. [s] V *fautoribus.* [t] V *rapuerit,* LZ *reperit,* quod F corr. [u] VRLZ *perplexa,* quod F corr. [v] R om. [x] V *dissolvit,* R *dissolvet.* [y] Z *eo.* [z] T *convenientia.* [a] FRLZ *adoleatur.*

1 Ap. Gratian., loc. cit., c. 2 et C. 27, q. 2, c. 49 (I, 1288, 1077).

2 Ap. Gregor. IX, *Decretales,* IV, t. 1, c. 17 (II, 667).

3 Cf. supra, p. 641, *ad 2.*

4 Rectius Aquasgranensi, ap. Gratian., *Decretum,* C. 36, q. 2, c. 11 (I, 1292), post canonem Concilii Meldensis.

5 Ex capite incerto; ap. Gratian., loc. cit., c. 8 (I, 1291).

6 Ap. Gratian., loc. cit., c. 2 (I, 1290).

7 Gregorius papa II, in Synodo Romana (anno 721); ap. Gratian., loc. cit., c. 5 (I, 1290).

8 Cf. Gregor. IX, loc. cit., cc. 22 et 31 (II, 669, 672).

9 Ap. Gratian., *Decretum,* C. 27, q. 2, c. 46 (I, 1076).

10 Ap. Gratian., loc. cit., C. 36, q. 2, c. 10 (I, 1291 sq.).

11 Ap. Gratian., loc. cit., c. 9 (I, 1291).

12 Ap. Gratian., *Glossa* post C. 36, q. 2, c. 7 (I, 1291).

[Ad obiecta]: 1. Ad obiectum autem in contrarium dicendum quod illud quod dicitur in praefato Concilio, in detestationem illius criminis dictum est, sed abrogatum est; vel potest intelligi de illis quae desponsantur aliis.

2. Ad illud vero [a] quod dicit Hieronymus, dicendum [b] quod hoc intelligitur cum voluntas parentum contradicit et ipsa est adhuc sub potestate parentum [1].

3. Ad tertium vero [c] dicendum quod illud quod dicitur [d] de raptoribus, 'quod suspendendi sunt a communione', hoc dicitur [e] propter immanitatem criminis quousque egerint poenitentiam. Si vero fuerit peracta poenitentia, non negatur quin possint ad invicem contrahere, sicut habetur in *Extra, De raptoribus* [2].

4. Ad quartum dicendum quod illud similiter dicitur in detestationem criminis.

5. Ad quintum dicendum quod secus est de raptu illarum quae aliis sunt desponsatae et de raptu illarum quae nondum [f] sunt desponsatae. Si enim aliis fuerint desponsatae, restituendae sunt eis: violentia enim facta non aufert ius sponsalium, quod habuit ille qui desponsavit, cum non intervenit consensus ipsius mulieris raptae nec vere nec praesumptive [g].

CAPUT III. 664

DE POENA ILLORUM QUI PARTICIPANT IN RAPIENDO.

Tertio quaeritur de poena illorum qui participant in rapiendo.

a. Quod autem puniantur morte, videtur, per simile. Qui enim agunt et qui [h] consentiunt eadem poena sunt puniendi [3]; sed raptores secundum legem Deuter. 22, 25 puniendi erant morte; ergo participes [i] in raptu; quod autem raptor ita puniatur habetur in Deuteronomio.

b. Praeterea, habetur in *Canone* [4] quod « raptor publica poenitentia » est mulctandus; similiter potest argui de iis qui participes erant in raptu.

c. Praeterea, ex Concilio Chalcedonensi [5] habetur quod cooperantes ipsis raptoribus, « si clerici essent, deciderent a proprio gradu, si vero laici, excommunicarentur ».

Ex quibus omnibus colligitur quod [k] poena infligenda est illis qui participes sunt in raptu.

Sed [l] videtur contrarium, 1. quia aliquando parcitur raptori propter ipsum bonum coniugii; similiter in favorem ipsorum coniugum videtur [m] quod parcendum sit aliquando illis qui participes erant in raptu.

[Solutio]: Ad quod dicendum [n]: quod primo dicitur, regulariter [o] intelligitur; ex causa tamen alia supervenienti [p] potest mitius [q] agi vel cum ipso raptore vel cum ipsis qui erant participes. Aliquando etiam, etsi non fuerit raptus, sed attentatio, etiam ipsa attentatio [r] est causa maioris poenae, sicut dicitur in *Canone* [6], et est lex Ioviniani [s] in *Codice* [7]: « Si quis, non dicam rapere, sed attentare tantummodo matrimonii iungendi causa sacratissimas virgines ausus fuerit, capitali poena feriatur ».

CAPUT IV. 665

DE EVASIONE RAPTORIS A POENA.

Quarto quaeritur, de evasione raptoris, de quo dicitur [t] in Concilio Aurelianensi [8]: « De raptoribus id constituendum esse censemus ut, si ad ecclesiam raptor cum rapta confugerit et feminam ipsam [u] violentiam pertulisse [v] constiterit, statim liberetur de potestate raptoris et raptor, mortis vel poenarum impunitate concessa, aut ad serviendum subiectus sit aut redimendi se liberam habeat facultatem ». Ex quo accipitur [x] quod « privilegio ecclesiae raptor, confugiens ad ecclesiam, mortis evasionem promeretur [9] ».

---

[a] VR om. [b] Ita T, alii add. *est.* [c] V om. [d] VR *dicit.* [e] V *dicit.* [f] LZ *necdum;* V om. *aliis... quae.* [g] V *presumptione.* [h] Ita BTF (mg.), alii om. [i] V *participantes,* item infra. [k] Ita VB, alii *que;* R *intelligenda* pro *infligenda.* [l] Z *similiter.* [m] V *dicitur.* [n] Ita V, alii add. *est.* [o] R vacat. [p] V *superiori.* [q] VBT *minus;* T *illo* pro *ipso.* [r] B *tentatio.* [s] Ita F (corr.), VRLZ *Laviniani,* BT *Leviniani.* [t] BT *habetur.* [u] V add. *per.* [v] V *pertraxisse.* [x] V *videtur,* R *accipit.*

[1] Cf. Gratian., *Decretum,* Palea post C. 36, q. 2, c. 11 (I, 1291).
[2] Ap. Gregor. IX, *Decretales,* V, tit. 17, c. 6 sq. (II, 809 sq.).
[3] Cf. Rom. 1, 32.
[4] Ap. Gratian., *Decretum,* C. 27, q. 2, c. 33 (I, 1073).
[5] Ap. Gratian., *Decretum,* C. 36, q. 2, cc. 1 et 4 (I, 1290).
[6] Ap. Gratian., loc. cit., c. 3; C. 33, q. 3, *De poenit.,* dist. 1, c. 6 (I, 1190 et 1159 sq.).
[7] Iustiniani, I, tit. 3, *De curial.* (ed. Aug. Taurin. 1829, p. 29).
[8] Ap. Gratian., *Decretum,* C. 36, q. 1, c. 3 (I, 1289).
[9] Ap. Gratian., *Glossa* in C. 36, q. 1, c. 2 (I, 1289).

Sed obicitur ratione praedictae auctoritatis. 1. Dicitur enim in illa quod concessa est impunitas poenarum raptori; videtur ergo ex hoc quod liber sit ab omni poena. — Contra. Dicit Ambrosius, in *Apologia David*[1], quod raptor debet[a] solvere quinquaginta drachmas aureas patri puellae; non ergo liber est ab omni poena.

2. Praeterea, in eadem auctoritate dicitur quod subiectus debet esse ad serviendum ipsi patri puellae. Sed qualiter hoc[b], cum alibi[2] dicatur quod accipiat in coniugem? Numquid ex hoc punietur puella quod[c] accipiet servum in virum?

3. Praeterea, si est[d] servus, « usque ad quod tempus serviet ei[3]? » Numquid in perpetuum?

4. Praeterea, dicitur in illo *Canone*[4] quod « liberam habeat facultatem redimendi se ». Numquid est in optione raptoris aut quod primo serviat et deinde[e] se redimat?

[Solutio]: 1. Ad quod dicendum[f 5] quod non conceditur ei simpliciter impunitas poenarum, sed poenarum corporalium; non autem liber est a poena pecuniaria vel alia huiusmodi poena.

2. Ad secundum dicendum quod[g] hoc quod dicitur quod « ad serviendum subiectus sit » non ex hoc accipitur quod puniatur poena servitutis, sed recompensari debet in servitio ad satisfaciendum patri.

3. Ad tertium dicendum quod, quia non est determinatum[h] usque ad quod tempus serviat ei[i], « in arbitrio boni iudicis est quod lege non exprimitur ».

4. Ad ultimum dicendum est quod in optione ipsius est[k] utrum subiciat se ad serviendum an se redimat; et est simile XXVII, quaest. 2, *Multorum*[6].

TITULUS VI.

DE INCESTU[7].

Deinde dicendum est de incestu post stuprum et raptum.

Primo autem quaerendum[l] est quid sit incestus;

secundo, utrum incestus sit malum secundum se;

tertio, de comparatione illius peccati ad alia illius generis;

quarto, de casibus qui contingunt in incestu ratione consanguinitatis et ratione affinitatis.

666

CAPUT I.

QUID SIT INCESTUS.

Definitur autem sic[8]: Incestus est lubricum carnis contra consanguinitatem vel affinitatem commissum. Aliquando autem sumitur largius, ut comprehendat in se lubricum carnis quod est contra votum. Definit autem Isidorus[9] sic incestum: « Incestus est consanguinearum[m] vel affinium abusus » vel ubi est iustitia publicae[n] honestatis, sicut habetur XXXV, quaest. 3, *Nec*[o] *eam*[10].

Sed[p] potest quaeri quare unum commune[q] est peccato carnis, quod est in abusu consanguinearum et in abusu affinium, cum vinculum affinitatis et consanguinitatis[r] sint vincula diversa. Ex quo videtur quod peccatum carnis, quod est contra illa duo vincula, duas contineat species peccati carnalis[s].

[Solutio]: Ad quod dicendum quod sub eadem specie continentur[t] propter hoc quod unum vinculum quodam modo respicit alterum et quadam consimilitudine[u] se habent.

---

[a] Z *raptoribus* pro *r. d.* [b] V add. *est;* R *est* pro *cum.* [c] V *et.* [d] V *sicut* pro *s. e.* [e] R add. *quod;* BT om. *et.* [f] Ita VB, alii add. *est.* [g] BTF (mg.) *ex.* [h] R *terminatum;* BT om. *quia.* [i] BT add. *an.* [k] LZ add. *lucrum,* quod F exp. [l] V *dicendum.* [m] VZ *consanguineorum,* item infra. [n] Ita V, alii *publica.* [o] BTZ *non.* [p] V om. [q] V *genus.* [r] L om. *e. c.* [s] Ita V, alii *carnales.* [t] B *contineantur.* [u] B *similitudine;* V *habeat* pro *habent.*

[1] Cap. 8, n. 42 (PL 14, 867); ap. Gratian., loc. cit., q. 2, c. 9 (I, 1291).

[2] Exod. 22, 28 sq.; cf. Gregor. IX, *Decretales,* V, tit. 16, c. 2 (II, 806).

[3] *Glossa* in seq. loc. Gratiani (ed. Romae 1582, 2461, litt. *b*).

[4] Ap. Gratian., *Decretum,* C. 36, q. 1, c. 3 (I, 1289).

[5] Pro solutione *ad 1, 3* et *4,* cf. nota 3, litt. *a, b, d.*

[6] Can. 20, ap. Gratian. (I, 1068).

[7] Cf. S. Bonav., IV *Sent.,* d. 40, a. un., q. 1 sqq. (IV, 847 sqq.).

[8] Cf. Lombard., IV *Sent.,* d. 41, c. 8 (p. 986).

[9] Cf. *Etymolog.,* X, n. 148 (PL 82, 382); ap. Gratian., *Decretum, Glossa* in C. 36, q. 1, c. 2 (I, 1289).

[10] Can. 10, ap. Gratian. (I, 1266).

CAPUT II. 667

UTRUM INCESTUS SIT MALUM SECUNDUM SE [1].

Secundo quaeritur utrum incestus sit malum secundum se.

Quod non, videtur [2]. 1. Nullum enim malum secundum se potuit bene fieri; sed illud, quod dicitur incestus, potuit bene fieri; ergo non est [a] secundum se malum. — Probatio minoris est, quia incestus contra consanguinitatem est, cum frater coit cum sorore vel cum sua cognata cognatus; sed huiusmodi copula carnalis antiquitus [b] bene fiebat; ergo non est malum secundum se.

2. Item, ponatur quod defecisset genus humanum, sicut fuit tempore Noe. Numquid tunc, si superstites essent cognatus et cognata vel frater et soror, diceretur esse licita copula carnalis?

3. Item, incestus introductus est ex prohibitione Ecclesiae; ergo non est malum nisi quia prohibitum est ab Ecclesia; si ergo cessaret prohibitio, non esset malum, sicut fuit de abbreviatione graduum consanguinitatis: prius enim erat illicitum contrahere in quinto gradu vel sexto [3], post Concilium [4] autem licitum est; si ergo sic constituisset Ecclesia de tertio gradu et [c] quarto, videretur similiter licitum.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod incestus, in quantum huiusmodi, malum est secundum se, quia transgreditur limites ratione vel lege Dei sive auctoritate Ecclesiae determinatos post multiplicatam naturam. Et ideo non fuit incestus in generatione Adae, cum frater coibat cum sorore: adhuc enim limites non erant positi nisi inter filium et matrem et filiam et patrem, sicut dicitur [5] Gen. 11, 29. Postea vero facta multiplicatione ampliori generis humani, exclusae sunt personae aliae et factae sunt illicitae quae prius erant licitae, sicut habetur in Levit. [6], ubi enumerantur illae personae, et sunt plures numero, sicut ibidem dicitur; et enumerantur duodecim, et est numerus ille sumptus tum [d] ratione consanguinitatis, tum ratione affinitatis. Procedente vero tempore, secundum constitutionem Ecclesiae facta est ulterior multiplicatio et plures factae sunt personae illegitimae ad contrahendum. Et hoc modo dicitur incestus in quolibet statu esse malum secundum se et peccatum, licet, quod nunc reputatur incestus, aliquo tempore non reputaretur.

[Ad obiecta]: 1. Et per hoc solvendum est illud quod obiectum est. Incestus enim [e] nunquam potuit bene fieri, sed copula carnalis inter illas personas, quae nunc sunt prohibitae, illo [f] tempore, quo non erant prohibitae, potuit licite fieri, nec tamen incestus, in quantum huiusmodi, poterat licite fieri [g].

2. Ad secundum vero dicendum quod, si deficeret genus humanum, non consimiliter esset modo sicut tunc fuit ut sua auctoritate posset cognatus cognatam cognoscere, sed dispensatione divina illud, quod modo est illicitum, fieret licitum. Auctoritate ergo divina licitum esset quod sua auctoritate esset illicitum.

3. Ad ultimum vero dicendum quod non tantum fuit constitutio Ecclesiae in causa, sed quaedam convenientia [h] naturae cum ratione gratiae superaddita [i]. Et hoc videtur tangere Augustinus, in libro *De civitate Dei* [7], ubi [k] dicit: « Habita est ratio rectissima [l] caritatis, ut homines, quibus esset utilis atque honestissima concordia, diversarum necessitatum vinculis necterentur nec unus in uno multas haberet, sed singulae [m] spargerentur in singulos ac [n] sic propter socialem vitam plurimae plurimos obtinerent: pater quippe et socer duarum sunt nomina necessitudinum [o]. Dum ergo quis habet alium patrem, alium socerum, numerosius [p] se caritas porrigit. Copulatio igitur maris et feminae, quantum ad genus humanum attinet, quoddam seminarium est caritatis ». Ut ergo magis caritas dilataretur, ordinatum fuit secundum prius et posterius ut ipsa copulatio maris et feminae legitima [q] latius protenderetur.

---

[a] Z om. [b] B om. [c] Z *vel.* [d] R om. [e] VR *autem*, quod F corr. [f] V om. [g] R om. *nec... fieri.* [h] Ita V, alii *inconvenientia.* [i] V *superaddite.* [k] V *qui.* [l] Codd. *certissime.* [m] Ita BT, alii *singuli.* [n] V *singulas atque* pro *s. a.*; BTL *si* pro *sic*; codd. *per* pro *propter.* [o] R *necessitatum.* [p] V *numero fieri*, R *numero filius*, quod FL corr. [q] R om.

[1] Cf. Ioan. de Rupella, *Summa de vitiis* (fol. 39b), ubi quaedam sequentium verbotenus occurrunt.

[2] Easdem obiectiones profert et solvit, quoad sensum, Gratian., *Decretum*, *Glossa* in C. 35, q. 1, c. un. (I, 1262).

[3] Cf. Gratian., loc. cit., q. 3, c. un. (I, 1271).

[4] Concilium Lateranense anni 1215, can. 50, ap. Gregor. IX, *Decretales*, IV, tit. 14, c. 8 sq. (II, 704).

[5] Cf. *Glossa ordin.*, in h. l., ap. Lyran.

[6] Cap. 18, 6 sqq.

[7] Lib XV, c. 16, nn. 1 et 3 (PL 41, 458 sqq.); ap. Gratian., *Decretum*, C. 35, q. 1, c. un. (I, 1262).

668

CAPUT III.

DE COMPARATIONE INCESTUS AD ALIA PECCATA EIUSDEM GENERIS.

Tertio quaeritur de comparatione istius peccati ad alia eiusdem generis.

Et videtur quod sit maius peccatum quam adulterium, *a.* per hoc quod dicit Augustinus[1]: « Adulterii malum vincit fornicationem, vincitur autem ab incestu ». Ergo incestus est maius peccatum quam adulterium.

Contra obicitur. 1. Adulterium omni tempore fuit peccatum: repugnat enim[a] primae legi naturae; incestus autem non, sed ex institutione provenit; ergo minus videtur esse peccatum.

2. Praeterea, in concubitu cum aliena[b] uxore nunquam fuit dispensatio; sed in concubitu cum[c] consanguinea potest intervenire dispensatio; ergo minus peccatum est peccatum incestus quam peccatum adulterii. — Quod autem intervenit aliquando dispensatio, patet per hoc quod dicitur a Gregorio, sicut habetur XXXV, quaest. 8[2].

3. Similiter dicitur[3]: « Si quis cum matre et filia fornicatus fuerit[d], ignorante matre de filia et filia[e] de matre, nunquam accipiet uxorem[f]; illae vero, si voluerint, accipient maritos ». Et ita mulieres excusantur ab incestu.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod incestus est maius peccatum quam sit adulterium. Exponit enim sic Augustinus[4]: « Maius peccatum est cum matre quam cum aliena uxore concumbere ». Videtur ergo respicere ad genus incestus, non ad omnem differentiam incestus: incestus enim in suo summo maius est quam adulterium in suo summo.

[Ad obiecta]: 1. Ad illud autem quod obicitur in contrarium, dicendum est quod ille qui instituit coniugium, scilicet Deus, instituit per consequens adulterium esse peccatum, per hoc quod dixit[5]: *Adhaerebit vir uxori suae*[g] *et erunt duo in carne una;* in hoc enim datur intelligi quod non cum aliena adhaereat; et ille idem instituit illegitimitatem personarum et per consequens reliquit incestum esse peccatum. Sic ergo quasi eiusdem durationis sunt lex condemnans[h] adulterium et lex condemnans incestum. — Si vero dicatur quod, non adiecta[i] illa lege[6]: *Relinquet homo patrem et matrem,* esset adulterium peccatum et ita magis contra legem naturae, dicendum est quod non. De lege enim naturae[k] essentialius est[l] incestus peccatum quam adulterium: sicut enim vinculum consanguinitatis adhaeret plus legi naturae quam vinculum moris, ita plus est contra legem naturae incestus quam adulterium.

2. Ad secundum vero dicendum est[m] quod, licet interveniat dispensatio, per quam in aliquo gradu consanguinitatis non reputetur incestus qui alias esset incestus, non sic autem sit[n] in adulterio, non propter hoc maius est peccatum adulterium quam incestus. Adulterium enim unicam habet differentiam, incestus vero plures habet differentias; in remotioribus autem differentiis potest intervenire dispensatio, non autem in primis differentiis quas Dominus per se ipsum instituit.

3. Ad tertium vero dicendum quod sicut ignorantia excusat personas ab incestu et sicut scientia accusat, ita ignorantia excusat ab[o] adulterio[7]. Sicut si aliquis adhiberet diligentiam quam posset et quae[p] congrueret, et supponeretur aliena loco uxoris, ipsa peccaret committendo adulterium sciens ipsum esse coniugatum, ipse autem excusaretur credens eam esse uxorem et affectu uxorio eam cognoscens, scilicet causa prolis procreandae ad cultum Dei, sicut legitur de Iacob[8], cui supposita fuit Lia loco Rachelis, quam sibi in uxorem copulaverat per consensum maritalem.

669

CAPUT IV.

DE CASIBUS INCESTUS RATIONE CONSANGUINITATIS ET AFFINITATIS.

Quarto quaeritur de casibus qui contingunt in incestu ratione consanguinitatis et ratione affinitatis.

I. Et primo quaeritur utrum fuerit licitum tempore Legis quod duo fratres eamdem acciperent in uxorem.

---

[a] T om. [b] V *alia.* [c] L *concubitum* pro *c. c.*, quod F corr. [d] Ita BT, alii om. [e] V om. *e. f.* [f] R vacat. [g] FRL *suo.* [h] RL add. *et*, quod F exp. [i] TFR *abiecta.* [k] T om. [l] B add. *peccatum.* [m] V *dicendum* pro *v. d. e.* [n] VT om., B *est*, RZ *fit.* [o] R om., in F est add. interl. [p] Ita V, alii om.

[1] *De bono coniug.*, c. 8, n. 8 (PL 40, 379); ap. Gratian., *Decretum*, C. 32, q. 7, c. 11 (I, 1143).
[2] Cf. Gratian., *Glossa* in c. 1 (I, 1281).
[3] Ap. Gratian., *Decretum*, C. 34, qq. 1 et 2, c. 9; C. 35, q. 2, c. 5 (I, 1260 et 1264).
[4] Cf. supra, nota 1.
[5] Gen. 2, 24.
[6] Gen. 2, 24.
[7] Cf. Gratian., *Decretum*, C. 34, q. 1 et 2, c. 5 sqq. (I, 1259 sq.).
[8] Cf. Gen. 29, 23 sq.

Quod non, videtur, *a.* per hoc quod dicitur in Levit.[1]: *Turpitudinem uxoris fratris tui*[a] *non revelabis, quia turpitudo fratris tui*[b] *est.*

Sed[c] **e contra videtur** 1. illud quod dicitur[2] Deuter. 25, 5: « Si aliquis[d] absque liberis moreretur, *praecepit* Dominus *ut frater defuncti uxorem eius suscipiat* et *suscitet fratri suo defuncto* prolem ». Potest ergo contrahere cum uxore fratris sui.

2. Praeterea, qualiter contraxit Iacob cum duabus sororibus, cum hoc videatur prohibitum in Lege, ubi dicitur[3]: *Sororem uxoris tuae non accipies*[e] *in pellicatum*[f] *ipsius*, et[g] cum sic viverent antiqui patres sicut Legem custodientes? Licet enim lex non esset statuta tunc temporis, tamen Legis statuta[h] servabant, sicut patet de Iuda[4], qui voluit quod filius eius suscitaret semen fratris defuncti, nondum tamen lex super hoc data fuit[5].

[Solutio]: 1. Ad quod dicendum quod illud quod in Lege dicitur quod 'nullus accipiat uxorem fratris sui', intelligitur 'ipso vivente': una enim lex per aliam explanatur. Quod autem dicitur quod 'frater accipiat uxorem[i] defuncti', hoc in parte dicitur in figura et in parte secundum veritatem[6]: in figura quidem, quia fratris nostri, scilicet Christi, suscipienda est uxor, id est Ecclesia, « ut Christo suscitetur semen », non nobis[7]; in veritate autem ut notetur in Veteri Lege benedictio ratione multiplicationis prolis ad cultum Dei.

2. Ad secundum vero[k] dicendum quod illud quod[l] dicitur de Iacob quod duas sorores habuit, cum hoc esset prohibitum in Lege, respondendum est quod nondum erat Lex promulgata. In figura autem factum fuit, ut ostenderetur duplex coniunctio Ecclesiae cum Christo, ratione vitae contemplativae et ratione vitae activae, quod significatur per Rachel et Liam[8]. Et licet ipsi[m], quantum est de se, servarent Legem sine Lege sibi data, non est dicendum quod Iacob peccavit utramque uxorem sibi copulando, cum hoc ex aliqua causa factum fuerit nec Lex contrariabatur[n].

II. Deinde quaeritur utrum peccet qui contrahit cum aliqua, ubi[o] una persona est in quinto gradu et alia in quarto. Potest enim quaeri propter quid gradus computatur secundum personam remotiorem.

1. Et videtur quod debeat computari gradus secundum personam propinquiorem. Cum enim gradus attendatur consanguinitatis, persona autem quae propinquior est[a] propinquius adhaeret stipiti, videtur ergo quod secundum eam computandus sit gradus; et si hoc est, tunc peccat persona, quae est in quarto gradu, cum illa quae est in quinto.

2. Huius etiam gratia quaeritur quae sit ratio numeri istorum graduum. Ponit autem[b] Isidorus, in libro *Etymologiarum*[9], talem rationem: « Consanguinitas[c] dum se paulatim propaginum ordinibus dirimens usque ad ultimum gradum se subtraxerit et propinquitas[d] esse desierit, tunc primum lex in[e] matrimonii vinculum [eam] recipit et quodam modo revocabit fugientem[10]; ideo[f] autem usque ad sextum gradum generis consanguinitas statuta est ut, sicut sex aetatibus mundi generatio et omnis status finietur[g][11], ita propinquitas generis tot gradibus terminetur ». Sed, si haec esset ratio, tunc non convenienter posset contrahi matrimonium in illis sex gradibus; in Concilio autem Lateranensi[12] aliter institutum est. Potest ergo quaeri quae sit causa protensionis graduum consanguinitatis usque ad quartum inclusive et non ulterius.

[Solutio]: 1. Ad quod dicendum[h] quod, si una persona fuerit in quinto gradu et alia in quarto, secundum novellam ordinationem Innocentii[13] potest contrahi matrimonium. Secundum enim remotiorem gradum fit computatio in favorem matrimonii ad dilatationem[i] ipsius caritatis[14], ut ubi tepescit dilectio naturalis, ibi inchoetur dilectio moralis.

2. Ad secundum[k] dicendum[15] quod duplici ratione abbreviati sunt gradus per quos fit illegitima persona ad contrahendum, quarum una est quod in tantum processerat[l] matrimonialis coniunctio quod tum ratione consanguinitatis, tum ratione affinitatis tanta fuit confusio personarum quod vix poterat contrahi coniugium inter personas legitime. Praeterea, refriguit dilectio naturalis sive tepuit ut non in tantum protendatur in quantum solet protendi, et ideo usque ad quartum gradum protenditur ratio consanguinitatis et ibi

---

[a] F *tue.* [b] T om. *non... tui.* [c] TZ *si;* V om. *illud.* [d] L *quis.* [e] Ita BR, alii *recipies.* [f] V *pollutionem,* R *posterum.* [g] VL om., in F est add. interl. [h] V om. *tunc... statuta.* [i] R add. *fratris sui.* [k] V om. [l] B om. *l. q.;* T om. *de.* [m] VR *ipsa.* [n] R *contrariebat,* TL *contrariebatur,* quod Z corr. [o] B om.

[a] L om. [b] V om. [c] T *consanguinitatis,* quod B corr. [d] V *propinqultatem.* [e] BTZ om., F exp. [f] R *non.* [g] VFRL *finitur.* [h] FRL add. *est.* [i] BTRL *dilationem,* quod F corr.; V om. *caritatis.* [k] B add. *autem.* [l] V *processit.*

1 Cap. 18, 16.

2 Cf. Gratian., *Glossa* in principio C. 35, q. 1, c. un. (I, 1262).

3 Levit. 18, 18; cf. Gratian., loc. cit.

4 Cf. Gen. 28, 8.

5 Cf. Deuter. 25, 5.

6 Cf. Gratian., loc. cit. (I, 1263).

7 Cf. Augustin., *Contra Faust.*, XXXII, c. 10 (PL 42, 502); *Sermo* 380, n. 8 (PL 39, 1683).

8 Cf. Augustin., *Contra Faust.*, XXII, c. 52 (PL 42, 432).

9 Lib. IX, c. 6 n. 29 (PL 82, 363 sq.); ap. Gratian., *Decretum,* C. 35, q. 4, c. un. (I, 1271).

10 Cf. Augustin., *De civit. Dei,* XV, c. 16, n. 2 (PL 41, 459).

11 Cf. Beda, *De tempor. ratione,* c. 10 (PL 90, 340).

12 Cf. nota sequens.

13 Canon 50 Concilii Lateran. 1215, ap. Gregor. IX, *Decretales,* IV, tit. 14, c. 8 (II, 704).

14 Cf. supra, p. 645, nota 7.

15 Cf. Gregor. IX, *Decretales,* loc. cit.

incipit[a] dilectio ratione coniunctionis matrimonialis, ut sic ad fomentum dilectionis suppleat ratio matrimonii quod deest ex parte naturae tepescentis.

III. Similiter quaeritur ratione affinitatis, in quantum protendatur[b] linea affinitatis et, cum sint tria genera affinitatis, utrum consimiliter sit peccatum in quolibet secundum consimilem gradum, ut quot gradus sunt[c] in primo genere affinitatis, tot sint in secundo et tertio.

[Solutio]: Ad quod dicendum[d] quod aliter est in primo genere affinitatis et in aliis. In primo enim genere affinitatis[e] « prohibitio copulae coniugalis quartum gradum affinitatis de cetero non excedit », sicut habetur in *Extra, De consanguinitate et affinitate*[f][1]. Ratio vero assignatur ex hoc quod grave esset dispendium, si ulterius protenderetur. Non sic autem est in secundo genere affinitatis et in tertio, sicut[g] habetur ibidem[2]. Ratio autem eadem subest, quae[h] supra dicta est[3]: ne ex multiplicatione confusio fiat personarum illegitimarum ad contrahendum.

TITULUS VII.

DE SACRILEGIO CARNALI[4].

Deinde dicendum est de alio genere peccati carnalis, quod speciali nomine dicitur sacrilegium, communi autem nomine potest dici incestus, sicut supra habitum est[5]. Et dicitur hoc peccatum carnis inter personas illas quae illegitimae dicuntur ratione alicuius significationis spiritualis, sicut ubi est transgressio voti vel cognationis spiritualis. Et licet secundum aliam divisionem cognatio spiritualis[i] coniungatur cum cognatione carnali, convenientius videtur coniungi cum conditione voti, maxime ubi votum solemnizatum[k] est per professionem.

Potest ergo quaeri utrum huiusmodi copula carnalis sit secundum se peccatum;

secundo, de comparatione huius peccati ad illud peccatum incestus quod dicitur ratione consanguinitatis vel affinitatis;

tertio, in quibus casibus contingit peccare tum ratione huius vel illius.

670

CAPUT I.

UTRUM COPULA SACRILEGA SIT PECCATUM.

Quod[l] **autem non sit peccatum, videtur,** 1. per hoc quod[m] in Lege et tempore Apostolorum solent contrahere qui erant in sacris Ordinibus constituti[6].

2. Praeterea, huiusmodi cognatio spiritualis reddit personam illegitimam ex constitutione Ecclesiae[7]; si ergo non intervenisset prohibitio, non fuisset peccatum.

3. Praeterea, sacerdotes Orientalis Ecclesiae et diaconi adhuc habent uxores suas; ergo non est secundum se peccatum.

4. Item, quod sacerdotes[n] Occidentalis Ecclesiae non possint[o] habere uxores, aliqua causa est. — Si dicatur quod hoc est propter votum annexum Ordini – contra: Graeci habent eosdem Ordines, et tamen non est[p] annexum votum; ergo non ratione voti isti plus tenentur quam illi.

5. Si dicatur[8] quod 'Ecclesia Occidentalis vovit in Nicaena Synodo perpetuam castitatem ratione illorum qui in sacris Ordinibus constituuntur' – hoc non videtur: vota enim praedecessorum non videntur ligare successores; si enim pater voveat quod filius intrabit religionem, nisi filius consentiat, non tenetur[9]; ergo praecedentes non potuerunt ligare succedentes[q] ad continentiam.

[Solutio]: 1. Ad quod dicendum quod, licet huiusmodi copula carnis causa prolis procreandae non esset peccatum tempore Legis Veteris

---

[a] T om. [b] VLZ *protenditur*, R *proceditur*, quod F corr. [c] BT *sint*. [d] FRL add. *est*. [e] R om. *et in... affinitatis*. [f] L om. *e. a.*; F add. mg. *non debet reprehensibile iudicari*. [g] V add. *legitur*. [h] B *qua*. [i] B om. *et... spiritualis*. [k] VBTZ *solemnitatum*, quod FRL corr. [l] Z *quia*. [m] FRL add. *et*. [n] B om. [o] VBF *possunt*. [p] T om. [q] V *successores*.

1 Cf. p. 647, nota 13.
2 Loc. cit.
3 Cf. supra, p. 647 b, *ad 2*.
4 Cf. S. Bonav., IV *Sent.*, dist. 37, a. 1, q. 2 et dist. 38, a. 2, q. 1 (IV, 802 sqq. et 819 sqq.).
5 Cf. supra, num. 666.
6 Cf. I Cor. 9, 5; cf. Gratian., *Decretum*, dist. 31, c. 13 (I, 114 sq).
7 Cf. Gratian., *Decretum*, dist. 27, c. 8 (I, 100); Gregor. IX, *Decretales*, IV, tit. 6, c. 1 sq. (II, 684 sq.).
8 Cf. Gratian., loc. cit., c. 14 et *Glossa* eius in h. l. (I, 115).
9 Cf. Gratian., *Decretum*, C. 20, q. 3, c. 4 (I, 849 sq.).

vel etiam tempore Apostolorum, nihilominus potest esse in praesenti tempore peccatum ratione alicuius obligationis supervenientis, quae inducta est propter maiorem honestatem Ecclesiae.

2. Ad secundum [a] vero dicendum quod, licet aliquando non fuerit prohibitio, nihilominus modo est prohibitio propter malum incontinentiae quod regnat in personis ecclesiasticis, et manente prohibitione manet peccatum. Adest etiam ratio munditiae in continentia propter contrectationem divini Sacramenti. Si enim mundi debebant esse a mulieribus, qui propositionis panes contrectabant, sicut habetur in [b] I Reg. 21, 4-6, multo fortius oportet esse munditiam a coitu muliebri in illis qui [c] contrectare debent Sacramentum altaris [1], secundum illud Isai. 52, 11: *Mundamini, qui fertis vasa Domini.*

3. Ad illud vero quod obicitur de sacerdotibus Orientalibus, dicendum est quod non est simile. Sacerdotes enim Orientales in antiqua remanserunt ordinatione, sacerdotes vero Occidentalis [d] Ecclesiae legem habuerunt sibi positam de continentia, sicut habetur dist. 31 [2], ubi dicitur: « Aliter se habet Orientalium traditio Ecclesiarum, aliter huius Sanctae Romanae Ecclesiae. Nam earum sacerdotes, diaconi atque subdiaconi matrimonio copulantur, istius autem Ecclesiae, id est Occidentalium, nullus sacerdotum a subdiacono usque ad episcopum licentiam habeat contrahendi matrimonium ». Hoc autem videtur tractum [e] ex Nicaena Synodo, secundum quod in eadem distinctione continetur, ubi dicitur [3]: « Nicaena Synodus, volens corrigere vitam hominum in ecclesiis commorantium, posuit leges, quas Canones vocamus, in quarum tractatu videbatur » dici « ut episcopi, presbyteri, diaconi [f] et subdiaconi » uxoribus non uterentur. Sed hoc qualiter sit intelligendum, ibidem exprimitur [4].

4. Si vero quaeratur utrum teneantur ex voto vel ex [g] constitutione, dicendum [h] quod ex utroque. — Quod enim ex voto teneantur, patet per hoc quod dicit Gregorius [5]: « Mihi videtur ut a praesenti die episcopis omnibus dicatur ut [i] nullum facere subdiaconum praesumant nisi qui se victurum caste promiserit ». Et hoc intelligitur vel expresse vel eo [k] ipso quod promovetur, sicut habetur dist. 23, *Quamquam omnes* [6]. — Et hoc iam inolevit ex consuetudine, et ideo iam debitum est acsi exprimeretur, sicut habetur dist. 50 [7], quod coactione [l] etiam constitutionis [m] tenentur, sicut dicit Gregorius [8]: « Eos, qui post prohibitionem factam a suis uxoribus continere noluerint [n], ad sacrum Ordinem nolumus promoveri, quia nullus debet ad altaris ministerium accedere nisi cuius castitas ante susceptum ministerium fuerit approbata ». Et dicit Beda, *Super Lucam* [9]: « Sacerdotibus, ut semper valeant assistere altaribus, semper ab uxoribus est continendum, semper castitas observanda praecipitur ».

5. Ad id vero quod obicitur de Orientalibus sacerdotibus, ' utrum consimiliter teneantur, cum consimilis videatur esse ratio ': dicendum quod aliter obligantur ad continentiam Orientales et aliter Occidentales. Orientales [o] enim, secundum quod dicit Hugutio [10], in hoc obligantur [p] ad continentiam « quod tempore vicis [q] suae non debeant [r] commisceri ». « Oportet enim eos, qui altari ministrant, in tempore obligationis esse continentes in omnibus ut [s] a Deo possint consequi quae simpliciter postulant [11] ». Praeterea, in hoc « fit eis praeiudicium quod post mortem uxoris non possunt contrahere [12] ». In Occidentali vero Ecclesia ad perpetuam continentiam obligantur in sacris Ordinibus constituti.

CAPUT II. 671

DE COMPARATIONE HUIUS PECCATI AD PECCATUM INCESTUS.

Secundo quaeritur de comparatione huius peccati incestus ad illud peccatum incestus quod dicitur esse ratione consanguinitatis vel affinitatis.

Et videtur quod maius sit peccatum. 1. Maior enim est affinitas spiritualis quam carnalis, sicut praevalet spiritus carni; ergo maius videtur esse hoc peccatum illo.

---

[a] V *aliud.* [b] V om. [c] BTZ *que.* [d] RZ *occidentales;* Z om. *Ecclesiae.* [e] V *contractum.* [f] V om. [g] V om. [h] Ita B, alii add. *est.* [i] B om. [k] V *ex.* [l] Ita V, alii *ea ratione.* [m] R *constitutus.* [n] VRL *voluerint,* quod F corr.; V *sacerdotii* pro *sacrum.* [o] B *occidentales;* T *autem* pro *enim.* [p] Ita B, alii *obligabantur.* [q] TL *lucis.* [r] Ita B, alii *debebant.* [s] T om.

1 Cf. Gratian., *Decretum,* C. 33, q. 4, c. 1 (I, 1247).
2 Ap. Gratian., *Decretum,* dist. 31, c. 14 (I, 115).
3 Loc. cit., c. 12 (I, 114).
4 Loc. cit.
5 *Epist.* 44, I (PL 77, 506); ap. Gratian., loc. cit., c. 1 (I, 111).
6 Ap. Gratian., c. 6, ex Concilio Toletano (I, 81).
7 Can. 9 sqq. (I, 180 sq.).
8 Loc. cit., nota 5.
9 *In Luc.,* I, c. 1 (PL 92, 314); ap. Gratian., loc. cit., c. 2 (I, 111).
10 In seq. locum Gratiani (ed. Romae 1582, col. 202, litt. *k*).
11 Gratian., loc. cit., c. 13 (I, 115).
12 Hugutio, loc. cit.

2. Praeterea, hic est quaedam sacrae rei violatio, ibi vero non; ergo hoc peccatum videtur esse maius illo.

Contra. *a.* Vinculum consanguinitatis est vinculum naturae; vinculum [a] autem naturae est vinculum primum [b] [1]; ergo peccatum carnis, quod est contra illud, maius est quam peccatum quod est contra vinculum spirituale.

b. Item, ponitur similitudo patris spiritualis ad carnalem et non e converso, cum dicitur [2]: « Ita diligere debet homo eum qui se suscepit [c] de sacro fonte sicut [d] patrem ». Et [e] similiter arguitur quod non potest fieri coniugium inter personas quae habent spiritualem [f] proximitatem, sicut non potest esse coniugium inter personas quae habent consanguinitatem. Unde dicitur XXX [g], quaest. 3, in principio [3]: « Non [h] arbitror posse fieri legale coniugium, quando quidem nec inter eos qui natura et eos qui adoptione filii sunt venerandae leges matrimonia contrahi permittunt ». Adducitur ergo similitudo a vinculo naturali usque ad vinculum spirituale; per quod videtur quod fortius sit vinculum consanguinitatis quam [i] spiritualis proximitatis, et ita maior [k] transgressio contra illud quam contra aliud.

[Solutio]: Ad quod videtur dicendum [l] quod dignior est proximitas spiritualis proximitate carnali, quae est per affinitatem, et ita, licet [m] ratione dignitatis maius videatur [n] esse peccatum contra illam quam [contra] illam, quia tamen [o] proximitas naturalis prior est et universalior, quoad hoc videtur maior iniuria ex ista parte quam ex illa, et ita videntur excedentia esse et excessa. Praeterea, ratione diversarum personarum in linea consanguinitatis et proximitatis spiritualis. Quae enim remotior est in linea spiritualis proximitatis minus peccat [p] quam illa quae propinquior est in linea consanguinitatis, et similiter quae remotior est in linea consanguinitatis minus peccat quam [q] quae propinquior est in linea cognationis spiritualis. Si vero fiat collatio inter spiritualem cognationem et affinitatem, maius peccatum videtur esse cum fit peccatum carnis contra spiritualem cognationem quam contra affinitatem, licet affinitas prior esset quam spiritualis proximitas; affinitas enim erat in Lege Veteri, spiritualis vero proximitas ex Lege Nova videtur initium sumere ratione catechismi, Baptismi et Confirmationis, principaliter vero ratione Baptismi. Et ita patere potest solutio.

CAPUT III.

IN QUIBUS CASIBUS CONTINGAT PECCARE RATIONE HUIUS VEL ILLIUS.

Tertio quaeritur in quibus casibus contingit peccare tum [r] ratione huius vel illius.

Et primo ratione voti;

secundo, ratione spiritualis proximitatis seu cognationis.

672 ARTICULUS I.

Casus peccatorum ratione voti.

I. Et primo quaeritur utrum mulier, quae emisit votum castitatis solemne, peccet reddendo debitum post matrimonium contractum.

Et videtur quod sic. *a.* « Votum enim solemne et impedit contrahendum et dirimit contractum [4] ». Cum ergo de iure non possit manere in coniugio, nec [s] debet petere debitum nec reddere; ergo, si reddit, peccat.

Contra. 1. « Non [t] minus obligat simplex votum quam solemne [5] ». Sed, si [u] simplex esset votum, post contractum matrimonium non peccaret reddendo [v] debitum, licet peccaret petendo, sicut plures [6] dicunt; ergo, voto solemni existenti, non peccat mulier reddendo debitum.

[Solutio]: Ad quod dicendum [x] quod, ubi est votum solemne factum per professionem, peccat mulier reddendo debitum. Non enim proprie dicitur debitum, cum non esset vere matrimonium, secundum quod « matrimonium est legitima coniunctio viri cum muliere [7] »; hic autem non est legitima.

---

[a] V om. *n. v.* [b] V *personarum.* [c] Ita V, alii *suscipit.* [d] B *ut.* [e] BTZ om. [f] V *consanguinitatem spiritualem et.* [g] B *in.* [h] T *si.* [i] B add. *vinculum.* [k] F add. *est.* [l] BT *dicendum quod videtur* pro *v. d.*; L om. *videtur.* [m] BTZ om., in R est add. interl. [n] Z *videretur.* [o] BTZ *cum.* [p] R om. *m. p.*; V om. *quam.* [q] V add. *illa.* [r] Ita FR, alii *cum.* [s] V *non.* [t] B om. [u] T om. [v] TZ *reddere.* [x] BZ add. *est.*

1 Cf. supra, p. 646b, *ad 1.*
2 Gratian., *Decretum*, C. 30, q. 3, c. 1 (I, 1100).
3 Loc. cit.
4 Ap. Gregor. IX, *Decretales*, IV, tit. 6, cc. 3 et 7 (II, 685 sq.).
5 Loc. cit., c. 6 (II, 686).
6 Cf. supra, num. 657; *Glossa* in Gratiani *Decretum* C. 27, q. 1, c. 43 (ed. Romae 1582, col. 1986, litt. *i*).
7 Hugo de S. Vict., *De sacram. christ. fidei*, II, p. 11, c. 4 (PL 176, 483); Gratian., *Decretum*, C. 27, q. 2, cc. 1 et 3 (I, 1062).

[Ad obiecta]: 1. Ad[a] illud vero quod obicitur quod « non minus obligat votum simplex quam solemne »: dicendum[b] quod hoc verum est ratione eius quod est votum, sed non ratione solemnitatis adiunctae. Ratione enim solemnitatis adiunctae obligatur Ecclesiae et mediante Ecclesia Deo[c], et ideo constituit Ecclesia ut illegitima permaneat[d] persona huiusmodi omnino[e] ad matrimonium[1]. — Si vero dicatur quod quia nondum facta est separatio ab Ecclesia, licet separari debeat, et ideo interim debeat reddere debitum: dicendum est quod, cum sibi constet de solemnitate[f] voti, licet non constet iudici[g], tenetur non reddere cum hac conscientia; si vero non constaret de voti solemnitate secundum iudicium Ecclesiae, pendente causa debitum videtur esse reddendum, cum constet de matrimonio et non constet de voti solemnitate.

II. Deinde quaeritur de muliere, quae votum castitatis emisit et postea iuravit quod contraheret cum quodam, utrum peccet si non contrahat aut standum est simplici voto.

Et videtur quod standum est simplici voto. *a.* « Votum enim simplex non minus obligat quam solemne[2] ». Sed, si solemne esset iuramentum, tamquam illicitum rescindendum esset; ergo peccaret contrahendo; pari ergo ratione existenti simplici voto.

Contra. 1. Iuramentum observandum est quod non « vergit in deteriorem exitum[h 3] »; sed istud iuramentum est pro matrimonio, continentia autem[i] matrimonialis licet minor[k] sit quam continentia virginalis aut vidualis, tamen[l] matrimonium non dissolvitur[m] propter simplex votum[4], et ita videtur quod duplex vinculum remaneat; videtur ergo quod[n] non peccet contrahendo.

2. Praeterea, dicitur in quadam *Decretali*[5] quod si contraxerit post iuramentum, remanere debet in matrimonio. Ex quo praesumitur ab initio non fuisse illicitum; si enim ab initio fuisset illicitum, procedente tempore non ratificaretur.

[Solutio]: Ad quod dicendum, secundum illud quod continetur in *Decretali*[6], quod, nisi contraxerit, non debet reddere debitum, et agere debet poenitentiam de iuramento temerario et permanere in voto; sive autem[o] iuraverit sive non, peccat contrahendo, consentiendo in carnalem copulam, propter voti transgressionem.

[Ad obiecta]: *a.* Ad id vero quod obicitur in contrarium, dicendum est quod, licet aeque obliget votum simplex ut solemne ratione voti, non tamen ratione solemnitatis. Unde, si contractum est matrimonium post votum simplex, reddere debet debitum post consummatum matrimonium et agere poenitentiam de transgressione voti[7]. Si vero non esset consummatum matrimonium, posset utrumque servari: posset enim contrahere et « ad frugem melioris vitae transvolare », et ita servaretur iuramentum et votum[8]. Nihilominus tamen indiscretum fuit iuramentum[a].

1. Ad id vero quod obicitur quod 'consummatio matrimonii fuit illicita[b], et ita non videbatur ratificari in posterum': dicendum est quod quodam[c] modo fuit licitum[d], scilicet in quantum non consentit in copulam carnalem, quodam modo illicitum. Et licet malum esset secundum quod illicitum[e], ex illo tamen malo elicit Deus bonum, et ratione eius quod fuit matrimonium consummatum tenetur reddere debitum, et quod non fuit prius debitum, immo indebitum, postea factum est debitum; si enim prius permitteret se cognosci, peccaret, nunc autem non peccat reddendo.

2. Ad id quod obicitur quod 'iuramentum illud erat pro matrimonio, quod fortius habet vinculum voto, et ita[f] non vergebat in deteriorem exitum': dicendum est quod, licet esset pro matrimonio, quod in se sanctum[g] est, tamen erat contra votum[h] quod praecessit, et ideo[i] quoad hoc « vergebat in deteriorem exitum[k] », et ideo non observandum, sed agenda[l] poenitentia pro temeritate iuramenti, quod debet esse cum *iudicio*, sicut dicitur[m 9] Ierem. 4, 2.

III. Quaeritur etiam, si mulier dederit fidem alicui de contrahendo et postea votum continentiae emiserit ex aliqua causa, utrum peccet peccato incestus contrahendo et carnaliter se ei commiscendo; et[n] supponamus quod mulier talis sit quae ex infirmitate carnis non valeat continere.

Quod autem peccet peccato incestus faciendo contra votum, patet *a.* ex hoc quod emisit votum continentiae, post votum autem continentiae emissum et[o] consensit in carnalem copulam et

---

[a] B *item ad.* [b] Ita VF, alii add. *est;* V om. *hoc.* [c] R *Dei.* [d] R *maneat.* [e] R om. [f] Ita BZ, alii *solemnizatione.* [g] TZ *iudicii.* [h] V *detrimentum* pro *d. e.* [i] B *enim.* [k] BTZ *maior.* [l] V *cum.* [m] V *dissolvatur.* [n] TZ om. [o] FL *vero;* VR *si vero* pro *s. a.*

[a] B om. *et... iuramentum.* [b] V *consummatum matrimonium fuit illicitum* pro *c. m. f. i.* [c] T *quoddam;* Z om. *modo.* [d] TZ *illicitum,* quod B corr. [e] BTZ *licitum.* [f] B om. [g] B *factum,* quod F corr. [h] B *vitium.* [i] V *non* et om. *hoc.* [k] R om. *dicendum... exitum.* [l] VF (interl.) add. *est.* [m] B *dicit.* [n] VR om., in F est add. interl. [o] T *etiam.*

1 Cf. Gregor. IX, *Decretales*, IV, tit. 6, c. 3 (II, 685).
2 Ap. Gregor. IX, loc. cit., c. 6 (II, 686).
3 Cf. Gratian., *Decretum*, C. 22, q. 4, cc. 6 et 16 (I, 876, 879).
4 Cf. Gregor. IX, loc. cit., c. 3 sq. (II, 685 sq.).
5 Ap. Gregor. IX, loc. cit., c. 6 (II, 686).
6 Loc. cit.
7 Cf. supra, nota 4.
8 Cf. Gregor. IX, *Decretales*, III, tit. 32, c. 2 et IV, tit. 1, c. 6 (II, 579 et 667).
9 *Glossa interlin.*, in h. l., ap. Lyran.; cf. Gratian., *Glossa* in fine C. 22, q. 4, c. 23 (I, 882).

carnaliter cognita est; ergo peccavit peccato carnis contra votum; ergo commisit incestum.

Contra videtur, 1. per hoc quod dicitur in *Decretali*[1], ubi dicitur quod « de fide mentita et voto violato agat congruam satisfactionem et cui vult in Domino nubendi licentia concedatur ». Sed non intendit Papa praestare auctoritatem peccandi; ergo non peccavit sic contrahendo et carnaliter se commiscendo [a].

[Solutio]: 1. Ad quod dicendum [b] quod illud quod dicit Papa respicit illud quod dicitur 'de duobus malis minus malum concedendum est'[2]; minus autem [c] malum est mulierem contrahere matrimonium post votum simplex emissum quam « incurrere reatum fornicationis », et ideo iis conditionibus existentibus, concedit Papa licentiam nubendi, ita quod agatur poenitentia de violatione [d] voti. Nec dicitur esse peccatum incestus, si reddat debitum post matrimonium contractum [e] vel si carnaliter commisceatur, sed si extra matrimonium fieret cum persona quae votum emiserit [f]; hic autem tantum dicitur voti violatio.

673 ARTICULUS II.

Casus peccatorum ratione cognationis spiritualis.

Consequenter dicendum est de casibus pertinentibus ad peccatum incestus sive sacrilegii secundum alium modum, quod provenit contra cognationem spiritualem sive spiritualem proximitatem.

I. Potest ergo quaeri utrum vir [g] peccet peccato incestus qui baptizat filiastrum suum vel filiastram suam et postea cognoscit uxorem suam [h], cuius efficitur compater.

Et videtur quod sic. 1. Incestus enim est peccatum carnis contra proximitatem spiritualem; sed hic est proximitas spiritualis contracta; ergo peccat deinceps illam cognoscendo.

2. Item, in *Canone*[3] habetur quod « a primo pabulo sacrati salis et ingressu ecclesiae usque ad confirmationem per chrisma nullus christianus suam commatrem coniugem sumere debet »; et ibidem dicitur[4]: « Separent se, ne suadente diabolo tale [i] vitium inolescat ». Et loquitur ibidem[5]: « Utrum viri aut mulieres post susceptionem de sancto lavacro possint redire ad proprium thorum? »

Contra. *a.* Aut factum est [k] necessitate urgente aut factum est ex fraudulentia aut ex ignorantia. « Si ex ignorantia, ignorantia eos excusare videtur; si vero ex malitia, fraus non debet patrocinari[6] »; si vero ex necessitate, non debet ei imputari ad culpam: ubi est enim [l] necessitas, peccatum non est. Restat ergo quod non peccat [m] peccato incestus.

[Solutio]: Ad quod dicendum est quod, si factum fuerit ex necessitate, cum nulla alia esset praesens persona quae posset [n] baptizare, non negatur quin possit postea reddere debitum et exigere, sicut habetur XXX, quaest. 1, *Ad limina*[7], ubi ponitur casus de illo « qui filium suum in necessitate baptizavit ». — « Si vero fuerit ex ignorantia vel ex malitia », ratione ignorantiae excusatur [o], ratione vero malitiae poenitentiam debet agere, sed « nec ab invicem sunt separandi nec alter alteri debet subtrahere debitum », sicut habetur in *Extra, De cognatione spirituali, Si vir vel mulier*[8].

[Ad obiecta]: 1. Ad obiectum autem dicendum est quod, licet cognoverit post compaternitatem [p] contractam, non peccat reddendo debitum, cum ex necessitate id [q] actum fuerit; si vero ex malitia actum esset, etsi non peccet reddendo debitum, peccat tamen exigendo[9].

2. Ad aliud vero dicendum quod illud quod dicitur in *Canone* [r] potest intelligi de illis personis quae ante coniugium sive matrimonium contraxerunt ad invicem proximitatem spiritualem. Illud autem quod secundo dicitur, intelligitur [s] de illis personis ubi ignorantia intervenit.

Sed potest quaeri: Quid [t] si uterque reliquo sciente susceperit communem filium de sacro fonte, peccantne [u] ad invicem peccato incestus petendo vel reddendo? — Ad hoc respondendum est quod in hoc casu utraque persona suo iure privatur et neuter potest petere nec, si petat, alius tenetur reddere.

II. Deinde quaeritur, si inter sacerdotem confessorem et ipsum poenitentem sive susceptum in Poenitentia proximitas spiritualis contrahitur[10],

---

[a] V om. *e. c. s. c.* [b] Ita V, alii add. *est.* [c] L om.; B *enim* pro *autem.* [d] B *violentia.* [e] R om. [f] VR *emisit.* [g] V om. [h] T om. [i] V om. [k] T om. [l] V om., in L est add. mg. [m] Ita V, Z *peccavit,* alii *peccant.* [n] V add. *peccaret.* [o] R add. *et,* quod F delev. [p] BTZ *paternitatem.* [q] BTZ *ad,* quod F corr. [r] VZ *casu;* Z om. *dicitur.* [s] L *intelligit;* R om. *illis.* [t] TZ *quod.* [u] T *peccant.*

1 Ap. Gregor. IX, *Decretales,* IV, tit. 6, c. 5 (II, 686).
2 Cf. Gratian., *Decretum,* C. 22, q. 4, c. 3 sqq (I, 876 sq.).
3 Ap. Gratian., *Decretum,* C. 30, q. 1, c. 1 (I, 1096).
4 Loc. cit. 5 Loc. cit.
6 Ap. Gregor. IX, *Decretales,* IV, tit. 11, c. 2 (II, 694).
7 Ap. Gratian., *Decretum,* loc. cit., c. 7 (I, 1098).
8 Ap. Gregor. IX, *Decretales,* IV, tit. 11, c. 2 (II, 693).
9 Cf. Gratian., *Decretum,* C. 30, q. 1, c. 4 (I, 1097); Hugutio, *Glossa* in h. l., c. 3 sq. (ed. Romae 1582, col. 2056, litt. *d*).
10 Cf. Gratian., *Decretum,* C. 30, q. 1, cc. 8, 9 et 10 (I, 1099).

utrum filius ipsius [a] confessoris committat incestum cum muliere sic suscepta in Poenitentia vel si potest eam ducere in uxorem.

Quod non possit eam ducere [b], videtur, 1. per hoc quod dicitur in *Canone*[1]: « Omnes, quos in Poenitentia suscepimus, ita sunt filii nostri ut Baptismate suscepti ». Sed filius sacerdotis non potest contrahere cum muliere suscepta in Baptismate; ergo nec [c] potest contrahere filius confessoris cum muliere suscepta in Poenitentia.

2. Praeterea, videtur esse sua soror spiritualis; ergo videtur committi incestus.

[Solutio]: Ad quod dicendum [d] quod non est simile de vinculo spirituali sacramenti Poenitentiae et sacramenti Baptismatis. Illud enim quod est Baptismatis est maioris reverentiae et sanctitatis, cum baptizato non ficte dimittatur omnis culpa et poena, et ideo proximitas spiritualis magis extenditur. Si enim aliquis [e] suscipit aliquam personam ad Poenitentiam, contrahitur vinculum spirituale inter patrem et filium[2], sed non propter hoc inter parentes huius et illius vel prolem huius et illius [f]. Si vero suscipitur in Baptismo, proximitas spiritualis contrahitur inter filium baptizantis et mulierem baptizatam; unde in *Canone*[3]: « Non oportet filiam suam, quam de sacro fonte suscepit, aliquando filio suo in matrimonio tradere ».

TITULUS VIII.

DE PECCATO CONTRA NATURAM.

Consequenter dicendum est de maximo peccato carnis, quod scilicet est contra naturam, quod fit [g] multis modis. Aliquando enim quis operatur turpitudinem in semetipso [h], et dicitur mollities; aliquando vero cum alio vel alia, et hoc contingit multipliciter, cum scilicet masculus cum femina in membro non ad hoc concesso, vel femina inordinate cum viro; deinde, cum masculus cum masculo vel [i] femina cum femina; ultimo cum fit cum re irrationali, et in hoc genere tanto est deterius quanto est maior perversio naturae.

Quod autem sit maius comparatione aliorum peccatorum, patet per hoc quod dicit Augustinus, *De adulterinis coniugiis*[4]: « Omnium horum peccatorum pessimum est quod contra naturam fit ». Et dicit Augustinus, in libro *Confessionum*[5]: « Flagitia quae sunt contra naturam, ubique ac semper repudianda sunt atque punienda ». Nec mirum, quia « violatur ipsa societas, quae cum Deo nobis esse debet, maxime cum [k] eadem natura, cuius ille est auctor, libidinis perversitate polluitur ».

Potest autem primo [l] quaeri de comparatione horum peccatorum inter se secundum rationem magnitudinis;

secundo, de poena huius peccati;

tertio, de casibus aliquibus, in quibus dubitatur utrum sit peccatum contra naturam vel non.

CAPUT I. 674

DE COMPARATIONE PECCATORUM CONTRA NATURAM SECUNDUM RATIONEM MAGNITUDINIS.

Ad primum sic: Videtur quod mollities sit maius peccatum in hoc genere. 1. Prima enim ratio in principiis generationis, ad quam ordinatur concubitus, est ut alterum sit agens et alterum sit recipiens[6]; in hoc autem peccato non remanet haec ratio, in aliis vero remanet ratio

---

[a] T om. [b] T add. *in uxorem.* [c] VFRL *non.* [d] Ita VF, alii add. *est.* [e] V *quis.* [f] BTZ om. *vel... illius.* [g] T add. *etiam;* V om. *modis.* [h] R *seipso.* [i] F *et.* [k] V *autem,* quod F corr. [l] Ita V, alii om.

1 Loc. cit., c. 8, (I, 1009).
2 Cf. Gratian., loc. cit.
3 Loc. cit., q. 3, c. 3 (I, 1101).
4 Potius *De bono coniug.*, c. 8, n. 8 (PL 40, 379).
5 Lib. III, c. 8, n. 15 (PL 32, 689).
6 Cf. Aristot., *De anim. generat.*, IV, c. 1 (III, 395).

alteritatis, licet in aliis sit oppositio naturae; ergo hoc [a] est primum et maximum peccatum in hoc genere.

2. Ad hoc facit quod dicitur [b] in Gen. 38,9-10, ubi dicitur quod *percussit Dominus eum*, qui *semen fundebat* [c] *in terram ne liberi fratris nomine nascerentur, eo quod rem detestabilem faceret.* Ex quo videtur quod istud [d] sit maximum peccatum in illo genere.

Sed e contra, *a.* videtur illud [e] esse maximum, ubi non servatur [f] species in ipsis commiscentibus. Dicitur enim super illud Gen. 37,2: *Accusavit fratres suos crimine pessimo*, Glossa [1]: « Quod [g] cum pecoribus miscebantur ». Ergo hoc est pessimum in illo genere.

b. Praeterea, ad hoc est generatio ut servetur [h] species; ubi ergo plus est de oppositione ad speciem, ibi maior est oppositio contra naturam; ergo maius peccatum in hoc genere.

c. Item, maximum peccatum spirituale est idololatria; sed huic in illo genere proportionaliter respondet aliquod [i] in genere peccati carnalis; ergo illud erit maximum in illo genere; sed hoc videtur esse peccatum illud quod est masculi in masculum et huiusmodi, sicut habetur ad Rom. 1,27, super illud: *Relicto usu naturali*, Glossa [2]: « Quantum idololatria perimpium et gravissimum delictum est, tantum compensatio perhorrenda et persordida passio, quam receperunt in semetipsis », et loquitur ibi de peccato contra naturam [k], quo *masculi in masculos* [3] etc.; ergo illud est maximum peccatum [l] in illo genere.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod [m] in illo genere maximum dicitur quod est contra naturam speciei, ubi fit coitus cum re alterius speciei.

[Ad obiecta]: 1. Ad primo autem obiectum dicendum est quod, licet prima ratio in principiis generationis [n] sit secundum activum et receptivum, ibi autem hoc desit [o], non propter hoc dicetur maius peccatum in illo genere, licet enorme sit in se. Ibi enim ex hoc peccatum est, quia illud, quod ordinatum est ad materiam generationis, non ex instinctu ordinato naturae emittitur nec in alterum, quod debito modo sit receptivum, funditur; hoc autem est minus quam ubi in alterum indebito modo receptivum [p]. Aliquando tamen mollities sumitur [4] pro peccato quod est in iis qui pathici [5] sunt, et hoc modo est gravissimum peccatum contra naturam, quando quod est activum secundum naturam, supponitur ad recipiendum.

2. Ad aliud vero dicendum quod, licet illud peccatum sit detestabile, tamen in hoc erat amplius detestabile quod voluit semen destrui ne suscitaretur semen fratri defuncto; unde aggravatio est in illo genere peccati.

c. Ad illud vero quod obicitur ultimo [q] dicendum est quod, cum comparatur peccatum peccato, hoc est ratione generis peccati. Peccatum enim quod est contra naturam est summum in genere carnalium peccatorum, sicut infidelitas [r] dicitur summum in genere spiritualium peccatorum: dico autem infidelitatem [s] idololatriae. Cum enim sint decem praecepta in Decalogo, ex parte primae tabulae summum dicitur infidelitas idololatriae, in secunda vero tabula ex parte peccati carnalis summum dicitur peccatum quod est contra naturam. Unde illud dicitur innominatum peccatum [t] sive *passio ignominiae* [6], quia privat nomen a deprehenso in tali crimine et ita est enorme ut nec ad recordationem debeat pervenire.

675

CAPUT II.

DE POENA PECCATI CONTRA NATURAM.

Secundo quaeritur de poena huius peccati.

I. Quod autem puniatur morte secundum legem humanam, patet, *a.* per hoc quod dicitur in *Codice* [7]: « Qui puero stuprum adducto vel corrupto comite persuaserit, capite puniatur ». Si ergo persuasio punitur tantum, multo magis et ipsa operatio.

b. Similiter dicitur in Levit. 20,13, ubi loquitur de peccato contra naturam, dicens: *Qui dormierit cum masculo coitu femineo et uterque nefas operatus est, morte moriatur.* Et dicit Origenes [8]:

---

[a] Z om. [b] RL *dicit*, quod F corr. [c] F *fundabat*. [d] V *illud*, B om. [e] V om. [f] VFRL *salvatur*. [g] B om. [h] VFRL *conservetur*. [i] V *quod*. [k] V add. *in*. [l] B om. [m] V om. [n] Z om. [o] Z om.; B *mollities* pro *h. d.*; V *cum autem hec desit* pro *i. a. h. d.* [p] B om. *hoc... receptivum*. [q] V *ultra*. [r] R *fidelitas*, quod FL corr. [s] F *infidelitate*. [t] VR om., in F est add. interl.

[1] *Interlin.*, in h. l., ap. Lyran.

[2] Lombardi, in h. l. (PL 191, 1334), ex Ambrosiastro, in h. l. (PL 17, 61).

[3] Rom. 1, 27.

[4] Cf. *Glossa interlin.*, ap. Lyran., et Lombardi, *In 1 Cor. 6, 9* (PL 191, 1579).

[5] Id est qui praeposteram Venerem patiuntur.

[6] Cf. Rom. 1, 26; Haymo, in h. l. (PL 117, 376).

[7] *Digest.*, I, 47, 11, *De extraord. crimin.*; cf. Gratian., *Decretum*, d. 33, q. 3, *De poen.*, d. 1, c. 15 (I, 1161).

[8] Rectius *Glossa ordin.*, in h. l., ap. Lyran. Glossa in versum praeced. est Origenis.

« Hoc peccatum iniuria naturae est; unde et morte mulctari decretum est[a] ».

c. Similiter[b] in detestationem criminis ipsum pecus iubebatur[c] occidi[1], non quia ipsum pecus delinqueret, sed ne fieret refricatio[d] memoriae. Unde Augustinus, in *Quaestion. Levitici*[2]: « Inde pecora iubentur occidi, quia tali flagitio contaminata indignam refricant[e] memoriam facti ».

d. Dominus autem non tantum poena mortis, sed etiam genus mortis horribile inflixit[f], sicut habetur Gen. 19, 24-25, ubi[g] dicitur quod *pluit Dominus super Sodomam et Gomorrham sulphur et*[h] *ignem de caelo, et subvertit civitates et*[i] *omnes regiones circa et universos habitatores urbium,* ut ex genere poenae genus peccati ostenderetur. Unde dicit Gregorius[3]: « Cum Dominus carnis scelera puniri decrevisset, qualitate[k] ultionis innotuit maculam criminis; sulphur enim foetet, ignis ardet. Qui ergo ad perversa desideria carnis foetore arserant[l], iure sulphure et igne perierunt ».

II. Sed potest quaeri propter quid « infantes cum parentibus cremati sunt in Sodomis[4] », cum immunes essent a culpa.

[Solutio]: Ad quod dicendum[5] quod hoc factum est in detestationem criminis, « ne de eorum origine aliquod[m] remaneret vestigium. Et provisum est illis, ne diu viventes exempla patrum sequerentur, et sic levius punirentur; parentes autem tam pro se quam pro eis rei erant: mors enim filiorum crimen est parentum ».

III. Sed adhuc quaeritur ratione poenae. Videtur enim, cum sit gravissimum peccatum et maxime detestabile, quod maxima respondeat ei poena in futuro.

Sed videtur contrarium, 1. per hoc quod dicitur Matth. 11, 24: *Remissius erit terrae Sodomorum in die iudicii quam tibi.* Ergo maior poena debetur[n] ipsi Capharnaum in futuro quam ipsis Sodomitis; sed, sicut ibidem tangitur[6], illi de Capharnaum in hoc peccaverunt quod non crediderunt; maiori ergo poena dignum est peccatum infidelitatis quam peccatum quod est contra naturam.

Sed videtur quod maxima poena deberet respondere peccato contra naturam[o]. *a.* Dicitur enim Luc. 17, 29, super illud: *Qua die exiit Loth a Sodomis,* Glossa Bedae[7]: « Praetermisso maximo scelere Sodomitarum[p], sola ea commemorat quae vel levia vel nulla esse putarentur », et dicit de comestione et negotiatione[q]; cum ergo ibi[r] maximum scelus reputetur, maxima poena dignum reputatur.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod peccatum contra naturam reum est sive reum efficit maxima poena in futuro.

[Ad obiecta]: 1. Ad illud vero quod obicitur per illud Matth. 11, 24, dicendum[s] quod non loquitur quantum ad poenam istius peccati, sed loquitur quantum ad poenam infidelitatis in ipsis Sodomitis comparatione ad infidelitatem illorum[t] de Capharnaum, quia maior debetur poena pro infidelitate illorum qui habuerunt[u] causam motivam ad credendum quam illorum qui non habuerunt. Unde dicitur ibidem[8]: *Si in Sodomis factae fuissent virtutes, quae factae sunt in te, forte mansissent usque in hunc diem.* Ex quo apparet quod loquitur de comparatione infidelitatis ad infidelitatem: infidelitas enim[v] illa quae dicitur in illis qui non credunt, ad generalem iniustitiam[x] pertinet.

CAPUT III. 676

DE QUIBUSDAM CASIBUS PECCATI CONTRA NATURAM.

Tertio quaeritur de aliquibus casibus, in quibus dubitatur utrum sit peccatum contra naturam vel non.

I. Quaeritur enim de viro et[y] muliere, qui propter pinguedinem quam habent non possunt ad invicem reddere debitum modo consueto in debito vase et ex infirmitate carnis non possunt se continere et periculum est, si patiantur incisionem, utrum possint reddere debitum carnis in debito vase modo non consueto.

Quod videtur, 1. eo quod, duobus existentibus

---

[a] B om. *unde... est.* [b] V add. *est.* [c] T *videbitur,* R *videbatur,* quod F corr. [d] V *refertatio.* [e] V *refertant.* [f] B *influat.* [g] B *unde.* [h] BTZ *per.* [i] BTZ add. *in.* [k] B *quantitate.* [l] V *arserunt.* [m] R *quod.* [n] L add. *sibi.* [o] Z om. *sed videtur... naturam.* [p] B *Sodomitorum,* TZ *Sodomorum;* BT *enim* pro *ea,* quod Z corr. [q] T om. *e. n.* [r] B om. [s] Ita V, alii add. *est.* [t] VFRL *eorum.* [u] V *habuerant.* [v] B *autem.* [x] V *iustitiam.* [y] T add. *de.*

1 Cf. Levit. 20, 16; *Glossa ordin.,* in h. l., ap. Lyran., ex Augustino, loco sequenti.

2 *In Heptat.,* III, q. 74 (PL 34, 709); ap. Gratian., *Decretum,* C. 15, q. 1, c. 5 (I, 747).

3 *Moral.,* XIV, c. 19 (PL 75, 1051), verbotenus in *Glossa ordin.,* in h. l., ap. Lyran.

4 Alcuin., *Interrog. in Genesim,* n. 183 (PL 100, 541); cf. *Glossa ordin., In Gen. 19,* 25, ap. Lyran.

5 Cf. Alcuin., loc. cit; Gratian., *Glossa* in C. 1, q. 4, c. 11, § 10 (I, 422).

6 Cf. *Glossa ordin.,* in h. l., ap. Lyran.

7 In h. l. (PL 92, 547).

8 Matth. 11, 23.

malis, minus malum conceditur sive permittitur, ubi alterum illorum est expediens propter maioris mali vitationem[1]; sed[a] grave malum est adulterium in coniugato vel[b] coniugata; ergo ad vitationem illius permittendum est quod fiat coitus viri cum uxore[c] illicitus, sed tamen in vase debito, sive inconsuetus[d].

2. Praeterea, dicit Augustinus, in libro *De bono coniugali*[2], quod « longe minus peccat quamtumlibet assiduus ad uxorem quam rarissimus ad fornicationem ». Cum ergo iste peccet in uxore, minus peccat quam si perpetraret[e] fornicationem aut adulterium.

3. Praeterea, cum fiat in debito vase, videtur esse usus naturalis; « usus autem naturalis, qui prolabitur ultra propagandi necessitatem, est venialis in uxore », sicut dicit Augustinus[3]; ergo huiusmodi videtur esse venialis; sed alius[f] « est damnabilis »; videtur ergo quod permittendum sit viro sic insolito modo uxorem cognoscere.

Contra. *a.* Super illud ad Rom. 1, 27: *In*[g] *eum, qui est contra naturam,* Glossa[4]: « Contra naturam[h] est concubitus, quando vir cum ipsa coniuge alio modo quam decet[i] dormierit ». Sed alio modo dormit iste cum ipsa quam decet; ergo est contra naturam huiusmodi coitus; sed concubitus contra naturam est maius peccatum quam fornicatio vel adulterium; ergo huiusmodi est maius peccatum; non ergo ex permissione perpetrandum.

b. Item, « concubitus, qui est contra naturam execrabiliter fit in meretrice, sed execrabilius[k] in uxore », ut dicit Augustinus, in libro *De bono coniugali*[5]; sed minus malum est cognoscere meretricem usu naturali quam eo qui est contra naturam; ergo fornicatio[l] minus est peccatum quam huiusmodi; ergo propter vitationem fornicationis non est tale malum perpetrandum in uxore.

c. Praeterea, ad Col. 3, 5, super illud: *Libidinem,* Glossa[6]: « Libido est ardor per quaslibet turpitudines discurrens ». Sed « ardor per quaslibet turpitudines discurrens » videtur esse vitium contra naturam; ergo hoc peccatum videtur esse contra naturam, de quo supra dictum est[7].

d. Praeterea, cognoscere coniugatam suam modo brutali videtur esse contra naturam humanam[m]; et quod est contra naturam humanam est valde grave peccatum[n]; nullatenus ergo est[o] ex aliqua causa perpetrandum.

[Solutio]: 1. Ad quod dixerunt quidam quod propter necessitatem, dummodo fieret in debito vase, si cognosceret modo non consueto, vir excusabatur a peccato, dummodo causa prolis fieret. — Et respondebant ei quod obiectum est de peccato contra naturam, quod tunc[p] dicebatur peccatum contra naturam solum si « non ea[q] parte corporis, quae ad generandum est instituta[r 8] », uteretur, sed alia. Quod videtur haberi per hoc quod dicitur ad Rom. 1, 26, super illud: *Relicto usu naturali,* Glossa[9]: « Quid[s] est mutare *naturalem usum in eum qui est contra naturam?* nisi sublato usu concesso aliter uti quam concessum est, cum illa pars corporis non habeat huiusmodi usum datum a natura ». — Sed dicendum est potius quod peccat vir sic cognoscendo uxorem modo brutali, nec necessitas eum excusat a toto, licet diminuat quantitatem peccati; et licet non sit modus cognoscendi contra naturam generalem, est tamen modus cognoscendi contra modum naturae rationalis. Unde valde graviter peccaret qui sic cognosceret nulla existente necessitate.

2. Ad id vero quod obicitur de comparatione peccati ad peccatum, videtur dicendum quod excedentia sint et excessa. Quoad hoc enim quod ex una parte est cognoscere suam, ex altera vero parte est cognoscere solutam sive alterius, maius est peccatum fornicatio sive adulterium isto peccato. Quoad hoc autem quod hic est modus brutalis, ibi vero modus humanus, maius[t] est peccatum ex ista parte quam ex illa[u]. Unde non est sufficiens causa quare sic cognoscat vitatio fornicationis; et quia in utraque persona est impedimentum, videtur quod commune[v] sit vel esse debeat ratio continendi, manente impedimento. Nec videtur dicendum in hoc casu quod facienda sint mala ut vitentur deteriora[10]. Hoc autem totum saniori iudicio est relinquendum et in persona petente debitum et in reddente. Sed constat quod haec ratio essendi contra naturam minor est quam secundum supra dictos modos.

---

[a] V om. [b] B add. *in.* [c] R *muliere.* [d] V *consuetus;* F *in consueto.* [e] B *perpetret.* [f] V om. [g] Z *neque.* [h] B om. *G. c. n.* [i] V *licet,* T *debet.* [k] VFR add. *est.* [l] V *fortius.* [m] V add. *ergo si est grave peccatum.* [n] FRL add. *ergo hoc est valde grave peccatum.* [o] RL om., in F est add. interl. [p] V *autem.* [q] V *ex.* [r] Ita Z (corr.), alii add. *non.* [s] V *qui.* [t] V om. [u] B *alia;* Z add. *parte.* [v] V *non.*

1 Cf. Gratian., *Decretum,* d. 13, c. 1 (I, 31).
2 Cap. 11, n. 12 (PL 40, 382).
3 Loc. cit.; ap. Gratian., *Decretum,* C. 32, q. 7, c. 11 (I, 1143).
4 Lombardi, in h. l. (PL 191, 1333), ex Haymone, in h. l. (PL 117, 376).
5 Cap. 11, n. 12 (PL 40, 382); cf. nota 3.
6 Lombardi, in h. l. (PL 192, 280).
7 Cf. supra, num. 674.
8 Cf. Lombard., in h. l. (PL 191, 1334), ex Augustino, *Contra Iulian. opus imperf.,* V, c. 20 (PL 45, 1453); ap. Ivon., *Decretum,* p. 10, c. 128 (PL 161, 690).
9 Lombardi, in h. l. (PL 191, 1333 sq.).
10 Cf. Gratian., *Decretum,* d. 14, c. 1 (I, 33).

QUAESTIO II.

DE PECCATO EX IGNORANTIA [1].

Cum iam dictum sit de peccato quod est ex infirmitate secundum se et secundum differentias magis usitatas, consequenter dicendum est [a] de peccato quod est ex ignorantia sive per ignorantiam.

Circa quod primo quaeritur utrum actus malus per ignorantiam perpetratus sit peccatum;

secundo, utrum actus malus, qui fit per ebrietatem vel furorem vel per pueritiam, dicatur peccatum per ignorantiam;

tertio, utrum actus malus per ignorantiam iuris perpetratus sit peccatum;

quarto, utrum actus per ignorantiam facti sit peccatum vel non [b];

quinto, utrum actus per ignorantiam liget [c] ad poenam, licet non ad culpam;

sexto, de quibusdam casibus qui fiunt per ignorantiam.

CAPUT I. 677

UTRUM ACTUS MALUS PER IGNORANTIAM PERPETRATUS SIT PECCATUM [2].

Ad primum sic: Videtur quod non sit peccatum. 1. « Peccatum » enim, sicut dicitur in libro *De vera religione* [d] [3], « adeo voluntarium est quod, si non est [e] voluntarium, non est peccatum ». Sed quod est involuntarium non est voluntarium; actus autem malus per ignorantiam perpetratus est involuntarius; ergo non est peccatum. Quod probatur per hoc quod dicit Philosophus [4]: « Involuntariis ignoscentia [f] competit et misericordia ».

2. Praeterea, involuntarium dicitur [5] quod tristitiam affert et poenitudinem; sed hoc contingit in huiusmodi; ergo non est peccatum.

3. Item, Augustinus, in *Quaestion. Veteris Testamenti et Novi* [6]: « Quo modo reus constituitur qui nescit quod fecit? » Sed actus malus per ignorantiam est huiusmodi; ergo non ex illo constituitur aliquis reus peccati vel criminis.

4. Item, voluntas rationalis sive deliberativa sequitur cognitionem; si ergo non est cognitio, non est voluntas deliberativa; sed, ubi est ignorantia, non est cognitio; ergo, ubi [g] est ignorantia, non est voluntas deliberativa; sed [h] peccatum actuale mortale habet voluntatem deliberativam pro causa [i]; ergo, ubi est ignorantia, non est peccatum actuale mortale; ergo actus malus per ignorantiam perpetratus non est peccatum.

Contra. *a.* Augustinus, *De adulterinis coniugiis* [7]: « Sunt peccata ignorantium, quamvis minora quam scientium ». Peccata autem ignorantium dicuntur peccata per ignorantiam; non prohibet ergo quin sit peccatum, etsi sit per ignorantiam.

b. Item, Gregorius [8] ponit quamdam differentiam peccati ex ignorantia, cum dicit: « Aliud peccatum est [k] ex infirmitate, aliud ex ignorantia » etc. Ergo quoddam est peccatum per ignorantiam.

c. Item, Act. 3, 17: *Scio quod per ignorantiam fecistis vos et patres vestri* etc., et tamen illud fuit peccatum. Quod patet per illud quod sequitur [9]: *Poenitentiam agite* etc. [l]; et I ad Tim. 1, 13 dicitur: *Misericordiam consecutus sum* [m], *quia ignorans feci;* et Augustinus, *Contra Donatum* [10]: « Longe gravius est peccatum eius qui sciens quam eius qui nesciens peccavit ».

---

[a] T om. *d. e.* [b] F om. [c] B om.; L om. *ad.* [d] V add. *peccatum.* [e] BTZ *sit.* [f] BZ *ignorantia.* [g] R add. *non.* [h] R om., in F est add. interl. [i] VB *peccati* pro *p. c.* [k] V om. [l] BZ om.; BTZ om. *dicitur.* [m] VR om., in F est add. mg.

1 Cf. supra, num. 318-326.

2 Cf. Gratian., *Decretum,* C. 1, q. 4 et C. 15, q. 1 (I, 418sqq. et 743sqq.).

3 Augustin., c. 14, n. 27 (PL 34, 133); ap. Gratian., *Glossa* ante C. 15, q. 1, c. 1 (I, 745).

4 *Ethica ad Nicom.,* III, c. 1 (II, 25).

5 Cf. Aristot., loc. cit.

6 Cf. q. 67 (PL 35, 2262); ap. Gratian., *Decretum,* C. 15, q. 1, c. 5 (I, 747).

7 Lib. I, c. 9, n. 9 (PL 40, 456).

8 *Moral.,* XXV, c. 11 (PL 76, 339).

9 Act. 2, 38.

10 *De gratia et lib. arbit.,* c. 3 (PL 44, 884).

[Solutio]: Ad quod dicendum quod actus aliquis qui fit per ignorantiam, qui malus est, peccatum est, sicut habetur in iis quae obiecta sunt [a] ex una parte[1].

[Ad obiecta]: 1. Ad id vero quod obicitur in contrarium, dicendum est quod aliquid est involuntarium per ignorantiam invincibilem, et talis actus, cum nihil habeat de voluntario quod simpliciter dicitur voluntarium, non dicetur peccatum. Sed est involuntarium, quod habet [b] aliquid admixtum de voluntario, et tale, licet quoad quid sit involuntarium, eo quod [c] quoad quid est voluntarium, dicetur peccatum. Et hoc dicit Philosophus iis verbis [d 2]: « Qui per ignorantiam operatur aliquid, non autem tristatur in operatione, volens quidem non [e] operatur, quod nescivit, nec rursum nolens, cum non tristetur ». Unde aliud nomen habebit ab [f] involuntario. Dicendum est ergo ad illud quod dicitur in libro *De vera religione,* quod ibi accipitur voluntarium prout est commune ad voluntarium simpliciter et voluntarium secundum quid [g], et hoc modo dicetur aliquando illud, quod est per ignorantiam, peccatum.

2. Ad secundum vero dicendum quod, ubi est simpliciter involuntarium, non dicitur [h] peccatum; sed ubi est voluntas in parte, licet non quoad omnes circumstantias, potest esse peccatum. Philosophus autem, cum loquitur de voluntario, loquitur de voluntario simpliciter; et quia contingit esse involuntarium simpliciter, secundum quid autem voluntarium, nihil prohibet, etsi sit per ignorantiam et tristitiam habeat, cum cognoscit, nihilominus esse peccatum.

3. Ad tertium vero dicendum quod loquitur Augustinus de furiosis[3], quorum ligata est ratio ut nesciant, et in talibus « non est reus qui nescit quod facit ».

4. Ad quartum dicendum quod, licet voluntas deliberativa dependeat a cognitione praecedente et non sit perfecta cognitio, nihilominus est voluntas ratione alicuius cognitionis praeambulae.

678

CAPUT II.

UTRUM ACTUS MALUS, QUI FIT PER EBRIETATEM VEL FUROREM VEL PER PUERITIAM, DICATUR PECCATUM PER IGNORANTIAM.

Secundo quaeritur utrum actus malus, qui fit per ebrietatem vel furorem vel per pueritiam [i], dicatur peccatum per ignorantiam.

Et videtur quod sic. 1. Cum enim triplex sit peccatum, ex infirmitate, ex [k] ignorantia, ex industria, hoc autem peccatum non sit [l] ex industria — eo quod illud dicitur irremissibile, huic autem quodam modo donatur venia, sicut dicit Ambrosius, in libro *De Patriarchis*[4]: « Si qua [m] per vina deliquerint, apud sapientes iudices venia quidem facti donatur [n], sed levitatis damnantur auctores » — nec videtur peccatum ex infirmitate: « Ex infirmitate [o] enim dicitur peccatum », sicut dicit Gregorius[5], « cum aliquando cognoscitur malum et nihilominus ex fragilitate appetitur, sicut amatur bonum et ex infirmitate non impletur »; cum ergo in ebrietate non cognoscatur bonum aut malum sive discernatur, non dicetur peccatum ex infirmitate, sed ex ignorantia.

2. Item, Ambrosius, in libro *De Patriarchis*[6]: « Quae sobrii cavemus, per ebrietatem ignorantes committimus ». Ergo huiusmodi peccatum videtur esse peccatum ex ignorantia.

3. Similiter potest obici [p] de illis qui aliqua agunt in furia vel de pueris, qui aliquando iocose percutiunt[7]: ignoranter enim crimen [q] committunt.

Contra. *a.* Sicut dicit Philosophus[8], « illis, quae sunt involuntaria per ignorantiam, competit ignoscentia et misericordia ». Sed ebriis non competit, immo « duplices debentur maledictiones[9] »; ergo non sunt huiusmodi peccata per ignorantiam.

b. Praeterea, aliud est principium peccati [r] cum dicitur 'peccatum est ex furia', aliud iterum cum dicitur 'peccatum est ex ebrietate', aliud cum dicitur 'ex ignorantia': nam ignorantia est in parte cognitiva, furor in parte motiva, ebrietas vero ex parte ipsius corporis; non ergo haec peccata dicentur esse ex ignorantia.

---

[a] V om. [b] Z *habeat.* [c] V *et* pro *e. q.*; R *ex,* quod F corr. [d] L add. *et.* [e] R om., L (corr.) *et.* [f] B om. [g] Z om. *e. v. s. q.* [h] Ita BZ, alii *dicetur.* [i] R *penitentiam,* quod F corr. [k] L *et,* item infra. [l] BRZ *fit;* B om. *quod.* [m] VB *qui,* T *quis.* [n] Ita V, alii *donantur.* [o] Z om. *e. i.* [p] B *dici.* [q] T om. [r] B *peccatum.*

1 Cf. supra, sub litt. *a-c.*
2 *Ethica ad Nicom.,* III, c. 1 (II, 25).
3 Cf. Gratian., *Glossa* in C. 15, q. 1, c. 5 (I, 747).
4 *De Abraham,* I, c. 6, n. 57 (PL 14, 441 sq.); ap. Gratian., *Decretum,* C. 15, q. 1, c. 7 (I, 748).
5 *Moral.,* XXV, c. 11 (PL 76, 339).
6 Loc. cit.
7 Cf. Gratian., *Decretum,* C. 15, q. 1, cc. 5 et 2 (I, 748).
8 *Ethica ad Nicom.,* III, c. 1 (II, 25).
9 Cf. Aristot., loc. cit., c. 5 (II, 30).

[Solutio]: Ad quod dicendum quod non dicuntur haec peccata esse ex ignorantia tamquam principali causa, sed dicuntur esse ex infirmitate[1], quae aliquando ex vitio contracta est, aliquando praeter vitium illius in quo est.

[Ad obiecta]: 2. Ad obiectum autem in contrarium dicendum est, et secundum Philosophum[2] et secundum sententiam Sanctorum, quod aliud est per ignorantiam operari et aliud est ignorantem[a] operari. « Ebrius enim et qui in furia est non videtur per ignorantiam facere, ignorans tamen sive ignoranter operatur ». Et hoc modo exponenda est auctoritas Ambrosii in libro *De Patriarchis*, ut ebrietas sit causa principalis, ignorantia vero concomitans.

1. Ad illud vero quod dicit Gregorius, dicendum est quod ipse loquitur de quadam specie peccati ex ignorantia; sed ubicumque ignorantia est principalis causa, dicetur esse peccatum ex ignorantia, ubi vero[b] infirmitas est principalis causa, dicetur peccatum esse[c] ex infirmitate. Ignorantia tamen aliquando dicitur infirmitas large, secundum quod habetur XV, quaest. 1[d], c. 1[3], ubi dicitur quod « infirmitas alia est animi, alia[e] carnis; infirmitas animi est ignorantia, carnis infirmitas est concupiscentia ». Ex quo accipitur quod infirmitas aliquando large accipitur, et sic non dividit[f] contra ignorantiam; aliquando vero sumitur per appropriationem, et sic dividit[g] contra ignorantiam[h].

CAPUT III. 679

UTRUM ACTUS MALUS PER IGNORANTIAM IURIS PERPETRATUS SIT PECCATUM.

Tertio quaeritur utrum actus malus per ignorantiam iuris perpetratus sit peccatum.

Et videtur quod sic, *a.* per hoc quod dicitur XXX, quaest. 1, *De iis*[4], ubi dicitur quod « peccatum est, licet per inscientiam fiat, tenere filiastrum suum ad confirmationem coram episcopo ».

b. Ad idem[i] facit quod dicitur XXIV, quaest. 1, *Si quis acceperit*[5], ubi dicitur quod « ille, qui acceperit communionem de manu haeretici et nescit quod Ecclesia catholica contradicit, postea intelligens, per annum poeniteat ». Poenitentia autem[k] non iniungitur nisi pro peccato; ergo actus per ignorantiam iuris perpetratus est peccatum.

c. Eodem modo habetur I[l], quaest. 4[6], ubi dicitur quod ignorantia iuris est peccatum.

Sed videtur contrarium, 1. per hoc quod dicit Cyprianus[7]: « Ignosci potest simpliciter errantibus, sicut de se ipso dicit B. Apostolus[8]: *Qui prius fui*[m] *blasphemus et persecutor, misericordiam consecutus sum, quia ignorans feci* ».

2. Et dicit Augustinus, in *Quaestion. Novi et Veteris Testamenti*[n 9]: « Ille ignorans potest excusari a poena, qui quod disceret non invenit ».

3. Similiter habetur[o] I, quaest. 4[10], ubi dicitur: « Non potest probari reus criminis, cuius conscientiam non habuit », et loquitur ibi de eo qui habuit beneficium per simoniam per alios perpetratam. Cum ergo iste[p] non habeat conscientiam quod transgressus fuerit, videtur quod non peccaverit. — Hoc idem ostenditur per hoc quod dicitur I, quaest. 5, *Ex hac auctoritate*[11], ubi dicitur: « Quod a crimine excusentur, patet, quia pro hoc pacto a sacris Ordinibus non removentur; si enim illius criminis participes essent, ad sacros Ordines conscendere non possent ». Ex quo habetur quod huiusmodi actus per ignorantiam non est[q] peccatum.

[Solutio]: Ad quod dicendum est quod actus perpetratus per ignorantiam aut perpetratus est per ignorantiam iuris naturalis aut per ignorantiam[r] iuris divini aut per ignorantiam iuris humani, canonici vel civilis. Si per ignorantiam iuris naturalis, actus huiusmodi malus sic perpetratus est peccatum. Ignorantia enim iuris naturalis neminem excusat, qui usum potest habere sciendi, sicut habetur I, quaest. 4, *Notandum*[12], ubi dicitur quod « ignorantia iuris naturalis omnibus adultis damnabilis est », adultis[s], dico, qui habent usum rationis, propter furiosos et huiusmodi. — Peccatum vero per ignorantiam iuris divini in iis sine quibus non est salus, similiter peccatum est, nec per illam aliquis[t] excusatur qui scire potest, sicut habetur ab Augustino, in *Enchiridion*[13]:

---

[a] V *ignoranter.* [b] B *ergo.* [c] TLZ om.; B om. *p. e.* [d] F add. *in.* [e] B add. *est.* [f] RLZ *dividitur,* quod F corr. [g] L *dividitur.* [h] Ita V, alii *infirmitatem.* [i] BT *id.* [k] T *enim.* [l] V om. [m] F *fuit.* [n] R om. [o] L om. *S. h.* [p] R om. [q] T *erit.* [r] T om. *i. n. a. p. i.* [s] R om. *d. e. a.* [t] V *quis,* R vacat, in F est add. mg.

1 Cf. Gratian., *Glossa* post C. 15, q. 1, c. 2, § 1 (I, 746).
2 Cf. *Ethica ad Nicom.*, III, c. 1 (II, 25).
3 Gratian., *Glossa* in h. l., § 2 (I, 745).
4 Ap. Gratian., loc. cit., c. 6 (I, 1098).
5 Ap. Gratian., loc. cit., c. 41 (I, 983).
6 Gratian., *Glossa* in h. l., c. 12, § 2 (I, 422).
7 *De haer. bapt.*, n. 13 (PL 3, 1117); ap. Gratian., *Decretum*, d. 8, c. 8 (I, 15).
8 I ad Tim. 1, 13.
9 Quaest. 67 (PL 35, 2262); ap. Gratian., *Decretum*, d. 37, c. 16 (I, 140).
10 Gratian., *Glossa* in h. l., c. 12 (I, 422).
11 Gratian., *Glossa* in C. 1, q. 5, c. 2 (I, 424).
12 Gratian., *Glossa* in C. 1, q. 4, c. 12, § 2 (I, 422), ubi fere tota solutio ad sensum invenitur.
13 Cap. 18 (PL 40, 241); ap. Gratian., *Decretum*, C. 22, q. 2, c. 7 (I, 869).

« Longe tolerabilius est in iis, quae [a] a religione seiuncta sunt, mentiri, quam in iis, sine quorum fide vel notitia Deus coli [b] non potest, falli ». Sed hoc est dictum quia ignorantia [c] in iis quae spectant ad salutem, est damnabilis, et actus malus [d], qui per ignorantiam talem perpetratur, non excusatur, sed est peccatum. — Per ignorantiam autem iuris humani actus perpetratus sacerdotibus quidem est peccatum; dico autem sacerdotibus summis, scilicet episcopis. Unde Caelestinus[1]: « Nulli sacerdotum liceat Canones ignorare »; et 38 dist.[2], ubi dicitur: « Inquiratur diligenter a metropolitano si in promptu habeat legere [e] et sacros canones et sanctum Evangelium et librum Apostolicum ». Actus enim [f] malus per ignorantiam eorum quae pertinent ad sacramentorum communium [g] distributionem et ad canones poenitentiales et ad sanctorum legendas est peccatum illis. Unde Augustinus[3]: « Sacerdotibus sunt necessaria ad discendum sacramentorum liber, lectionarius, antiphonarius, canones poenitentiales, psalterium, homiliae. Ex quibus omnibus si unum defuerit [h], vix sacerdotis nomen in eo constabit ». — Ignorantia vero eorum quae publice promulgantur de iis quae pertinent ad statum laicorum, non excusatur peccatum in illis quod [i] per ignorantiam perpetratur: nulli enim ignorare permittitur ea quae publice fiunt. Hoc autem maxime de clericis intelligendum est, sicut habetur 16 dist., in fine[4], ubi dicitur: « Quod penes vos in vestris regionibus [k] actum est et omnis Ecclesia recipit, qua ratione conveniat ut ecclesia Constantinopolitana non recipiat? » — Actus etiam perpetratus per ignorantiam iuris canonici in iis quae pertinent ad officium peccatum est; unde Leo[5]: « Si in laicis videtur intolerabilis inscientia, quanto magis in iis qui praesunt nec excusatione digna est [m] nec venia! » — Actus vero per ignorantiam iuris civilis[6] quibusdam « permittitur ignorare », quibusdam vero non. Rusticis enim et mulieribus et in minori [n] aetate constitutis « permittitur ignorare [o] », maxime « in damno vitando », in maleficiis autem non sic.

Ad obiecta [p] autem respondendum [q] 1. Et primo ad illud quod primo est propositum. Quod enim ignoscebatur Apostolo, non ostendit non fuisse peccatum, sed propter ignorantiam excusationem quamdam habuit, propter quam minuebatur peccatum. Ignorabat enim « ea, quae a Prophetis de Christo fuerant praenuntiata, tunc fuisse completa[7] », et hoc modo erat de illis de quibus dicitur Act. 3, 17: *Scio quod per ignorantiam fecistis* etc.

2. Ad secundum vero dicendum [r] quod illa auctoritas Augustini intelligenda est de iis qui habent ignorantiam illorum quae necesse est [s] cognosci per disciplinam, et tales excusantur non tantum a poena, sed etiam a culpa.

3. Ad tertium vero [t] dicendum[8] quod, licet non sit reus criminis, secundum quod « crimen est quod accusatione est dignum[9] », nihilominus tamen non est immunis a poena, scilicet privatione beneficii [u], qui per ignorantiam simoniae parentum [v] adeptus est beneficium; hoc autem est propter enormitatem criminis et quia possedit quod suum non erat.

680

CAPUT IV.

UTRUM ACTUS PER IGNORANTIAM FACTI SIT PECCATUM VEL NON.

Quarto quaeritur utrum actus per ignorantiam facti sit peccatum vel non: « peccatum, dico, quod excusatione [x] sit dignum[10] ».

Et videtur quod non sit dignum excusatione, 1. per hoc quod dicitur I, quaest. 4, circa finem[11], ubi dicitur quod ignorantia facti non excusat Iudaeos, qui non credunt Christum venisse.

2. Hoc idem ostenditur per illos qui erant de posteritate Achab, quorum aliqui ignorabant peccatum ipsius, et tamen puniti sunt[12]. Similiter

---

[a] B *qui*, quod F corr.; R *ab* pro *in*. [b] V *celi*, quod F corr. [c] B om. *Deus... ignorantia*. [d] T *in aliis*. [e] Codd. *legem*. [f] Ita V, alii *autem*. [g] V *omnium*. [h] R *deficerit*. [i] V *talis* pro *i. i. q.* [k] B *regibus*. [l] T add. *papa*. [m] T om. [n] BTZ *maiori*. [o] V *ignorantia*. [p] Ita V, alii *obiectum*. [q] T add. *est*. [r] BTZ add. *est*. [s] R om., in F est add. interl. [t] V om., in F est add. interl. [u] V add. *scilicet*. [v] F *peremptum*. [x] Z *ex accusatione*. [y] V *tibi*, quod F corr., R *cui*.

1 Ap. Gratian., *Decretum*, dist. 38, c. 4 (I, 141).
2 Ap. Gratian., loc. cit., c. 6 (I, 142).
3 Cf. *Poenitentiale animarum* (inter opera dubia Bedae, PL 94, 569); cf. Gratian., loc. cit., c. 5 (I, 141 sq.).
4 Ap. Gratian., *Decretum*, dist. 16, c. 14 (I, 50).
5 *Epist.* 59, c. 1 (PL 54, 867); ap. Gratian., *Decretum*, dist. 38, c. 3 (I, 141).
6 Cf. infra, nota 11.
7 Gratian., *Glossa* in C. 1, q. 4, c. 12 (I, 422); cf. Luc. 24, 25.
8 Cf. Gratian., *Glossa* in C. 1, q. 4, c. 13 et q. 5, c. 2 (I, 423 sq.).
9 Augustin., *In Ioan.*, tr. 41, n. 9 (PL 35, 1697); ap. Gratian., *Decretum*, dist. 81, c. 1 (I, 281).
10 Cf. nota praecedens.
11 Ap. Gratian., *Glossa* in C. 1, q. 4, c. 12 (I, 422). Materia huius capitis integra reperitur praesertim in glossis C. 1, q. 4 c. 11 sq. (I, 421 sqq.).
12 Cf. III Reg. 21, 19 sqq.

fuit de Chanaan[1], qui punitus est, cum tamen ignoraret peccatum patris sui[a] Cham[2].

Sed e contra videtur quod ignorantia facti excuset, *a.* sicut de illis qui comedebant idolothytum ignorantes, secundum quod dicit Apostolus, I ad[b] Cor. 10, 27: *Si quis infidelium vocaverit vos ad coenam, et ire vultis, quidquid appositum fuerit vobis, comedite, nihil inde interrogantes propter conscientiam.*

b. Similiter dicitur de facto[c] ipsius Apostoli[3], qui per ignorantiam facti excusatur, et de parvulis, qui per ignorantiam ab haereticis baptizantur[4] vel etiam ordinantur a simoniacis, cum nesciantur[d] esse simoniaci, sicut dicit Urbanus[5]: « Si qui[e] a simoniacis non simoniace ordinati sunt, si probare potuerint[f] se nescisse eos simoniacos esse, et tunc pro catholicis habebantur[g], talium ordinationes[h] misericorditer sustinemus, si tamen eos laudabilis vita commendat ».

[Solutio]: 1-2. Ad quod dicendum[i] quod duplex est ignorantia facti: est enim eius « quod oportuit scire » et est eius « quod non oportuit scire[k] [6] ». Si necesse fuit scire, et fuit ignorantia supina, non excusat et est grave peccatum. Si vero fuit eius quod oportuit scire et adhibuit diligentiam, excusatur, etsi non a toto, tamen a tanto. — Ad id quod obicitur[l] de Iudaeis qui habent ignorantiam de Christo, qui iam venit, dicendum est quod ignorantia eorum est supina. Possent enim scire tum ex operibus Christi, tum ex operibus discipulorum Christi, tum ex collatione Scripturarum propheticarum. Nec est simile de illis Iudaeis qui poenituerunt in primitiva Ecclesia, quia nondum plene erat veritas publicata quae[m] latebat in Prophetis.

a-b. Ignorantia vero facti quod non oportuit scire, sicut de idolothyto, excusat; illa vero quae est ordinatorum a simoniacis non simoniace, qui pro catholicis habentur, licet excuset a culpa, nihilominus tamen[n] in detestationem criminis privatur executione Ordinis, et indiget dispensatione: simoniacus enim occultus ipso iure suspensus est[7]. Parvuli vero, quia simpliciter[o] habent ignorantiam, excusantur a culpa[8], cum[p] baptizantur ab haereticis in forma Ecclesiae.

CAPUT V. 681

UTRUM ACTUS PER IGNORANTIAM LIGET AD POENAM, LICET NON AD CULPAM.

Quinto quaeritur utrum actus[q] per ignorantiam liget ad poenam, licet non ad culpam.

Et videtur quod non. 1. Poena enim debetur pro culpa; si ergo non determinatur ibi culpa, consequenter nec debet obligare ad poenam. — Quod autem non sit ibi culpa, patet per hoc quod dicitur[9] quod « a reatu criminis excusat eum ignorantia paterni delicti ». Et dicit Urbanus[10]: « Pro hoc facto a sacris Ordinibus non illos removemus ». Videtur ergo quod huiusmodi ignorantia non eos liget ad poenam.

Sed contrarium videtur, *a.* per hoc quod infra, ibidem[11] dicitur « quod ignorantia tales excusat a reatu criminis, non a fructu emptionis ».

[Solutio]: Ad quod dicendum[r] quod sic iudicandum est in huiusmodi sicut in aliis enormibus peccatis, in quibus ob detestationem criminis puniuntur qui non delinquunt[12]. Praeterea, ex alieno dolo non debet quis lucrum reportare: unde ex dolo parentum non debet filius lucrum reportare. Praeterea, qui[s] ab initio non habuit canonicum ingressum, fructu possessionis non debet gaudere.

[Ad obiecta]: 1. Ad id vero quod obicitur, dicendum[t] quod, licet ipse non peccaverit, nihilominus rei iniuste acquisitae est possessor, et ideo in hoc puniendus est ut possessione privetur.

CAPUT VI. 682

DE QUIBUSDAM CASIBUS QUI FIUNT PER IGNORANTIAM[13].

Sexto quaeritur de quibusdam casibus qui fiunt per ignorantiam.

I. Et quaeritur de illo qui non omnino servavit hoc ipsum quod ipse Dominus legitur fecisse de

---

[a] BTZ *scilicet.* [b] V om. [c] VR *fratre,* quod F corr. [d] B *nesciebantur.* [e] FRL *quis.* [f] VFRL *poterunt.* [g] V *habebant.* [h] VL *ordinatores.* [i] FRL add. *est.* [k] B add. *et.* [l] Ita V, alii *quod autem dicitur* pro *A. i. q. o.* [m] VR *quia,* quod F corr. [n] V om. [o] V *simplicem;* B *qui* pro *quia.* [p] TZ *tamen.* [q] B *apostolus.* [r] Ita V, alii add. *est;* Z *sicut* pro *sic.* [s] BTZ *quia.* [t] VRL om., F delev.

1 Cf. Gen. 9, 24 sqq.
2 Cf. Gen. 9, 22.
3 Cf. I Tim. 1, 13.
4 Cf. Gratian., *Decretum,* C. 1, q. 4, cc. 3 et 4 (I, 418 sq.).
5 Ap. Gratian., loc. cit., C. 1, q. 1, c. 108 (I, 400 sq.); cf. *Glossa* in C. 1, q. 6, c. 1 (I, 424).
6 Cf. supra, p. 660, nota 11.
7 Cf. Gregor. IX, *Decretales,* V, tit. 3 (II, 750 sqq.).
8 Cf. Gratian., *Decretum,* C. 1, q. 4, cc. 3 et 4 (I, 418 sq.).
9 Gratian., *Glossa* in C. 1, q. 4, c. 13 (I, 423).
10 Ap. Gratian., *Decretum,* C. 1, q. 5, c. 1 (I, 423).
11 Gratian., *Glossa* in canon. citatum (I, 424).
12 Cf. Gratian., *Glossa* in C. 1, q. 4, c. 11 (I, 421 sq.).
13 Cf. supra, p. 331a sqq.

sacramento Corporis sui, utrum talis propter ignorantiam excusetur.

Et videtur quod non, 1. quia huiusmodi ignorantia est in iis quae pertinent ad ius divinum et quorum scientia incumbit officio; sed huiusmodi per ignorantiam perpetratum non est dignum excusatione, sicut supra habitum est[1]; ergo non excusatur a peccato sic agens per ignorantiam.

2. Hoc etiam videtur per hoc quod dicit Cyprianus[2]: « Nobis non potest ignosci qui nunc admoniti et instructi sumus, ut calicem Domini cum vino mixtum, secundum quod Dominus obtulit, offeramus ». Sed hoc exemplum Domini [a] potuit eos instruere sicut et nos; si ergo nobis non est ignoscentia [b], nec illis fuit ignoscendum propter ignorantiam.

E contra *a.* vero dicit Cyprianus[3]: « Si quis de antecessoribus nostris vel ignoranter vel simpliciter non hoc [c] observavit et tenuit [d] quod nos Dominus [e] facere exemplo et magisterio docuit, potest simplicitati [f] eiusdem etiam indulgentia Domini venia concedi ».

[Solutio]: Ad quod dicendum [g] quod loquitur ibi de iis qui non ponebant aquam cum vino, credentes non esse necessarium, quia panis significat corpus Christi et vinum sanguinem, nec expresse [h] habetur de aqua in eo quod Dominus fecit.

[Ad obiecta]: 1. Ad id vero quod obicitur, dicendum est quod potuit tunc temporis indulgentia concedi, cum peccaverint per ignorantiam: nondum enim habita fuit instructio ex Scripturis, quae post habebatur. Ex hoc enim quod de latere Christi fluxerunt sanguis et aqua[4], cum aliis [i] rationibus deinceps [k] habitum est quod aqua cum vino poneretur[5] ita quod in vinum converteretur, ad designandum unionem fidelis populi, qui per aquam designatur, cum Christo in corpore mystico: « haec est hostia et oblatio in odorem suavitatis[6] ». — Si vero dicatur quod haec fuit ignorantia iuris divini, dicendum est quod [l] in primitiva Ecclesia, antequam veniret plena illuminatio Scripturarum, ignorantia aliquorum quae sunt in [m] iure divino non ita fuit eis gravis, quia nondum ex doctrina acceperant. Et dicit Augustinus[7] quod ignorantia illa excusabilis est, cum « non fuit a quo disceret nec rumore comperit opinionem doctrinae ».

2. Ad aliud vero dicendum quod differenter est de nobis quam de illis. Nos enim iam « admoniti et instructi sumus », illi vero nondum admoniti et edocti erant.

II. Deinde quaeritur de iis qui per ignorantiam occiderunt Christum, utrum hoc [n] intelligatur de maioribus et de minoribus Iudaeis.

A. — Quod autem non intelligatur de maioribus, videtur[8], *a.* per hoc quod dicit Augustinus[9]: « Quo modo scierunt daemones, sic et sciebant principes Iudeorum, et quo modo ignorabant, et illi ignorabant ». Sed daemones non excusabantur [o] propter suam ignorantiam de eo quod [p] suggesserunt ut crucifigerent Christum; ergo nec maiores excusabantur [q].

b. Praeterea, Ioan. 15, 22 dicitur: *Si non venissem, et eis locutus non fuissem, peccatum non haberent; nunc autem excusationem non habent de peccato.* Sed peccatum per ignorantiam facti videtur dignum excusatione; ergo non peccabant per ignorantiam facti.

Contra. 1. Sicut dicit Augustinus[10]: « Ignorabant mysterium, quo Filius Dei erat [r] ab aeterno, et sacramentum incarnationis ». Ergo habuerunt ignorantiam facti.

2. Praeterea, sicut habetur Luc. 23, 34, Christus oravit pro crucifixoribus, dicens: *Pater, ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt.* Ergo peccatum illorum fuit per ignorantiam.

3. Hoc etiam accipitur ex eo quod dicitur Act. [s] 3, 17: *Scio quia* [t] *per ignorantiam fecistis vos, sicut et principes vestri.*

B. — De minoribus etiam Iudaeis quaeritur utrum immunes essent a poena.

Quod videtur. 1. Oratio enim Christi in aliquibus effectum habuit: in omnibus enim *exauditus est* [u] *pro sui reverentia,* sicut habetur ad Hebr. 5, 7; nonnisi pro minoribus; ergo peccatum minorum erat [v] ignoscibile quoad poenam.

Contra. *a.* Ille « immunis dicitur a poena qui non habuit a quo disceret nec rumore comperit opinionem doctrinae[11] »; sed minores Iudaei, cum

---

[a] V om. [b] T *ignorantia.* [c] V om. [d] L (corr.) *retinuit.* [e] B *debemus.* [f] R *simpliciter.* [g] Ita V, alii add. *est;* R om. *d. q.,* in F est add. mg. [h] V *expresso.* [i] V *illis.* [k] Z *deinde.* [l] V add. *est.* [m] L om. [n] B om. [o] Z *excusantur.* [p] Z om.; T *et* pro *ut.* [q] FR *excubantur.* [r] R om. [s] R *Luc.* [t] T *quod.* [u] B om. *e. e.* [v] V *eorum.*

1 Cf. supra, p. 659b sq.

2 *Epist.* 63, n. 17 (PL 4, 387); ap. Gratian., *Decretum, De consecr.,* dist. 2, c. 3 (I, 1315).

3 Cf. nota praeced.

4 Cf. Ioan. 19, 34; cf. Cyprian., loc. cit., n. 12 sq. (PL 4, 383 sq.); Gratian., *Decretum, De consecr.,* dist. 2, c. 4 (I, 1315).

5 Cf. Gratian., *Decretum,* loc. cit., c. 1 sq. et c. 7 (I, 1314 sq. et 1316).

6 Cf. Gratian., *Decretum, De consecr.,* dist. 2, c. 4 (I, 1315); Eph. 5, 2.

7 *Quaest. ex Novo Testam.,* q. 67 (inter opp. Augustini, PL 35, 2262).

8 Cf. S. Bonav., II *Sent.,* d. 40, dub. 3 (II, 934b).

9 Loc. cit., q. 66 (PL 35, 2261).

10 Loc. cit. (PL 35, 2262).

11 Cf. supra, nota 7.

praedicaretur veritas, ut eam addiscerent operam non dederunt; ergo non erant immunes a culpa et poena.

[Solutio]: A. 1-2. Ad quod dicendum est quod [a] nec maiores Iudaei nec minores immunes erant a culpa [b], sed differenter. Maiores enim non erant immunes, eo quod scire poterant ipsum esse qui promissus erat in Lege per signa prophetiae; unde per invidiam et malitiam ipsum occiderunt[1], et de iis dicit Beda[2]: « Non orat pro eis qui per invidiam et superbiam, quem Filium Dei [c] intellexerunt, negant et crucifigunt ». Licet ergo in parte non cognoscerent, tamen peccatum eorum non fuit excusabile per ignorantiam. Unde non omnino continebatur sub illa [d] specie peccati quae est per ignorantiam, sed potius sub illa specie peccati quae est per industriam. Et licet esset ignorantia facti, non tamen excusabiles erant [e], quia fuit ignorantia facti quod oportuit scire et non dederunt operam ad plene sciendum. Dicit autem Augustinus[3]: « Cum erat ut disceret et a quo disceret, sed negligentior luxuria aut malivolentia factus est, talis inexcusabilis est a crimine ».

3. Quod autem dicitur Act. 3, 17 quod 'principes eorum peccaverunt [f] *per ignorantiam*', intelligendum est quoad quid: quoad hoc scilicet quod non sciebant ipsum [g] esse Filium Dei ab aeterno. Simpliciter ergo [h] fuit peccatum per industriam illorum, secundum quid per ignorantiam. Si tamen vellent illi converti per poenitentiam ad Christum [i], tunc temporis liberati essent a peccato.

B. 1. Ad id vero quod obicitur de minoribus Iudaeis, dicendum est quod peccaverunt per ignorantiam — *zelum enim Dei habebant, sed non secundum scientiam*[4] — et pro talibus oravit, quia « nescierunt quid fecerunt[5] ». Unde pro aliquibus est exauditus, et dimissa est culpa ipsis poenitentibus [k]. Non enim fuit illa ignorantia quae reddit hominem immunem a poena et a culpa. Cum enim poterant discere [l] et habebant a quo discerent et operam non dederunt prout oportuit, non omnino excusabantur propter ignorantiam, sed in parte: non enim tenebantur scire mysteria prophetiae ad modum quo maiores tenebantur.

III. Deinde quaeritur de aliquo [m] qui fuit in aliqua provincia, in qua fit [n] promulgatio alicuius sententiae vel constitutionis quae contingit ipsum, et tamen non audivit illam sententiam vel constitutionem, utrum talis immunis sit, ita quod non incidat in sententiam vel in transgressionem constitutionis, si contra [o] prohibitionem fecerit.

Et videtur quod sic. 1. Ignorat enim nec [p] credit huiusmodi promulgationem esse factam, et ita [q] videtur excusabilis.

2. Hoc etiam videtur per hoc quod dicitur in *Canone* [r], dist. 82 [s], *Plurimos*[6], ubi dicitur: « Quia aliquanti, de quibus loquimur, ut tua Sanctitas [t] retulit, ignorantia lapsos se deflent esse, iis in hac conditione misericordiam dicimus non negandam ». Et loquitur in casu, in quo fuit promulgata constitutio de continentia sacerdotum et levitarum.

3. Ad idem facit quod dicit Innocentius, in eadem dist.[7]: « Si ad aliquos forma ecclesiasticae vitae pariter et disciplinae, quae ab episcopo Syricio ad omnes provincias commeavit, non probabitur pervenisse, iis ignorantibus venia non negabitur ». Ex quo concluditur quod excusantur per ignorantiam.

Sed e contra videtur, *a.* per hoc quod dicit Gelasius, in *Canone*[8], ubi dicitur: « Cum non potuerit [u] ignorare sententiam proprii sacerdotis, a suo officio suspendatur [v] ».

b. Ad idem facit quod nulli ignorare permittitur ea quae publice fiunt; ergo non excusantur per ignorantiam.

[Solutio]: Ad quod dicendum[9] quod, facta publicatione debito modo, non excusatur per ignorantiam nisi ostendat se iustam habere causam ignorantiae. Unde canon unus loquitur ubi iusta causa erat ignorantiae et probabiliter poterat ignorare; alius vero loquitur in alio casu [x], ubi praesumebatur contra ipsum, et sic secundum diversos status excusatur vel non excusatur [y] per ignorantiam.

---

[a] T om. [b] VR om. *Ad... culpa*, in F est add. mg. [c] R om. pro *e. p.*, quod F corr. [d] VFR *ipsa*. [e] VR om., in F est add. mg. [f] R *expectaverunt* [g] Z *eum*; V *sciebant* pro *s. q. n. s. i.* [h] T om. [i] V om. *a. C.* [k] V *peccantibus*. [l] RL *dicere*, quod F corr.; V *eque* pro *cum*. [m] B *alio*. [n] Z *fuit*. [o] V add. *quam*. [p] T om. [q] B om. [r] V *Gen*. [s] Z *72*. [t] V add. *requirit*. [u] BT *potuerint*. [v] BTZ *suspendantur*. [x] V *canone*. [y] VR om.

1 Cf. Matth. 27, 18; Marc. 15, 10.
2 *In Luc. 23*, 34 (PL 92, 616).
3 Loc. cit.
4 Rom. 10, 2.
5 Cf. Luc. 23, 34; Beda, loc. cit.
6 Nunc can. 4, *Quia aliquanti*, ap. Gratian., *Decretum*, dist. 82, c. 4 (I, 291).
7 Ap. Gratian., loc. cit., c. 2 (I, 290 sq.).
8 Ap. Gratian., *Decretum*, C. 12, q. 2, c. 24 (I, 695).
9 Cf. supra, p. 660a.

QUAESTIO III.

DE PECCATO EX INDUSTRIA SEU IN SPIRITUM SANCTUM.

Dictum est supra de peccato ex infirmitate et ex ignorantia, consequenter dicendum est[a] de peccato quod est ex industria, quod dicitur peccatum in Spiritum Sanctum, sicut peccatum ex infirmitate dicitur peccatum in Patrem, peccatum ex ignorantia dicitur esse[b] peccatum in Filium[1].

Et primo quaeritur quid sit peccatum in Spiritum Sanctum;

secundo, utrum idem sit peccatum in Spiritum Sanctum quod *peccatum ad mortem*[2];

tertio, quot sint differentiae peccati in Spiritum Sanctum;

quarto, utrum omne peccatum possit dici per aliquam additionem peccatum in Spiritum Sanctum;

quinto, cui gratiae per se et primo opponatur;

sexto, quare peccatum in Spiritum Sanctum dicatur irremissibile.

683

CAPUT I.

QUID SIT PECCATUM IN SPIRITUM SANCTUM[3].

Ad primum sic: Dicit Augustinus[4]: « Peccatum in Spiritum Sanctum est perseverans duritia cordis impoenitentis ».

Alibi vero dicitur: « Peccatum in Spiritum Sanctum est consuetudo peccandi, qua Dei metus amittitur[c] et contemptus incurritur ».

Alii[5] vero dixerunt quod tria concurrunt: genus peccati mortalis, et quod sit ex certa malitia et quod sit[d] cum mentis pertinacia.

Augustinus vero, in libro *Retractationum*[6], videtur addere hanc conditionem: quod « in scelerata mentis perversitate vitam finiat ».

A. — Sed potest obici contra primam rationem. 1. Secundum hoc enim omne peccatum in Spiritum Sanctum esset obstinatio. Quid enim aliud est « perseverans duritia cordis impoenitentis » nisi obstinatio? — Sed contra hoc est quod obstinatio ponitur una species peccati in Spiritum Sanctum, sicut habetur ad Rom. 2, 5, super illud: *Secundum duritiam cordis tui*, Glossa[7]: « Peccatum ad mortem vel in Spiritum Sanctum committitur duobus modis, per obstinationem scilicet et desperationem ». Obstinationem autem definit, dicens[8]: « Obstinatio est induratae[e] in malitia mentis pertinacia, per quam fit homo impoenitens. Desperatio autem est, qua quis penitus[f] diffidit de Dei bonitate; et utrumque dicitur peccatum in Spiritum Sanctum ».

2. Praeterea, aliquis invidentiae facibus[g] fraternitatem oppugnat[9] in primo suo actu, et talis peccat in Spiritum Sanctum; talis nondum habet perseverantem duritiam etc.; non ergo haec est ratio peccati in Spiritum Sanctum « perseverans » etc.

B. — Contra secundam rationem similiter obicitur. 1. Secundum illam enim non est peccatum in Spiritum Sanctum nisi adsit « consuetudo peccandi »; sed potest aliquis desperare qui non habet consuetudinem peccandi: uno enim actu fit desperatio aliquando, sicut uno actu sperat quis[h]; desperatio autem est peccatum in Spiritum Sanctum[i], sicut dicit Augustinus[10], loquens de peccato Iudae; ergo non omne peccatum in Spiritum Sanctum[k] est « consuetudo peccandi » etc.

---

[a] R om. [b] R om.; Z om. *peccatum*. [c] B *committitur*. [d] B om. *ex... sit*. [e] BTZ *indirecte*. [f] V *penitens*. [g] R (corr.) *faucibus*, quod F corr. [h] T *desperat aliquis* pro *s. q.*; B om. *autem*. [i] F om. [k] R om.

1 Cf. Lombard., II *Sent.*, d. 43, c. un. (p. 537).

2 I Ioan. 5, 16.

3 Cf. Hugo de S. Vict., *De amore sponsi ad sponsam* (PL 176, 989); Richard. de S. Vict., *De spiritu blasphemiae* (PL 196, 1187 sqq.); Lombard., loc. cit. (p. 533 sqq.) et *In Rom. 2*, 3 sqq. (PL 191, 1337 sqq.); Guill. Altissiod., *Summa*, II, tr. 30, c. 4 (fol. 120 sqq.); Ioan. de Rupella, *Summa de vitiis* (fol. 26a sq.); S. Bonav., II *Sent.*, d. 43, a. 1, qq. 1-2 et a. 2, qq. 1-2 (II, 981 sqq.).

4 *Sermo* 71, c. 13, n. 21 (PL 38, 456).

5 Cf. Guil. Altissiod., loc. cit. (fol. 120b).

6 Lib. I, c. 19, n. 7 (PL 32, 616).

7 Lombardi, *In Rom. 2*, 6 (PL 191, 1339), ex Augustino, loc. cit., nota 4.

8 Cf. nota praecedens.

9 Cf. Augustin., *De serm. Domini in monte*, I, c. 22, n. 73 (PL 34, 1266).

10 Cf. *Sermo* 352, c. 3, n. 8 (PL 39, 1546 sq.).

2. Praeterea, qui desperat metuit iustitiam Dei; non ergo est desperatio, qua metus Dei universaliter amittitur; sed[a] est peccatum in Spiritum Sanctum, sicut habetur[1] Levit. 10, 16, super illud: *Inter haec autem hircum;* ergo non est ratio peccati in Spiritum Sanctum « consuetudo peccandi, qua Dei metus amittitur ».

C. — 1. Contra tertiam rationem peccati in Spiritum Sanctum, qua tria supra dicta dicuntur convenire, obicitur. Si enim requiritur genus peccati mortalis, secundum hoc non esset peccatum in Spiritum Sanctum peccatum per se, sed esset conditio aliorum peccatorum, ut fornicationis, superbiae et aliorum peccatorum, quemadmodum peccatum ex infirmitate non est unum peccatum[b] per se, sed est conditio plurium peccatorum. — Sed e contra videtur quod quaedam sunt[c] per se peccata quae[d] sub peccato in Spiritum Sanctum continentur, ut impugnatio veritatis agnitae et impugnatio fraternae[e] gratiae.

2. Similiter[f] obicitur contra illam conditionem quae est « ex certa malitia ». Cum enim peccatum in Spiritum Sanctum sit malitia et cum hoc sit « ex certa malitia », oportet quod malitia praecedat peccatum in Spiritum Sanctum; sed hoc non videtur esse necessarium: peccatum enim ex ignorantia non praecedit alia ignorantia nec peccatum ex infirmitate praecedit alia infirmitas.

3. Praeterea, potest quaeri pro quo supponat[g] illa malitia. Aut enim supponit pro alia malitia aut pro illa quae est peccatum in Spiritum Sanctum. Pro alia non videtur: est enim aliquod peccatum in Spiritum Sanctum, quod non praeexigit ante se aliud peccatum, sicut est impugnatio veritatis agnitae; non ergo malitia supponit ibidem pro alia malitia. Nec pro eadem cum peccato in Spiritum Sanctum potest supponere: nihil enim est sui causa[2]; sed illa certa malitia est causa peccati in Spiritum Sanctum; ergo non est id ipsum quod peccatum in Spiritum Sanctum.

D. — Si vero ponatur conditio quam ponit Augustinus, in libro *Retractationum,* obicitur[h] in contrarium. 1. Secundum hoc enim nullum peccatum esset in Spiritum Sanctum nisi ubi adesset finalis impoenitentia. — Sed contra hoc est quod multae aliae species ponuntur peccati in Spiritum Sanctum, sicut praesumptio, desperatio et veritatis[i] agnitae impugnatio, quarum unaquaeque potest esse sine finali impoenitentia.

2. Secundum hoc etiam nullus peccaret in Spiritum Sanctum nisi morte adveniente; sed videmus quod illud *peccatum* dicebatur esse *in Spiritum Sanctum*[3], quo ex invidentia fraternae gratiae dicebant Iudaei quod[k][4] *in Beelzebub principe daemoniorum eiciebat daemonia;* ergo non requiritur[l] semper ad peccatum in Spiritum Sanctum quod perseveret[m] « in hac scelerata mentis perversitate » usque ad mortem.

[Solutio]: Ad quod dicendum[n] quod peccatum in Spiritum Sanctum dupliciter dicitur: uno modo secundum quod addit conditionem super genus peccati; alio vero modo prout est quoddam genus peccati. Secundum quod addit conditionem super[o] genus peccati, dicitur quod peccatum in Spiritum Sanctum est quodcumque mortale peccatum ex certa malitia cum mentis pertinacia, et hoc modo posuerunt[p] illas tres conditiones ad esse peccati in Spiritum Sanctum, ut[q] peccatum in Spiritum Sanctum sit peccatum ex industria, quadam conditione superaddita. — Alio vero modo, secundum quod dicit Augustinus[5], non quodcumque peccatum est in Spiritum Sanctum, sed ubi per se impugnatur[r] gratia Spiritus Sancti, in qua fit remissio peccatorum, et hoc modo dicuntur quaedam peccata[s] specialiter in Spiritum Sanctum, et secundum hoc ille dicitur peccare in Spiritum Sanctum[t] qui recusat esse in unitate corporis Christi, quod vivificat Spiritus Sanctus, secundum quod in ea fit remissio peccatorum, et hoc modo continet in se impugnationem veritatis agnitae et fraternae gratiae et quaedam alia peccata specialia. Secundum hoc videtur loqui Augustinus de peccato in Spiritum Sanctum, maxime[u] in libro *De blasphemia*[6].

[Ad obiecta]: Per iam dicta potest responderi ad ea quae obiecta sunt. Prima enim ratio intelligitur de peccato in Spiritum Sanctum prout supponit aliud genus peccati cum conditione superaddita; eodem modo secunda definitio accipitur.

A. 1-2. Ad illud[v] vero quod obicitur quod 'non omne peccatum in Spiritum Sanctum est obstinatio, obstinatio autem est « perseverans » etc.', dicendum[x] quod obstinatio accipitur dupliciter: uno modo prout est conditio peccati mortalis, cum aliquis perseverat et[y] obduratur in illo, et hoc modo peccatum in Spiritum Sanctum, prout

---

[a] V *hoc.* [b] V om. [c] BT *sint.* [d] B *quedam.* [e] T *superne.* [f] V *sed.* [g] B *supponit,* quod F corr. [h] V *videtur.* [i] B *veritatisque* pro *e. v.* [k] R om. [l] V add. *spiritum.* [m] F *perseveraret.* [n] BTFZ add. *est.* [o] BTZ *supra.* [p] V *ponerent.* [q] V *sic ut.* [r] BTLZ add. *ipsa.* [s] V om., in F est add. mg. [t] V om. *et... Sanctum.* [u] Ita V, L *et,* alii om. [v] Z *aliud.* [x] Ita V, alii add. *est.* [y] BTZ *vel.*

[1] *Glossa ordin.,* in h. l., ap. Lyran., ex Hesychio, in h. l. (PG 93, 901); ap. Gratian., *Decretum,* C. 33, q. 3, *De poen.,* dist. 3, c. 35 (I, 1222).

[2] Cf. Aristot., *De anima,* II, c. 4 (III, 450).

[3] Matth. 12, 32.

[4] Luc. 11, 15; Matth. 12, 24 sq.

[5] *Sermo* 71, c. 17 (PL 38, 460 sq.).

[6] Loc. cit., nota 5.

addit super aliud genus peccati, dicit obstinationem cum certa malitia, quae est causa illius. Nec est dicendum quod tota [a] ratio peccati in Spiritum Sanctum sit « perseverans duritia » etc. Potest enim ille qui peccat ex infirmitate, si obduretur et non poeniteat, perseverantem habere duritiam cordis impoenitentis; sed peccatum in Spiritum Sanctum, prout dividitur contra peccatum ex infirmitate et ex ignorantia, dicit industriam sive certam malitiam tamquam causam peccati. Secundum autem quod obstinatio est propositum sive [b] voluntas perseverandi in duritia cordis impoenitentis, quamdam speciem dicit peccati in Spiritum Sanctum, quae est differens ab aliis et potest esse cum illis et sine illis.

B. 1. Ad illud vero quod obicitur de secunda ratione, dicendum est quod loquitur ibi de peccato in Spiritum Sanctum prout ponit genus aliquod peccati et superaddit consuetudinem et tandem venit ad contemptum, de quo dicitur Prov. 18, 3: *Impius, cum in profundum peccatorum venerit, contemnit.*

2. Ad id vero quod obicitur quod 'non in omni peccato in Spiritum Sanctum metus Dei amittitur, utpote in desperatione': dicendum est quod immo. Timor enim, qui est cum spe, amittitur amissione spei, non tamen amittitur timor servilis, quia habet oculum ad poenam.

C. 1. Ad id vero [c] quod obicitur quod 'si peccatum in Spiritum Sanctum ponit genus peccati ante se, tunc non est unum genus distinctum ab aliis': dicendum quod hoc verum est secundum unum modum et [d] falsum secundum alium, prout supra [e 1] habita est distinctio, et uno modo nihil prohibet aliquod [f] genus peccati primo esse ex infirmitate et postea, crescente malitia, cum iam scienter peccat et est in amore peccandi, esse peccatum in Spiritum Sanctum. Alio vero modo dividuntur ad invicem, ut nullum sit aliud, et hoc modo continet in se impugnationem fraternae gratiae, et qui peccat ex infirmitate vel qui peccat ex ignorantia, non peccat ex certa malitia.

2-3. Ad id vero quod obicitur [g] de hac conditione quae est « ex [h] certa malitia », dicendum est quod per hunc terminum 'malitia' supponitur illud idem quod est peccatum in Spiritum Sanctum. 'Ex certa igitur malitia' nihil [i] aliud est quam ex malignitate animi cum conscientia [k] peccati. Vel 'ex certa malitia' dicitur esse, cum quis scienter peccat, non ex infirmitate, sed ex quadam mentis perversitate. Nec oportet ex hoc quod idem sit causa sui, sed quod scientia malitiae suae [l] sit aggravatio ipsius peccati. Cum enim non ex infirmitate nec ex ignorantia, sed [m] ex scientia [n] peccati perversitate animi delinquitur, gravissimum est peccatum. Secundum autem alteram intentionem peccati in Spiritum Sanctum nihil prohibet certitudinem illam referri ad malitiam praecedentem.

684 CAPUT II.

UTRUM IDEM SIT PECCATUM IN SPIRITUM SANCTUM QUOD PECCATUM AD MORTEM [2].

Secundo quaeritur utrum idem sit peccatum in Spiritum Sanctum [o] quod peccatum ad mortem.

Et videtur quod sic. 1. *Peccatum* enim *in Spiritum Sanctum* est quod *non remittetur hic neque in futuro* [3]; sed hoc idem est *peccatum ad mortem;* sicut enim dicit Augustinus, in libro *De correptione et gratia* [4]: « Ego dico id [p] esse peccatum ad mortem, fidem, *quae per dilectionem operatur* [5], deserere usque ad mortem ». Sed tale *nec hic nec in futuro remittetur;* ergo peccatum in Spiritum Sanctum [q] est peccatum ad mortem vel e converso.

2. Hoc etiam videtur per hoc quod dicit Augustinus [r], in libro *Retractationum* [6]: « Peccatum ad mortem puto esse, cum post agnitionem [s] Dei per gratiam Domini nostri Iesu Christi, quisque oppugnat fraternitatem et adversus gratiam [t], qua reconciliatus est Deo, invidentiae facibus [u] agitatur. Hoc autem addendum fuit: si in hac scelerata mentis perversitate vitam finierit ». Sed istud peccatum est peccatum in Spiritum Sanctum; ergo peccatum ad mortem est peccatum in Spiritum Sanctum.

3. Ad idem facit quod dicitur: *Est* [v] *peccatum ad mortem, non dico ut oret quis pro eo,* sicut habetur I Ioan. ultimo, 16; sed in hoc etiam convenit peccatum in Spiritum Sanctum, secundum quod dicitur Ierem. 7, 16: *Tu ergo noli orare,* Glossa [7]: « Cor impoenitens in Spiritum Sanctum

---

[a] R om.; T om. *dicendum.* [b] BTZ *vel.* [c] V om. [d] V om. [e] VR om., in F est add. mg. [f] V *aliud.* [g] T om. *q. o.* [h] Ita V, alii om. [i] V add. *ad.* [k] TR *scientia.* [l] BTLZ om. [m] Z *nec.* [n] B *conscientia.* [o] T om. [p] L *ad.* [q] F om. [r] Ita V, alii om. [s] V *cognitionem.* [t] VR add. *in,* quod F exp. [u] R (corr.) *faucibus;* L *agitur* pro *agitatur.* [v] V om.

1 Cf. supra, *ad 1-2.*

2 Cf. Lombard., II *Sent.*, d. 43, c. un. (p. 533sq.); Praeposit., *Summa,* II (fol. 107b); S. Bonav., II *Sent.*, d. 43, a. 1, q. 1, *ad 1* (II, 983a).

3 Matth. 12, 32.

4 Cap. 12, n. 35 (PL 44, 938).

5 Gal. 5, 6.

6 Lib. I, c. 19, n. 7 (PL 32, 616); *De serm. Dom. in monte,* I, c. 22, n. 73 (PL 34, 1266).

7 *Ordin.*, in h. l., ap. Lyran., ex Augustino, *Sermo* 71, c. 12, n. 19sq. (PL 38, 455).

peccat, quo in unum populus Domini congregatur, quo spiritus immundus eicitur, quo baptizamur, quo peccata omnia dimittuntur, et quem accipit Ecclesia, ut cui[a] dimiserit peccata, dimittantur ei[1] ». Pro corde ergo impoenitenti non est orandum. Et hoc idem est de eo qui peccat in Spiritum Sanctum: non enim meretur nec congruitatem habet ut pro eo oretur; et sicut dicit Augustinus, in *Sermone Domini*[2], « tanta est labes[b] illius peccati, ut deprecandi humilitatem subire non possit, etiam si peccatum suum mala conscientia et cognoscere et enuntiare cogatur ».

4. Praeterea, super illud Matth. 12, 31: *Spiritus blasphemiae* etc., Glossa[3]: « Hic blasphemus, exigentibus meritis malis suis, sicut nunquam ad remissionem, ita nunquam ad poenitentiam perventurus est ». Est ergo peccatum in Spiritum Sanctum cum[c] finali impoenitentia; ergo est peccatum ad mortem[d].

Sed contrarium videtur. *a.* Potest enim aliquod esse peccatum in Spiritum Sanctum[e] quod non sit peccatum ad mortem[4]. Potest enim aliquis poenitere de peccato in Spiritum Sanctum, utpote de invidentia fraternae gratiae vel de desperatione; hoc autem non est peccatum ad mortem: illud enim dicitur peccatum ad mortem, in quo quis moritur; ergo non est idem peccatum ad mortem et peccatum in Spiritum Sanctum.

b. Item, « de nemine desperandum est, dum est in via », ut dicit Augustinus, in libro *Retractationum*[5], « nec pro illo imprudenter oratur, de quo non desperatur ». Ergo pro quolibet peccatore, dum est in via, orare possumus, et ita pro aliquo qui peccat in Spiritum Sanctum; sed « peccatum ad mortem est pro quo non oratur: qui enim in hac vita non corrigitur, post mortem venia frustra postulatur », sicut habetur[6] I Ioan. ultimo, 16, super illud: *Est peccatum ad mortem.* Non ergo idem est peccatum in Spiritum Sanctum et peccatum ad mortem.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod peccatum ad mortem potest dici multipliciter: uno modo ut sit idem peccatum ad mortem quod mortale peccatum[f], secundum quod dicitur I Ioan. ultimo, 17: *Omnis iniquitas est peccatum ad mortem*[g]. — Alio vero modo dicitur peccatum ad mortem in[h] quo quis moritur, et secundum hoc dicitur in Glossa[7] I Ioan. ultimo, 16, ubi[i] dicitur: « Ad mortem est peccatum, quod separat a Deo, sicut mors separat animam a corpore »; mors autem separat animam a corpore irregressibiliter, sic et huiusmodi peccatum. — Dicitur alio[k] modo peccatum ad mortem, quod disponit ad inexcusabilitatem[l] peccati, videlicet cum non ex infirmitate vel ignorantia peccatur. Et hoc modo dicitur in[m] Glossa[8] I Ioan. ultimo, 17: « Supra alia peccata est peccatum ad mortem, quod non humana fragilitate committitur, et ideo oratione iustorum non purgatur ». Tale est illud peccatum, « quo post agnitionem Dei[n], quae per gratiam Dei data est, aliquis oppugnat fraternitatem, et adversus gratiam, qua reconciliatus est, invidentiae facibus[o] agitatur ». — Dicendum est ergo quod primo modo peccatum in Spiritum Sanctum est peccatum ad mortem, sed non e converso. Si vero accipiatur secundo modo, peccatum ad mortem potest dici peccatum in Spiritum Sanctum, secundum aliquam rationem peccati in Spiritum Sanctum, sed non omne peccatum in Spiritum Sanctum dicetur[p] peccatum ad mortem. Si vero tertio modo accipiatur peccatum ad mortem, tunc videntur esse idem in re, licet differant ratione. Peccatum enim in Spiritum Sanctum dicitur propter impugnationem gratiae, qua fit remissio peccati; peccatum vero ad mortem dicitur, quia disponit quasi irremissibiliter ad poenam.

[Ad obiecta]: 1-2. Per hoc potest solvi quod obiectum est. Primum enim et secundum intelliguntur de peccato ad mortem, ubi est finalis impoenitentia, et hoc dicitur peccatum in Spiritum Sanctum secundum unam rationem et secundum aliam non.

3. Quod autem tertio obicitur similiter potest intelligi, si intelligatur de finali impoenitentia auctoritas Ierem. 7, 16. Si vero non intelligatur de finali impoenitentia, sed de proposito non poenitendi[q], tunc dicetur peccatum ad mortem secundum illum modum secundum quem dicitur peccatum ad mortem[r] quod privat excusationem peccati, et ita per consequens congruitatem veniae.

4. Ad quartum vero[s] dicendum quod *spiritus blasphemiae* potest dici peccatum ad mortem utroque modo, sed[t] proprie, secundum quod ibi accipitur, dicitur[u] illud quod disponit ad contrarium veniae.

---

[a] V *cum.* [b] T om. [c] B *sine.* [d] V om. *e. e. p. a. m.* [e] L om.; V om. *i. S. S.* [f] BTLZ om. [g] Z om. *a. m.*; L om. *vero.* [h] V om. *alio... in,* in L est add. mg. [i] Z *ibi.* [k] V *autem.* [l] BTZ *incusabilitatem.* [m] V *videtur dicere* pro *d. i.* [n] V *cognitionem* pro *a. D.* [o] R (corr.) *faucibus;* V *agitamur* pro *agitatur.* [p] VFRL *dicitur.* [q] V *peccandi.* [r] R om. *secundum illum... mortem.* [s] V om. [t] V *scilicet.* [u] V *dictum,* FR om.

1 Cf. Ioan. 20, 23.

2 Lib. I, c. 22, n. 74 (PL 34, 1266).

3 *Ordin.*, in h. l., ap. Lyran., ex Beda, *In Luc. 12,* 10 (PL 92, 489).

4 Cf. Lombard., IV *Sent.*, d. 43, c. un. (p. 535 sq.).

5 Lib. I, c. 19, n. 7 (PL 32, 616).

6 *Glossa interlin.*, in h. l., ap. Lyran., ex Beda, in h. l. (PL 93, 118).

7 *Ordin.*, in h. l., ap. Lyran., ex Augustino, *De civit. Dei,* XIII, c. 2 (PL 41, 377).

8 *Ordin.*, in h. l., ap. Lyran., ex Augustino, *De serm. Domini in monte,* I, c. 22, n. 73 (PL 34, 1266).

CAPUT III.

DE DIFFERENTIIS PECCATI IN SPIRITUM SANCTUM.

685 ARTICULUS I.

Quot sint differentiae peccati in Spiritum Sanctum [1].

Tertio quaeritur quot sunt differentiae peccati in Spiritum Sanctum. Et ponuntur sex: desperatio, praesumptio, impugnatio fraternae gratiae, impugnatio veritatis agnitae, obstinatio et impoenitentia.

a. Quod autem desperatio sit peccatum in Spiritum Sanctum, habetur in Glossa [2] ad Rom. 2, 5 super illud: *Secundum duritiam* etc.

b. Quod autem praesumptio sit peccatum in Spiritum Sanctum et desperatio similiter, habetur ab Augustino, in libro *De fide ad Petrum* [3], ubi dicitur: « Sicut misericordia suscipit absolvitque conversos, ita iustitia repellit [a] et punit obstinatos. Quidam autem desperant de indulgentia peccatorum, quidam vero sperant sine meritis de misericordia Dei praesumentes: ii sunt qui peccantes sunt [b] in Spiritum Sanctum ». Ex quo habetur quod praesumptio est peccatum in Spiritum Sanctum.

c. Quod autem impugnatio fraternae gratiae sit peccatum in Spiritum Sanctum, habetur ab Augustino, in libro *De sermone Domini in monte* [4]: « Paulus non orat pro Alexandro [5], quia invidentiae facibus fraternitatem impugnando peccaverat ». Et in eodem [6]: « Hoc est peccare in Spiritum Sanctum, per malitiam et invidiam fraternam [c] oppugnare caritatem post acceptam gratiam Spiritus Sancti ».

d. Quod autem impugnatio veritatis agnitae sit peccatum in Spiritum Sanctum, dicit Augustinus, in libro *De unico Baptismo* [7]: « Qui veritate contempta praesumit consuetudinem sequi aut circa fratres [d] invidus est et malignus, quibus veritas revelatur, aut circa Deum est ingratus, cuius inspiratione Ecclesia eius instruitur ». In quo datur intelligi quod hoc est peccatum in Spiritum Sanctum. — Similiter, Levit. 24, 15, super illud: *Homo, qui maledixerit* [e], Glossa [8]: « Blasphemia, quae scienter committitur, maxima poena vindicatur [f]; unde *qui peccaverit in Spiritum Sanctum, non dimittetur ei* [9], id est [g] qui in scientia blasphemaverit [h], quae est donum Spiritus Sancti ». Et Marc. 3, 29: *Qui blasphemaverit*, Glossa [10]: « Qui intelligens opera Dei, cum negare non possit, ex invidia contradicit et opera Spiritus Sancti dicit esse in Beelzebub, *non habet remissionem neque hic neque in futuro* [11], quia poenitere digne noluit ».

e. De obstinatione autem dicit Augustinus, in *Enchiridion* [12]: « Qui in Ecclesia remitti peccata non credens, tantam contemnit divini muneris largitatem et in hac obstinatione mentis diem claudit extremum, reus est [i] illo irremissibili peccato in Spiritum Sanctum, in quo Christus peccata dimittit ».

f. De impoenitentia autem quod sit peccatum in Spiritum Sanctum, habetur in Glossa Matth. 12, 31, super illud: *Spiritus blasphemiae non dimittetur*, Glossa [13]: « Qui [k] gratiam Sancti Spiritus, qua poenitentia inspiratur et ad congregationem venitur, non cognoscens, impoenitenti corde permanserit, cum hoc non sit humanum, sed diabolicum, irremissibile erit, et ita peccatum in Spiritum Sanctum ».

Sed potest obici 1. quod desperatio non sit peccatum in Spiritum Sanctum [l]. Potest enim aliquis ex diutina [m] tribulatione incidere in desperationem, per quam possit desperare de potentia sustinendi: talis incidit in desperationem et peccat ex infirmitate; ergo desperatio non est peccatum in Spiritum Sanctum.

2. Praeterea, spes et desperatio opponuntur et similiter praesumptio; cum ergo medium dicat actum virtutis, non tantum in perfectis, sed etiam in imperfectis, opposita peccata erunt peccata non

---

[a] T *respicit.* [b] T om. [c] V om. [d] V *fratrem;* BR *contra* pro *circa.* [e] FR add. *etc.* [f] R *iudicatur.* [g] V *et* pro *i. e.* [h] V *blasphematur.* [i] R add. *in.* [k] B add. *per.* [l] R om., in F est add. interl. [m] R *divina,* quod F corr.

1 Cf. Praeposit., *Summa,* II (fol. 107b); Ioan. de Rupella, *Summa de vitiis* (fol. 26b sq.); S. Bonav., II *Sent.,* d. 43, a. 3, qq. 1-2 (II, 991 sqq.); *Breviloq.,* p. 3, c. 11 (V, 240).

2 Lombardi, in h. l., (PL 191, 1339).

3 Num. 40 sq. (PL 40, 766).

4 Lib. I, c. 22, n. 73 (PL 34, 1266).

5 Cf. I Tim. 1, 20.

6 Loc. cit., n. 75 (PL 34, 1267).

7 Rectius *De Bapt. c. Donat.,* VI, c. 35, n. 67 (PL 43, 219), verba tamen non sunt Augustini, sed Casti a Sicca, in Concilio Carthaginensi sub Cypriano habito.

8 *Ordin.,* in h. l., ap. Lyran. 9 Matth. 12, 32.

10 *Interlin.,* in h. l., ap. Lyran. 11 Cf. Matth. 12, 32.

12 Cap. 83 (PL 40, 272).

13 *Ordin.,* in h. l., ap. Lyran., ex Augustino, *Sermo* 71, c. 23 (PL 38, 466).

tantum in perfectis peccatoribus sive qui gravissime peccant, sed etiam in aliis qui non ita graviter peccant.

3. Praeterea, praesumptio non videtur esse species peccati in Spiritum Sanctum. Potest enim aliquis praesumere de misericordia Dei ex hoc quod videt misericordiam Dei esse infinitam, et ita excellere peccatum. Numquid talis peccat in Spiritum Sanctum? Ponit enim gratiam Spiritus Sancti quanta est, et ita non videtur peccare irremissibiliter.

4. Similiter potest obici de invidentia fraternae gratiae quod non sit peccatum in Spiritum Sanctum [a]. Potest enim aliquis invidere fratri suo, quia aestimat se laedi ab eo, cum tamen non laedatur; talis non videtur peccare in Spiritum Sanctum, sed magis ex [b] infirmitate vel ex ignorantia.

5. Similiter obicitur de impugnatione veritatis agnitae. Quidam enim seductione aliorum cadunt in infidelitatem et oppugnant veritatem, de quibus dicit Augustinus, in libro *De Baptismo*[1]: «Qui credit huiusmodi hominibus, imaginatione quadam veritatis illusus est». Sed tales peccant ex ignorantia; non ergo impugnatio veritatis agnitae est peccatum in Spiritum Sanctum.

6. Obicitur etiam de obstinatione. Multi enim obdurantur in peccatis quae proveniunt ex infirmitate vel ex [c] ignorantia; et tales non peccant in Spiritum Sanctum, cum peccatum in Spiritum Sanctum [d] dividatur contra peccatum ex infirmitate et ex ignorantia.

7. Similiter potest dici [e] de impoenitentia, in quam incidit aliquis ex delectatione carnis, quae provenit ex fragilitate.

Item [f], videtur quod pauciores sint species ipsius peccati in Spiritum Sanctum quam quae dictae sunt. 8. Dicitur [2] enim super illud Levit. 10, 2: *Ignis egressus est* etc.: «Peccatum in Spiritum Sanctum est in sceleribus suis usque ad finem vitae perseverare, de sua salute desperare, de potentia Redemptoris diffidere». Ibi autem non enumerantur nisi duo peccata, scilicet [g] impoenitentia et desperatio.

9. Similiter [3] ad Rom. 2, 5 duae species assignantur: obstinatio et desperatio [h]. Ex quo videtur quod non tot sint species aut insufficienter fit [i] divisio.

10. Praeterea, ex parte Spiritus Sancti, cui [k] appropriatur bonitas, duo assignantur, iustitia et misericordia: praesumptio est contra iustitiam, desperatio contra misericordiam; nec videntur esse plura quae bonitati in genere attribuantur; quare videtur quod tantum duae sunt species.

11. Item, tres ponuntur virtutes per quarum actus immediate ordinatur homo in Deum: fides, spes, caritas. Cum ergo tot sint virtutes et non plures, tria videntur esse peccata in Spiritum Sanctum et non plura, impugnatio scilicet veritatis agnitae, quae est contra fidem; impugnatio fraternae gratiae, quae est contra caritatem; desperatio, quae est contra spem; et si addatur praesumptio, non erunt nisi quatuor.

12. Item, videtur quod tantum debeant [l] esse duae species. Peccatum enim [m] in Spiritum Sanctum, sicut dicit Augustinus, in libro *De blasphemia*[4], per se opponitur illi gratiae «in qua fit remissio peccatorum»; sed haec est poenitentia; ergo opponitur per se poenitentiae; poenitentiae vero duae sunt partes: «commissa deflere et flenda non committere [5]»; contra unam partem videtur esse impoenitentia, contra aliam vero obstinatio, et ita tantum debent esse duae species, ut videtur.

Item, videtur quod plures debeant species dici. 13. Inobedientia enim videtur esse peccatum in Spiritum Sanctum, secundum quod dicit B. Bernardus, in libro *De praecepto et dispensatione*[6]: «Non est id ipsum nolle obedire et non obedire; hoc interdum erroris est, nonnunquam infirmitatis, illud vero aut [n] odiosae pertinaciae aut contumaciae non ferendae, quod ipsum repugnare est resistere Spiritui Sancto, et [o], si usque ad mortem perduraverit, blasphemia est non remittenda [p]». Ex quo videtur quod inobedientia, ad minus quaedam, sit peccatum in Spiritum Sanctum, et ita videtur quod plures sint species.

14. Item, videtur quod simulatio poenitentiae sit peccatum in Spiritum [q] Sanctum. Dicitur enim Levit. 10, 16, super illud: *Inter haec vero hircum*, Glossa[7]: «Sicut vera poenitentia veniam promeretur, ita simulata Deum irritat; hoc autem sancti Patres irremissibile peccatum et blasphemiam in Spiritum Sanctum dixerunt». Ex quo accipitur quod [r] simulatio poenitentiae est peccatum in Spiritum Sanctum.

15. Item, videtur quod schisma sit peccatum in Spiritum Sanctum, per hoc quod dicit Beda[8], *Super II Canonicam Ioannis*[9]: «*Omnis qui* [s] *recedit et non permanet in doctrina Iesu Christi, Deum non habet; si quis talis venerit ad vos,*

---

[a] V om. *i. S. S.* [b] V om. [c] R om. [d] L om. *p. i. S. S.* [e] T *obici*; L om. *in.* [f] BTZ *et.* [g] R om. [h] T om. *Similiter... desperatio.* [i] VF *sit.* [k] B om. [l] V *debuerunt.* [m] F *est.* [n] R om. [o] L om. [p] R *blasphemus est in remittendo* pro *b. e. n. r.* [q] T om. *i. S.* [r] V om. [s] V om.

1 Rectius *De util. credendi*, c. 1, n. 1 (PL 42, 65).
2 *Glossa ordin., In Levit. 10*, 16, ap. Lyran.
3 Cf. Lombard., in h. l. (PL 191, 1339).
4 *Sermo* 71, c. 12, n. 19 sq. (PL 38, 454 sq.).
5 Gregor., M., *In Evang.*, hom. 34, n. 15 (PL 76, 1256).
6 Cap. 4 (PL 182, 876).
7 *Ordin.*, in h. l., ap. Lyran.
8 In h. l. (PL 93, 122).
9 II Ioan. 9 sq.

nolite eum recipere in domum, nec ave ei dixeritis. Ex quo apparet, cum loquatur ibi de schismaticis et de haereticis, quod sunt vitandi propter ipsam contumaciam quae est in ipso schismate, et ita schisma videtur esse peccatum in Spiritum Sanctum: directe enim videtur opponi unitati Ecclesiae, quae est per Spiritum Sanctum, et ita ex hoc videtur quod sit peccatum in Spiritum Sanctum.

[Solutio]: Ad quod dicendum [a] quod ratio, propter quam assignantur illae species peccati in Spiritum Sanctum [b] secundum quod proprie dicitur, haec potest esse: peccatum enim in Spiritum Sanctum opponitur gratiae Spiritus Sancti, per quam est unitas Ecclesiae, in qua fit remissio peccatorum [1]. Ad hoc autem quod iste effectus sequatur ex illa gratia, multa sunt per se adiuvantia: duo ex parte Dei remittentis, alia ex parte eius cui fit remissio, duo vero alia [c] respectu proximi, quae sunt motiva ad remissionem. Ex parte vero Dei remittentis est misericordia cum iustitia: contra iustitiam est praesumptio, contra misericordiam desperatio. Qui enim praesumit de bonitate Dei cum suis malis meritis, ponit per consequens Deum esse iniustum; qui vero desperat, dum est locus poenitentiae, ponit Deum esse immisericordem: aestimat enim ipsum nolle misereri, etsi moveretur ad poenitentiam, sicut Cain dixit [d], Gen. 4, 13: *Maior est iniquitas mea quam ut veniam merear.* — Ex parte vero eius cui fit remissio duae requiruntur dispositiones, quae sunt: « commissa deflere et flenda non committere ». Contra quae duo sunt duae differentiae peccati in Spiritum Sanctum, scilicet [e] impoenitentia, qua proponit non deflere commissa, et obstinatio, qua proponit flenda committere. — Contra vero ea quae respiciunt proximum est invidentia fraternae gratiae, qua deordinatur affectus, et impugnatio veritatis agnitae, qua [f] per se deordinatur intellectus. Motivum enim ad remissionem est amor veritatis agnitae, per quam ordinatur intellectus, et amor fraternae gratiae, per quam ordinatur affectus. Vel aliter possunt hae duae species accipi, ut impugnatio veritatis agnitae respiciat effectum Spiritus Sancti in intellectu, impugnatio vero gratiae fraternae impugnet effectum in voluntate; motivum autem ad remissionem est [g] ut diligamus fidem operantem per dilectionem [2], per quam est unitas membrorum [h] Ecclesiae.

[Ad obiecta]: 1. Ad obiectum ergo quo obicitur quod ' non debeant hae esse species vel, si sunt, quod plures debeant esse aut pauciores': dicendum est primo quod desperatio tunc est peccatum in Spiritum Sanctum, quando nec habet per se occasionem ex infirmitate nec ex ignorantia, sed scienter de misericordia Dei desperat, nulla stimulante carnis fragilitate, sed peccatorum immensitate. Non negatur ergo quin aliqua desperatio possit procedere ex infirmitate vel [i] ignorantia, sed talis procedit ex certa malitia.

2. Ad secundum vero dicendum quod, licet spes [k] determinet actum virtutis non tantum in perfectione, sed in imperfectione, desperatio tamen, quae opponitur ei, determinat peccatum in consummatione malitiae. Unde Bernardus [3]: « Quemadmodum perfectionem sapientiae sibi vindicat amor Dei, ita desperatio omnem malitiae consummationem, et sicut ex notitia tui venit in te timor Domini et ex notitia Dei amor eiusdem, ita de ignorantia tui superbia, de oblivione Dei desperatio ». Haec autem consummatio malitiae est in desperatione prout est peccatum in Spiritum Sanctum.

3. Ad tertium vero [l] dicendum quod praesumptio, quando [m] directe impugnat iustitiam Dei, quasi Deus esset misericors et non iustus, est peccatum in Spiritum Sanctum [n], non propter hoc quod ponit Dei misericordiam excedere suum peccatum, sed quia ponit Dei misericordiam [o] esse sine iustitia, non asserendo in intellectu — hoc enim esset infidelitas — sed sic afficiendo quasi unum esset sine altero.

4. Ad quartum vero [p] dicendum quod invidentia fraternae gratiae, secundum quod est peccatum in Spiritum Sanctum, attenditur, cum homo scienter impugnat gratiam fraternam [q] nec movetur ad hoc ex levitate vel ex aliqua infirmitate. Unde non est dicendum quod omne [r] odium fratris vel invidia in fratrem sit peccatum in Spiritum Sanctum.

5. Ad quintum vero dicendum quod, cum aliquis [s] impugnat veritatem prius agnitam, potest per seductionem aliorum cadere in errorem et [t] impugnationem illius veritatis et defensionem falsitatis, et talis non dicitur peccare in Spiritum Sanctum, sed [u], secundum quod dicit Augustinus contra Manichaeos [4], « qui resistunt contumaciter et pestifera dogmata emendare nolunt, sed defensare [v] persistunt », cum tamen credant contrarium habere veritatem. Possunt enim dici haeretici et non peccantes in Spiritum Sanctum, si [x] ex falsa [y] credulitate et ignorantia hoc faciunt.

---

[a] Ita V, alii add. *est.* [b] R om. *Ad... Sanctum.* [c] T om. [d] V *dixit enim* pro *s. C. d.* [e] VR om. [f] L *quia.* [g] L om. [h] B om. [i] R add. *ex.* [k] BTZ *species,* quod F corr. [l] V *autem,* B om. [m] V add. *non;* R *quandoque,* quod F corr. [n] R om., L exp. [o] B om. *excedere... misericordiam;* V om. *Dei.* [p] V om. [q] Ita BT, alii *fraternitatis.* [r] F om. [s] F *quis.* [t] V *vel.* [u] VRLZ om. [v] BT *defendere.* [x] Z *sed,* quod F corr. [y] V add. *credunt.*

[1] Cf. Augustin., *Sermo* 71, c. 20 (PL 38, 463).
[2] Cf. Gal. 5, 6.
[3] *In Cantica,* sermo 37, n. 6 (PL 183, 973).
[4] *De civit. Dei,* XVIII, c. 51, n. 1 (PL 41, 613).

6. Ad sextum vero dicendum quod obstinatio tunc est peccatum in Spiritum Sanctum, quando pertinaciter malo adhaerent, non [a] ex ignorantia vel [b] infirmitate, sed ex ipsa animi malignitate, et dicitur, Matth. 12, 31 in Glossa[1]: « Cum diabolica obstinatione de dispersione ad congregationem nunquam reditur, tunc iudicatur peccatum in Spiritum Sanctum ».

7. Per [c] hoc etiam potest solvi ex ratione consimili illud quod septimo obiciebatur.

8. Ad octavum dicendum quod illud quod dicitur Levit. 10, 16 non dat intelligere quod non sint plures species peccati in Spiritum Sanctum, sed quod illae duae de quibus ibi intenditur. Loquitur enim de simulatione poenitentiae cum tamen perseveret in malitia et diffidat de remedio, quod datur ex Dei misericordia, sicut est de infirmo, qui facit illud, per quod [d] morbus augetur, scienter et diffidit [e] de medico, talis permanet in aegritudine ducente ad mortem.

9. Ad nonum dicendum quod, licet peccatum in Spiritum Sanctum iis duobus modis committatur, sunt tamen [f] illi duo modi, de quibus principaliter ibi intenditur, cum exponitur[2] illud Apostoli[3]: *Secundum duritiam cordis tui et cor impoenitens thesaurizas tibi iram* etc. Ibi enim habetur quod induratur in malitia et diffidit de Dei bonitate. Praeterea, obstinatio respicit ipsum peccatum, desperatio vero respicit [g] remedium peccati; utrumque autem difficultatem ponit [h] ad remissionem peccati ex parte ipsius peccatoris, sed unum est respectu sui, alterum vero respectu eius quod Dei est.

10. Ad decimum dicendum quod illa duo, quae sunt praesumptio et desperatio, sufficienter dividunt contra illa quae sunt respectu Dei remittentis: duo enim requiruntur, scilicet timor iustitiae et spes misericordiae. Contra spem proprie est desperatio, contra timorem vero iustitiae proprie est praesumptio; unde sufficienter species peccati in Spiritum Sanctum designantur [i] ex illa parte, sed nihilominus erunt aliae ex aliis duabus partibus, sicut dictum est[4].

11. Ad undecimum dicendum quod, licet tres sint virtutes theologicae, quibus opponuntur species peccati in Spiritum Sanctum, non tamen secundum numerum illarum accipitur divisio specierum, sed secundum differentias eorum quae pertinent ad gratiam remissionis ex parte remissivi et eius cui fit remissio et adminiculantis, sicut dictum est[5], ut ex [k] parte remissivi accipiantur duae species, ex parte eius cui fit remissio similiter duae [l], ex parte adminiculantis duae.

12. Ad duodecimum dicendum quod, licet duo [m] sint tantum de ratione eius quod est poenitere, scilicet [n] « commissa deflere et flenda non committere », peccatum autem in Spiritum Sanctum opponatur [o] poenitentiae, non tamen erunt duae species tantum per oppositionem ad illa duo acceptae. Remissio enim, cui opponitur peccatum in Spiritum Sanctum secundum quemdam modum oppositionis, non tantum exigit conditiones quae sunt ex parte poenitentis, sed quae sunt ex parte Dei remittentis et iuste punientis [p]: remittit enim culpam, sed iuste infligit poenam; requirit etiam conditiones ex parte Ecclesiae adiuvantis. Et ita non tantum erunt duae species peccati in Spiritum Sanctum, sumptae iuxta oppositionem eorum quae inveniuntur in [q] ratione poenitentiae, sed quatuor aliae [r], sicut iam dictum est[6].

13. Ad decimum tertium dicendum quod inobedientia de se non est peccatum in Spiritum Sanctum, sed ipsa pertinacia contumax, et continetur sub illa specie quae est obstinatio.

14. Similiter de simulatione poenitentiae: de se enim non dicit peccatum in Spiritum Sanctum, sed ipsa impoenitentia, quae latet sub illa.

15. Eodem modo dicendum est de peccato schismatis quod ipsum [s], licet sit grave peccatum de se, non est peccatum in Spiritum Sanctum; similiter nec infidelitas, sed ipsa contumacia pertinax, qua errorem defendere et veritatem impugnare nituntur [t].

ARTICULUS II. 686

Dubitabilia circa rationem numeri specierum peccati in Spiritum Sanctum[7].

Habita ratione numeri specierum peccati in Spiritum Sanctum, quaedam etiam addenda videntur ad ampliorem explanationem.

I. Dubitabit enim aliquis de desperatione et praesumptione. 1. Ista enim videntur esse peccata ex ignorantia: si enim aliquis sciret latitudinem

---

[a] BT *nec.* [b] BT add. *ex.* [c] FRZ *Et per.* [d] V *quid* et om. *q. f. i. p.* [e] RZ *diffidat,* quod F corr. [f] R om. [g] L om. [h] Z om. [i] Ita V, alii *designatur.* [k] Z *a.* [l] BT add. *species.* [m] V om. [n] V *et.* [o] FR *opponitur.* [p] BZ *penitentis.* [q] V om. [r] B add. *sunt.* [s] Z om. [t] V *nitimur.*

[1] *Ordin.*, in h. l., ap. Lyran.
[2] Lombard., in h. l. (PL 191, 1339), ex Augustino, *Sermo* 71, c. 23 (PL 38, 466).
[3] Rom. 2, 5.
[4] Cf. supra, in *Solutione.*
[5] Cf. supra, in *Solutione.*
[6] Cf. supra, in *Solutione.*
[7] Cf. S. Bonav., II *Sent.*, d. 43, a. 3, q. 3 (II, 994 sqq.).

misericordiae Dei, nunquam desperaret, si rigorem iustitiae, nunquam praesumeret; ergo ista proveniunt ex ignorantia misericordiae et iustitiae. — Si vero dicatur quod non propter hoc continentur sub peccato ex ignorantia, quia non proveniunt ex ignorantia simplici, sed [a] ex ignorantia affectata, quae aequipollet [b] certae malitiae, cum apud quemlibet utentem ratione sit notum Deum esse summe misericordem et summe iustum et quod iustitia non est sine misericordia nec e converso, quod etiam ductu [c] rationis de facili potest inveniri — obicitur in contrarium per simile. Fornicationem esse peccatum mortale scriptum est in corde [d] hominis naturaliter; ergo, si aliquis fornicetur, ignorans fornicationem esse mortale peccatum, peccat ex ignorantia affectata, et ita ex certa malitia; ergo non debet [e] excusare eum infirmitas, et ita est peccatum in Spiritum Sanctum: quod falsum est.

2. Item, nonne aliquis ex sua fragilitate potest desperare? Et quod est ex fragilitate, est peccatum in Patrem; ergo non omnis desperatio est peccatum in Spiritum Sanctum; non ergo desperatio est species peccati in Spiritum Sanctum: quidquid enim continetur sub specie, continetur sub genere.

3. Item, cum dixit Cain, Gen. 4, 13: *Maior est iniquitas mea quam ut veniam merear,* numquid credidit quod maior esset iniquitas sua quam misericordia Dei, ex qua datur venia?

[Solutio]: 1. Ad quod dicendum quod non est simile de notitia eius quod est Deum esse summe misericordem et iustum et de eo quod fornicatio sit mortale peccatum. Vox enim omnium est Deum esse iustum et misericordem, et cum redit ad conscientiam rectam, nullatenus potest discredere [f], cum credat ipsum esse summe bonum. Sed sic non est de eo [g] quod fornicatio sit mortale peccatum, cum hoc multi abundantes ratione non attingant, sed auctoritate, et ideo, licet ille peccet ex ignorantia qui non credit fornicationem esse mortale peccatum, non tamen peccat ille ex ignorantia [h], sed in Spiritum Sanctum, qui praesumit vel desperat modo quo dictum est.

2. Ad secundum vero dicendum quod duplex est diffidere. Est enim diffidere de se ipso ratione suae [i] infirmitatis, et haec diffidentia, licet sit peccatum in aliquo casu, non est peccatum in Spiritum Sanctum; unde pusillanimitas non est peccatum in Spiritum Sanctum. Est autem diffidentia de divina bonitate, non praecedente causa aliqua excusante, et hoc est peccatum in Spiritum Sanctum.

3. Ad tertium vero [k] dicendum quod non credebat suam iniquitatem esse maiorem misericordia Dei, sed quod maior esset quam [l] satisfactio, ut crederet se nullatenus posse satisfacere Deo quem offendit.

II. Adhuc etiam quaeritur, cum praesumptio respiciat misericordiam Dei, quare dicitur opponi iustitiae potius quam misericordiae?

Item, praesumptio est una extremitas spei; opponitur ergone plus timori quam spei aut spei quam timori?

Et videtur 1. quod magis opponatur timori. Timor enim respicit iustitiam infligentem poenam; praesumptio ergo, cum sit contra iustitiam, directe videtur opponi [m] timori, qui per se ordinatur ad iustitiam.

2. Quod autem magis opponatur spei, habetur ex hoc quod conveniunt in genere. Utrumque enim est exspectatio veniae, sed spes est [n] exspectatio veniae vel gloriae [o] ex meritis de congruo vel de condigno, praesumptio autem sine meritis, non attribuendo gratiae, sed suis operibus.

[Solutio]: 1. Ad quod dicendum [p] quod praesumptio potius dicitur esse contra iustitiam quam contra misericordiam, quia ponit latitudinem misericordiae [q] sine iustitia; e contra desperatio videtur ponere iustitiam, sed tollere effectum misericordiae. Licet igitur tam praesumptio quam desperatio referantur ad misericordiam, et differenter, quia desperatio diminuit effectum misericordiae, praesumptio vero superflue sive excedenter ponit, tamen praesumptio propter causam dictam dicitur opponi iustitiae in effectu et desperatio misericordiae in effectu.

2. Ad aliud vero dicendum quod praesumptio opponitur spei et timori, sed opponitur spei non ratione generis, quod est exspectatio misericordiae, sed ratione differentiae superadditae. Praesumptio enim est exspectatio misericordiae sine gratia, spes vero est exspectatio misericordiae attribuendo gratiae. Praesumptio autem et timor opponuntur ratione differentiae eorum quae respiciuntur [r] et differunt in genere. Praesumptio enim est extensio ad misericordiam, timor vero est resilitio a summa iustitia, secundum quod nos loquimur de timore initiali, a summa vero maiestate in suam parvitatem, secundum quod fit sermo de timore reverentiae, et ita differunt genere; praesumptio etiam [s] est indebita exspectatio futuri boni, timor vero, de quo loquimur [t], est debita fuga futuri mali.

III. Item, obicitur de impugnatione veritatis agnitae. 1. Dicitur enim quod *blasphemia dimittetur* [u], *spiritus vero blasphemiae non remittetur*

---

[a] BT *si.* [b] V *equipollent.* [c] T *actu.* [d] T om. *e. i. c.* [e] R *potest.* [f] Z *discedere.* [g] BT *Deo.* [h] R om. *qui non... ignorantia.* [i] V om. [k] VBT om. [l] V om., in FZ est add. mg., R *quod,* quod L corr. [m] Z *opponitur* pro *v. o.* [n] V om. [o] RZ *gratie;* R om. *sed... veniae.* [p] Ita V, alii add. *est.* [q] B om. [r] BT *recipiuntur.* [s] V *autem.* [t] Z *loquitur;* T om. *d. q.* [u] V *dimittitur.*

neque[a] *hic neque in futuro,* sicut[b] Matth. 12, 31 habetur. Potest ergo quaeri quae sit differentia inter blasphemiam et spiritum blasphemiae. Spiritus enim[c] blasphemiae aut dicit potentiam aut habitum aut passionem. Sed constat quod non dicit potentiam, cum potentia, in eo quod potentia, bonum sit, spiritus autem blasphemiae malum. Neque dicit passionem, cum passio sit minus malum quam ipse habitus, blasphemia autem dicit habitum. Restat ergo quod spiritus blasphemiae dicit habitum[d] malum, « quo scilicet falsa de Deo dicuntur » vel vera negantur. Ergo spiritus blasphemiae continetur[e] in genere blasphemiae: haec enim est ratio blasphemiae, sicut habetur[1] ad Ephes. 4, 31, super illud: *Blasphemia*[f].

2. Praeterea, quod dicitur in[g] Matth.[2]: *Spiritus blasphemiae* in nostra[h] translatione, secundum Chrysostomum[3] dicitur *blasphemia Spiritus.* Potest ergo quaeri quae sit intentio rationis dicendi.

3. Item, dicit Ambrosius[4]: « Si quis, specie corporis humani deceptus, de corpore Christi aliter sentiat quam dignum sit, non est exclusus a venia; si quis vero Spiritus Sancti potestatem abnegaverit sempiternam, et non *in Spiritu Dei*[5], sed *in Beelzebub* asserit *eici daemonia*[6], non potest ibi[i] esse exhortatio veniae, ubi est sacrilegii plenitudo ». Ex quo videtur quod, si aliquis male sentiat de Filio, non habet peccatum in Spiritum Sanctum, sed, si male sentiat de Spiritu Sancto, tunc peccat in Spiritum Sanctum. — Sed contra hoc est, quod ipsi Iudaei peccaverunt in Spiritum Sanctum, dicentes quod ipse virtute divina sive sua virtute, qua Deus erat, non eiciebat daemonia[7]; unde dicit Ambrosius[8]: « Ideo grande scelus committebant, quia quod Dei esse cognoverant, diaboli esse clamabant ».

4. Item, dicitur in Glossa Rabani[9] ibidem: « Qui Spiritum Sanctum non esse vel minorem Patre esse credunt et dicunt, quia non ex invidia diabolica[k], sed ex humana ignorantia hoc faciunt, irremissibili crimine non tenentur ». Sed maius est credere Spiritum Sanctum non esse vel esse creaturam quam haec opera non esse Spiritus Sancti[l]; ergo illud debet dici maius peccatum in Spiritum Sanctum vel, si illud non dicitur, nec reliquum dicendum est.

5. Praeterea, dicitur Matth. 12, 31-32 quod *spiritus blasphemiae non remittetur hic neque in futuro.* — Sed contra: Aliqui eorum poenituerunt qui illo peccato peccaverunt. Propter quid ergo peccatum in Filium dicitur remissibile, peccatum autem, quod erat contra Spiritum Sanctum[m], dicebatur irremissibile?

6. Item, videtur peccatum in Patrem idem quod peccatum in Spiritum Sanctum. Quod enim irremissibile est, peccatum in Spiritum Sanctum dicitur; sed[n] peccatum illius « qui in similitudinem[o] diaboli contra conscientiam suam maiestatem Dei oppugnat[10] », non est remissibile[p], sicut dicitur Matth. 12, 31; hoc autem[q] est peccatum in Patrem, quod est contra maiestatem; ergo peccatum in Patrem est peccatum in Spiritum Sanctum. In quo ergo distinguitur, si hoc non est illud?

[Solutio]: 1. Ad quod dicendum[11] quod aliud est *blasphemia,* secundum quod ibi accipitur, et aliud *spiritus blasphemiae,* cum utrumque sit habitus malus. Nec accipitur ibi blasphemia secundum quod genus est ad[r] utrumque, sed secundum quod determinat peccatum[s] sine aggravatione circumstantiae, quae est « ex certa malitia ». Quidam[12] enim blasphemant quasi « ex coactione », et ii « peccant in Patrem, quia ex infirmitate »; quidam vero « ex deceptione » sive seductione, et ii « peccant in Filium »; alii vero « ex sola malignitate », et ii « peccant in Spiritum Sanctum », et hoc peccatum dicitur *spiritus*[t] *blasphemiae.* « Quid enim aliud videtur *spiritus blasphemiae,* nisi affectatio vituperationis divinae? » Blasphemia vero ibi accipitur, cum ex infirmitate vel ex[u] ignorantia blasphemat: haec enim[v] est blasphemia quae habet colorem aliquem « excusationis », per quem diminuitur peccatum; *spiritus* vero *blasphemiae* habet circumstantiam per quam aggravatur peccatum: ibi enim « malitia crescit quasi ad quoddam summum ». Sic ergo *spiritus blasphemiae* uno modo dividitur contra blasphemiam, alio vero modo sub blasphemia continetur.

2. Ad aliud vero dicendum quod hoc peccatum dicitur *spiritus blasphemiae,* quia sicut « Spiritus Sanctus spirat ad » laudem et « amorem Dei », ita[x] « iste *spiritus blasphemiae* spirat ad odium Dei » et vituperium[13]. A Chrysostomo autem

---

[a] VRZ om., in F est add. interl., in L add. mg. [b] V add. *enim.* [c] Z *vero.* [d] T om. *restat... habitum.* [e] V om. [f] V *blasphemie.* [g] B *itj.* [h] V *ut utar* pro *i. n.*; L *ut* pro *in.* [i] V *dei.* [k] Z *diaboli.* [l] L om. [m] FRZ om. [n] B *si.* [o] Ita B, alii *similitudine.* [p] F *est irremissibile* pro *n. e. r.* [q] V om. [r] L *aliquid.* [s] B om. [t] BT *peccatum.* [u] R om. [v] BT *causa.* [x] F *ista,* quod R corr.

1 Cf. Lombard., in h. l. (PL 192, 208), ex Augustino, *Contra mendac.*, c. 19, n. 39 (PL 40, 546).
2 Cap. 12, 31 sq.
3 Cf. *In Matth.*, hom. 41, n. 3 (PG 57, 449); R. Baco, *Op. minus* (ed. J. S. Brewer, London 1859, p. 352).
4 *De Spiritu Sancto,* I, c. 3, n. 54 (PL 16, 717).
5 Matth. 12, 28. 6 Matth. 12, 24.
7 Cf. Matth. 12, 24; Marc. 3, 22; Luc. 11, 15.
8 Rectius *Glossa ordin., In Matth. 12,* 29 (PL 114, 126).
9 In h. l. (PL 107, 930).
10 *Glossa ordin.*, in h. l., ap. Lyran., ex Beda, *In Luc. 12,* 10 (PL 92, 490).
11 Cf. S. Bonav., II *Sent.*, d. 43, dub. 2 (II, 997); cf. supra, num. 481.
12 Pro sequentibus cf. Richard. de S. Vict., *De spiritu blasphemiae* (PL 196, 1189 sq.), qui, ipso teste, sequitur Hugon. de S. Vict., *De amore sponsi ad sponsam* (PL 176, 989).
13 Richard. de S. Vict., loc. cit. (PL 196, 1188).

dicitur *blasphemia Spiritus,* eo quod contra Spiritum Sanctum blasphemat [a], dicens non esse opera Spiritus Sancti, sed diaboli, cum sciat contrarium.

3. Ad tertium vero [b] dicendum quod B. Ambrosius loquitur ratione deceptionis quam [c] posset habere homo, si videret formam Christi in humanitate [d] et non videret miracula: si talis crederet non esse Deum, probabilem [e] videretur habere excusationem. Sed qui videret miracula, sciens quod miracula non sunt nisi a Deo, et attribueret diabolo, talis non haberet excusationem. Et hoc modo intelligitur quod sit peccatum in Spiritum Sanctum attribuere eiectionem [f] daemoniorum ipsi diabolo et non Spiritui Sancto. Nec negatur quin possit esse peccatum in Spiritum Sanctum, si aliquis ex certa malitia blasphemiam dicat in Filium vel etiam [g] in Patrem.

4. Ad quartum dicendum [h] quod non dicitur peccatum in Spiritum Sanctum quia maior falsitas credatur [i]: posset enim hoc esse ex ignorantia humana; sed hoc est quando homo dicit minorem vel maiorem falsitatem ex malitia, et tunc ratione ipsius causae dicitur esse peccatum in Spiritum Sanctum.

5. Ad quintum dicendum quod non dicitur peccatum in Spiritum Sanctum [k], quia non possit esse de eo poenitentia, sed dicti sunt peccasse in Spiritum Sanctum, quia [l], sicut dicit Chrysostomus [1], « sufficientem acceperunt experientiam Spiritus: Prophetae enim per eum locuti sunt et omnes ab eo dona gratiae acceperunt ». Non autem ita cognoverunt Filium carne indutum, et ideo ex illa parte excusationem aliquam poterant habere. Cuius signum fuit quod poenitentibus [m] oravit dimitti in cruce iniuriam sibi factam [2], sed de iniuria [n] facta in Spiritum Sanctum non ita dixit habere veniam, quoniam « daemones eicere et sanitates efficere opus [o] fuit Spiritus Sancti », et ideo ei facta fuit iniuria.

6. Ad ultimum vero [p] dicendum quod, licet Patri approprietur maiestas, tamen iniuriari [q] maiestati, quae communis est Spiritui Sancto cum Patre [r] et Filio, scienter, est peccatum in Spiritum Sanctum. Non enim distinguuntur ista peccata ratione eorum quibus fit iniuria — communis enim est iniuria trium personarum — sed ratione causarum per quas [s] fit inclinatio ad diversa genera peccatorum, scilicet ratione infirmitatis, ignorantiae et industriae sive certae malitiae.

IV. Deinde quaeritur de finali impoenitentia utrum eadem species sit cum obstinatione.

Quod videtur 1. per rationem obstinationis. Obstinatio enim dicitur [3] « induratae [t] in malitia mentis pertinacia, per quam fit homo impoenitens ». Restat ergo, cum per impoenitentiam fiat homo impoenitens, quod [u] in eamdem speciem coincidunt obstinatio et impoenitentia.

2. Ad idem facit quod dicitur in Glossa [4] Matth. 12, 31, super illud: *Spiritus blasphemiae* etc., quae sic incipit: « Qui gratiam Sancti Spiritus » etc.

[Solutio]: 1-2. Ad quod dicendum [v], quod in hoc differunt [x] illae duae species quod obstinatio in hoc differt ab impoenitentia quod obstinatio ponit amorem peccandi in posterum scienter, impoenitentia vero [y] removet dolorem peccati praeteriti scienter.

V. Adhuc etiam quaeritur in quo differt malitia, secundum quod est in ratione obstinationis et secundum quod venit in rationem causae peccati in Spiritum Sanctum.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod malitia, secundum quod est in ratione obstinationis, designat illam quae provenit ex peccato praecedente. Cum autem dicitur quod peccatum in Spiritum Sanctum provenit « ex certa malitia », certitudo respicit malitiam quae est in perpetratione, cum aliquis scilicet scienter aliquam malitiam perpetrat.

687

CAPUT IV.

UTRUM OMNE PECCATUM POSSIT DICI PER ALIQUAM ADDITIONEM PECCATUM IN SPIRITUM SANCTUM.

Quarto quaeritur utrum omne peccatum possit dici per aliquam additionem peccatum in Spiritum Sanctum.

Quod videtur, 1. per hoc quod dicit Ambrosius [5]: « Quod humana fragilitate committitur remissibile est, si [z] congregatio non deseratur;

---

[a] Z add. *dominus,* quod F exp. [b] V om. [c] BT *qua.* [d] V *humilitate.* [e] V *probabile.* [f] V *curationem.* [g] R om. [h] Ita V, alii add. *est.* [i] B *creditur;* Z *magis* pro *maior;* V om. *hoc esse;* R om. *hoc,* in Z est add. mg. [k] F om. [l] B *vel.* [m] B *peccantibus.* [n] T add. *sibi.* [o] L *ipsius.* [p] V om. [q] Z *iniuria.* [r] B *ipso.* [s] L *causas.* [t] Ita V, alii *est indurare* pro *e. d. i.* [u] Ita V, alii om. [v] Ita V, alii add. *est;* R *hac* pro *hoc.* [x] V *diffinit.* [y] B om. [z] Z *sed,* quod F corr.; Z *desideratur* pro *deseratur.*

1 *In Matth.,* hom. 41, n. 3 (PG 57, 449), ubi et reliqua ad sensum occurrunt.
2 Cf. Luc. 23, 34.
3 Lombard., II *Sent.,* d. 43, c. un. (p. 533).
4 Cf. supra, p. 668, nota 12.
5 *Glossa ordin., In Matth. 12,* 31, ap. Lyran.

cum vero diabolica obstinatione deseritur nec ad congregationem reditur, insolubile [a] peccatum est et dicitur in Spiritum Sanctum ». Sed potest [b] contingere quod primo humana fragilitate contrahatur et deinde diabolica obstinatione deseratur congregatio; videtur ergo quod illud peccatum iam fiat in Spiritum Sanctum. Pari ratione potest dici de aliis quae fiunt ex infirmitate vel [c] ignorantia; ergo quodlibet peccatum potest esse in Spiritum Sanctum.

2. Similiter potest ostendi per hoc quod dicitur Levit. 13, ubi loquitur de differentiis leprae et quasdam ponit quae possunt mundari, quamdam autem assignat, sicut dicit Isidorus[1], quae « mundari non potest », et illa significat peccatum in Spiritum Sanctum, et tali lepra infectum iudicabat [d] sacerdos esse pollutum. Cum ergo iste progressus leprae non differat nisi secundum plus et minus, videtur quod illud [e] genus, quod per lepram designatur, possit fieri peccatum in Spiritum Sanctum, quod per lepram perseverantem designatur.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod peccatum in Spiritum Sanctum, sicut dictum est[2], sub duplici ratione sumebatur: uno modo, secundum quod erat peccatum per se distinctum; alio vero modo, secundum quod dicebat aggravationem super genus peccati. Secundum primum modum non omne peccatum potest esse peccatum [f] in Spiritum Sanctum, sicut non [g] omne peccatum est aliquod sex dictorum peccatorum[3]. Secundo vero modo potest aliud peccatum fieri peccatum in Spiritum Sanctum per aggravationem circumstantiae. Sed distinguendum est: si motus peccati originem habet ex fragilitate vel [h] ignorantia, non proprie dicitur peccatum in Spiritum Sanctum, licet ulterius progrediatur per aggravationem circumstantiae: sed si nec fiat ex fragilitate nec ex ignorantia, sed solum « ex certa malitia », tunc dicetur peccatum in Spiritum Sanctum. Si autem aliquis motus, qui diu durat, primo sit [i] ex infirmitate, deinde progrediendo, ex industria, non propter hoc dicendum est quod idem sit peccatum in Patrem et in Spiritum Sanctum, sed secundum unam partem motus dicetur peccatum ex infirmitate, secundum aliam in Spiritum Sanctum.

[Ad obiecta]: 1. Et per hoc solvendum est illud quod obiectum est. Dum enim humana fragilitate contrahitur et non deseritur congregatio [k], remissibile est; cum vero deseritur [l] ex obstinatione diabolica, peccatum est in Spiritum Sanctum.

2. Similiter potest dici de lepra peccati in primo gradu et de [m] lepra peccati consummata. Lepra enim peccati [n] inchoata remediabilis est, consummata vero disponit ad eiectionem a castris[4]. Nec oportet, si idem esse actionis [o] sit secundum naturam vel idem secundum genus peccati, quod propter hoc idem sit peccatum in Patrem vel [p] in Filium quod [q] peccatum in Spiritum Sanctum.

CAPUT V. 688

CUI GRATIAE PER SE ET PRIMO OPPONATUR PECCATUM IN SPIRITUM SANCTUM.

Quinto quaeritur cui [r] gratiae per se et primo opponatur peccatum in Spiritum Sanctum.

Cum enim triplex distinguatur gratia[5] — gratia innocentiae, quam habuit Adam in primo statu; gratia baptismalis, quam habent parvuli qui non perveniunt ad illam innocentiam omnino; gratia poenitentiae — constat quod non per se opponitur primae gratiae: illi enim opponitur originale; nec secundae gratiae per se et primo: illi enim opponitur peccatum mortale actuale quodcumque secundum genus suum. Cum ergo peccatum in Spiritum Sanctum dicat aggravationem peccati quasi in summo[6], opponetur alicui gratiae per se et primo.

Videtur quod opponatur gratiae poenitentiali, *a.* per quam fit reparatio ultimo a lapsu peccati.

b. Hoc etiam videtur per differentias specierum, quae sunt obstinatio, impoenitentia et ita de aliis.

Contra. 1. A gratia poenitentiae cadit homo per quodcumque mortale peccatum; non ergo per se et primo opponitur peccatum in Spiritum Sanctum gratiae poenitentiali.

2. Item, peccatum in Spiritum Sanctum secundum suum gradum est maximum peccatum; si ergo suum oppositum in genere suo est [s] illi proportionale, debet esse gratia ei opposita excellentior in genere gratiae; cum ergo gratia poenitentiae

---

[a] BT *etiam solubile.* [b] V *primo.* [c] F add. *ex.* [d] Ita V, alii *iudicabit.* [e] Ita V, alii *aliud.* [f] B om. [g] T om. [h] R add. *ex.* [i] VRLZ *fit,* quod F corr. [k] B add. *et.* [l] L om. *congregatio... deseritur.* [m] V *ex* pro *e. d.* [n] B om. [o] V *actionum.* [p] R om. [q] V om.; RZ *vel,* quod F corr. [r] BT *cum.* [s] R om.

1 *In Levit.*, c. 11, n. 15 (PL 83, 329).
2 Cf. supra, p. 664, *Solutio.*
3 Cf. supra, num. 685.
4 Cf. Levit. 13 et Isidor., loc. cit.
5 Cf. S. Bonav., II *Sent.*, d. 43, a. 1, q. 1 (II, 983a).
6 Cf. Richard. de S. Vict., *De spiritu blasph.* (PL 196, 1189).

in genere gratiae [a] non videatur maior, non est illa gratia cui per se et primo opponitur peccatum in Spiritum Sanctum.

[Solutio]: Ad quod dicendum [b] quod peccatum in Spiritum Sanctum opponitur illi gratiae poenitentiali per quam fit reparatio a lapsu peccati actualis mortalis. Sed dupliciter dicitur opponi aliquod peccatum illi gratiae: vel quia expellit illam, et hoc modo peccatum actuale mortale, quod perpetrat homo post iniunctam poenitentiam sive post contritionem, dicitur opponi illi gratiae; alio vero modo dicitur opponi illi gratiae quod maxime contrariatur ut non convertatur ad poenitentiam vel ut non sit dignus remissione peccati, et hoc modo dicitur peccatum in Spiritum Sanctum opponi gratiae poenitentiali.

[Ad obiecta]: 1. Et per hoc potest solvi illud quod obiectum est. Peccatum enim in Spiritum Sanctum aliter dicitur opponi quam quodcumque peccatum mortale.

2. Ad secundum vero dicendum quod, licet peccatum [c] in Spiritum Sanctum sit maximum in genere peccati, non tamen oportet quod opponatur maximae gratiae per se et primo. Notandum tamen est quod maior dicitur gratia alia gratia [d] vel propter statum vel propter effectum maiorem vel propter signum maioris misericordiae. Gratia baptismalis dicitur maior ratione effectus: tollitur enim et culpa et poena; gratia vero innocentiae dicitur maior ratione status in persona; gratia vero poenitentiae in signum est maioris misericordiae: quotiescumque enim offendat homo, si convertatur ad Dominum [1] prout oportet, dimittitur ei [e] peccatum, et ideo quoad hoc videtur esse maior, et quia de impoenitentia etiam homo poenitere potest, et sic peccatum in Spiritum Sanctum reddit indignum hac excellenti gratia quoad hoc.

689

CAPUT VI.

QUARE PECCATUM IN SPIRITUM SANCTUM DICATUR IRREMISSIBILE [2].

Sexto quaeritur quare peccatum in Spiritum Sanctum dicitur irremissibile.

I. Et videtur primo [f] quod sit remissibile [g]. 1. Dicit enim Augustinus, in libro *De verbis Domini* [3]: « De nullo desperandum est [h], quamdiu patientia Domini ad poenitentiam [i] adducit. Paganus est hodie, quid si cras sequatur catholicam veritatem? »

2. Item, super illud Psalmi [4]: *Dixit Dominus: Ex Basan* etc., Glossa [5]: « Etiam desperatissimos convertit ». Peccatum ergo in Spiritum Sanctum est remissibile.

3. Item, Isidorus [6]: « Nullus desperare debet veniam [k], etiam si circa finem vitae suae ad poenitentiam convertatur; unumquemque enim Deus ex suo fine, non ex vita praeterita, iudicat ». Quodlibet ergo peccatum ante finem vitae est remissibile; ergo peccatum in Spiritum Sanctum.

4. Item, super illud Psalmi [7]: *Qui sanat omnes infirmitates,* Glossa [8]: « Omnipotenti medico nullus insanabilis languor occurrit ». Ergo languor peccati in Spiritum Sanctum non est insanabilis; ergo peccatum in Spiritum Sanctum non est irremissibile.

5. Item, est triplex esse: esse, quod non sequitur non-esse, et hoc est aeternum; et est esse, quod [l] sequitur non-esse, sed non praecedit, sicut est in angelis: non enim desinunt esse, et istud, secundum quosdam [9], dicitur aeviternum [m] ab aevo; est iterum esse, quod sequitur non-esse et antecedit, sicut [n] est in rebus temporalibus. Sed peccatum in Spiritum Sanctum non habet esse per modum primum aut secundum. Restat ergo quod per modum tertium; ergo est remissibile.

Contra. *a.* Matth. 12, 32: *Qui dixerit in Filium, remittetur ei; qui vero dixerit in Spiritum Sanctum, non remittetur ei.* Et hoc est peccatum in Spiritum Sanctum; ergo est irremissibile [o].

b. Item, Augustinus, in libro *De fide ad Petrum* [10]: « Ii qui peccant *in Spiritum Sanctum, neque hic neque in futuro* [11] remissionem accipiunt peccatorum ».

---

[a] T om. *cum... gratiae.* [b] Ita V, alii add. *est.* [c] V om. [d] L om. *a. g.* [e] Ita V, alii om. [f] V om. [g] V om. [h] R add. *dum est.* [i] R om. *a. p.* [k] L *de venia;* B *et* pro *etiam.* [l] V add. *non.* [m] R add. *non.* [n] F *sic.* [o] Z *hic remissibile.*

1 Cf. Eccli. 17, 21.

2 Cf. Lombard., *In Rom. 2,* 4 (PL 191, 920sq.); Guil. Altissiod., *Summa,* II, tr. 30, c. 4 (fol. 119dsq.); Ioan. de Rupella, *Summa de vitiis* (fol. 26b); S. Bonav., II *Sent.,* d. 43, a. 2, q. 2 (II, 988sqq.).

3 *Sermo* 71, c. 13, n. 21 (PL 38, 456).

4 Psalm. 67, 23.

5 Cf. Lombard., in h. l. (PL 191, 613sq.), ex Augustino, in h. l. (PL 36, 832).

6 *Sentent.,* II, c. 14, n. 6 (PL 83, 617).

7 Psalm. 102, 3.

8 Lombardi, in h. l. (PL 191, 920), ex Augustino, in h. l. (PL 37, 1319).

9 Cf. Cicero, *Somn. Scipion.,* 3.

10 Cap. 3, n. 41 (PL 40, 766).

11 Matth. 12, 32.

c. Item, in libro [a] *De sermone Domini in monte* [1]: « Peccare in Spiritum Sanctum est per malitiam et invidiam fraternam impugnare caritatem post acceptam Spiritus Sancti gratiam; quod peccatum *neque hic neque in futuro* remitti dicimus ».

[Solutio]: Ad quod dicendum [b] quod peccatum in Spiritum Sanctum uno modo dicitur remissibile, alio modo [c] irremissibile. Remissibile autem dicitur tum ratione potentiae divinae remittentis, tum quia homo potest de illo poenitere, excepto peccato finalis impoenitentiae, de quo nullus [d] potest poenitere, in quantum est finalis. Dicitur etiam [e] remissibile, quia secundum esse suum est finibile nisi fuerit causa in alio, scilicet in voluntate peccatoris. Dicitur autem irremissibile quod [f] contrariatur per se gratiae remissionis, et hoc modo dicitur impoenitentia peccatum irremissibile. Dicitur etiam irremissibile [g] quod inhabile est remitti, et [h] hoc modo dicitur obstinatio. Dicitur etiam irremissibile [i], quia indignum est remitti, quia tollit adminiculans [k], et hoc modo impugnatio fraternae gratiae est peccatum irremissibile. Dicitur etiam irremissibile [l] quod non habet colorem excusationis sicut habet peccatum quod est ex [m] ignorantia vel ex infirmitate, et hoc modo quodcumque peccatum in Spiritum Sanctum, quia est ex certa malitia, dicitur irremissibile.

[Ad obiecta]: Ex iis vero potest patere qualiter intelligenda sunt quae obiecta sunt.

1-5. Quod enim primo obicitur, attenditur de peccato quod est remissibile ratione status viatoris, in quo est possibilitas ad gratiam post lapsum. Secundum autem dat intelligere remissibile propter magnitudinem misericordiae divinae, cum « desperatissimos convertit ». Tertium vero dat intelligere remissibile iterum ratione status viatoris. Quartum autem dat intelligere remissibile ratione potentiae Redemptoris. Quintum autem dat intelligere remissibile [n] eo quod secundum esse suum est finibile [o], si adsit voluntas ex parte hominis et gratia ex parte Dei.

a-c. Rationes vero quae inductae [a] sunt ad contrarium, dicunt irremissibile, quod [b] vel nunquam remittetur vel propter inhabilitatem aut indignitatem vel quia causam excusationis non habet.

II. Deinde quaeritur de hoc quod dicitur [2] quod [c] *qui dixerit in Spiritum Sanctum, non remittetur hic neque in futuro.*

Videtur enim quod superfluum sit illud quod additur 'neque dimittetur in futuro'. 1. Cum hoc enim sit mors homini quod casus angelo [d] [3], post casum [e] autem angeli non est dimissio peccati, post mortem [f] ergo hominis non est dimissio peccati [g]: idem ergo est dicere '*non dimittetur in futuro*' et '*non dimittetur hic*'.

2. Praeterea, dicit Augustinus, in *Enchiridion* [4]: « Nemo speret, quod hic neglexit, cum obierit [h], apud Deum promereri; omne enim meritum, quo possit quispiam post hanc vitam relevari, hic comparatur [i] ». Non ergo videtur quod aliqua fiat dimissio peccati in futuro eius quod hic non est dimissum; superflue ergo adicitur illa copulatio.

[Solutio]: 1-2. Ad quod dicendum [k] [5] quod aliqua dimittuntur hic quoad culpam et quoad poenam, aliqua vero dimittuntur hic quoad culpam et non [l] quoad poenam, sicut est de peccatis quibusdam mortalibus, de quibus non est facta satisfactio in praesenti; aliqua vero, sicut videtur dicere Gregorius, quae post mortem dimittuntur et quoad culpam et quoad poenam. Dicit enim in *Moralibus* [6]: « Sunt quaedam levia, quae, si [m] in hac vita nondum sunt remissa, post mortem gravant, sed remittuntur, si digni sunt ». Et magis explanatur per hoc quod dicit Augustinus, *Ad Iulianum* [7]: « Si nulla remitterentur in iudicio novissimo, puto quod Dominus non dixisset [n] de quodam peccato [8]: *Non remittetur in hoc saeculo neque in futuro* ». Sive ergo culpae secundum se tollantur in futuro sive non, aliqua sunt peccata quae dimittuntur in futuro quoad poenam, « si homo bonis [o] actibus in hac vita, ut ibi dimittantur, promeruit [9] ».

---

[a] Ita V, alii om. *i. l.* [b] Ita V, alii add. *est.* [c] BT om. [d] B *malus.* [e] B om. [f] V *quia.* [g] BT om. *d. e. i.* [h] V om. [i] Ita V, alii om. [k] V *adminiculationem.* [l] VR om. *d. e. i.* [m] V om. [n] R om. *ratione... remissibile.* [o] V *sanabile*, LZ *finabile*; FRZ om. *est.*

[a] Ita V, alii *ducte.* [b] V *quia.* [c] L om. [d] Ita V, alii *angeli.* [e] Z *occasum*, quod F corr. [f] T om. [g] B om. *post mortem... peccati.* [h] F *obicterit.* [i] Ita FR, alii *operatur.* [k] Ita V, T *respondendum est*, alii add. *est.* [l] V om. [m] RZ om., in F est add. interl. [n] V *dixit.* [o] T *bonus.*

1 Lib. I, c. 22, n. 75 (PL 34, 1267).
2 Matth. 12, 32; cf. Lombard., IV *Sent.*, d. 21, c. 1 sqq. (p. 880 sqq.).
3 Cf. Damascen., *De fide orthod.*, II, c. 4 (PG 94, 878).
4 Cap. 110 (PL 40, 283).
5 Cf. supra, num. 286.
6 Potius *Dialog.*, IV, c. 39 (PL 77, 396), verbotenus in *Glossa ordin., In Matth. 12,* 32 (PL 114, 127).
7 *Contra Iulian. Pelag.*, VI, c. 15, n. 45 (PL 44, 848).
8 Matth. 12, 32.
9 *Glossa ordin.*, loc. cit.

QUAESTIO IV.

DE DESPERATIONE.

Quoniam vero desperatio gravissima species est peccati in Spiritum Sanctum, dicendum est de desperatione. Circa quam haec possunt quaeri:

Si desperatio est peccatum, secundum illam [a] definitionem peccati quam ponit Augustinus [1]: « Peccatum est [b] conversio » etc. sive « peccatum est spreto incommutabili bono [c] adhaerere commutabilibus bonis »;

secundo, utrum sit peccatum idem cum spe sive confidentia quae est in creatura;

tertio, utrum desperatio possit [d] esse cum fide informi an non;

quarto, utrum desperatio sit de potentia Dei sicut de voluntate divina;

quinto, utrum desperatio, prout est peccatum, permaneat in damnato secundum actum;

sexto, de comparatione desperationis ad alia peccata et de comparatione [e] partium inter se;

septimo, utrum desperare de salute proximi sit peccatum;

octavo, de remedio peccati desperationis.

690 CAPUT I.

UTRUM DESPERATIO SIT PECCATUM SECUNDUM DEFINITIONEM AUGUSTINI.

Ad primum sic: videtur quod non sit peccatum secundum illam rationem. 1. « Peccatum enim est conversio ad mutabile bonum cum aversione ab incommutabili [2] ». Sed in desperatione, quantum est de se, non est nisi aversio: avertitur enim a summa bonitate; quod patet ex ratione eius: desperatio enim est de Dei [f] bonitate diffidentia, sicut habetur [g] [3] Rom. 2,5; cum autem dicitur diffidentia de Deo, a Deo notatur aversio, vel, secundum quod dicit Augustinus, in libro *De fide ad Petrum* [4], desperatio est diffidentia de Dei misericordia.

Contra. *a.* Nullus voluntate avertitur actualiter a summo bono nisi aliquid aliud alliciat ipsum per concupiscentiam; sicut enim dicitur [h] Iac. 1, 14-15: *Unusquisque abstractus* [i] *a concupiscentia sua et illectus tentatur* [k]*; concupiscentia autem, cum conceperit, parit peccatum.* Cum ergo desperans tentetur, a sua concupiscentia est illectus; concupiscentia autem est respectu mutabilis boni; desperans ergo convertitur ad mutabile bonum.

[Solutio]: 1. Ad quod dicendum [l] quod, licet desperatio principaliter respiciat aversionem a misericordia Dei, nihilominus tamen aliquod habet illectivum [m]. Et si quaeratur quid sit [n] illud, dicendum est quod hoc [o] est delectatio in magnitudine peccati, ratione cuius desperat de venia. Et hoc innuitur in Glossa [5] super illud Levit. 10, 16: *Inter haec* [p] *hircum* etc.: « Peccatum in Spiritum Sanctum est in sceleribus usque ad finem vitae suae [q] perseverare, de salute sua desperare ». Conversio ergo ad delectationem peccati est initium desperationis. Hoc etiam patet per hoc quod dicit Chrysostomus [6], ostendendo gradus in peccato ipsius Cain. Primo enim diabolus praeparat [r] ipsum deteriora offerre; secundo invidiam [s] et aemulationem accendit [t]; tertio interficere persuasit; deinde negare inquinatam occisionem; post non desistit quousque verticem malorum desperationem superimposuerit [u].

---

[a] BT *aliam.* [b] RLZ om., in F est add. interl. [c] Ita V, alii add. *et;* R om. *bono.* [d] V om. [e] B om. *desperationis... comparatione.* [f] VRLZ om., in F est add. interl. [g] V add. *ad.* [h] Ita V, alii add. *in.* [i] BT *arbitratus.* [k] Z add. *a.* [l] Ita V, alii add. *est.* [m] FZ *intellectivum.* [n] Z *est.* [o] RZ *hec.* [p] V om. [q] B om. [r] V *preparatum.* [s] B om. [t] RLZ *attendit,* quod F corr. [u] Ita B, alii *superimposuit.*

1 Cf. supra, p. 274, sub n. 1 sq.

2 Cf. nota 1.

3 Cf. Lombard., in h. l. (PL 191, 1339) et II *Sent.*, d. 43, c. un. (p. 533).

4 Cf. c. 3, n. 40 (inter opp. Augustini PL 40, 766).

5 Gratiani, *Decretum,* C. 33, q. 3, *De poen.*, dist. 3, c. 35 (I, 1222); *Ordin.*, in h. l., ap. Lyran.

6 *In Gen.*, hom. 19, n. 5 (PG 53, 164).

CAPUT II. 691

UTRUM DESPERATIO SIT IDEM PECCATUM CUM CONFIDENTIA IN CREATURA.

Secundo quaeritur utrum sit idem peccatum cum spe sive confidentia quae est in creatura. Est autem confidere in creatura [a] propter se peccatum; unde dicitur [b] I ad Tim. ultimo, 17: *Divitibus huius saeculi praecipe non* [c] *sperare in incerto divitiarum;* et in Psalmo [1]: *Nolite sperare in* [d] *iniquitate, et divitias nolite concupiscere;* et Ierem. 17, 5: *Maledictus homo, qui confidit in homine et ponit carnem brachium suum, et a Domino recedit cor eius.* Potest ergo quaeri si desperatio sit peccatum [e] idem quod ista vana spes [f] sive vana confidentia.

Quod videtur, 1. per hoc quod dicit Gregorius [2]: « De Creatore desperasset, si spem in creatura posuisset ». Ex quo videtur quod sicut aversio ab incommutabili bono et conversio ad mutabile bonum unum esse peccati constituunt, ita confidentia in creatura indebita et diffidentia de Deo; ergo desperatio erit idem peccatum cum vana spe.

Contra. *a.* Contingit aliquem peccare peccato vanae spei et non de Deo desperare; ergo non sunt unum peccatum.

b. Praeterea, confidentia vana in creatura, sicut est in cupido vel ambitioso, est peccatum remissibile; desperatio autem est peccatum irremissibile; ergo non sunt unum peccatum. — Quod concedendum est.

Ad obiectum 1. autem in contrarium dicendum est quod illud verbum Gregorii non arguit necessario hoc esse illud, sed hoc aliquando sequi ad illud. Vel 'desperare' potest accipi ibi non pro omnimoda privatione spei, sed ut sit sensus: non omnino de Deo sperat qui sperat in creatura. Qui enim spem suam ponit in creatura, non totam spem suam ponit in Deo, et sic potest privari perfectio spei.

CAPUT III. 692

UTRUM DESPERATIO POSSIT ESSE CUM FIDE INFORMI AN NON.

Tertio quaeritur utrum desperatio possit esse cum fide informi an non.

Et videtur quod non. 1. Sicut enim se habent ad invicem fides formata et spes formata, sic se habent ad invicem fides informis et spes informis. — Quod potest probari ex commutata proportione. Sicut enim se habet fides formata ad fidem informem, sic [g] spes formata ad spem informem: ergo permutatim, sicut se habet fides formata ad spem [h] formatam etc.; sed fides formata et spes formata simul sunt necessario; ergo fides informis [i] et spes informis simul sunt necessario; sed spes informis et desperatio opponuntur; ergo desperatio et fides informis non sese compatiuntur.

Contra. *a.* Sicut dicit Augustinus, in *Enchiridion* [3], in hoc differunt fides et spes, quia fides est praeteritarum, praesentium et futurarum rerum, similiter etiam et malarum et bonarum, fides est etiam de iis quae pertinent non tantum ad nos, sed etiam ad [k] alios; spes autem nonnisi bonarum rerum nec nisi futurarum et ad se pertinentium proprie; unde dicit Apostolus, ad Rom. 8, 25: *Si, quod non videmus, speramus, per patientiam exspectamus.* Potest ergo aliquis habere fidem informem et tamen desperare, sicut potest habere motum fidei aliquem et tamen non sperare [l]: potest enim aliquis credere vitam aeternam aliis futuram et tamen de se ipso desperare.

[Solutio]: Ad quod dicendum [m] quod spes informis, prout gignitur ex fide informi, respicit illum articulum [4] qui est de remissione peccatorum et illum [n] qui est de vita aeterna. Secundum hoc ergo quod fides informis ponit cum integritate omnes articulos, desperatio, quae [o] privat spem informem, privat fidem informem in quantum ipsa est generativa spei [p] informis, non tamen privat fidem informem simpliciter. Fides enim informis potest manere in quantum ipsa est

---

[a] T om. *est... creatura.* [b] T om. [c] Z *ne.* [d] LZ om. [e] Ita V, alii om. [f] RZ *species.* [g] R *si,* quod F corr. [h] V om. *informem... spem.* [i] L om. [k] RL om., in F est add. interl. [l] T *desperare.* [m] Ita V, alii add. *est.* [n] F add. mg. *etiam.* [o] T om. [p] R *speciei,* quod F corr.

1 Psalm. 61, 11.
2 *Moral.,* XXII, c. 2 (PL 76, 213).
3 Cap. 8 (PL 40, 234).
4 Scilicet *Symboli fidei.*

generativa timoris servilis, cum ipsa desperatione, sicut contingit in damnatis.

Ad obiectum 1. autem in contrarium dicendum est quod [a], licet fides formata et spes formata quoad quid similiter se habeant, sicut fides informis et spes informis, et hoc est secundum rationem causalitatis, non tamen omnino similiter se habent quoad rationem simultatis. Fides enim informis aliquando est cum timore servili sine spe; fides autem formata, quae est cum timore initiali vel filiali [b], semper ponit spem.

693

CAPUT IV.

UTRUM DESPERATIO SIT DE POTENTIA DEI SICUT DE VOLUNTATE DIVINA.

Quarto quaeritur I. utrum desperatio sit de potentia Dei sicut de voluntate divina.

Et videtur quod non. 1. Primus enim articulus in Symbolo fidei est de omnipotentia Dei [c], sicut habetur in [d] Symbolo Apostolorum, cum dicitur: « Credo in Deum Patrem omnipotentem ». Articulus autem pertinens ad bonitatem, qua fit remissio peccatorum, designatur, cum dicitur: « Remissionem peccatorum ». Cum ergo infideles etiam omnipotentem credant, non diffidunt quin possit remittere, sed quod nolit remittere; hoc videtur esse desperantium: « desperatio enim est [e] qua quis de Dei bonitate diffidit », sicut habetur [1] super illud ad Rom. 2, 5: *Secundum duritiam cordis tui.* Restat ergo quod sic non desperatur de potentia Dei in peccato desperationis quemadmodum de bonitate sive [f] misericordia.

2. Praeterea, qui desperat, ex hoc videtur desperare quia rigorem divinae iustitiae considerat, non considerando divinam misericordiam; sed considerando rigorem divinae iustitiae ponit Dei potentiam; ergo non discredit eam; non ergo desperatio ponit diffidentiam de potentia, immo magis certitudinem.

Contra. *a.* Dicit Gregorius [2], exponens illud Gen. 4, 13: *Maior est iniquitas mea* etc.: « Peccata peccatis adiciens desperat nec se credit veniam posse adipisci, quae est *blasphemia in Spiritum Sanctum,* quae *non remittetur in hoc saeculo neque in futuro* [3], quia putat Deum nolle remittere aut non posse, tamquam omnia non possit aut invideat saluti humanae ». Ex quo habetur quod aliquis desperat de potentia divina, non tantum de bonitate sive misericordia.

II. Praeterea, quaeritur utrum aliquis desperans putare valeat quod sua malitia excedat bonitatem Dei.

Quod non, videtur. 1. Quantumcumque enim crescat malitia hominum, in infinitum excedit bonitas Dei: bonitas enim Dei est simpliciter infinita, sed omnis malitia hominis terminum habet; cum ergo naturaliter impressum sit homini, non tantum ex fide, quod immensa sit bonitas Dei, nullus in tantum desperare potest ut putet suam malitiam excedere bonitatem divinam.

2. Item, bonitas naturalis, quae diminuibilis est per peccatum, nullatenus potest omnino tolli per peccatum; ergo bonitas illa naturalis excedit peccatum; sed bonitas divina excedit illam bonitatem creatam; ergo excedit illam malitiam; nullus ergo pertractans [g] putare potest suam malitiam excedere bonitatem divinam.

[Solutio]: I. 1-2. Ad primum [h] dicendum quod homo per desperationem in hoc cadere potest ut non tantum desperet de misericordia Dei [i] qua dimittit peccata, sed etiam de potentia dimittendi peccata illi [k]; sed hoc [l] est profundatio desperationis, et tunc cadit in defectum fidei informis qua [m] creditur omnipotentia Dei, et iste potest esse de illis de quibus dicitur [4] in Ierem. 2, 16: *Filii Mempheos et* [n] *Taphnes constupraverunt te usque ad verticem.* Sed non oportet quod omnis desperans de potentia desperet, licet desperet de misericordia [5]; et si desperet de omnipotentia, non oportet [o] quod desperet de potentia: potentiam enim divinam credit [p], etsi non credat omnipotentiam quoad effectum remissionis peccatorum. — Et per hoc solvitur primo obiectum.

II. 1-2. Ad secundo vero obiectum dicendum [q] quod malitiam humanam excedere bonitatem Dei dupliciter intelligitur. Uno modo ut credatur quod malitia excedat effectum remissionis, qui [r] est ex misericordia prout respondet satisfactioni, et hoc modo [s] malitia dicitur excedere bonitatem quantum ad remissionem quae respondet satisfactioni [t]. Secundum autem quod bonitas sive

[a] B *quoniam.* [b] LZ *finali.* [c] V om. [d] R *de.* [e] V om. [f] V add. *de.* [g] V *desperans.* [h] V *quod.* [i] F om. [k] F *illius.* [l] Ita V, alii *hec.* [m] F add. interl. *non.* [n] R om. [o] V *tamen.* [p] V *crederet.* [q] V add. *est.* [r] BT *quia.* [s] B om. [t] R om. *et hoc... satisfactioni.*

1 Cf. supra, p. 678, nota 3.

2 Cf. *In septem Psalm. poenit., Psalm. 4,* n. 12 (PL 79, 591); verbotenus in *Glossa ordin.,* in h. l., ap. Lyran.

3 Cf. Matth. 12, 31 sq.

4 Cf. Gregor. M., *Moral.,* XXV, c. 10, n. 27 (PL 76, 338).

5 Cf. S. Bonav., II *Sent.,* d. 43, a. 3, q. 2, *ad 1* (II, 995a).

misericordia habet effectum remissionem peccati, generaliter excedit misericordia sive bonitas malitiam. Cum ergo dicitur quod quidam putant suam malitiam excedere bonitatem Dei, hoc attenditur ratione remissionis quae ad [a] satisfactionem pertinet vel ad hoc ut homo faciat quidquid potest ut veniam mereatur, et hoc modo dixit Cain [1]: *Maior est iniquitas mea quam ut veniam merear.* Reliquo vero modo nullatenus putatur ut malitia alicuius hominis excedat divinam bonitatem.

CAPUT V. 694

UTRUM DESPERATIO, PROUT EST PECCATUM, PERMANEAT IN DAMNATO SECUNDUM ACTUM [2].

Quinto quaeritur utrum desperatio, prout est peccatum, permaneat in damnato secundum actum.

Quod videtur. 1. Ponatur enim quod aliquis decedat in mortali peccato; cum iam damnatus est, desperat de remissione peccati: nam, si speraret, minueretur [b] poena; dicitur autem Iob penultimo [3]: *Spes eius frustrabitur;* restat ergo quod desperationem habet in futuro; sed nihil prohibet habitum illum progredi in actum. Restat ergo quod post mortem erit peccatum desperationis in actu sicut ante mortem.

2. Si forte dicatur quod actus ille post mortem involuntarie [c] fit, ante mortem [d] vero voluntarie, et ideo ante mortem est peccatum, post mortem vero non — contra: Necessitas, qua homo se inducit in peccatum, non aufert ei quin sit peccatum. Restat ergo: si homo post mortem inducitur in necessitatem desperationis, non propter hoc aufertur ei esse peccati, ut involuntarie fiat eo quod ex necessitate fit [e].

3. Praeterea, dicitur Apoc. 16, 11 quod *blasphemaverunt Deum caeli prae doloribus et vulneribus suis, et non egerunt poenitentiam,* ubi datur intelligi quod desperaverunt, et loquitur ibi de damnatis. Restat ergo quod damnati peccant peccato desperationis.

Contra. *a.* Dicitur Ioan. 9, 4: *Veniet nox, in qua nemo potest operari.* Ex quo designatur quod post mortem nec est operari ad meritum nec ad demeritum.

b. Similiter habetur Eccle. 9, 6, ubi dicitur: *Amor et odium et invidiae simul perierunt,* ubi videtur dici quod post mortem nec est mereri nec [f] demereri [4].

[**Solutio**]: 1. Ad quod dicendum [g] quod in damnatis est desperatio in augmentum poenae [5], sed non est ibi [h] per modum peccati in actu, ut ex hoc demereantur, sed ut eorum poena sciatur esse perpetua.

2. Ad id vero quod obicitur, dicendum est quod, licet ibi diffidant de misericordia, nulla [i] est ibi delectatio, quae eos tunc inducat, et ideo non dicitur voluntarius huiusmodi actus. Et distinguendum [k] quod dicitur aliquid necessarium dupliciter: vel quia est [l] ex violentia vel quia est ex [m] debita iustitia, et utroque istorum modorum dicetur esse involuntarium, quod opponitur peccato. Dicitur autem alio modo necessarium quod habet aliquid de voluntate propria vel alterius et per consuetudinem sive legem cum voluntate dicitur necessarium, et hoc modo potest esse culpabile; secundum quem modum dicitur aliquod [n] peccatum necessarium, quod ex consuetudine est inductum vel ex originali corruptione, prout dicitur de originali peccato. Et hoc modo nihil prohibet esse peccatum et nihilominus [o] ex necessitate esse inductum [6]; sic autem non est de desperatione prout est poena in damnatis.

CAPUT VI.

DE COMPARATIONE DESPERATIONIS AD ALIA PECCATA ET DE COMPARATIONE PARTIUM INTER SE.

ARTICULUS I. 695

Utrum desperatio sit maximum peccatum.

Sexto quaeritur de comparatione desperationis ad alia peccata et de comparatione partium inter se.

Et videtur quod sit maximum peccatum, *a.* per hoc quod dicitur Prov. 24, 10: *Si desperaveris,* Glossa [7]: « Nihil execrabilius est desperatione,

---

[a] T om. [b] V add. *de,* R add. *eius,* LZ add. *ex,* quod F exp. [c] V *in voluntate.* [d] T om. [e] R *sit;* BT om. *ex.* [f] FRL *vel.* [g] Ita V, alii add. *est.* [h] R *nisi.* [i] V *in illa.* [k] V add. *est.* [l] V om. [m] Z om., in F est add. interl. [n] Z *quod,* quod R corr. [o] V *voluntarium.*

1 Gen. 4, 13.
2 Cf. Lombard., *In Rom. 2,* 6 (PL 191, 1341).
3 Cap. 40, 28.
4 Cf. *Glossa ordin.,* in h. l., ap. Lyran.
5 Cf. S. Bonav., III *Sent.,* d. 21, a. 2, q. 2, *ad 4* (III, 685b).
6 Cf. Augustin., *Contra Iulian. op. imperf.,* IV, c. 103 (PL 45, 1398).
7 *Ordin.,* in h. l., ap. Lyran.

quam qui habuerit, et[a] in generalibus huius vitae laboribus et, quod peius est, in fidei certamine constantiam perdit ». Ergo peccatum desperationis est maximum peccatum, cum nullum sit execrabilius eo.

b. Item, Hieronymus, *Ad Rusticum, De poenitentia*[1]: « Nihil ita offendit Deum quam desperatione meliorum[b] haerere peioribus ». Quod autem magis offendit Deum, est maius peccatum; ergo desperatio est maius peccatum aliis.

c. Item, qui « ad mortem peccant, tantam habent ignorantiam et caecitatem, ut[c] nec turbentur in sceleribus suis nec poenitentiae dolore crucientur[2] », sicut habetur super illud Matth. 27, 1: *Consilium inierunt principes.* Sed « gravissime peccat qui ignorat », sicut dicit Ambrosius[3]; desperatio autem est *peccatum ad mortem;* ergo desperatio est gravissimum peccatum.

d. Item, spes veniae est principium poenitentiae; sed remoto principio removentur ea quae sequuntur; per desperationem autem removetur principium, per alia peccata tolluntur consequentia ad spem veniae vel gratiae; ergo desperatio est maius peccatum aliis.

e. Item, dicit Chrysostomus[4]: « Tristari in peccatis immoderate diabolica est methodia; ostendit autem hoc Iudas, qui se ipsum strangulavit[d 5] ». Sed hoc est maximum peccatum, per quod diabolo assimilamur; hoc autem est desperatio, cum tristatur aliquis in peccatis[e] immoderate; ergo hoc est maximum peccatum.

f. Item, maius est descendere in infernum quam peccare ad mortem; sed alia[f] peccata possunt dici[g] peccata ad mortem, sicut dicit Isidorus, in libro *De summo bono*[6]: « Perpetrare flagitium aliquod[h] mors animae est »; sed « desperare est descendere in infernum », sicut potest illud exponi in Psalmo[7]: *Descendant*[i] *in infernum viventes,* et dicit Isidorus[8]: « Contemnere poenitentiam, permanere in culpa, desperare est in infernum descendere ». Restat ergo quod desperatio est maius peccatum aliis.

Contra. 1. Fides est fundamentum omnis virtutis; ergo haeresis vel apostasia, qua homo recedit a fide, cum privet fundamentum, erit[k] maius peccatum desperatione: desperatio enim tollit spem, sed illud peccatum tollit fidem.

2. Item, peccatum, quod potest tolli per poenitentiam, minus est illo peccato[l] quod non potest tolli; sed desperatio est peccatum quod potest tolli per poenitentiam, impoenitentia vero finalis non potest tolli; ergo maius est peccatum[m] finalis impoenitentiae quam sit peccatum desperationis; non ergo peccatum desperationis est maximum.

3. Item, caritas est excellentior inter virtutes; illud ergo peccatum quod principalius repugnat caritati est maius inter peccata; sed impugnatio fraternae caritatis est peccatum quod principalius opponitur[n] caritati, desperatio vero spei; ergo impugnatio fraternae caritatis est maius peccatum desperatione.

[Solutio]: 1-3. Ad quod dicendum quod desperatio propter unam causam[o] dicitur maius peccatum, propter vero alias causas alia peccata, quae numerata sunt, dicuntur maiora. Desperatio enim dicitur maius peccatum propter hoc quod in rebus laboriosis, quae ad perfectionem vitae pertinent, perdit homo constantiam, et ita tollitur perseverantia, cui principaliter merces redditur[p]. Dicitur etiam maius peccatum, quia per desperationem cadit homo in tantam profunditatem peccati ut omnino non putet esse futurum iudicium, et penitus fiat infidelis, omnipotentiam divinam non credendo. Unde dicit Hieronymus[9]: « Desperatio infidelitatis est[q] indicium[r]; qui desperat salutem[s], non putat futurum iudicium; quod si metueret, bonis operibus se iudici praepararet ». Dicitur etiam maius peccatum, id est periculosissimum, propter adiunctam ignorantiam, qua homo periculum status sui ignorat. Dicitur etiam maius peccatum, quia[t] privat confidentiam finis; dicitur etiam maius[u], quia inducit hominem, ut se ipsum occidat; dicitur etiam maius, quia assimilatur descensui[v] inferni.

Secundum has ergo conditiones potest dici desperatio gravissimum peccatum respectu illorum quae non habent illas conditiones, sed non propter hoc dicetur[x] maius omnibus aliis peccatis. Unde nihil prohibet infidelitatem, utpote haeresim vel apostasiam, quoad aliud esse maius illo peccato, in hoc scilicet quod tollit fundamentum omnium virtutum, et ita penitus aedificium spirituale destruitur. Similiter potest dici de finali

---

[a] Z om. [b] Codd. *malorum;* Z *pecoribus* pro *peioribus.* [c] R om. [d] VF *transgulavit.* [e] Z om. *i. p.* [f] V *si ergo* pro *s. a.* [g] R *sunt* pro *p. d.* [h] LZ *quod.* [i] V *descendent;* R vacat *sicut... infernum;* L om. *viventes.* [k] V *est.* [l] T om. [m] R repet.; Z add. *peccati,* quod F exp. [n] T *est oppositum.* [o] V *rationem.* [p] R om. [q] R add. *in,* quod F exp. [r] Ita F, alii *iudicium;* BT add. *quod.* [s] VFLZ *saltem.* [t] L *quod.* [u] V add. *peccatum.* [v] R *descensus.* [x] VLZ *dicitur,* quod F corr.

1 *Epist.* 122, n. 1 (PL 22, 1039).
2 Cf. *Glossa ordin., In Matth. 27,* 4, ap. Lyran.
3 Cf. Ambrosiaster, *In Rom. 2,* 5 (PL 17, 65); Lombard., *In Rom. 2,* 4 (PL 191, 1338); cf. supra, p. 328a.
4 *In Matth.,* hom. 86, n. 4 (PG 58, 768).
5 Cf. Matth. 27, 5.
6 *Sentent.,* II, c. 14, n. 2 (PL 83, 617).
7 Psalm. 54, 16.
8 Loc. cit.
9 Loc. cit., nota 1.

impoenitentia, quae[a] ratione irremediabilitatis praefertur desperationi et aliis peccatis. Eodem modo[b] impugnatio fraternae caritatis sive gratiae fraternitatis quoad hoc[c] dicitur excedere, quia magis gratiae, quae in caritate perficitur, contrariatur.

ARTICULUS II. 696

Utrum desperatio ratione sui generis dicatur maius peccatum aliis.

Adhuc etiam addi potest: Si peccatum desperationis ratione sui generis, quod est peccatum in Spiritum Sanctum, maius dicatur?

Et hoc videtur, *a.* per hoc quod dicit Augustinus, loquens de peccato desperationis, in libro *De sermone Domini in monte*[1]: « Tanta est labes illius peccati ut deprecandi humilitatem subire non possit, etiam si peccatum suum mala conscientia et[d] agnoscere et enuntiare[e] cogatur. Cum enim dixisset Iudas[2]: *Peccavi tradens sanguinem iustum,* facilius desperatione cucurrit ad laqueum quam humilitate veniam est deprecatus ». Et per hoc vult designare quod est peccatum in Spiritum Sanctum, quod est irremissibile. Et per hoc designatur quod ratione sui generis est maius peccatum aliis.

b. Et hoc videtur per hoc quod dicit Leo Papa[3]: « Sceleratior omnibus, o Iuda, et infelicior extitisti[f], quem non poenitentia revocavit ad Dominum, sed desperatio traxit ad laqueum ». Ex quo videtur quod desperatio, prout est in genere peccati in Spiritum Sanctum, sit maius[g] aliis.

Sed videtur quod peccatum desperationis non contineatur sub peccato in Spiritum Sanctum, et ita ratione illius non est maius. 1. Dicitur enim Prov. 10, 29, super illud: *Pavor illis qui operantur malum,* Glossa[4]: « Sunt qui scientes iudicium, nihilominus negligentia vel desperatione vel industria peccant ». Dividitur ergo desperatio contra peccatum ex industria; sed peccatum in Spiritum Sanctum[h] est peccatum ex industria; ergo peccatum ex desperatione dividitur contra peccatum in Spiritum Sanctum et ita ratione peccati in Spiritum Sanctum[i] non dicetur esse maius aliis.

[Solutio]: 1. Ad quod dicendum quod tanguntur hic tres differentiae peccati, quae possunt sic[k] distingui, ut industria respiciat cognitionem generis peccati, negligentia vero circumstantias, desperatio vero terminum remissionis, et secundum hoc desperatio distinguetur[l] ab industria. — Vel aliter potest distingui desperatio ab industria et negligentia, ut negligentia reducatur ad peccatum ex ignorantia, large sumpto vocabulo, desperatio vero[m] ad peccatum ex infirmitate, peccatum vero ex industria dicatur illud peccatum quod est ex certa malitia, et secundum hoc non dicetur hic desperatio, prout est peccatum in Spiritum Sanctum.

a-b. Illud[n] vero quod dicit Augustinus, in libro *De sermone Domini in monte,* et quod dicit Leo Papa de desperatione, attenditur prout est[o] peccatum in Spiritum Sanctum, et ita aliter accipitur in illa Glossa desperatio et aliter in illis[p] auctoritatibus.

ARTICULUS III. 697

De comparatione partium desperationis inter se.

Item, aliquis desperat de misericordia Dei quantum ad bona temporalia, sicut est de pauperibus qui sunt in tribulatione et miseria; aliqui desperant de misericordia Dei quoad bona spiritualia, sicut est de iis qui desperant de remissione peccatorum et de vita aeterna. Potest ergo quaeri quae illarum desperationum praefertur alteri.

Et videtur quod illa quae est de misericordia in bonis spiritualibus. 1. Praeferuntur enim bona spiritualia bonis temporalibus; ergo spes

---

[a] R *qua,* quod F corr. [b] T om. [c] T *quo* pro *q. h.* [d] V *econtra,* L om. [e] R *annuntiare.* [f] R vacat. [g] V add. *peccatum.* [h] T *scilicet* pro *i. S. S.* [i] V om. *et ita... Sanctum.* [k] V om. [l] V *distinguitur.* [m] RZ om., in F est add. interl. [n] VF *ad illud.* [o] B om. [p] V om.

1 Lib. I, c. 22, n. 74 (PL 34, 1266).
2 Matth. 27, 4.
3 *Sermo* 54, c. 3 (PL 54, 320); ap. Gratian., *Decretum,* C. 33, q. 3, *De poen.,* dist. 3, c. 39 (I, 1224) et *Glossa ordin., In Matth. 27,* 5, ap. Lyran.
4 *Ordin., In Prov. 10,* 28, ap. Lyran.

misericordiae in iis praefertur [a] spei misericordiae in illis; ergo et [b] desperatio praefertur desperationi.

Contra. *a.* Quibus confert Dominus bona spiritualia, confert et bona quae sunt ad necessitatem vitae temporalis: haec enim sunt misericordiae generalis, illa vero misericordiae specialis; desperare ergo de misericordia qua illa conferuntur, est desperare de misericordia qua ista conferuntur et non e converso; ergo maior est desperatio qua homo desperat de misericordia generali, qua dantur temporalia bona quae sunt ad necessitatem vitae, quam desperatio misericordiae qua conferuntur bona spiritualia.

b. Quod etiam videtur per ordinem positum in Psalmo [1], ubi dicitur: *Homines et iumenta salvabis, Domine, quemadmodum multiplicasti misericordiam tuam, Deus,* Glossa [2]: « Misericordia [c] temporalis communis est [d] bonis et malis », spiritualis vero est [e] propria bonis; et [f] temporalem praemittit, spiritualem vero subiungit, quae notatur per misericordiae multiplicationem. Qui ergo desperat de misericordia generali, per consequens desperat de multiplicatione misericordiae.

c. Hoc etiam videtur, quia minus est dare ista bona temporalia quam spiritualia; qui ergo desperat de dono Dei in minoribus, per consequens desperat de dono Dei in maioribus, sicut [g] qui non vult mihi dare domum aliquam, non vult mihi dare [h] castrum; sed si non vult dare [i] castrum, non ex hoc praesumitur quod nolit dare domum; unde diffidentia rei maioris non ponit per consequens diffidentiam rei minoris.

[Solutio]: 1. Ad quod dicendum [k] quod, licet bona spiritualia sint maiora quam bona temporalia, tamen [l] desperatio misericordiae quoad ista bona temporalia maior est quam desperatio misericordiae quoad bona spiritualia, nec debet ibi attendi consequentia in ipso, sed in contrario. — Et per hoc possunt solvi quae obiecta [m] sunt. Et licet bona temporalia possint dari sine spiritualibus et spiritualia sine bonis temporalibus, tamen diffidentiae non sic se habent, sed diffidentia respectu misericordiae generalis, secundum quam dantur bona temporalia, ponit per consequens diffidentiam misericordiae specialis, secundum quam dantur bona [n] spiritualia et non e converso.

698

CAPUT VII.

UTRUM DESPERARE DE SALUTE PROXIMI SIT PECCATUM.

Septimo quaeritur utrum desperare de salute proximi sit peccatum.

Et videtur quod non. 1. Sperare enim sive confidere de salute proximi non semper est motus virtutis: qui enim confidit de salute aeterna proximi non praecedentibus meritis, non habet motum virtutis, sed praesumptionis; ergo desperare, quod ei opponitur, non semper est motus peccati.

Contra. *a.* Sicut dicit Augustinus [3]: « De quocumque pessimo in hac vita constituto non est desperandum ». Si ergo desperat [o], peccat.

b. Item, desperare de salute proximi est desperare de misericordia Dei, qua salus confertur; sed [p] peccatum est desperare de misericordia Dei; ergo peccatum est desperare de salute proximi, dum est in via.

c. Praeterea, magis cognoscit homo ea quae sunt in se ipso quam ea quae sunt in alio; sed quantumcumque cognoscat malum in se ipso vel quantumcumque duraverit, non est desperandum de venia, et, si [q] desperat, peccat. Unde dicitur in *Prologo Psalterii* [4]: « Nulli, quantumcumque delinquenti, de venia ac misericordia Dei diffidendum est, assumpta poenitendi humilitate ». Et dicit Isidorus [5]: « Nullus desperare debet veniam, etiam [r] si circa finem vitae convertatur ». Restat ergo quod nullus debet desperare de alterius salute sive peccatorum remissione.

[Solutio]: Ad quod dicendum est quod de nemine desperandum est, dum est in via, et, si desperat, peccat: hoc enim est de Dei misericordia desperare.

Ad obiectum 1. autem in contrarium respondendum [s] quod, licet confidere de salute proximi non sit opus virtutis semper, tamen ex opposito desperare de salute spirituali ad peccatum pertinet. Confidere enim de salute non ponit totum esse in actu virtutis, sed confidere oportet de salute, id est [t] de venia, praecedente naturaliter [u] gratia, et de vita aeterna, praecedente gratia et meritis; desperatio autem hoc totum tollit, et ideo reducitur [v] ad esse peccati.

---

[a] Ita V, alii om. [b] BT om. [c] Ita V, alii om.; L om. *Glossa.* [d] T om. [e] L om. [f] V add. *etiam.* [g] L om. *desperat... sicut.* [h] V om. *domum... dare.* [i] B add. *mihi.* [k] Ita V, alii add. *est.* [l] R om. [m] F *absoluta.* [n] Z om. *temporalia... bona.* [o] V *desperet.* [p] V add. *primo.* [q] Z om. [r] V *hic.* [s] BTF (interl.) add. *est.* [t] V *et* pro *t. e.*, quod L om. [u] Z om. *p. n.* [v] Z *dicitur.*

1 Psalm. 35, 7 sq.

2 Lombardi, in h. l. (PL 191, 364), ex Augustino, in h. l. (PL 36, 349 sqq.).

3 *Retract.*, I, c. 19, n. 7 (PL 32, 616).

4 Lombard. (PL 191, 57).

5 *Sentent.*, II, c. 14, n. 6 (PL 83, 617).

CAPUT VIII. 699

QUOD EST REMEDIUM PRINCIPALE CONTRA DESPERATIONEM.

Octavo quaeritur quod est remedium principale contra desperationem.

Et ad hoc notandum[a] quod principale remedium est confidentia de Christo passo pro humano genere, quod erat in peccato. Unde super illud ad Rom. 5, 6: *Pro impiis mortuus est*, Glossa[1]: « Ne desperes de eius potentia cuius apparet talis in morte benevolentia, a quo tales arrhas accepimus quod donavit impiis mortem suam, qui servat iustis vitam suam ».

Item, Chrysostomus[2]: « Raab meretrix erat, sed salvata est[3]; latro homicida fuit, sed paradisi civis factus est[4]; Saulus[b] blasphemus fuit[c], sed Apostolus Dei factus est[5]. Haec sunt Dei[d] paradoxa, haec considera, et nunquam desperes ».

Similiter dicitur II Reg. 11, 4, super illud: *Dormivit cum ea*[e], Glossa[6]: « De statu suo, David cadente, nemo superbiat; de lapsu etiam, resurgente David, nemo desperet. Mirabiliter Scriptura et superbos premit et humiles levat ».

---

[a] FZ add. *est*. [b] Z *salus*, quod L corr. [c] B *erat*. [d] R om. [e] R *illa*.

1 Lombardi, in h. l. (PL 191, 1382).
2 *In Psalm. 50*, circa finem (inter opp. Chrysost. PG 55, 531).
3 Cf. Iosue 6, 17 sqq.; Iac. 2, 25; Hebr. 11, 31.
4 Cf. Luc. 23, 43.
5 Cf. I Tim. 1, 13 et 2, 7.
6 *Ordin.*, in h. l., ap. Lyran., ex Gregorio M., *Moral.*, XXXIII, c. 12, n. 23 (PL 76, 687).

TRACTATUS SEXTUS

DE PECCATIS EX TIMORE MALE HUMILIANTE ET AMORE MALE ACCENDENTE

QUAESTIO I.

DE PECCATIS EX TIMORE ET AMORE IN GENERE.

Habitum est supra de divisione illa peccati quae est: aliud est peccatum ex infirmitate, aliud ex ignorantia, aliud ex certa malitia. Consequenter dicendum est de illa divisione peccati quae est: peccatum [a] aliud est ex amore male accendente [b], aliud ex timore male humiliante, de qua dicitur in Psalmo [1]: *Incensa igni et suffossa* etc.

Primo ergo quaeritur de ratione divisionis in se;

secundo, de partibus divisionis.

De ratione divisionis quaeritur secundum [c] hunc modum:

Primo [d], utrum amor illicitus et timor illicitus dividant ipsa genera peccatorum, an omne peccatum, quod est ex timore, fiat ex amore;

secundo, cuiusmodi sit haec ratio divisionis, videlicet secundum quam rationem peccati accipiatur [e].

700

CAPUT I.

DE RATIONE DIVISIONIS IN SE.

Primo autem obicitur quod penes ista duo convenienter sumatur divisio peccati.

Quod videtur, *a.* per Glossam [2] super illud Psalmi [3]: *Incensa igni et suffossa,* ubi dicitur quod « omnia peccata sunt vel propter cupiditatem vel propter timorem », et nomine cupiditatis intelligitur amor rei nondum habitae. Et iterum subiungit [4]: « Omne peccatum duae res faciunt in homine, scilicet cupiditas et timor, sicut e contra amor Dei et timor eius ducunt ad omne bonum ». Ex quo videtur quod recte differentiae peccati accipiuntur secundum timorem male humiliantem et amorem male accendentem.

b. Item, malum et bonum sunt contraria et e diverso dividuntur; ergo divisio peccati, quae accipitur secundum illa [f], est conveniens divisio, ita quod nihil quod cadit sub una differentia cadit sub altera.

c. Item, dicit Augustinus, in libro *De duabus animabus* [5]: « Voluntas est animi motus, nullo cogente, ad aliquid non admittendum vel adipiscendum ». Voluntas igitur terminatur ex una parte in non admittendo malum, ex alia parte in adipiscendo bonum; sicut autem voluntas recta est in iis duabus differentiis, ita et voluntas distorta; peccatum autem accipitur secundum voluntatem distortam; erunt ergo differentiae peccati.

d. Item, differentia tentationis est secundum rationem cupiditatis et timoris, sicut habetur [g] [6] Matth. 26, 44: « Est trina [h] tentatio cupiditatis, ita et timoris ». Cum ergo differentiae tentationis

---

[a] V om. [b] FRZ add. *et.* [c] B *in.* [d] Ita V, alii om. [e] V *accipitur.* [f] Z *illam.* [g] V *legitur.* [h] V *trita.*

1 Psalm. 79, 17; cf. Lombard., in h. l. (PL 191, 765 sq.), ex Augustino, in h. l. (PL 36, 1027).

2 Lombardi, in h. l. (PL 191, 765 sq.), ex Augustino, in h. l. (PL 36, 1026).

3 Psalm. 79, 17.

4 Loc. cit.

5 Cap. 10, n. 14 (PL 42, 104).

6 *Glossa ordin.*, in h. l. (PL 114, 170), ex Augustino, *Quaest. Evang.*, I, q. 47 (PL 35, 1332).

accipiantur secundum timorem et amorem, differentiae peccatorum recte accipiuntur secundum easdem differentias.

Contra. 1. Super illud I[a] Ioan. 2, 15: *Nolite diligere mundum* etc.[b], Glossa Bedae[1]: « Sicut dilectio Dei est fons omnium virtutum, ita dilectio mundi omnium vitiorum ». Si ergo vitium ex amore sit fons omnium aliorum[c], vitium ex timore sub vitio ex amore continetur; nulla ergo est divisio 'peccatum aliud est ex timore male humiliante, aliud ex amore male accendente'.

2. Item, Augustinus, in libro *De libero arbitrio*[2]: « Clarum est iam nihil aliud quam libidinem in toto male faciendi genere dominari ». Si ergo omne quod libet, in quantum huiusmodi, amatur, « clarum est in toto genere male[d] faciendi nihil aliud dominari » quam peccatum ex amore. Non ergo dividitur ex amore et timore omne peccatum.

3. Hoc etiam videtur ex eo quod infra sequitur[3]: « Convenit inter nos omnia male facta non ob aliud[e] mala esse nisi quod libidine, id est[f] improbanda cupiditate, fiunt ». Ergo omne malum nonnisi ex improbanda cupiditate fit; non ergo quod fit ex timore[g], dividitur contra illud quod fit ex amore.

4. Item, dicit Gregorius[4]: « Cum praesens poena metuitur et Dei facies non amatur, timor ex tumore est, non ex humilitate ». Sed quod est ex timore est ex amore[h] aliquo inordinato; ergo timor est ex amore inordinato; non ergo inter se dividunt peccatum ex timore et peccatum ex amore.

5. Item, timor videtur esse causa peccati ex amore. Dicitur enim super illud Matth. 14, 5: *Timuit populum*, Glossa[5]: « Timor hominum differt, sed voluntatem non aufert; unde avidiores[i] reddit ad crimen quos aliquando suspendit a crimine ». Ergo timor inducit peccatum ex amore; non ergo duae differentiae ex opposito dividentes peccatum sunt timor et amor tamquam causae peccatorum.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod conveniens est divisio peccati quae supra dicta est. Et dicendum est quod peccatum illud quod est ex timore non est ex amore eiusdem rei illicito, et sic timor illicitus et amor e diverso dividuntur. Secundum autem quod ad diversa referuntur, potest idem actus esse ex timore unius rei illicito et ex[k] amore alterius rei illicito, secundum quod loquimur de actibus aliis peccatorum distinctis ab actu timoris et ab actu amoris. Actus enim iste[l] qui est timere, non est ille qui est amare nec e converso; sed occidere hominem potest esse ex timore inordinato alicuius rei ex una parte et ex amore alterius rei ex altera parte. Item, actus peccati, qui est ex iis duabus causis, potest sic esse ut sit ex timore tamquam ex propinqua causa et ex amore tamquam ex remota vel e converso vel ex utroque tamquam ex propinqua causa[m], e diverso tamen sumpta[n]. Si vero sit ex utroque tamquam ex propinqua causa, potest esse quod amor sit principalis causa motus vel timor causa principalis motus.

[Ad obiecta]: 1-3. Iis intellectis, respondendum est ad obiecta per divisionem. Divisio enim, quae facta est super illud: *Incensa igni et suffossa*, attenditur quantum ad essentiam peccatorum et quantum ad causalitatem secundum[o] rationem causae propinquae vel secundum rationem causae[p] principalis, ut dicatur quod essentialiter peccatum timoris[q] non est peccatum amoris, nec peccatum quod est ex timore male humiliante tamquam ex propinqua causa et[r] principali, est ex amore male accendente tamquam ex propinqua causa et principali, sed potest esse ex timore[s] tamquam ex causa propinqua et ex amore tamquam ex causa remota. Et secundum hoc solvendum est quod ex alia[t] parte obiciebatur, ubi dicebatur quod peccatum quod erat ex timore, fuit ex amore tamquam ex causa[u] prima. Et hoc modo intelligitur illud quod dicit Beda, *Super Canonicam Ioannis*, et Augustinus similiter. — Aliud etiam notandum quod amor est prima causa omnis peccati; non sic autem est de timore, et ideo dicit Augustinus, in libro *De libero arbitrio*, quod « clarum est nihil aliud quam libidinem in toto male faciendi genere dominari »; et iterum: « Convenit inter nos omnia male facta esse ex libidine ».

4. Ad aliud vero[v] quod obicitur 'timorem esse ex timore, et ita ex amore': dicendum est quod ibi accipitur timor tamquam propinqua causa, amor vero tamquam remota. Loquitur tamen ibi de motu timoris servilis, qui differt a motu timoris humani et mundani.

5. Ad illud vero quod dicitur Matth. 14, 5 dicendum est quod actus ille principaliter fuit ex amore tamquam ex propinqua causa et principali — et loquitur ibi de homicidio Ioannis — sed fuit ex timore occasionaliter. Timor enim,

---

[a] RZ om. [b] B *dicit.* [c] B add. *et.* [d] B om. [e] V *alia* pro *o. a.* [f] V *et* pro *i. e.*; RZ add. *in*, quod F exp. [g] R add. *Dei.* [h] L om. *e. e. a.* [i] B *auditores.* [k] Ita V, alii om. [l] V *ille*, quod F corr. [m] R om. *et ex... causa.* [n] V *transsumpta* pro *t. s.* [o] B *super.* [p] B om. *propinquae... causae.* [q] L *timor.* [r] T om. [s] V *amore.* [t] BT *altera.* [u] FR add. *propinqua.* [v] V om.; BT *illud* pro *aliud.*

1 *In I Ioan. 2*, 16 (PL 93, 92), verbotenus in *Glossa ordin.*, in h. l. (PL 114, 696).
2 Lib. I, c. 3, n. 8 (PL 32, 1225).
3 Loc. cit., c. 4, n. 10 (PL 32, 1226).
4 *Moral.*, IV, c. 27, n. 50 (PL 75, 662).
5 *Ordin.*, in h. l. (PL 114, 135).

cum differt aliquod peccatum, ardentiorem reddit ipsum peccatorem ad peccandum propter ipsam [a] dilationem.

Si vero obiciatur quod idem dicitur motus, qui est recessus [b] ab uno loco et accessus ad alium [c], sicut recessus a Thebis et accessus ad Athenas [1], et hoc modo possit dici idem motus peccati [d] qui fit ex timore et qui fit ex amore: nam timor est fuga animi a malo, amor vero est appetitus boni, et ita videtur unus [e] esse motus timoris et amoris — dicendum est quod non est simile. Timere enim dicit actum quemdam qui est alius ab eo qui est amare. Nec est simile in motibus animae usquequaque et [f] in motibus exterioribus. Nullus enim dicit timere et amare eumdem esse motum secundum rem; recessum autem ab uno et accessum ad alium locum oppositum dicet [g] quis esse eumdem motum.

701 CAPUT II.

SECUNDUM QUOD GENUS CAUSAE ACCIPIATUR PRAEDICTA DIVISIO.

Deinde quaeritur de praedicta divisione quae fit secundum timorem et amorem, cum fiat secundum causam, secundum quod genus causae accipiatur.

Cum enim dicimus [2]: *Omne, quod est in mundo, aut est* [h] *concupiscentia oculorum aut concupiscentia carnis aut superbia vitae,* fit divisio peccatorum secundum causam. Potest ergo quaeri in qua causa differt haec divisio a praedicta.

[Solutio]: Ad quod dicendum [i] quod utraque dicitur attendi secundum causam motivam, sed in hoc distinguitur quod una divisio est secundum conditionem causae motivae formalem, illa scilicet quae est 'peccatum aliud ex timore, aliud ex amore [k]'; alia vero [l] secundum conditionem causae motivae materialem, cum dicitur: *Aut est* [m] *concupiscentia carnis aut* est [n] *concupiscentia oculorum* etc. Concupiscentia enim, cum dividitur secundum concupiscibile, cum concupiscibile sit motivum concupiscentiae, dividitur secundum [o] formam; cum autem concupiscentia dividitur ex parte concupiscentis sive secundum conditionem ipsius, dicitur esse divisio secundum materiam [3]. Aliud etiam attendendum est [p] quod divisio, quae est secundum timorem et amorem, attenditur secundum bonum et malum in genere: dico autem apparens bonum et apparens malum. Alia vero divisio dat intelligere differentias concupiscibilium.

QUAESTIO II.

DE PECCATIS EX TIMORE ET AMORE IN SPECIE.

TITULUS I.

DE PECCATIS EX TIMORE MALE HUMILIANTE [4].

Consequenter dicendum est de peccato timoris specialiter et de peccato amoris illiciti consequenter.

Circa vero timorem malum quaeritur:
Primo, quid sit;
secundo, utrum sit mortale peccatum vel non;
tertio, quae sint [q] differentiae timoris, prout est peccatum, sive sint species sive non;
quarto, de eo quod est timendum vel [r] non timendum, et hoc est de materia timoris;
quinto, de causa inducente timorem humanum;
sexto, utrum excuset a peccato;
septimo, de ipsius opposito.

---

[a] Z *quam.* [b] V *in recessu.* [c] BTF (mg.) add. *locum.* [d] BT *primo.* [e] BT *unius.* [f] Z om. [g] VRLZ *dicit,* quod F corr. [h] T om. [i] F add. *est.* [k] V om. *a. e. a.* [l] V om.; BT add. *est.* [m] Ita T, alii add. *ex.* [n] Ita T, alii *ex.* [o] T om. [p] BTL om. [q] VFLZ *sunt.* [r] R *et.*

1 Cf. Aristot., *Phys.*, III, c. 3 (II, 276).
2 I Ioan. 2, 16.
3 Cf. infra, p. 705 sqq.
4 Cf. Lombard., III *Sent.*, d. 34, cc. 3-9 (p. 700 sqq.); S. Bonav., III *Sent.*, d. 34, p. 2, a. 1, q. 2 et dub. 2 sq. (III, 757 sqq.).

CAPUT I. 702

QUID SIT TIMOR MALUS[1].

Circa primum sic: *a.* Dicit Augustinus super illud Ioan. 10, 12: *Mercenarius et qui non est pastor, videt lupum venientem,* Glossa[2]: « Timor est fuga animi ne perdat quod amat », et intelligitur definitio timoris.

b. Item, Augustinus talem ponit definitionem eius[a], in libro *De civitate Dei*[3]: « Timor est perturbatio animi in exspectatione mali futuri ».

c. Ioannes vero Damascenus[4] ponit hanc: « Timor est praeter naturam irrationalis[b] systole, id est contractio ».

Iis habitis, quaeritur de prima definitione. 1. Videtur enim quod non recte definiatur, cum definiatur per suum oppositum contrarie. Amor enim opponitur contrarie timori; definitur autem per amorem; ergo male.

2. Praeterea, timor, secundum quod est donum Spiritus Sancti, non recte definitur per fugam: secundum hoc enim timor reverentiae esset fuga; nullum autem malum est, a quo fugiendum est, habenti timorem reverentiae in patria; sed timor malus et timor bonus in genere conveniunt; ergo timor malus[c] non debet definiri per fugam.

3. Quaeritur etiam, cum sint plures definitiones timoris, in quo differat haec definitio[d] ab aliis.

[Solutio]: 1. Ad quod dicendum quod non definitur timor per suum oppositum; amor enim, qui est in ratione timoris, non opponitur timori, sed est causa ipsius.

2. Ad secundum vero[e] dicendum quod timor malus recte definitur per fugam: respicit enim semper apparens malum, etsi non sit simpliciter malum. Timor autem bonus aut est viae aut patriae. Si est viae, respicit quod est in veritate malum quod accidere potest; timor autem reverentiae, qui est in patria, non respicit malum, sed dicit resilitionem a summa maiestate in suam parvitatem[f]. Et concedendum est quod fuga animi non est illud quod est generale in omni timore, sed in omni timore qui est viae; resilitio vero est illud quod commune est in omni timore, sive sit bonus sive malus.

3. Ad tertium vero[g] dicendum quod differunt hae[h] rationes timoris in hoc quod prima determinatur secundum causam timoris, secunda autem determinatur secundum[i] genus timoris, tertia vero determinatur secundum esse materiale et naturale ipsius timoris.

CAPUT II.

UTRUM TIMOR MALUS SIT PECCATUM ET QUALE.

Secundo quaeritur utrum timor sit peccatum[k] mortale vel non.

Et primo, occasione huius quaeritur utrum sit peccatum;

secundo, utrum[l] mortale vel veniale.

ARTICULUS I. 703

Utrum timor malus sit peccatum.

Arguitur autem quod non sit peccatum, 1. per hoc quod peccatum et poena dividunt malum in genere; quod ergo est in genere poenae, non est in genere peccati[m]; sed timor est in genere poenae, quod patet per hoc quod dicit Gregorius[5]: « Testem nequitiae suae habet semper timorem », et loquitur de perverso, qui semper habet poenam timoris[n]. Restat ergo quod timor est poena; non ergo est in genere peccati.

Contra[o]. *a.* Dicitur in Evangelio[6]: *Nolite timere* etc.; sed prohibitio non fit nisi peccati; ergo timor est peccatum[p].

b. Item, Apoc. ultimo[7], timidi inter peccatores computantur; ergo timor est peccatum.

---

[a] B om. [b] BT *irrationabilis.* [c] R om. *in genere... malus.* [d] R om. [e] V om. [f] Z *pronitatem.* [g] VB om. [h] BT *iste.* [i] Ita V, alii *per.* [k] B om. [l] F add. *sit.* [m] T om. *quod... peccati.* [n] V *timorem.* [o] V *sed contra.* [p] Z *peccati.*

1 Cf. S. Bonav., loc. cit., q. 3 et dub. 1 (III, 765sqq.).
2 *Ordin.*, in h. l. (PL 114, 397), ex Augustino, *In Ioan.*, tr. 46, n. 8 (PL 35, 1732).
3 Cf. lib. XIV, c. 6 (PL 41, 409).
4 *De fide orthod.*, III, c. 23 (PG 94, 1090).
5 *Moral.*, XII, c. 41 (PL 75, 1008).
6 Matth. 10, 28 et 31; 14, 27; 17, 7 et alibi.
7 Cf. infra, num. 704, n. 1.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod timor aliquando nominat passionem, aliquando nominat actum. Cum autem [a] nominat passionem solam, tunc est poena; cum autem nominat actum potentiae, qui a voluntate egreditur terribili aliquo movente, dicetur esse peccatum. Aequivoce autem dicitur de timore secundum quod dicitur peccatum et secundum quod dicitur poena.

[Ad obiecta]: 1. Et per hoc solvitur illud quod obiectum est. Prima enim ratio respicit timorem secundum quod est poena vel in praesenti vel in futuro.

704 ARTICULUS II.

Utrum timor malus sit peccatum mortale vel veniale.

Secundo quaeritur utrum sit veniale vel mortale.

Et [b] videtur quod sit mortale. 1. Dicit enim Beda[1], exponens illud quod dicitur in Apoc. penultimo, 8: *Timidis et incredulis* etc.: « Cum infidelibus, peccatoribus et fornicatoribus [c] timidi et formidolosi computantur, sic inter nefanda crimina timoris et formidinis crimen [d] ponitur ». Restat ergo quod timor est mortale peccatum, cum inter nefanda crimina computetur.

2. Item, timor male humilians opponitur amori [e] qui est caritas, sicut habetur super illud Psalmi[2]: *Incensa igni et suffossa:* timor enim male humilians cor constringit et quasi gelicidium facit, amor vero bene incendens cor inflammat et dilatat. Restat ergo quod timor malus [f] et amor rectus opponuntur; si ergo timor [g] malus tollit amorem rectum, et quod tollit amorem rectum est peccatum mortale, ergo [h] timor malus est peccatum mortale.

Contra, videtur quod sit veniale peccatum. *a.* Timor enim pusillanimitatis retrahit a perfectione, cum non sufficiat ad retrahendum a praecepto; sed quod retrahit a perfectione et non a praecepto est veniale peccatum; ergo timor malus est veniale peccatum. — Quod autem retrahat a perfectione, etsi non a praecepto, habetur super illud Deuter. 20, 8: *Corde pavido* etc., Glossa[3]: « Docet non posse quemquam professionem contemplationis vel militiae [i] spiritualis arripere, qui adhuc nudari terrenis [k] operibus pertimescit [l] ne infirmitate mentis suae revertatur ». Sed talis timor tantum a perfectione retrahit, licet non a praecepto; ergo timor est veniale peccatum.

b. Item, Iudic. 7, 3: *Qui formidolosus est* etc., Glossa[4]: « Timidus est qui primo aspectu ad congressum trepidat, non tamen toto corde terretur, sed reparari et animari potest ». Sed peccatum mortale totum cor occupat; ergo huiusmodi timor non est mortale peccatum.

[Solutio]: Ad quod dicendum [m] quod timor aliquando est veniale peccatum, aliquando mortale. Mortale peccatum [n] est, cum praeponitur bonum commutabile bono incommutabili, sicut est de illo qui metu mortis aut tribulationis negat Deum. Timor autem est veniale peccatum, quando temporalia mala timentur [o] sub Deo, salva observantia divinorum praeceptorum; unde, si [p] aliquis ex timore non perficit illud quod est consilii divini, peccat venialiter — quo modo autem, hoc infra habetur[5] — nisi consilium convertatur ei in praeceptum ratione voti aut professionis. Est autem multiplex timor: quidam naturalis, et ille non est peccatum; quidam vero ex deliberatione procedens, sed tamen ratione infirmitatis carnis, eo quod credit non sufficere, retrahitur, et talis iterum non est peccatum; quidam vero ex delectatione quadam, veniali tamen [q], retrahitur, et talis timendo venialiter peccat [r]. Et secundum hunc modum distinguendum in iis qui [s] a perfectione retrahuntur.

705 CAPUT III.

QUAE SINT DIFFERENTIAE TIMORIS PROUT EST PECCATUM.

Tertio quaeritur quae sint differentiae timoris prout est peccatum.

a. Et ponuntur [t] duae differentiae, super illud[6]: *Beati omnes qui timent Dominum;* dicitur enim [u][7]:

---

[a] VR om. [b] FRL om. [c] Ita BT, F om. *p. e.*, alii om. *e. f.* [d] R *crimine.* [e] Z *timori.* [f] Codd. *mali.* [g] V *amor.* [h] VFRZ om., in L est add. interl. [i] V *malitie.* [k] F *terreni.* [l] VRLZ *pertimescat,* quod F corr. [m] Ita VR, alii add. *est* [n] V om. [o] Z *continentur.* [p] T *sicut.* [q] BT *cum,* Z *causa.* [r] B om. [s] FR *que.* [t] V *ponuntur autem* pro *e. p.* [u] V add. *ibi.*

1 Potius Origenes, *In Iudic.*, hom. 9, n. 1 (PG 12, 988).
2 Psalm. 79, 17; cf. supra, p. 686, litt. *a.*
3 *Ordin.*, in h. l., ap. Lyran., ex Isidoro, *In Deuter.*, c. 15, n. 1 sq. (PL 83, 365).
4 *Ordin.*, in h. l., ap. Lyran., ex Origene, loc. cit. (PG 12, 986 sq.).
5 Cf. infra, p. 693, *Solutio.* 6 Psalm. 127, 1.
7 Lombard., in h. l. (PL 191, 1161), ex Augustino, in h. l. (PL 37, 1677 sq.).

« Humanus timor est, quo timemus pati pericula carnis vel perdere bona mundi ». Et ita duplex est timor, carnalis scilicet [a] et mundanus.

b. Super illud autem Matth. 26, 44: *Oravit tertio,* notatur [1] triplex esse timor malus, scilicet « timor mortis et timor vilitatis [b] et timor doloris, contra quae omnia docet nos muniri oratione »; et ita sunt tres differentiae.

c. Secundum autem Ioannem Damascenum [2] ponuntur sex species: « Segnities, erubescentia, verecundia, admiratio, stupor, agonia. Segnities [c] est timor futurae operationis; erubescentia est timor in exspectatione convitii; verecundia vero [d] est timor in turpi actu [e] eius quod insperabile [f] est ad salutem; admiratio est timor ex magna [g] imaginatione; stupor vero est timor ex insolita imaginatione procedens; agonia [h] est timor ex infortunio ». Sic ergo sex sunt species, quarum plures pertinent ad timorem malum. Potest ergo quaeri quae sit differentia inter has divisiones timoris.

d. Praeterea, sicut duplex est ira, propassio et passio [3], sic duplex est timor, propassio et passio; « motus, cui non consentitur, propassio est, accedente vero consensu, passio est [i], et tunc dicitur esse mors in domo [4] ». Sic ergo duae sunt differentiae timoris praeter supra dictas.

1. Praeterea, potest quaeri quantum ad primam divisionem timoris, quae est 'alius est timor carnis, alius mundi'. Cum enim triplex sit materia peccati, scilicet bonum exterius et bonum inferius et bonum interius [k], secundum autem duas differentias contingat [l] esse timorem, potest quaeri quare non secundum tertiam.

2. Item, dicitur [5] de illo timore, qui est humanus, quod [m] « in primo gradu cum mundo [n] deseritur », quod videtur falsum. Multi enim sunt qui deserunt mundum, et tamen timorem carnis vel mundi [o] non deserunt. Restat ergo quod ille timor non semper cum mundo [p] deseritur.

3. Item, quantum ad secundam divisionem potest similiter obici quod insufficiens sit divisio, cum dicitur 'timor mortis, timor vilitatis et [q] timor doloris'. Cum enim sint plura bona mutabilia quae sunt amissibilia, quorum unum est divitiae, alterum est [r] gloria, alterum fama, alterum potentia, alterum fortitudo corporis vel [s] pulcritudo, et ipsa etiam vita carnis, cum ergo tot sint bona amissibilia, quemadmodum una differentia timoris accipitur penes mortem, quae vitae opponitur, et alia penes vilitatem, quae opponitur [t] honori vel famae, et tertia penes dolorem, qui [u] opponitur gaudio, ita possunt accipi differentiae penes timorem paupertatis, ignominiae et impotentiae.

4. Item, de differentiis quas assignat Damascenus potest similiter obici. Cum enim timor sit respectu rei difficilis, hoc autem non videatur ad aliquam praedictarum [v] differentiarum pertinere, non videtur esse sufficiens divisio.

5. Similiter, timor est rei terribilis, ut mortis, qui non videtur sub aliqua differentiarum contineri.

6. Praeterea, timor dicitur, secundum Augustinum [6], « voluntas fugiendi id quod adversatur, vel fuga animi », sicut dictum est [7]. Restat ergo, cum non [x] in omnibus differentiis respiciatur malum futurum, quod dicitur adversari vel esse fugibile, non recte sumuntur species ipsius timoris.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod prima divisio timoris attenditur secundum duo quae laedi possunt principaliter: potest enim aliquis laedi in carne, potest etiam laedi in possessione; tertia vero differentia non convenit 'ut per se laedatur in anima [y]', sed ex consequenti. Et ideo duae attenduntur differentiae timoris: timor carnalis et timor mundanus, secundum quod timetur malum carnis vel malum quod opponitur possessioni sive bono exteriori. Dicitur autem timor carnis aliquando timor humanus per appropriationem, secundum quod dicitur [8] quod duae sunt species timoris libidinosi: timor mundanus et timor humanus; et dicitur timor humanus, quo homo timet pelli suae, et hoc est cum homo timet malum corporis; ratione tamen subiecti uterque timor dicitur humanus.

[Ad obiecta]: 1. Ad id vero quod obicitur quare secundum tertiam differentiam boni, penes quam accipitur divisio peccati, scilicet penes illud quod respondet *superbiae vitae,* non accipiatur differentia una timoris: dicendum est quod illud bonum, quod est ex parte animae, non dicitur ita amissibile sicut illud quod est ex parte carnis vel [z] ex parte mundi, et ideo penes illud non accipitur differentia vel, si accipitur, continetur large sub eo qui est timor mundanus, utpote timor vilitatis aut contemptibilitatis, qui respondet amori superbiae.

---

[a] V om. [b] V *vitalis.* [c] R add. *vero.* [d] VF om. [e] Ita V, alii *acto.* [f] Ita F, VRLZ *inspectabile,* BT *inspirabile.* [g] T add. *admiratione vel.* [h] Ita VF, alii add. *vero.* [i] R om.; V om. *esse,* in F est add. interl. [k] V *superius.* [l] VBT *contingit,* quod F corr. [m] V add. *est.* [n] V *mundus;* B om. *c. m.* [o] BT *mundum.* [p] V *sit cum mundus* pro *c. m.* [q] R om. [r] VF *vero.* [s] V *et.* [t] R *ponitur.* [u] VBT *que.* [v] T *istarum.* [x] L om. [y] V *est differentia* pro *i. a.* [z] Ita BT, V *quod,* alii add. *quod.*

1 *Glossa ordin.,* in h. l. (PL 114, 170), ex Beda, in h. l. (PL 92, 116).
2 *De fide orthod.,* II, c. 15 (PG 94, 931).
3 Cf. supra, p. 538b. 4 Cf. nota 3.
5 Lombard., III *Sent.,* d. 34, c. 4 (p. 701), et *In Psalm. 127,* 1 (PL 191, 1161), ex Augustino, in h. l. (PL 37, 1680).
6 *De civit. Dei,* XIV, c. 6 (PL 41, 409).
7 Cf. supra, p. 689, nota 2 et 3.
8 Cf. supra, nota 5.

2. Ad id vero quod obicitur quod 'ille timor cum mundo [a] deseritur': dicendum [b] quod hoc intelligendum est de iis qui plene [c] deserunt mundum, non sicut claustrales dicuntur mundum deserentes. Sed quanto [d] plus deseritur amor mundi, tanto plus deseritur timor [e] ei respondens. Unde Gregorius[1]: « Qui in hac vita nulla prospera appetit, nulla proculdubio adversa pertimescit ». Quisquis enim [f] exteriora, quae etiam nolenti subtrahuntur, appetit, sua se sponte extraneo [g] timori substernit.

3. Ad id vero quod obicitur de secunda divisione, dicendum est quod secunda divisio accipitur secundum tria principalia quae timentur, quae mala aestimantur: ex parte animae dolor, qui opponitur gaudio; ex parte corporis mors, cui opponitur vita; ex parte vero boni extrinseci sumitur vilitas [h], quae opponitur honori et huiusmodi bonis temporalibus propter quae homo honoratur, sicut sunt divitiae, potentia, generositas. — Ad illud vero quod obicitur circa illam divisionem, dicendum est quod, licet sint [i] plura mala quae timentur ex parte corporis praeter mortem et plura extra praeter vilitatem [k], tamen secundum principaliora accepta est illa differentia.

4. Ad illud vero quod obicitur de divisione Damasceni, dicendum est quod ratio illius divisionis talis potest esse: differentia enim timoris aut est [l] respectu eius cuius principium est in nobis aut [m] respectu eius cuius principium est extra. Si respectu eius quod in nobis est, aut illud est bonum aut malum, sed utrobique aestimatum [n] malum. Si autem fuerit respectu boni, sed aestimati mali, sic dicitur segnities; si vero respectu mali, quod aestimatur malum, dicitur verecundia. Si vero respectu eius quod est extra, aut est in verbo aut in facto. Si in verbo, dicitur erubescentia: est enim erubescentia « timor in exspectatione convitii[2] ». Si vero fuerit in facto, aut cuius praecessit cognitio aut cuius non praecessit. Si cuius non praecessit, dicitur agonia, cum aliquod infortunium accidit, quod repentinum dicitur. Si vero cuius cognitio praecessit — dico autem imaginationem cognitionem — aut hoc est propter causam quae est ex parte [o] rei in se, et secundum hoc dicitur admiratio; aut hoc est propter causam rei in comparatione ad accipientem, et sic dicitur stupor. « Admiratio enim est ex magna imaginatione [p], stupor vero ex insolita »; 'magnum' autem est conditio rei in se, 'insolitum' autem in comparatione ad nos. — Ad id vero quod obiectum est quod 'contingit esse timorem rei difficilis, et illud [q] non exprimitur in aliqua specierum': dicendum est quod datur intelligi in eo quod dicitur « timor futurae [r] operationis »; segnities enim est timor operationis propter difficultatem.

5. Ad id vero quod obicitur de timore rei terribilis, utpote mortis, dicendum videtur quod aliquando potest contineri sub agonia, aliquando sub stupore. Aliquando enim mors repentina est, aliquando, etsi non sit repentina, ex insolita imaginatione procedit timor.

6. Ad ultimum vero [s] dicendum quod non omnes differentiae timoris accipiuntur in comparatione ad malum futurum, sed magis secundum differentiam eius quod adversatur, prout definitur timor « voluntas fugiendi illud, quod adversatur »; aliquis tamen respectus videtur haberi ad malum aestimatum in futuro.

Adhuc etiam quaeritur si omnes differentiae, quas assignat Damascenus, reducantur ad timorem malum. — Et dicendum [t] quod timor malus dicitur dupliciter[3]: vel ratione poenae, vel ratione culpae. Si autem sumatur ratione poenae, secundum quod timor est passio, commune est in omnibus [u] sex differentiis; si autem ratione culpae, non attenditur commune in omnibus illis.

706

CAPUT IV.

QUID SIT TIMENDUM VEL NON TIMENDUM.

Quarto quaeritur [v] de eo quod est timendum vel non [x] timendum, scilicet de materia timoris. Et potest quaeri de potentia saeculari utrum timenda sit.

1. Dicitur enim I Petri 3, 14: *Timorem eorum ne [y] timueritis*, et dicit Glossa[4]: « Ea quae in eis possunt videri timenda, ut regia potestas et huiusmodi ». Ergo regia potestas et huiusmodi [z]

---

[a] V *mundus.* [b] Ita VF, alii add. *est.* [c] BT *pene.* [d] Codd. *quantum.* [e] L om. *mundi... timor.* [f] R *etiam.* [g] R *extranea.* [h] Z *utilitas.* [i] V *fiunt.* [k] Z *utilitatem.* [l] V om. [m] BT add. *est.* [n] VRZ *estimant,* BT *estimat.* [o] R om. *q. e. e. p.* [p] Ita V, alii *admiratione.* [q] VRLZ *illa,* quod F corr. [r] R om. [s] VR om. [t] Ita BT, alii add. *est.* [u] V add. *iis.* [v] L om. [z] BT add. *est;* R om. *v. n. t.* [y] Ita BT, alii *non.* [z] BT om. *ergo... huiusmodi;* R om. *et.*

[1] *Moral.*, XXII, c. 16, n. 40 (PL 76, 237).
[2] Cf. supra, p. 691a, litt. *c.*
[3] Cf. supra, num. 703, in *Solutione.*
[4] *Ordin.*, in h. l. (PL 114, 685).

non sunt timenda; sed qui timet ex improba voluntate quod non timendum est, peccat; ergo talis peccat.

2. Item, dicitur Matth. 10, 28: *Nolite timere eos qui occidunt corpus* [a], et dicit Beda [1]: « Duo sunt genera persecutorum: unum aperte saevientium, alterum blandientium. Utrumque praecipit Dominus non timeri, quia non habent potestatem in animas iustorum, mundano timore expulso ». Et dicitur super illud Isai. 51, 12: *Quis tu, ut timeas ab homine mortali?* Glossa [2]: « Increpat fideles, ut non timeant tormenta principum ». Et ita videtur quod potentia, quae inferre potest mortem, non est timenda.

3. Similiter dicitur Prov. 29, 25: *Qui timet hominem, cito corruet.* Sed quid est corruere nisi cito cadere in peccatum? Ergo talis cito cadit in peccatum, et videtur de peccato mortali ibi loqui.

Contra. *a.* I Petri 2, 18, ubi dicitur: *Servi, subditi estote in omni timore dominis, non tantum bonis et modestis, sed etiam dyscolis.* Ergo timenda est regia potestas et dominatio.

b. Et iterum, ad Rom. 13, 7, ubi [b] dicitur: *Reddite omnibus debita, cui timorem timorem, cui honorem honorem.* Restat ergo quod potestas regia, quae potest inferre mortem et huiusmodi poenas [c], est timenda.

c. Item, dicit Seneca [3]: « Mors, exilium, luctus non sunt supplicia, sed tributa vivendi ». « Quod debeo, solvere paratus sum [4] ». Non ergo timenda est mors.

d. Item, mors est quid naturale, quod ex necessitate est inflictum pro culpa primorum parentum; non ergo convenit timere mortem.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod est timor naturalis et est timor gratuitus et timor libidinosus; libidinosus etiam quidam venialis, quidam mortalis. Dicendum est ergo quod quoad naturalem timorem secundum naturam primitus institutam non est timenda potestas saecularis; quoad timorem autem qui est ex natura iam lapsa, propter quod constituuntur principes ut cohibeant a peccato, timenda est potestas saecularis, sed sub Domino. Quoad timorem etiam [d] gratuitum timenda est potestas saecularis, sicut habetur ad Ephes. ultimo, 5: *Servi, obedite dominis carnalibus cum timore et tremore in simplicitate cordis sicut Christo, non ad oculum servientes.* Timor autem libidinosus est et mortalis, quando postposito timore Dei timetur potestas saecularis, sicut habetur [5] I Petri 3, 14: « Ne timeatur regia potestas recedendo a fide et dilectione ». Et dicitur Luc. 12, 5, super illud: *Timete eum* etc., Glossa [6]: « Ne quis Deum, quem [e] corde cognoscit, metu cogatur negare, dicit mortem corporis non [f] timendam; hoc autem modo Petrus negavit Dominum [7] ». Est autem timor venialis [g], quo aliquid inordinate timetur [h], salvo tamen fundamento fidei operantis *per dilectionem* [i 8]. Sic ergo patet quo modo timenda est potestas et quo modo non.

[Ad obiecta]: 1-2. Illa enim quae primo obiecta sunt, loquuntur de [k] timore libidinoso et mortali.

3. Cum autem dicitur: *Qui timet hominem, cito corruet,* loquitur de veniali disponente ad mortale.

a-c. Cum autem obicitur ex alia parte quod 'mors est timenda sive potestas quae potest inferre mortem': dicendum [l] quod potestas saecularis est timenda, sicut dictum est [9], timore naturali et timore gratuito, cum scilicet propter Deum timetur. Mors autem naturaliter timetur: quod in Christo apparuit qui « pro nobis mortem [m] assumpsit [10] »; a perfectis autem non timetur mors, qui eam fidei postponunt et pro Christo mortem parati sunt sustinere et mortem habent in desiderio et [n] vitam in patientia.

d. Ad id vero quod obicitur 'mortem ex necessitate esse inflictam, et ideo non timendam': dicendum quod hoc non sequitur. Etsi enim vitari non possit quin eveniat, differri tamen potest; *nescit* etiam *homo an amore* [o] *vel odio dignus sit* [11], et ideo timenda est mors.

CAPUT V. 707

DE CAUSA INDUCENTE TIMOREM HUMANUM.

Quinto quaeritur **I.** ex qua causa timendum est et ex qua non.

Et ad hoc respondet Philosophus [12] dicens quod, si non timetur modicum tristabile

---

[a] Z om. [b] F (corr.) *ibi.* [c] B *pena.* [d] V om. [e] VT om. [f] R add. *esse.* [g] Z *inordinatus;* RZ *quid* pro *aliquid.* [h] BT *tenetur.* [i] BT om. *p. d.* [k] V om. [l] Ita V, alii add. *est.* [m] Ita BT, alii *timorem.* [n] VL om. [o] V *timore.*

1 *In Luc.*, IV, c. 12 (PL 92, 488).
2 *Ordin.*, in h. l., ap. Lyran.
3 *De remediis fortuitorum,* in fine (inter opp. Senecae, *Excerpta,* IV, 424).
4 Seneca, loc. cit. (IV, 418).
5 *Glossa ordin.* et *interlin.*, in h. l., ap. Lyran.
6 *Ordin.*, in h. l., ap. Lyran., ex Ambrosio, *In Luc. 12,* 6 (PL 15, 1727).
7 Cf. Luc. 22, 57.
8 Cf. Gal. 5, 6; cf. Augustin., *De fide et oper.*, c. 16 (PL 40, 215); *Enchirid.*, c. 68 (PL 40, 265).
9 Hic, in *Solutione.*
10 Cf. Matth. 26, 37; Marc. 14, 33; cf. Damasc., *De fide orthod.*, III, cc. 23 et 26 (PG 94, 1087 sq., 1095).
11 Eccle. 9, 1.
12 Cf. *Ethica ad Nicom.*, III, c. 1 (II, 24).

pro magnis bonis, laudandus est qui non timet, ut si pro vita aeterna non timetur sustinentia tribulationis vel etiam [a] pro defensione patriae vel pro liberatione miserabilium personarum. Si vero dubitetur de iusta causa, scilicet utrum bellum sit iustum vel iniustum, in [b] huiusmodi convenit [c] timere periculum personae, aut si certum est causam esse iniustam: secundum enim [d] distinctionem causarum oportet distinguere genera timorum.

II. Huius gratia quaeritur utrum propter conservationem integritatis virginalis non timenda sit mors.

Et videtur quod sic. *a.* Maius est bonum spirituale quam corporale; cum ergo castitas virginalis sit bonum spirituale, vita vero sit bonum corporale, incidat autem aliquis [e] in casum huiusmodi in quo necessitas sit alterius periculi, magis oportet non timere mortem pro castitatis conservatione quam pro salute vitae corporalis amittere castitatem virginalem.

Sed contra hoc est, 1. quod dicit Augustinus, in libro *De civitate Dei* [1]: « Pudicitia est virtus animi, quae non amittitur per corporis oppressionem ». Cum ergo maius bonum sit vita quam quodlibet bonum corporis, integritas autem virginalis sit bonum corporis, magis sustinenda est oppressio corporis quam [f] periculum vitae subeundum.

[Solutio]: Et dicendum [g] quod aliud est de pudicitia animi et aliud est de integritate carnis. Pudicitia enim animi si est in periculo, magis est non timenda mors ut ipsa conservetur, non quod se proiciat in mortem. Si vero non timetur de periculo pudicitiae interioris, sed tantum de integritate carnis, magis est sustinenda oppressio carnis sine consensu mentis quam se proiciat mulier in mortem. Unde exemplum Lucretiae [h] [2] in hac parte fuit reprobabile, quae se ipsam interemit propter pudorem turpitudinis. Et dicit Augustinus, in eodem libro [3]: « Non frustra in Canonicis libris nusquam divinitus praeceptum permissumve [i] reperiri potest ut vel ipsius immortalitatis adipiscendae vel ullius cavendi carendive causa nobismetipsis necem inferamus ».

III. Sed obicitur adhuc contra hoc quod dictum est. 1. « Quaedam enim sanctae mulieres tempore persecutionis proiecerunt se in fluvium, ubi non erat praesumptio evadendi, ut insectatores [k] suae pudicitiae devitarent, et sic defunctae [l] sunt et in magna veneratione in Ecclesia habentur [4] ». Videtur ergo quod praeposuerunt castitatem corporalem vitae corporali.

2. Vel si forte dicatur quod hoc fuit propter timorem periculi in castitate mentis – contra hoc obicit Augustinus, ibidem [5]: « Nonne satius est flagitium committere, quod poenitendo sanetur, quam tale facinus, ubi locus poenitentiae non relinquitur? » Ergo timere debebant exponere se periculo mortis pro conservanda castitate mentis.

[Solutio]: 1-2. Ad quod dicendum [m] quod castitas mentis non conservatur, ubi aliquis se exponit periculo mortis sine praesumptione evadendi, et ideo in hoc casu debet timere periculum mortis a [n] se inferendae; aliter autem esset, si ab alio inferretur et de castitate mentis timeretur [o]. De illis autem sanctis mulieribus dicit Augustinus [6] quod nihil audet temere iudicare: « Utrum enim Ecclesiae aliquibus fide dignis testificationibus hoc habuerint ut earum memoriam sic honorent, et divina hoc persuaserit auctoritas, nescio. Potuit enim fieri ut non humanitus deceptae, sed divinitus iussae, hoc fecerint, non errantes, sed obedientes ».

708 CAPUT VI.

UTRUM TIMOR EXCUSET A PECCATO.

Sexto quaeritur I. utrum timor excuset a peccato.

Et videtur quod sic. *a.* Dicit enim lex humana [7]: « Quod vi metusve causa gestum erit, ratum non habebo [p] ». Et in Iure Canonico [8] dicitur quod « metus, qui potest cadere in constantem virum », excusat; unde, si mulier metu mortis huiusmodi iuraverit se intraturam religionem, ab huiusmodi iuramento excusatur [9]. Restat ergo quod metus excusat a culpa.

---

[a] V *si.* [b] Z *tamen.* [c] B *contingit.* [d] V om. [e] VF *quis.* [f] RL add. *per.* [g] Ita V, alii add. *est.* [h] R *Lu,* reliquum vacat, quod F corr. [i] Z *permissum;* R om. *vel.* [k] V *integritatem.* [l] RZ *distincte,* quod L corr. [m] Ita B, alii add. *est.* [n] T *ad.* [o] B om. *et... timeretur.* [p] BT *habeo.*

1 Lib. I, c. 18, n. 1 (PL 41, 31).
2 Cf. Augustin., *De civit. Dei,* I, c. 19 (PL 41, 34 sq.).
3 Loc. cit., c. 20 (PL 41, 34).
4 Augustin., loc. cit., c. 26 (PL 41, 39); cf. Ambros., *De virgin.,* III, c. 7 et *Epist.* 37, n. 38 (PL 16, 229 sqq., 1093).
5 Loc. cit., c. 25 (PL 41, 38).
6 Loc. cit., c. 26 (PL 41, 39).
7 *Digesta,* IV, tit. 2, c. 1 (I, 212).
8 Gregor. IX, *Decretales,* I, tit. 40 (II, 218 sq.).
9 Cf. Gregor. IX, loc. cit., c. 1 (I, 218 sq.).

b. Item, dist. 50 [a], *Presbyteros*[1], dicitur: « Hos [b] velut extra delictum constitutos a communionis gratia non prohiberi decernimus », et loquitur de illis qui per metum violentiae aliquid de idolothyto sumere coacti sunt. Et similiter habetur I, quaest. 1, *Constat*[2], ubi dicitur quod « vim passus et invitus attractus et repugnans ab haereticis ordinatus colorem habet excusationis ».

Sed videtur contrarium, 1. per hoc quod dicit Philosophus[3]: « Quaedam sunt ita turpia ut nullo metu mortis fieri debeant, immo magis moriendum est ». Sed tale est peccatum idololatriae vel infidelitatis; ergo qui adorat idolum vel negat Christum timore mortis non excusatur, licet sit « metus qui potest cadere [c] in constantem virum ».

2. Item, I, quaest. 1, *Constat*[4], ubi dicitur: « Qui post mensem aut amplius redierint, cum se considerarent ab haereticis ordinatos, qui nihil ab eis acceperunt, rei sunt usurpatae dignitatis ». Metus ergo [d] non excusat a culpa, cum tamen [e] loquatur ibi de coactis.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod duplex est metus: probabilis et improbabilis. Probabilis dicitur [f], quando ex huiusmodi causa fit ut « possit cadere in hominem constantem et discretum », et talis metus mortis in quibusdam excusat vel a toto vel a tanto. In actibus enim exterioribus, in quibus pure cadit coactio et magis possunt dici passiones, metus excusat a culpa, cum non adsit consensus aliquo modo, ut si aliquis [g] compellatur manum elevare acsi veneraretur idolum, et nullatenus adsit voluntas, excusatur a culpa, cum culpa sine voluntate non perpetretur. Eodem modo, si cogatur aliquis ad receptionem impositionis manus ab haereticis quasi ordinaretur, excusatur [h] similiter a culpa. Si vero interveniat consensus, non excusatur omnino a culpa, etsi aliquando excusetur a poena, nec erit omnino immunis a poena [i]. Et hoc apparet per hoc quod dicitur in *Extra, Quod vi metusve causa*[5], ubi dicitur quod distinguendum est « utrum is, qui communicat cum excommunicatis invitus, sit [k] per coactionem attractus an per metum inductus. Secundum primum modum non credimus talem excommunicatione [l] teneri, cum magis pati quam agere [m] convincatur. In secundo vero, licet metus culpam attenuet, quia tamen non eam prorsus excludit, cum pro nullo metu debeat quis mortale peccatum incurrere, talem excommunicationis labe credimus inquinari ». In quo patet quod aliud est inductio et aliud coactio: ubi enim est inductio, notatur consensus liberi arbitrii. Sic ergo patet quod [n] « metus, qui potest cadere in constantem virum », excusat vel simpliciter vel in parte. Si vero fuerit metus non probabilis sive vanus, non excusat [o].

[Ad obiecta]: 1. Ad primo autem obiectum dicendum est quod, licet quaedam sint ita turpia, ad quae nullus ducendus est per timorem, sicut adorare idola et huiusmodi, nihilominus timor, etsi non excuset a culpa, excusat tamen a poena in parte et minuit culpam, maxime si sit « metus qui debeat cadere in constantem virum »; si vero fuerit metus vanus vel improbabilis, non sic dicendum est.

b. Ad secundum vero dicendum [p] quod, licet prius intervenerit metus, si postea fuerit consensus verus vel interpretativus, non sic dicitur habere « colorem excusationis », sed pro consentiente habendus est, et in illo casu loquitur Canon.

II. Potest etiam quaeri utrum scriptura, quae extorta est a praelatis ecclesiae per metum, robur habeat.

Et **videtur quod sic, 1.** per hoc quod dicitur in *Extra, Quod vi metusve causa, Ad aures*[6], ubi dicitur quod « renuntiatio facta ad terrorem laicorum, si fuerit iuramento vel fide interposita », tenere videtur, et ita videtur per simile quod scriptura huiusmodi, per metum extorta, robur habeat.

Sed contra hoc [q] *a.* habetur XV, quaest. 6, *Si a sacerdotibus*[7], ubi dicitur quod « ad nullum praeiudicium vel nocumentum valere censetur nec ullam calumniam vel infamiam sustinere permittimus; confessio enim in talibus, non compulsa, sed spontanea, fieri debet ».

III. Similiter quaeritur utrum metus impediat matrimonium.

Et **videtur quod non, 1.** per hoc quod dicitur XXXI, quaest. 2, *Lotharius*[8], ubi dicitur quod « metu unius hominis tantus rex non contra divinum praeceptum in [r] immane praecipitium immergi debuerat ».

---

[a] B *Bernardus* pro *d. 50.* [b] F *hoc.* [c] T om. [d] R om. [e] Z add. *non*, quod L exp. [f] V om. [g] F *quis;* V *compellat* pro *compellatur.* [h] RLZ *excusaretur*, quod F corr. [i] Ita V, alii *etiam omnino a culpa* pro *e. o. i. a. p.* [k] Ita B, alii add. *et.* [l] VRLZ *excommunicationem*, quod F corr. [m] B *eligere.* [n] V om. *aliud est... quod.* [o] B om. *Si... excusat.* [p] BTF (interl.) add. *est.* [q] B om.; T om. *habetur.* [r] T om., in L est add. interl.

[1] Ap. Gratian., *Decretum*, dist. 50, c. 32 (I, 192).
[2] Ap. Gratian., *Decretum*, C. 1, q. 1, c. 111 (I, 401).
[3] *Ethica ad Nicom.*, III, c. 1 (II, 24).
[4] Cf. nota 2.
[5] Ap. Gregor. IX, *Decretales*, I, tit. 40, c. 5 (II, 220).
[6] Ap. Gregor. IX, loc. cit., c. 3 (II, 219).
[7] Ap. Gratian., *Decretum*, C. 15, q. 6, c. 1 (I, 754).
[8] Ap. Gratian., C. 31, q. 2, c. 4 (I, 1114).

Sed e[a] **contra** *a.* est illud quod dicitur in eadem distinctione[1], ubi dicitur: « Nequaquam invitam et renitentem eiusdem viri coniugio cogas sociari ». Ex quo habetur quod metus simpliciter, cui non consequitur consensus verus vel interpretativus, impedit matrimonium.

[Solutio]: II. Ad quod dicendum[b] quod hoc verum est, ubi est metus probabilis: confessio extorta a praelatis ecclesiarum non est facienda nec robur habet scriptura quae sic extorta est.

Ad obiectum[c] 1. in contrarium dicendum est[d] quod hoc non fuit ratione metus, sed hoc videtur esse[e] ratione iuramenti; tamen, si extortum fuerit iuramentum, videtur competere repetitio[2]; si vero sponte praestitit iuramentum vel aliter ratum habuit[f], non videtur competere.

III. Ad secundum dicendum quod metus probabilis impedit matrimonium contrahendum nisi post interveniat consensus de novo, per quem efficiatur matrimonium[3].

Ad obiectum[g] 1. in contrarium dicendum est quod loquitur ibi de metu non probabili; nec loquitur ibi de metu impediente matrimonium quod factum iam fuit, sed de metu qui non excusat a maleficio contra matrimonium perpetratum.

709

CAPUT VII.

DE OPPOSITO TIMORIS.

Septimo quaeritur de opposito timoris illiciti.

Et videtur 1. quod amor opponatur ei[h]. Amor enim incendit, timor autem infrigidat; ista autem sunt opposita; ergo timor et amor sunt opposita.

2. Quod autem timor[i] bonus opponatur contrarie, accipitur ex hoc quod sub eodem genere continetur utrumque, scilicet sub timore; et maxime distant; ergo inter se[k] sunt contraria.

3. Quod autem spes opponatur, videtur, per hoc quod sub eodem genere ponuntur, scilicet sub exspectatione; et timor est exspectatio mali imminentis, spes vero boni imminentis. — Item, timor cor inferius premit, spes erigit. — Item, spes est medium inter praesumptionem et timorem illicitum; quare timor illicitus opponitur spei.

4. Quod autem opponatur prudentiae, videtur, per hoc quod dicitur super illud[4]: *Trepidaverunt timore* etc., Glossa[5]: « Sicut cautela est opportune timere, ita ignavia inepte trepidare ». Sed ignavia opponitur prudentiae; ergo timor illicitus opponitur prudentiae.

[Solutio]: 1-3. Ad quod dicendum est quod[l] timor illicitus plura habet opposita ratione diversa. Ratione enim differentiae superadditae opponitur timori bono; ratione vero generis cum differentia opponitur tam spei quam amori, sed differenter. Opponitur enim spei propter convenientiam in eo quod est futurum et differentiam in eo quod est bonum et malum; spes enim est respectu futuri boni, timor vero respectu futuri mali; ratione vero coniunctionis et disiunctionis disparata sunt amor et huiusmodi timor: amor enim ponit coniunctionem cum amato[6], timor vero disiunctionem ab eo quod timetur.

3. Ad id vero quod obicitur de prudentia, dicendum[m] quod hoc dictum est per causam: ignavia enim, quae est causa timoris illiciti, prudentiae opponitur.

---

[a] L om. [b] Ita V, alii add. *est.* [c] T add. *autem.* [d] Z om., in F est add. interl. [e] T om. [f] B *habuerit.* [g] TR add. *autem.* [h] V *illi.* [i] V om. *sunt... timor.* [k] V *sese.* [l] T add. *est.* [m] Ita B, alii add. *est.*

1 Loc. cit., c. 3 (I, 1113).
2 Cf. Gregor. IX, *Decretales,* I, tit. 40, c. 4 (II, 220).
3 Cf. Gregor. IX, *Decretales,* IV, tit. 1, cc. 6 et 21 (II, 662, 668).
4 Psalm. 13, 5.
5 Lombardi, *In Psalm. 13,* 9 (PL 191, 165sq.), ex Cassiodoro, *In Psalm. 13,* 12 (PL 70, 106).
6 Cf. Augustin., *De Trinit.,* VIII, c. 10 (PL 42, 960).

TITULUS II.

DE PECCATIS EX AMORE MALE ACCENDENTE.

Consequenter dicendum est de peccato amoris male accendentis.
Et primo quaeritur quid sit illud;
secundo, utrum amor sui sit causa mortalis peccati;
tertio, utrum sit causa omnis peccati;
quarto, utrum amor sui supra Deum sit idololatria;
quinto, utrum possit stare cum caritate vel non;
sexto, utrum amor indebitus sit odium;
septimo, de poena huius peccati.

CAPUT I. 710

QUID SIT AMOR SUI INDEBITUS.

Circa primum sic: Potest quaeri pro quanto dicatur aliquis [a] amare se ipsum, secundum quod amor sui dicitur amor indebitus.

1. Si enim amor sui non aliud sit quam [b] diligere se, cum diligere [c] se ex caritate contingat, amor indebitus esset ex caritate. — Praeterea, amor sui est ex natura; distinguuntur autem ab invicem velle naturae et [d] gratiae et vitii [1]; restat ergo quod amor indebitus addit aliquid super hoc quod est velle sibi bonum sive amare se [e]; non ergo recte dicitur quod sicut amor Dei est fundamentum caelestis civitatis, ita amor sui est fundamentum terrenae civitatis, sicut dicit Augustinus, in libro *De civitate Dei* [2].

2. Item, supposito quod amor indebitus addit aliquid super amorem sui, sicut quidam dicunt, dicentes quod amor sui propter se est amor indebitus — sed hoc videtur falsum. Amor enim indebitus est in peccato veniali et in peccato mortali; sed amare se propter se non est commune utrique: amare enim se propter se est frui se; sed frui Deo est opus gratiae gratum facientis; ergo per oppositum frui se est peccati mortalis, quod opponitur illi [3]; non ergo amare se propter se commune est in peccato veniali et mortali.

3. Item, sicut dicit Augustinus, in libro *De libero arbitrio* [4], « anima, conversa ad exterius bonum vel ad [f] inferius vel ad proprium, peccat ». Ergo amor proprii boni est una differentia peccati; non ergo amor sui est tota [g] causa peccati.

[Solutio]: Ad quod dicendum [h] quod amor sui est tripliciter. Uno modo est amor sui propter Deum, et hoc contingit dupliciter: vel [i] quod motus sit formatus ex caritate vel quod sit formabilis. Si formatus, tunc est motus gratiae; si vero [k] formabilis, sed non de se formatus, motus est naturae. Ex alia vero parte motus ille, qui non est propter Deum, aut tollit amorem Dei, qui est caritas, aut non tollit. Si tollit, tunc est amor indebitus qui est in mortali peccato; si vero non tollit, amor indebitus est, qui est in veniali peccato. Uterque autem est motus informis, non formabilis, et dicitur uterque amor sui plus quam oportet; hoc autem est [l] inclinari in se unde [m] est vanum, non unde est verum sive bonum.

[Ad obiecta]: 1. Per hoc ergo respondendum est ad primo obiectum quod amor sui dicitur dupliciter, secundum quod communiter accipitur in triplici amore: naturali, gratuito et libidinoso, et secundum hoc non est tota ratio amoris indebiti amor sui. Alio vero modo [n] sumitur per appropriationem, ut dicatur amor sui in quantum est res vana sive deficiens a summo bono, et hoc modo dicitur amor sui amor indebitus.

2. Ad secundum dicendum quod hoc non omnino simile est de hac conditione ' propter se ', secundum quod dicimus quod diligere Deum

---

[a] V *quis*. [b] V *preterea*. [c] V *diligat*. [d] RLZ om. [e] BT om. [f] B om. [g] V *una*. [h] Ita V, alii add. *est*. [i] Z *secundum*. [k] V om. [l] RLZ om., in F est add. interl. [m] V *unum*. [n] BT om.

1 Cf. Lombard., *In Rom.* 7, 15 (PL 191, 1423).
2 Lib. XIV, c. 28 (PL 41, 436).
3 Cf. supra, num. 272.
4 Lib. II, c. 19, n. 53 (PL 32, 1269).

propter se est motus solius gratiae gratum facientis, et de hac conditione 'propter se', secundum quod est conditio peccati in eo quod est diligere se propter se. Hoc enim potest esse commune in veniali et mortali uno modo, alio vero modo [a] potest esse proprium mortalis peccati. Propter se enim amari potest aliquid, cum ad se ipsum refertur per modum delectabilis; hoc autem potest esse « spreto incommutabili bono [1] », et tunc est illo frui, et sic est in peccato mortali; vel non « spreto incommutabili bono », et hoc modo est [b] in peccato veniali, et hoc modo amare aliquid propter se ipsum stat cum eo quod est amare Deum propter se, reliquo vero modo stare non potest.

3. Ad tertium dicendum [c] quod amor proprii boni, secundum quod est tertia [d] differentia causae peccati, prout omne peccatum est [e] vel ex amore proprii boni vel exterioris vel inferioris [f], appropriatur bono apparenti interiori, quemadmodum est excellentia vel singularitas in scientiis, quae ad interiora [g] bona referuntur. Non sic autem accipitur hic, cum dicitur quod peccatum est ex amore male accendente: quodcumque enim bonum apparens alliciat indebite, dicitur esse peccatum ex amore male accendente.

711 CAPUT II.

UTRUM AMOR SUI SIT CAUSA MORTALIS PECCATI.

Secundo quaeritur utrum amor sui sit causa mortalis peccati.

Et videtur quod sic, *a.* per hoc quod dicit Augustinus, in libro *De libero arbitrio* [2]; ponit enim rationem mortalis peccati: « Spreto incommutabili bono, adhaerere commutabili ». Sed haec adhaerentia sive conversio est per amorem, sicut ipse explanat [3]; ergo amor male accendens est causa omnis mortalis peccati.

b. Item, super illud Psalmi [4]: *Comprehensus est pes eorum,* « id est affectus », Glossa [5]: « Pes animae amor est, qui, si pravus est, dicitur cupiditas sive libido; si vero rectus est, dicitur caritas. Amore enim movetur anima quasi ad locum quo tendit, scilicet ad delectationem bonam vel malam ». Sed caritas est principium omnis meriti; ergo suum oppositum est principium demeriti; sed hoc [h] est amor male accendens; ergo amor male accendens [i] est causa omnis mortalis peccati.

c. Item, Augustinus, in libro *De doctrina christiana* [6]: « Caritatem voco motum animi ad fruendum Deo propter ipsum et se atque proximo [k] propter Deum; cupiditatem autem motum animi ad fruendum se et proximo et quolibet corpore non [l] propter Deum ». Haec autem sunt opposita sicut virtus et mortale peccatum; ergo amor male accendens, qui est in cupiditate, est causa omnis mortalis peccati.

d. Item [m], ad hoc facit quod dicitur Iac. 1, 15: *Concupiscentia, cum conceperit, parit peccatum; peccatum, cum consummatum fuerit, generat mortem.*

Contra. 1. Super illud [7]: *Incensa igni et suffossa* [n], Glossa [8]: « Duae res faciunt omnia peccata in homine, amor scilicet male accendens et timor male humilians ». Non ergo omne peccatum mortale est ex amore male accendente.

2. Praeterea, amor et odium sunt actus disparati; cum ergo odium aliquando sit causa peccati, sicut est in invidia, secundum quod invidia est odium felicitatis alienae [9], restat ergo quod non omne peccatum est ex amore male accendente.

3. Similiter, potest obici per hoc quod quatuor distinguuntur affectiones, scilicet dolor et gaudium, metus et spes [10]; sed amor male accendens in duobus tantum est, scilicet in [o] spe vana et gaudio illicito; ergo non omne peccatum est ex amore male accendente.

4. Item, disparati actus sunt qui sunt cognitivae et motivae, scilicet credere et discredere, diligere et non diligere; cum ergo diversae virtutes ponantur fides, spes, caritas, diversa peccata ponentur infidelitas, desperatio et [p] amor male accendens, quae eis opponuntur; non ergo omne mortale peccatum est ex amore male accendente.

---

[a] T om. [b] T om. [c] Ita V, L add. *est,* alii *vero dicendum est.* [d] T om. [e] L om. [f] V *interioris.* [g] T *exteriora.* [h] V *hic.* [i] T om. *e. a. m. a.* [k] Ita BT, alii *proximum.* [l] V om. *e. q. c. n.* [m] V om., in F est add. mg.; R om. *facit.* [n] R add. *etc.*; L om. *Glossa.* [o] V om. [p] Z om.

1 Cf. nota sequens.
2 Lib. II, c. 19, n. 53 (PL 32, 1269).
3 Loc. cit.
4 Psalm. 9, 16.
5 Lombardi, in h. l. (PL 191, 136), ex Augustino, in h. l. (PL 36, 124).
6 Lib. III, c. 10, n. 16 (PL 34, 72).
7 Psalm. 79, 17.
8 Lombardi, in h. l. (PL 191, 766), ex Augustino, in h. l. (PL 36, 1027).
9 Cf. supra, p. 523, nota 4 sq.
10 Cf. Augustin., *De civit. Dei,* XIV, c. 8, n. 2 (PL 41, 412).

[Solutio]: Ad quod dicendum quod omne peccatum mortale est ex amore male accendente tamquam ex causa prima, sed non semper est ex amore male [a] accendente tamquam ex causa proxima.

[Ad obiecta]: 1. Et per hoc solvitur quod obiectum est de timore male humiliante et amore male accendente. Potest enim esse ex amore male accendente tamquam ex propinqua causa et ex timore male humiliante tamquam ex remota [1]. Et hoc est quod dicit Augustinus, in libro *De libero arbitrio* [2]: « Quo modo possum arbitrari [b] istos carere libidine, qui pro iis rebus digladiantur quas possunt amittere inviti? » Et in eodem libro [3]: « Non ideo factum hoc cupiditatis dominatu caret; nam [c] qui metuens hominem occidit [d], amat utique sine metu vivere ».

2. Ad secundum vero dicendum quod, licet amor et odium sint actus disparati, odium tamen unius rei reducitur [e] ad amorem alterius, et secundum hunc modum peccata, quae sunt ex odio, in amore aliquo illicito primo radicantur.

3. Ad tertium vero [f] dicendum quod, licet sint quatuor affectiones animi e diverso distinctae, quae aliquando sunt licitae, aliquando illicitae [g], tamen omnes, cum [h] sunt illicitae, ad amorem male accendentem reducuntur secundum propinquius aut remotius. Dolor enim et metus, cum sunt circa determinatam materiam mali, reducuntur ad gaudium et spem sive cupiditatem respectu oppositi boni, illa vero reducuntur ad amorem male accendentem. Et sic omnia peccata, quae veniunt ex iis quatuor perturbationibus, ad amorem male accendentem secundum propinquius aut remotius [i] reducuntur.

4. Ad quartum vero [k] dicendum quod, licet actus cognitivae et actus [l] motivae sint disparati, tamen omnes in voluntate tamquam in causa prima radicantur, secundum quod circa illos actus peccatum consistit, et ideo amor male accendens, qui est in voluntate, causa est infidelitatis, desperationis et aliorum peccatorum. Nec oportet sic esse in peccatis quemadmodum in virtutibus: virtutes enim simul infunduntur. Licet naturaliter una virtus prior dicatur altera, unaquaeque potest esse principium sui actus sufficiens. Si tamen considerentur secundum quod referuntur ad caritatem, in quantum est primum principium actus meritorii, secundum hunc modum sicut omne meritum est ex amore bene accendente, ita omne demeritum erit ex amore male accendente.

CAPUT III. 712

UTRUM AMOR SUI SIT CAUSA OMNIS PECCATI.

Tertio quaeritur I. utrum amor sui sit causa omnis peccati.

Et videtur quod sic. *a.* Super illud I Ioan. 2, 16: *Omne, quod est in mundo* etc., Glossa [4]: « Omnes dilectiones mundi nihil habent nisi haec tria, quibus omnia vitiorum genera comprehenduntur ». Sed omnes dilectiones mundi ad amorem male accendentem reducuntur; omnia autem peccata, tam venialia quam mortalia, ad haec [m] genera vitiorum pertinent; ergo omnia peccata, sive venialia sive [n] mortalia, sunt ex amore male accendente.

b. Item, super illud ad Rom. 7, 14: *Venumdatus sum* [o] *sub peccato,* Glossa [5]: « Quidquid peccatorum est in dictis, in factis, in cogitationibus, non oritur nisi ex mala concupiscentia ». Sed in mala concupiscentia, cum reducitur in actum, per se et primo est amor male accendens; ergo omne peccatum, tam [p] in dictis etc., est ex amore male accendente; et omne peccatum, tam veniale quam mortale, est in istis; ergo etc. [q].

c. Item, Augustinus, in libro *De spiritu et littera* [6]: « Nullum peccatum nisi concupiscendo committitur ». Ergo nec veniale nec mortale [r]; sed quod concupiscendo committitur est ex amore male accendente; ergo nullum peccatum, tam veniale quam mortale, committitur nisi ex amore male accendente.

Contra. 1. Peccatum quod est ex amore male accendente est in potestate nostra; sed concupiscentia, quae est in primo motu, « non est in potestate nostra quin surgat [7] »; ergo ipsa [s] non est ex amore male accendente; et est peccatum; ergo non omne peccatum est ex amore male accendente.

---

[a] V om. [b] R om. [c] Z *non.* [d] V *occidat*, R *accidit*, quod F corr. [e] V *reducetur*, quod F corr. [f] V om. [g] L om. *a. i.* [h] BT *cum omnes non* pro *t. o. c.* [i] V *vero* pro *s. p. a. r.* [k] VT om. [l] V om. *c. e. a.* [m] Ita V, alii om. [n] L *quam.* [o] T om. [p] V om. [q] V *et illud.* [r] L om. *ergo... mortale.* [s] V om.

1 Cf. supra, p. 687, *Solutio*.
2 Lib. I, c, 5, n. 11 (PL 32, 1227).
3 Cap. 4, n. 9 (PL 32, 1225).
4 *Ordin.*, in h. l., ap. Lyran., ex Beda, in h. l. (PL 93, 92).
5 Cf. Lombard., *In Rom.* 7, 7 (PL 191, 1416), ex Augustino, *Sermo* 105, c. 1 (PL 38, 841).
6 Cap. 4 (PL 44, 204).
7 Cf. supra, p. 305, nota 1.

[Solutio]: 1. Ad quod dicendum [a] quod omne peccatum est ex amore male accendente tamquam ex propinqua causa vel ex [b] remota. Concupiscentia autem, quae est in primo motu, est ex amore male accendente primorum parentum tamquam ex prima causa; et [c] quia est in potestate nostra ut iste motus determinate vel ille non surgat [1], ideo adhuc est ex amore male accendente quodam modo, secundum quod extenditur non tantum ad partem rationalem, sed ad sensibilem, quae subesse debet [2]. Praeterea, in potestate nostra est compescere vel permittere ut progrediatur, et ita, quantum ad hoc quod permittitur progredi, est ex amore male accendente.

II. Insuper quaeritur, propter comparationem amoris ad timorem, propter quid amor non excusat a peccato vel a poena peccati sicut et timor.

Et videtur quod sic. 1. Sicut enim infirmitas est ex parte timoris, sic infirmitas est ex parte amoris; ergo sicut infirmitas ex parte timoris excusat a culpa vel a poena, ita erit ex parte amoris.

2. Item, timor ex amore procedit; si ergo timor excusat a peccato vel a poena peccati, amor per consequens, qui est causa eius, a peccato excusabit.

Contra. *a.* Principium timoris est extra [4], et loquimur hic de timore qui potest cadere in virum constantem; sed quanto plus est extra voluntatem, tanto plus [d] habet de excusatione peccati; ergo quanto plus est de timore, tanto plus est de excusatione peccati [e]; sed amoris principium magis est in voluntate, et quanto plus est in voluntate quod est malum, tanto plus accusatur [f]; ergo quanto plus est de amore, tanto plus accusatur; et quanto plus accusatur, tanto minus excusatur [g]; ergo quanto plus habet de amore, tanto minus habet excusationis; ergo amor simpliciter non est causa excusationis.

[Solutio]: Ad quod dicendum [h] quod non est simile de timore et amore. Timor enim inductionem habet ex alieno principio, amor vero [i] principaliter est ex ipsa voluntate, et ideo, licet timor excuset in ratione timoris, non tamen ita amor in ratione amoris; sed infirmitas quaedam carnis, quae potest concomitari, potest aliquantulum excusare, non autem a toto sicut timor.

[Ad obiecta]: 1. Et per hoc patet qualiter respondendum est ad primo obiectum. In timore enim non totum operatur voluntas, in amore vero totum operatur [k]: illa enim dicuntur voluntaria. Dicit enim Philosophus [3]: « Si quis ea, quae delectabilia sunt, dixerit violenta esse — cogunt [l] enim exterius entia — essent sic omnia violenta; horum enim gratia omnes operantur. Ridiculum autem est causari [m] ea quae exterius sunt, sed non se ipsum reddentem habilem ut capiatur [n] a talibus: et bonorum quidem se ipsum, turpium autem delectabilia ». Ex quo apparet quod aliter est amor principium [o] et aliter timor, et ideo non sic se habet ad excusationem amor quemadmodum [p] timor.

2. Ad secundum dicendum est quod, licet timor ex aliquo amore procedat, non tamen dicimus amorem sic excusare quemadmodum timorem. Timor enim est [q] propinqua causa quodam modo compellens voluntatem; amor vero, cum est propinqua causa [r], consonat voluntati, et ideo peccatum, quod est in voluntate, per amorem non minuitur, sed magis augetur.

713

CAPUT IV.

UTRUM AMOR SUI SUPRA DEUM SIT IDOLOLATRIA.

Quarto quaeritur utrum amor sui supra Deum sit idololatria.

Et videtur quod sic. 1. Ad Philipp. 3, 19: *Quorum deus venter est*, Glossa [5]: « Hoc [s] ab homine colitur, quod prae ceteris diligitur. Unde, quia Deus omnibus rebus melior est, plus omnibus diligendus est; illi autem deum faciunt ventrem qui ita laborant de edendis quasi in esca sit salus ». In omni ergo [t] genere, quod prae [u] Deo diligitur, ab ipso colitur, et ita pro Deo habetur; sed habere creaturam pro Deo est idololatria; ergo dilectio sive amor creaturae supra Deum est idololatria.

2. Item, super illud I Cor. 6, 12: *Omnia mihi licent*, Glossa [6]: « Amor cuiuslibet rei dominatur sibi et tunc mens servire rebus convincitur,

---

[a] Ita V, alii add. *est*. [b] B om. [c] B *vel*. [d] V add. *est de timore tanto plus*. [e] VB om. *ergo... peccati*. [f] B *excusatur*. [g] Z *accusatur*. [h] Ita VB, alii add. *est*. [i] R *enim*. [k] V om. *voluntas... operatur*. [l] V *cognovit*. [m] B *curari*. [n] V *eripiatur*. [o] T *principalium*. [p] R add. *et*. [q] V *ex*. [r] V *causa est propinqua cum* pro *c. e. p. c.*; T om. *quodam... causa*. [s] VF om. [t] BR om. [u] V *plus*.

1 Cf. supra, p. 303, *ad 4*.
2 Cf. supra, p. 303, in *Solutione*.
3 Cf. Aristot., *Ethica ad Nicom.*, III, c. 1 (II, 24).
4 Loc. cit. (II, 25).
5 Lombardi, in h. l. (PL 192, 251), ex Augustino, *Enarr. in Psalm. 77*, n. 20 (PL 36, 996).
6 Lombardi, in h. l. (PL 191, 1581), ex Gregorio M., *Moral.*, V, c. 11, n. 17 (PL 75, 688).

quarum amore superatur ». Sed servitus creaturae exhibita [a] et Deo debita [b] est idololatria; ergo amor huiusmodi indebitus est idololatria.

Contra. *a.* Amor huiusmodi indebitus [c] est in peccatis mortalibus; sed non omne peccatum mortale est idololatria, sed una species peccati mortalis; restat ergo quod amor rei illicitus supra Deum non est idololatria.

b. Quod etiam ex comparatione sui oppositi patet. Non enim dicimus quemcumque amorem debitum esse latriam; a simili ergo nec quicumque amor indebitus erit idololatria.

[Solutio]: 1-2. Ad quod dicendum [d] quod non omnis amor illicitus rei temporalis supra Deum est idololatria. Idololatria enim tunc dicitur esse, quando aliquid numinis creditur inesse creaturae et ei servitus exhibetur quae proprie debetur Creatori. Unde diligere aliquid supra [e] Deum dicitur dupliciter: vel cum diligitur contra voluntatem Dei et contra eius praeceptum, et hoc modo non dicitur idololatria; alio vero modo dicitur aliquid diligi supra Deum, quando [f] honor, qui exhibendus est [g] Deo in adoratione et huiusmodi, exhibetur creaturae, et hoc modo non cum omni amore indebito creaturae est idololatria. Per hoc patet quod aliter est de latria respectu amoris, qui est caritas, et aliter de idololatria respectu amoris illiciti. Amor enim caritatis, secundum quod in Deum refertur, ad latriam pertinet, sed non dicit totam rationem latriae. Debemus enim Deo non tantum amorem super omnia, sed etiam fidem et maiestatis reverentiam et sacrificiorum exhibitionem. Amor autem [h] indebitus potest exhiberi creaturae sine istis.

CAPUT V. 714

UTRUM AMOR SUI POSSIT STARE CUM CARITATE [1].

Quinto quaeritur utrum amor sui, qui est principium peccati, possit stare cum caritate.

Quod videtur, 1. per hoc quod dicitur I ad Tim. 1, 5, super illud: *Caritas est finis praecepti,* Glossa [2]: « Minuitur cupiditas caritate crescente ». Sed, si minuitur cupiditas, cupiditas est; et, si caritas crescit, caritas est; simul ergo sunt caritas et cupiditas.

2. Item, dicit Chrysostomus [3] super illud [4]: *Diliges Dominum Deum tuum:* « Non delecteris in specie mundi, non in honoribus, non in auro, sed prae iis omnibus Deum ames. Si autem in aliquo horum [i] occupatus fuerit amor cordis tui, iam non *ex toto corde* [k] Deum amas: pro quanta enim parte cor tuum fuerit ad aliam rem, pro tanta parte minus est ad Deum ». Sed, si [l] pro aliquanta parte [m] est ad Deum, diligitur Deus, si vero pro aliquanta parte [n] cor est ad aliam rem, diligitur alia res, et ita simul erit amor illicitus creaturae cum amore Dei qui est caritas.

Contra. *a.* Opposita non possunt simul inesse eidem [5]; sed amor male accendens et caritas sunt opposita, sicut patet super illud Iob 27, 10: *Aut poterit in Omnipotente* [o] *delectari?* Gregorius [6]: « Qui terrenarum rerum amore vincitur [p], in Deo nullatenus delectatur ». Sed delectari in Deo est per caritatem; ergo amor terrenarum rerum [q], quo vincitur homo, non potest simul esse cum caritate.

b. Item, Bernardus, *Super Cantica* [7]: « Amat profecto caste qui ipsum, quem amat, quaerit, non aliud aliquid ». Ergo amor illicitus creaturae non est simul cum caritate.

c. Item, super illud [8]: *Numquid adhaeret* [r] *tibi sedes iniquitatis?* Glossa [9]: « *Sedes iniquitatis* est possessio mundi cum amore, quae Deo non haeret, qui suis praecipit hoc fugere ». Non ergo simul est amor mundi cum amore Dei.

[Solutio]: Ad quod dicendum [s] quod est amor venialis creaturae, et ille potest simul stare cum caritate; est autem amor mortalis, cum diligitur aliquid contra Deum, et ille amor non potest simul esse cum caritate.

[Ad obiecta]: Et per hoc possunt solvi quae obiciuntur.

1. Cum enim dicitur quod « minuitur cupiditas caritate crescente », hoc intelligitur de cupiditate prout est dispositio venialis peccati, quae magis et magis minuitur per intensionem caritatis.

---

[a] BT *exhibitus;* BZ om. *et.* [b] B *debitus.* [c] Z om. *est... indebitus.* [d] FLZ add. *est.* [e] R *super.* [f] T *quoniam.* [g] F om.; Z om. *et.* [h] RLZ *enim.* [i] T *istorum.* [k] T add. *tuo.* [l] L om. [m] Z add. *cor.* [n] R om. *est ad... parte.* [o] L *omni potestate.* [p] BT *convincitur.* [q] T om. [r] T *heret.* [s] Ita V, alii add. *est.*

1 Cf. supra, num. 280, 281, 284.

2 Lombardi, in h. l. (PL 192, 329), ex Augustino, *Enchirid.*, c. 121 (PL 40, 288).

3 *In Matth. op. imperf.*, hom. 42 (PG 56, 873).

4 Matth. 22, 37.

5 Aristot., *Topic.*, II, c. 7 (I, 193).

6 *Moral.*, XVIII, c. 9 (PL 76, 46).

7 Sermo 7, n. 3 (PL 183, 807).

8 Psalm. 93, 20.

9 Lombard., in h. l. (PL 191, 872), ex Cassiodoro, in h. l. (PL 70, 669).

2. Illud autem quod dicit Chrysostomus sic [a] intelligendum est de motu amoris, non de ipso habitu, qui, cum est malus, contrariatur amori bono: in illis enim non est dicere partem et partem. Uno etiam modo amare Deum ex toto corde et [b] non amare Deum ex toto corde sunt opposita, alio vero modo possunt esse non opposita. Amare enim [c] ex toto corde potest dici, cum nihil incompossibile [d] amatur, et hoc modo potest Deus amari ex toto corde et tamen creatura sub Deo potest indebite amari: hoc enim non est amare contrarium. Alio vero modo amare ex toto corde est amare perfecte sicut possibile est in via, et amare creaturam indebite contra Dei praeceptum est amare in parte, et secundum hunc modum non possunt simul stare, ut pro quanta parte cor fuerit ad aliam rem, pro tanta parte minus sit ad Deum; reliquo vero modo poterant simul stare. Quod autem ita amor illicitus dupliciter accipiatur, potest haberi per illud Iob 27, 10. Ibi enim accipitur amor creaturae, qui regnat in nobis et est peccatum mortale, et ideo facienda est vis in hoc quod dicit [e] « terrenarum rerum amore vincitur ». Cum autem dicitur [1] Iob 21, 17, super illud: *Quotiens lucerna* etc.: « Cum filius, qui nimie amatur, subtrahitur, *lucerna impii*, quae videbatur, *extinguitur* », 'nimie amari' potest accipi ibi pro amore veniali immoderato. Et similiter cum dicitur de illo qui *aedificat foenum, lignum et stipulam*, I Cor. 3, 12, ubi dicitur [2] quod dilectio venialis potest stare cum fundamento.

715

CAPUT VI.

UTRUM AMOR INDEBITUS SIT ODIUM.

Sexto quaeritur I. utrum amor indebitus sit odium.

Et videtur quod non. 1. Amor enim et odium sunt affectiones oppositae: amor enim est copula amantis cum amato [3], odium vero est [f] disiunctio ab eo quod videtur inconveniens; cum ergo non sit idem conveniens [g] et non conveniens [h], non erit amor indebitus idem quod odium.

2. Praeterea, contingit unum esse sine altero: potest enim [i] aliquis amare indebite aliquod bonum mutabile et non habere odium sui; ergo non est idem amor indebitus quod odium sui.

3. Praeterea, sicut dicit Apostolus ad Ephes. 5, 29: *Nemo unquam carnem suam odio habuit*, multo fortius se ipsum; si [k] ergo nullus se ipsum odio habet, non erit idem amor indebitus alicuius apparentis boni quod odium sui.

Contra. *a.* Dicitur in Psalmo [4]: *Qui diligit iniquitatem, odit animam suam* [l]. Ergo amor peccati est [m] odium sui. Exponitur autem ibi [5] quid est diligere iniquitatem: « Ille diligit iniquitatem, qui ex [n] desiderio et affectu peccat, qui, si semper viveret, semper peccare vellet ».

b. Item, super illud Ioan. 12, 25: *Qui amat animam suam* [o], Augustinus [6]: « Amor animae est perditio eius ». Sed perditio illius [p] est odium illius; ergo amor animae illius est odium; sed hoc [q] est amor indebitus; ergo amor indebitus est odium [r].

c. Item, probari potest per oppositum. Odium debitum est amor, secundum quod dicit Augustinus [7]: « Si bene oderis, tunc amasti ». Ergo per oppositum amor indebitus est odium. Similiter dicit Hieronymus [8]: « Odium in suos est pietas in Deum ». Sed [s] pietas in Deum [t] est amor debitus; ergo odium in suos est amor debitus; per oppositum ergo amor indebitus est odium.

d. Item, Augustinus, in libro *De sermone* [u] *Domini in monte* [9]: « Odium conditionis vitae praesentis est amor regni ». Sed amor regni [v] est amor debitus; ergo odium conditionis vitae praesentis est amor debitus; ergo per oppositum amor [x] indebitus est odium.

II. Huius gratia quaeritur utrum aliquis possit se odire et non amare.

Quod videtur. *a.* Luc. 14, 26 dicitur: *Si quis non odit animam suam, non potest meus esse discipulus.* Sed odire animam suam est odire se; ergo potest aliquis se ipsum odire.

b. Similiter Augustinus, *De vera innocentia* [10]: « Quicumque se ipsum, non Deum, amat,

---

[a] Z *sicut.* [b] Ita V, alii om. [c] T add. *non.* [d] VLZ *incompassibile*, B *impossibile.* [e] T om. [f] Z om. [g] L om. *cum... conveniens.* [h] Z om. *e. n. c.* [i] T om.; B om. *aliquis.* [k] V om. [l] T om. [m] T om. [n] T om. [o] Z add. *Glossa.* [p] R *illa.* [q] V *hic.* [r] B om. *sed... odium.* [s] Z *hec.* [t] L om. *s. p. i. D.* [u] Z om. *D. s.*, in R est add. mg. [v] L om. *s. a. r.* [x] F *amori.*

1 *Glossa ordin.*, in h. l., ap. Lyran., ex Gregorio M., *Moral.*, XV, c. 49 (PL 75, 1109).
2 Cf. Lombard., in h. l. (PL 191, 1557), ex Augustino, *Enchirid.*, c. 68 (PL 40, 264 sq.).
3 Cf. Augustin., *De Trinit.*, VIII, c. 10 (PL 42, 960).
4 Psalm. 10, 6.
5 Lombard., in h. l. (PL 191, 151).
6 *In Ioan.*, tr. 51, n. 10 (PL 35, 1767).
7 Loc. cit.
8 *In Matth. 10*, 37 (PL 26, 68).
9 Cf. lib. II, c. 15, n. 50 (PL 34, 1291).
10 Cap. 377 (PL 45, 1895); cf. infra, p. 703, nota 1.

non se amat, quia [a] quicumque non potest de se vivere, moritur amando se ». Ergo potest aliquis non amare se et per consequens odire.

Contra. 1. Natura [b], ratio et gratia dictant sui dilectionem, ipsa etiam libido; sed non sunt [c] plura moventia; ergo nullus potest se odio habere.

[Solutio]: I. Ad quod dicendum [d] est quod amor sui dicitur multipliciter: vel prout sonat in naturam vel prout datur intelligi amor imaginis divinae sive similitudinis vel prout dicitur amor corruptionis vitiosae; iis enim tribus modis accipitur in Scriptura. Amor enim naturae est de [e] quo dicit Augustinus[1] quod non oportuit praecipi quod homo se ipsum diligeret: hoc [f] enim a natura inest. Et dicit Bernardus[2] quod « *prius* est [g] *quod animale est* [h], *quam quod spirituale est*[3]; propter quod in primis [i] diligit homo se ipsum: caro quippe est[4] et nihil valet sapere praeter se ». — Est autem alius amor, quo homo diligit imaginem Dei in se, et hoc modo accipitur in libro *De vera religione*[5], cum dicitur: « In eo nihil praeter hominem diligat », id est creaturam Dei ad eius imaginem factam. Et alibi[6]: « *Qui diligit proximum tamquam se ipsum*[7], non illi invidet ut sit quod ipse est; apud enim se ipsum habet quem diligit tamquam se ipsum ». — Tertius vero amor est corruptionis vitiosae, et secundum hunc modum dicitur Ioan. 12, 25: *Qui amat animam suam, perdet eam.* Et sicut multiplex est amor, ita multiplex est odium, quod amori opponitur. — Cum ergo primo quaeritur utrum amor indebitus sit odium, respondendum est quod haec praedicatio non est per essentiam, sed [k] per concomitantiam, et intelligitur de amore peccati ad quem [l] per reputationem sequitur odium imaginis divinae, cum per peccatum deformetur vel maculetur; odium etiam [m] est per consequens boni naturalis [n], quod corrumpitur et diminuitur [o], sed non propter hoc illius boni naturalis quod per peccatum corrumpi non potest[8].

[Ad obiecta]: 1. Primo ergo obiectum ad hoc tendit ut hoc non sit illud per essentiam, sed non negatur quin per concomitantiam.

2. Secundum autem [p] obiectum ad hoc tendit ut amor peccati possit esse sine odio naturae: dico autem de natura, quae [q] per peccatum non diminuitur.

3. Ad idem tendit quod tertio obiectum est.

a. Ad id autem quod [r] obicitur ex alia parte, dicendum est quod loquitur ibi de odio imaginis sive similitudinis divinae, quod per consequens consequitur ex amore illicito.

b. Cum autem dicitur Ioan. 12, 25: *Qui amat animam suam* etc., amor animae accipitur ibi pro amore carnalis desiderii et animalis, qui in perditionem et odium tendit reformationis divinae.

c. Ad illud vero quod obicitur quod ' odium debitum sit amor', intelligitur de odio peccati et sequelae eius, quod interpretative est amor imaginis divinae vel ipsius boni naturalis. — Et ad ea quae sequuntur, similiter dicendum est.

d. Ad id vero quod dicit Augustinus quod « odium conditionis vitae praesentis est amor regni », intelligendum est quod duplex est conditio vitae praesentis: una, quae avertit a Deo vel dat occasionem avertendi [s] se ab ipso, et hoc modo odium istius [t] conditionis est amor regni per consequens; alio vero modo conditio vitae praesentis dicitur vel ipsa conditio naturae vel ipsius poenalitatis promoventis ad bonum, et hoc modo odium conditionis in praesenti non dicitur amor regni. Et per simile dicit Hieronymus, *Ad Furiam*[9]: « *Honora patrem tuum*[10], si te a vero Patre non separat »; si autem te separare intendit, odio habendus est. Et ideo dicitur Luc. 14, 26: *Si quis venit ad me, et non odit patrem suum et matrem* etc. Et similiter dicit Chrysostomus[11]: « Non simpliciter iubet [u] odio habere », sed « quod in itinere Dei nobis obsistit[12], hoc odio habere [v] ».

II. Ad illud vero quod quaeritur ' utrum aliquis se ipsum odio habere possit ': respondendum est per distinctionem supra dictam[13] quod, si intelligatur de odio naturae, quae non potest minui per peccatum, quae substernitur omni amori, secundum hoc non potest odio haberi; si vero intelligatur de amore eius quod declinat in vitium vel eius quod inclinat ad gratiam per se, secundum hoc potest odio haberi per consequens. Dilectio enim gratuita tollit amorem vitiosum sibi oppositum et e converso. Et ideo dicit

---

[a] VF *sed.* [b] F add. *et.* [c] T om. [d] Z om. [e] Ita L (mg.), alii om. [f] V *hic.* [g] V om. [h] R om. [i] V *psalmo,* quod F corr. [k] B *vel.* [l] V *quam.* [m] V add. *non.* [n] L add. *et.* [o] V *minuitur;* RZ om. *sed,* in L est add. mg. [p] V *secundo utrum* pro *s. a.* [q] T add. *est.* [r] Ita V, alii *quod autem* pro *A. l. a. q.* [s] V *convertendi.* [t] R *ipsius,* quod L corr. [u] R *iubes.* [v] Ita VT, alii *habe.*

1 *De doctrina christ.*, I, c. 35 (PL 34, 34).
2 *Epist.* 11, n. 8 et *De dilig. Deo*, c. 15 (PL 182, 113, 998).
3 I Cor. 15, 46.
4 Cf. Gen. 6, 3.
5 Cap. 46, n. 88 sq. (PL 34, 161 sq.).
6 Loc. cit., n. 86 (PL 34, 161).
7 Rom. 13, 8 sq.
8 Cf. supra, num. 21.
9 Num. 3 (PL 22, 551).
10 Exod. 20, 12; Deuter. 5, 16.
11 *In Matth.*, hom. 35, n. 1 (PG 57, 407).
12 Cf. *Glossa interlin., In Luc. 14,* 26, ap. Lyran.
13 Cf. supra, in *Solutione*, ad I.

Augustinus[1]: « Quicumque se ipsum, non Deum, amat, non se amat; quicumque autem Deum amat, non se, ipse se amat[a], quia quicumque non potest de se vivere, moritur amando se; cum vero diligitur de quo vivitur, non se diligendo magis diligit ».

716

CAPUT VII.

DE POENA HUIUS PECCATI.

Septimo quaeritur de poena huius peccati.

a. Dicitur[2] enim Iob 20, 26 super illud: *Relictus in tabernaculo*, Gregorius[3]: « *Relictus*, quam[b] hic carnem amavit nec relinquere voluit, tunc propter tormenta relinquere volet, sed non poterit ». Ergo amor carnis, qui est peccati[4], non poterit relinqui in futuro, sed erit ei poena in hoc quod relinquere non poterit.

Contra. 1. Si amor carnalis secundum actum remanet — hoc enim videtur ex illa auctoritate — amor autem non est sine delectatione[c], permanebit ergo aliqua delectatio in peccatore damnato; non ergo penitus affligetur[d].

[Solutio]: Ad quod dicendum est quod loquitur ibi de ipso amore carnis, qui hic fuit actu, sed ibi remanet[e] habitu; hunc autem[f] habitum noluit relinquere in praesenti, et ideo in futuro cedit ei ad poenam. Si vero intelligeretur de amore actuali, tunc dicendum est quod sic vivit[g] in damnato amor iste ut peccare vellet, si non adesset poena, sed tamen propter continuitatem poenae et acerbitatem odio habet amorem carnis et relinquere vellet, cum tamen non possit.

---

[a] V om. *quicumque... amat.* [b] V *quia;* T om. *relictus.* [c] V *dilectione.* [d] V *infligetur,* R *astringetur.* [e] V *removet.* [f] V *ita.* [g] Z *viruit.*

1 *In Ioan.*, tr. 123, n. 5 (PL 35, 1968).
2 *Glossa ordin.*, in h. l., ap. Lyran.
3 Cf. *Moral.*, XV, c. 30 (PL 75, 1099).
4 Cf. Rom. 8, 3.

TRACTATUS SEPTIMUS

DE PECCATO EX TRIPLICI CONCUPISCENTIA

QUAESTIO I.

DE CONCUPISCENTIA GENERALITER DICTA.

Expeditum est de divisione peccati quae est: peccatum aliud est [a] ex amore male accendente, aliud ex timore male humiliante. Consequenter dicendum est de illa divisione peccati quae est [b]: peccatum aliud est ex concupiscentia carnis, aliud ex concupiscentia oculorum, aliud ex superbia vitae, quam tangit Ioannes in Canonica sua [1]: *Omne quod est in mundo aut est concupiscentia carnis aut* [c] *concupiscentia oculorum aut superbia vitae.* Et haec divisio data est secundum diversa ex quibus contrahitur concupiscentia peccati: ex carnali enim delectabili quaedam contrahitur concupiscentia, et ita de aliis.

Primo autem [d] quaerendum est quid sit concupiscentia secundum quod commune [e] est in iis tribus. Licet enim [f] unum illorum dicatur *superbia vitae,* nihilominus tamen in illo intelligitur quaedam specialis concupiscentia, et ita omnia [g] illa tria sub concupiscentia generaliter dicta continentur;

secundo, quaerendum est [h] de ipsa divisione trimembri;

tertio, de oppositione differentiarum inter se;

quarto [i], de unaquaque parte divisionis sigillatim.

CAPUT I. 717

QUID SIT CONCUPISCENTIA SECUNDUM QUOD EST COMMUNE TRIPLICI CONCUPISCENTIAE.

Videtur autem quod concupiscentia sive cupiditas sit illud generale, *a.* per hoc quod dicit Augustinus, in libro *De vera religione* [2]: « Serviunt cupiditati triplici, vel [k] voluptatis vel excellentiae vel spectaculi ». Ergo cupiditas commune est ad cupiditatem excellentiae; sed hoc nihil aliud est quam superbia vitae, sicut ibidem infra [3] patet; ergo cupiditas sive concupiscentia est illud generale.

b. Hoc etiam arguitur ex hoc quod dicitur in Glossa super illud Matth. 26, 44: *Oravit tertio,* Glossa [4]: « *Est concupiscentia carnis, oculorum et ambitio saeculi* [5] ». Sed ambitio saeculi [l] non aliud est quam concupiscentia [m] excellentiae saecularis; ergo, cum [n] concupiscentia excellentiae saecularis sit [o] superbia vitae [p], concupiscentia erit generale in hac divisione.

c. Item, Augustinus, *De doctrina christiana* [6]: « Cupiditatem voco motum animi ad fruendum se et proximo et quolibet corpore, non propter Deum ». Sed hoc est commune iis tribus differentiis; ergo et ipsa cupiditas est communis: quod enim convenit definitioni, et definito.

Contra. 1. Sicut peccat homo ex concupiscentia, ita peccat ex [q] contemptu, et differt actus iste ab illo: concupiscentia enim ad concupiscibilem pertinet, contemptus autem ad irascibilem; peccatum autem utroque modo fit; non ergo omne peccatum secundum hoc in iis tribus differentiis continetur [r]; sed continetur omne peccatum; non

---

[a] F om. [b] V om. *de... est.* [c] Z add. *ex.* [d] B *ergo.* [e] V *consequens.* [f] V *tantum.* [g] T *omnino.* [h] V *querit,* F *queritur* pro *q. e.* [i] Ita R (mg.), alii om. *de... quarto.* [k] V om. [l] T om. *s. a. s.* [m] RLZ *concupiscentie,* quod F corr. [n] V om., in F est add. interl. [o] VRLZ *est,* quod F corr. [p] V add. *ergo.* [q] V om. [r] R *contineretur.*

1 I Ioan. 2, 16.
2 Cap. 38, n. 69 (PL 34, 153).
3 Loc. cit., n. 70 (PL 34, 153).
4 *Ordin.,* in h. l. (PL 114, 170).
5 I Ioan. 2, 16 sec. Veterem Latinam.
6 Lib. III, c. 10, n. 16 (PL 34, 72)

ergo concupiscentia sive cupiditas est illud generale.

2. Praeterea, secundum unamquamque vim motivam contingit esse peccatum; cupiditas autem [a] sive concupiscentia determinatur secundum unam illarum; non ergo omne peccatum continetur sub concupiscentia; et [b] omne peccatum continetur [c] in iis tribus; ergo concupiscentia sive cupiditas non est illud commune, in quo membra divisionis conveniunt.

3. Praeterea, sicut dicit Augustinus, in XIV *De civitate Dei* [1]: « Cum consentimus appetendo ea quae volumus, cupiditas dicitur; cum autem consentimus fruendo [d] iis quae volumus, laetitia vocatur ». Item [2]: « Cum [e] dissentimus ab eo quod accidere nolumus, metus [f] dicitur; cum autem dissentimus ab eo quod nolentibus accidit, tristitia est ». Ex opposito ergo cupiditatis sunt alia tria mala, quae tamen sunt peccata; cum ergo omne peccatum contineatur in illa divisione, non erit concupiscentia sive cupiditas illud generale.

[Solutio]: Ad quod dicendum [g] quod concupiscentia sive cupiditas multis modis accipitur: uno modo pro concupiscentia originali, quae dicitur et culpa et poena originalis [3], et secundum hunc modum non accipitur hic. Alio etiam modo dicitur cupiditas determinata ad quoddam genus peccati, quod est circa divitias et pecuniam [4], nec sic etiam accipitur commune ad haec tria. Tertio modo accipitur cupiditas respectu alicuius apparentis boni nondum habiti, sicut accipitur in libro *De civitate Dei* [5], nec etiam sic accipitur commune ad ista tria. Quarto vero modo [h] cupiditas vel concupiscentia dicitur perversa voluntas alicuius boni mutabilis, et illa perversa voluntas [i] aliquando dicitur amor, sicut dicit Augustinus, in libro *De civitate Dei* [6], sub quadam generali ratione amoris, et secundum hunc modum invenitur commune in iis tribus.

[Ad obiecta]: 1. Ad obiectum ergo [k] respondendum [l] quod, licet contingat peccare ex contemptu sicut ex cupiditate vel amore, tamen allicitivum ad peccatum ex parte cupiditatis vel amoris accipitur: unde illud peccatum quod fit ex contemptu, fit ex concupiscentia. Et licet diversae vires sint irascibilis et concupiscibilis, contemptus autem approprietur irascibili et concupiscentia concupiscibili, non tamen hoc est secundum intentionem concupiscentiae de qua hic loquimur: haec enim est generalis in omni vi; unde contemnens aliquid appetit propter quod aliud appetit [m], et habet irascibilis suam concupiscentiam et eodem modo rationabilis.

2. Et per hoc solvitur quod secundo obiectum est. Non enim hic loquimur de concupiscentia speciali, sed de generali. Illud etiam peccatum quod est secundum actum rationabilis, utpote infidelitas, in aliqua concupiscentia radicatur, sicut infra ostendetur [7].

3. Ad tertium dicendum quod [n] cupiditas, de qua loquitur Augustinus, in libro *De civitate Dei*, aliquo modo est coarctata; ista autem, de qua hic loquimur, respondet generaliter voluntati perversae, quae in omnibus illis reperitur, sicut ipse determinat. Cupiditas enim est quaedam voluntas et laetitia quaedam voluntas et metus et tristitia similiter voluntates dicuntur. Unde concupiscentia generaliter in omnibus illis intelligitur. Sicut enim amor non rectus ab eodem [8] dicitur commune illis quatuor, ita et concupiscentia erit generale in [o] illis quatuor.

718

CAPUT II.

UTRUM TRIMEMBRIS DIVISIO CONCUPISCENTIAE SIT SUFFICIENS.

Secundo quaeritur de divisione trimembri utrum sufficiens sit.

Et videtur quod non. 1. Cum enim libido sit idem quod concupiscentia, libido autem, sicut dicit Augustinus, in libro *De civitate Dei* [9], dividatur sic: « Est [p] libido ulciscendi, quae ira dicitur; est libido habendi pecuniam, quae avaritia dicitur; est libido vincendi, quae pervicacia dicitur; est libido gloriandi [q], quae iactantia nuncupatur; est etiam libido dominandi, et multae aliae variae sunt libidines »; tot ergo erunt differentiae concupiscentiae; non ergo sufficienter dividitur concupiscentia, quae *est in mundo*, per

---

[a] T om. [b] L om. [c] Z om. *sub... continetur.* [d] B add. *in.* [e] L om. [f] Z *motus.* [g] BT add. *est.* [h] Z add. *accipitur.* [i] B om. *aliculus... voluntas.* [k] VRLZ *autem*, quod F corr. [l] Ita RL, alii add. *est.* [m] L om. *p. q. a. a.* [n] V om. [o] V om. [p] R *et.* [q] T *generandi.*

1 Cap. 6 (PL 41, 409). 2 Loc. cit.
3 Cf. supra, num. 31 et 235.
4 Cf. supra, num. 570 sq.
5 Lib. XIV, c. 7, n. 2 (PL 41, 410 sq.).
6 Loc. cit., c. 6 sq. (PL 41, 409 sq.).
7 Cf. infra, p. 707, *ad 2.*
8 Scilicet Augustino.
9 Loc. cit., c. 15, n. 2 (PL 41, 424).

istas tres differentias, quae sunt *concupiscentia carnis* et [a] *oculorum* et *superbia vitae.*

2. Item, est peccatum infidelitatis, in quo ponitur inordinatio rationis, nec tamen videtur esse concupiscentia carnis, cum non appetatur inferius bonum, vel concupiscentia oculorum, cum non appetatur exterius bonum, nec superbia vitae, cum haec possit ex ignorantia contingere, et magis videatur discredere [b] ex simplicitate intellectus quam ex arrogantia.

3. Item, cum [c] aliquis scandalizat aliquem, peccat, non tamen huiusmodi peccatum determinate habet originem ex concupiscentia carnis vel ex concupiscentia oculorum vel ex superbia vitae; non ergo *omne, quod est* [d] *in mundo,* videtur esse aliquid istorum.

4. Similiter, obicitur de peccato quod est ex certa malitia: tale enim peccatum videtur habere differens motivum a quolibet [e] praedictorum.

5. Item, Augustinus, in libro *Confessionum* [1], multas ostendit differentias peccatorum, inter quas enumerat ignorantiam, quae nullum istorum videtur esse; enumerat etiam timorem, qui [f] « insolita et repentina exhorrescit »; enumerat etiam ignaviam, enumerat tristitiam, quae acidia dicitur; nullum autem horum [g] videtur per se in concupiscentia carnis vel concupiscentia oculorum vel superbia vitae radicari.

[Solutio]: 1. Ad quod dicendum quod, licet multae sint differentiae libidinum speciales, tamen omnes reducuntur ad has tres differentias generales concupiscentiarum, sicut ostendit Augustinus, in libro *De libero arbitrio,* circa finem I libri [2]. Unde libido irascendi reducetur [h] ad aliquam praedictarum: potest enim esse causa irae vel ablatio boni exterioris, et tunc est [i] ex concupiscentia oculorum; vel potest esse propter impedimentum dominationis, et sic erit ex superbia vitae, et sic de aliis; et propter hoc secundum diversa motiva in genere ad diversa reducetur. Sic etiam [k] de aliis intelligendum est quae non habent sibi causam determinatam.

2. Ad secundum vero dicendum est, quod obicitur de peccato infidelitatis. Illud enim peccatum, licet determinetur in rationabili propter suum actum, magis determinatur in ipsa irascibili vel in ipsa concupiscibili secundum causam motivam. Quod enim non crediderunt filii Israel, sed idololatrabant, aliquando [l] fuit ex concupiscentia carnis, sicut habetur in [m] Num. 25, 1-2, ubi dicitur quod *fornicatus est populus cum filiabus Moab, quae* [n] *vocaverunt eos ad sacrificia sua: at illi comederunt ea et adoraverunt deos earum* [o]*;* aliquando vero ut placerent principibus suis, sicut legitur III Reg. 12, 30 de Ieroboam, et Osee 7, 3: *In malitia sua laetificaverunt regem et in mendaciis suis principes.* Et ita [p] secundum diversa motiva ad diversa genera concupiscentiae reducitur peccatum infidelitatis; maxime vero contingit ex superbia intellectus, sicut est in haereticis [3].

3. Ad tertium dicendum quod peccatum scandali substernitur in dicto vel facto minus recto [4]. Illud autem causam motivam potest habere ex concupiscentia carnis, sicut de aliquo religioso, qui nimis [q] carnaliter vivit; vel ex concupiscentia oculorum, sicut in illo qui multum de terrenis loquitur, ostendens affectum suum esse in illis; vel ex superbia vitae, ut si [r] non humiliter se habet in gestu et habitu et in aliis indiciis humilitatis. Et ita scandalum ad diversas radices concupiscentiae reducetur secundum illud in quo fundatur.

4. Ad quartum vero dicendum quod peccatum in Spiritum Sanctum maxime reducitur [s] ad superbiam vitae, sicut est de invidentia fraternae gratiae et impugnatione veritatis agnitae [t]. Potest tamen trahere originem ex aliis radicibus concupiscentiae.

5. Ad ultimum vero dicendum [u] quod peccatum ignorantiae sive stultitiae ad genus delicti reducitur [5]. Quod autem non [v] scit illud quod sciendum est, potest causam habere ex ipsa concupiscentia carnis, qua homo quietem carnis appetit, et ita per consequens non vult laborare; aut si vult laborare, aliquando allicitur ex delectabilibus ut appetat scire quod sciendum non est, et ita curiositas deducit ad ignorantiam, quae peccatum est; aliquando vero non vult se humiliare, ut credatur se scire, et tunc ignorantia est ex superbia vitae, et ita ex diversis motivis ducit originem. Similiter dicendum est quod [x] tristitia ex diversis causis potest sumere originem secundum carentiam diversorum appetibilium quae tristitiam inducunt, et hoc patet per hoc quod ipse tristitiam ita definit [6]: « Tristitia rebus amissis contabescit, quibus se oblectabat cupiditas », et sumitur ibi cupiditas large. Similiter

---

[a] V add. *concupiscentia.* [b] B *discrete.* [c] TRLZ om. [d] T om. [e] F *quocumque.* [f] VRLZ *que,* quod F corr. [g] F *istorum.* [h] B *reducatur.* [i] R om. [k] FR (interl.) LZ add. *et.* [l] BT *alterum.* [m] V om. [n] F *qui.* [o] R *eorum,* quod B corr. [p] T om. [q] B *minus.* [r] T *in se* pro *u. s.* [s] V *reducetur.* [t] B om. [u] Ita V, alii add. *est.* [v] V *notatur.* [x] B *de.*

1 Lib. II, c. 6, n. 13 (PL 32, 680 sq.).

2 Rectius lib. II, c. 19, n. 53 (PL 32, 1269); cf. supra, num. 501, *ad 3.*

3 Cf. infra, num. 752.

4 Cf. *Glossa ordin., In Marc. 9,* 42 (PL 114, 216), ex Hieronymo, *In Matth. 15,* 12 (PL 26, 107).

5 Cf. supra, p. 320 sq.

6 Augustin., loc. cit., nota 1 (PL 32, 681).

dicendum est de peccato timoris; sic enim definitur timor[1]: « Timor [a] insolita et repentina exhorrescit rebus, quae amantur, adversantia [b], dum praecavet securitati ». Ignavia autem, eo quod quietem appetit, maxime reducitur ad concupiscentiam carnis.

719 CAPUT III.

DE OPPOSITIONE ISTARUM DIFFERENTIARUM INTER SE.

Deinde quaeritur de oppositione istarum differentiarum inter se.

Videtur enim quod aliquod peccatum unum et idem contineatur sub concupiscentia oculorum et sub concupiscentia carnis. 1. Cum enim concupiscentia oculorum large accipiatur pro concupiscentia quae est in aliis sensibus, sicut dicit Augustinus, in libro *Confessionum*[2], iis verbis: « Generalis [c] experientia sensuum *concupiscentia,* sicut dictum est, *oculorum* vocatur ». Concupiscentia ergo carnis, quae est in delectatione omnium sensuum, dicetur concupiscentia oculorum.

2. Item, curiositas dicitur illud peccatum quod pertinet ad concupiscentiam oculorum. Dicit enim Augustinus, in libro *De vera religione*[3], quod concupiscentia oculorum reddit homines curiosos; sed hoc peccatum videtur esse sub [d] superbia vitae; Augustinus enim [e], in libro *Confessionum*[4], ita notificat curiositatem: « Curiositas affectare videtur studium scientiae »; scientia autem [f] est de bonis interioribus; ergo et apparens scientia; reducetur ergo curiositas ad concupiscentiam interioris boni; ergo ad superbiam vitae; non ergo inter se habent oppositionem propriam concupiscentia oculorum et superbia [g] vitae.

3. Item, Augustinus in libro *Confessionum*[5]: « Ex morbo concupiscentiae oculorum ad perscrutanda naturae, quae praeter nos est, opera proceditur, quae scire nihil prodest, et nihil aliud quam scire homines cupiunt. Hinc etiam est si quid [h] eodem perversae scientiae fine per artes magicas quaeritur ». Sed hoc totum pertinet ad appetitum apparentis scientiae, et ita ad appetitum apparentis boni interioris; pertinet ergo ad superbiam vitae.

4. Item, videtur quod non differat concupiscentia oculorum a concupiscentia carnis in quibusdam peccatis. Ad concupiscentiam enim [i] oculorum pertinet delectatio spectaculorum, sicut dicitur [k] in libro *De vera religione*[6]; sed delectatio spectaculorum ad concupiscentiam carnis pertinet: quaeruntur enim spectacula mulierum ad explendam concupiscentiam carnis, quaeruntur etiam [l] spectacula in theatris ad provocationem libidinis carnalis, quaeruntur etiam spectacula in [m] venationibus similiter. Restat ergo quod concupiscentia oculorum non distinguitur a concupiscentia carnis quantum ad aliquam sui differentiam.

5. Item, honor est de bonis exterioribus; appetere ergo honores est appetere bonum exterius; sed concupiscentia boni exterioris ad concupiscentiam oculorum refertur; ergo concupiscentia honorum [n] ad illam radicem referetur; sed haec est ambitio saeculi, quae est superbia vitae; non ergo inter se distinguuntur concupiscentia oculorum et superbia vitae [o].

6. Praeterea, potest quaeri penes quid accipiatur haec triplex differentia. Videtur enim secundum Augustinum, in libro *De libero arbitrio*[7], quod accipiatur secundum tres differentias apparentis boni, quae sunt: bonum [p] apparens exterius et bonum apparens interius et bonum apparens inferius. Secundum autem ipsum, in libro *Confessionum*[8], videtur aliter accipi: ut penes ea quae pertinent ad voluntatem inordinatam cognoscendi accipiatur concupiscentia oculorum, penes vero voluntatem potentiae inordinatam superbia vitae sive ambitio, penes autem concupiscentiam delectationis carnalis inordinatam concupiscentia carnis, et ita penes apparens [q] arduum et penes apparens verum et penes apparens [r] delectabile videntur sumi dictae differentiae. Sed hoc [s] non videtur convenire cum praedictis differentiis: apparens enim magnum vel arduum potest esse interius vel exterius, eodem modo apparens verum. Restat ergo quod non penes istas causas vel illas praedictae accipiuntur differentiae.

---

[a] T om. [b] F *adversaria.* [c] T *generalibus.* [d] T add. *peccato, quod est.* [e] T om. [f] B *enim.* [g] V *ad superbiam* pro *e. s.* [h] V *sicut* pro *s. q.* [i] T om. [k] RL *dicit;* V *ideo* pro *sicut.* [l] F *enim.* [m] R om. *theatris... in;* T om. *etiam.* [n] V *bonorum.* [o] B om. *non... vitae.* [p] L om. *q. s. b.* [q] V om. [r] L om. *v. e. p. a.* [s] B add. *modo;* T om. *sed.*

1 Augustin., loc. cit.
2 Lib. X, c. 35, n. 54 (PL 32, 802).
3 Cap. 38, n. 70 (PL 34, 153).
4 Lib. II, c. 6, n. 13 (PL 32, 680).
5 Loc. cit., nota 2, n. 55.
6 Cap. 49, n. 94 (PL 34, 164).
7 Lib. II, c. 19, n. 53 (PL 32, 1269).
8 Lib. X, c. 35 sq. (PL 32, 802 sqq.).

[Solutio]: 1. Ad quod dicendum quod, licet utraque concupiscentia, scilicet oculorum et carnis, per sensus peragatur — sicut dicit Augustinus iis verbis[1]: « Praeter concupiscentiam carnis, quae inest in delectatione[a] omnium sensuum et voluptatum, cui servientes depereunt, inest animae per eosdem sensus corporis quaedam, non se oblectandi in carne, sed experiendi per carnem, vana[b] et curiosa cupiditas, nomine cognitionis et scientiae palliata » — tamen differenter per illos sensus utraque expletur concupiscentia. Sicut enim dicit Augustinus[2], « in hoc discernitur quid curiositatis[c] agatur per sensus, quid voluptatis, quod voluptas pulcra, canora, suavia, sapida, lenia sectatur, curiositas autem et haec et iis contraria experiendi causa propter experiendi noscendique libidinem ». Per sensus ergo aliquando quaeritur quod est voluptatis carnalis, aliquando quod est delectationis in cognoscendo. Si est propter delectationem in cognoscendo propter se, ad concupiscentiam oculorum refertur; si autem in iis quaeritur carnis voluptas, ad concupiscentiam carnis refertur[d]. Exempli causa, est videre in spectaculis venationum: quidam enim insistunt venationibus propter voluptates carnis consequendas, quidam vero ut delectationem[e] habeant in mirabili cursu canum et ferarum vel etiam in volatu avium; et tales, qui ibi figunt delectationem, explent curiositatem sive oculorum concupiscentiam.

2. Ad secundum dicendum[f] quod similiter differunt[g] superbia vitae et concupiscentia oculorum secundum differentias finium. Qui enim quiescit in bono exteriori secundum quod exterius est, explet concupiscentiam oculorum; si vero ponit quietem in apparenti bono interiori secundum se ipsum, ad superbiam vitae refertur. Unde aliquis potest quaerere scientiam rerum exteriorum tantum ut sciat illas[h], et secundum hunc modum expletur concupiscentia oculorum; aliquis vero potest quaerere scientiam illarum rerum ut excellat[i] in sciendo, et sic ad superbiam vitae refertur. Utrobique ergo potest appetitus scientiae esse communis, sed ex alio et alio fine determinatus: scientia enim, licet sit bonum interius, prout tamen ad exterius refertur, cuius[k] experientia quaeritur, non ad superbiam vitae, sed ad concupiscentiam oculorum refertur.

3. Similiter dicendum est de eo quod obiectum est de cognitione rerum naturalium et artium magicarum. Secundum hoc enim quod sistitur in ipsa admiratione rerum cognoscibilium, ad concupiscentiam oculorum refertur.

4. Ad quartum dicendum[l] quod quaeri possunt spectacula[m] fine diverso. Si enim quaerantur[n] eo fine ut voluptas carnis in rebus visibilibus habeatur, ad concupiscentiam carnis refertur; si vero propter ingenia et exercitia cognoscenda quaeruntur spectacula, ad concupiscentiam oculorum refertur.

5. Ad quintum dicendum quod concupiscentia honoris licet sit respectu boni exterioris, tamen hoc est consequens ad concupiscentiam boni interioris, quod est proprium excellentiae sive praeeminentiae, et ideo concupiscentia honoris ad superbiam vitae reducitur: honor enim quid aliud est quam exhibitio reverentiae in[o] testimonium excellentiae sive potentiae[3]?

6. Ad ultimum vero dicendum[p] quod distinctio praedictarum differentiarum non attenditur secundum distinctionem virium rationabilis, concupiscibilis et irascibilis, licet hoc videatur in hoc quod concupiscentia carnis per se referatur ad concupiscibilem, concupiscentia vero oculorum ad rationabilem, cuius est cognoscere, superbia vero vitae ad irascibilem[4]. Non enim recte acciperentur differentiae dicendo concupiscentiam oculorum et concupiscentiam carnis, cum haec ad concupiscibilem videantur referri, sed in hoc distinguuntur quod concupiscentia carnis respicit bonum inferius apparens, concupiscentia vero oculorum respicit bonum exterius apparens, superbia vero vitae respicit bonum interius apparens[q], sicut ostendit[r] Augustinus, in libro *Confessionum*[5]; intendit enim homo vane gloriari et in se ipso sibi placere. Unde dicit: « Intus est aliud tentationis malum quo[s] inanescunt qui placent sibi de se, quamvis aliis vel non placeant vel displiceant, nec placere affectent ceteris, sed sibi placentes, multum tibi[t] displicent, non tantum de non bonis quasi bonis, verum etiam de bonis tuis quasi suis, aut etiam sicut[u] de tuis, sed tamquam de meritis suis, aut etiam sicut ex tua gratia, non tamen socialiter gaudentes, sed aliis eam[v] invidentes ». Nec est contrarium quod dicitur alibi[x], in libro *Confessionum*[6], quod concupiscentia oculorum continet in se curiositatem scientiae, quae est bonum interius. Quaeritur enim scientia a curiosis propter ipsam experientiam, quae est respectu rerum exteriorum.

---

[a] R *dilectione*; Z om. *in*. [b] L om. *sensus... vana*. [c] VRZ *curiositas*, quod L corr. [d] Codd. *referuntur*. [e] Z *dilectionem*. [f] Ita V, alii add. *est*. [g] V add. *et*. [h] Ita V, alii *illa*. [i] T *extollat*. [k] B *cui*. [l] Ita T, alii add. *est*. [m] V *miracula*. [n] Ita F, alii *queratur*; V *ex* pro *eo* et om. *e. q.* [o] V *vel*. [p] BTF add. *est*. [q] V om. *superbia... apparens*. [r] V *ostenditur*. [s] V *quod*, L *quem quod*, Z *quam quod*, BTFR add. *quod*; codd. *nesciunt* pro *inanescunt*. [t] R om. [u] T *sint*. [v] VL (corr.) *eque*. [x] BT om.

1 *Confess.*, X, c. 35, n. 54 (PL 32, 802).
2 Loc. cit., n. 55.
3 Cf. Aristot., *Ethica ad Nicom.*, IV, c. 3 (II, 44).
4 Cf. supra, num. 502.
5 Lib. X, c. 39 (PL 32, 806).
6 Cf. supra, nota 1.

QUAESTIO II.

DE TRIPLICI CONCUPISCENTIA IN SPECIE.

Consequenter dicendum est de singulis differentiis separatim. Et primo, de concupiscentia carnis; secundo, de concupiscentia oculorum; tertio, de superbia vitae.

720 CAPUT I.

UTRUM CONCUPISCENTIA CARNIS CONSISTAT TANTUM IN DELECTATIONIBUS SENSUUM.

Et potest quaeri quantum se extendat [a] concupiscentia carnis, utrum tantum secundum delectationes quae sunt in quinque sensibus, sicut in delectatione rerum pulcrarum, ut mulierum, et in delectatione sonorum et odorum et [b] saporum et corporum quae suavitatem habent: in omnibus enim [c] iis contingit peccare.

Et videtur quod in iis solum consistat, 1. propter hoc quod dicit Augustinus, in libro *Confessionum* [d] [1]: « Concupiscentia carnis est in delectatione omnium sensuum et [e] voluptatum ». Ponit etiam exemplum de eo quod pertinet ad gustum, cum dicit [2]: « Dum ad quietem satietatis ex indigentiae molestia transeo, in ipso transitu insidiatur mihi laqueus concupiscentiae; ipse enim transitus est voluptas ». — Similiter loquitur de concupiscentia carnis in auditu; unde dicit [3]: « Cum me amplius cantus quam res ipsa quae canitur movet, poenaliter me peccare confiteor, et tunc mallem non audire cantantem ». — Similiter loquitur de voluptate in ipsis visibilibus, dicens [4]: « Quam innumerabilia in vestibus, vasis, calceamentis, picturis et diversis figmentis atque iis usum necessarium atque moderatum transgredientibus addiderunt homines ad illecebras oculorum, foras sequentes quod faciunt, intus relinquentes a quo facti sunt ». Ex quo patet de voluptate secundum sensum visum. — De odoratu [f] etiam patet, sicut habetur [g] Prov. 7, 17: *Aspersi cubile meum myrrha et aloe et cinnamomo.* Haec tamen tentatio carnalis concupiscentiae non ita gravat; unde Augustinus, in libro *Confessionum* [5]: « De illecebra odorum non nimis satago; cum absunt, non requiro, cum adsunt, non respuo ». Et ratio videtur esse, quia homo in isto sensu multum deficit naturaliter. — De concupiscentia vero carnis, quae est secundum tactum, planum est: illa enim maxime gravat. Cum enim homo [h] habeat posse aliquod in aliis membris ad cohertionem, in illis minime habet ut cohibeatur concupiscentia. Unde Augustinus, in libro *De civitate Dei* [6]: « Genitales [i] corporis partes ita libido suo iuri quodam modo mancipavit, ut moveri non valeant, si ipsa defuerit ».

Quod autem non tantum sit concupiscentia carnis in delectatione quinque sensuum, patet *a.* per hoc quod dicit Augustinus, in libro *Confessionum* [7]: « Adhuc vivunt in memoria mea multarum rerum imagines, quas consuetudo mea ibi [k] fixit. In somnis autem non solum usque ad delectationem, sed etiam [l] usque ad consensionem factoque simillimam; et tantum [m] valet imaginis illusio in anima mea et in carne mea, ut dormienti falsa visa persuadeant ». Ex quo videtur quod ipsa concupiscentia carnis vigeat in dormientibus; sed tunc quiescunt sensus quinque; ergo concupiscentia carnis est praeter delectationem quinque sensuum.

b. Similiter habetur de ipsa ignavia [n] quae quietem carnis appetit [8], quies autem carnis ad concupiscentiam carnis refertur.

c. Similiter viget concupiscentia carnis in verbis illecebrosis [o]; unde Eccli. 9, 11: *Colloquium illius quasi ignis exardescit;* et Prov. 7, 21: *Irretivit eum multis sermonibus et blanditiis labiorum protraxit illum.*

---

[a] VF *extendit.* [b] V om. [c] R om. [d] BT om. *i. l. C.* [e] R om. [f] V *odoratis,* quod F corr. [g] Ita V, alii add. *in.* [h] T om. [i] B *vitales.* [k] B *ita.* [l] V om. [m] Z *tamen;* T om. *illusio.* [n] Z om. *carnis... ignavia.* [o] F *illecebris.*

1 Lib. X, c. 35, n. 54 (PL 32, 802).
2 Loc. cit., c. 31, n. 44 (PL 32, 797).
3 Loc. cit., c. 33, n. 50 (PL 32, 800).
4 Loc. cit., c. 34, n. 53 (PL 32, 801).
5 Loc. cit., c. 32 (PL 32, 799).
6 Lib. XIV, c. 19 (PL 41, 427).
7 Loc. cit., c. 30, n. 41 (PL 32, 796).
8 Cf. Augustin., *Confess.,* II, c. 6, n. 13 (PL 32, 680).

d. Similiter risus inordinatus ad concupiscentiam carnis pertinet; similiter et instabilitas gressuum; unde Eccli. 19, 27: *Amictus corporis et risus dentium et gressus hominis enuntiant de illo.*

e. Praeterea, concupiscentia carnis opponitur temperantiae; temperantia autem non tantum est in cohibendis delectationibus sensuum, sed etiam in modestia gestus, sermonis et operis; ergo concupiscentia carnis, quae ei opponitur, attendetur[a] non tantum in delectationibus quinque sensuum, sed in illecebroso[b] gestu, verbo et opere.

[Solutio]: Ad quod dicendum est quod concupiscentia carnis, licet principaliter sit in appetendo delectabilia secundum sensus, consequenter tamen respicit alia quae ordinantur ad illa. Et per hunc modum dicendum est de iis quae sunt in verbis et in gestu[c] et in imaginatione[d] sive phantasia ordinata ad illecebram carnis. Quaedam enim[e] sunt delectationes corporales et quaedam sunt[f] animales; quantumcumque autem extendatur[g] delectatio corporalis[h] inordinata, in tantum extenditur[i] concupiscentia carnis.

[Ad obiecta]: 1. Quod autem dicit Augustinus, in libro *Confessionum*, quod concupiscentia carnis[k] est in delectatione quinque sensuum, hoc principaliter intelligitur, sed non praecise.

a-e. Ad aliud dicendum quod, licet motus interior aliquando sit absque motu sensus, tamen originaliter est a sensu, et illum motum praecessit sensus.

CAPUT II.

DE CONCUPISCENTIA OCULORUM.

ARTICULUS I. 721

Utrum inquirere libidinose de peccatis proximorum ad concupiscentiam oculorum pertineat.

Consequenter quaeritur de concupiscentia oculorum, de qua dicit Beda[1] quod « ipsa est in discendis magicis artibus, in contemplandis spectaculis, in supervacuis acquirendis rebus temporalibus, in dignoscendis et carpendis vitiis proximorum ». Ex quo videtur quod inquirere de peccatis proximorum libidinose, ad concupiscentiam oculorum pertineat. Sed hoc videtur pertinere ad peccatum detractionis: illorum enim est secreta proximorum investigare, et ideo dicitur Prov. 25, 17: *Subtrahe pedem tuum de domo proximi tui, ne forte satiatus oderit te;* et 24, 15: *Ne insidieris et quaeras impietatem in domo iusti neque vastes requiem eius.*

[Solutio]: Ad quod dicendum[l] quod, licet huiusmodi inquisitio curiosa serviat detractioni, detractio autem nascatur[m] ex invidia, quae ad superbiam vitae refertur, non tamen haec inquisitio curiosa de delictis[n] proximorum ad superbiam vitae reducitur, sed ad concupiscentiam oculorum, quae semper est in exploratione bonorum vel malorum, quae exterius sunt.

ARTICULUS II. 722

Utrum sub concupiscentia oculorum contineatur curiositas in cognoscendis naturis rerum.

Similiter quaeritur: Cum sub concupiscentia oculorum, sicut dicit Beda[2], contineatur « curiositas in discendis magicis artibus », utrum similiter contineatur curiositas quae est in cognoscendis occultis et in cognoscendo motu siderum et eventibus diversis qui consequuntur. Quod si est, potest quaeri propter quid[o] Beda specialiter determinat concupiscentiam oculorum in magicis artibus addiscendis.

[Solutio]: Ad quod dicendum[p] quod non tantum est concupiscentia oculorum in cognoscendis artibus magicis, sed etiam[q] in cognoscendis curiose naturis[r] rerum superioribus vel inferioribus. Unde dicit Augustinus, in libro *Confessionum*[3]: Hinc « ad perscrutanda[s] naturae, quae praeter nos est, opera[t] proceditur, quae scire nihil prodest et nihil aliud quam scire homines cupiunt ». Causa autem, propter quam fit mentio

---

[a] B *attenditur.* [b] Ita BT, alii *illecebro;* V om. *in.* [c] R *gestis;* BT om. *in.* [d] L *imagine,* quod Z corr.; VB om. *in.* [e] Ita B, alii *autem.* [f] Z om. [g] R *excedatur.* [h] Z *corporis.* [i] R *exceditur.* [k] VF om. [l] Ita R, alii add. *est.* [m] Z *noscatur,* quod R corr. [n] F *delectis.* [o] V *quod.* [p] Ita V, alii add. *est.* [q] B om. [r] Ita L (corr.), alii *nature;* V om. *curiose.* [s] BT *perscrutandam.* [t] B *operam.*

[1] *In I Ioan.* 2, 16 (PL 93, 92), ex Augustino, *In Epist. Ioan. ad Parthos,* tr. 2, n. 13 (PL 35, 1996).

[2] Loc. cit.

[3] Lib. X, c. 35, n. 55 (PL 32, 802).

a Beda de artibus magicis plus quam de omnibus aliis est[a] eo quod in illis est apparens veritas et non existens, et ea, quae ibi fiunt, operationibus daemonum fiunt, nec est[b] ibi debitum finem ponere. In cognoscendis autem naturis rerum potest esse recta intentio, et ideo non simpliciter dixit Beda de illis, eo quod haec[c] possunt agi sine peccato.

723 ARTICULUS III.

Penes quid accipiatur divisio Bedae circa concupiscentiam oculorum.

Deinde quaeritur: Cum quatuor ponantur circa quae dicitur versari concupiscentia oculorum, quae dicitur curiositas, sicut dicit Beda[1], penes quid accipiatur ratio illius divisionis?

[Solutio]: Ad quod dicendum est quod curiositas consistit in apparentibus veris et in apparentibus bonis et in apparentibus malis. In apparentibus autem bonis potest esse dupliciter: vel quae[d] alicuius possunt esse utilitatis, sed tamen superfluunt, et sic est «in supervacuis acquirendis rebus temporalibus»; vel quae nullius sunt utilitatis secundum se, immo magis vergunt[e] ad nocumentum, et secundum hoc[f] est curiositas, quae est in contemplatione spectaculorum. Secundum hoc ergo curiositas in apparentibus veris dicitur illa, quae «est in discendis magicis artibus»; illa vero, quae est «in carpendis vitiis proximorum», ad cognitionem apparentium[g] malorum reducitur; illa vero quae est «in supervacuis rebus temporalibus acquirendis», ad cognitionem apparenter[h] utilium refertur; illa vero, quae est «in contemplandis spectaculis», ad cognitionem eorum[i] in quibus est sola curiositas refertur. Augustinus tamen quoddam membrum addit, in libro *Confessionum*[2], iis verbis: «Hinc in ipsa religione Deus tentatur, cum signa et prodigia flagitantur, non ad aliquam salutem, sed ad solam experientiam desiderantur[k]», sicut contigit in illis de quibus dicitur Matth. 12, 39: *Generatio prava atque*[l] *perversa signum quaerit.* Sed large accipiendo spectacula, potest haec differentia curiositatis sub illa parte comprehendi.

724 ARTICULUS IV.

Quare magis dicatur concupiscentia oculorum quam alterius sensus[3].

Deinde quaeritur: Cum concupiscentia ista, quae dicitur oculorum, attendatur non tantum in iis quae comprehenduntur visu, sed etiam quae[m] comprehenduntur in aliis sensibus[n], propter quid magis dicatur concupiscentia oculorum quam alterius sensus[o]?

[Solutio]: Ad quod dicendum, sicut dicit Augustinus[4], quod «oculi ad cognoscendum in sensibus principes sunt, et ideo concupiscentia», quae est respectu cognoscibilium exterius, «concupiscentia oculorum dicitur». Ex alia vero parte verbo 'videndi' «utimur in ceteris sensibus, cum eos ad cognoscendum intendimus, et ideo generalis experientia sensuum concupiscentia oculorum vocatur».

CAPUT III.

DE SUPERBIA VITAE[5].

725 ARTICULUS I.

Utrum concupiscentia laudis humanae sub superbia vitae contineatur.

Sequitur de superbia vitae, de qua quaeritur utrum concupiscentia laudis humanae sub ea contineatur.

Et videtur quod non. 1. Concupiscentia enim laudis humanae[p] est concupiscentia boni exterioris: nihil enim videtur ita exterius sicut ipsa laus,

---

[a] RLZ om.; F om. *in.* [b] T om. [c] F om. [d] B om. [e] B om. [f] V *hec.* [g] T *omnium.* [h] F *apparentum.* [i] V om. [k] BL *desideratur,* Z *deserantur.* [l] V *et,* et om. *quaerit.* [m] V *non.* [n] V add. *et;* B add. *est;* V om. *in.* [o] VF om. [p] R om. *sub... humanae.*

1 Loc. cit., p. 711, nota 1.
2 LIb. X, c. 35, n. 55 (PL 32, 802).
3 Cf. supra. num. 575.
4 Loc. cit., n. 54.
5 Cf. supra, num. 433.

quae in aliorum opinione et voluntate dependet[1]; sed superbia vitae est in qua concupiscitur bonum interius[a] sive bonum proprium; ergo concupiscentia laudis humanae non debet sub ea contineri.

Quod autem contineatur, patet, *a.* per hoc quod dicit Augustinus, in libro *Confessionum*[2]. Dicit enim quod praeter duo genera tentationum, scilicet concupiscentiae carnis et concupiscentiae oculorum, est « tertium genus tentationis », quo vult homo « timeri et amari ab hominibus », non[b] propter Deum. Et ad hoc pertinet amor laudis, de quo dicit[3]: « Qui laudari vult[c] ab hominibus, vituperante te, non defendetur ab hominibus, iudicante te, nec[d] eripietur, damnante te ». Et ibidem dicitur[4]: « Quid in hoc genere tentationis tibi, Domine, confiteor, nisi me delectari laudibus? » Ergo appetitus laudis inordinatus pertinet ad superbiam vitae.

b. Item[e], ad hoc facit quod appetitus huiusmodi laudis est ut homo videatur excellere in bonitate vel in[f] scientia; quare appetitus excellentiae movet; ille autem ad superbiam vitae[g] pertinet; ergo superbia vitae continet concupiscentiam laudis humanae.

[Solutio]: 1. Ad quod dicendum[h] quod concupiscentia laudis humanae, licet sit[i] boni exterioris, tamen in illo[k] datur intelligi concupiscentia proprii boni, quae est excellentia, et ideo inanis gloria recte ad superbiam vitae reducitur.

ARTICULUS II. 726

Qualiter velle timeri et velle laudari ad superbiam vitae reducantur[5].

Similiter quaeritur: Cum duplex sit libido, in eo scilicet quod est velle timeri et velle laudari ab hominibus, hae autem sunt oppositae affectiones, qualiter ad unam radicem reducuntur[l], quae est superbia vitae?

[Solutio]: Ad quod dicendum est quod velle timeri ab hominibus attestatur[m] excellentiae: timor enim est potestatis, laus autem est[n] excellentis scientiae vel bonitatis. Ratione ergo[o] excellentiae, quae in utraque datur intelligi, utraque libido sive concupiscentia ad superbiam vitae reducitur[6].

ARTICULUS III. 727

Utrum vana gloriatio de contemptu vanae gloriae ad superbiam vitae reducatur[7].

Similiter quaeritur de illo peccato[p] quo aliquis gloriatur vane de contemptu ipsius vanae gloriae.

Cum enim gloriari de vana gloria per quamdam oppositionem se habeat ad gloriari de contemptu vanae gloriae, non videtur huiusmodi gloriatio ad superbiam vitae reduci, ad quam illa vana gloriatio reducitur: non enim videtur ibi esse delectatio in excellentia, sed in humiliatione.

[Solutio]: Ad quod dicendum[q] quod, licet contemptus[r] vanae gloriae opponatur vanae gloriationi[s], utrumque tamen potest esse materia vanae gloriationis, et, in quantum conveniunt ad vanam gloriationem[t], ad superbiam vitae reducuntur. Et licet contemptus vanae gloriae ponat humiliationem, potest tamen esse superbia vitae, cum in hoc[u] gloriatur in se quod alios[v] videtur excellere in humiliatione, et hoc est vane gloriari de contemptu vanae gloriae.

ARTICULUS IV. 728

Utrum velle placere alteri inordinate ad superbiam vitae reducatur.

1. Item, aliquis vult placere alteri inordinate; sed placentia in altero est bonum exterius; ergo quaerit[x] bonum exterius; non ergo tale peccatum ad superbiam vitae reducitur.

---

[a] V *exterius.* [b] V om. *a. h. n.* [c] V om. [d] V *non.* [e] F om. [f] R om. [g] B om.; Z om. *pertinet.* [h] F add. *est.* [i] V om. [k] R *illa.* [l] T *reducantur.* [m] B om. [n] V om.; Z *vero* pro *a. e.* [o] F *vero.* [p] L om. [q] Ita VF, alii add. *est.* [r] V add. *tui.* [s] V *vana gloriatio* pro *v. g.* [t] V add. *prout.* [u] V *iam* pro *i. h.*; R *generatur* pro *gloriatur.* [v] R om. *q. a.* [x] V *querere.*

1 Cf. supra, num. 521.
2 Lib. X, c. 36, n. 58 sq. (PL 32, 804).
3 Loc. cit.
4 Loc. cit., c. 37, n. 61 (PL 32, 805).
5 Cf. supra, num. 578.
6 Cf. supra, num. 570, sub I.
7 Cf. supra, p. 507.

Contra. *a.* Dicit Augustinus[1] quod huiusmodi peccatum ad superbiam vitae pertinet.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod, licet favor ille sit extra illum qui quaerit illum favorem, dicitur tamen esse de bonis interioribus, quae sunt ipsius animi praeter coniunctionem ad bonum carnis et bonum mundi, et ideo ad superbiam vitae reducitur: quaeritur enim ibi quaedam excellentia ut magis ametur. Similiter etiam, cum aliquis intendit placere sibi de bonis quae habet vel habere videtur: hoc enim non est nisi quia aestimat apud se quod in illis [a] bonis excellat vel [b] quod illa aliquo modo habeat a se, et sic superbia vitae datur intelligi. Unde dicit Augustinus[2]: « Habent tentationem periculosissimam sermo et facta, quae innotescunt hominibus ab amore laudis qui ad privatam quamdam excellentiam contrahit mendicata [c] suffragia, et in eodem genere tentationis est aliud [d] malum, quo inanescunt qui placent sibi de se ».

729 ARTICULUS V.

Quare haec radix peccatorum dicatur superbia vitae.

Ultimo quaeritur propter quid haec radix peccatorum non nominatur nomine concupiscentiae sicut et aliae duae, sed [e] frequentius dicitur *superbia vitae.*

[Solutio]: Ad quod dicendum quod, licet detur intelligi quaedam concupiscentia, quae dicitur ambitio saeculi sive ambitio potestatis, nominatur tamen amplius nomine superbiae ratione excellentiae quae quaeritur: superbire enim est super se quodam modo ire, hoc est supra statum debitum[3]. Dicitur autem superbia vitae propter hoc quod intellectualis creaturae est proprium [f] vitium superbia, cuius est per se vivere. Vel dicitur superbia vitae, quia in vita praesenti sunt bona, de quibus homo superbit[4], Iob 15, 20: *Cunctis diebus superbit impius et numerus annorum incertus est tyrannidis eius.*

730 ARTICULUS VI.

Quare superbia vitae sit difficilioris amotionis aliis duabus[5].

Adhuc quaeritur de hac radice peccati propter quid est difficilioris amotionis aliis duabus [g].

Et quod ita sit, patet, *a.* per hoc quod dicit Augustinus, in libro *Confessionum* [h] [6]: « Est qualiscumque in aliis generibus tentationum mihi facultas explorandi me, in hoc pene nulla est ». Et dicitur[7] Luc. 4, 7 quod « superbia [i] post omnes virtutes saevit », super illud: *Tu* [k] *ergo, si procidens* [l] etc. Unde ultimo tentavit [diabolus] Dominum de superbia vitae. Et ideo dicit Ambrosius[8], loquens de superbia vitae: « Quos nulla potuit movere luxuria, nulla avaritia subruere, ambitio facit criminosos ».

[Solutio]: Ad quod dicendum [m] quod ista radix magis adhaeret ipsi animae ratione sui appetibilis. Quod enim ibi naturale est, ab anima est inseparabile; reliqua autem sunt separabilia, scilicet bonum mundi et bonum carnis. Et ideo, ablatis tentationibus aliis [n], restat ista tentatio difficilior ad evellendum, eo quod est de magis adhaerenti bono sumens originem.

---

[a] Z *nullis* pro *l. i.* [b] Z *secundum.* [c] BT *vindicata.* [d] BT *apud.* [e] B om. [f] BTF (corr.) *proprie.* [g] VF *duobus.* [h] R om. *l. l. C.* [i] B om. *q. s.*; T *eius* pro *post.* [k] B vacat. [l] BT add. *ergo.* [m] TFLZ add. *est.* [n] V *suis.*

1 *Confess.*, X, c. 36 sq. (PL 32, 804 sq.)
2 Loc. cit., c. 38 sq. (PL 32, 806).
3 Cf. Gregor. M., *In Evang.*, hom. 16, n. 1 (PL 76, 1136); supra, p. 490 et 497a.
4 Cf. Gregor. M., *Moral.*, XII, c. 27 sq. (PL 75, 1006).
5 Cf. supra, num. 436, in *Solutione,* et num. 505, in *Solutione.*
6 Lib. X, c. 37, n. 60 (PL 32, 804).
7 *Glossa ordin., In Luc. 4,* 5 (PL 114, 254).
8 *In Luc. 4,* 7 (PL 15, 1621).

TRACTATUS OCTAVUS

DE PECCATIS IN DEUM, IN PROXIMUM, IN SE IPSUM.

SECTIO I. — De peccatis in Deum.

QUAESTIO I.

DE PECCATIS QUIBUS DEHONORATUR OMNIPOTENTIA DIVINA.

Expeditis aliis divisionibus peccati, restat de illa divisione determinare quae est: 'peccatum aliud in Deum, aliud in proximum, aliud in se ipsum'. Aliquando tamen non invenitur nisi bimembris divisio, scilicet 'peccatum aliud est [a] in Deum, aliud in proximum'. Peccatum autem in Deum dicitur impietas, peccatum vero in proximum iniquitas. Et potest sumi ex eo quod dicitur [1] in I Reg. 2, 25: *Si peccaverit vir [b] in virum, placari poterit ei [c] Deus; si autem in Deum peccaverit vir, quis orabit pro eo?*

Dicendum est ergo primo [d] de peccatis quae sunt in Deum immediate;

secundo, de iis quae sunt in proximum;

tertio, de quibusdam quae sunt in [e] se ipsum.

Peccatum vero quod est in Deum aut est quo dehonoratur omnipotentia divinae maiestatis superstitione colendi aut in quo dehonoratur [f] divina sapientia superstitione sciendi aut in quo dehonoratur divina bonitas perversitate male [g] vivendi.

Dicendum est ergo primo de iis in quibus dehonoratur omnipotentia divinae maiestatis. Hoc autem [h] contingit dupliciter, in peccatis scilicet [i] quibus prohibetur accessus ad cultum Dei et in peccatis illis quibus fit recessus ab ipso. Prohibetur autem accessus [k] ad ipsum per idololatriam, per superstitionem Iudaeorum et per infidelitatem paganorum.

Pagani autem sive Saraceni dicuntur illi qui nec Novum nec Vetus Testamentum recipiunt omnino [l], sed suis utuntur traditionibus, et, licet credant unum esse Deum [m] nec adorent idola, non credunt incarnationem nec ea quae in lege Moysi continentur. Iudaei vero sunt qui Legem datam a Domino receperunt et unum Deum credunt creatorem et liberatorem, sed Novum Testamentum non recipiunt nec incarnationem Filii Dei credunt. Idololatrae vero dicuntur illi qui idola pro Deo adorant et [n] non solum unum [o] Deum credunt, sed plures, quos etiam Augustinus, in libro *Contra quinque haereses* [2], paganos vocat. Ibi enim sub duabus differentiis hae tres differentiae comprehenduntur: quidam enim dicuntur Iudaei, quidam pagani, utrobique autem [p] notatur infidelitas.

---

[a] V om. [b] V om. [c] V om. [d] T om. [e] R om. *Deum... in.* [f] R om. *omnipotentia... dehonoratur.* [g] V *iuste.* [h] T *etiam.* [i] T add. *in.* [k] T om. *ab... accessus.* [l] V om. [m] V om. *et... Deum.* [n] V *sed.* [o] V om. [p] Z *enim.*

[1] Cf. *Glossa ordin.*, in h. l., ap. Lyran. | [2] Cap. 1, n. 2 (PL 42, 1101).

TITULUS I.

DE IDOLOLATRIA[1].

Quia vero idololatrae[a] maxime elongantur ratione eius quod creditur — recedunt enim ab eo quod primum est in Decalogo, sicut habetur Deuter. 6, 4: *Audi, Israel, Dominus Deus tuus Deus*[b] *unus est;* et praemittitur in 5, 7: *Non habebis deos alienos in conspectu meo*[c] etc. — ideo primo dicendum est de idololatria.

Circa quam primo quaerendum est[d] quid sit;
secundo, de causa idololatriae;
tertio, in[e] quibus consistat idololatria;
quarto, de effectu eius;
quinto, de[f] magnitudine peccati;
sexto, de tempore et cessatione;
septimo, utrum communicandum sit cum idololatris.

CAPUT I.

QUID SIT IDOLOLATRIA.

731 ARTICULUS I.

Utrum idololatria sit latria.

Ad primum sic: Dicitur idololatria latria[g] idolis exhibita. Propter quod[h] potest quaeri utrum idololatria sit latria[i].

Et videtur quod sic. 1. Latria enim « est[k] cultus Deo debitus[2] »; sed talis cultus exhibetur idolis, sicut est[l] in genuflexione, in sacrificiis et huiusmodi; ergo idololatria est latria.

2. Hoc etiam accipitur ex hoc quod dicit Isidorus[3]: « Latriam[m] sicut impia superbia seu hominum seu daemonum sibi exhiberi vel iubet vel cupit, ita pia[n] humilitas vel hominum[o] vel angelorum sibi oblatam recusat, et cui debetur ostendit ». Ergo idololatria est latria.

Quod autem non sit latria, *a.* accipitur ex hoc quod latria est cultus Deo debitus et Deo exhibitus[p], sicut accipitur ex Glossa[4] super illud[5]: *Dominum Deum*[q] *tuum adorabis et illi soli servies.* Ergo idololatria non est latria, sed ei opposita.

b. Quod etiam argui potest ex hoc quod[r] fides et infidelitas opponuntur; latria autem ad fidem pertinet, idololatria ad infidelitatem; ergo idololatria non est latria.

[Solutio]: Ad quod dicendum[s] quod latria dupliciter dicitur: proprie et communiter; proprie secundum quod dicitur cultus Deo debitus et Deo exhibitus, et secundum hunc modum latria opponitur idololatriae; secundum autem quod latria communiter dicit servitutem soli Deo debitam[6], idololatria latria potest dici, cum illa servitus idolis exhibetur.

732 ARTICULUS II.

Quid sit idolum.

Quaeritur etiam ratione illius partis, quae est 'idolis exhibitus', I. quid vocetur idolum, utrum omnis creatura, cui exhibetur divina veneratio, idolum dicatur[7].

---

[a] T add. *dicuntur.* [b] VBT om. [c] L (interl.) Z add. *et.* [d] F om. [e] R om. [f] V add. *huius.* [g] Z om. [h] BTR *quid.* [i] B om. [k] T om. [l] T om. [m] LZ *latria.* [n] BT *prima,* quod Z corr. [o] Z *homini.* [p] V om. *e. D. e.* [q] LZ om. [r] Z add. *si.* [s] FRLZ add. *est.*

1 Cf. Ioan. de Rupella, *Summa de vitiis* (fol. 26d).
2 Augustin., *De civit. Dei,* X, c. 1, n. 2 (PL 41, 277 sq.).
3 *Etymol.,* VIII, c. 11, n. 2 (PL 82, 315).
4 Bedae, in h. l. (PL 92, 20), ex Augustino, *De Trinit.,* I, c. 6, n. 13 (PL 42, 827).
5 Matth. 4, 10; Luc. 4, 8.
6 Cf. Augustin., loc. cit.; Isidor., loc. cit., n. 11 (PL 82, 315).
7 Cf. supra num. 710.

Quod videtur. *a.* Idololatria enim est omnis cultus divinus qui exhibetur creaturae; hoc autem non est nisi omnis creatura teneat rationem idoli; ergo unaquaeque creatura, cui exhibetur veneratio divina, idolum dicitur.

b. Item, Sap. 14, 12: *Initium fornicationis est exquisitio idolorum.* Fornicationem autem dicit[1] spiritualem; ergo exquisitio idolorum est initium fornicationis spiritualis; hoc autem non est nisi idolum pro creatura sumatur communiter, quam praeponit homo Deo; ergo omnis creatura, quam praeponit homo Deo [a], idolum dicitur.

c. Ad hoc facit[2] quod dicit Apostolus quod *avaritia est* [b] *idolorum servitus,* sicut habetur ad Col. 3, 5; similiter dicitur I Reg. 15, 23: *Quasi scelus idololatriae, nolle acquiescere.* Hoc autem non videtur nisi idolum in communi ratione accipiatur.

Contra. 1. I ad Cor. 8, 4: *Scimus quia idolum nihil est in mundo,* ubi dicit Glossa[3]: « Inter creaturas mundi; materiam enim [c] Deus formavit, sed stultitia hominum formam dedit ». Ex quo patet quod non omnis creatura est idolum. Hoc idem habetur ab Isidoro[4], qui dicit idola esse simulacra rei existentis vel non existentis [d], quae ab homine sunt fabricata.

2. Similiter accipitur ex hoc quod dicitur [e] Exod. 20, 4, ubi nos habemus: *Non facietis vobis sculptile,* alia littera[5] dicit [f]: *Non facies idolum neque omnem similitudinem.* « *Similitudo* autem dicitur rei existentis, *idolum* » autem dicitur « rei non existentis [g] », sicut habetur I ad Cor. 8, 4 in Glossa[6]. Sive ergo accipiatur idolum communiter sive appropriate, non dicetur omnis creatura, quae praeponitur vel aequiparatur Deo, idolum. Isidorus[7] etiam dicit idolum esse « simulacrum, quod humana effigie est factum et consecratum ».

II. Praeterea, ratione illius verbi quod dicitur I ad Cor. 8, 4, quaeritur utrum idolum sit aliquid vel nihil[8].

Et videtur quod nihil sit. *a.* « *Omnia* enim *per* Verbum *facta sunt*[9]; idolum autem non est factum per Verbum[10] ». Ergo idolum nihil est.

b. Item, Isai. 44, 9: *Plastae idoli nihil sunt.* Sed hoc non est nisi ratione ipsius idoli[11]; ergo idolum nihil est, sicut peccatores nihil dicuntur esse propter ipsum peccatum, Ezech. 28, 19: *Nihil factus es, et non eris in perpetuum.*

Contra. 1. Sap. 14, 8: *Per manus quod fit idolum, maledictum est et ipsum et* [h] *qui fecit illud.* Cum ergo opus sit hominis, et opus hominis aliquid est, idolum aliquid est.

2. Item, idolum creatura est, sicut ibidem[12] consequenter [i] haberi potest, cum dicitur: *In idolis nationum non erit respectus, quoniam creaturae Dei in odium factae sunt et in tentationes hominum.* Hoc autem non esset nisi idolum esset creatura; ergo idolum est aliquid.

3. Item, si idolum dicitur nihil esse, ratione cuius [k] formae dicitur nihil esse? Si enim dicatur ratione picturae aut figurae, aliquid dicetur [l] esse; si ratione similitudinis, iterum [m] aliquid dicetur esse: similitudo enim aliquid [n] est, sive sit rei existentis sive rei quae fingitur esse [o][13]; simpliciter ergo dicetur idolum aliquid esse.

[Solutio]: I. Ad quod dicendum quod idolum proprie dicitur simulacrum repraesentativum rei existentis vel rei fictae, et secundum hunc modum non omnis creatura, licet ei exhibeatur veneratio divina, idolum dicitur. Alio vero modo dicitur idolum similitudo facta rei non [p] existentis, et secundum hunc modum accipitur in Glossa[14] I ad Cor. 8, 4 secundum unam expositionem, et sic dicit Origenes[15] quod idolum est repraesentativum rei quae fingitur. Secundum autem quod nomen idololatriae communiter accipitur, ad omnem cultum, qui exhibetur creaturae vice Dei, extenditur nomen idoli. « Idolum enim deductum est ab eo quod est εἶδος », sicut dicit Isidorus[16], « εἶδος autem formam dicit », ab idea [q] tractam, sicut dicit Seneca[17]; idolum vero dicit defectum formae divinae materialiter [r] ponendo formam aliquam existentem creatam vel ab homine factam, et sic posset extendi nomen idoli in intentione idololatriae, ut non tantum dicatur idololatria [s], cum simulacra coluntur, sed cum creaturae loco Creatoris divino cultu honorantur.

---

[a] Z om. *ergo... Deo.* [b] FLRZ om. [c] Ita BT, alii *eius.* [d] F om. *v. n. e.* [e] T *habetur.* [f] B om. [g] R om. *idolum... existentis.* [h] B om. [i] B *communiter.* [k] B om. [l] BT *dicitur.* [m] Z om. [n] Z *quid.* [o] VRLZ om. *sive sit... esse,* in F est add. mg. [p] R om. [q] V *idra.* [r] FLZ *naturaliter.* [s] V om. *ut... idololatria.*

1 Cf. *Glossa ordin.,* in h. l., ap. Lyran.
2 Cf. *Glossa ordin.,* loc. cit.
3 Lombardi, in h. l. (PL 191, 1602), ex Augustino, *In Ioan.,* tr. 1, n. 13 (PL 35, 1385).
4 Cf. *Etymol.,* VIII, c. 11, n. 13 (PL 82, 315).
5 Vetus Latina.
6 *Interlin., In Exod. 20,* 4, ap. Lyran., ex Origene, *In Exod.,* hom. 8, n. 2 (PG 12, 351).
7 Loc. cit.
8 Cf. Lombard., III *Sent.,* d. 37, cc. 1-3 (p. 715s qq.), ubi occurrunt omnes *Glossae* sub I et II citatae; S. Bonav., II *Sent.,* d. 37, a. 1, q. 3, *ad 1* et III *Sent.,* d. 37, dub. 1 (II, 867 sq., et III, 829 sq).
9 Ioan. 1, 3.
10 Cf. Lombard., *In I Cor. 8,* 4 (PL 191, 1602), ex Augustino, loc. cit.
11 Cf. *Glossa interlin.,* in h. l., ap. Lyran.
12 Sap. 14, 11.
13 Cf. Isidor., loc. cit., nota 4.
14 Lombardi, *In I Cor. 8,* 4 (PL 191, 1602).
15 Cf. supra, nota 6. 16 Loc. cit.
17 *Epist.* 58; cf. Alex. Hal., *Summa,* II, p. 18, nota 6.

Si tamen idolum proprie accipitur pro simulacris, *avaritia* dicitur *idolorum servitus*[1] per[a] quamdam similitudinem: sicut enim idololatra servit idolo, ita avarus pecuniae[2]. Et similiter dicitur contumacia inobedientiae quasi idololatria[3] propter peccati enormitatem. Qui enim inobediens est Deo, servitutem, quam debet Deo, abnegat; abnegans autem servitutem, quam debet Deo[b], recedit a cultu Dei[4], et sic quoad hoc convenit cum idololatra, licet non sit tanta sceleris enormitas.

II. Ad id vero quod obicitur 'utrum idolum sit aliquid aut nihil', respondendum est[c] quod 'esse nihil' dicitur multipliciter: vel ex privatione debiti finis, et secundum hunc modum *idolum nihil est*, sicut et peccatum, sed in hoc est differentia, quia in peccato per se privatur debitus finis, in idolo vero[d] est occasio privationis. — Dicitur etiam idolum nihil esse ratione defectus formae, quae aestimatur esse in ipsa materia tamquam movens in moto: aestimatur enim quod «idolum sit persona subsistens ex simulacro et spiritu praesidente[5]», et non est ibi, secundum quod dicitur[e 6] Habac. 2, 19: *Ecce coopertus*[f] *est auro et argento, et omnis spiritus non est in visceribus eius.* — Dicitur etiam idolum nihil esse ratione rei ad cuius imitationem excogitatur, et sic accipitur in[g] Exod. 20, 4 in Glossa[7]. Ex defectu ergo finis et formae, quae est in ratione moventis, et termini dicitur nihil esse. Si vero consideretur secundum esse materiale vel secundum esse formale quod est ex artificio, dicetur idolum aliquid esse.

[Ad obiecta]: *a-b*, 1-3. Et per hoc potest solvi illud quod obiectum est: secundum quid dicetur esse aliquid et secundum quid dicetur esse nihil.

733 CAPUT II.

DE CAUSA IDOLOLATRIAE.

Secundo quaeritur de causa idololatriae. Circa quod quaeritur utrum aliquis ratione utens possit moveri ad idololatriam sive moveatur.

Et videtur quod non. 1. De impressionibus enim naturae est Deum esse, et non tantum quod Deus sit, sed etiam quod unus sit et quod non habeat principium, sed sit aliorum principium. Cum ergo hoc sit impressum rationi secundum naturam, nullum potest esse motivum[h] ut credat multitudinem deorum, ut de hoc quod est ab alio, credat esse Deum; sed hoc est in idololatria; ergo elongatum est ab homine utente ratione ut cadat[i] in peccatum idololatriae.

2. Item, sicut dicit Anselmus[8], illud dicitur esse Deus et est, quo melius nihil excogitari potest nec etiam quo[k] potest excogitari potentius; non deerit ergo omnipotentia, in quo asseritur divinitas. In idolo autem nullatenus ponitur omnipotentia; ergo nec divinitas; non ergo homo utens ratione incidit in idololatriam.

3. Praeterea, si honor divinus exhibebatur[l] idolis, aut hoc fuit propter idola aut[m] propter spiritus praesidentes in idolis per[n] operationem. Non propter ipsa idola, cum nihil virtutis habeant de se et facta sint ab homine; faciens autem facto plus est honorandus et potens impotente; nullatenus ergo exhibendus erat honor divinus idolis[o] propter se. Praeterea, nulla utilitas est exhibere honorem non intelligenti; idolum autem nihil cognitionis habuit: ergo nec honor ei exhibendus erat[p], quanto magis nec honor divinus. — Si vero propter spiritus praesidentes, aut illi sunt boni spiritus aut mali. Si boni spiritus et creati, nullatenus honor, soli omnipotenti Deo[q] debitus, ab eis affectaretur, cum sine iniuria illis dari non possit; si autem affectarent, iam boni non essent: essent enim infideles et iniqui; infideles quidem, quia Deum creatorem suum debito honore defraudarent, iniqui autem eo quod ius alienum usurparent. Si vero fiat eis exhibitio honoris divini cum displicentia eorum, offenderentur ergo potius huiusmodi honoribus quam placarentur; non ergo ab iis oporteret exspectare beneficia pro huiusmodi honoribus, sed magis poenam. — Si vero[r] spiritus praesidentes sunt mali, a malis autem non sunt exspectanda bona, pro bonis autem accipiendis aut malis amovendis exhibentur huiusmodi honores: non ergo exhibendi sunt malis spiritibus. Praeterea, malis spiritibus non sunt exhibendi huiusmodi honores: cultus enim isti sunt cultus sanctitatis;

---

[a] R *secundum*, quod F corr. [b] BT *homo*. [c] T om. [d] T om. [e] T add. *ibi*. [f] T *cooperatus*, quod F corr. [g] V om. [h] V *medium*. R *credat*. [i] V *quo etiam nihil* pro *n. e. q.*; B *cogitari* pro *excogitari*. [l] BT *exhibeatur*. [m] Z *ut*. [n] V *propter*. [o] V om. [p] Ita V, alii om. [q] BZ om. [r] V *ergo*; Z *presentes* pro *praesidentes*.

1 Col. 3, 5; cf. supra, p. 569sqq.
2 Cf. Chrysostom., *In Ioan.*, hom. 65, n. 3 (PG 59, 364).
3 I Reg., 15, 23.
4 Cf. Augustin., *De peccat. merit.*, II, c. 31 (PL 44, 172).
5 Cf. Lombard., *In I Cor. 8*, 4 (PL 191, 1602).
6 Cf. supra, p. 570, nota 2.
7 Cf. supra, p. 717, nota 6.
8 Cf. *Proslogion*, c. 2 (PL 158, 227).

cultus autem sanctitatis ab eis dissonant nec aliquod [a] boni possunt nisi permissi; unde Augustinus, II *De civitate Dei* [1]: « Sicut ipsi mali homines in terra, sic etiam illi non [b] omnia, quae volunt, facere possunt nisi quantum illius ordinatione sinuntur [c] cuius plene iudicia nemo comprehendit, iuste nemo reprehendit ». Restat ergo quod malis spiritibus non est exhibendus honor divinus; ergo nullatenus esset idololatria, quia nec ratione idolorum in se [d] nec ratione spirituum praesidentium.

4. Praeterea, arguit sic Augustinus, in libro *De civitate Dei* [2]: « Romana virtus [e] theatricas artes reprobaverat [f] et qui se in illis exercebant, civilibus [g] honoribus privabantur; dii autem exigebant a suis cultoribus ritus theatricos ». Ergo et ipsi erant reprobandi. « Qua enim fronte theatricae turpitudinis notatur actor, si adoratur exactor? Non ergo dii illi sunt honorandi ». Ergo nec debet esse idololatria.

5. Praeterea, sic arguit [h] [3]: « Graeci proponunt: si dii tales colendi sunt, profecto tales homines [4] honorandi sunt; assumunt autem Romani: sed nullo modo tales homines sunt honorandi; concludunt ergo christiani: nullo modo ergo tales dii sunt colendi ».

6. Hoc etiam removere debet idololatriam quod spiritus praesidentes immunda [i] volunt sibi offerri, sicut *talpas et vespertiliones* [5] et huiusmodi animalia immunda; sed non est ponendum esse Deum qui in [k] immunditiis delectatur; non ergo spiritus praesidentes idolis deos esse est ponendum.

7. Praeterea, ipsa pluralitas deorum ostendit evacuationem. In segetibus enim plures deas [l] esse ponebant [6]: « dum enim semina erant sub terra, deam Seiam [m] esse dicebant; cum autem [n] essent super terram et facerent segetem, deam Segetiam [o]; frumentis autem collectis atque reconditis deam Tutilinam [p] esse dicebant», et ita de aliis rebus [7]. Maior autem est virtus [q] in uno quam in pluribus: plus enim [r] potest virtus unita [s] quam multiplicata [8]; ergo unum esse Deum ponendum est.

E contra [9]. *a.* Motivum ad culturam spirituum praesidentium in [t] idolis potuit esse quod sanare laesiones [u] corporum credebantur, dum ab eis cessabant, et sedare [v] turbationes rerum humanarum, dum non concitabant. Praeterea, praedicebant hominibus mala sive bona quae futura erant; praescire autem futura cum certitudine divinum est; ex quo in eis divinam esse virtutem suspicabantur. Adiungitur etiam mirificentia operum occultorum naturalium, quae [a] mirabilia videbantur — miracula autem facere auctoritate solius Dei est — sicut contigit in miraculis Magorum [10]. Sic ergo propter sanationes laesorum et liberationes oppressorum, quae credebantur, bonitas divina in eis asserebatur, propter praedictionem [b] futurorum sapientia divina, propter operationem mirabilium potentia divina. — Sed in omnibus istis non fuit necessaria ratiocinatio, immo falsa aestimatio. Non enim sanabant infirmos nec liberabant oppressos, sed a nocumento desistebant ut illuderent, futura coniciendo praedicebant et aliquotiens fallendo, occulta naturae operando [c], non res super naturam virtute faciendo. Unde propter ista nullatenus ponendum erat istos deos esse [d] et eis divinus cultus nullatenus erat exhibendus.

[Solutio]: 1. Ad id autem quod obicitur quod 'nulla potuit esse causa propter quam homo utens ratione incideret in idololatriam': dicendum [e] quod hoc verum est, si ratio sequeretur [f] inclinationem naturae secundum [g] se ipsam, sed, quia sequebatur inclinationem naturae corruptae, ratione corruptionis ideo contingebat ipsum in idololatriam incidere.

2. Ad secundum dicendum [h] quod, licet homo ponat Deum esse summe [i] bonum, summe potentem, summe sapientem — haec autem non conveniunt idolo vel spiritui in idolo praesidenti — nihilominus tamen ratio humana respiciens ad effectum [k], et non universaliter, sed particulariter, et per hoc [l] decepta, incidit in idololatriam.

3. Ad tertium dicendum quod, si homo pertractaret [m] secundum rationem rectam, inveniret Creatorem et Gubernatorem [n] esse colendum, creaturis vero nullatenus cultum divinum esse exhibendum, secundum quod dicitur Sap. 13, 3-5: *Si specie [o] rerum delectati, deos putaverunt, quanto magis dominator eorum speciosior est? Speciei generator [p] haec omnia constituit. Aut si virtutem et operam eorum mirati sunt, intelligant ab ipsis quoniam qui haec omnia constituit, fortior est illis. A magnitudine enim speciei et crea-*

---

[a] VR *quid.* [b] BT *nec.* [c] B *sumuntur.* [d] V om. *i. s.* [e] B om. [f] V *probaverat;* B om. *in.* [g] Ita VF (correcti), alii *cuiuslibet.* [h] R add. *Gregorius.* [i] R *immundo.* [k] BT om. [l] V *deos.* [m] L *Seram.* [n] BT *ergo.* [o] V *Segeriam,* B *Segatiam.* [p] BT *Tuciliciam.* [q] T add. *etiam.* [r] V *ergo.* [s] BR *unica.* [t] V om. [u] V *sanationes* pro *s. l.* [v] V *sedate* pro *e. s.*

[a] V om. [b] T *predicationem.* [c] V om. [d] Ita V, alii om. [e] Ita V, alii add. *est.* [f] V *quereretur.* [g] FR *propter.* [h] Ita V, F *vero dicendum,* B *vero respondendum est,* alii *vero dicendum est.* [i] Ita V, alii *summum.* [k] V om. *a. e.* [l] Ita V, alii *hec;* F om. *in.* [m] R *perpetraret,* quod BF corr. [n] Z om. *e. G.* [o] Ita V, alii *species.* [p] B *gubernator.*

1 Cap. 23, n. 2 (PL 41, 71).
2 Lib. II, c. 13 (PL 41, 57 sq.).
3 Loc. cit.
4 Scilicet in theatricis artibus sese exercentes.
5 Isai. 2, 20; cf. Deuter, 14, 18.
6 Augustin., loc. cit., IV, c. 8 (PL 41, 118).
7 Cf. Augustin., loc. cit., et VI, c. 9 (PL 41, 187 sq.).
8 *Liber de causis,* § 16 (p. 179).
9 Cf. Raban., *De magicis art.* (PL 110, 1100 sqq.).
10 Cf. Exod. 7, 11, 22 et 8, 7; cf. Alex. Hal., *Summa theol.,* II, num. 243 sqq.

turae cognoscibiliter poterit eorum Creator videri. Sed quia respiciebant in aliquibus necessitatibus ad aliquam virtutem adiutricem, secundum quod aestimabant, nec elevabant intellectum ad summam causam, a qua est omne adiutorium et universaliter esse [a] et bonum, ideo [b] in idololatriam et superstitionem incidebant.

4-7. Similiter dicendum est ad alia. Idololatria enim ex multis originem duxit, sicut habetur in libro Sapientiae [1].

734 CAPUT III.

IN QUIBUS CONSISTAT IDOLOLATRIA.

Tertio quaeritur in quibus consistat idololatria.

I. Potest enim quaeri utrum aliquis possit aliquam creaturam colere ut Deum et adorare sine peccato [2].

Quod videtur. 1. Potest enim esse quod aliquis nihil audivit de Deo, et natus inter idololatras, videt adorari [c] idola et creaturas; videtur quod ista ignorantia sit invincibilis, cum nullatenus habeat a quo possit addiscere. Unde Augustinus [3]: « Ille non suo vitio ignorat; ideo enim ignorat, quia non fuit a quo disceret, nec ex rumore comperit opinionem doctrinae, et ideo immunis est a condemnatione [d] ». Talis ergo [e] non peccat, cum nullus peccet in eo quod vitare non potest [4].

Contra. *a.* Cognitio quod Deus [f] sit naturaliter insita est menti [g] [5]; nullus ergo excusatur ab ignorantia Dei.

b. Item, in Psalmo [6] dicitur: *Scitote quoniam Dominus ipse est Deus* etc. Si ergo quilibet ingrediatur ad considerationem sui, inveniet illum esse Deum, qui est universorum factor et creator; ergo ignorantia eius neminem excusabit.

II. Item, potest quaeri, si nullus potest colere sine peccato [h], utrum possit adorare sine peccato [7].

Quod videtur, 1. per hoc quod dicitur in Glossa, super illud Exod. 20, 5: *Non adorabis neque coles* [i], Glossa [8]: « Aliud est colere, aliud adorare. Potest quis invitus adorare, tormentis victus ».

2. Praeterea [k], de B. Ignatio legitur [9] quod potuit induci ad incendendum thura [l] idolis, sed nullo modo volebat Christum [m] negare. Restat ergo quod aliquis potest sine peccato adorare idola.

Contra. *a.* Exod. 20, 5 dicitur: *Non adorabis neque coles,* ubi prohibetur adoratio, et dicit Glossa [10]: « Utrumque resecat [n], ut nec affectu colas nec speciem adores ». Ergo non potest fieri adoratio idolorum [o] sine peccato idololatriae.

[Solutio]: I. Ad quod dicendum quod huiusmodi ignorantia non est invincibilis: unde non excusat a peccato. Licet enim non possit habere doctorem hominem, cum nullus sit ibi fidelis, potest tamen habere Spiritum Sanctum intus docentem: *Unctio enim docet de omnibus,* sicut habetur I Ioan. 2, 27, si ipse faciat quod in se est. Praeterea, usu rationis potest [p] duci ad *invisibilia Dei per ea quae conspiciuntur intellecta a creatura,* sicut dicitur ad Rom. 1, 20.

[Ad obiecta]: 1. Et sic intelligendum est quod dicit Augustinus quod ille non est culpandus qui a quo disceret non invenit, si ignoret [q].

II. 1. Ad secundum vero [r] dicendum quod cultus divini nullatenus attribuendi sunt creaturae propter se; unde nec est adorare idola vel [s] creaturas adoratione, quae est latria, sine peccato: adoratio enim importat actum exteriorem procedentem a voluntate aliquo modo. Unde quod dicitur in Exodo in Glossa quod [t] « aliquis invitus potest adorare idola », intelligendum est de illo quem metus induxit; ille autem, quem metus induxit [u], ex voluntate quodam modo facit, licet non absoluta [11]; per tormenta autem nullus inducendus est ad faciendum contrarium honorificentiae divinae.

2. Ad id [v] quod dicitur de B. Ignatio, dicendum est quod non adoravit idola, sed coram idolis existens, thura Deo incendebat, sicut B. Thomas [12] Apostolus et alii sancti [13], ante idola ducti, protestabantur se adorare Deum, non idola, et hoc patuit in idolorum destructione.

---

[a] V *omne.* [b] V *non.* [c] Ita V, alii *adorare.* [d] B *damnatione.* [e] V *enim.* [f] FR *Dominus.* [g] V *rationi.* [h] Z om. *s. p.* [i] V *vitulos* pro *n. c.* [k] V om. [l] R *cum.* [m] B *ipsum.* [n] Z *resecas.* [o] T om. [p] Z add. *dici.* [q] B om. *s. i.* [r] V om. [s] R om. [t] B add. *sl.* [u] Z om. *ille... induxit,* in F est add. mg. [v] Ita V, alii om. *a. i.;* BTFLZ *quod autem* pro *quod.*

1 Praesertim c. 14.
2 Cf. Ioan. de Rupella, *Summa de vitiis* (fol. 27a).
3 *Quaest. ex Novo Testam.,* q. 67 (PL 35, 2262).
4 Augustin., *De lib. arbit.,* III, c. 18, n. 50 (PL 32, 1295).
5 Cf. Damasc., *De fide orthod.,* I, c. 3 (PG 94, 794).
6 Psalm. 99, 3.
7 Cf. Ioan. de Rupella, loc. cit.
8 *Ordin.,* in h. l., ap. Lyran.
9 De hoc nil invenimus.
10 Cf. nota 8.
11 Cf. supra, num. 705, in *Solutione* et *ad 1.*
12 Cf. Iac. a Voragine, *Legenda aurea,* c. 6 (ed. Graesse, Lipsiae 1850, p. 38).
13 Cf. *Legenda aurea,* c. 58, ubi quid simile de S. Georgio refertur (p. 263).

III. Item, potest quaeri utrum aliquis salva fide cordis, in qua nullatenus creditur de idolo quod sit Deus, possit ore confiteri de idolo quod sit Deus, sine peccato [1].

Quod videtur, 1. per hoc quod dicit Augustinus [2]: « Lingua non facit reum, sed rea mens ». Sed iste non videtur habere mentem ream, cum recte credat; non ergo dicendus est reus.

Contrarium videtur. *a.* Ad Rom. 10, 10: *Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem.* Si ergo aliquis confiteatur ore cuius contrarium credit, ad damnationem sui confitetur.

[Solutio]: Ad quod dicendum [a] quod huiusmodi confessio non potest fieri sine peccato. Unde dicitur in Glossa [3] ad Rom. 10, 10: « Pene omnes qui Christum coram persecutoribus negaverunt, quod de illo credebant, corde tenuerunt, et tamen [b] ore non confitendo perierunt nisi illi qui poenitentia revixerunt ». Et iterum [4]: « Nihil prodest hoc esse [c] in corde quod verum est, si hoc dicitur voce [d] quod falsum est, quia veritas et est credenda et [e] dicenda ».

[Ad obiecta]: 1. Ad id vero [f] quod dicit Augustinus quod « lingua non facit reum, sed rea mens », dicendum [g] quod hic est mens rea, ex qua procedit « mendacium in doctrina religionis [5] ».

IV. Deinde [h] quaeritur si homo potest exhibere sine peccato [i] reverentiam corporalem creaturae, quae Deo debetur [6].

Quod videtur, 1. eo quod genuflexiones fiunt coram praelatis ecclesiasticis et saecularibus.

Sed videtur contrarium, *a.* per hoc quod dicitur Isai. [k] 45, 24: *Mihi curvabitur omne genu, et iurabit* mihi *omnis lingua;* et ad Rom. 14, 11, ubi habetur simile.

b. Similiter dicitur Esther 3, 2 de Mardochaeo, qui nolebat genu flectere coram Aman [7]: *Timuit enim ne honorem Dei transferret ad hominem.* Et dicit Origenes [8]: « Genu flectere est cuncta esse subiecta et cultui Dei obedire ». — Quod autem genuflexio ad cultum [l] Dei pertineat, patet, per hoc quod dicitur ad Philipp. 2, 9-10: *Donavit Deus illi nomen, quod est super omne nomen, ut in nomine* eius *omne genu flectatur* [m].

[Solutio]: Ad quod dicendum quod non est reverentia, soli Deo debita, creaturae exhibenda; haec autem est de genuflexione cordis, sicut dicitur II Paral. ultimo [9]: *Et nunc flecto genua cordis mei.* Si vero fit sermo de genuflexione corporali, aut illa est quoad utrumque genu, et illa non est [n] exhibenda creaturae propter se, sed exhibendo Deo reverentiam in creatura; alicubi tamen consuetudo potest excusare. Si vero fiat quoad unum genu [o] genuflexio, hoc modo convenit creaturae rationali, cui exhibetur reverentia. Similiter, licet prostratio fiat principaliter Deo, tamen, sicut habetur in Veteri Testamento [10], in [p] reverentiam hominum exhibebatur.

V. Item, cum idololatria fiat in adoratione idolorum, sicut habetur Isai. 44, 9, potest quaeri utrum factores imaginum vel qui procurant facturam earumdem peccent peccato idololatriae vel peccato [q] consimili [11].

Quod videtur, 1. per hoc quod dicitur Deuter. 4, 15-16: *Non vidistis aliquam similitudinem in die qua locutus est vobis Dominus* [r] *de medio ignis, ne forte decepti faciatis vobis sculptam similitudinem aut imaginem masculi aut feminae* etc.; et dicitur [s] Deuter. 5, 8: *Non facies tibi imaginem aut sculptile sive similitudinem* etc. Per quod designatur quod facientes huiusmodi peccant et faciunt contra primum praeceptum; sed facere contra primum praeceptum est peccatum idololatriae; ergo hoc est peccatum idololatriae [t].

2. Similiter de procurantibus habetur Isai. [u] 46, 6: *Qui confertis aurum de sacco et argentum de statera ponderatis* [v], *conducentes aurificem ut faciat deum.* Procurare ergo ut fiant imagines huiusmodi est peccatum idololatriae.

Contra. *a.* Ecclesia concedit facturam imaginum et eas in ecclesia collocat; hoc autem non esset, si speciem idololatriae praetenderent.

b. Praeterea, dicit [x] Ioannes Damascenus [12]: « Honor imaginis ad prototypum pervenit; prototypum autem est quod imaginatur, ex quo derivatur quod fit ». Et iterum [13]: « Dei Genitricis imaginis non materiam, sed figuram, adoramus; honor enim qui est ad ipsam, ad eum [y] qui ex ipsa incarnatus est, reducitur ». Si ergo honorationes imaginum conceduntur, et facturae per consequens earum conceduntur.

---

[a] BT add. *est.* [b] Z *cum.* [c] V *est.* [d] V *ore.* [e] Z add. *est.* [f] T add. *quod obicitur.* [g] BT add. *est;* V *hec* pro *hic.* [h] V *item.* [i] V om. *s. p.* [k] V om. [l] V *culturam.* [m] Z *flectetur,* L *flectet.* [n] T om. [o] BT om. [p] L om. [q] V om. *t. v. p.* [r] Ita BT, alii *Deus.* [s] V om. *e. d.;* Z *facias* pro *facies.* [t] VL om. *ergo... idololatriae.* [u] T om. [v] FRLZ *ponderantes;* V *artificem* pro *aurificem.* [x] Ita V, alii om. [y] R *eam.*

1 Cf. Ioan. de Rupella, loc. cit.
2 *Sermo* 180, c. 2 (PL 38, 973).
3 Lombardi, in h. l. (PL 191, 1476), ex Augustino, *Contra mendac.*, c. 6, n. 13 (PL 40, 526).
4 Loc. cit., ex Augustino, loc. cit., n. 14 (PL 40, 526 sq.).
5 Augustin., *De mendacio,* c. 14 (PL 40, 505).
6 Cf. Ioan. de Rupella, loc. cit.
7 Esther 13, 14.
8 *In Epist. ad Rom.*, IX, n. 41 (PG 14, 1244).
9 *Oratio Manasse,* circa finem, quae olim ad calcem libri II Paral. poni solebat.
10 Cf. I Reg. 20, 41; 25, 41; II Reg. 18, 20; 19, 18; 24, 21.
11 Cf. Ioan. de Rupella, loc. cit.
12 *De fide orthod.*, IV, c. 16 (PG 94, 1170).
13 Loc. cit. (PG 94, 1171).

c. Item, in Exodo [1] dixit Dominus ad Moysen quod faceret cherubim obumbrantia propitiatorium [a]; si ergo hoc concedebatur in Veteri Testamento ut fierent imagines etiam [b] rerum incorporearum, multo fortius in Novo Testamento conceditur usus imaginum rerum [c] corporearum, et ita [d] per consequens factura imaginum.

VI. Huius etiam gratia quaeritur utrum similiter ante adventum Christi potuerunt sine peccato fieri imagines rerum sacrarum sicut et modo fiunt.

Et videtur quod sic. 1. Quod enim pertinet ad cultum Dei vel honorem sanctorum est morale; sed facere huiusmodi imagines et honorare [e] ad cultum deiformem pertinet; ergo est morale; moralia autem non variantur; si ergo modo fiunt sine peccato, tunc potuerunt fieri sine peccato.

Contra. *a.* « Deus infigurabilis est; infigurabilis autem rei quis potest facere imaginem [2]? » Et ideo dicit Damascenus: « Insipientiae summae et impietatis est [f] figurare Deum. Hinc etiam [g] in Veteri Testamento non erat assuetus [h] imaginum usus. Quia vero Deus factus est homo propter nostram salutem et vere perambulavit terram, passus est, crucifixus est, excogitaverunt Patres velut quosdam triumphos in imaginibus exscribere ad velocem memoriam ». Sic ergo in Novo Testamento concessae sunt imagines. Dicit etiam [i] Damascenus [3]: « Accepimus Lucam Evangelistam pinxisse Dominum et Matrem eius ». Ex quibus et aliis pluribus exemplis arguitur quod licitus est usus imaginum in Ecclesia.

[Solutio]: V. Ad quod dicendum [k] quod facere imagines duplici potest fieri intentione: vel ut adorentur pro Deo, et hoc modo idololatrae aliqui adorabant imagines; vel ut adorentur spiritus praesidentes in idolis, et secundum hunc modum idolatria est. Unde Damascenus [4]: « Graecorum sculptilia, quae daemonum erant imaginationes [l], abiectibilia et detestabilia existunt ». Si vero fiant imagines rerum sanctarum intentione honorandi res sacras et principaliter Deum colendi, qui est auctor sanctificationis, secundum hoc facere imagines vel procurare non est peccatum nisi admisceatur aliqua alia intentio perversa.

[Ad obiecta]: 1-2. Illud autem quod obiectum est intelligitur de factura imaginum secundum intentionem idololatriae. Additur etiam quod ipsius Dei secundum divinitatem nulla est facienda imago; unde peccant qui sub imagine volunt repraesentare Trinitatem in unitate, ut sic adoretur.

VI. In Veteri etiam Testamento prohibita fuit factura imaginum, ne vice Dei fieret veneratio: proni autem erant Iudaei ad idololatriam, sicut patet ex Sacra Scriptura [5], tum quia multum sensuales [m] erant, tum quia inter gentes conversabantur. Quod autem in Veteri Testamento fiebant imagines Cherubim, hoc [n] fuit propter hoc quia [o] angeli apparuerunt in corporalibus creaturis subiectis, non ut crederetur ipsos angelos esse corporeas [p] creaturas. Nullatenus autem concedebantur imagines, quales idololatrae faciebant et colebant, ne creatura pro Deo coleretur. In Ecclesia autem modo imagines conceduntur rerum sacrarum, utpote ipsius Christi hominis, in memoriam Verbi pro nobis immolati, ipsius etiam crucifixi, in memoriam ipsius Redemptoris, qui pro nobis est passus, ut qui Scripturas non intelligunt, librum habeant in quo respiciant. Unde Damascenus [6]: « Quia [q] non omnes noscunt litteras neque lectioni vacant, Patres excogitaverunt velut quosdam triumphos in imaginibus exscribere ad velocem memoriam. Non secundum mentem habentes Domini passionem, imaginis Christi [r] crucifixionem videntes et salutaris passionis in rememorationem [s] venientes, procidentes adoramus non materiam, sed imaginatum ».

1. Ad obiectum autem quod 'colere Deum et id quod pertinet ad culturam eius est morale': dicendum est quod quaedam sunt simpliciter moralia secundum omne tempus, sicut credere et diligere Deum et adorare, quae, ad cultum Dei pertinentia, secundum omne tempus sunt exhibenda; adorare vero mediantibus imaginibus est morale, sed non secundum omne tempus. Dico autem adorare Christum illa adoratione quae dicitur hyperdulia, quae ad humanam naturam ipsius pertinet.

VII. Adhuc [t] etiam quaeritur utrum aliquis possit [u] simulare se adorare creaturam sine peccato.

Et videtur quod sic, 1. per hoc quod dicit Hieronymus [7]: « Utilem simulationem et in tempore assumendam Iehu regis Israel nos doceat exemplum, qui non potuisset interficere sacerdotes Baal nisi finxisset se [v] idolum velle colere, dicens [8]: *Congregate mihi omnes sacerdotes Baal;*

---

[a] V *propinatorium*, FR *propitiationum*. [b] V om., in F est add. mg. [c] V *huiusmodi imaginum* pro *u. t. r.* [d] V om. [e] BT *adorare*. [f] FRLZ om. [g] T om.; B *unde* pro *h. e.* [h] L *consuetus*. [i] B *enim*. [k] Ita V, alii add. *est*. [l] BT *imagines*, Z (corr.) *imaginatio*. [m] BTFR *sensibiles*. [n] R add. *autem*. [o] R add. *in*. [p] BT *corporales*. [q] L *qui*. [r] V om. [s] BT *rememoriam*; V *rememorationem videntes* pro *t. r. v.* [t] V om. [u] LZ add. *se*. [v] L om.

1 Cap. 25, 18 et 37, 7.
2 Damasc., *De fide orthod.*, IV, c. 16 (PG 94, 1171), ubi et sequens.
3 Loc. cit., non in textu, sed in nota *z*, ubi hoc dictum attribuitur Andreae Cretensi (PG 94, 1175).
4 Loc. cit. (PG 94, 1170).
5 Cf. Exod. 32, 22; Num. 25, 1 sqq.
6 Loc. cit. (PG 94, 1171).
7 *In Epist. ad Gal.* 2, 13 (PL 26, 339); ap. Gratian., *Decretum*, C. 22, q. 2, c. 21 (I, 873).
8 IV Reg. 10, 18 sq.

Achab servivit ei in paucis, ego serviam ei in multis ». Ex[a] verbo ergo Hieronymi possumus elicere quod aliquis potest sine peccato mortali simulare se adorare creaturam.

2. Videtur etiam ex hoc quod commendatur a Domino in hoc quod[b] destruxit sacerdotes Baal[1].

Contra. *a.* Simulatio huiusmodi est illicita: aut enim est[c] verbo aut in[d] facto. Si[e] verbo, erat ibi mendacium; mendacium autem in iis quae sunt religionis est mortale peccatum[2]. Si autem in facto, exemplum poterat esse aliis perditionis; scandalum autem est dictum vel factum occasionem praebens ruinae[3]; utroque ergo modo peccavit.

[Solutio]: 1. Ad quod dicendum quod, licet Iehu simulasset se adorare idola[f], non tamen ex hoc erat idololatra. Est enim simulatio verbo, et talis non pertinet ad genus idololatriae, sed ad genus mendacii; et quia non fuit principaliter in[g] intentione fallendi, sed malum idololatriae illius tollendi, ideo non dicebatur simpliciter mendacium; nihilominus tamen peccavit sic dicendo, sed ipsa intentio tanti boni minuit ipsam simulationem; nec fuit aliis occasio ruinae spiritualis, immo declaratio magni[h] mali quod latebat.

a. Ad id autem quod[i] dicitur esse mendacium in iis quae pertinent ad religionem: dicendum[k] quod tunc dicitur esse mendacium in iis quae pertinent ad religionem, cum fit intentione fallendi, hoc est ut credatur quod non est credendum in doctrina religionis[4], sicut est de haeresiarcha, qui mentitur ut alios ad errorem pertrahat.

2. Quod autem dicitur Dominus commendasse Iehu, hoc fuit in destructione[l] Baal et idololatrarum, non quod in omnibus placuerit, sicut etiam[m] ibidem ostenditur[5].

CAPUT IV. 735

DE EFFECTU IDOLOLATRIAE.

Quarto quaeritur de effectu idololatriae.

1. Dicitur enim Sap. 14, 27: *Infandorum idolorum cultura*[n] *mali omnis causa est et initium et finis.* Sed hoc qualiter potest esse, cum causa efficiens differat a finali et principium a fine?

2. Item, ad Rom. 1, 23-24 dicitur: *Mutaverunt gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis et volucrum et quadrupedum et serpentium. Propter quod tradidit eos Deus in desideria cordis eorum, in immunditiam, ut contumeliis afficiant corpora sua in semetipsis.* Ergo idololatria causa fuit peccati contra naturam[6]; sed[o] hoc qualiter, cum maxime distent[p] peccatum spirituale, quod est infidelitatis, et peccatum carnale[q], quod est luxuriae, et maxime eius quae[r] est contra naturam[7]?

[Solutio]: Ad quod dicendum quod idololatria dicitur esse *causa omnis mali* per occasionem, non essentialiter. Non enim necesse est peccantem peccato idololatriae cadere in alia genera peccatorum; sed si[s] in tantum desipit ratio humana ut creaturam pro Creatore colat, verisimile est ut in aliis desipiat, in quibus propter delectationem alicuius boni mutabilis contemnitur maiestas Dei praecipientis.

[Ad obiecta]: 1. Ad id vero quod obicitur quod 'idololatria *est causa, initium et finis omnis mali*': dicendum est quod ex alia et alia causa dicitur esse *causa, initium et finis. Initium* enim dicitur, quia ab illo peccato facta est inchoatio malorum in ipsis gentilibus; *causa* vero, quia disponebat magnitudo illius erroris ad corruptionem erroris in aliis generibus peccatorum[8]; *finis* vero, quia propter hoc ut placerent spiritibus in[t] idolis praesidentibus et ab eis impetrarent, secundum quod credebant, plurima[u] mala perpetrabant.

2. Ad ultimum[v] dicendum[9] quod peccatum idololatriae causa est sive occasio peccati contra naturam, ut notetur quod ad deordinationem[x] hominis respectu naturae universalis sequatur deordinatio voluntatis humanae respectu naturae particularis. Et est illud peccatum « non tantum peccatum, sed poena peccati », et ideo dicitur[10] quod *Deus tradidit eos*[y] *in reprobum sensum*, id est « permisit tradi[11] ». In quantum enim est peccatum, est a mala voluntate hominis; in quantum autem est poena, est a Deo, et recte punitur in illo, ut ex hoc intelligat enormitatem sui peccati. Si enim tanta enormitas est facere contra naturam propriam, quanto magis est enormitas facere contra naturam increatam, a qua est principium esse humani.

---

[a] V *de.* [b] R om. *commendatur... quod.* [c] VFLZ *in.* [d] F exp., Z om. [e] Ita BT, alii add. *in.* [f] R *idolare* pro *a. i.* [g] Ita BT, alii om. [h] Z *magis.* [i] Ita V, alii *quod autem* pro *A. i. a. q.* [k] Ita BT, alii add. *est.* [l] V *destructionem.* [m] T om. [n] R vacat. [o] Z om. [p] Ita VF (corr.), alii *distant.* [q] V *corporale*, F *carnis.* [r] F *quod.* [s] L om. [t] L om. [u] BT *plura.* [v] R *quod.* [x] T *ordinationem*, quod L corr. [y] FR *eis.*

1 Cf. IV Reg. 10, 30.
2 Cf. supra, num. 402 et num. 416, *Solutio.*
3 Cf. infra, p. 815.
4 Cf. supra num. 413, p. 415.
5 Cf. IV Reg. 10, 29 et 31.
6 Cf. Rom. 1, 26.
7 Cf. supra, num. 624 et 674.
8 Cf. Sap. 14, 22sqq. et Rom. 1, 24sqq.
9 Cf. Lombard., *In Rom. 1*, 24sqq. (PL 191, 1331sq.).
10 Rom. 1, 28.
11 *Interlin., In Rom. 1*, 24 et 26, ap. Lyran.

736 CAPUT V.

DE MAGNITUDINE PECCATI IDOLOLATRIAE.

Quinto quaeritur de magnitudine huius peccati et comparatione [a].

Et primo videtur quod sit maximum [b] peccatum simpliciter;

secundo, quod sit maius comparatione quorumdam peccatorum.

I. Quod autem sit maximum, videtur, *a.* per hoc quod dicitur Levit. 15, 25-31 de muliere patiente fluxum sanguinis, Glossa [1]: «Omne peccatum est immunditia animae [c], sed idololatria maxime». Quare [d] idololatria est maximum peccatum.

b. Item, Ezech. 22, 3: *Quae* [e] *fecit idola,* Glossa [2]: «Idololatria quasi maxima exprobratur».

c. Item, Deuter. 17, 2: *Cum reperti* [f] *fuerint apud te,* Glossa [3]: «Lex errorem et idololatriam maxime detestatur; maximum enim scelus est honorem Creatoris impendere creaturae». Ex quibus videtur quod est maximum.

d. Quod etiam videtur Thren. 1, 8: *Peccatum peccavit Ierusalem,* Glossa [4]: «Causa tantae miseriae demonstrat peccatum singulare, quo retento omnia retinentur et quo absente omnia dimittuntur; hoc autem est incredulitas: ex incredulitate enim Deum semper exacerbaverunt, idola coluerunt, in Christum credere noluerunt». Videtur ergo quod peccatum idololatriae sit maximum.

e. Ratio etiam docet illud. Cum enim peccatum sit spreto incommutabili bono adhaerere commutabilibus [5], sed inter commutabilia bona idolum est [g] maxime elongatum a bono incommutabili: unde et *nihil* dicitur esse in Scriptura [6]; ergo adhaerere illi est maximum peccatum.

Contra. 1. De isto peccato non legitur quod sit irremissibile *hic et in futuro,* de peccato autem in Spiritum Sanctum legitur [7]; quod autem non remittitur *hic neque in futuro* maius est; ergo etc.

2. Item, super illud [8]: *Nolite exaltare cornu,* Glossa [9]: «Maximum est vitium excusationis; nam quasi cornu [h] erigit qui per alios peccata sua nititur excusare». Restat ergo quod peccatum idololatriae non est maximum: quod enim per superabundantiam dicitur, uni soli convenit [10].

II. Item, potest quaeri utrum peccatum idololatriae sit maius peccato schismatis.

Et videtur quod sic. *a.* Idololatria enim [i] est defectus fidei simpliciter, schisma vero fidem ponit, in hoc tamen [k] deficit a fide simpliciter quod non adhaeret unitati Ecclesiae catholicae; ergo maius est peccatum idololatriae quam schismatis.

b. Item [l], Augustinus, *Contra Faustum* [11]: «Schisma est eadem [m] opinantem atque eodem ritu colentem quo ceteri solo congregationis [n] delectari discidio». Ex quo patet quod minus [o] est peccatum schismatis quam idololatriae.

Contra. 1. Dicit Augustinus, *Contra Faustum* [12]: «Vos longe paganis estis deteriores, quia illi ea colunt quae sunt, sed pro diis colenda [p] non sunt: sunt enim idola, et ad salutem [q] nihil sunt; et qui colit arborem, non arando, sed adorando, non id colit quod nusquam [r] est, sed quod [s] non ita colendum est. Vos autem ea colitis quae omnino non sunt, sed vestrarum fabularum vanitate finguntur. Et ideo propinquiores essetis verae pietati, si saltem pagani essetis». Sed illi Manichaei schismatici erant, de quorum numero erat Faustus, et haeretici similiter; ergo deterius est schisma cum haeresi quam sit idololatria.

[Solutio]: I. Ad quod dicendum [t] quod peccatum idololatriae maximum est, eo quod maxime opponitur rectitudini fidei: destruit enim totaliter primum quod est in fide, scilicet credulitatem [u] Dei omnipotentis, creatoris caeli et terrae.

[Ad obiecta]: 1-2. Ad obiectum autem in contrarium dicendum quod aliquod peccatum dicitur maius alio vel propter genus ipsius actus, et secundum hoc dicitur idololatria esse maior; vel propter circumstantiam actus, cum scilicet scienter et ex industria peccat, et secundum hoc peccatum in Spiritum Sanctum dicitur maius peccatum; vel propter privationem remedii contra

---

[a] BT *operatione.* [b] V add. *et.* [c] BT om. [d] V *et ita.* [e] Z *qui.* [f] V *reperta.* [g] L om. [h] V *cornua.* [i] BT om [k] BTF *tantum.* [l] Ita V, alii om. [m] LZ *eodem;* V *et* pro *atque.* [n] BT *cognitionis.* [o] Z *maius.* [p] VRL *colendi;* R om. *non.* [q] V *prodes enim salute* pro *sunt enim... salutem.* [r] Codd. *nunquam.* [s] R om., in F est add. mg. [t] TLZ add. *est.* [u] R *credulitas.*

1 *Ordin., In Levit. 15,* 31 (PL 113, 340), ex Hesychio, in h. l. (PG 93, 980).

2 *Interlin.,* in h. l., ap. Lyran.

3 *Ordin.,* in h. l. (PL 113, 469).

4 *Ordin.,* in h. l., ap. Lyran., ex Paschasio, in h. l. (PL 120, 1077).

5 Cf. supra, p. 274, nota 3.

6 I Cor. 8, 4.

7 Cf. Matth. 12, 32.

8 Psalm. 74, 5.

9 Lombardi, in h. l. (PL 191, 700), ex Cassiodoro, in h. l. (PL 70, 537).

10 Aristot., *Topic.,* V, c. 5 (I, 228).

11 Lib. XX, c. 3 (PL 42, 369).

12 Loc. cit., c. 5 (PL 42, 371).

peccatum, et secundum illum modum dicitur peccatum excusationis maximum sive impoenitentiae [1]. — Et per hoc solvuntur ea quae obiecta sunt in contrarium.

II. 1. Ad hoc vero quod obicitur de schismate vel haeresi Manichaeorum, dicendum est quod, licet in pluribus communicarent cum fide catholica, in hoc tamen remotiores erant a doctrina christianae [a] religionis quam pagani, qui colebant idola, quod figmenta quaedam excogitabant, sicut narratur in libro *Contra epistolam Fundamenti* [2], et illa [b] venerabantur quae nullatenus in rerum natura reperiebantur; non sic autem pagani, qui res creatas vel factas venerabantur. Si autem tantum [c] esset ibi schisma, minus elongarentur a doctrina religionis christianae quam idololatrae.

CAPUT VI.

DE TEMPORE IDOLOLATRIAE ET CESSATIONE EIUS.

ARTICULUS I. 737

De tempore quo coepit idololatria.

Sexto quaeritur de tempore idololatriae et cessatione.

I. Circa quod [d] primo quaeritur propter quid magis fuit idololatria tempore secundae aetatis et deinceps quam tempore primae aetatis [e]. Quod autem inceperit [f] tempore secundae aetatis, patet per hoc quod dicitur in libro *Historiarum* [3]. Dicitur enim quod « Chaldaei [g] ignem adorabant [h] et ad idem cogebant alios, comburentes aliorum idola », et huius principium erat Nemrod, qui fuit « oppressor hominum amore dominandi, et cogebat homines adorare ignem ». Ninus vero, a quo Ninive dicta est, in honore patris sui [i] Bel construxit et adorari fecit ab Assyriis [4]. Ex quo patet quod incepit idololatria tempore secundae aetatis. — Similiter ostenditur de Thare [5], patre Abraham, qui propter hoc « statuit peregrinari », eo quod noluit ignem adorare. Et legitur [6] quod « Chaldaei [k] Abraham et Aram [l] in ignem proiecerunt, quia ignem noluerunt adorare ». Et ex hoc similiter apparuit quod illo tempore incepit idololatria. — Secundum autem Isidorum [7] « gentiles Promethaeum primum simulacra hominum de luto finxisse perhibent et ab eo [m] natam esse artem simulacra fingendi [n]. Iudaei vero dicunt quod Ismael primus simulacrum ex luto fecerit ». Sic ergo colligitur quod in secunda aetate et tertia originem apud diversos cepit idololatria. In [o] prima vero aetate non legitur.

Et videtur quod potius illo tempore humanum [p] genus pronum esset ad idololatriam. 1. Cum enim distinguantur aetates humani generis quemadmodum distinguuntur aetates alicuius singularis hominis [8], in prima vero aetate plurimum adhaerent homines rebus sensibilibus — in illa enim aetate non multum differt intellectus a sensu — quare videtur quod intellectus hominum illius temporis [q], quantum est de se, non ascenderet ad cognitionem Creatoris, sed sisteret in rebus sensibilibus, et sic a rebus sensibilibus crederent provenire omne iuvamentum quod haberent. Sed illud a quo est omne iuvamentum, illud pro Deo reputatur; in [r] illa ergo aetate maior videbatur pronitas ad idololatriam quam in sequentibus, ubi plus abundabat virtus intelligentiae.

2. Praeterea, homines illius temporis simpliciores erant; ergo facilioris seductionis ab inimico [s], qui insidiatur humano generi. Illo [t] etiam tempore exhibebantur sacrificia Deo [9]; quod autem exhibetur Deo, maxime intendunt usurpare daemones et [u] homines ad id provocare quod eis exhibeatur propter ipsam infidelitatem, quae concomitatur [v]: non enim daemones, cum sint spiritus, in fumo sacrificiorum delectantur. Unde Augustinus, in libro *De civitate Dei* [10]: « Qui spiritus divinitatem sibi arrogant, non cuiuslibet corporis fumo, sed supplicantis animo delectantur, cui decepto subiectoque dominentur, intercludentes iter ad Deum verum, ne sit homo illius sacrificium, dum sacrificatur cuiquam praeter illum ». Restat ergo quod illo tempore proni erant daemones ut tentarent homines de idololatria,

---

[a] R om. [b] V *illi.* [c] B om.; BT om. *ibi.* [d] V *primum.* [e] V *ex tempore peccatis* pro *q. t. p. a.* [f] V add. *ex.* [g] R add. *per,* quod F exp. [h] R *orabant,* quod F corr. [i] F *suis.* [k] RL add. *et.* [l] R om. *e. A.* [m] V om. *a. e.* [n] B *fugiendi.* [o] R *que.* [p] FR *hominum.* [q] R om. [r] R *que.* [s] R *initio.* [t] R vacat. [u] R om., in F est add. interl. [v] F *communicatur.*

1 Cf. supra, num. 695.
2 Cap. 15 sqq. (PL 42, 184 sqq.).
3 P. Comestor, *Hist. schol., lib. Gen.,* c. 37, additio 1 (PL 198, 1088).
4 Loc. cit., c. 39 sq. (PL 198, 1090).
5 Loc. cit., c. 41 (PL 198, 1091).
6 Loc. cit.
7 *Etymol.,* VIII, c. 11, n. 8 et 7 (PL 82, 315).
8 Cf. Augustin., *De vera relig.,* c. 27 (PL 34, 144).
9 Cf. Gen. 4, 3 sq.
10 Lib. X, c. 19 (PL 41, 298).

et homines ex alia parte minus cauti, et ita maior pronitas ad idololatriam. — Quod autem daemones procurent se pro Deo honorari, habetur in [a] II *De civitate Dei*[1]: « Intelliguntur daemones, sicut notum in Litteris Sacris et res ipsae indicant, negotium suum agere ut pro diis habeantur ».

Sed contrarium potest sic argui: *a.* In illa aetate non erant multum [b] elongati a principio mundi, et ita nec a memoria Creatoris caeli et terrae; quare elongati erant ab idololatria.

b. Praeterea, multa erat annositas [c] illorum qui erant in illo tempore, et ideo, quantum est de hoc, in eis vigebat sapientia de iis quae dictabat natura; natura autem dictabat Creatorem caeli et terrae coli [d]; unde et tunc unius Dei erant adoratores.

c. Praeterea, non sic circa multa vagabatur intellectus quemadmodum in posterioribus temporibus, et propter hoc elongati erant ab idololatria magis quam in posterioribus temporibus.

d. Praeterea, oppressio humana ut plurimum induxit idololatriam [e]; nondum autem erat servitus [2]; propter quod nec consensus in idololatriam.

II. Item, potest quaeri de differentia idololatriae, cui adhaeserunt gentiles et cui adhaeserunt [f] Iudaei. De [g] idololatria enim gentilium legitur ante tempus Abraham [3], de idololatria vero Iudaeorum non legitur in canone Sacrae Scripturae prius quam in Exodo [4] post dationem Legis generaliter; legitur autem particulariter in Genesi [5] de Rachele, quae *abscondit idola patris sui;* et Iacob dixit domui suae [6]: *Abicite deos alienos, qui sunt in medio vestri;* sed illud genus idololatriae ex contagione gentium processit, reliquum vero ex inventione. Potest ergo quaeri quid movit Iudaeos ad huiusmodi genus idololatriae, cum Dominus in Exodo [7] prohibuisset, dicens: *Non habebis deos alienos coram me* [h].

Respondeo [i]: I. Ad primum dicendum [k] quod idololatria coepit [l] in secunda aetate propter multiplicationem hominum maximam, quae tunc coepit esse, sicut habetur Gen. 10, 5, et dividebantur gentes secundum diversitatem terrarum, et corruptio generalis peccati [m] in tantum processerat successive ut inducerentur homines secundum prius et posterius ad diversa genera peccatorum actualium et tandem ad corruptionem fidei, ut sic vertex rationis corrumperetur [8]. Unde prima generalis corruptio fuit quantum ad concupiscentiam carnis, sicut habetur Gen. 6, 2 [9]; secunda vero quantum ad concupiscentiam mundi, sicut habetur [10] Gen. 10, 8-10, de iis qui aedificaverunt civitates diversas et alios opprimebant [n]; tertio vero fiebat corruptio per superbiam vitae, sicut habetur [11] Gen. 11, 5, et ibidem [12] in fine agitur de corruptione fidei per idololatriam, et sic in humano genere ascendit corruptio actualis peccati usque ad summum, quod est peccatum infidelitatis. Hoc autem non contigit [o] in prima aetate, quia in illa non erant nisi duae differentiae hominum: aut dediti Deo, et illi vacabant cultui divino omnino [p]; aut dediti carni, et illi tantum vacabant carnis voluptati, qui [q], licet Deum cognoscerent fide, tamen malis operibus carnis contradicebant [13].

[Ad obiecta]: 1. Ad obiectum autem in contrarium dicendum est quod, licet quidam homines tunc essent dediti sensibilibus [r], tamen non ascendebant ad hoc ut creaturam pro Creatore venerarentur, propter recentem memoriam eius *qui fecit caelum et terram* [14], quam ex disciplina patrum habuerunt.

2. Ad secundum vero [s] dicendum quod, licet simplices essent propter [t] hoc quod tot non erant relicta in Scripturis, ex quibus erudirentur, sicut in posterioribus temporibus factum fuit, meliora tamen naturalia habebant quam homines qui postea fuerunt, et [u] ex meliori ingenio naturali cum gratia, quae tunc non defuit [v], poterant melius resistere machinationibus diaboli quam in posteriori tempore, quantum est de bonitate naturalium.

II. Ad id vero quod obicitur de differentia originis idololatriae sive temporis apud gentiles et Iudaeos, dicendum est quod Iudaei diutius perstiterunt in fide propter doctrinam Abrahae et Patriarcharum, quam a Deo acceperunt. Hoc autem fuit quia aliquos elegit [x] sibi Dominus in omni tempore, in quibus voluit fidem Creatoris et Liberatoris salvare.

Si vero quaeritur propter quid proniores erant tunc temporis ad idololatriam, cum Dominus loqueretur cum Moyse in monte Sinai [y], hoc fuit fortasse quia propter moram eius in monte vacabant otio et multis aliis peccatis [15], quae tandem

[a] Z *ex.* [b] F *multi.* [c] BT *animositas.* [d] RZ om., in L est add. mg. [e] F *idolatria.* [f] VB om. *g. e. c. a.* [g] R om. [h] B *te.* [i] Ita V, alii om. [k] Ita V, alii add. *est.* [l] FR *incepit,* quod Z corr. [m] V *et causa.* [n] VL *comprimebant;* BT *tertia* pro *tertio.* [o] BTLZ *contingit,* quod F corr. [p] V *animo,* quod F corr., R *anime.* [q] Ita VF (corr.), B *quia,* alii *quod.* [r] RZ *sensibus.* [s] V om. [t] Ita V, alii *quoad.* [u] Z om. [v] V *fuit.* [x] L *eligit.* [y] VBRLZ *Sina.*

1 Cap. 24, n. 1 (PL 41, 72).
2 Cf. supra, num. 608 et tom. II, num. 521.
3 Cf. *Glossa ordin., In Gen. 11,* 28, ap. Lyran.
4 Cap. 32, 1 sqq.
5 Cap. 31, 19 et 34.
6 Gen. 35, 2.
7 Cap. 20, 3.
8 Cf. Ierem. 2, 16; Gregor. M., *Moral.,* XXV, c. 10, n. 27 (PL 76, 338).
9 Cf. *Glossa ordin.,* in h. l., ap. Lyran.
10 Cf. *Glossa ordin., In Gen. 10,* 8 (PL 113, 113).
11 Cf. *Glossa ordin.,* in h. l., ap. Lyran.
12 Cf. *Glossa ordin., In Gen. 11,* 31 (PL 113, 115).
13 Cf. Tit. 1, 16.
14 Psalm. 123, 8.
15 Cf. Exod. 32, 6 et I Cor. 10, 7.

inducunt ad infidelitatem tamquam ad summum in genere peccati; et magis idololatrabant in vitulo conflatili quam in alio genere idoli propter memoriam idoli Aegyptiorum[1]. Colebant enim Aegyptii taurum sive bovem, Serapi consecratum[a]. Serapis autem, sicut dicit Isidorus[2], erat Aegyptiorum deus, qui prius erat rex Argivorum, qui cum navibus transivit in Aegyptum et occupavit eam et mortuus est ibi, et in honore tamquam deus habitus est; postea fingebatur quod sub specie tauri egrediebatur[b] quolibet anno de Nilo et dabat responsa sacerdotibus Memphiticis[c], et imaginem huius capitis Iudaei in deserto sibi fecerunt. Postea etiam in recordationem illius *fecit Ieroboam vitulos aureos*, in quibus etiam[d] postea filii Israel idololatrabant[e], sicut habetur III Reg. 12, 18-30. Et quidquid esset de aliis idolis, ista erant[f] idola principalia Iudaeorum.

ARTICULUS II. 738

De tempore cessationis idololatriae.

Deinde quaeritur de tempore cessationis.

Videtur enim *a.* quod cessaverit idololatria per adventum Christi et per publicationem Evangelii, sicut habetur Isai. 41, 22, super illud: *Quae fuerunt, nuntiate*, Glossa[3]: « Notandum post Christi adventum conticuisse[g] idola, futurorum scientiam promittentia ». Et iterum ibidem[4]: « Christo pacem Ecclesiae nuntiante et veritatem monstrante, ipsi errores vento et turbini comparabantur ». Similiter videtur expresse per hoc quod dicitur[5] Isai. 19, 1: *Ascendet Dominus super nubem levem, et ingredietur Aegyptum, et movebuntur simulacra Aegypti.*

Sed videtur contrarium, 1. per hoc quod legitur in[h] Act. 14, 11-12 de sacerdotibus Iovis, et in[i] 19, 24-35 de cultura Dianae; et, sicut legitur in chronicis, plures etiam post adventum Christi et fidem praedicatam idola coluerunt.

[Solutio]: 1. Ad quod dicendum[k] quod tempus cessationis idololatriae et causa fuit ex adventu Christi et ex publicatione[l] Evangelii ut in pluribus; et quia nondum facta est publicatio apud aliquas gentes, forte apud illas remanet idololatria. Nec hoc[m] est contrarium quod idola perstiterunt post adventum Christi et praedicationem Evangelii, quia quidam noluerunt[n] recedere ab idolis propter suam pertinaciam, immo persecuti sunt usque ad mortem credentes in Christum, quousque Dominus per miracula[o] in sanctis suis coruscavit et infidelitatem evacuavit[6].

CAPUT VII. 739

UTRUM COMMUNICANDUM FUIT CUM IDOLOLATRIS.

Septimo quaeritur utrum communicandum fuit cum idololatris.

Quod non, videtur, 1. per hoc quod dicitur Levit. 15, 19, super illud: *Mulier, quae redeunte mense* etc., Glossa[7]: « Sic oportet ab idololatria abstinere, ut nec idololatras nec eorum discipulos vel fautores[p], quibus quasi lectis vel vasis utuntur, contingamus nec cum eis communionem habeamus ». Ergo non fuit communicandum cum eis.

2. Similiter[q] dicitur Deuter. 17, 2, super illud: *Cum reperti fuerint apud te* etc., Glossa[8]: « Lapidibus iubet idololatras obrui, quos irrevocabili sententia damnandos esse praevidit ». Non ergo tantum separandi erant a communione, immo gravissima morte puniendi.

3. Simile habetur[r] Deuter. 13, 9-10, et[s] 7, 2-4 exprimitur causa, cum dicitur: *Non inibis*[t] *cum eis foedus nec misereberis eorum*[u] *nec sociabis cum eis coniugia; filiam tuam non dabis filio eius nec* e converso, *quia seducet*

---

[a] R om.; VRLZ *Serapus* pro *Serapis*. [b] R add. *quoque*. [c] F (corr.) LZ *Memphificis*. [d] V om.; R om. *postea*. [e] B *idolatraverunt*. [f] V *erunt*. [g] V *quievisse*. [h] V om. [i] BFR om. [k] Ita VB, alii add. *est;* R *tunc* pro *tempus*. [l] R om. *e. p.* [m] F om. [n] L *nolunt*. [o] VB *mirabilia*. [p] TFRLZ *factores*. [q] B add. *cum*. [r] Ita V, alii add. *in*. [s] Ita V, alii *Deuter*. [t] V *nubis*, quod F corr. [u] FRLZ *earum*.

1 Cf. *Glossa ordin., In Exod. 32,* 1-6 (PL 113, 286 sq.).
2 Cf. *Etymol.*, VIII, c. 11, n. 85 sq. (PL 82, 323).
3 *Ordin.*, in h. l., ap. Lyran., ex Hieronymo, in h. l. (PL 24, 418).
4 *Ordin., In Isai. 41,* 29 (PL 113, 1284), ex Hieronymo, in h. l. (PL 24, 420).
5 Cf. *Glossa ordin.*, in h. l., ap. Lyran., ex Hieronymo, in h. l. (PL 24, 181).
6 Cf. Lombard., *In Psalm. 76,* 18 (PL 191, 719).
7 *Ordin.*, in h. l. (PL 113, 340), ex Hesychio, in h. l. (PG 93, 978).
8 *Ordin.*, in h. l. (PL 113, 469).

filium tuum ne sequatur me et ut serviat diis alienis.

4. Similiter dicit Apostolus, I Cor. 10, 21: *Non potestis mensae Domini participes fieri et mensae daemoniorum;* et praemittitur[1]: *Nolo vos fieri socios daemoniorum.*

Contra. *a.* Chrysostomus[2]: « Ad mensam paganorum si volueris ire, sine ulla prohibitione permittimus; *si* enim *quis frater nominatur inter vos*[3], 'fratrem' in hoc loco fidelem intellige. Cum [a] autem de paganis ageret, non ita, sed *si quis vos vocaverit de infidelibus,* paganos significans, *et vultis ire, omne, quod* [b] *apponitur vobis, comedite*[4] ». Ergo poterant communicare in cibo cum paganis; sed illi colebant idola; ergo cum iis poterat esse communio, licet non in ratione idololatriae.

b. Item, Augustinus[5]: « Infideles non possumus Christo lucrari, si colloquium eorum vitamus et convivium ». Ergo potuit esse communio cum infidelibus, qui tamen idola colebant.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod quidam pagani erant qui non colebant idola, sed sequebantur legem naturalem, habentes [c] fidem Creatoris, et cum talibus poterat esse communio nisi ipsi insisterent ad pertrahendum in contumeliam Christi, et de talibus potest intelligi quod dicit Chrysostomus. Ratio autem ponitur ab Augustino, ut sic fideles possent lucrari infideles Deo; hoc autem fuit illo tempore quo infideles patiebantur fideles secum cohabitare sine contumelia Christi et sine periculo propriae personae. Illi vero pagani, qui colebant idola et in idololatria erant, obstinati erant, cum quibus non fuerat communicandum, et secundum hoc dicit Apostolus: *Non potestis fieri participes mensae Domini et mensae daemoniorum.* Licet enim [d] infideles huiusmodi patienter sustinerent christianos secum, tamen propter periculum infirmorum fidelium, qui possent scandalizari, si comederent de idolothytis, non erat [e] communicandum cum eis, et ideo dicit Apostolus, I Cor. 10, 28-29: *Si quis dixerit 'hoc immolatum est idolis' [f], nolite manducare propter illum qui indicavit et propter conscientiam, non tuam* [g], *sed alterius.* Praeterea, diversa intentio cum cautela periculi diversimode elicit opus. Intentio enim lucrandi animas Deo cum cautela periculi, quod potest accidere ex contagione, reddit opus bene formatum, et sic poterant fideles cum infidelibus tali intentione communicare, ubi non erat periculum; ubi vero erat periculum, cum conscientia talis periculi non erat communicandum.

[Ad obiecta]: 1-4. Et secundum hunc modum intelligendum est quod dicitur in Levit., ubi dicitur quod « oportet ab idololatris abstinere » etc., ne forte ex colloquiis eorum oriatur corruptio: *corrumpunt enim bonos mores colloquia prava,* I Cor. 15, 33. Similiter intelligendum est illud [h] Deuter. 7, 2-4 et 13, 9-10, propter eorum scilicet pertinaciam et fidelium vitandam fallaciam. Haec etiam [i] ratio fuit apud Iudaeos, qui tunc temporis erant fideles, ut vitarent consortia paganorum.

TITULUS II.

DE IUDAEIS ET PAGANIS.

MEMBRUM I.

De observantia ritus iudaici.

Consequenter dicendum est de peccato quod est in observantia ritus iudaici et gentilis, et [k] conversatione cum Iudaeis aut [l] paganis.

Et primo quaeritur utrum tolerandi sint [m] Iudaei;
secundo, utrum ritus eorum sit quasi idololatria;
tertio, utrum permittendi sint ritum suum in solemnitatibus [n] et aliis observare;
quarto, utrum ad fidem comminationibus et poenis aliquibus sint compellendi.

---

[a] R *hoc.* [b] V *quodcumque.* [c] F *habentem.* [d] F om. [e] FR *erant.* [f] V add. *et;* B *esse* pro *est,* quod Z corr. [g] V *suam,* quod F corr. [h] R *in.* [i] R *autem;* Z *facit* pro *fuit.* [k] R om. [l] L *et.* [m] VFR *sunt.* [n] V *solempni.*

1 I Cor. 10, 20.
2 Cf. *In Epist. ad Hebr.,* hom. 25, n. 3 (PG 63, 176 sq.); ap. Gratian., *Decretum,* C. 11, q. 3, c. 24 (I, 650).
3 I Cor. 5, 11.
4 I Cor. 10, 27.
5 *Sermo* 351, c. 4, n. 10 (PL 39, 1546); ap. Gratian., *Decretum,* C. 23, q. 4, c. 17 (I, 905).

CAPUT I. 740

UTRUM TOLERANDI SINT IUDAEI.

Circa primum sic[a]: **videtur quod non sint tolerandi.** 1. Blasphemant enim et[b] contra Christum et contra B. Virginem, persequuntur etiam fidem catholicam, sacramentis etiam ecclesiasticis faciunt[c] iniuriam, sicut habetur *Extra, De Iudaeis, Etsi Iudaeos*[d] [1]. Blasphemi autem secundum Legem etiam Veterem[2] erant morti tradendi; ergo et Iudaei non sunt tolerandi, sed morti exponendi, maxime qui sic se habent.

2. Praeterea, in libro eorum, qui dicitur *Talmud*, plura continebantur, quae ad blasphemiam Christi et B. Virginis pertinebant[3]; cum ergo doctrinam illius libri quasi legem observent, simul cum libris huiusmodi sunt disperdendi.

3. Item, Christiani persequuntur paganos usque ad mortem, qui sunt detentores Terrae Sanctae; sed amplior iniuria est contumelia Redemptoris; ergo perpetrantes huiusmodi contumeliam persequi debent Christiani usque ad mortem; non ergo sunt tolerandi. — Quod autem contumeliam ingerant, patet per hoc quod dicitur *Extra, De Iudaeis, In*[e] *nonnullis* [4].

Contrarium[f] **videtur,** *a.* per hoc quod dicitur in Psalmo[5], super illud[g]: *Ne occidas eos*, Glossa[6]: « Hoc de Iudaeis specialiter potest accipi; precatur[h], ne Iudaei funditus pereant: dispersi quidem sunt, ut ad conversionem provocentur; orat etiam pro eis, dicens: *Ne occidas eos* , qui me occiderunt[i], sed maneat gens Iudaeorum cum signo circumcisionis ». Ergo tolerandi sunt.

b. Item, fortius est testimonium[k] quod ab adversariis accipitur; sed Ecclesia catholica sumit testimonium a Veteri Lege, quam observant Iudaei; ad hoc ergo quod Ecclesia catholica ab inimicis habeat testimonium, tolerandi sunt Iudaei: a Lege enim Veteri, scilicet a Lege Moysi[l] et Prophetis, accipitur testimonium de Christo, quod negare non possunt.

c. Item[m], Isai. 10, 22[7] habetur quod *reliquiae* Israel *salvae fient;* et similiter dicit Apostolus, Rom. 11, 5; reliquiae autem salvari[n] non possent nisi semen Iudaeorum maneret; salvandum est ergo semen Iudaeorum; tolerandi ergo sunt Iudaei. — Quod concedendum est.

[Ad obiecta]: 1. Ad obiectum autem in contrarium dicendum est quod, licet blasphemiam perpetrent, credunt tamen se non[o] in hoc delinquere, eo quod nondum credunt Messiam venisse, et in hoc[p] errant et reservantur ad futuram damnationem nisi resipiscant, sicut dicitur super illud Psalmi[8]: *Retribuam eis,* Glossa[9]: « In praesenti, ut dispergantur; in futuro, ut damnentur ». Si tamen persisterent in blasphemia manifesta, coercendi essent[q] per principes saeculares, sicut habetur in[r] *Extra, De Iudaeis, In nonnullis provinciis*[s] [10], ubi dicitur: « Districtissime prohibemus[t] ne in contumeliam Creatoris prosilire praesumant; et quoniam illius non debemus dissimulare opprobrium, qui probra nostra delevit, praecipimus praesumptores huiusmodi per principes saeculares dignae animadversionis adiectione compesci, ne[u] Crucifixum pro nobis aliquatenus blasphemare praesumant ».

2. Ad secundum dicendum quod libri eorum, in quibus huiusmodi[v] blasphemiae continentur, comburendi sunt[11]; ipsi vero, si pertinaciter in huiusmodi blasphemia persisterent, coram iudice convicti, digna poena sunt puniendi. Secus autem est, si occulte blasphemant.

3. Ad tertium vero dicendum[x] [12] quod alia est ratio de ipsis paganis detentoribus Terrae Sanctae et de ipsis Iudaeis. Persequuntur enim Christiani ipsos paganos[y] tamquam iniustos detentores et sacri loci violatores in iniuriam Christi; Iudaei vero multiplici ratione permittuntur vivere et inter Christianos commorari, tum propter hoc[z] quod a Iudaeis Legem Veterem accepimus, tum

---

[a] V add. *proceditur.* [b] Z om. [c] L add. interl. *in.* [d] V *Christus.* [e] V om. [f] Ita V, alii *contra.* [g] FRL add. *Psalmi.* [h] B *spes.* [i] Ita R, alii *occidunt.* [k] V add. *quam.* [l] V *Dei.* [m] Ita V, alii add. *in.* [n] F *salvare.* [o] B om., in T est add. interl., in F add. mg. [p] L om. [q] Ita V, T om., alii *sunt.* [r] V om. [s] V *nonnullis* pro *I. n. p.;* LZ om. *in.* [t] R *videmus.* [u] R om. [v] T om. [x] BTRZ add. *est.* [y] R om. [z] T om.

1 Ap. Gregor. IX, *Decretales,* V, tit. 6, c. 13 (II, 775 sq.).
2 Cf. Levit. 24, 16.
3 Tantum anno 1238 doctrina libri *Talmud* revelata fuit a quodam Donin, a iudaica religione converso. Cf. D'Argentré, *Collectio iudic.*, I, p. 151a; N. Valois, *Guillaume d'Auvergne,* Paris 1880, p. 121 sqq.
4 Loc. cit., c. 15 (II, 776 sq.).
5 Psalm. 58, 12.
6 Lombardi, in h. l. (PL 191, 546), ex Augustino, in h. l. (PL 36, 705).
7 Cf. Rom. 9, 27.
8 Psalm. 40, 11.
9 Lombardi, in h. l. (PL 191, 413), ex Augustino, in h. l. (PL 36, 462).
10 Cf. supra, nota 4.
11 Die 20 iunii 1239 Gregor. IX iussit ut libri Iudaeorum comburerentur. Cf. *Bull. Franc.*, I, n. 297 (p. 270); Denifle-Chatelain, *Chart. Univ. Paris,* I, p. 204. Mense iunii 1242 hi libri combusti sunt. Cf. N. Valois, loc. cit., p. 132; *Franz. Stud.*, XVI, 1929, p. 2 sqq.
12 Cf. Gratian., *Decretum,* C. 23, q. 8, c. 11 (I, 955).

quia de semine illo venit Christus, tum quia facta est promissio salutis eorum, cum *plenitudo gentium intraverit*[1]. Unde, si delinquant manifeste in Christum, debita animadversione sunt coercendi[2]; nec videtur eis magis parcendum in delictis manifestis quam Christianis malis.

741 CAPUT II.

UTRUM RITUS IUDAEORUM SIT QUASI IDOLOLATRIA.

Secundo quaeritur utrum ritus eorum sit quasi idololatria.

Quod videtur, 1. per hoc quod dicitur Gal. 5, 1, super illud: *Nolite iterum iugo servitutis contineri,* Glossa[3]: « Non est levior haec Legis servitus quam idololatriae ». Videtur ergo quod servitus legalium assimiletur idololatriae in onere [a].

2. Et iterum, dicitur super illud Gal. 4, 9: *Quibus denuo servire vultis?* Glossa[4]: « Legis observantia, cui dediti tunc erant, erat peccatum pene par servituti idolorum, cui ante conversionem vacaverant ». Ex quo habetur quod Legis servitus est quasi idololatria. Et explanatur ibidem per hoc quod sequitur[5]: « Non modo distat Lex post Christum ab antiqua idololatria ». Ergo manifeste apparet quod servitus Legis modo sit quasi idololatria.

Contra. *a.* Lex dictabat credere in Deum et illi soli latriam exhibere; contrarium autem exigit idololatria: exhibebat enim latriam ipsis idolis; nullatenus ergo servitus Legis in peccato adaequatur idololatriae.

[Solutio]: 1-2. Ad quod dicendum quod non est aequale peccatum [b] ipsis Iudaeis observare ritum legalium et idololatrare [c]; sed dicitur « peccatum pene par » ipsis fidem christianam assumentibus, propter hoc quod utrobique est apostasia, licet non aequalis. Quantum ad onus etiam habebat similitudinem: utrobique enim maximum erat onus, et ideo [d] sacrificia Iudaeorum reprobata sunt[6] sicut et gentium. Dicitur autem non distare ab idololatria, quia utrobique erat infidelitas. Galatae enim, cum [e] erant gentiles, superstitioni idololatriae deservierunt; cum autem a fide catholica, quae prohibebat, retro cesserunt, ad servitutem legalium iterum [f] quasi in infidelitatem ceciderunt. Praeterea, ratione operis operati, scilicet sacrificiorum, erat convenientia cum [g] idololatria; ratione etiam pronitatis ad sacrificandum et ipsius superstitionis in sacrificiis. Iudaeis tamen non est tantum peccatum modo adhaerere Legi, quantum fuit peccatum eorum qui idolis adhaeserunt.

742 CAPUT III.

UTRUM PERMITTENDI SINT IUDAEI RITUM SUUM IN SOLEMNITATIBUS ET ALIIS OBSERVARE.

Tertio quaeritur [h] utrum permittendi sint ritum suum in solemnitatibus et aliis observare.

Quod non, videtur. 1. Peccant enim mortaliter in celebrando ritus suos, cum iam tempus legalium transierit; et dicit Hieronymus[7] quod legalia mortifera sunt observantibus; et in hoc concordat Augustinus[8]. Restat ergo quod peccant mortaliter observando. Cum ergo Ecclesia non obviet huiusmodi facinori, videtur consentire, maxime cum possit obviare: « qui enim manifesto facinori [i] desinit obviare, cum possit », consentire videtur, sicut dicit Augustinus[9]; peccat ergo Ecclesia. Restat ergo quod Ecclesia permittere non debet quod Iudaei in solemnitatibus legalibus suos ritus observent.

Contra [k]. *a.* Videtur quod Ecclesia det eis auctoritatem, dum praecipit eos non impediri a custodia suarum solemnitatum, sicut habetur in dist. 45, *Qui sincera*[10], ubi dicitur: « Omnes festivitates feriasque suas, sicut hactenus ipsi et patres eorum per longa colentes tempora tenuerunt [l], liberam habeant observandi celebrandique licentiam ». Hoc etiam videtur per hoc quod dicitur in *Extra, Sicut Iudaei*[11], ubi dicitur: « Praesertim in festivitatum suarum celebratione nullatenus quisquam eos fustibus vel lapidibus perturbet ». Sed [m] Ecclesia non dat auctoritatem peccandi; ergo non

---

[a] RLZ *honore,* quod F corr.; V *dissimiletur* pro *assimiletur.* [b] R add. *in,* quod F exp. [c] Ita F (corr.), alii *idolatrarum.* [d] Ita V, alii *iam.* [e] V om. [f] V *tunc,* Z *item.* [g] B *est.* [h] B om. [i] Ita VZ, alii add. *non.* [k] V *contrarium.* [l] R *renuerunt.* [m] B *cum.*

1 Rom. 11, 25 et generaliter c. 10 sq.
2 Cf. supra, p. 729, nota 10.
3 Lombardi, in h. l. (PL 192, 152).
4 Lombardi, in h. l. (PL 192, 141).
5 Loc. cit., ex Augustino, *Epist.* 82, c. 2, n. 17 (PL 33, 283).
6 Cf. Hebr. 10, 1 sqq.
7 Cf. *Comment. in Epist. ad Gal.* (PL 26, 507 sqq.).
8 *Epist.* 82, c. 2, n. 18 (PL 33, 283).
9 Ap. Gratian., *Decretum,* C. 23, q. 3, cc. 8 et 11 (I, 898); cf. Cassiod., *In Psalm. 81,* 3 (PL 70, 594).
10 Ap. Gratian., *Decretum,* dist. 45, c. 3, § 1 (I, 161).
11 Ap. Gregor. IX, *Decretales,* V, tit. 6, c. 9 (II, 774).

peccant suas solemnitates celebrando; permittendi ergo sunt in huiusmodi ritibus [a].

b. Quod etiam videtur per hoc quod dicit Gregorius[1]: « Quid utilitatis est arcere Iudaeos a solemnitatibus suarum feriarum, quando, etsi contra longum usum fuerint [b] vetiti, nil ad fidei conversationem illis proficit? Aut cur Iudaeis qualiter suas cerimonias colere debeant regulas ponimus, si per [c] hoc eos lucrari non possumus? Agendum est ergo ut potius ratione et mansuetudine sequi nos velint, non fugere ». Ex quo accipitur quod permittendi sunt [d] suas solemnitates legales observare.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod permittendi sunt permissione tolerantiae, sicut habetur in *Extra* [e], *Consuluit*[2], ubi dicitur quod « pro magno debent habere quod in veteribus synagogis in suis observantiis tolerantur »; si enim prohiberentur suos ritus servare, iam quasi ad fidem cogerentur; coacta autem servitia Deo non placent. Praeterea, dicit Gregorius[3]: « Quorum mentem reddita ratio ad plenum non potest provocare, si asperitatibus cogerentur, procul pelleret adversitas ».

Ad obiectum 1. autem in contrarium dicendum est quod Ecclesia, licet ita permittat, non tamen consentire dicitur, quia ille consensus, qui reputatur in peccatum, intelligitur in delictis manifestis, ubi tenetur ad correctionem illorum qui sibi subiciuntur vel in uno fidei vinculo sunt cum ipsa [f]; hoc autem non habet locum in hac parte, et ideo non dicitur consensus, sed permissio tolerantiae, ne deterius contingat et [g] ut aliquo modo bonum [h] eliciatur.

CAPUT IV. 743

UTRUM IUDAEI AD FIDEM SINT COMPELLENDI.

Quarto quaeritur utrum ad fidem [i] comminationibus et poenis aliquibus sint compellendi.

Quod non, videtur. *a.* Dicitur enim in Concilio Toletano[4]: « De Iudaeis praecepit sancta synodus nemini deinceps ad credendum vim inferre. Sicut enim homo propria arbitrii voluntate serpenti obediens periit, sic vocante se Dei gratia propriae mentis conversione quisque credendo salvatur. Non ergo vi impellendi [k] sunt, sed potius suadendi ». Et hoc [l] idem dicit Gregorius[5]. Restat ergo quod non sunt ad fidem cogendi.

b. Item, dicit Augustinus[6]: « Inviti aliquid [m] facere possumus, credere tamen non possumus nisi voluntarii ». Per compulsionem ergo nullus ad fidem ducendus est.

Contra. 1. Augustinus, *Ad Macedonium*[7]: « Beneficentiae consolatione vel disciplinae [n] correctione adducat homo proximum ad colendum Deum ». Disciplina autem intelligitur per verbera; ergo verberibus aliquis ad fidem est ducendus.

2. Item, XXIII, quaest. 6, *Iam vero*[8], dicitur quod « flagellis tribulationum mali sunt cohibendi a malo et provocandi ad bonum ». Ergo flagellis quis ad fidem est cogendus.

3. Praeterea, in *Canone*[9] legitur quod aliqui « ad christianitatem » cogebantur, « sicut factum est temporibus religiosissimi principis Sisembuti ».

[Solutio]: Ad quod dicendum quod aliter intelligitur de convertendis ad fidem, qui nunquam crediderunt, et aliter de iis qui aliquando crediderunt, sed a fide recesserunt vel [o] eam contempserunt. Si enim intelligitur de iis qui nunquam crediderunt, non sunt omnino cogendi; si vero aliquando crediderunt [p], compellendi sunt fidem servare vel ad fidem redire. Et hoc modo intelliguntur praedictae auctoritates. Distinguendum est autem quod duplex est coactio: absoluta et conditionalis. Absoluta coactione nullus est cogendus qui nunquam credidit, et secundum hoc intelliguntur auctoritates quae de hac [q] loquuntur: non enim hoc [r] modo habetur fides nec caracter baptismalis imprimitur, sicut [s] habetur in *Extra, De* [t] *Baptismo et eius effectu*[10]. Si vero est coactio conditionalis, sicut per minas vel per verbera, hoc modo aliqui [u] fidem recipiunt et caracterem baptismalem, quia adest voluntas, et hoc modo aliquando aliqui fuerunt compulsi [v], et tales compellendi sunt « tenere fidem, quam necessitate susceperunt, *ne nomen Domini blasphemetur*[11], et fides, quam susceperunt, vilis et contemptibilis habeatur », sicut habetur in dist. 45, *De Iudaeis*[12].

---

[a] BT *rebus.* [b] V *fecerint.* [c] R *super* pro *s. p.* [d] R om., in F est add. mg. [e] V add. *de iudeis.* [f] BTR *ipso.* [g] R om., in F est add. interl. [h] R om. [i] B om. *a. f.* [k] V *compellendi* pro *v. i.* [l] L *sic.* [m] V *aliquod.* [n] B *displicentie;* V *in* pro *vel.* [o] V *per.* [p] V *de iis qui aliquando* pro *a. c.;* B *compescendi* pro *compellendi.* [q] Ita V, alii *hoc.* [r] B om. [s] B *cum;* V om. *in.* [t] L *in.* [u] V *et.* [v] V *conversi.*

1 *Epist.*, XIII, ep. 12 (PL 77, 1268); ap. Gratian., loc. cit.
2 Ap. Gregor. IX, loc. cit., c. 7 (II, 773).
3 Cf. supra, nota 1.
4 Ap. Gratian., *Decretum*, dist. 45 c. 5 (I, 161).
5 Cf. *Epist.*, IX, ep. 6 (PL 77, 945); ap. Gratian., loc. cit., c. 4 (I, 161).
6 *In Ioan.*, tr. 26, n. 2 (PL 35, 1607).
7 *Epist.* 155, c. 4, n. 15 (PL 33, 673).
8 Gratian., *Glossa* in C. 23, q. 6, c. 4 (I, 950).
9 Ap. Gratian., *Decretum*, dist. 45, c. 5 (I, 162) et ap. Gregor. IX, loc. cit. nota sequenti.
10 Ap. Gregor. IX, *Decretales*, III, tit. 42, c. 3 (II, 646).
11 I Tim. 6, 1.
12 Cf. supra, nota 4 et Gregor. IX, loc. cit.

744 CAPUT V.

UTRUM VENIENTES AD FIDEM SINT CITO RECIPIENDI.

Occasione huius quaestionis quaeritur utrum illi, qui veniunt ad fidem de Iudaeis, sint cito recipiendi aut non, et similiter potest quaeri de paganis.

Et videtur quod non, *a.* per hoc quod dicitur in dist. 4, *De consecratione, Iudaei* [a] [1], ubi dicitur quod « octo menses intra catechumenos ecclesiae limen introeant et, si pura fide venire noscuntur, tunc demum gratiam Baptismi mereantur ». Hoc idem habetur ibidem, *Ne, quod absit* [2], ubi dicitur quod « abstinentia quadraginta dierum est indicta ». Utrobique ergo magnum spatium datur ad probationem et causa poenitentiae peragendae.

Sed videtur contrarium, 1. per hoc quod dicitur Act. 2, 38, ubi Petrus loquitur Iudaeis [b], dicens: *Agite poenitentiam, et baptizetur unusquisque vestrum.* Cum ergo cito essent baptizati, exemplo illius non videtur quod tantum differenda sit susceptio ad fidem sive [c] sacramentum fidei, quod est Baptisma.

2. Similiter habetur Act. 10, 47-48, ubi dicitur a Petro: *Numquid aquam quis prohibere potest, ut non baptizentur ii qui acceperunt Spiritum Sanctum? Et iussit eos* [d] *baptizari in nomine Iesu Christi.* Eodem modo habetur de eunucho, Act. 8, 36-38. Ex iis ergo videtur quod non tanta conveniat dilatio.

[Solutio]: Ad quod dicendum [e] quod aliter fuit in primitiva Ecclesia in parte et aliter in progressu Ecclesiae. In primitiva enim Ecclesia erat donum Spiritus Sancti [f], quod etiam [g] in visibili signo demonstrabatur in credentibus; signa etiam alia erant manifestantia fidem in ipsis [h]; propter quod non oportebat differre sacramentum fidei. Sed [i] in progressu Ecclesiae, ubi non erant huiusmodi signa demonstrantia vel vehementer fidem arguentia, et latebat vel latere poterat fictio cordis, necessaria fuit dilatio temporis, ut fieret probatio fidei et catechismus, per quem fieret [k] habilitatio ad Baptismum. Et ideo secundum diversa tempora diversus praefigebatur terminus secundum prius et posterius, ut constaret de fidei habilitatione et tolleretur facilitas redeundi *ad vomitum* [3]. Huiusmodi autem [l] terminus relinquitur in iudicio discreti praelati, secundum quod plus vel minus videbitur [m] expedire.

MEMBRUM II.

De conversatione Christianorum cum Iudaeis et paganis.

Deinde quaeritur de conversatione quae fit Christianorum cum Iudaeis et paganis.

Et [n] primo quaeritur utrum Ecclesia iudicare debeat ipsos infideles aut non pertineat ad eam [o] iudicare;

secundo, utrum Iudaei vel pagani possint praeesse Christianis vel non;

tertio, utrum compellendi sint [p] solvere decimas praediales vel alia [q] quae solent solvere Christiani, habitantes in domibus vel commorantes in [r] terris, quae sunt infra limites alicuius ecclesiae;

quarto, utrum Christiani possint habere mancipium Iudaeum vel paganum, et si habendo peccent.

745 CAPUT I.

UTRUM ECCLESIA IUDICARE DEBEAT INFIDELES.

Ad primum sic: *a.* Dicit Apostolus, I Cor. 5, 12: *Quid mihi de iis qui foris sunt iudicare?* Foris autem dicuntur esse infideles; ergo de iis non habet Ecclesia iudicare.

---

[a] V *Iudeis;* Z *cum se Iudei* pro *D. c. I.* [b] B *magis.* [c] T add. *de.* [d] V *possunt enim* pro *e. i. e.* [e] Ita VR, alii add. *est.* [f] R add. *donum,* quod F exp. [g] Ita V, alii om. [h] BTLZ *eis.* [i] V *scilicet.* [k] Z *specierum.* [l] L om. [m] V *videtur.* [n] V *sed.* [o] FR *ipsam.* [p] V *possint.* [q] V *animalia.* [r] V om. *d. v. c. i.*

[1] Ap. Gratian., *Decretum,* dist. 4, c. 93 (I, 1392). [2] Loc. cit., c. 98 (I, 1393). [3] II Petri 2, 22.

Contra[a]. 1. Papa iudicat de hereditate restituenda[b] conversis ad fidem[1]; imponit etiam poenam ipsis Iudaeis, subtrahendo communionem Christianorum[2]; statuit etiam poenas infligendas ipsis Iudaeis, qui de infidelibus baptizatos subvertere attentaverint[3]; ergo Ecclesia iudicat *de iis qui foris sunt,* scilicet Iudaeis; videtur ergo facere contra ordinationem Apostoli.

[Solutio]: 1. Ad quod dicendum[c][4] quod duplex est iudicium Ecclesiae: unum quoad poenam spiritualem, alterum quoad poenam corporalem sive pecuniariam. Non est Ecclesiae *iudicare* eos *qui foris sunt,* ut poenam spiritualem eis infligat vel regulas religionis imponat; potest autem poenas temporales eis infligere vel etiam spiritualem[d] indirecte, removendo Christianos ab eorum communione. Iudicat autem Ecclesia de illis in pluribus casibus[5]: repellit eos a legitimis actibus, sicut habetur II, quaest. 7, *Alieni*[6]; repellit etiam eos a potestate publica, dist. 54, *Nulla officia*[7]; ne habeant Christianum mancipium, ut *Extra, Iudaei*[e][8]; ne synagogas novas construant, sicut habetur *Extra, Consuluit*[9]; ne[f] ex testamento Christiani[g] aliquid habeant, XXIV, quaest. 2, *Sane*[10]; ut Christianos testes contra se recipiant, *Extra, De testimonio, Iudaei*[11]; « ut in die Parasceves fenestras non aperiant », *Extra, Quia super iis*[12]; ut excedentes contra fidem verberibus subiciantur[13]. Et sic pluribus modis iudicat Ecclesia eos *qui foris sunt.* Nec tamen facit Ecclesia contra verbum Apostoli, quod intelligitur de poena spirituali directe, cui non subiciuntur infideles, cum careant unitate fidei ecclesiasticae.

CAPUT II. 746

UTRUM IUDAEI VEL PAGANI POSSINT PRAEESSE CHRISTIANIS.

Secundo quaeritur utrum Iudaei vel pagani possint praeesse Christianis vel non.

Et videtur quod sic, 1. per hoc quod dicit Apostolus[h], I ad Tim. 6, 1: *Quicumque*[i] *sunt sub iugo servi dominos suos omni*[k] *honore dignos arbitrentur,* Glossa[14]: « *Sub iugo* infidelium ». Non negat ergo Apostolus quin infideles potuerint[l] fidelibus praeesse.

2. Item[m], *Extra, Multorum*[15]: « Quia colendis terris eorum diutius adhaeserunt[n], utpote conductione loci debentes, ad colenda rura remaneant, consuetas pensiones praedictis viris praebentes ». Possunt ergo Iudaei praeesse Christianis.

3. Item, possunt accipere pretium de Christianis mancipiis emptis; quod non esset nisi possent aliquo modo praeesse eis, sicut habetur dist. 54, *Fraternitatem*[16].

4. Videtur etiam per hoc quod dicit Gelasius, XVII, quaest. 4[17], ubi dicitur quod « diligenter vestra cura rerum fideliter examinet veritatem, quatenus nec religio temerata videatur nec servus, hac obiectione mentitus, competentis iura domini declinare contendat ». Ex quo videtur quod servus, de quo non constat esse Christianum, a dominio domini sui non est eximendus[o].

Sed videtur contrarium, *a.* per hoc quod dicitur *Extra, Multorum*[18], ubi dicitur: « Nulli Iudaeo licet Christianum mancipium in suo dominio retinere, sed, si qui apud eos inveniuntur, libertas [eis] servetur ». Et dicit Gregorius[19]: « Mancipia christiana quaecumque Iudaeum patuerit comparasse, ad libertatem iuxta[p] legum praecepta sine ambiguitate[q] perducite, ne, quod absit! religio christiana Iudaeis subiecta polluatur ».

b. Item, dist. 54[20]: « Nulla officia publica Iudaeis iniungantur[r], per quae eis tribuatur poenam

---

[a] V *preterea.* [b] T *reddenda.* [c] Ita V, alii add. *est.* [d] FR *spirituales;* V *adicere* pro *indirecte;* R *movendo,* pro *removendo,* quod F corr. [e] V *De Iudeis.* [f] V *ut ne,* quod F corr. [g] V add. *qui.* [h] Z *Augustinus.* [i] F *quodcumque,* quod R corr.; R exp. *sunt.* [k] R *cum.* [l] V add. *in.* [m] Z add. *contra.* [n] V *heserunt.* [o] V *extrahendus.* [p] Z *extra;* B om. *a. l.* [q] R add. *producte.* [r] V *iniungant.*

1 Cf. Gregor. IX, *Decretales,* V, tit. 6, c. 5 (II, 773).
2 Cf. Gregor. IX, loc. cit., cc. 13 et 16 et tit. 20, cc. 12 et 18 (II, 776sqq., 814sqq.).
3 Cf. nota 1.
4 Cf. *Glossa* in Gratiani *Decretum,* C. 17, q. 4, c. 31 (col. 1577, litt. *d*) et Iustiniani *Codex,* I, tit. 3, c. 56, § 3 et tit. 9, c. 2sqq. (II, 50, 69sqq.).
5 Sequentia verbotenus in *Glossa* in Gregor. IX, *Decretales,* IV, tit. 6, c. 5 (col. 1657, litt. *a*).
6 Ap. Gratian., *Decretum,* C. 2, q. 7, c. 23 (I, 488).
7 Ap. Gratian., *Decretum,* dist. 54, c. 14 (I, 211).
8 Ap. Gregor. IX, *Decretales,* V, tit. 6, c. 5 (II, 773).
9 Ap. Gregor. IX, loc. cit., c. 7 (II, 773).
10 Ap. Gratian., *Decretum,* C. 24, q. 2, c. 6, § 3 (I, 987).
11 Ap. Gregor. IX, *Decretales,* II, tit. 20, c. 21 (II, 322).
12 Ap. Gregor. IX, *Decretales,* V, tit. 6, c. 4 (II, 772).
13 Cf. Gregor. IX, *Decretales,* V, tit. 17, c. 4 (II, 809).
14 *Interlin.,* in h. l., ap. Lyran.
15 Ap. Gregor. IX, *Decretales,* V, tit. 6, c. 2 (II, 772).
16 Ap. Gratian., *Decretum,* dist. 54, c. 15 (I, 211).
17 Ap. Gratian., *Decretum,* C. 17, q. 4, c. 34 (I, 824).
18 Cf. nota 15.
19 Gregor. M., *Epist.,* III, ep. 38 (PL 77, 635); ap. Gratian., *Decretum,* dist. 54, c. 13 (I, 211).
20 Loc. cit., c. 14 (I, 211).

Christianis inferre ». Hoc autem factum est ne Christiani Iudaeos habeant dominos.

c. Similiter habetur in [a] *Extra, De Iudaeis, Ad haec omnibus* [1], ubi inhibetur « ne Christiani Iudaeorum servitio se pro aliqua mercede exponant assidue ». Et hoc idem [b] habetur ibidem [2], cum dicitur: « Iudaei sive Saraceni » etc. Sed quae ratio est ut propter fidem christianam auferatur ab eo ius in servum, cum servitus sit de iure divino introducta [3] et iure etiam Canonico [4] approbata? Nulli autem iniuriam facit religio christiana.

[Solutio]: Ad quod dicendum est quod non permittitur Christianus servire Iudaeo propter christianae religionis vitandum detrimentum, sicut habetur *Extra, De Iudaeis, Ad haec* [c] *omnibus* [5], ubi dicitur: « Iudaeorum mores et nostri in nullo concordant et ipsi de facili ob continuam conversationem et assiduam familiaritatem ad suam superstitionem et perfidiam simplicium animos possunt inclinare [d] ». Hac etiam ratione, si aliqui [e] fuerint eorum servi, a servitio [f] eorum liberentur, aliquando dato pretio, aliquando nullo pretio dato. Servus [6] enim Iudaei aut est vernaculus aut emptitius. Si vernaculus [g], si sit vel velit [h] fieri Christianus, eripitur statim in libertatem nullo pretio dato, sicut habetur in [i] *Codice, De episcopis* [7] et dist. 54, *Fraternitatem* [8]. Si vero fuerit emptitius, aut erat Christianus quando fuerat emptus aut paganus. Si Christianus, liber efficitur, nullo pretio dato; sicut habetur dist. 54, *Mancipia* [9], est [k] Iudaeis interdictum commercium Christianorum et lege poli et lege fori. Si autem fuerit paganus, aut emptus est causa servitii aut causa [l] mercimonii. Si causa servitii, et vult fieri Christianus, liber efficitur sine pretio, dist. 54, *Fraternitatem* [10]. In secundo vero casu, « si infra tres menses non exposuerit eum venalem », postea si fieri vult Christianus, liberatur [m] sine pretio, quia praesumitur quod ad serviendum eum emerit. Si autem exposuerit eum venalem infra illum terminum et ille fieri vult Christianus tunc vel post, dummodo non steterit per dominum quominus vendiderit eum, liberatur, reddito pretio duodecim solidorum ab aliquo Christiano, dist. 54, *Fraternitatem* [11], et *Extra, Praesenti concilio* [12]: « Si tamen Iudaeus volentem fieri Christianum circumciderit vel alterius sectae signaculum impresserit, pro iniuria proprii corporis sine pretio liberatur », dist. 54, *Nulla* [13], ubi dicitur quod « si qui Christiani ab eis in [n] iudaismo ritu sunt maculati vel etiam circumcisi, non reddito pretio ad libertatem et religionem redeant [o] christianam ». Lex autem humana graviorem poenam infligit [14]. Quod autem dictum est de servis Iudaeorum, hoc [p] potest dici [q] de servis Saracenorum [15]: eadem enim suspicio et idem periculum potest esse in utrisque.

[Ad obiecta]: 1. Ad obiectum autem [r] in contrarium dicendum [s] quod illud Apostoli intelligitur pro statu primitivae Ecclesiae et ut allicerentur per obsequia servorum fidelium domini infideles ad fidei conversionem. Unde dicit Glossa [16]: « Potius [t] per obsequia servorum fidelium domini infideles convertantur ». Sed ibidem additur in textu [17]: *Ne nomen Domini et doctrina blasphemetur,* Glossa [u] [18]: « Quasi aliena [v] invadentis, et doctrina christiana videatur quasi iniusta ». — Secundum illam rationem videbitur alicui quod et modo sic sit faciendum. Sed ad hoc respondendum est quod alia ratio reformat pactum. Nunc enim non debent servire, *ne nomen Domini blasphemetur;* ita enim sunt Iudaei et etiam pagani proni ad hoc quod trahant fideles ad perfidiam sive apostasiam. Propter quod cohabitatio cum Iudaeis et paganis, nisi causa praedicationis [19], est interdicta, *ne nomen* [x] *Domini blasphemetur.* Nec doctrina christiana ex hoc iniusta debet videri, cum cautela fidei omnibus sit praeponenda.

2. Ad secundum vero dicendum quod, licet possent Christiani [y] excolere praedia Iudaeorum, non tamen debent servire Iudaeis in domo sua, ne contrahatur mala familiaritas [20]. Et non ex hoc dicuntur recte praeesse eis tamquam servis, quia [z]

---

[a] V om., item infra fere semper. [b] V om. [c] V *hoc.* [d] V add. *et.* [e] V *qui.* [f] BT *servitione.* [g] V *masculus.* [h] R *nolit.* [i] Ita Z, L *de,* alii om. [k] B *cum.* [l] BT om. [m] Z *liberetur.* [n] Ita BT, alii om.; T om. *eis.* [o] Z *debeant.* [p] T add. *modo.* [q] FR add. *etiam.* [r] BLZ om. [s] Ita FR, alii add. *est.* [t] V *Hieronymi.* [u] B om. [v] R *alienam.* [x] V om. [y] B *regulam.* [z] BT *qui.*

1 Ap. Gregor. IX, *Decretales,* V, tit. 6, c. 8 (II, 774).
2 Loc. cit., c. 5 (II, 773).
3 Cf. Gen. 9, 25; supra, num. 608.
4 Cf. Gratian., *Decretum,* C. 17, q. 4, c. 32 sqq. (I, 823sqq.).
5 Cf. supra, nota 1.
6 Pro sequentibus cf. *Glossa* in Gratiani *Decretum,* dist. 54, c. 13 (col. 374sq. sub *Casus*), ubi plura sequentium verbotenus occurrunt.
7 Iustiniani *Codex,* I, tit. 3, n. 56, § 3 (II, 50).
8 Cf. supra, p. 733, nota 16.
9 Cf. supra, p. 733, nota 19.
10 Cf. supra, p. 733, nota 16 et ap. Gregor. IX, loc. cit., c. 19 (II, 778).
11 Cf. supra, p. 733, nota 16.
12 Ap. Gregor. IX, *Decretales,* V, tit. 6, c. 1 (II, 771).
13 Ap. Gratian., *Decretum,* dist. 54, c. 14 et C. 17, q. 4, c. 34 (I, 211, 824).
14 Scilicet decollationem; cf. Iustiniani *Codex,* I, tit. 7, c. 5 et tit. 10, c. 1 (II, 69, 71).
15 Cf. Gregor. IX, loc. cit., c. 5 (II, 773) et Iustiniani *Codex,* loc. cit.
16 Lombardi, *In I Tim. 6,* 1 (PL 192, 357).
17 I Tim. 6, 1.
18 *Interlin.,* in h. l., ap. Lyran.
19 Cf. Gregor. IX, loc. cit., c. 10 (II, 774sq.).
20 Cf. Gregor. IX, loc. cit., cc. 5, 8 et 13 (II, 774sqq.).

non possunt eos « ad alium locum vel ad aliud servitium transferre », sicut dicitur *Extra, De Iudaeis, Maiorum*[1]. Et hoc factum est in favorem Christianorum, non Iudaeorum, quod praedia vel terras emptas a Iudaeis possint excolere, eo quod in illis terris prius habitabant.

3. Ad tertium vero dicendum [a] quod, licet possint accipere pretium servitutis, non tamen pro Christianis iam existentibus, sed pro paganis qui volunt fieri Christiani. Lege enim poli mancipia christiana a servitute Iudaeorum liberantur, ne sit periculum fidei christianae. In favorem etiam fidei christianae [b] quibusdam volentibus suscipere christianismum [c] libertas conceditur [2].

4. Illud autem quod dicitur XVII, quaest. 4, non expresse dat intelligere quod fuerit Christianus, sed quod dixerit [d] « se ab infantia Christianum », et quod « a praefato domino signaculum circumcisionis esset ei infixum [e] »; quod si esset, a servitute liberaretur [f] [3]. Si vero non fuerit [g] Christianus, non per hoc quod confugit [h] ad ecclesiam, nisi velit fieri Christianus, a servitute est liberandus, et hoc videtur ille Canon dicere. Unde non introducitur pro dominio [i] Iudaeorum, sed pro dominio Christianorum: quidam enim volebant « fraudare dominos » suos a « iure suo, confugientes ad ecclesiae septa [k] [4] ».

c. Ad ultimum dicendum quod Ecclesia catholica nulli intendit facere iniuriam, sed hoc ordinavit, ne Deo fiat iniuria; iniuria autem fieret Deo, si fides in aliquo periclitaretur occasione iustitiae temporalis servandae.

CAPUT III. 747

UTRUM COMPELLENDI SINT IUDAEI SOLVERE DECIMAS.

Tertio quaeritur utrum compellendi sint Iudaei solvere decimas praediales vel alia quae solent solvere Christiani habitantes in domibus vel commorantes in terris quae sunt infra [a] limites alicuius ecclesiae.

Quod videtur. *a.* Ecclesiae enim nullatenus [b] iure suo sunt fraudandae; fraudarentur autem [c], si Iudaei terras detinerent et decimas non solverent; ergo compellendi [d] sunt ad solutionem.

b. Praeterea, praeceptum fuit in lege Moysi [5] quod filii Israel solverent decimas Levitis; similiter dicitur Malach. 3, 10: *Inferte omnem decimationem in horreum meum;* et II Paralip. 31, 5, ubi dicitur quod offerebant [e] Deo *decimas de omnibus quae gignit humus.* Cum ergo Iudaei teneantur ad solutionem decimarum nec aliquo privilegio eximantur, cum deterioris conditionis sint et esse debeant ratione peccati quam fuerunt [f] tempore Legis, tenebuntur nunc ad solutionem decimarum.

c. Et si forte dicerent quod suis Levitis tenerentur reddere [g] — contra hoc est quod leviticum sacerdotium cessit ipsi sacerdotio Christi, sicut habetur ad Hebr. 7, 12: *Translato sacerdotio, necesse est ut Legis translatio fiat.* Dicebatur etiam [h] in Dan. [6]: « *Cum venerit Sanctus sanctorum, cessabit unctio vestra* ». Adveniente ergo Christo cessare debuit unctio regalis et sacerdotalis; ergo solutio decimarum facienda fuit sacerdotibus Novae Legis.

d. Praeterea, decimae redduntur Deo de terris in memoriam beneficii de multiplicatione fructuum singulis annis [7]; limitatae autem sunt terrae secundum distinctionem ecclesiarum; ergo ratione praediorum sive terrarum solvendae sunt decimae a quibuscumque possidentibus [i]; ergo Iudaei, si possideant terras, decimas tenentur solvere ecclesiis.

Contra. 1. Iudaei nihil habent nisi de usura ut in pluribus; de usuris [k] autem nihil debet Ecclesia percipere [l] [8]; ergo, ut videtur, nec debet percipere de terris quae [m] usuris emptae sunt.

2. Item [9], Eccli. 34, 21 dicitur: *Immolantis ex iniquo oblatio est maculata;* et iterum [10]: *Qui offert de substantia pauperum, quasi qui victimat filium in conspectu patris;* et iterum [11]: *Dona iniquorum non probat Altissimus.* Cum ergo isti [n] non habeant nisi dona iniquorum, non debent esse accepta ab Ecclesia quae recipit vice [o] Altissimi.

---

[a] Ita BT, alii add. *est,* [b] B om. *i. f. e. f. c.* [c] BTL *christianissimum.* [d] R *duxerit.* [e] B *fixum* pro *e. i.* [f] Ita B, alii *liberetur.* [g] Ita T, alii *fuit.* [h] T *confugient.* [i] VBR *domino,* item infra. [k] V *secreta,* B *sectam,* alii *secta.* [a] V *intra.* [b] R om. [c] Z *enim.* [d] V *adpellendi.* [e] RLZ *efferebant.* [f] V *fierent,* Z *fuerint.* [g] Z om. [h] V *enim.* [i] F *presidentibus.* [k] Z *usura.* [l] B *perficere.* [m] V add. *de.* [n] V *illi,* BT *uti.* [o] Z *iure.*

1 Cf. supra, p. 733, nota 15.
2 Cf. supra, p. 734, nota 7.
3 Cf. supra, p. 734, nota 12.
4 Gratian., *Glossa* post C. 17, q. 4, c. 31 (I, 823).
5 Cf. Num. 18, 21 sqq.
6 Cf. c. 9, 24 et 26, ap. Septuaginta.
7 Cf. Deuter. 14, 22 sq.
8 Cf. Gregor. IX, *Decretales,* V, tit. 19, c. 3 (II, 812).
9 Cf. Gratian., *Decretum,* C. 14, q. 5, c. 2 (I, 739).
10 Prov. 34, 24. 11 Prov. 34, 23.

[Solutio]: Ad quod dicendum [a] quod decimae quaedam sunt praediales et quaedam sunt personales [b] [1]. Decimae vero praediales et quidquid occasione praediorum solebant ecclesiae percipere, possunt ecclesiae petere etiam a Iudaeis ratione praediorum quae ab eis possidentur, sicut habetur *Extra, De decimis, De terris* [2], ubi dicitur quod Iudaei compellendi sunt « ad decimas persolvendas de terris quas colunt vel ad possessiones penitus renuntiandas, ne forte ecclesiae illa occasione suo iure valeant [c] fraudari ». Similiter habetur *Extra, De usuris, Quanto* [3], ubi dicitur quod Iudaei compellendi sunt « ad satisfaciendum ecclesiis [d] pro decimis et oblationibus debitis, quas a Christianis de domibus et possessionibus aliis recipere consueverunt, ut sic ecclesiae conserventur indemnes »; non quod de usuris aliqua accipiantur sive de illicite [e] acquisitis vel quod oblationes recipiantur in ecclesia ab ipsis Iudaeis, sed de licite [f] acquisitis [g] ab eis ratione domorum quas incolunt, ne ecclesia enormiter laedatur, si tamen honestas ecclesiae in hac parte servetur. Si vero repugnaret honestati nec enormiter laesa esset ecclesia, ad vitationem scandali esset supersedendum.

[Ad obiecta]: 1. Et per hoc potest solvi obiectum in contrarium, quia de usuris, in quantum huiusmodi, non potest Ecclesia decimas vel oblationes petere. Et licet terrae de usuris essent emptae, nihilominus Ecclesia potest petere decimas, quia ille qui vendidit non poterat vendere nisi quod habebat iuris, « res autem ipsa transit cum onere [h] suo [4] ».

2. Ad secundum vero dicendum [i] quod, licet oblationes aut dona non sint accepta [k] Deo, in quantum ab iniquis offeruntur, ea tamen [l] quae debentur, ratione qua debentur sunt accepta, si solvantur; unde secundum quid accepta sunt, secundum quid [m] non sunt accepta; ipsa tamen actio, quae a perversa voluntate egreditur, non est accepta. Cum autem ex rapina vel usura aliquid offertur, non est acceptum, quia non de suo offert; sed restitutio eius, in quantum sic est, esset accepta.

748

CAPUT IV.

UTRUM CHRISTIANI POSSINT HABERE IUDAEUM VEL SARACENUM MANCIPIUM.

Quarto quaeritur utrum Christiani possint habere Iudaeum vel Saracenum mancipium.

Quod videtur, *a.* per hoc quod dicitur XXIII, quaest. 8, *Dispar* [5], ubi dicitur de Saracenis, et in *Extra, De Iudaeis* [6], ubi dicitur quod Iudaei submissi sunt ex propria culpa perpetuae servituti. Ergo Christiani possunt habere paganum vel Iudaeum mancipium. Hoc etiam obtinet consuetudo in partibus remotis.

Contra. 1. XXVIII, quaest. 1 [7], ubi dicitur: « Quicumque ex iis qui baptizati sunt, amodo infidelium consortia non vitaverint, et ii Christianis [n] donentur et illi publice caedibus deputentur ». Et ibidem [8]: « Nullus clericus aut laicus cum Iudaeis habitet ». Et rationem videtur dicere Apostolus, I Cor. 15, 33: *Corrumpunt bonos mores colloquia prava.*

[Solutio]: Ad quod dicendum [o] quod licitum est Christiano habere subditum paganum vel Iudaeum; non tamen debet habere familiaritatem cum ipso, sicut habetur *Extra, De Iudaeis, Ad haec* [9]: nimia enim familiaritas posset esse occasio pertrahendi ad malum infidelitatis. Si tamen ille voluerit fieri Christianus cum effectu, non debet prohiberi: inspiratio enim Spiritus Sancti in huiusmodi non est repellenda. Nec propter hoc aufertur servitium domini, sed servire debet vel alias procurari debet eius liberatio [p] a servitute.

Ad obiecta 1. autem in contrarium dicendum [q] quod non negatur ex illis auctoritatibus subiectio servitutis, sed cohabitatio familiaritatis.

---

[a] BF (interl.) add. *est.* [b] Z om. *e. q. s. p.* [c] RLZ *valeat.* [d] Ita VF (corr.), alii *Iudeis.* [e] FRLZ *illicitis.* [f] R *licitis*, quod L corr. [g] R add. *vel*, quod Z exp.; V *de* pro *ab.* [h] Z *honore.* [i] BT add. *est;* V om. *vero.* [k] Ita B, alii add. *a.* [l] V om. *a. s. s. q.* [m] BT add. *non;* T *his* pro *it*, quod F corr. [n] Z (corr.) *cum.* [o] TR add. *est.* [p] V *libertatem.* [q] VRL add. *est.*

1 Cf. Gregor. IX, *Decretales*, III, tit. 30, c. 20 (II, 562).
2 Loc. cit., c. 16 (II, 561).
3 Ap. Gregor. IX, *Decretales*, V, tit. 19, c. 18 (II, 816).
4 Ap. Gregor. IX, *Decretales*, III, tit. 6, cc. 28 et 33 (II, 566, 568).
5 Ap. Gratian., *Decretum*, C. 23, q. 8, c. 11 (I, 955).
6 Ap. Gregor. IX, *Decretales*, V, tit. 6, c. 13 (II, 776).
7 Ap. Gratian., *Decretum*, C. 28, q. 1, c. 12 (I, 1087).
8 Loc. cit., c. 13 (II, 1087).
9 Ap. Gregor. IX, loc. cit., c. 8 (II, 774).

TITULUS III.

DE HAERESI [1].

Consequenter dicendum est de iis peccatis per quae receditur a debito cultu sive honore maiestatis divinae. Receditur autem per apostasiam [a], schisma et haeresim. Quae tria possunt sic distingui, ut haeresis attendatur recessus a fide ecclesiastica quam prius tenuit; schisma vero recessus ab unitate Ecclesiae, cum membrum pertinaciter non vult capiti obedire; apostasia vero proprie dicta est temerarius recessus a statu Ordinis suscepti, sicut est de clericis, in sacris Ordinibus constitutis, qui de facto contrahunt, et de iis qui iam clerici effecti sunt [b] clerica suscepta et clericatum postponunt. In omnibus autem iis dehonoratur divina maiestas, quantum in ipsis est, vel male credendo, quod ad intellectum potest pertinere; vel ab unitate capitis se separando, quod principaliter pertinet ad affectum [c]; vel honorem clericatus reiciendo, quod ad effectum [d] pertinet maxime.

Primo ergo dicendum est de haeresi;
secundo, de schismate;
tertio, de apostasia.

Circa vero [e] haeresim primo quaeritur quid sit;
secundo, de differentia eius;
tertio, ad quod genus septem peccatorum reducitur;
quarto, utrum sit initium omnium peccatorum;
quinto, de quantitate huius [f] peccati;
sexto, contra quod praeceptum sit specialiter;
septimo, utrum haeresis ad omnia credibilia se extendat, an solum ad credibilia quae pertinent ad articulos fidei;
octavo [g], de oppositione;
nono [h], de necessitate haeresum [i];
decimo, de privatione communionis haereticorum et poena;
undecimo, de tolerantia ipsorum et opposito;
duodecimo, de duratione haeresum;
decimo tertio, de revertentibus ab haeresi.

CAPUT I.

QUID SIT HAERESIS [2].

Primo quaeritur [k] quid sit genere; secundo, quid sit definitione.

ARTICULUS I. 749

Quid sit haeresis genere.

I. Ad primum sic: 1. Augustinus, in libro *De utilitate credendi* [3]: « Tria sunt velut finitima [l] sibimet in animis hominum distinctione dignissima: intelligere, credere, opinari. Quae, si per

[a] V *apostasim.* [b] Ita Z (corr.), alii add. *a.* [c] B *effectum,* quod F corr. [d] V *affectum.* [e] V om.; T add. *scilicet.* [f] Ita V, alii om. [g] Ita RLZ, alii om. *contra quod... octavo.* [h] Ita RLZ, alii *septimo* et ita deinceps. [i] RZ *heresis.* [k] V *autem queritur de heresi.* [l] VBT *finitiva.*

[1] In cod. Assisiensi 138, fol. 100c-104d, ordo quaestionum de haeresi cum nostro concordat et plura argumenta verbotenus habentur, sed modus exponendi et solvendi saepe penitus differt.

[2] Cf. Lombard., IV *Sent.*, d. 13, c. 2 (p. 818); S. Bonav., I *Sent.*, d. 27, p. 1, a. un., q. 4 (I, 477 sq.) et IV *Sent.*, d. 13, dub. 4 (IV, 313 sq.)

[3] Cap. 11 (PL 42, 83).

se ipsa considerentur, sic[a] possunt distingui: primum per se semper sine vitio est, secundum aliquando cum vitio, tertium nunquam sine vitio ». Haeresis ergo, cum sit semper cum vitio, magis videtur appropinquare cum opinione quam cum intellectu vel credulitate.

2. Hoc etiam videtur ex ratione haeretici in eodem libro posita[1]: « Haereticus est qui[b] alicuius temporalis commodi et maxime gloriae principatusque gratia falsas et novas opiniones vel gignit vel sequitur ». Cum ergo haereticus haeresim sequatur, haeresis erit opinio falsa.

3. Item, Augustinus, in eodem libro[2]: « Quod intelligimus, debemus rationi; quod credimus, auctoritati; quod opinamur, errori ». Haeresis ergo, cum sub errore contineatur, ad opinionem reducitur.

In contrarium sic: *a.* Haeresis et fides opponuntur inter se; ergo haeresis continetur sub infidelitate; sed infidelitas est falsa credulitas[c] in materia determinata, scilicet circa veritatem *quae est secundum pietatem*[3]; ergo haeresis sub incredulitate continetur.

b. Item, Augustinus, in libro supra dicto[4]: « Credere tunc culpabile est, cum de Deo aliquid indignum creditur ». Sed omnis haereticus aliquid indignum de Deo asserit vel aliquid[d] dignum deasserit; ergo haeresis sub credulitate continetur.

II. Quod autem haeresis contineatur aliquando sub uno illorum, aliquando sub alio, aliquando sub tertio, videtur, *a.* per[e] hoc quod aliqui haeretici ducuntur ad asserendum quod non est asserendum in iis quae pertinent ad fidem ex quibusdam rationibus, sicut fuit de Manichaeis; sed intellectus innititur rationi[f]; ergo huiusmodi acceptio dicetur intellectus, et sic[g] haeresis sub intellectu continebitur. Alii autem inducuntur ad consentiendum in talibus ex auctoritatibus male intellectis; sed credulitas innititur auctoritati; ergo haeresis, cum sit talis acceptio, erit sub credulitate. Item, alii inducuntur ex rationibus apparentibus, ex quibus gignitur opinio falsa, et sic errant; ergo haeresis continetur[h] sub opinione secundum hoc.

Sed contra hoc 1. videtur dicere Bernardus, in libro *Ad Eugenium*[5], ubi distinguit inter intellectum et fidem et opinionem: « Intellectus est[i] ex verissimis rationibus rei cuiuscumque certa et manifesta notitia; fides autem est voluntaria quaedam et certa praelibatio nondum propalatae veritatis; opinio vero est quasi pro vero habere aliquid quod falsum esse nescias ». Item, intellectus rationi innititur, fides auctoritati, opinio vero sola veri similitudine se tuetur. Haeresis ergo, cum elongata sit a veritate[k], nec sub intellectu nec sub fide continebitur, sed sub opinione solum.

[Solutio]: I. Ad quod dicendum quod haeresis in parte respicit affectum et in parte intellectum sicut et fides. Quoad hoc quod respicit affectum, est in genere peccati: peccatum enim est[l] in voluntate; quoad hoc autem quod respicit intellectum, est in genere falsae credulitatis et ex opinione originem trahit.

[Ad obiecta]: 1. Ad obiectum autem[m] dicendum quod, licet opinio nunquam sit sine vitio, non tamen haeresis est opinio essentialiter. Dicitur enim opinio esse « cum vitio semper », quia est cum formidine alterius partis, formido autem poenam quamdam dicit, et quoad hoc est ibi[n] vitium. Credere autem non semper est cum vitio, sed tunc cum creditur quod non est credendum, et hoc modo haeresis est sub credulitate, non quod semper innitatur auctoritati non bene intellectae, sed etiam rationi apparenti, et quoad hoc vicinatur cum opinione.

2. Ad secundum dicendum quod, cum dicitur quod ' haereticus gignit novas opiniones vel sequitur ', opinio accipitur ibi pro assertione sive pro acceptione, quae communis est credulitati.

3. Ad tertium dicendum quod, cum dicit Augustinus quod ' credere debetur auctoritati, opinio vero errori ', non accipit ' credere ' prout est commune credulitati verae[o] et falsae, sed prout convenit fidei; opinio autem non accipitur ibi pro acceptione unius partis cum formidine alterius, sed accipitur pro opinione secundum quod commune est ad falsam credulitatem, et sic haeresis potest dici opinio.

II. 1. Ad id vero quod obicitur quod ' haeresis aliquando sit sub intellectu, aliquando sub credulitate, aliquando sub opinione ': dicendum est quod, si accipiatur intellectus secundum intentionem Bernardi et credulitas pro fide, non erit haeresis sub altero illorum, sed tantum sub[p] opinione. Si vero intellectus large acciperetur[q] et credulitas, tunc posset haeresis sub intellectu vel sub[r] credulitate contineri; non sic autem videtur Augustinus in suo libro loqui de intellectu et credulitate, sed secundum quod appropriantur.

---

[a] L *si.* [b] R *qui pro* pro *e. q.* [c] V *falsitas* pro *f. c.* [d] Ita B, alii *aliquod.* [e] BT *ex.* [f] T om. [g] R *ita.* [h] BT *continebitur.* [i] T *autem.* [k] B om. *Haeresis... veritate.* [l] VRLZ om., in F est add. interl. [m] F add. *in contrarium.* [n] L om. [o] Z *nature,* quod R corr. [p] L om. *t. s.* [q] V *accipiatur.* [r] V om.

[1] Cap. 1 (PL 42, 65); ap. Gratian., *Decretum*, C. 24, q. 3, c. 28 (I, 998).
[2] Cap. 11 (PL 42, 83).
[3] Tit. 1, 1 et I Tim. 6, 3.
[4] Loc. cit.
[5] *De consider.*, V, c. 3, n. 6 (PL 182, 791).

ARTICULUS II. 750

Quid sit haeresis secundum definitionem.

Secundo quaeritur quid sit haeresis secundum definitionem.

a. Et ponit Augustinus talem definitionem, in libro *De utilitate credendi*[1]: « Haereticus est qui alicuius temporalis commodi et maxime gloriae principatusque gratia [a] falsas opiniones ac novas vel gignit vel sequitur ».

Sed contra hanc rationem obicitur. 1. Potest enim aliquis simplex credere aliquid quod non est credendum in iis quae pertinent ad fidem, nec tamen intentione « temporalis commodi » vel « principatus gratia »; et si pertinax est in huiusmodi [b] credulitate, haereticus dicitur, licet ab Ecclesia non sit separatus per sententiam. Dicit enim Hieronymus, *Super Epistolam ad Galatas*[2]: « Quicumque Scripturam aliter intelligit », id est contrarie, « quam Spiritus Sancti sensus efflagitat, licet ab Ecclesia non recesserit, haereticus appellatur ».

2. Item, II ad Cor. 3, 5, super illud: *Non quod sufficientes simus* etc., habetur in Glossa[3] quod fides est cogitare de iis quae credenda sunt cum assensione recta. Ergo per oppositum haeresis est cogitare aliquid de credibilibus cum [c] assensione non recta; sed hoc potest aliquis facere et non aliqua praedicta intentione; ergo supervacuum videtur esse in definitione quod dicitur « alicuius temporalis commodi » etc. [d]

3. Item, videtur etiam quod non sufficiat ad esse haeretici, si [e] haec omnia concurrant. Ad hoc enim quod iudicetur haereticus, requiritur quod sit pertinax in opinione falsa sive in defensione erroris, sicut habetur super illud I Cor. 11, 18: *Audio inter vos esse scissuras,* Glossa[4]: « Qui in Ecclesia Dei morbidum aliquid pravumque sapiunt et resistunt pertinaciter pravaque sua dogmata emendare nolunt, sed defensare [f] persistunt, haeretici fiunt [g] ». Sed hoc non habetur ex praedicta definitione; ergo praedicta definitio non est sufficiens.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod nomen 'haeretici' aliquando sumitur communiter [h], aliquando proprie [i], aliquando propriissime. Communiter, cum dicitur quod haereticus potest dici « quicumque Scripturam aliter intelligit quam sensus Spiritus Sancti efflagitat »; proprie, secundum quod haereticus dicitur quicumque « alicuius temporalis commodi » etc.; propriissime, cum superadditur ipsa pertinacia in defendendo falsitatem vel impugnando veritatem [k].

[Ad obiecta]: 1. Et per hoc potest intelligi quod obiectum est. Tria enim concurrunt ad perfectam haeresim: ipsa falsa credulitas, quae est ex parte rationis, et perversa voluntas, quae est ex parte concupiscibilis, et pertinax defensio sive impugnatio, ex parte irascibilis. Definitio autem Hieronymi attenditur secundum primum; definitio autem [l] Augustini quoad primum et secundum; illa vero, quae ponitur in Glossa, secundum tertium attenditur, suppositis duobus praecedentibus. Et potest dici haereticus [5] secundum definitionem Hieronymi, licet non sit haereticus secundum definitionem Augustini. Et licet non intendat temporale lucrum vel temporalem gloriam aut principatum, nihilominus potest incurrere [m] in peccatum haereseos, sed [n] hoc dicitur propter id quod frequentius accidit: frequenter enim accidit quod hoc faciunt istis de causis. Si vero aliquis ignoranter crederet quod non esset credendum de iis quae pertinent ad Sacram Scripturam, non dico [o] quoad articulos fidei, nec [p] pertinaciter defenderet, immo crederet ad catholicam fidem pertinere, non esset [q] talis dicendus haereticus. Unde Augustinus, in libro *De Baptismo contra Donatum*[6]: Si aliquis hoc « idem sentiat de Christo quod Photinus [r] opinatus est, sed in Ecclesia catholica baptizari, et hoc credat esse fidem catholicam, nondum dico esse haereticum, nisi manifestae doctrinae [s] catholicae fidei resistere maluerit, et illud, quod tenebat, elegerit ».

---

[a] L om., in FR est add. mg. [b] B *hoc.* [c] R om. [d] VL om., in F est add. mg. [e] Ita Z, V *non,* alii *sed.* [f] V *defendere;* B *persistent* pro *persistunt.* [g] VB *sunt.* [h] Ita V, alii add. *et.* [i] Ita V, alii add. *et.* [k] V om. *v. l. v.* [l] Z om. [m] RZ *currere.* [n] T *secundum.* [o] R om. [p] Z om. [q] Ita V, alii *est.* [r] Z *facinus,* quod R corr. [s] Ita V, alii *manifesta doctrina* pro *m. d.*

1 Cf. supra, p. 738, nota 1.

2 *In Gal. 5,* 21 (PL 26, 417); ap. Gratian., loc. cit., c. 27 (I, 998).

3 Cf. Lombard., in h. l. (PL 192, 23), ex Augustino, *De praedest. sanct.,* c. 2, n. 5 (PL 44, 963).

4 Lombardi, in h. l. (PL 191, 1637), ex Augustino, *De civit. Dei,* XVIII, c. 51, n. 1 (PL 41, 613); ap. Gratian., loc. cit., c. 31 (I, 998).

5 Scilicet ille *simplex,* de quo sub n. 1.

6 Lib. IV, c. 16 (PL 43, 169).

2. Ad secundum dicendum [a] quod cogitare contrarium fidei cum assensione est peccatum haereseos, licet non intendat aliquod praedictorum, cum [b] hoc facit scienter; sed non punitur tamen [c] manifeste ab Ecclesia nisi cum fit pertinaciter.

3. Ad tertium dicendum quod illa ratio haeretici intelligitur de illo haeretico qui iam dignus est ut praecidatur ab Ecclesia. Quanta autem debeat esse pertinacia, in *Decretali* determinatur, tit. *De haereticis* [1].

751

CAPUT II.

DE DIFFERENTIA HAERESEOS AD EA CUM QUIBUS VIDETUR CONVENIRE.

Cum iam [d] dictum sit de quidditate haereseos, secundo quaeritur de differentia eius ad ea [e] cum quibus videtur convenire.

I. Et primo de differentia eius ad [f] simoniam. Videtur autem quod simonia sit haeresis. *a.* Dicit enim Gregorius, in *Registro* [2]: « Quisquis per pecuniam ordinatur, ad hoc ut fiat haereticus promovetur ». Ex hoc ergo quod per pecuniam ordinatur [g], haereticus est; sed talis est simoniacus; ergo simoniacus [h], in quantum huiusmodi, est haereticus; ergo simonia est haeresis.

Contra. 1. Omnis haereticus deviat ab aliquo articulo fidei distincte vel implicite; sed iste non deviat, ut videtur, ab aliquo articulo; ergo non est [i] haereticus.

II. Similiter potest obici de schismate quod sit haeresis [k]. 1. Dicit enim Augustinus [3]: « Nullum schisma est nisi aliquam haeresim confingat [l], ut recte ab Ecclesia videatur recessisse ». Ergo schismaticus est haereticus, et ita schisma [m] haeresis.

2. Item, quicumque deviat ab aliquo articulo fidei scienter, est haereticus; sed schismaticus scienter deviat ab aliquo articulo *Symboli*, ab illo scilicet quod est: « Sanctam et Apostolicam Ecclesiam »; ergo schismaticus est haereticus.

3. Item, schisma dicit divisionem suo nomine, et [n] hoc etiam habetur [o] in nomine haeresis; nisi ergo superaddatur aliquid utrobique, per quod unum differat ab altero, convenienter dicetur schisma haeresis [p].

Contra. *a.* Hieronymus, *Super Epistolam ad Galatas* [4]: « Inter haeresim et schisma hoc esse arbitror, quod haeresis perversum dogma habet, schisma vero ab Ecclesia pariter separat ». Ergo schisma non est haeresis.

b. Item, haeresis est contra veritatem [q] *quae est circa pietatem* [5], schisma vero contra caritatis Ecclesiae unitatem; sed aliud est esse contra veritatem [r] pietatis et aliud contra unitatem [s] Ecclesiae; ergo schisma non est haeresis.

III. Item, videtur quod haeresis non differat ab hypocrisi. 1. Dicitur enim super illud Isai. 9, 14: *Disperdet Dominus ab Israel caput et caudam*, Glossa [6]: « Omnis haereticus hypocrita est ».

2. Et dicit Bernardus, *Super Cantica* [7]: « Non sufficit haereticos esse nisi et [t] hypocritae sint, *ut sit supra modum peccans peccatum* [8] ». Videtur ergo quod non distinguatur peccatum haereseos a peccato hypocrisis, immo quod hypocrisis sit de complemento ipsius.

IV. Item, cum hoc nomen 'haeresis' sonet idem quod divisio, sicut dicit Isidorus [9], propter quid appropriatur magis illi peccato quod directe est contra unitatem fidei quam illi quod impugnat unitatem caritatis vel quod est contra aliam unitatem per se et primo?

Respondeo [u]: I. Ad primum dicendum quod [v] nomen haereseos aliquando sumitur communiter [x], aliquando proprie. Secundum quod communiter [y] sumitur, sic potest dici simoniacus haereticus, quia ipso iure ab Ecclesia divisus. Si vero accipiatur proprie, prout restringitur ad falsam credulitatem circa articulos unitatis in Trinitate [z] et Incarnationis, non est simoniacus haereticus.

---

[a] T om. [b] Z *tamen*. [c] V *punit eum* pro *p. t.* et om. *ab*. [d] BT *autem*. [e] B om. *a. e.* [f] Z om. *ea... ad*. [g] Z om. *ad hoc... ordinatur*. [h] R om. *e. s.* [i] LZ om., in F est add. interl. [k] B om. *q. s. h.*; T om. *obici*. [l] Z *attingat*. [m] T add. *est*; V om. *e. i. s. h.* [n] Ita VT, alii om. [o] B *videtur*. [p] Codd. argumenta 2 et 3 ordine inverso ponunt, sed ex solutione eorum patet ea ponenda esse uti hic iacent. [q] Z *voluntatem*. [r] RZ *unitatem*. [s] T *veritatem*. [t] RZ om. [u] Ita V, alii om. [v] BZ add. *hoc*; T om. *dicendum*. [x] FLZ add. *et*. [y] T add. *accipitur vel*. [z] V om. *i. T.*

[1] Ap. Gregor. IX, *Decretales*, V, tit. 7 (II, 778 sqq.).

[2] Gregor. M., *Epist.*, V, ep. 58 (PL 77, 734); ap. Gratian., *Decretum*, C. 1, q. 1, c. 5 (I, 358).

[3] Rectius Hieronym., *In Epist. ad Tit. 3*, 10 (PL 26, 598); ap. Gratian., loc. cit., c. 26 (I, 997), ubi Augustino adscribitur; cf. Augustin., *Contra Crescon. donat.*, II, c. 7 (PL 43, 472).

[4] Rectius *In Epist. ad Tit. 3*, 10 (PL 26, 598); ap. Gratian., *Decretum*, C. 24, q. 3, c. 26 (I, 997).

[5] Tit. 1, 1 et I Tim. 6, 3.

[6] *Ordin.*, in h. l., ap. Lyran., ex Hieronymo, in h. l. (PL 24, 132).

[7] Sermo 66 (PL 183, 1094).

[8] Rom. 7, 13.

[9] Cf. *Different.*, I, n. 282 (PL 83, 39).

Praeterea [a], peccatum haereseos est in falso [b] credendo et pertinaciter, peccatum vero simoniae est [c] in perverse volendo contra sacramentorum dignitatem, et secundum hoc differt haeresis a simonia.

[Ad obiecta]: 1. Ad hoc autem quod obicitur simoniam [non] esse contra aliquem articulum fidei, dicendum [d] quod non [e] est directe contra credulitatem alicuius articuli, sed ex consequenti. Eo enim [f] quod ponitur impretiabile sub pretio, consequitur [g] ut non sit affectio debita respectu gratiae ecclesiasticae, ex qua formatur fides, nec bene creditur ille articulus qui est de sanctitate Ecclesiae.

II. Ad secundum vero dicendum quod schisma non est haeresis, licet sit dispositio ad haeresim, sicut dicit Hieronymus [1]. Et dividitur schisma ab haeresi in hoc quod schisma est per se contra unitatem, quae est in affectu caritatis sive pacis, haeresis vero contra unitatem, quae est in [h] intellectu ipsius fidei. Est enim multiplex divisio sicut multiplex coniunctio: una est divisio [i], quae opponitur coniunctioni per fidem; est alia, quae opponitur coniunctioni per [k] caritatem; tertia, quae opponitur coniunctioni quae est per gratiam sacramentalem sive per gratiam dignitatis ecclesiasticae. Prima divisio dicitur haeresis, secunda schisma, tertia vero dicitur simonia.

[Ad obiecta]: 1. Ad obiectum [l] in contrarium dicendum est quod, licet schisma non sit haeresis, tamen dispositio est ad haeresim. Primo enim est inobediens capiti Ecclesiae; secundo, contemptor est clavium; tertio, ad hoc pervenit ut non credat illum articulum qui est de Apostolica Ecclesia, et sic dispositio est ad haeresim. Cum enim dicit non esse obediendum Ecclesiae Apostolicae sive [m] Romanae, in haeresim incidit.

2. Ad secundum vero [n] dicendum quod deviare ab aliquo articulo dicitur dupliciter: vel secundum quod est principium credendi, et sic deviat haereticus; vel secundum quod est principium operandi, et secundum hoc deviat schismaticus faciendo contrarium.

3. Ad tertium vero [o] dicendum quod, licet utrumque ponat divisionem, tamen differens est divisio; et licet utraque ortum habeat ab affectu [p], ad diversa tamen tendit. Haeresis enim ad hoc tendit [q] ut credatur quod non est credendum, schisma [r] vero ut velit facere contra superioris mandatum.

III. 1-2. Ad id vero quod obicitur de haeresi comparatione ad hypocrisim, dicendum [s] quod inter se separantur. Nec sequitur, si haereticus sit hypocrita ad cooperimentum sui erroris, quod propter hoc haeresis sit hypocrisis secundum essentiam. Rationes vero quae inductae sunt in contrarium, ad hoc tendunt ut haereticus hypocrita dicatur propter peccati palliationem, non propter ipsam peccati essentiam.

IV. Ad ultimum vero dicendum [t] quod, licet multiplex sit divisio, tamen illa est principalis ubi destruitur fundamentum christianae religionis: tunc enim constupratur ipsa anima *usque ad verticem* [2]. Unde dicit Gregorius [3]: « Cum nequissimi spiritus uniuscuiusque animam in pravis operibus involvunt, sed integritatem fidei vitiare non possunt, quasi adhuc inferiora membra polluunt; qui autem in fide corrumpitur, *usque ad verticem* constupratur. Malignus enim spiritus ab infimis membris quasi ad summa pertingit, cum, activam vitam polluens [u], castam celsitudinem fidei diffidentiae morbo corrumpit ». Cum ergo divisio, quae est contra fidem, ponat alias divisiones per consequens et non e converso, recte nomen haeresis illi divisioni appropriatur.

CAPUT III. 752

AD QUOD GENUS SEPTEM CAPITALIUM PECCATORUM REDUCATUR HAERESIS.

Tertio quaeritur ad quod genus septem capitalium peccatorum reducitur.

Et videtur quod ad superbiam. 1. Dicitur enim I [v] ad Tim. 6, 3-4: *Si quis aliter docet, et non acquiescit sermonibus Domini nostri Iesu Christi et ei, quae secundum pietatem est, doctrinae, superbus est.* Sed haereticus est huiusmodi; ergo haereticus est superbus; radix ergo haereseos ad superbiam videtur reduci.

2. Praeterea, haeresis perficitur in pertinacia defendendi falsam opinionem, sicut supra habitum

---

[a] T om. [b] T *falsum.* [c] B om. [d] Ita F, V add. *esse,* alii add. *est.* [e] R om., in L est add. mg., in Z add. interl. [f] Z om. [g] T om. [h] T om. *affectu... in.* [i] Z om. *sicut... divisio.* [k] B om. *fidem... per.* [l] T add. *autem.* [m] B *seu.* [n] V om.; F transponit per *b* et *a* solutiones *ad secundum* et *ad tertium.* [o] V om. [p] Ita VR, alii *effectu;* T om. *tamen.* [q] V om. *haeresis... tendit.* [r] V *heresis.* [s] R add. *est.* [t] Ita VB, alii add. *est.* [u] Z *pollueris.* [v] V om.

[1] Cf. supra, p. 740, nota 3. [2] Ierem. 2, 16. [3] *Moral.,* XXV, c. 10, n. 27 (PL 76, 338).

est[1]; pertinaciae autem radix est superbia; ergo haereseos radix est superbia, et ita haeresis ad superbiam reducitur.

Contra, videtur reduci ad inanem gloriam vel cupiditatem, *a.* sicut elicitur a [a] definitione Augustini[2], cum dicitur: « Haereticus est qui alicuius temporalis commodi » etc. Cum ergo motivum sit temporale commodum sive gloria temporalis, reducitur haeresis ad cupiditatem vel ad [b] inanem gloriam.

[Solutio]: 1. Ad quod dicendum quod, per se loquendo, haeresis ad nullum septem peccatorum capitalium reducitur; ratione tamen illa qua quaeritur principatus sive gloria, ad superbiam sive inanem gloriam reducitur. Unde Isidorus, in Glossa[3] Deuter. 7, 1, de septem gentibus dicit quod « de cenodoxia oriuntur contentiones, iactantia, haereses et praesumptio novitatum »; sed hoc non est ratione voluntatis credendi [c] aliquid diversum ab eo quod credit Ecclesia, sed propter vanam gloriam, cuius gratia credit diversum. Ab alio autem dicitur haereticus et ab alio superbus sive vane gloriosus. Quod autem dicitur haereticus *superbus*, per concomitantiam dicitur vel quia aliquod motivum ad haeresim potest esse ex inclinatione superbiae.

2. Ad secundum vero dicendum quod, licet pertinacia per se sit ex superbia animi sive ex vana gloria, tamen ipsa divisio in credendo, quae praecedit, non oportet quod originem habeat a superbia.

753 CAPUT IV.

UTRUM HAERESIS SIT INITIUM OMNIUM PECCATORUM.

Quarto quaeritur utrum haeresis sit initium omnium peccatorum.

Et videtur quod sic. 1. Fides enim et haeresis sunt opposita; sed « fides est initium omnium bonorum[4] »; ergo per oppositum haeresis est initium omnium malorum.

2. Ad hoc etiam facit quod dicit Augustinus, in libro *De fide ad Petrum*[5]: « Qualitas malae vitae ab infidelitate incipit ». Sed quae est maior infidelitas quam haeresis? Maius enim malum est post agnitam viam [d] veritatis retroire quam eam non agnoscere[6].

3. Ad idem etiam facit quod dicitur I ad [e] Tim. 6, 4: *Ex quibus oriuntur invidiae, contentiones, blasphemiae* etc., ubi videtur dicere quod ex haeresi illa mala oriuntur, et ita haeresis est initium omnium [f] malorum.

4. Item, per obstinationem haereseos redeunt peccata, sicut dicit Augustinus, in III [g] libro *Contra Donatistas*[7]; sed quod est principium reditus peccatorum, est initium [h] peccatorum; ergo haeresis est initium peccatorum [i].

Contra. *a.* Ad Gal. ultimo[8] inter *opera carnis* enumerantur *dissensiones* et *haereses*[9], non ut principia operum. Ex quo videtur quod haeresis non est initium [k] peccatorum, sed quoddam membrum in corpore peccati.

b. Ad idem facit quod materia huius peccati seiuncta est a materia aliorum peccatorum; quorum autem materia est seiuncta nec alia dependet ab alia, peccata dicuntur seiuncta nec unum dicitur ab altero originem ducere. Restat ergo quod haeresis non est initium peccatorum.

[Solutio]: 1. Ad quod dicendum quod non sequitur, si [l] « fides est fundamentum omnium bonorum », quod haeresis sit initium omnium malorum. Haeresis enim dicit speciem quamdam infidelitatis, infidelitas autem est primum oppositum fidei. Sed nec de illo sequitur quod sit « initium omnium malorum », sed quod in genere malorum dicit ultimum defectum: possunt enim multa mala fieri manente fide informi, quorum nullius est infidelitas initium. Sed ex eo dicitur ultimus defectus, quia destruit fundamentum omnis boni; destructo autem fundamento, destruitur aedificium spirituale. Et non est semper consequentia in ipso [m] in huiusmodi oppositis, sed aliquando consequentia in contrario.

2. Ad secundum dicendum quod illud quod dicit Augustinus quod « qualitas [n] malae vitae ab infidelitate incipit », dupliciter potest intelligi, ut [o] haec attendatur in comparatione ad suum oppositum, quod est primum in genere [p] bonorum, vel in [q] comparatione ad primum praeceptum Decalogi, in [r] cuius transgressione est illud peccatum,

---

[a] BT om. [b] R om. [c] BT *crescendi.* [d] VRZ *vitam.* [e] BT om. [f] Ita T, alii om. [g] V om. [h] V om. *reditus... initium.* [i] L om. *ergo... peccatorum.* [k] R *omnium*, quod Z corr. [l] T om. [m] Z *ipsa;* T om. *in.* [n] T add. *autem.* [o] L *et.* [p] T add. *omnium.* [q] T *velut* pro *v. i.* [r] V *de.*

1 Cf. supra, num. 750.
2 Cf. supra, p. 739, nota 1.
3 *Ordin.*, in h. l. (PL 113, 459), ex Isidoro, *In Deuter.*, c. 16, n. 4 (PL 83, 366).
4 *Glossa ordin., In Hebr. 11,* 1 (PL 114, 663).
5 Num. 36 (PL 40, 764),
6 Cf. II Petri 2, 21.
7 Cap. 13 (PL 43, 146).
8 Cap. 5, 20.
9 Cf. *Glossa interlin.*, in h. l., ap. Lyran.

non quod semper mala vita sit cum infidelitate, sed quia prima [a] mala vita est ex infidelitate post originale peccatum. Nec ex hoc sequitur propter hoc quod haeresis sit initium malae vitae: non enim universaliter dicit infidelitatem, sed quamdam partem, et non primam.

3. Ad tertium vero [b] dicendum quod illud non dicitur universaliter de omnibus peccatis, sed de [c] quibusdam, ad quae magis inclinat haeresis.

4. Ad quartum dicendum quod, licet reditus peccatorum fiat per haeresim, hoc non est nisi propter enormitatem illius peccati. Nec dicuntur per essentiam redire, sed per quamdam reputationem [d] propter quoddam vinculum peccati, sicut ostendetur [e] in Quaestione de reditu peccatorum [1]. Et ideo non sequitur quod haeresis sit initium peccatorum, licet propter enormitatem eius peccata [f] redire dicantur.

CAPUT V. 754

DE QUANTITATE PECCATI HAERESEOS.

Quinto quaeritur de quantitate huius peccati.

Et videtur, quod schisma sit maius peccatum eo, 1. per hoc quod dicit Hieronymus [2], eo quod maiori poena est punitum. Dicit enim: « Tempore, quo Dominus priora delicta recentibus poenarum exemplis cavenda monstravit, idololatria gladio punita est [3]; exustio libri, bellica caede et peregrina captivitate [4]; schisma, hiatu terrae sepultis auctoribus vivis et ceteris caelesti igne consumptis [5]. Quis iam dubitaverit hoc esse sceleratius commissum, quod est gravius punitum? » Schisma ergo videtur esse [g] maius idololatria; sed idololatria maius est peccatum quam haeresis, quoniam haereticus non penitus recedit a cultura Dei unius; ergo schisma est maius peccatum quam haeresis.

2. Item, plus est detestatio quam odium; sed *Dominus detestatur* peccatum schismatis, sicut habetur Prov. 6, 16; haeresis autem videtur cadere ex parte illorum peccatorum, quae habet Dominus odio; ergo schisma videtur esse gravius peccatum haeresi.

Sed contrarium arguitur *a.* ex hoc quod accipitur ex *Epistola* Clementis [6], ubi dicitur quod « primum locum in poenis habent illi qui aberrant a Deo ». Sed haeretici sunt tales; ergo haeresis primum locum tenet in poenis; ergo est maximum peccatum.

[Solutio] [7]: Ad quod dicendum [h] quod haeresis uno modo dicitur esse gravius schismate, alio modo schisma gravius haeresi. Haeresis enim dicitur gravius quoad hoc quod destruit directe fidem, quae est fundamentum totius religionis christianae. Schisma vero dicitur gravius quoad hoc quod opponitur illi rei, per quam debet esse correctio omnis peccati, et haec est unitas membrorum Ecclesiae cum Christo [i] capite. Et propter hoc dicit Augustinus, in libro *De Baptismo contra Donatistas* [8], quod est immanissimum peccatum, cum dicit: « Propter ipsum separationis immanissimum scelus, sive permanserint peccata sive continuo dimissa redierint, ut ad salutis pacem et caritatis veniant, exhortamur ». Et ideo contingit aliquando quod schisma magis punitur quam haeresis, maxime cum haeresis vineam Ecclesiae non corrumpit [k], sed in sua corrupta radice sistit [l], schisma autem procedit usque ad Ecclesiae corruptionem. Et de tali loquitur Apostolus ad Thess. [9], cum dicit [m]: *Nisi venerit primum discessio et revelatus fuerit filius perditionis* etc. Si tamen tam haeresis quam schisma [n] progrediuntur vel aequaliter in sua origine sistunt, consimilem poenam sortiuntur, sicut in *Canone* [10] habetur et in pluribus libris suis exprimit Augustinus [11].

[Ad obiecta]: 1. Ad illud vero [o] quod obicitur quod 'schisma in Veteri Lege maiori poena puniebatur quam idololatria, et ita maius peccatum videretur', dicendum [p] quod quantitas poenae potest attendi tripliciter: vel quantum ad multitudinem punitorum vel quantum ad turpitudinem sive inconsuetudinem [q] poenae vel quantum ad acerbitatem. Peccatum ergo idololatriae dicitur gravissime punitum, si attenditur quantitas poenae

---

[a] R *primo.* [b] VF om. [c] RZ om. [d] R *repugnationem.* [e] R *ostenditur.* [f] V *peccatum,* RLZ *peccati.* [g] V om. [h] Ita VR, alii add. *est.* [i] T *ipso.* [k] L *corrumpat.* [l] Z *consistit.* [m] RZ om. *c. d.*; codd. *dissensio* pro *discessio.* [n] V om. *autem procedit... schisma.* [o] V om. [p] BT add. *est*; V *est peccatum videtur* pro *p. v.* [q] R *etiam consuetudinem.*

1 Haec quaestio deest in *Summa.*

2 Rectius Augustin., *De Bapt. c. Donat.*, II, c. 6, n. 9 (PL 43, 132) et *Epist.* 51, n. 1 (PL 33, 191 sq.); ap. Gratian., *Decretum,* C. 24, q. 1, c. 21 (I, 973 sq.), ubi Hieronymo adscribitur.

3 Cf. Exod. 32, 27 sq.

4 Cf. Ierem. 36, 23 sqq.

5 Cf. Num. 16, 31 sqq.

6 Cf. Pseudo-Clem., *Epist.*, I, c. 11 (PG 1, 231); ap. Gratian., *Decretum,* C. 32, q. 7, c. 16 (I, 1144).

7 Cf. supra, p. 496.

8 Lib. I, c. 13 (PL 43, 121).

9 II Thess. 2, 3.

10 Cf. Gratian., *Decretum,* C. 24, qq. 1 et 3 (I, 966 sqq., 997 sqq.).

11 Cf. *Epist.* 185, c. 4 sqq. (PL 33, 799 sqq.); *Contra epist. Parmeniani,* I, c. 12 (PL 43, 48); *De gestis Pelag.*, c. 35, n. 66 (PL 44, 358 sq.).

quantum ad multitudinem punitorum: maxima enim multitudo populi puniebatur. Schisma autem dicitur gravissime fuisse punitum propter inconsuetudinem poenae, ut magis abhorrerent homines a capite Ecclesiae recedere, a quo debet procedere correctio ad conservationem unitatis ecclesiasticae; nec tamen dicitur schisma maius peccatum quam idololatria.

2. Ad secundum vero dicendum quod tam haeresis quam schisma est peccatum quod *Dominus odit* et *detestatur*. Unde haeresis non comprehenditur inter illa peccata quae connumerantur in iis peccatis *quae odit* tantum *Dominus;* unde mendacium quod ibi sumitur[1], non accipitur pro mendacio haereseos, sed pro mendacio quo homo mentitur proximo suo.

755

CAPUT VI.

CONTRA QUOD PRAECEPTUM SPECIALITER SIT HAERESIS.

Sexto quaeritur contra quod praeceptum sit specialiter.

Et videtur quod sit[a] **contra primum praeceptum.** *a.* Haeresis enim superstitio quaedam esse videtur, Matth. 7, 15: *Attendite a falsis prophetis* etc., Glossa[2]: « Haeretici sunt qui, quadam pietatis veste tecti, in humilitate ambulant et falsa religione ». Ergo haeresis est[b] superstitio; sed superstitio est contra primum praeceptum, ad Rom. 13, 10: *Plenitudo Legis est dilectio* etc.[c], Glossa[3], quae est Augustini, *De decem chordis*[4]: « Tange primam chordam, et cecidit bestia superstitionis ». Cum ergo superstitio opponatur primo mandato, haeresis opponetur primo mandato.

Contra. 1. Isidorus, in Glossa[5] Exodi 20, 5-11: « Primum mandatum prohibet superstitionem[d], secundum errorem, tertium saeculi amorem ». Cum ergo haeresis sit error, opponetur secundo mandato.

2. Praeterea, potest aliquis credere sive asserere quod fornicatio vel furtum non[e] sit mortale peccatum, et hoc pertinaciter defendere, et sic erit haereticus; non ergo haeresis tantum opponitur praeceptis primae tabulae, sed etiam praeceptis secundae.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod haeresis potest opponi[f] primo praecepto primae tabulae et secundo. Ratione enim eius quod contingit esse haeresim circa Trinitatem vel circa unitatem[g] divinae essentiae, opponitur primo praecepto, et secundum hunc modum potest haeresis sub vana religione sive superstitione comprehendi.

[Ad obiecta]: 1. Ad illud vero quod obicitur quod 'opponitur secundo praecepto': dicendum quod[h] hoc est ratione quarumdam haeresum, in quibus erratur circa Christi humanitatem. Illi enim assumunt *nomen Dei in vanum*[6], quod est contra secundum[i] praeceptum primae[k] tabulae, et hoc modo continetur sub errore, prout error est contra praeceptum secundum. — Vel aliter potest dici quod haeresis opponitur primo praecepto simpliciter, sed non universaliter, sed ratione sui generis. Cum autem dicitur quod error opponitur secundo praecepto, hoc intelligitur de errore qui non opponitur fidei, sed qui manet cum[l] fide, quando scilicet erratur circa veritatem et non circa cultum divinae maiestatis.

2. Ad illud vero quod obicitur secundo, dicendum[m] quod, licet haeresis possit esse apud illum qui asserit fornicationem non esse mortale peccatum vel furtum non esse mortale peccatum, hoc tamen est in ratione qua[n] hoc est credibile et hoc est acceptum ex Sacra Scriptura[o], Spiritu Sancto inspirante et Ecclesia Sancta approbante, et ita reducitur ad hoc ut[p] opponatur praecepto primae tabulae.

756

CAPUT VII.

UTRUM HAERESIS SE EXTENDAT AD OMNIA CREDIBILIA.

Septimo quaeritur utrum haeresis ad omnia credibilia se extendat an solum ad credibilia quae pertinent ad articulos fidei.

Quod videtur, *a.* per hoc quod haeresis opponitur fidei; fides autem est circa veritatem *secundum pietatem*[7]; haeresis ergo extenditur ad omnia

---

[a] V om. [b] Z om. [c] BT om. [d] Codd. et Glossae *surreptionem.* [e] R om. [f] T om. [g] V om. *v. c. u.* [h] Ita V, alii om. *d. q.* [i] Ita BF (mg.), alii om [k] B *secunde.* [l] RZ *cum manet* pro *m. c.* [m] Ita V, alii add. *est.* [n] R *sed,* quod Z corr.; T *homo* pro *hoc.* [o] V add. *et.* [p] V *quod.*

1 Cf. Prov. 6, 17.

2 *Interlin.*, in h. l., ap. Lyran., ex Hieronymo, in h. l. (PL 26, 48).

3 Lombardi, in h. l. (PL 191, 1509).

4 *Sermo* 9, c. 9, n. 13 (PL 38, 85).

5 *Ordin.*, in h. l. (PL 113, 254), ex Isidoro, *In Exodum*, c. 29, n. 15 (PL 83, 303).

6 Exod. 20, 7; cf. Augustin., loc. cit., c. 3, n. 3 (PL 38, 76 sq.).

7 Tit. 1, 1 et I Tim. 6, 3.

ea quae sunt in Sacra Scriptura. Unde Hugo de S. Victore[1]: « Veritas *secundum pietatem* dicitur Sacra Scriptura, quia ea docet et amando complectitur quae ad religionem Dei pertinent ». Error ergo, sive sit in fide sive in moribus, haeresis dicetur.

b. Praeterea, Augustinus, in libro *83 Quaestionum*[2], distinguit « tria genera credibilium: Quaedam creduntur et nunquam intelliguntur, sicut sunt historiae; quaedam vero creduntur prius et postea intelliguntur », sicut sunt articuli fidei, Isai. 7, 9, secundum Septuaginta: *Nisi credideritis, non intelligetis;* quaedam vero simul « creduntur et intelliguntur », sicut multa in libro Sapientiae. Fides ergo, cum extendat se ad omnia ista, ad tot autem per oppositum [a] potest se extendere haeresis ad quot se extendit fides, ergo haeresis erit circa illa [b] tria genera credibilium.

Contra. 1. Videtur quod haeresis non sit circa illa credibilia quae ita « creduntur » quod « nunquam intelliguntur, sicut sunt historiae ». Si enim hoc esset, cum Sancti diversa sive contraria sentiant circa historias, ex altera parte haeresis censeretur [c]; sed non censetur; non ergo haeresis est circa illud genus credibilium.

2. Similiter quidam Sancti[3] senserunt contraria de operibus sex dierum; ex neutra [d] tamen parte est haeresis; non ergo haeresis est circa credibilia illo [e] modo.

3. Similiter videtur quod non sit haeresis circa credibilia secundo modo. Dicit enim Augustinus, in libro *De utilitate credendi*[4], quod « tunc credere culpandum est, cum de [f] Deo aliquid indignum creditur vel de homine facile creditur », sed [g] primum proprie est contra fidem. « In ceteris vero rebus si quis credit, si se id nescire intelligat, nulla culpa est ». « Cum autem de Deo aliquid indignum creditur », est erroneum; cum autem de homine, suspiciosum est sive temerarium [h]. Secundum hoc ergo de Christo, in quantum est [i] homo, si aliquid non recte credatur, non erit haeresis, utpote de passione vel resurrectione [k] et huiusmodi; ergo, cum ista sint credibilia secundo modo, non erit haeresis circa omnia credibilia secundo modo. — Similiter [l] videtur quod non sit circa [m] credibilia quae simul « intelliguntur et creduntur [n] », sicut sunt principia, quoniam quicumque est haereticus deviat ab aliquo articulo fidei; sed ille, qui crederet fornicationem non esse mortale, non propter hoc deviat ab aliquo articulo fidei, immo aliquis habens fidem hoc bene posset credere; ergo non est haeresis circa illa credibilia. — Item, aliqua simul « creduntur et intelliguntur, sicut sunt rationes humanae sive scientiae vel de numeris [o] vel de quibuscumque aliis disciplinis[5] ». Sed circa has non est haeresis; unde Hieronymus, *Super Epistolam ad Titum*[6]: « Si quis artem grammaticam vel dialecticam vel alias noverit, non improbamus; scientiae enim sunt veritatis, non pietatis ». Ergo haeresis est circa credibilia [p] quae pertinent ad veritatem *secundum pietatem,* sicut fides, sicut dictum est [q][7]; ergo haeresis non est circa credibilia quae simul « creduntur et intelliguntur », sive sint principia sive sint [r] rationes vel scientiae humanae.

4. Similiter in iis quae sunt circa divinitatem quidam contraria dixerunt. Quidam[8] enim dixerunt quod notiones, sicut paternitas et generatio, non sunt Deus, sed [s] sunt assistentes; alii[9] dixerunt contrarium. Restat [t] ergo quod alia istarum opinionum est falsa; videtur ergo quod alter illorum sit haereticus, si pertinaciter affirmet [u]. Quidquid enim est in Deo, Deus est; paternitas [v] est in Patre et est ipse Pater; persona autem non distinguitur ab essentia; ergo paternitas est Deus. Si vero notio non est Deus [x], et est, est igitur creatura; qui ergo dicit notionem esse Deum, secundum hoc dicit creaturam esse Creatorem. Videtur ergo quod altera illarum assertionum, si fuerit pertinax, est haeretica.

[Solutio]: Ad quod potest dici quod haeresis ad tria genera credibilium extenditur per oppositionem [y] fidei, tamen secundum quamdam analogiam. Nam circa illa credibilia quae « prius creduntur et postea intelliguntur », scilicet circa articulos, invenitur prima [z] ratio fidei, et per oppositum ipsa haeresis. Similiter fides extendit se ad illa credibilia quae simul « creduntur et intelliguntur », ut quod fornicatio est mortale peccatum et huiusmodi, et per oppositum haeresis. Deinde fides extendit se ad credibilia quae sunt in historiis in canone Sacrae Scripturae contentis.

---

[a] T *oppositionem;* Z delev. *p. o.;* R *ad* pro *per.* [b] BT om. [c] RL *censentur.* [d] V *opposita.* [e] B *hoc.* [f] V om. [g] T *est credendum vel creditur et* pro *c. s.* [h] F add. *est;* codd. *superstitiosum* pro *suspiciosum.* [i] B om. [k] R om. [l] L add. *vero.* [m] V om. *non erit... circa.* [n] Z *credibilia.* [o] B *veris.* [p] Z *credibilius.* [q] T om. [r] RZ om.; V *sive* pro *vel.* [s] V om. [t] BTF *constat.* [u] V *assumet.* [v] BT add. *enim.* [x] R om. *Si... Deus.* [y] TL *oppositum.* [z] B *primo.*

1 Cf. *De Scripturis et scriptor. sacris,* c. 1 (PL 175, 10).

2 Quaest. 48 (PL 40, 31); cf. Alex. Hal., *Summa theol.,* I, p. 3, *ad 3.*

3 Hieronymus, Augustinus, Gregor. M., Beda; cf. Alex. Hal., *Summa theol.,* II, p. 322; S. Bonav., II *Sent.,* d. 12, a. 1, q. 2 (II, 295 sqq.).

4 Cap. 11 (PL 42, 83).

5 Augustin., loc. cit.

6 Cap. 1, 1 (PL 26, 558); verbotenus ap. Gratian., *Decretum,* dist. 37, c. 10 (I, 138).

7 Cf. supra, sub litt. *a.*

8 Gilb. Porretanus, cuius opinio de notionibus divinis in Concilio Rhemensi (1148) damnata fuit; cf. Alex. Hal., *Summa theol.,* I, num. 477.

9 Cf. Bernard., *In Cantica,* sermo 80, n. 8 sq. (PL 183, 1170 sq.).

[Ad obiecta]: 1. Ad primo[a] obiectum respondendum est quod, cum in Sacra Scriptura quaedam sint pertinentia[b] per se ad fidem, quaedam ad mores, haeresis proprie se extendit circa ea quae sunt fidei. Sed quia in moribus sunt quaedam credibilia, sicut dictum est[1], circa illa potest haeresis attendi, si contrarium illi veritati pertinaciter asseratur[c]. Aliud enim est, si quis fornicatur vel adulteratur, et tunc facit contra praeceptum morale; aliud vero si fornicationem dicat non esse peccatum vel non esse mortale peccatum, et hoc pertinaciter affirmet contra doctrinam Sacrae Scripturae: sic enim censetur haereticus.

2. Ad secundum vero dicendum quod aliud est dicere historiam non esse veram et aliud est historiam exponere sic vel sic et opinari circa eius expositiones. Ille autem qui diceret historiam non fuisse veram et pertinaciter, haereticus iudicaretur. Sed sic non faciebant Sancti opinantes de sex diebus. Ipsi enim non destruebant historiam illam, immo omnes in ipsa concordabant, differenter tamen ipsam exponebant[2], quia quidam exponebant[d] eam de diebus materialibus, quidam de spiritualibus, sed hoc non est destruere historiam, sed exponere. Unde tales expositiones[e] sunt declarativae Scripturae, quoniam dicunt hoc Sancti rationibus ad hoc inducentibus. Unde Augustinus[3]: «Sancti Patres quod ita diversa senserunt, a Spiritu Sancto est». Concordant ergo omnes in[f] historia, quia historia dicit tot fuisse dies, sed discordant in expositione dierum. Unde ex Spiritu Sancto moventur Sancti ad istas expositiones ad[g] Scripturae declarationem, et, si sit ibi aliquando falsitas, «hoc non est ex natura hominis primitus instituti, sed ex poena damnati[4]». In natura enim primo instituta non erant opiniones nec erunt similiter in gloria, sed modo sunt, quia opinio importat poenalitatem.

3. Ad tertium dicendum quod haeresis est circa illa principia quae sunt in Sacra Scriptura, cum scilicet male creditur circa illa. Et dico quod non[h] oportet quod omnis haereticus deviet ab articulo fidei, immo e converso oportet quod[i] omnis qui deviat ab aliquo articulo fidei sit haereticus. Nam sicut fides non solum[k] se extendit ad articulos, immo etiam ad alia credibilia quae non sunt articuli, sed sunt sicut principia, ita dicimus de haeresi. Unde non oportet quod ubi est haeresis, quod ibi sit deviatio ab aliquo articulo, nisi sit haeresis circa credibilia quae «prius creduntur et postea intelliguntur», circa quae est haeresis secundum suam primam rationem quemadmodum et fides. De aliis autem quae simul «intelliguntur et creduntur», cuiusmodi sunt rationes humanae etc., ut errare circa geometriam et huiusmodi, bene concedimus quod non est haeresis nec de huiusmodi tantum loquitur Augustinus, cum dicit[5]: «Quaedam simul creduntur et intelliguntur», sed quae sunt quasi principia quaedam et per se nota in theologia, quemadmodum fornicationem esse mortale peccatum et superbiam. — Ad aliud quod obicitur de articulis, dicendum quod sicut[l] huiusmodi articuli non creduntur de homine puro, immo de homine Deo unito, ita dicimus quod haeresis, quae est in[m] male credendo circa ista, non est in credendo aliquid culpandum de homine puro, immo de Deo homine vel de homine Deo, et ideo erroneum est quod male creditur circa illos articulos, et ideo est[n] haeresis circa illa: non enim pertinent ad fidem nisi quia creduntur de homine unito Deo. Ideo dicimus quod haeresis est circa illa sicut et fides: loquitur enim de homine puro, cum dicit 'cum autem de homine, suspiciosum sive temerarium'.

4. Ad illud quod obicitur de notionibus, dicendum quod in talibus non contingit esse opiniones plures simul veras, immo altera est necessaria, altera autem falsa, quoniam huiusmodi pertinent ad summam veritatem. Et propter hoc, si aliquis assereret quod huiusmodi notiones non essent Deus, alter autem quod essent Deus, illa, quae diceret notiones esse Deum, ad veritatem reduceretur, altera autem ad falsitatem, quoniam non contingit circa ea, quae ad summam veritatem pertinent, contrarias asserere opiniones quin semper altera sit tenenda, altera reprobanda. Magistri autem, qui circa hoc opinabantur, opinando dicebant, non cum pertinacia asserendo contra determinationem Ecclesiae; unde non sunt censendi haeretici[6]. Si enim diceretur ab Ecclesia quod illorum unum simpliciter esset tenendum, acquiescerent. Beatus autem Bernardus[7] illi parti assentit quod notio divina sit idem quod Deus.

---

[a] V add. *autem*. [b] F *pertinacia*. [c] Ita BT, alii *assertitur*. [d] T om. *q. q. e.* [e] R *exponentes*. [f] T om. [g] BT add. *sacre* [h] V om., in F est add. mg., in L add. interl. [i] R om. *o. q.* [k] T om. *n. s.* [l] V om. [m] RZ om. [n] VRLZ om., in F est add. interl.

1 Cf. supra, in *Solutione*.
2 Cf. Alex. Hal., *Summa theol.*, II, p. 322.
3 Cf. *Confess.*, XII, c. 30 sqq. (PL 32, 843 sq.).
4 Augustin., *De lib. arbit.*, III, c. 18, n. 52 (PL 32, 1296).
5 Cf. supra, sub litt. *b*.
6 Cf. Alex. Hal., *Summa theol.*, I, num. 476, 463, 469, 470; S. Bonav., I *Sent.*, d. 33, a. un., q. 1 (I, 572b).
7 Cf. Gaufrid., *Contra capit. Gilberti* (PL 185, 595 sqq.).

CAPUT VIII. 757

DE OPPOSITO HAERESEOS.

Octavo quaeritur de oppositione huius peccati.

I. Cum enim haeresis opponatur fidei, quaeritur cui primo directe opponatur, utrum scilicet fidei formatae vel informi.

Quod autem fidei formatae, videtur. *a.* Fides enim formata est fundamentum christianae religionis, sicut habetur I Cor. 3, 11: *Fundamentum aliud* etc., Glossa[1]: « Id est *fides, quae per dilectionem operatur*[2], per quam Christus habitat *in cordibus*[3] ». Sed haeresis directe destruit fundamentum christianae religionis; ergo per se et primo opponetur illi.

Contra. 1. Quicumque peccat peccato mortali cadit a fide formata, in quantum huiusmodi, necdum tamen incidit in haeresim; ergo haeresis non est quod primo opponitur fidei formatae; et opponitur primo fidei formatae vel fidei informi; ergo opponitur primo fidei [a] informi.

[Solutio]: Ad quod [b] dici potest quod utrique opponitur ratione ipsius fidei, cui per se et primo opponitur. Nec hoc est ratione fidei in quantum est formata nec ratione eius quod [c] est informis, sed quia, destructa fide in comparatione ad creditum, destruitur tam fides informis quam formata, ideo utrique dicitur opponi.

II. Ratione etiam praecedentis quaeritur: Cum fides [d], spes et caritas sint virtutes ad invicem coniunctae et habeant opposita peccata, scilicet haeresim, schisma et desperationem, propter quid duo ita graviter puniuntur poena temporali, scilicet haeresis et schisma, desperatio autem non?

[Solutio]: Ad quod respondendum quod non est simile de opposito spei et de oppositis aliarum duarum virtutum. Opposita enim peccata duarum virtutum non tantum laedunt personam in qua sunt, sed corrumpunt alias personas ad modum leprae, quae est morbus contagiosus, sicut habetur Matth. 7, 15: *Attendite* etc., ubi dicitur [4] quod « haeretici, pietatis veste contecti, venenato animo et intentione nocendi *lupi sunt*[5], vel [e] exterius, si copia datur, persequendo vel interius corrumpendo ». Et idem [f] potest dici de schismaticis. Desperatio autem per se laedit personam in qua est, et ideo non ita graviter punitur poena temporali in praesenti quemadmodum alia duo peccata, quae ita Ecclesiam sunt corrumpentia vel maximi nocumenti generativa.

CAPUT IX. 758

DE NECESSITATE HAERESUM.

Nono quaeritur de necessitate haeresum.

Et videtur quod necesse sit haereses esse [g], *a.* sicut habetur I Cor. 11, 19: *Necesse est haereses esse, ut* [h] *qui probati sunt, manifesti fiant.* Ergo bonum est haereses esse.

b. Item, Augustinus, *De vera religione*[6]: « Ecclesia catholica, per totum orbem late diffusa, omnibus errantibus utitur ad profectum. Utitur enim gentibus ad materiam operationis suae, haereticis ad probationem doctrinae suae, schismaticis ad documentum stabilitatis suae, Iudaeis ad comparationem pulcritudinis suae. Alios ergo invitat, alios excludit, alios relinquit, alios antecedit ». Haeresis ergo est expediens Ecclesiae catholicae.

Contra. 1. Non dicimus de aliis peccatis quod necesse sit ea esse, utpote fornicationem vel superbiam vel invidiam; pari ergo ratione non dicetur quod necesse est haeresim esse.

2. Praeterea, haeresis est maximi nocumenti, sicut habetur ad Tim.[7]: *Profana et vaniloquia devita; multum enim proficiunt ad impietatem et sermo eorum ut cancer serpit.* Ergo non est necesse haereses esse [i].

[Solutio]: Ad quod respondendum quod nomen huius quod est 'necessarium' dicitur multipliciter.

---

[a] V om. *fidei... fidei.* [b] BT *primum.* [c] T *in quantum.* [d] V add. *et.* [e] R om. [f] R *illud.* [g] V add. *ut.* [h] V om. [i] B om.

1 Lombardi, in h. l. (PL 191, 1556), ex Augustino, *De fide et oper.*, c. 16, n. 27 (PL 40, 215).
2 Gal. 5, 6.
3 Cf. Ephes. 3, 17.
4 *Glossa ordin.*, in h. l. (PL 114, 110), ex Hieronymo, in h. l. (PL 26, 48).
5 Matth. 7, 15.
6 Cap. 6, n. 10 (PL 34, 127).
7 II Tim. 2, 16 sq.

Uno modo dicitur necessarium quod impossibile est aliter se habere, et hoc modo non dicitur haeresis necessaria [a] ipsi Ecclesiae. Alio vero modo dicitur necessarium quod secundum se est [b] expediens, et isto modo iterum non dicitur necessarium. Tertio vero modo dicitur necessarium quod secundum accidens est utile: ad hoc enim utile est *haereses esse,* ut magis declaretur [c] veritas fidei catholicae et excutiatur pigritia ab iis qui se exercent in divinis Scripturis. Unde in Glossa[1] super illud I Cor. 11, 19 dicitur: « Utamur haereticis, non ut eorum approbemus errores, sed ut catholicam doctrinam adversus eorum insidias asserentes, vigilantiores et cautiores [d] simus. Prosunt ergo haeretici nobis, non verum docendo, quod nesciunt, sed ad verum quaerendum et aperiendum catholicos excitando. Permittit ergo divina providentia haereticos esse, ut pigritiam excutiamus et divinam Scripturam nosse cupiamus ». Unde in libro Sap.[2]: *Filius* [e] *eruditus sapiens erit, imprudente autem ministro utetur.*

[Ad obiecta]: 1. Ad obiectum ergo [f] in contrarium dicetur quod non est simile omnino in aliis peccatis et in isto peccato. Alia enim peccata, etsi in se mala sint et ex illis aliquod bonum eliciat Deus, tamen non tantum quantum ex isto [g] peccato. Ex actione enim istius peccati acquiritur exercitium Ecclesiae, sicut ex persecutione, quae a tyrannis infertur. Unde Augustinus[3]: « Omnes inimici Ecclesiae, vel errore caecati vel malitia depravati, prosunt, quia, si accipiunt potestatem corporaliter affligendi, exercent eius patientiam; si vero male sentiendo adversantur, exercent eius sapientiam. Ab adversario enim mota quaestio discendi exstat occasio: multa enim ad fidem catholicam pertinentia, dum haereticorum calida [h] inquietudine exagitantur, ut adversus eos defendi possint, et considerantur diligentius et intelliguntur clarius et praedicantur instantius ».

759

CAPUT X.

DE PRIVATIONE COMMUNIONIS HAERETICORUM.

Decimo quaeritur de privatione communionis haereticorum. Et quaeritur utrum sit communicandum cum ipsis vel non.

Et videtur quod non. *a.* II Cor. 6, 17-18: *Exite de medio eorum et* [i] *separamini et immundum ne tetigeritis et ego recipiam vos,* et loquitur ibi de infidelibus; praemittitur enim[4]: *Nolite iugum ducere cum infidelibus.* Cum ergo haeretici sint huiusmodi, non est communicandum cum ipsis.

b. Item, dicitur I Cor. 5, 11: *Si is, qui nominatur inter vos, fornicator aut avarus* etc., *cum iis nec cibum sumere.* Multo fortius ergo [k] nec cum haereticis.

c. Item, hoc expressum est in *Extra, De haereticis, Ad abolendam*[5], et iterum, *Excommunicamus*[6] etc., ubi habetur quod haereticus, sive occultus sive manifestus, ipso iure est excommunicatus.

Contra. 1. Dicitur Matth. 13, 29-30: *Ne forte colligentes zizania, eradicetis simul et triticum, sinite utraque crescere usque ad messem.* Et exponitur[7] a Domino quod *messis* dicitur *consummatio saeculi,* per *zizania* intelliguntur infideles sive haeretici, sicut per *triticum* fideles; non ergo debent separari haeretici a fidelibus. Et ratio videtur ad hoc, quia [l] palea in principio non separatur a tritico, immo melius triticum cum palea conservatur; a simili magis videntur conservari fideles, si cum ipsis maneant haeretici ad exercitium.

[Solutio][8]: Ad quod dici potest [m] quod duplex fuit status Ecclesiae: unus status [n], in quo multitudo erat haereticorum; alter status, in quo non erat multitudo haereticorum praevalens multitudini [o] catholicorum. Item, quidam haeretici [p] sunt occulti, quidam manifesti, et iterum quidam corrigibiles, quidam incorrigibiles [q]; iterum, fidelium quidam sunt firmi in fide, quidam infirmi. Secundum hoc ergo potest dici quod, cum fuit multitudo haereticorum praevalens, non fuit recedendum ab eis corporaliter, maxime firmis in fide.

---

[a] R om., T *necessarium.* [b] R om. [c] VFRL *declararetur.* [d] L om. *e. c.* [e] V om. [f] TFRZ *autem.* [g] V *illo.* [h] Codd. *callida.* [i] V om. [k] BT om. [l] TR *quod;* T *a* pro *in.* [m] T *dicendum* pro *d. p.* [n] B om. *E. u. s.* [o] V *sed prevalens multitudo* pro *p. m.* [p] V *hereticorum.* [q] Z add. *et.*

[1] Lombardi, in h. l. (PL 191, 1638), ex Augustino, *De vera relig.*, c. 8, n. 15 (PL 34, 129) et *De Gen. c. Man.*, I, c. 1, n. 2 (PL 34, 173).

[2] Rectius Prov. 10, 4, iuxta Septuaginta, ap. Augustin., *De civit. Dei,* XVI, c. 2, n. 1 (PL 41, 477).

[3] *De civit. Dei,* XVIII, c. 51, n. 1 et XVI, c. 2, n. 1 (PL 41, 613, 477), insimul ap. Lombard., *In I Cor. II,* 19 (PL 191, 1637).

[4] II Cor. 6, 14.

[5] Ap. Gregor. IX, *Decretales,* V, tit. 7, c. 9 (II, 780 sq.).

[6] Ap. Gregor. IX, loc. cit., c. 13 (II, 787 sq.).

[7] Cf. Matth. 13, 38 sqq.

[8] Cf. Gratian., *Decretum,* C. 23, q. 4 (I, 899 sqq.).

Unde super illud [a] II Cor. 6, 17: *Exite de medio eorum,* Glossa [1]: « Non corporaliter, sed spiritualiter, ut non taceatis, sed increpetis eorum scelera. Tolerandi enim sunt mali pro pace, nec corporaliter ab eis receditur ». Item, ibidem [2]: « Spiritualiter, non corporaliter recedere debemus a malis, quia maius malum in separatione [bonorum] committimus ». Et iterum [3]: « Si corporaliter recedit, *superbus est* [4] et schismaticus ». Ubi vero timetur de lapsu, etiam separatio corporalis est utilis, ne fides corrumpatur in infirmis per *colloquia prava* [5]. Salva tamen pace Ecclesiae, hoc [b] idem expediebat pro tempore quo fuit multitudo haereticorum non praevalens; pro utroque autem tempore non erat communicandum cum ipsis spiritualiter. Aliquando autem non subtrahitur communio ecclesiastica in sacramentis propter multitudinem delinquentium, et hoc potuit esse in primo statu tempore [c] Iuliani. Augustinus, *Contra Parmenianum* [6]: « Cum idem morbus plurimos occupaverit, nihil aliud restat bonis quam dolor et gemitus »; et Glossa [7] super illud Matth. 13, 28: *Vis, imus* etc.: Multitudo non est excommunicanda nec princeps populi, et hoc propter periculum pacis et unitatis Ecclesiae destruendae. In moderno non sic. In primo etiam statu haeretici occulti non privabantur a consortio Ecclesiae, in statu autem moderno et ii et illi. — Praeterea, alia est excommunicatio generalis et alia [d] personalis. Generali excommunicatione excommunicantur haeretici, sicut dictum est [e] [8]; personali vero non excommunicatur [f] nisi cum convictus [g] fuerit. Et hoc modo intelligitur illud I Cor. 5, 11: talis enim dicitur nominatus *in aliquo delicto* [9].

[Ad obiecta]: 1. Ad illud vero quod dicitur [h] in Evangelio, dici potest quod hoc [i] intelligi potest de occultis haereticis, quorum haeresis [k] deprehendi non potest [l]. Tales enim, etsi priventur a communione sacramentorum generaliter, personaliter tamen non privantur a [m] consortio fidelium nec gladio materiali exterminantur, nisi hoc fuerit quia cum multitudine infidelium manifestorum inveniantur. Et de talibus potest intelligi illud: *Sinite utraque crescere usque ad messem.* Vel de malis catholicis hoc [n] potest intelligi; unde dicit Rabanus [10]: « Habens exemplum discretionis, aequanimiter debes tolerare malos propter bonos ». Secundum autem quod messis dicitur tempus illud quo haeretici propter suam corruptionem activam et manifestam abscidendi [o] sunt falce evangelica, secundum hoc permissio intelligitur pro tempore illo quo non discernitur plene utrum sit haereticus; cum autem plene innotuerit Ecclesiae sua corruptio, tunc praecidendus est personaliter.

a-c. Est ergo attendendum ex praedictis quod multiplex est communio, similiter et multiplex communionis privatio [p] per oppositum. Est enim communio spiritualis, quae est in consensu vero vel interpretativo, et hoc modo accipitur in prima auctoritate, quo modo non est communicandum cum haereticis. Est iterum communio in [q] sacramentis, quo modo intelligitur tertia ratio, et hoc modo etiam non est communicandum cum haereticis non [r] notatis, qui, licet non sint notati sive nominati, tamen, quantum est de se, privantur effectu communionis sacramentorum, sicut habetur in *Decretali* [11]. Est iterum communio fidelium in cibo et potu et huiusmodi, et ista communione privantur illi qui praecisi [s] sunt ab Ecclesia nominatim. Est iterum communio corporalis sive vocalis, sicut est cohabitationis in eadem civitate, et talis communionis [t] privatio in principio [u] non fiebat propter multitudinem haereticorum et adhuc etiam [v] in aliquibus partibus non fit huiusmodi privatio. Si tamen aliquibus timeretur de lapsu, securius esset non cohabitare propter contagionem peccati.

Et per hanc distinctionem possunt solvi quae obiecta sunt.

CAPUT XI. 760

DE TOLERANTIA HAERETICORUM.

Undecimo quaeritur I. de tolerantia haereticorum sive opposito.

Ad quod sic: *a.* Matth. 13, 29-30: *Ne forte colligentes zizania, eradicetis simul et triticum, sinite*

---

[a] T om. [b] V *sed.* [c] B *pro tempore statii* pro *t. p. s. t.*; T *tempore statii* pro *s. t.* [d] B add. *specialis sive.* [e] L om. [f] B *excommunicantur.* [g] Z *coniunctus.* [h] L *obicitur.* [i] T om. [k] B *hereses.* [l] B *possunt*; Z om. *d. n. p.* [m] Z om. [n] V om., in L est add. mg. [o] BTL *abicienti.* [p] T add. *et.* [q] L *vel.* [r] Ita V, alii om. [s] T *prescisi*, quod Z corr. [t] R om. [u] V om. *i. p.* [v] V om.

1 Lombardi, in h. l. (PL 192, 50), ex Augustino, *Sermo* 88, c. 20 sqq. (PL 38, 551 sqq.).
2 Loc. cit. (PL 192, 51), ex Augustino, loc. cit., c. 22 (PL 38, 553).
3 Loc. cit.
4 I Tim. 6, 4.
5 I Cor. 15, 33.
6 Lib. III, c. 2, n. 14 (PL 43, 93); ap. Gratian., *Decretum*, C. 23, q. 4, c. 32 (I, 914).
7 Cf. Gratian., *Glossa* ante can. cit. et ante C. 23, q. 4, c. 18 (I, 905); Augustin., *De fide et oper.*, c. 4, n. 6 et c. 5 (PL 40, 201).
8 Cf. supra, sub litt. *c.*
9 Gal. 6, 1.
10 *In Matth. 13*, 30 (PL 107, 947).
11 Cf. supra, p. 748, nota 5 et 6.

utraque crescere usque ad [a] *messem. Zizania* sunt haeretici, *messis est consummatio saeculi* [1]; ergo tolerandi sunt usque ad consummationem saeculi.

Contra. 1. Gal. 5, 9: *Modicum fermentum totam massam corrumpit,* Glossa[2]: « Doctrina perversa, ab uno incipiens, vix duos aut tres primum in exordio reperit auditores, sed paulatim [b] *ut cancer serpit* [3] in corpore et, iuxta vulgare proverbium, unius pecudis scabies totum commaculat gregem. Igitur et scintilla, statim ut apparuerit, extinguenda est et fermentum a massa vicina semovendum [c] et scabiosum animal [d] a caulis ovium repellendum [e] ». Ex hac auctoritate videtur quod haeretici exstirpandi sunt et non tolerandi.

2. Item, Eccli. 11, 34: *Ab una scintilla augetur ignis,* Interlinearis[4]: « Ab unius haeretici malitia multorum perditio ». Ergo, si non est toleranda multorum fidelium perditio, nec erit toleranda malitia haereticorum.

[Solutio]: 1-2. Dicendum quod aut haeretici sunt occulti aut manifesti[5], et similiter distinguenda est duplex messis sicut duplex iudicium. Est enim iudicium Dei in futuro, est etiam iudicium Ecclesiae in praesenti, et secundum hoc est duplex messis et duplex falx, scilicet [f] falx Ecclesiae in praesenti et falx Dei in futuro. Si ergo sunt haeretici occulti, qui non corrumpant alios [g] nec sint Ecclesiae manifesti vel agniti [h], tolerandi sunt usque ad falcem Dei in futuro et non occidendi. Augustinus, in libro *De vera religione*[6]: « Posset eos area dominica usque ad tempus ultimae ventilationis ut paleas sustinere, nisi vento superbiae nimia levitate cessissent [i], et sese a nobis et alios multos ultro [k] separassent ». Unde Augustinus, in libro [l] *De vera religione*[7]: « Quia in hac area pro voluntate quisque [m] vel palea vel frumentum est, tamdiu sustinetur peccatum aut error cuiuslibet, donec aut accusatorem inveniat aut pravam opinionem pertinaci animositate defendat ». Ecce patet quod pertinacia animi facit haereticum; et etiam patet quod, si non sit [n] manifestus vel convictus in Ecclesia, tolerandus est et [o] dimittendus usque ad iudicium Dei, I Cor. 5, 6: *Modicum fermentum* [p], Glossa[8]: « Si quis potestatem habet et quem scit reum abicere vel probare [q] non valet, immunis est, et iudicis non est sine accusatore damnare ». Si autem cognoscat in secreto aliquem esse haereticum, non propter hoc vitandus est publice, sed non expedit alicui in secreto communicare, ne corrumpatur ex doctrina ipsius.

Qualiter autem puniendi sint, determinatur in *Extra, De haereticis, Ad abolendam* [9], ubi dicitur: « Quicumque fuerint manifeste in haeresi deprehensi, si clericus est vel cuiuscumque religionis obumbratione fucatus, totius ecclesiastici [r] ordinis praerogativa privetur, et sic omni officio et beneficio ecclesiastico spoliatus, saecularis relinquatur arbitrio potestatis, animadversione debita puniendus, nisi continuo post deprehensionem erroris ad fidei catholicae unionem [s] recurrat et errorem suum ad arbitrium episcopi regionis [t] illius publice consenserit abiurare et satisfactionem congruam exhibere. Laicus autem, nisi, prout dictum est, abiurata haeresi et [u] satisfactione exhibita, confestim ad fidem converterit orthodoxam, saecularis iudicis arbitrio relinquatur, debitam recepturus pro qualitate facinoris ultionem ». Punitur autem haereticus multipliciter: excommunicatione, depositione, sicut habetur in illa *Decretali, Ad abolendam* [10], et dist. 40, *Si Papa* [11]. Punitur etiam rerum ablatione [12]; unde dicit Augustinus, *Contra Parmenianum* [13]: « Locus, quo impia separatio congregatur, redigatur [v] in fiscum ». Sunt et aliae ultiones generales [14], quibus ei [x] vel faciendi testamenta vel per donationes aliquid conferendi facultas adimitur vel ex donationibus aut testamentis aliquid capiendi.

II. Sed quaeritur utrum viri christiani auctoritate propria possint ab eis auferre bona quae habent.

Quod videtur. Ecclesia enim videtur eis dare generalem auctoritatem ut exterminent [y] eos [15]; concedit etiam talibus idem privilegium « quod accedentibus in [z] Terrae Sanctae subsidium est concessum », *Extra,* eodem [16], *Excommunicamus* [17],

---

[a] RL om., in F est add. interl. [b] Z om. *s. p.*, in FL est add. mg. [c] Z (corr.) *removendum.* [d] BT om.; FLZ *civium* pro *ovium.* [e] V *removendum.* [f] V om. [g] V *corrumpunt aliquos* pro *c. a.* [h] L *cogniti.* [i] V *recessissent.* [k] V *ultra,* R *ultimo.* [l] T om. *i. l.* [m] V *quilibet,* quod F corr. [n] B *est,* L om. [o] Z om. [p] Ita VL, alii *fermenti;* BTF add. *etc.* [q] Z om. *v. p.* [r] Ita VT (corr.), alii *ecclesiastice.* [s] V *utilitatem.* [t] TL *religionis.* [u] L om. [v] Z om. [x] BTFL *eis.* [y] Codd. *excommunicent.* [z] V om.

1 Matth. 13, 39.
2 Lombardi, in h. l. (PL 192, 155), ex Hieronymo, in h. l. (PL 26, 403).
3 II Tim. 2, 17.
4 In h. l., ap. Lyran.
5 Cf. Gregor. IX, *Decretales,* V, tit. 40, c. 26 (II, 923).
6 Cap. 5, n. 9 (PL 34, 127).
7 Cap. 6, n. 10 (PL 34, 127).
8 Lombardi, in h. l. (PL 191, 1573); ap. Gratian., *Decretum,* C. 23, q. 4, c. 31 (I, 914).
9 Ap. Gregor. IX, *Decretales,* V, tit. 7, c. 9 (II, 781).
10 Cf. nota praecedens.
11 Ap. Gratian., *Decretum,* dist. 40, c. 6 (I, 146).
12 Cf. Gregor. IX, *Decretales,* V, tit. 7, c. 10 (II, 783).
13 Lib. I, c. 12 (PL 43, 48), ubi allegatur lex Imperatoria contra haereticos lata. Cf. *In haeret. Theodosii M. constit.* (PL 11, 1192).
14 Cf. Gregor. IX, loc. cit., cc. 5, 6, 11, sed praesertim c. 13, § 1 et 5 (II, 779, 783, 788).
15 Cf. infra, nota 17.
16 Scilicet *titulo.*
17 Ap. Gregor. IX, *Decretales,* V, tit. 7, c. 13, § 4 (II, 788).

et XXIII, quaest. 5, *Si vos*[1], ubi dicitur: « Illi, qui vos pro tanto scelere tam leviter damnorum admonitionibus vel locorum vel honorum vel pecuniae privatione deterrendos coercendosque decreverunt, ut cogitantes quare ista patiamini, sacrilegium vestrum cognitum fugiatis et ab aeterna damnatione liberemini, diligentissimi rectores et [a] piissimi consultores deputantur ». Quod etiam probatur per hoc quod dicitur in Deuter.[2]: *Si audieris in una ex civitatibus* etc., XXIII, quaest. 5, *Si audieris*[3], et quaest. 8, *Legi*[4] et *Occidit Phinees*[5].

Verumtamen satis videtur tutum quod semper fiat ex speciali edicto vel principis vel Ecclesiae, ne vel ex cupiditate vel ultione potius quam [b] ex iustitia vel obedientia [c] hoc facere videantur, XXIII, quaest. 1, *Quid culpatur*[6] et quaest. 2, c. 1 et [d] 2[7], et quaest. 3, *Sex differentiae*[8].

CAPUT XII. 761

DE DURATIONE HAERESUM.

Duodecimo quaeritur utrum aliquod tempus erit in quo non erunt haeretici, vel occulti vel manifesti.

Et videtur quod conveniat aliquod tempus esse. 1. Cum enim fides multiplicatur in cordibus fidelium, oppositum, scilicet infidelitas, minuetur; ergo, cum erit fides in summo, omnino tolletur haeresis; sed, cum *plenitudo gentium intraverit* [e][9], tunc erit fides in summo quantum ad multiplicationem credentium; ergo tunc omnino auferetur haeresis.

Sed videtur contrarium, *a.* per hoc quod dicitur Matth. 13, 30: *Sinite utraque* [f] *crescere usque ad messem. Messis* autem dicitur [g] *consummatio saeculi;* ergo haeretici, qui per *zizania* [h] intelliguntur, usque ad consummationem saeculi durabunt.

[Solutio]: Ad quod respondendum est [i] per id quod dicitur in Glossa super illud Isai. 7, 7: *Haec dicit Dominus Deus* etc., Glossa[10]: « Quamdiu stabit mundus et quae sunt eius in finibus suis, sapientia saecularis et haereticus sermo dominabuntur; cum autem finis mundi advenerit, universa solventur ». Ex quo accipitur quod semper erunt aliquae haereses vel malitiae hominum ad exercendam patientiam fidelium et sapientiam.

Ad obiectum 1. autem in contrarium dicendum est quod, licet augeatur fides quoad multiplicationem credentium, cum *plenitudo gentium intraverit,* non necesse tamen est omnino haeresim tolli [k]: illa enim plenitudo intelligitur quantum ad singulas gentes, non quantum ad singulos homines. Nec hoc [l] est contrarium quod dicitur Isai. 7, 7: *Non erit istud et non stabit,* ubi dicitur [m] in Glossa[11] quod, « Deo [n] adiuvante, *non stabit* consilium eorum »; hoc enim intelligitur quod non praevalebit contra Ecclesiam. Et non negatur ex hoc quin haeresis possit remanere usque ad [o] finem mundi sicut et sapientia saecularis, finis autem mundi large potest accipi.

CAPUT XIII. 762

DE REVERTENTIBUS AB HAERESI.

Tertiodecimo quaeritur de revertentibus ab haeresi I. utrum sint recipiendi et quo modo.

Et videtur quod non sint recipiendi. 1. Deliquerunt [p] enim contra fundamentum Ecclesiae[12]; delinquentes autem contra fundamentum indigni sunt gratia Ecclesiae; ergo non sunt recipiendi.

2. Praeterea, in illa *Decretali, Ad abolendam*[13], dicitur quod, si aliqui « post abiurationem erroris vel [q] post » purgationem factam ab episcopo de infamia illius criminis [r] « deprehensi fuerint in [s] abiuratam haeresim recidisse, saeculari iudicio » sunt relinquendi; ergo tales non sunt recipiendi ab Ecclesia. Aut hoc ergo est propter abiurationem

---

[a] RZ om. [b] R *quod.* [c] V add. *in.* [d] Ita B, alii om. [e] Ita V, alii *intrabit.* [f] V add. *simul.* [g] V om. [h] R *zizaniam.* [i] Ita V, B *dicendum,* T *dicendum est quod,* alii *dicendum est* pro *r. e.* [k] T om. [l] V om. [m] T *stabit.* [n] F *Domino.* [o] R *in.* [p] R *deliquerant.* [q] V *abrenuntiationem erroris et* pro *a. e. v.* [r] R om. *i. c.* [s] T om.

1 Ap. Gratian., *Decretum,* C. 23, q. 5, c. 35 (I, 940).
2 Cap. 13, 12.
3 Ap. Gratian., *Decretum,* C. 23, q. 5, c. 32 (I, 939).
4 Loc. cit., q. 8. c. 13 (I, 956).
5 Loc. cit., c. 14 (I, 956).
6 Ap. Gratian., *Decretum,* C. 23, q. 1, c. 4 (I, 892).
7 Loc. cit. (I, 894).
8 Loc. cit., q. 3, c. 1 (I, 896).
9 Rom. 11, 25,
10 *Ordin., In Isai.* 7, 3, ap. Lyran., ex Hieronymo, in h. l. (PL 24, 105).
11 Cf. nota praecedens.
12 Cf. supra, num. 754, *Solutio.*
13 Ap. Gregor. IX, *Decretales,* V, tit. 7, c. 9 (II, 781).

aut propter ipsam haeresim. Si propter abiurationem, pari ratione esset in abiuratione alia; sed hoc falsum. Restat ergo quod hoc est propter haeresim; ergo prima etiam vice non esset recipiendus.

Contra. *a.* Ecclesia nulli claudit gremium redeunti; ergo talibus non debet claudere gremium.

b. Item, dicitur in Matth. 18, 21-22 ipsi Petro a Domino quod *si peccaverit frater* in ipsum, non tantum dimittendum est *septies, sed* etiam *septuagies*[a] *septies;* sed illud est[b] maximum peccatum in membrum[c] Ecclesiae, scilicet haeresis; ergo praelatus Ecclesiae, qui per Petrum designatur, non tantum debet dimittere *septies,* sed etiam *septuagies*[d] *septies.*

[Solutio]: Ad quod dici potest quod redeuntes ab haeresi secundum debitam conditionem recipiendi sunt primo ad unitatem Ecclesiae, etsi[e] non ad omnia bona sua recuperanda, sicut supra habitum est[1], *Extra,* eodem[f], *Vergentis*[2], ubi loquitur de poena haereticorum. Si vero postea deprehensi fuerint recidisse in eamdem haeresim, non recipiuntur[g][3]; hoc autem est propter criminis abominationem et ut alii timeant simile attentare.

[Ad obiecta]: 1-2. Ad id vero quod primo obiectum est, dicendum[h] quod, licet delinquant[i] contra fundamentum Ecclesiae, tamen, si velint[k] reverti, prima vice sunt recipiendi, ut ostendatur pietas matris Ecclesiae erga illos qui aliquando erant filii, ut faciat quod in se est. Quod autem deprehensi secundo non consequuntur[l] effectum misericordiae, hoc est quia[m] timetur eorum obstinatio et membrorum Ecclesiae[n] per ipsos corruptio. Nec hoc est propter periurium tantum vel[o] propter haeresim tantum[p], sed propter utrumque ex quo timetur maius damnum Ecclesiae.

a. Quod autem dicitur quod 'Ecclesia non claudit gremium redeunti', hoc intelligi potest si statim in prima vice redeat.

b. Ad aliud vero dicendum quod illud quod dicitur[q] Petro non intelligitur de peccantibus peccato haereseos: hoc enim est peccatum quo iniuria fit Ecclesiae; intelligitur autem de illis peccatis quibus frequenter fit personae iniuria, et tunc, si petatur[r] venia, dimittendum est peccatum, ita tamen quod competens fiat satisfactio. Et dicitur in Glossa[4] super illud[5]: *Si peccaverit in te frater tuus:* « Nota, aliter datur venia petenti fratri, ut nobis scilicet socia caritate communicet, ut Ioseph fratribus suis[6]; aliter inimico persequenti, ut bonum ei velimus scilicet vel faciamus ».

II. Quaeritur etiam utrum illi, qui reversi sunt ad fidem et iam recepti ab Ecclesia, possint de iure vel ex dispensatione promoveri vel in susceptis Ordinibus ministrare.

[Solutio]: Ad quod videtur dicendum quod ex dispensatione, si haeresim suam veraci poenitentia fuerint detestati et abiuraverint et vitam suam in melius mutaverint, poterunt[s] promoveri vel in susceptis Ordinibus[t] ministrare, nisi alia legitima causa obstet, propter quam non congruat eis[u] dispensatio. Et attendendum est quod de iure communi ad communionem Ecclesiae recipiuntur[v], ex dispensatione vero[x] habent executionem Ordinis vel promotionem.

---

[a] Ita VZ, alii *septuagesies.* [b] RZ om. [c] R *membris.* [d] Ita Z, alii *septuagesies;* V om. *s. e. s. s.* [e] B *et.* [f] VTRZ *eadem.* [g] V om. *n. r.;* T om. *est.* [h] Ita V, RZ om., alii add. *est.* [i] B *declinant.* [k] V *voluerint.* [l] Z *consequitur.* [m] TR *quod.* [n] Z om. *hoc... Ecclesiae.* [o] V *sed.* [p] B om. *v. p. h. t.* [q] V add. *de.* [r] VR *peccatur.* [s] Z *potuerunt.* [t] F add. *poterunt.* [u] Ita BT, alii *ei.* [v] VRLZ add. *et,* quod F exp. [x] V *non.*

1 Cf. supra, p. 750, nota 12.
2 Ap. Gregor. IX, *Decretales,* V, tit. 7, c. 10 (II, 783).
3 Ap. Gregor. IX, *Decretales,* loc. cit., c. 9 (II, 781).
4 *Ordin., In Matth. 18,* 22, ap. Lyran., ex Rabano, in h. l. (PL 107, 1012).
5 Matth. 18, 15.
6 Cf. Gen. 45, 15.

TITULUS IV.

DE SCHISMATE.

Consequenter dicendum est de schismate.

Et primo quaerendum [a] quid sit schisma;

secundo, utrum schisma contineat haeresim et [b] de comparatione eius in quantitate;

tertio, de potestate schismaticorum;

quarto, de sacramentis schismaticorum;

quinto, de ordinatis a schismaticis;

sexto, de communione cum schismaticis vel suo opposito;

septimo, de poena schismaticorum.

CAPUT I. 763

QUID SIT SCHISMA.

Definitur autem schisma sic[1]: Schisma est illicita ab unitate Ecclesiae discessio. Dicitur autem schisma, sicut dicit Isidorus[2], a scissura, quia per schisma fit in unitate scissura. Unde Pelagius Papa[3]: « Schisma scissuram sonat; sed in unitate scissura esse non potest; non ergo [c] unitati communicat qui [d] schismaticis communicat ».

I. Sed potest quaeri quae sit Ecclesia, a cuius unitate discessio schisma nuncupatur.

[Solutio]: Ad quod dicendum est [e] per hoc quod dicit Calixtus[4]: « Nulli dubium est quin Apostolica Ecclesia mater sit omnium ecclesiarum, a cuius regulis nullatenus convenit declinare ». Et dicit Gregorius[5]: « Nulli dubium sit [f] quod non solum pontificalis causatio, sed omnis sanctae religionis relatio ad Sedem Apostolicam quasi ad caput ecclesiarum debeat referri ».

II. Deinde potest quaeri cuiusmodi discessio debeat dici schisma. Si enim omnis transgressio vel contemptus Canonum diceretur discessio schismatica, plurimi dicerentur schismatici.

[Solutio]: Ad quod respondendum [g] quod illa discessio dicitur schisma, cum aliqui vim et potestatem [h] Romanae Ecclesiae adnullant, praecepta eius et instituta pertinaciter contemnendo nec caput eam reputando.

CAPUT II.

UTRUM SCHISMA CONTINEAT HAERESIM ET DE COMPARATIONE EIUS IN QUANTITATE.

ARTICULUS I. 764

Utrum schisma contineat haeresim.

Secundo quaeritur utrum schisma contineat haeresim et de comparatione eius in quantitate.

Et videtur quod omnis haereticus sit schismaticus. 1. Omnis enim haereticus a societate

---

[a] Ita V, RZ *queritur*, alii om. [b] B *vel*, T om. [c] V om. [d] BTF *quia*. [e] T *quod*. [f] T *si*, Z *est*. [g] V *dicendum*. [h] T add. *enim*.

1 Cf. Augustin., *De Bapt. c. Donat.*, I, c. 1, n. 2 (PL 43, 109).
2 Cf. *Etymol.*, VIII, c. 3, n. 5 (PL 82, 297).
3 Ap. Gratian., *Decretum*, C. 24, q. 1, c. 34 (I, 979).
4 Ap. Gratian., *Decretum*, dist. 12, c. 1 (I, 27).
5 Gregor. IV; ap. Gratian., loc. cit., c. 2 (I, 27).

Ecclesiae se dividit; qui autem a societate Ecclesiae se dividit [a], schismaticus est; ergo omnis haereticus est schismaticus.

2. Item, Augustinus, in libro *De vera religione* [1], hanc ponit differentiam: Ecclesia excludit haereticos et relinquit schismaticos; sed excludere est relinquere; ergo haereticus est schismaticus.

Contra. *a.* Augustinus, *Contra Faustum* [2]: « Schisma est eadem opinantem atque eodem ritu colentem quo ceteri, solo congregationis delectari discidio [b] ». Haeresis vero diversa opinatur ab iis quae catholica credit Ecclesia; ergo haeresis non est schisma.

b. Item, Augustinus, in libro *De vera religione* [3]: « Ecclesia utitur haereticis ad probationem doctrinae suae, schismaticis ad documentum stabilitatis suae ». Cum ergo diversa attendatur utrobique utilitas, non erit haeresis schisma.

[Solutio]: Ad quod dicendum [c] quod nomen schismatis potest dici generaliter pro quacumque discessione illicita, et secundum hunc modum accipitur super illud Exodi 20, 25: *Non aedificabis illud de sectis lapidibus*, Glossa [4]: « Secti lapides sunt qui unitatem scindunt ». Alio vero modo dicitur schisma proprie, quando pertinaciter receditur ab obedientia ipsius capitis Ecclesiae, sicut intelligitur illud Apostoli, II ad Thess. 2, 3.

[Ad obiecta]: 1-2, *a-b*. Et per hoc potest solvi quod obiectum est. Rationes enim quaedam loquuntur de schismatico generaliter dicto, aliae vero loquuntur [d] de schismatico proprie dicto.

765 ARTICULUS II.

De quantitate peccati schismatis.

Deinde quaeritur de quantitate huius peccati, quod videtur gravius punitum quam idololatria [5], et ex hoc aliquibus videri posset quod maius esset peccatum. Decem enim tribus, relicto Roboam, adhaeserunt Ieroboam, facientes schisma, sicut habetur III Reg. 12, 19: *Recessit Israel a domo David usque in praesentem diem*, et postea dispersi sunt [6] in poenam, ut [e] videtur, illius schismatis [f]; filii autem Chore similiter [g] gravissime sunt puniti [7].

[Solutio]: Sed responderi potest quod non tantum dispersio decem tribuum facta fuit propter peccatum divisionis, sed etiam propter peccatum idololatriae, quod superaddiderunt. Quod etiam patet per hoc quod duae tribus, quae remanserunt cum domo David, punitae sunt poena dispersionis [8], licet posterius, et ita non videtur illa poena esse principaliter [h] propter illam. Si vero alicubi graviori poena puniatur [i] schisma quam haeresis, hoc potest esse quia [k] ex maiori contumacia videntur illi fecisse schisma quam alii in haeresim incidisse; quanto autem maior est contemptus, tanto magis scelerate [l] peccatur.

766 CAPUT III.

DE POTESTATE SCHISMATICORUM.

Tertio quaeritur de potestate schismaticorum.

Et videtur quod non habeant potestatem, 1. per hoc quod dicit Cyprianus [9]: « Dicimus haereticos et schismaticos nihil habere iuris aut potestatis ». Et similiter habetur VII, quaest. 1, *Novatianus* [10], ubi dicitur: « Qui nec unitatem spiritus nec coniunctionem pacis observat et se ab Ecclesiae [m] vinculo ac sacerdotum collegio separat, episcopi nec potestatem potest habere nec honorem ».

2. Ad idem [n] facit quod dicitur *Extra*, c. 1 [11], ubi dicitur: « Ordinationes, ab Octaviano et Guidone [o] haeresiarchis factas, irritas esse censemus, adicientes ut qui dignitates seu beneficia ecclesiastica per dictos schismaticos acceperunt, careant impetratis ».

---

[a] R om. *qui... dividit.* [b] Ita R, VF *decidio*, B *descidio*, T *dissidio*, L *dicidio*, Z *dicidia.* [c] Ita V, alii add. *est.* [d] B om. [e] VZ *et.* [f] VLZ *scisma.* [g] T om. [h] Ita V, alii *principalis.* [i] Z *peniatur* pro *p. p.* [k] RZ *quod.* [l] VZ *sceleritate.* [m] Ita V, alii *ecclesiarum*; Z om. *et.* [n] V *quod.* [o] Z (corr.) *Gidone.*

1 Cap. 5, n. 9 (PL 34, 127).
2 Lib. XX, c. 2 (PL 42, 369).
3 Cap. 6, n. 10 (PL 34, 127).
4 *Ordin.*, in h. l. (PL 113, 256), ex Isidoro, *In Exod.*, c. 33, n. 1 (PL 83, 304).
5 Cf. supra, p. 743, nota 2.
6 Cf. IV Reg. 17, 4sqq.
7 Cf. Num. 16, 31 sqq.
8 Cf. IV Reg. 25.
9 *Epist. Ad Magnum, De baptiz. Novatianis* (PL 3, 1138); ap. Gratian., *Decretum*, C. 24, q. 1, c. 31 (I, 977).
10 Ap. Gratian., *Decretum*, C. 7, q. 1, c. 6 (I, 568).
11 Ap. Gregor. IX, *Decretales*, V, tit. 8, c. 1 (II, 790).

Sed videtur contrarium, *a.* per hoc quod dicit Augustinus, in libro *Contra Donatistas*[1]: « Sicut redeuntes, qui prius quam recederent baptizati sunt, non rebaptizantur [a], ita redeuntes, qui prius quam recederent ordinati sunt, non [b] utique rursus ordinantur, sed aut administrant [c] quod administrabant, si [d] hoc Ecclesiae utilitas postulat, aut, si non administrant, sacramentum tamen [e] suae ordinationis gerunt ». Si ergo Ordinem non amittunt, et Ordo est potestas, potestatem non amittunt; ergo schismatici habent potestatem.

[Solutio]: 1-2. Ad quod dici potest quod duplex est schismaticus. Unus, qui in schismate eligitur, et talis, qui in schismate contra Ecclesiam generalem [f] eligitur, potestatem non habet sicut nec habet dignitatem, et hoc modo intellexit Cyprianus de Novatiano, qui, cum canonice electus esset [g] Cornelius in Summum Pontificem, a schismaticis in schismate est electus. Et eodem modo intelligendum est quod dicitur *Extra, De schismaticis,* c. 1. Est autem aliud genus schismaticorum, qui receperunt Ordinem vel dignitatem in unitate Ecclesiae et postea tamquam schismatici recesserunt. Tales [h] retinent ipsum Ordinem, licet non retineant Ordinis executionem: peccant enim exequendo extra Ecclesiae unitatem, cum sint iuste privati potestate executionis.

CAPUT IV. 767

DE SACRAMENTIS SCHISMATICORUM.

Quarto quaeritur de sacramentis schismaticorum.

Et videtur quod non sint vera sacramenta, 1. per hoc quod dicit Pelagius Papa[2]: « Non est Christi corpus, quod schismaticus conficit, si [i] veritate duce dirigimur; nec enim divisum esse Christum poterit quisquam sine Apostoli[3] reprobatione confingere ».

2. Item [4], « ab Ecclesiae visceribus divisus et [k] ab Apostolicis Sedibus separatus execrat potius et non sacrat ». Non ergo videntur vera esse sacramenta.

3. Item, Cyprianus[5]: « An debet [l] quisquam dicere salutare sacramentum et [m] gratiam caelestem communem cum haereticis esse [n] posse, cum quibus nec cibus nec potus debet esse communis[6]? » Constat autem Eucharistiam apud illos omnino fieri non posse, ubi spes nulla est et fides falsa et omnia per mendacium geruntur.

4. Item, dist. 32[7]: « Si [o] schismate vel haeresi ab Ecclesia non separentur, eorumdem ordinationes et reliqua sacramenta sancta et veneranda non negamus ». Ex quo videtur a [p] contrario sensu quod, si separentur schismate vel haeresi, sacramenta non sint sancta nec veneranda.

Contra. *a.* Augustinus, in libro *De Baptismo*[8]: « Potest sacramentum tradere separatus [q] sicut potest habere separatus [r] ».

b. Item, Augustinus, in libro *Contra Donatistas* [s][9], quodam modo redarguit Cyprianum et alios sibi adhaerentes, qui dicebant apud [t] haereticos vel schismaticos non esse Christi sacramentum. Dicit enim quod Baptisma, sive a schismatico sive ab haeretico in forma Ecclesiae celebretur [u], ratum est et sanctum.

[Solutio]: Ad quod dicendum est [v], secundum Augustinum, in libro *De Baptismo contra Donatistas* [x][10], quod sacramenta vera sunt, quae in forma Ecclesiae data sunt ab iis [y] qui potestatem habent sibi debito modo collatam.

[Ad obiecta]: 1-3. Ad obiectum autem [z] in contrarium dicendum est quod illud quod dicit Pelagius intelligendum est de iis qui non in forma Ecclesiae consecrant: tunc enim non est verum sacramentum. Et secundum hoc potest simpliciter intelligi illud: « Non [est] Christi corpus, quod schismaticus conficit », et illud: « Separatus execrat potius, et non sacrat ». Si vero intelligatur de illo ordinato qui in forma Ecclesiae facit, licet sit schismaticus, secundum hoc retorquendum est ad effectum salutis, secundum

---

[a] BT *baptizantur.* [b] V *quod.* [c] T *ministrant.* [d] R *sed,* quod Z corr. [e] RLZ *respectu,* quod F corr. [f] R om. [g] R *fuisset.* [h] T add. *enim.* [i] Ita BTF (corr.), alii *sed.* [k] B *est etiam.* [l] V om.; T *ducere* pro *dicere.* [m] V *in.* [n] B add. *non.* [o] B om. [p] RZ *e.* [q] R *baptizatus.* [r] B *separationem.* [s] V *Donatum.* [t] V om. [u] Ita V, LZ *celebratur,* quod F corr., alii *celebratum.* [v] F om. [x] V *Donatum.* [y] RZ *ipsis.* [z] BT om.

1 Lib. I, c. 1, n. 2 (PL 43, 109).
2 Ap. Gratian., *Decretum,* C. 24, q. 1, c. 34, § 4 (I, 980).
3 Cf. I Cor. 1, 13.
4 Loc. cit., c. 33 (I, 979).
5 Cf. supra, p. 754, nota 9 (PL 3, 1143); ap. Gratian., *Decretum,* C. 1, q. 1, c. 70, § 1 (I, 382).
6 Cf. I Cor. 5, 11.
7 Ap. Gratian., *Decretum,* dist. 32, c. 6, p. 3, § 1 (I, 118).
8 Lib. VI, c. 5, n. 7 (PL 43, 200); ap. Gratian., *Decretum, De consecr.,* d. 4, c. 41, § 4 (I, 1378).
9 Lib. IV, c. 11 (PL 43, 164); ap. Gratian., loc. cit., c. 40 sq. (I, 1377 sqq.).
10 Cf. lib. I, c. 2 (PL 43, 109) et passim per integrum opus.

quod dicit Augustinus[1]: « Ipsis indigne ministrantibus sacramentum salubriter non traditur, licet aliquando sacramentum necessitatis salubriter recipiatur etiam ab ipso schismatico ministrante ». Et iterum, non distinguebant sacramentum ab effectu sacramenti, et hoc modo posset intelligi illud [a] quod dicit Cyprianus. Secundum autem quod dicit Augustinus, non videtur Cyprianus [b] recte primo sensisse; inniti enim videbatur [c] illi auctoritati Evangelii[2]: *Qui non est mecum, contra me est, et qui non congregat mecum, dispergit.* Sed attendere oportuit et illam auctoritatem, quae in Luc. 9, 50 est [d], ubi dicit Dominus: *Nolite prohibere; qui non est adversum* [e] *vos, pro vobis est.* Et dicitur in Glossa[3]: « Docetur neminem a bono, quod ex parte habet, esse arcendum [f], sed ad hoc potius, quod nondum habet, esse provocandum. Igitur in haereticis vel in [g] malis catholicis non sacramenta communia, in quibus nobiscum sunt et adversus nos non sunt, sed divisionem paci [h] unitatique contrariam, qua adversus [i] nos sunt, detestari et prohibere debemus ».

4. Ad illud vero quod ultimo obicitur, dicendum est quod illud argumentum a contrario sensu non tenet, nisi intelligatur de illis sacramentis quae non [k] fiunt in forma Ecclesiae. Si enim fiunt in forma Ecclesiae, licet dentur a schismatico, qui tamen habuit potestatem Ordinis, vera sunt sacramenta, etsi non illi salubria a quo traduntur.

768

CAPUT V.

DE ORDINATIS A SCHISMATICIS.

Quinto quaeritur de ordinatis a schismaticis, quando recipiunt Ordinem et quando non; et si Ordinem aliquando, utrum recipiant Ordinis executionem vel non.

I. Et videtur quod non recipiant Ordinem, 1. per hoc quod dicitur I, quaest. 7, *Daibertum* [l] [4], ubi dicitur quod de novo ordinatus est in diaconum, tamquam qui prius [m] Ordinem non susceperat. Unde per hoc habetur quod ille, cum esset ordinatus ab haeretico, non fuit ordinatus.

2. Item, Urbanus[5]: « Quicumque a schismaticis Sanctaeque Romanae Ecclesiae adversariis se ordinari [n] permiserit, nullatenus hac venia dignus habeatur ». Et loquitur ibi [o] de indulgentia [p] ministrandi in Ordine.

3. Item, Damasus[6]: « Quo modo possit honorem retinere, qui ab illo accepit qui potestatem dare non habuit [q] legitime, invenire non possum [r] ».

Contra. *a.* Dicit Urbanus[7]: « Qui ab episcopis, quondam catholice ordinatis, sed in schismate a Romana Ecclesia separatis, consecrati sunt, eos, nimirum cum ad Ecclesiae unitatem redierint, servatis propriis Ordinibus, misericorditer suscipi iubemus, si vita et scientia [s] commendat ». Ergo susceperunt Ordines a schismaticis.

b. Praeterea, baptizatus [t] in forma Ecclesiae est baptizatus, consecratio etiam altaris [u] in forma Ecclesiae est consecratio; ergo pari ratione ordinatus in forma Ecclesiae ab eo [v] qui habuit potestatem est ordinatus.

II. Item, quaeritur de executione.

Et videtur quod, cum redeant ad Ecclesiam, exequi possunt, *a.* secundum hoc quod dicit Urbanus[8]. Dicit enim quod, si aliqui fuerint ordinati « ab excommunicatis, quondam tamen catholicis, episcopis, si non simoniace acceperunt Ordines, si [x] vita et doctrina hoc promeruerit [y], in ipsis Ordinibus permanere permittas ».

Videtur autem contrarium, 1. per hoc quod idem Urbanus[9] dicit: « Ordinationes, quae ab haeresiarchis nominatim excommunicatis factae sunt, irritas esse iudicamus »; et exponitur[10] quantum ad officii executionem; ergo non habent officii executionem.

[Solutio]: I. Ad quod dicendum videtur[11] quod, sive quis recipiat « ultimam manus impositionem in Ecclesia sive extra[12] », dum tamen formam Ecclesiae servet in ordinando et in forma Ecclesiae fuerit ordinatus, verum Ordinem confert, sed « non Ordinis executionem », sive scienter sive ignoranter aliquis [z] ordinetur.

---

[a] T om. [b] V om. *secundum... Cyprianus.* [c] F *videbantur.* [d] Ita V, alii om. [e] VB *adversus.* [f] RZ *arcendus;* T *non* pro *nondum.* [g] V om. [h] BFL *pati,* R *peccati,* Z om. [i] T *adversum.* [k] Ita L (mg.), alii om. [l] B *Diabertum,* alii *Diaberte.* [m] F *primo.* [n] Z add. *se,* quod F delev., L exp. [o] R *tibi,* quod L corr. [p] Z add. *in,* quod R exp. [q] B *habet.* [r] B om. *n. p.* [s] V *conscientia,* quod B corr. [t] F *baptismus,* item infra. [u] L om. [v] B om. *a. e.* [x] Ita BF (corr.), alii *sed.* [y] VFL *promerult.* [z] Codd. *alius.*

1 Cf. *Contra epist. Parmen.*, II, c. 10, n. 22 et c. 13, n. 28 (PL 43, 65, 71); ap. Gratian., *Decretum*, C. 1, q. 1, cc. 78 et 98, § 3 (I, 385, 397).
2 Luc. 11, 23.
3 *Ordin., In Luc. 9*, 49 (PL 114, 282 sq.), ex Beda, in h. l. (PL 92, 459).
4 Ap. Gratian., *Decretum*, C. 1, q. 7, c. 24 (I, 436 sq.).
5 Ap. Gratian., *Decretum*, C. 9, q. 1, c. 5, § 2 (I, 602).
6 Ap. Gratian., *Decretum*, C. 1, q. 7, c. 25 (I, 437).
7 Ap. Gratian., *Decretum*, C. 9, q. 1, c. 5, § 1 (I, 602).
8 Ap. Gratian., loc. cit., c. 4 (I, 601).
9 Ap. Gratian., loc. cit., c. 5 (I, 601).
10 Cf. *Glossa* in h. l. (col. 1143, *casus*).
11 Cf. Gratian., *Glossa* ante C. 1, q. 1, c. 98 (I, 395 sq.).
12 Cf. nota 10 (col. 1144, litt. *c*).

[Ad obiecta]: 1-3. Ad obiectum autem in contrarium dicendum est [a] quod loquitur de illis qui extra ordinati sunt, sed non in forma Ecclesiae vel [b] ab illis qui non receperunt potestatem ordinandi.

II. 1. Ad secundum vero dicendum est quod non habent Ordinis executionem quantum est de se. Sed distinguitur [1], quia quidam illorum ordinati sunt ab eo qui recepit [c] « ultimam manus impositionem in Ecclesia », et [d] tales, si alias digni sunt, tolerantur per dispensationem in Ordinibus susceptis, nisi aliud occurrat impedimentum. Si autem sunt ordinati ab eo qui recepit « ultimam manus impositionem extra Ecclesiam », et scienter, nequaquam tolerantur; si vero ignoranter, et hoc probaverint, tolerantur; et hoc elicitur ex illo Canone Urbani, *Ordinationes* [2] etc.

CAPUT VI. 769

DE COMMUNIONE CUM SCHISMATICIS.

Sexto quaeritur de communione cum schismaticis vel suo opposito.

Et videtur quod non sit communicandum, *a.* per exemplum quod habetur [e] in libro Num. [3] de filiis Chore, ubi dicitur: *Separamini a tabernaculis hominum impiorum, et nolite tangere de omnibus quae sunt in* [f] *eis, ne simul pereatis in peccatis eorum.* Ex quo accipi potest [g] quod cum ipsis schismaticis non est communicandum.

b. Praeterea, Eccli. 13, 1 dicitur: *Qui tangit picem, coinquinabitur ab ea.* Cum ergo schismatici ad modum picis sint [4], non est communicandum cum eis.

c. Praeterea, excommunicati sunt, sicut habetur XXIII, quaest. 5, *De Liguribus* [5]; excommunicatis autem non est communicandum.

Sed videtur contrarium, 1. per hoc quod dicit Augustinus, in libro *Contra Donatistas* [h 6], ubi dicitur quod Baptisma potest recipi a schismaticis in aliquo casu sine peccato. Si ergo sacramentum potest recipi a schismaticis in aliquo casu sine peccato [i], potest ergo aliqua communio haberi sine peccato.

[Solutio]: Ad quod dicendum [k 7] quod non est communicandum cum schismaticis scienter, maxime [l] in sacramento Communionis. Sacramentum tamen quod est necessitatis, si aliter fieri non potest, in articulo necessitatis [m] est ab eo recipiendum. Si tamen aliter fieri potest et scienter recipiat, sacramentum Baptismi recipit, sed effectum salutis nondum percipit. Dicit enim Augustinus [8] quod « induunt homines Christum aliquando usque ad sacramenti perceptionem, aliquando autem [n] ulterius usque ad vitae sanctificationem », et hoc accidit cum digne suscipiunt.

CAPUT VII. 770

DE POENA SCHISMATICORUM.

Septimo quaeritur de poena schismaticorum.

Puniuntur autem schismatici spiritualiter per excommunicationem et depositionem, sicut habetur in *Extra, De schismaticis, Fraternitati* [9], et c. 1 [10] similiter. Puniuntur etiam manu militari, sicut habetur XXIII, quaest. 5, *Quali* [o 11], ubi dicitur: « Divinae et humanae leges statuerunt, ut ab Ecclesiae unitate divisi et eius pacem iniquissime perturbantes, a saecularibus etiam potestatibus comprimantur. Nec quidquam maius est [p] unde Deo sacrificium possitis offerre [q] quam si id ordinetis, ut qui in suam et aliorum perniciem debacchantur, competenti debeant vigore compelli ». Et iterum [12]: « Si qua ecclesiastici officii persona, cui subiectus est, restiterit seu schisma fecerit, excommunicetur; si vero hoc contempserit et permanserit schismata faciendo, per potestates publicas opprimatur ».

---

[a] V om. [b] B *ut.* [c] R *cepit,* quod F corr. [d] V om.; L add. *si.* [e] B *habet.* [f] L *ab.* [g] R *primo;* Z *accipitur primo* pro *a. p.* [h] V *Donatum.* [i] Ita BTL (mg.), V om. *Si ergo... peccato;* FR om. *a... peccato;* BT repet. *si ergo sacramentum potest recipi,* quod L exp. [k] Ita VF, alii add. *est.* [l] Z *maximum.* [m] B om. *si... necessitatis.* [n] B om., Z *vero.* [o] V *quilibet.* [p] F om. [q] RLZ *afferre.*

1 Cf. p. 756, nota 12.
2 Ap. Gratian., *Decretum,* C. 9, q. 1, c. 5 (I, 601 sq.).
3 Cap. 16, 26 secundum Cyprian., ap. Gratian., *Decretum,* C. 24, q. 1, c. 31 (I, 978).
4 Cf. Rabanus, in h. l. (PL 109, 850).
5 Ap. Gratian., *Decretum,* C. 23, q. 5, c. 43 (I, 943).
6 Lib. I, c. 2 et VI, c. 5, n. 7 (PL 43, 110, 200).
7 Cf. Gratian., *Decretum,* C. 24, q. 1, c. 40 sqq. (I, 982 sq.).
8 Loc. cit., c. 12 (PL 43, 119); ap. Gratian., *Decretum, De consecr.,* dist. 4, c. 41, § 1 (I, 1377).
9 Ap. Gregor. IX, *Decretales,* V, tit. 8, c. 2 (II, 790).
10 Loc. cit.
11 Ap. Gratian., *Decretum,* C. 23, q. 5, c. 44 (I, 943 sq.).
12 Ap. Gratian., loc. cit., c. 43 (I, 943).

TITULUS V.

DE APOSTASIA.

Consequenter dicendum est de apostasia.

Circa quam primo quaerendum est quid sit et quae sit [a] eius differentia ad haeresim et schisma;

secundo [b], quis dicendus est apostata;

tertio, utrum omnis apostata sit infamis;

quarto, utrum omnis apostata sit excommunicatus vel excommunicandus [c];

quinto, utrum clericus apostata privetur privilegio clericali.

CAPUT I.

QUID SIT APOSTASIA.

771 ARTICULUS I.

Quid sit apostasia secundum definitionem.

Ad primum sic: *a.* Definitur sic [d] apostasia [1]: Apostasia est temerarius a statu fidei, obedientiae ecclesiasticae vel religionis recessus. Dicitur autem religio communiter, secundum quod clerici religioni etiam cuidam sunt adstricti, non tantum secundum quod claustrales religiosi dicuntur. Per hoc patet quod multiplex est apostasia. « Est enim apostasia perfidiae », sicut Iulianus apostata dicebatur. Est iterum apostasia « inobedientiae », et de iis habetur quod dicit Hyginus [2]: « Alieni erroris societatem sectantem vel a [e] sui propositi tramite recedentem vel Apostolicae Sedis iussionibus inobedientem suscipere non possumus ». Et dicit Gregorius [3]: « Peccatum paganitatis incurrit quisquis, dum Christianum se asserit, Sedi Apostolicae obedire contemnit ». Dicitur etiam apostasia « irregularitatis, qua quis a statu sumptae religionis recedit », sicut [f] cum apostatat monachus vel clericus vel conversus; secundum hoc dicit Augustinus, *Ad Vincentium* [g] [4]: « Quomodo difficile sum [h] expertus meliores quam qui in monasteriis profecerunt, ita non sum expertus deteriores quam qui in monasteriis defecerunt ».

Obicitur autem quod omnis peccator sit apostata, 1. per hoc quod dicitur a Gregorio, super illud Ezech. 2, 3: *Mitto te ad filios Israel, ad gentes apostatrices,* Glossa [5]: « Sicut qui fide recedit a Deo apostata est, sic qui ad perversum opus redit, etiam si fidem tenuerit, apostata est ». Ergo qui revertitur ad peccatum est apostata; tales autem sunt peccatores omnes, qui a poenitentia cadunt; ergo omnes tales [i] sunt apostatae.

2. Item, Eccli. 10, 14-15: *Initium superbiae hominis est* [k] *apostatare a Deo, quoniam ab eo recessit cor illius.* Cum ergo peccator recedat a Deo corde, peccator dicetur apostata, et fit hic [l] sermo de peccante peccato mortali.

[Solutio]: Ad quod dicendum est quod nomen apostasiae dicitur dupliciter, sicut dicit Gregorius, in homilia *Super Ezechielem* [6]: « Dicuntur duobus modis apostatae: aut enim homo a Deo recedit fide aut opere ». Secundum hunc modum accipiendo generaliter, dicetur peccans mortaliter post habitam gratiam vel [m] post statum innocentiae retrocedere, et ita apostatare. Secundum autem quod supra dictum est [7], proprie dicitur apostata illis praedictis modis. Illo autem modo, quo proprie accipitur, dicitur Eccli. 19, 2: *Vinum et mulieres apostatare faciunt sapientes* [n]. Et dicit Interlinearis [8]: « Sicut Salomonem, qui propter amorem mulierum ad idololatriam est conversus ». Posset tamen et ibi nomen apostasiae extendi.

---

[a] T om. *e. q. s.* [b] V add. *queritur.* [c] VB om. *v. e.* [d] B *autem.* [e] Z om. [f] V om. [g] V add. *expertus meliores.* [h] R *sive.* [i] RZ om.; V om. *sunt.* [k] V *omnis* pro *h. e.* [l] RZ om. [m] Z om. [n] R om.

1 Cf. *Glossa* in Gregor. IX, *Decretales,* V, tit. 8, c. 1 (col. 1689, litt. *a*).

2 Rectius Pseudo-Isidor.; ap. Gratian., *Decretum,* C. 3, q. 4, c. 1 et C. 2, q. 7, c. 23, ubi Dionysio papae adscribitur (I, 511, 488).

3 Gregor. VII; ap. Gratian., *Decretum,* dist. 81, c. 15 (I, 286).

4 *Epist.* 78, n. 9 (PL 33, 272); ap. Gratian., *Decretum,* dist. 47, c. 9 (I, 173).

5 *Ordin.,* in h. l., ap. Lyran., ex Gregorio M., *In Ezech.,* I, hom. 9, n. 6 (PL 76, 872).

6 Loc. cit.

7 Cf. supra, sub litt. *a.*

8 In h. l., ap. Lyran.

ARTICULUS II. 772

Utrum superbus praelatus sit apostata.

1. Item, videtur quod superbus praelatus sit apostata, et ita non tantum dicatur apostasia modis praedictis. Si enim ratione superbiae est apostata, non tantum dicetur apostata modis praedictis. Dicit autem Gregorius[1], super illud Iob 34, 18: *Qui dicit regi, apostata:* « Superbus rector totiens ad culpam apostasiae dilabitur[a], quotiens praeesse hominibus delectatur[b] ».

2. Item, Eccli. 10, 14, super illud: *Initium superbiae hominis*[c], Glossa[2]: « Non est maior apostasia quam creaturam a Creatore recedere, quae merito adscribitur superbiae. *Superbia* enim est si creatura velit coaequari Creatori: haec et[d] diabolo et homini fuit *initium perditionis*[3] ». Ergo ratione superbiae diabolus et primus homo fuit apostata; non ergo praedictis modis tantum dicetur apostata.

[Solutio]: 1. Ad quod dicendum est quod, cum dicitur superbus apostata, nomen 'apostatae'[e] accipitur pro recedente a Deo per peccatum mortale ad imitationem diaboli vel primi parentis. Et potest reduci istud genus apostasiae ad apostasiam inobedientiae: non enim servavit Lucifer praeceptum scriptum in mente, similiter nec primus parens praeceptum ei expressum.

2. Quod autem dicitur a Rabano super Eccli. quod « non est maior apostasia » etc., intelligi potest de recessu per infidelitatem, et secundum hoc verum est quod non est maior apostasia[f] in genere, cuius principium est superbia. Si vero recessus amplietur, intelligatur ratione status, quo modo Lucifer et primus parens recesserunt, non quod omnis recessus per peccatum a Deo sit proprie apostasia.

ARTICULUS III. 773

Utrum discordia sit apostasia.

Adhuc etiam quaeritur si discordia sit[g] apostasia et seminans discordiam sit apostata.

Quod non, videtur, 1. ex praedicta ratione apostasiae[4]. Peccatum enim discordiae non est recessus perfidiae vel inobedientiae contumacis aut irregularitatis.

Sed contra hoc *a.* est illud, quod dicitur Prov. 6, 12-14: *Homo apostata omni tempore iurgia seminat,* et dicit Glossa[5]: « Quem seminantem iurgia dicere voluit, prius apostatam nominavit, quia nisi more superbientis angeli ab aspectu Conditoris prius intus aversione[h] mentis caderet, foras postmodum usque ad seminanda iurgia non veniret ».

[Solutio]: Ad quod dicendum quod seminans discordias dicitur schismaticus. Discordia enim in schismate terminatur[i], et ita seminans discordias, cum pervenit[k] ad schisma, apostata dicitur secundum modum supra dictum[6]; non tamen omnis discordia est[l] apostasia, sed cum ad hoc pervenitur ut sit recessus ab unitate capitis et membrorum.

ARTICULUS IV. 774

Utrum apostasia sit peccatum separatum ab haeresi vel schismate.

Item, videtur ex praedictis quod apostasia non sit peccatum separatum ab haeresi vel schismate, immo sit commune ad utrumque. Cum enim haereticus sit apostata apostasia[m] perfidiae et schismaticus[n] apostasia inobedientiae, non videntur ad invicem distingui ista peccata.

---

[a] VRLZ *delabitur,* quod F corr. [b] T *delectantur.* [c] Ita B, alii *omnis.* [d] Z *etiam.* [e] Z *apostatare,* quod F corr. [f] Z add. *est.* [g] T om. [h] FRLZ *adversione.* [i] R *determinatur.* [k] V *venerit.* [l] R om. [m] T *apostasie.* [n] V *schismatis;* L om. *apostasia.*

1 *Moral.,* XXIV, c. 25, n. 52 (PL 76, 317); *Glossa ordin.,* in h. l., ap. Lyran.
2 Rabani, in h. l. (PL 109, 828 sq.).
3 Cf. Tob. 4, 14.
4 Cf. supra, num. 771.
5 *Ordin.,* in h. l., ap. Lyran.
6 Cf. supra, num. 771.

[Solutio]: Ad quod respondetur quod, licet idem sint re aliquando haereticus et apostata, differunt tamen ratione. Haereticus enim dicitur, qui [a] a fidei catholicae unitate se dividit; apostata vero, qui [b] a statu fidei bono, quem habuit, retrocedit. *Melius* autem *est viam veritatis non agnoscere quam post agnitam retrocedere* [c], sicut habetur II Petri 2, 21. Apostata autem, secundum quod re differt ab haeretico et [d] schismatico, proprie dicitur ille qui a statu regulari [e] retrocedit.

CAPUT II.

QUIS DICENDUS SIT APOSTATA.

775 ### ARTICULUS I.

Utrum sit apostata perfidiae qui metu mortis non confitetur fidem.

Secundo quaeritur quis dicendus sit apostata. Et primo de apostasia perfidiae. Ponatur enim quod aliquis [f] bene credat, metu tamen mortis extra non confitetur fidem [g], sicut sunt illi qui sunt [h] inter Saracenos, similiter illi qui metu Saracenorum osculantur sepulcrum Mahometi vel etiam causa placendi eis. Quaeritur utrum tales dicendi sunt apostatae apostasia perfidiae.

Et videtur quod sic. 1. Apostasia enim est temerarius recessus ab iis quae [i] fidem contingunt; illi [k] autem qui non confitentur fidem, sed ore negant, temere a confessione fidei recedunt; ergo sunt apostatae. Similiter, qui non-sanctum quasi sanctum venerantur, immo magis execrandum ritu religioso venerantur; ergo sunt apostatae.

Contra. *a.* Manet ipsa fides in corde; manente autem fundamento non dicitur apostata; ergo huiusmodi non dicentur apostatae.

[Solutio]: Ad quod videtur [l] dicendum quod, si nullo modo in corde devient a fide, licet exterius non confiteantur [m] vel negent propter metum ad horam, non sunt censendi apostatae apostasia perfidiae, possunt tamen dici apostatae communi nomine, quia a confessione fidei retrocedunt. Illi autem qui venerantur Mahometum quasi Sanctum Dei, per hoc intendentes Deo placere, quasi esset [n] nuntius Dei, pro apostatis sunt reputandi. Proprie enim apostatae dicuntur qui a religione fidei et eorum quae ad [o] fidem contingunt ad contrarium fidei se convertunt, sicut faciunt illi qui honorem divinum execrandis personis attribuunt. Similiter potest dici de illis qui se faciunt circumcidi, ponentes spem in circumcisione legali, qui prius fuerunt Christiani. Hoc autem attendendum est quod quicumque non ex infidelitate [p], sed ex metu mortis aliqua talia faciunt, mortaliter peccant. Nullus enim ad aliqua talia, ubi est mortale peccatum et ita per consequens anima separatur a Deo, metu mortis debet induci. « Satius [q] enim est mori fame quam idolothyto vesci », sicut dicit Augustinus, super Epistolam ad Cor. I [1].

776 ### ARTICULUS II.

Utrum inobediens mandatis Sedis Apostolicae incidat in apostasiam perfidiae.

Adhuc etiam quaeritur utrum incidat in peccatum quod est apostasia perfidiae, qui inobediens est mandatis Sedis Apostolicae.

Quod non, videtur. *a.* Apostasia enim perfidiae et apostasia inobedientiae e diverso dividuntur [2]; non ergo qui incidit in [r] apostasiam inobedientiae [s] incidit in apostasiam perfidiae necessario.

Contra. 1. Dicit Gregorius [3]: « Peccatum paganitatis incurrit quisquis, dum christianum se asserit, Sedi Apostolicae obedire contemnit ».

2. Ad idem etiam facit quod dicitur [t] I Reg. 15, 23: *Peccatum ariolandi est nolle obedire et scelus* [u] *idololatriae nolle acquiescere.* Sed constat quod non ex hoc efficitur paganus vel ariolus qui nunquam credidit; ergo efficitur apostata apostasia

---

[a] Ita V, alii *quia*. [b] Ita V, alii *quia*. [c] Z *recedere*. [d] V om. [e] B *secundari*. [f] V *quis*. [g] BT om. [h] B om. [i] VRZ *qui*. [k] Z *nulli*. [l] R om. [m] V add. *vel credunt*. [n] T om. [o] T om. [p] T *fidelitate*. [q] VLZ *sanctius*. [r] F om. [s] V *obedientie*. [t] Z om. *q. d.* [u] BT *zelus*.

1 Cap. 8, 7 sqq.; Augustin., *De bono coniug.*, c. 16 (PL 40, 385).

2 Cf. supra, num. 771.

3 Cf. supra, p. 758, nota 3.

perfidiae; qui ergo inobediens est Sedi Apostolicae, apostata efficitur apostasia perfidiae.

[Solutio]: Ad quod dici potest [a] quod apostasia perfidiae potest dici dupliciter: uno modo, cum cadit aliquis a fide articulorum omnium vel plurium qui sunt in *Symbolo*, maxime illorum qui pertinent ad Trinitatem vel Christi humanitatem, et hoc modo talis non cadit in apostasiam perfidiae. Alio vero modo dicitur apostasia perfidiae, cum male sentit de illo articulo *Symboli*, qui est « Apostolicam Ecclesiam », et per hunc modum apostasia inobedientiae contumacis est dispositio ad hoc quod [b] fiat apostata apostasia perfidiae [1]. Qui enim non vult obedire Sedi Apostolicae in iis quae ad eam pertinent, aut hoc est quia [c] male credit de ea aut quia [d] disponitur ad male credendum. Per essentiam tamen non est haec apostasia illa: una enim refertur ad credibilia, alia vero ad operabilia.

[Ad obiecta]: 1. Ad illud vero [e] quod obicitur per verbum Gregorii, dici potest quod hoc dicitur per quamdam similitudinem, ut sicut paganus non recte sentit de Sede Apostolica et pro nihilo [f] habet mandata [g] ipsius, ita et iste pro nihilo habet mandatum et disponitur ad non recte sentiendum [h].

2. Ad illud autem quod dicitur [i] in libro Regum, dici potest similiter [k] quod, licet non sit peccatum idololatriae per essentiam, est tamen quodam modo simile in hoc [l] quod sicut idololatra recedit a debito principio per infidelitatem, ita talis recedit a debito capite pertinaciter nolens obedire.

ARTICULUS III. 777

Utrum inobediens mandatis sui superioris sit apostata apostasia inobedientiae.

Deinde quaeritur utrum qui non obedit indifferenter mandatis sui superioris dicendus sit apostata, maxime in iis quae non sunt contra Deum.

Quod videtur, 1. ex praedicta auctoritate Gregorii et [m] libri Regum [2].

Sed contrarium videtur. *a.* Secundum hoc enim aequaliter obediendum esset uni [n] praelato et alteri; secundum hoc etiam esset in indifferentibus cuilibet praelato ecclesiastico obediendum; quod cum [o] non sit, non est censendus apostata apostasia inobedientiae, si non in omnibus obedit.

b. Praeterea, si etiam non obedit in omnibus in quibus tenetur obedire et [p] propter hoc esset apostata [q], omnis inobediens esset apostata; quod cum non videatur, non dicetur apostata apostasia inobedientiae quicumque non obedit praecepto sui praelati ecclesiastici.

[Solutio]: Ad quod responderi potest per hoc quod dicit Pelagius [3] quod « in illis obediendum est quae pertinent ad divini cultus obsequium » et quae pertinent ad suum officium, quod debet exercere principaliter circa correctionem et salutem animarum, secundario circa discretam et utilem dispensationem rerum ecclesiasticarum. Et hoc est quod dicit Pelagius [4]: « In iis quae ecclesiasticae utilitatis cura peragere praeceperit, praebeatis obedientiam ei Constituto competentem ». Si autem praecipiat in iis quae non [r] pertinent ad Deum vel suum officium, non propter hoc tenetur obedire, ut [s] si praecipiat ei, nulla praeexistente causa debita, quod resignet beneficium, ratione cuius subditus est, non propter hoc tenetur obedire [t]. Si etiam praecipiat in iis ad quae subditus tenetur obedire, non propter hoc semper dicendus est apostata cum non obedit, sed cum [u] canonica facta commonitione [v] permanet ipse in sua inobedientia contumaci, tunc potest dici apostata apostasia inobedientiae. — Praeterea, cum dicat Augustinus [5] quod obediendum est superiori praelato, cum praecipit contrarium ei quod iniungit inferior, non propter hoc dicendus est apostata apostasia inobedientiae, si pertinaciter non vult obedire in omnibus huiusmodi superiori praelato. Non enim semper in omnibus obediendum est magis superiori quam inferiori, utpote si praecipiat episcopus suis subditis aliquid et metropolitanus praecipiat contrarium, aliquando potius obediendum est episcopo quam metropolitano, nisi in casibus certis. Sed intelligendum est illud Augustini vel de illo praelato qui ordinarius est immediate singulorum, scilicet Summo Pontifice, vel de illo a quo inferior iudex habet iurisdictionem: tunc enim

---

[a] V *dicitur* pro *d. p.* [b] T *ad hoc* pro *d. a. h. q.* [c] T *quod.* [d] Ita V, alii om. [e] V om. [f] Ita BT, alii *nullo*; LZ om. *et.* [g] V *mandatum.* [h] T *sciendum.* [i] FLZ *obicitur.* [k] VR om. [l] R om. *i. h.* [m] VBTL *in.* [n] B om., T *in.* [o] T om. [p] V *non.* [q] V add. *quia sic.* [r] T om., in L est add. interl. [s] V *etiam.* [t] B om. *ut si... obedire*; TR *sed* pro *si.* [u] B *si tamen* pro *s. c.* [v] R *cum intentione.*

1 Cf. supra, p. 741, II, *ad 1.*
2 Cf. supra, num. 776, nn. 1 et 2.
3 Ap. Gratian., *Decretum*, C. 7, q. 1, c. 18 (I, 575).
4 Loc. cit.
5 *Sermo* 62, c. 8 (PL 38, 421).

magis obediendum est superiori quam inferiori praelato. Metropolitano autem obediendum est in iis quae devolvuntur ad ipsum per appellationem vel in iis quae pertinent ad canonicam eius visitationem, quod est propter negligentiam inferioris praelati; aliquando [a] autem consuetudo diutius obtenta pinguius ius potest conferre.

778 ARTICULUS IV.

Utrum deserens primam tonsuram sit apostata apostasia irregularitatis.

Item, quaeritur de apostasia irregularitatis utrum ille qui accepit primam tonsuram, si deserit eam, peccat peccato apostasiae.

Quod videtur, *a.* per hoc quod dicitur in [b] *Extra, De vita et honestate clericorum*[1]: « Si quis clericus comam relaxaverit, anathema sit ».

Sed videtur contrarium. 1. Potest enim accipere uxorem corruptam vel transferre se ad officium militare, et tunc potest non portare coronam vel non habere tonsuram clericalem, sicut habetur in *Canone*[2]: « Quisquis [c] clericus viduam aut secundam uxorem duxerit, omnis ecclesiasticae dignitatis privilegio denudetur, laicali tantum sibi communione concessa ». Ex hoc ergo [d] videtur quod, si hoc ab Ecclesia statuitur quod non sit ei peccatum accipere uxorem, per consequens nec sit ei peccatum deserere tonsuram vel non portare coronam, maxime cum hoc sit in scandalum ipsorum.

2. Praeterea, « tonsura saecularia negotia exercentis redundat in vituperium ministerii[3] » ecclesiastici et similiter corona, cum scriptum sit[4]: *Nemo militans Deo implicet se saecularibus negotiis.*

[Solutio]: Ad quod videtur dicendum quod sicut est de illo qui fecit votum virginitatis vel continentiae, si accipit [e] uxorem, accipiendo peccat et tamen non peccat reddendo debitum, sic videtur quod accipiens primam tonsuram vel coronam, si postea deserit divertendo se [f] ad contrarium actum, peccat in primo actu retrocedendo, et illud est peccatum apostasiae huiusmodi; cum enim obligaverit se Deo, dicens[5]: *Dominus pars hereditatis meae,* retrocedendo [g] peccat.

[Ad obiecta]: 1. Ad obiectum autem in contrarium dicendum est quod, licet licitum sit ei accipere uxorem propter malum incontinentiae vitandum — nondum enim habuit votum continentiae [h] annexum, sicut est in susceptione sacri Ordinis — huiusmodi tamen licitum non est cum ratione perfectionis; et est permissum quod, si fuerit propter scandalum vitandum, potest non deferre tonsuram clericalem, sicut dicit Innocentius[6]: « Ipsum super tonsuratione huiusmodi non molestes, dummodo nullum percipiat [i] beneficium ecclesiasticum, cuius ratione teneatur clericalem deferre tonsuram ». — Et notandum quod tenetur clericus portare coronam nisi fuerit in tribus casibus: si nullo modo vult retinere [k] privilegium clericale; vel si non potest ferre absque scandalo uxoris, dummodo non habeat beneficium ecclesiasticum, sicut in aliquibus partibus contingit; vel, « si iusta causa timoris exigit » tonsuram vel « habitum transformari », sicut habetur in [l] *Extra, De vita et honestate clericorum*[7] et de clericis intra [m] sacros Ordines constitutis. Nec sequitur, si licitum est habere uxorem, sicut dicit Leo Papa, dist. 32, *Seriatim*[8], quod propter hoc licitum sit deserere tonsuram clericalem, sed cum quadam conditione est licitum.

2. Ad secundum vero dicendum quod illud est [n] ratio quod non debeat compelli ad deferendum tonsuram clericalem, nihilominus tamen [o] potest eam portare nisi alia causa contradixerit.

779 CAPUT III.

UTRUM OMNIS APOSTATA SIT INFAMIS.

Tertio quaeritur utrum omnis apostata sit infamis.

Quod videtur, discurrendo [p] per singulas differentias. *a.* Apostata enim perfidiae est infamis,

---

[a] R *aliqua.* [b] V om. [c] Z *si quis.* [d] B om. [e] BT *acceperit.* [f] R om. [g] BT *recedendo.* [h] V *incontinentie.* [i] Z *percipiant.* [k] L *tenere.* [l] V om. [m] VB *infra,* FRLZ *inter.* [n] V om. [o] B om., in F est add. mg. [p] BT *decurrendo.*

1 Gregor. IX, *Decretales,* III, tit. 1, c. 4 (II, 449).
2 Ap. Gratian., *Decretum,* dist. 84, c. 5 (I, 296).
3 Cf. infra, nota 6.
4 II Tim. 2, 4.
5 Psalm. 15, 5; cf. Pontif. Rom., *De cler. faciendis.*
6 Ap. Gregor. IX, *Decretales,* III, tit. 3, c. 7 (II, 459).
7 Loc. cit., tit. 1, c. 15 (II, 453).
8 Ap. Gratian., *Decretum,* dist. 32, c. 14 (I, 121).

sicut habetur ab Anacleto, III, quaest. 4[1]: « Omnis apostata refutandus est ante reversionem suam nec in accusatione recte agentium aut [in] testimonium suscipiendus est ». Similiter dicitur dist. 3, *De consecratione, Celebritatem*[2], ubi dicitur quod illi, « qui infidelitatis nota[a] asperguntur, infames efficiuntur ».

b. Similiter apostata apostasia inobedientiae infamis efficitur, sicut dicit Pius[b] Papa[3]: « Si quis a suo proposito retrorsum exorbitaverit et iussa Apostolicae Sedis libenter transgressus fuerit, infamis efficitur ».

c. Similiter apostata apostasia irregularitatis, sicut habetur II, quaest. 7, *Alieni*[4], ubi dicitur: « Infames omnes censemus esse, qui suam fidem aut christianam legem praevaricantur aut Apostolicam vel regularem postponunt auctoritatem ».

d. Et iterum Anacletus[5]: « Accusandi vel testificandi licentia denegatur iis[c] qui christianae religionis et nominis dignitatem et[d] sui propositi normam aut regulariter prohibita neglexerint ».

Videtur autem contrarium, quod non omnis apostata[e] sit infamis. 1. Cum enim aliquis a statu clericali transfert se ad coniugium, deserendo tonsuram clericalem non efficitur infamis, cum hoc ab Ecclesia sit concessum[6].

2. Similiter argui videtur de aliis, cum per poenitentiam ad unitatem Ecclesiae vel Ordinis sui revertuntur: Ecclesia enim conformare se debet Deo; sed Deus poenitenti non imputat priora peccata; ergo nec ipsa Ecclesia debet imputare.

3. Praeterea, hoc[f] videtur argui per hoc quod dicit Anacletus[7] quod « ante reversionem suam non est suscipiendus in testimonium »: arguitur enim[g] a contrario sensu.

[Solutio]: 1. Ad quod dicendum[h] quod, sicut supra habitum est[8], apostatae apostasia perfidiae infames efficiuntur; pro apostasia vero inobedientiae et pro apostasia irregularitatis ab Ordine interim[i] infamis efficitur. Non sic[k] autem est dicendum de illo qui, cum sit in minoribus Ordinibus constitutus, et propter malum incontinentiae vitandum transfert se ad coniugium et propter scandalum uxoris dimittit tonsuram clericalem.

2. Ad illud vero quod obicitur quod 'Ecclesia debet se conformare Deo': dicendum[l] quod hoc verum est quantum est de ratione culpae; de ratione vero poenae, sicut nec Dominus statim omnem poenam dimittit, sic etiam nec ipsa Ecclesia dimittit; huiusmodi autem infamia poena quaedam est consequens culpam et non statim aboletur in omnibus, abolita culpa. Hoc autem potest esse vel[m] ut incutiatur metus aliis vel propter praesumptionem contrarii: qui enim fidem priorem irritam fecit, non in[n] tantum ei ulterius fides adhibetur.

CAPUT IV. 780

UTRUM OBEDIENDUM SIT DOMINIS APOSTATIS.

Quarto quaeritur I. utrum obediendum sit ratione sacramenti fidelitatis[o] dominis apostatis.

Quod videtur, 1. per hoc quod dicit Ambrosius[9]: « Iulianus imperator, quamvis esset apostata, habuit tamen sub se christianos milites, quibus cum dicebat 'producite aciem pro defensione reipublicae', obediebant ei ». Et similiter legitur de aliis viris sanctis, qui sub principibus infidelibus militabant.

Sed contrarium videtur de ipsis apostatis, *a.* per hoc quod dicit Gregorius VII[10]: « Nos, sanctorum praedecessorum statuta tenentes, eos, qui excommunicatis fidelitate aut sacramento constricti[p] sunt, Apostolica auctoritate a sacramento absolvimus et[q] ne sibi fidelitatem observent omnibus modis prohibemus, quousque ad satisfactionem veniant[r] ».

[Solutio]: Ad quod dici potest quod princeps quam cito excommunicatus est propter apostasiam nominatim, subditus absolvitur ab executione obnoxietatis sacramenti.

[Ad obiecta]: 1. Quod autem dicitur de Iuliano, intelligi potest quod non tunc fuit excommunicatus et adhuc tolerabatur ab Ecclesia, vel, si erat excommunicatus, noluit tamen Ecclesia removere

---

[a] LZ *nominata.* [b] V om. [c] B om. *Anacletus... iis.* [d] Z *vel.* [e] Ita V, alii om. [f] Z om. [g] B *autem.* [h] Ita V, alii add. *est.* [i] B *iterum.* [k] B om. [l] Ita V, alii add. *est.* [m] V om. [n] L *ettiam.* [o] LZ *infidelitatis,* quod FR corr. [p] V *astricti.* [q] L om. [r] Z *perveniant.*

1 Ap. Gratian., *Decretum,* C. 3, q. 4, c. 2 (I, 512).
2 Ap. Gratian., *Decretum, De consecr.,* dist. 3, c. 22 (I, 1359).
3 Ap. Gratian., *Decretum,* C. 3, q. 4, c. 3 (I, 512).
4 Ap. Gratian., *Decretum,* C. 2, q. 7, c. 23 (I, 488).
5 Cf. supra, nota 1.
6 Cf. supra, num. 778.
7 Cf. supra, nota 1.
8 Cf. supra, sub litt. *a.*
9 Rectius Augustin., *Enarr. in Psalm. 125,* n. 7 (PL 37, 1654); ap. Gratian., *Decretum,* C. 11, q. 3, cc. 94 et 98 (I, 670 sqq.).
10 Ap. Gratian., *Decretum,* C. 15, q. 6, c. 4 (I, 756).

ab eo obedientiam subditorum propter scandalum evitandum [a]. Ubi enim princeps delinquit vel multitudo est [b] in causa, aliquando detrahendum est severitati, ne maior fiat ruina [1]. — Aliter tamen videtur esse dicendum, cum [c] aliqui Christiani subsunt principibus qui nunquam fuerunt fideles: ibi enim, si aliter fieri non potest, possunt iuvare ipsum in bello iusto, dummodo non cedat in detrimentum fidei et hoc cedat ad salutem fidelium.

II. Occasione huius quaeritur utrum apostatae sint [d] ipso iure excommunicati.

Quod videtur, per hoc quod dicitur a Nicolao Papa [2]: « Si quis dogmata, mandata, interdicta vel decreta pro catholica fide vel ecclesiastica disciplina, pro correctione imminentium vel futurorum malorum a Sedis Apostolicae praesule salubriter promulgata, contempserit, anathema sit ». Similiter, immo multo fortius, de illo qui commisit apostasiam perfidiae: ipso enim iure est excommunicatus sicut haereticus, sicut habetur in [e] *Extra, Ad abolendam* [3].

Sed quid dicendum est de iis qui incidunt in apostasiam irregularitatis? Dici potest quod tales, si admoniti nolint redire, excommunicandi sunt [4]: dico autem de apostasia a religione. Alicuius vero Ordinis est consuetudo ut, si steterit in contumacia, usque ad certum tempus statutum excommunicetur.

781 CAPUT V.

UTRUM CLERICUS APOSTATA PRIVETUR PRIVILEGIO CLERICALI.

Quinto quaeritur utrum clericus apostata privetur privilegio clericali.

Et videtur quod sic, *a.* per hoc quod dicitur dist. 84 [5]: « Quisquis clericus aut viduam aut secundam uxorem duxerit, omni dignitatis ecclesiasticae privilegio denudetur ». Et iterum, in [f] *Extra, De apostatis* [6]: « Clerici, qui relicto Ordine et habitu suo in apostasia tamquam laici conversantur, si in criminibus comprehensi teneantur, per censuram ecclesiasticam non praecipimus liberari ». — Sed videtur contrarium, per hoc quod dicitur in [g] *Extra, De sententia excommunicationis, Super eo* [7] etc., ubi loquitur de clerico nutriente comam, in quem « aliquis scienter [h] iniecit manus violentas », et dicitur: « Si praestare noluerit iuramentum, quia violentas manus constat eum in clericum iniecisse, sicut ab excommunicato, donec de mandato Summi Pontificis absolvatur, convenit abstineri ».

b. Item, in eodem, *Cum non ab homine* [8], ubi dicitur: « Occisores clericorum aut presbyterorum, qui, contempto clericali habitu, tyrannidi et enormitati inverecunde se immiscent, in odium clericalis excessus et [i] terrorem atque correctionem similium, canone latae sententiae minime coercentur ». Igitur tales apostatae non gaudent privilegio clericali.

c. Hoc etiam arguitur per simile. In lege enim saeculari sive humana [9] habetur quod matrona, « cuius pudicitia attentata fuerit, si in veste meretricali fuerit deprehensa, non potest agere actione iniuriarum ». Pari ratione, qui deprehensus est in apostasia, si verberatus fuerit, non potest obicere verberatori quod inciderit in canonem latae sententiae velut qui iniuriatur clerico.

Sed videtur sumi argumentum a contrario sensu, 1. ex eo quod dicitur in illa *Decretali, In* [k] *audientia* [10], ubi apponitur talis conditio, quod sint « tertio [l] admoniti a suis praelatis ». Ergo, si non sint commoniti [m] a suis praelatis, videntur adhuc gaudere privilegio clericali, nisi omnino transferant se ad contrarium actum.

[Solutio]: Ad quod dicendum sub distinctione quod, licet apostatae mereantur ut non gaudeant privilegio clericali, tamen ille, qui inicit manus violentas in apostatam, nesciens ipsum esse apostatam, sciens autem ipsum esse clericum, incidit in canonem, dummodo non est plus de apostasia nisi quia nutrit comam; si vero nescius est, non incidit [n], sicut habetur ibidem [11]. Si vero in tantum crescit apostasia quod non tantum [o]

---

[a] B *vitandum.* [b] R om. [c] BT *quod.* [d] B add. *in.* [e] V om. [f] V om. [g] V om. [h] B om. [i] V *in.* [k] L *que.* [l] V om. [m] F *tertio ammoniti.* [n] T add. *in canonem;* V *notatur* pro *habetur.* [o] V om. *crescit... tantum.*

1 Cf. supra, p. 749, nota 7.
2 Ap. Gratian., *Decretum,* C. 25, q. 2, c. 18 (I, 1016).
3 Ap. Gregor. IX, *Decretales,* V, tit. 7, c. 9 (II, 780 sqq).
4 Cf. infra, nota 7.
5 Ap. Gratian., *Decretum,* dist. 84, c. 5 (I, 296).
6 Ap. Gregor. IX, *Decretales,* V, tit. 9, c. 1 (II, 790).
7 Ap. Gregor. IX, *Decretales,* V, tit. 39, c. 4 (II, 890).
8 Loc. cit., c. 14 (II, 893).
9 Ap. Gregor. IX, loc. cit., c. 25 (II, 898); cf. *Digesta,* XLVII, tit. 10, c. 15, § 15 (I, 1478).
10 Cf. nota praecedens.
11 Cf. supra, nota 6.

contemnitur clericalis habitus, sed arma militaria gestat et enormitatibus se immiscet, iam dignus est, in odium criminis, privilegio clericali privari.

[Ad obiecta]: 1. Quod autem dicitur de trina [a] admonitione facienda ab episcopo, hoc est ut maior ostendatur contumacia et per hoc amplius tuitionem praelati amittant [b]. Quidam tamen dicunt quod trina admonitio praemittenda est, sed hoc potest esse in primo casu, ubi apostata dicitur [c] nutriendo comam et deserendo [d] statum clericalem [1]. Si vero transit ad bigamiam vel ad [e] officium militare, ita quod fiat miles, tunc, secundum constitutionem [f] ecclesiasticam, privilegium clericale meretur amittere. Non sic autem de [g] constituto in minoribus Ordinibus accipiente uxorem virginem et deferente coronam, non in scandalum uxoris.

QUAESTIO II.

DE PECCATIS QUIBUS DEHONORATUR DIVINA SAPIENTIA

SEU DE DIVINATIONE [2].

Dictum est supra [h] de iis in quibus fit iniuria respectu maiestatis divinae, sive non accedendo ad cultum eius sive recedendo a debito cultu ipsius. Consequenter dicendum est de criminibus quibus fit iniuria contra sapientiam divinam; haec autem omnia sunt quae pertinent ad divinationem.

Videndum est ergo primo quid sit divinatio;
secundo, quae sint differentiae eius;
tertio, utrum divinatio sit licita;
quarto, utrum divinationibus sit fides adhibenda;
quinto, de poena hanc culpam consequente;
sexto, de quibusdam pertinentibus ad aliquas differentias divinationis.

MEMBRUM I. 782

Quid sit divinatio [3].

Definitur autem sic divinatio [4]: Divinatio est superstitiosa investigatio praescientiae futurorum.

Ponitur et iterum alia ratio [5]: Divinatio est praescientia futurorum alio modo quam [i] divinitus habita.

Tertio modo dicitur divinatio usurpatio praecognoscendi futura « ex quadam pestifera societate hominum et daemonum », sicut dicit Augustinus, in libro *De doctrina christiana* [6].

Secundum [k] primam definitionem [l] et secundam videtur divinatio esse in genere cognitionis [m], et ita non esse [n] peccatum. *a.* Cognitio enim in [o] intellectu est, peccatum vero in voluntate. Hoc etiam videtur per differentias divinationis, sicut est augurium aut mathesis aut geomantia: unumquodque enim [p] horum ponit cognitionem; in quo autem genere est species, et genus.

b. Similiter potest argui per hoc quod dicit Isidorus [7], dicens quod « duo sunt genera divinationis: ars et furor »; furorem autem vocat cognitionem quae est in arreptitiis [q]; cum ergo ars et furor secundum hunc modum differentiae sint cognitionis, erit divinatio in genere cognitionis.

c. Item, Isidorus [8]: « Divini divinitate se esse plenos simulant et astutia quadam sive fraudulentia hominibus futura coniectant [r] ». Sed coniectare [s] est in genere cognitionis; ergo et divinatio.

---

[a] V *tertia*, quod F corr. [b] VB *committant*. [c] T add. *esse*. [d] V *asserendo*. [e] V om. [f] V *consuetudinem*. [g] V *a*. [h] LZ om., in F est add. mg. [i] Z add. *dicitur*. [k] L *ad*. [l] B *distinctionem*. [m] F *cognationis*. [n] FLZ *est*. [o] Z om. [p] T om. [q] Z *arrepticius*, quod L corr. [r] V *coniecturant*. [s] VFLZ *coniecturare*.

1 Cf. Gregor. IX, *Decretales*, III, tit. 1, c. 16 (II, 453sq.).
2 Cf. Ioan. de Rupella, *Summa de vitiis* (fol. 29b sq.).
3 Cf. Gratian., *Decretum*, C. 26, qq. 1-7 (I, 1020sqq.).
4 Cf. Isidor., *Etymol.*, VIII, c. 9, n. 3 (PL 82, 311).
5 Cf. Isidor., loc. cit.
6 Lib. II, c. 23, n. 36 (PL 34, 53); ap. Gratian., *Decretum*, C. 26, q. 2, c. 6 (I, 1022).
7 *Etymol.*, VIII, c. 9, n. 14 (PL 82, 312).
8 Loc. cit.

Sed videtur contrarium, 1. eo quod divinatio prohibita est. Unde Isidorus[1]: « Haec cuncta vitanda sunt a Christianis et omni penitus execratione repudianda [a] atque damnanda ». Sed quod per se prohibitum est, peccatum est; ergo divinatio peccatum est.

2. Item, infidelitas peccatum est; divinatio autem ad infidelitatem reducitur; ergo divinatio peccatum est.

3. Praeterea [b], excommunicatio debetur propter peccatum; sed, sicut dicitur in *Canone*[2], sunt « excommunicandi nisi resipuerint [c] ». Ergo divinatio est peccatum.

[Solutio]: *a-c.* Ad quod dicendum quod divinatio suo nomine plus determinat cognitionem quam peccatum, pro utroque tamen accipitur. Aliquando enim [d] dicitur divinatio ipsa cognitio illicito modo acquisita; aliquando vero [e] dicitur ipsa voluntas sic acquirendi. Primo modo accipitur in primis rationibus, secundo modo accipitur hic prout de ipsa agitur.

1. Ad illud vero quod obicitur de prohibitione, dicendum est quod aliquid per se est prohibitum, aliquid vero quia est coniuncta causa peccati. Peccatum autem est per se prohibitum, occasiones [f] autem coniunctae prohibitae sunt propter ipsum peccatum, et utroque modo potest dici divinatio prohibita.

2. Ad secundum dicendum quod, secundum quod sub infidelitate continetur [g] vel proximum est infidelitati, est peccatum, sicut dicit Augustinus[3], dicens quod « sciat se fidem christianam et Baptismum praevaricasse et apostatam esse, id est retro abeuntem ».

3. Ad tertium vero [h] dicendum quod excommunicatio per se respicit divinationem ut est culpa, per consequens tamen respicit indebitum modum acquirendi cognitionem superstitiosam.

MEMBRUM II.

Quae sint differentiae divinationis[4].

Secundo quaeritur quae sint differentiae divinationis.

Et ponuntur quinque: mantice, maleficium, sortilegium, augurium, praestigium. Praeter has etiam est mathesis, quae fit in constellationibus, sicut sunt [i] genethliaci, qui considerant nativitates et alia quae similiter considerantur sub notationibus siderum. Est etiam divinatio quae fuit [k] in aris idolorum, et tales dicebantur arioli; quaedam etiam divinatio fit per somnia.

783

CAPUT I.

DE RATIONE NUMERI DIFFERENTIARUM DIVINATIONIS.

Iis ergo differentiis acceptis, ponenda est ratio divisionis. Est autem [l] quaedam divinatio quae tantum fit per invocationes [m] daemonum. Est alia, quae fit aliquibus aliis rebus adiunctis, quibus provocantur daemones et homines ad infidelitatem pertrahuntur, eo quod aliquando contingit sicut coniciunt vel praedicunt. Hoc autem contingit vel per res aliquas vel per rerum phantasias. Per res vero contingit multipliciter: aut per res superiores, sicut faciunt [n] mathematici, qui nativitates hominum considerant et qualitates eorumdem; aut per res inferiores, et hoc contingit aut in elementis, sicut sunt geomantia, hydromantia, aërimantia [o], pyromantia. Si vero in rebus elementatis, hoc contingit multipliciter [p]: vel in rebus animatis vel in rebus inanimatis. In rebus inanimatis, sicut cum fiunt quaedam [q] ligaturae lignorum vel aliarum rerum. In rebus vero animatis, sicut est in augurio vel in [r] auspicio: auspicium est in aspectu volatus avium, augurium in garritu. — Quaedam etiam fit in [s] mortuis animalibus vel in figura mortuorum animalium, et haec dicitur « necromantia: νεκρόν enim graece, mortuum [t] latine dicitur, μαντεία divinatio. Ad

---

[a] L *pudenda.* [b] BTL *contra.* [c] BLZ *respuerint.* [d] V *tamen.* [e] B om. [f] L *actiones.* [g] Z *tenetur.* [h] VB om. [i] T om.; LZ *que* pro *sicut*, quod F corr. [k] B *fit.* [l] V *etiam.* [m] V *invocationem.* [n] Z om., in R est add. mg. [o] V om. [p] R *dupliciter.* [q] T om. [r] T om. [s] B om. [t] Ita V, alii *mortuus.*

1 Loc. cit., n. 31 (PL 82, 313).

2 Gratian., *Glossa* post C. 26, q. 5, c. 13 (I 1032).

3 Ap. Gratian., *Decretum*, C. 26, q. 7, c. 16 (I, 1045 sq.), ubi Augustino adscribitur.

4 Cf. Augustin., *De doctr. christ.*, II, c. 19 sqq. (PL 34, 50 sqq.); Isidor., *Etymol.*, VIII, c. 9, (PL 82, 310 sqq.); Gratian., *Decretum*, C. 26, q. 1, c. 6, q. 3 et 4, c. 1 et q. 5, c. 14 (I, 1021 sq., 1024 sq., 1032 sqq.).

huiusmodi autem suscitanda cadaveris sanguis adicitur: nam amare daemones sanguinem dicuntur, ideoque quotiens necromantia fit, cruor aquae miscetur, ut facilius daemones provocentur [1] ». — Divinatio autem quandoque fit in phantasiis rerum: aut in ludificatione exterioris sensus, scilicet visus, et hoc modo est [a] praestigium, cum diabolicis illusionibus hominum oculi praestinguuntur [b] ne possint cernere quod verum est; aut hoc est per somnia, quae ad vim imaginativam pertinent, sicut est in iis qui coniectores sunt somniorum. — Quaedam etiam [c] divinatio fit per res artificiales, sicut per caracteres, et hoc est in scripturis; vel per imagines cereas vel alias, sicut in maleficiis. — Quaedam etiam fiunt per res casuales, sicut in sortilegiis; sortilegia autem dicuntur, quae « sub nomine fictae religionis » quaedam [d] futura coniciunt [2].

CAPUT II. 784

QUAE SIT DIFFERENTIA INTER QUINQUE PRINCIPALES SPECIES DIVINATIONIS.

Potest autem quaeri quae differentia sit inter illas quinque species quae assignantur ipsius divinationis in principio.

Videtur enim 1. quod maleficium non distinguatur a mantice [e]. In necromantia enim, quae est species manticae, potest esse maleficium: maleficium enim est quo procuratur alicuius incommodum; hoc autem potest esse [in] necromantia; ergo hae duae [f] species non videntur differre.

2. Similiter videtur de sortilegio, in quo potest fieri procuratio alicuius maleficii.

3. Praeterea, non videtur divinatio esse genus ad omnia ista per hoc quod dicitur Deuter. 18, 10-11, ubi dicitur: *Non sit maleficus nec incantator nec qui pythones consulat neque divinos.* Connumeratur ergo divinatio [g] cum aliis; non ergo est commune ad omnia illa.

4. Item, praestigium potest esse maleficium: potest enim ludificatio fieri in visu exteriori ad incommodum alterius.

5. Praeterea, cum ponantur quinque species principales ipsius divinationis, praeter illam quae est in fatis et constellationibus, potest quaeri quae sit ratio distinctionis inter illa, utrum scilicet penes fines differant vel penes materiam vel penes formam.

[Solutio]: 5. Ad quod dici potest quod divisio illa potest attendi secundum materias sive quantum ad illa per quae fit divinatio: per alia enim fit divinatio [h] in mantice et in maleficio et in sortilegio et in [i] augurio et praestigio et fatali divinatione [3]. In mantice enim aliqua fiunt, per quae fit daemonum invocatio, ut [k] per illos cognoscantur futura. In maleficio vero fiunt ligaturae vel imagines vel caracteres [l], ut aliquod commodum vel incommodum sequatur, per quod incidant homines in infidelitatem, credentes virtutem esse illius imaginis vel ligaturae vel caracteris, cum non sit. Sortilegium autem, cum aliquae sortes proiciuntur in electionibus ecclesiasticis vel in factis hominum spiritualibus, ut quodam modo tentetur Deus et voluntas divina indebito modo cognoscatur. Augurium autem est cognitio futurorum indebita per garritus avium vel per volatus — sumitur enim [m] hoc nomen augurium sic communiter — ex quo pertrahi possunt homines ad falsam credulitatem. Praestigium autem est [n], cum operatione daemonum illuduntur homines ut non [o] videant quod verum est, sed credant [p] quod non est. De hoc dicit Augustinus, in libro *De civitate Dei* [4]: « Nec mirum de Magorum [q] praestigiis, quorum in tantum prodiere maleficiorum [r] artes ut etiam Moysi simillimis [s] signis resistentes, vertentes [t] virgas in dracones et aquam [u] in sanguinem mutasse ferantur ». De [v] iis multa dicit Augustinus recitando, in libro *De civitate Dei*, XVIII [5], in quibus non attenditur veritas rei, sed phantasia et hominum ludificatio a daemonibus.

1. Ad primo autem obiectum respondendum est quod necromantia, prout est species manticae, in hoc differt a maleficio proprie dicto [x] quod in necromantia fit divinatio sub [y] speciebus corporum mortuorum cum invocatione daemonum ut cognoscantur futura; maleficium vero [z] ut operatione

---

[a] V *fit.* [b] VBT *prestringuuntur*, RZ *prestiguuntur*, quod F corr. [c] V *autem.* [d] R add. *vero.* [e] B *differatur a mantica* pro *d. a. m.* [f] L om. [g] Ita V, alii *divinus.* [h] B om. *p. a. e. f. d.* [i] BTR om. [k] V *et.* [l] V om. *y. i. v. c.* [m] Z *autem;* F om. *per.* [n] Ita B, alii om. [o] B om.; L om. *est.* [p] Ita F (corr.), alii *credunt.* [q] T *maiorum.* [r] RLZ *maleficorum.* [s] Codd. *in illis.* [t] V om. [u] V *tamquam* pro *e. a.;* R *si quam.* [v] Ita B, alii *ferantur. Et de* pro *m. f. D.* [x] Codd. add. *in hoc;* V om. *in,* in T est add. interl. [y] L *que.* [z] V *est.*

[1] Isidor., loc. cit. (PL 82, 312); ap. Gratian., *Decretum*, C. 26, q. 5, c. 14, § 2 (I, 1032).

[2] Cf. Isidor., *Etymol.*, VIII, c. 9, n. 28 (PL 82, 313); ap. Gratian., *Decretum*, C. 26, q. 1, c. un. (I, 1020).

[3] Cf. supra, num. 783.

[4] Rectius Isidor., loc. cit. (PL 82, 311); cf. Augustin., *De Trinit.*, III, c. 7 (PL 42, 875).

[5] Capp. 16-18 (PL 41, 573 sqq.).

daemonum cognoscatur aliquid fiendum commodum vel incommodum; unde magis convertitur ad operationem, licet ibi sit de cognitione.

2. Ad illud vero quod obicitur de sortilegio, dicendum quod sortilegium aliquando sumitur communiter, aliquando proprie. Secundum quod communiter [a] accipitur, maleficium continetur sub sortilegio; secundum autem quod proprie sumitur sortilegium cum proiectione sortium [b] ad aliquid cognoscendum, non est maleficium: maleficium enim magis est ad operandum aliquid virtute daemonum, quod ex alia tamen virtute falso creditur fieri.

3. Ad tertium vero [c] dicendum quod divinatio aliquando accipitur communiter, et sic continet maleficium et sortilegium; aliquando vero appropriatur, sicut habetur Deuter. 18, 11, ut divini dicantur qui per constellationes futura coniectant [d] modo indebito, sicut est [e] de nativitatibus hominum et de affectionibus animarum.

4. Ad illud vero quod consequenter obicitur, dicendum [f] quod praestigium per se est ut operatione daemonum phantasia humana vel visus ludificetur ad hoc quod credatur quod non est; ad hoc autem [g] non tendit maleficium, sicut dictum est [1].

785

CAPUT III.

DE DIFFERENTIIS DIVINATIONIS QUAE IN DEUTERONOMIO ET LEVITICO PONUNTUR.

Potest etiam quaeri de hoc [h] quod Deuter. 18, 10-12 ponuntur octo differentiae, cum dicitur: *Non sit qui ariolos sciscitetur et observet* [i] *somnia atque auguria; nec sit* [k] *maleficus nec incantator nec qui pythones consulat neque divinos et quaerat a mortuis veritatem: omnia enim haec abominatur Dominus.* Levit. vero 19, 26-28 non tot dicuntur; dicitur enim [l]: *Non augurabimini, non observabitis* [m] *somnia, non figuras aliquas aut stigmata* [n] *facietis;* et post sequitur [2]: *Non declinabitis ad magos nec ab ariolis sciscitabimini aliquid, ne polluamini per eos.*

[Solutio]: Ad quod dici potest quod in Deuteronomio enumerantur differentiae divinationis specialiter, in Levitico vero [o] sub quadam generalitate, ut sub magis et ariolis comprehendantur speciales differentiae quae numerantur in Deuteronomio, praeter illas quae dicuntur in Levitico, vel forte plures differentiae divinationum pervenerunt ad usum malorum, cum dabatur Deuteronomius, quam tempore quo dabatur Leviticus. Distinguit autem separatim in Levitico quasdam differentias ab aliis, ut ostendat diversas esse differentias divinandi: alius enim modus est divinandi per res vel [p] rerum similitudines sive signa, et de illis dat primo prohibitionem; alius [q] vero per daemonum invocationem immediatam, et de illis dat prohibitionem secundo. In Deuteronomio autem has et illas commiscet, ostendendo differentias divinationum secundum differentias earum [r], per quas potest homo trahi ad infidelitatem differenter.

786

MEMBRUM III.

Utrum divinatio sit licita.

Tertio quaeritur utrum divinatio sit licita.

Et videtur quod non, *a.* per hoc quod dicitur Num. 23, 23: *Non est augurium in Iacob neque divinatio in Israel,* in quo innuitur quod non fuit licitum. Similiter habitum est Levit. 19, 26, ubi fit prohibitio, et in [s] Deuter. 18, 10-12, sicut dictum est. Dicit autem Augustinus [3] super illud Levit. 19, 26: *Non augurabimini:* « Qui haec observare curat, Deum nititur infamare, tamquam avibus plus quam Deo scientiam tribuat [t] ».

b. Item, Isai. 8, 19: *Cum dicunt ad vos: quaerite a pythonibus et divinis, qui strident* [u] *in incantationibus, numquid non populus requiret* [v] *a Deo suo visionem?* quasi diceret: requirere debet, et non ab illis [x]. Non ergo tantum est malum divinationem facere, sed divinationi credere: *non* enim *solum qui agunt, sed et qui consentiunt digni sunt morte* [y], Rom. 1, 32.

c. Similiter dicit Apostolus ad Gal. 4, 10-11: *Dies observatis et tempora et menses et annos; timeo ne forte sine causa laboraverim in vobis.*

---

[a] L om. *a. p. S. q. c.* [b] V add. *est.* [c] V om. [d] V *coniecturant.* [e] T om. [f] Ita F, alii add. *est.* [g] T *enim.* [h] FL *hac.* [i] T add. *omnia.* [k] V om. [l] V add. *ibi.* [m] T *nec observabitis omnia* pro *n. o.* [n] V *figmenta.* [o] V om. [p] VF add. *per.* [q] R *secundus.* [r] Ita B, alii *eorum.* [s] V *habetur 19* pro *habitum... in.* [t] V *tribuit.* [u] V *student.* [v] B *requireret.* [x] B *aliis.* [y] V add. *ad.*

1 Cf. supra, *ad 2.*
2 Levit. 19, 31.
3 Cf. *Glossa ordin.*, in h. l., ap. Lyran., ex Hesychio, in h. l. (PG 93, 1035).

d. Similiter dicitur Levit. 20, 6: *Anima, quae declinaverit ad magos et ariolos et fornicata fuerit cum eis, ponam faciem meam contra eam.*

Ex iis accipitur quod tam divinationem facere quam divinationem quaerere sive ei credere sit illicitum.

Sed contrarium videtur, 1. per hoc quod dicitur Gen. 44, 5, de scypho, *in quo solet* Ioseph *augurari,* sicut dicit famulus eius, et post subditur ab [a] ipso Ioseph [1]: *An ignoratis quod non sit similis mei* [b] *in augurandi scientia?* Cum ergo uteretur Ioseph augurio, sicut ibi videtur, non est augurium illicitum; augurium autem [c] pro divinatione sumitur ibi [d]; ergo divinatio non est illicita.

2. Item [2], legitur in [e] Iosue 7, 16-22 quod Iosue praecepto Domini sorte exquisivit peccatum Achan, et Saul comprehendit [f] sorte Ionatham filium suum comedisse de favo mellis [3]. Ex iis videtur quod divinatio sit licita. Similiter habetur Ion. 1, 7 quod *miserunt sortes et cecidit sors super Ionam* [g].

[Solutio]: Ad quod potest responderi quod divinatio omnibus modis supra dictis illicita est, nisi forte dicatur de illa quae fit mediante sorte, dè qua infra agetur [4]. De aliis autem [h] patet quod sunt prohibitae et in Veteri et in Novo Testamento. Sortilegium etiam prohibitum est sub illa ratione quam ponit Isidorus [5]: « Sortilegi sunt qui sub nomine fictae religionis per quasdam, quas Sanctorum sive Apostolorum vocant, sortes, divinationis scientiam profitentur aut quarumcumque scripturarum inspectione futura promittunt ». — Quod autem divinatio sit illicita, patet per hoc quod dicitur in *Canone* [6]: « Qui divinationes expetunt et mores gentium subsequuntur vel in domo sua huiusmodi homines introducunt, exquirendi aliquid arte magica aut expiandi [i] causa, sub regula quinquennii subiaceant secundum gradus poenitentiae definitos ».

[Ad obiecta]: 1. Ad illud vero [k] quod obicitur in contrarium, dicendum [l] quod Ioseph non usus est augurandi [m] scientia, sed habuit spiritum praevidendi aliqua futura a Deo. Quod autem dicit sui [n] similem non esse *in augurandi* [o] *scientia,* hoc, secundum Augustinum [7], « ioco [p] dictum est, non serio »; unde « non est habendum mendacium: mendacia enim a mendacibus serio aguntur, non ioco ».

2. Ad illud vero quod dicitur de Iosue et de Saule, dicendum est quod permissum fuit ante publicationem Evangelii, et tunc temporis [q] cum invocatione Dei, nullatenus autem cum invocatione daemonum; Iosue autem et Saul cum invocatione divina sortes miserunt. Oportet etiam [r] quod adfuerit necessitas: necessitas enim aliquando facit licitum quod alias non esset licitum. Unde Beda [8]: « Si qui, necessitate aliqua compulsi [s], Deum putant sortibus esse consulendum exemplo Apostolorum [9], videant illos nonnisi precibus fusis ad Deum egisse ».

MEMBRUM IV. 787

Utrum divinationibus sit fides adhibenda.

Quarto quaeritur utrum divinationibus sit fides adhibenda.

Quod videtur, 1. per hoc quod dicit Augustinus, in libro *De divinatione* [t] *daemonum* [10], ubi dicitur: « Daemones quandoque pronuntiant ea quae ipsi facturi sunt, aliquando autem non quae facturi sunt, sed quae futura esse praenoscunt [u] naturalibus signis ». Ergo eis credulitas potest adhiberi.

2. Item, Augustinus, in IX *De civitate Dei* [11]: « Daemones non aeternas temporum causas et quodam modo cardinales in Dei sapientia contemplantur, sed quorumdam signorum nobis occultorum maiore experientia multo plura quam homines futura conspiciunt ».

3. Item, « aliud est temporalibus temporalia et mutabilibus mutabilia coniectare [v] eisque temporalem et mutabilem motum suae voluntatis et facultatis inserere, quod daemonibus certa ratione

---

[a] Z *sub.* [b] Ita BTF (corr.), alii *el.* [c] T om. [d] LZ om. [e] V om. [f] B *comprehendebat.* [g] T *Ionatham.* [h] T om. [i] V *expediandi,* R *expienda.* [k] F om. [l] Ita V, alii add. *est;* L om. *Ioseph.* [m] TR *auguriandi.* [n] Codd. *se.* [o] TFLZ *auguriandi.* [p] VR *loco.* [q] V *ipsis.* [r] R *autem.* [s] T *compulsit.* [t] BTZ *divinationibus.* [u] VFLZ *precognoscunt.* [v] VLRZ *coniecturare.*

1 Gen. 44, 15.

2 Sequentia exempla habet Gratian., *Glossa* ante C. 26, q. 2, c. 1 (I, 1020).

3 Cf. I Reg. 14, 42 sqq.

4 Cf. infra, p. 775 sq.

5 *Etymol.,* VIII, c. 9, n. 28 (PL 82,313); ap. Gratian., *Decretum,* C. 26, q. 1, c. un. (I, 1020).

6 Ap. Gratian., *Decretum,* C. 26, q. 5, c. 2 (I, 1027).

7 *In Heptat.,* I, q. 145 (PL 34, 587); ap. Gratian., *Decretum,* C. 22, q. 2, c. 18 (I, 872).

8 *In Act. I,* 1 (PL 92, 945); ap. Gratian., *Decretum,* C. 26, q. 2, c. 4, § 1 (I, 1021).

9 Cf. Act. 1, 24 sq.

10 Cap. 5 (PL 40, 586); ap. Gratian., *Decretum,* C. 26, q. 3 et 4, c. 2 (I, 1025 sq.).

11 Cap. 22 (PL 41, 274), ubi et sequens.

permissum est, aliud autem [a] in aeternis legibus mutationes temporum praevidere, quod sanctis angelis donatum est [1] ». Cum ergo rerum mutabilium causae propinquae sint res mutabiles, in eis autem cognoscant daemones [b] et qui futura divinationibus cognoscunt [c], divinationibus potest fides adhiberi.

4. Praeterea, maior est perspicacitas intelligentiae angelicae quam humanae; sed adhibenda est fides hominibus, cum vera loquuntur ex iis quae per se acceperunt; multo ergo fortius videtur quod adhibenda sit fides illis quae ab angelis, licet [d] malis, revelentur.

Contra. *a.* Daemonum intentio est ad fallendum; hoc autem fit maxime in divinationibus; ergo divinationibus non est fides adhibenda.

b. Item, *diabolus est mendax et pater eius* [2]; sed mendacibus non est fides adhibenda; non ergo est adhibenda fides [e] illis vel divinis, qui ab eis accipiunt.

c. Item, obscuratus est intellectus daemonum [3] et illorum qui eis credunt circa rerum cognitionem propter peccatum, quod maxime est in [f] eis profundatum; ergo non est eis [g] fides adhibenda de rerum certitudine.

d. Item, solius Dei est praescire [h] futura vel eius qui ab ipso accipit [i] tamquam a speculo aeterno, quemadmodum est de angelis [k] sanctis et Prophetis [4]; per hanc autem viam non [l] accipiunt divini, immo per oppositum; non ergo praesciunt futura; ergo eis non est adhibenda fides de praescientia futurorum.

[Solutio]: Quod concedendum est. Unde, licet aliquando vera dicant divini sive daemones in ipsis divinationibus, non tamen est eis credendum. Dicit enim Augustinus, in libro [m] *De natura daemonum* [5], quod « fallunt etiam studio fallendi et invida [a] voluntate, qua hominum errore laetantur; sed ne apud cultores suos pondus auctoritatis amittant, illud agunt, ut interpretibus [b] suis signorumque coniectoribus [c] culpa tribuatur ».

[Ad obiecta]: 1. Ad illud vero quod obicitur quod 'ipsi pronuntiant ea [d] aliquando, de quibus certi sunt, utpote de factis suis vel de [e] huiusmodi; unde de iis potest fides adhiberi': respondendum est quod, licet etiam vera pronuntient, non minus sunt execranda ea quae operatione daemonum ad deceptionem hominum fiunt. Unde Augustinus, in libro *De doctrina christiana* [6]: « Non quia imago Samuelis mortui Sauli vera pronuntiavit, propterea talia sacrilegia, quibus illa [f] imago praesentata est, minus execranda sunt ».

2. Ad secundum dicendum [g] quod, licet daemones propter maiorem experientiam quam habent multo plura cognoscant quam homines [7], tamen respectu certitudinis futurorum deficiunt aliquando plus quam homines vel tantum, et ita de certitudine futurorum sive eventu non est eis fides adhibenda.

3. Ad tertium vero [h] dicendum quod, licet rerum mutabilium causae propinquae sint res mutabiles, tamen de ipsis causatis vel causis daemones non habent certitudinem, sed coniecturam fallibilem, et ideo in [i] eis non est fides adhibenda sive in divinationibus.

4. Ad quartum vero [k] dicendum quod, licet perspicacitas sit maior secundum naturam in daemonibus, et ita secundum naturam possent melius cognoscere, tamen propter voluntatem continuam decipiendi et propter obscurationem [l] intellectus ex culpa [m] non est eis fides adhibenda quemadmodum hominibus, de quibus praesumitur quod vera dicere intendant.

788

MEMBRUM V.

De poena divinationem consequente.

Quinto quaeritur de poena divinationem consequente.

Quod autem sint excommunicandi, patet per hoc quod dicitur in *Canone*, XXVI, quaest. 5 [8]; sed de poenitentia [n] potest quaeri quanta debeatur ipsis divinis et sortilegis [o].

---

[a] T *est;* B om. *in.* [b] R om. [c] V *cognoscit.* [d] B om. [e] VLZ om., in F est add. interl.; R om. *non... fides.* [f] V *inest* pro *e. i.* [g] F *et;* Z om. *est.* [h] BT *acceperit;* V om. *a.* [k] LZ *singulis,* quod F corr.; F om. *est.* [l] V om.; VRLZ om. *divini,* in F est add. mg. [m] Ita BT, alii om. *i. l.*

[a] V *invidia,* quod TL corr. [b] V *in precibus.* [c] RZ *coniectationibus.* [d] R om. [e] R om. [f] V om. [g] Ita V, alii *vero dicendum est.* [h] V om. [i] BZ om. [k] V om. [l] R *observationem,* quod FL corr. [m] V add. *tamen;* T om. *eis.* [n] V *pena.* [o] VT *sortilegiis,* quod FR corr.

1 Cf. Alex. Hal., *Summa theol.*, II, num. 128.
2 Ioan. 8, 44. 3 Cf. supra, num. 112 sqq.
4 Cf. Alex. Hal., *Summa theol.*, II, num. 139.
5 *De divinat. daem.*, c. 6, n. 10 (PL 40, 587); ap. Gratian., *Decretum*, C. 26, q. 3 et 4, c. 2, § 3 (I, 1026), ubi sub citato titulo affertur textus Augustini.
6 Lib. II, c. 23, n. 35 (PL 34, 52 sq.); ap. Gratian., *Decretum*, C. 26, q. 2, c. 6, § 4 (I, 1022).
7 Cf. Augustin., loc. cit.; Lombard., II *Sent.*, dist. 7, c. 5 sq. (p. 336 sq.).
8 Ap. Gratian., *Decretum*, C. 26, q. 5, c. 1 sqq. (I, 1027 sqq.).

Et videtur quod quinquennis[a], *a.* per hoc quod dicitur in *Canone*[1]: « Qui divinationes expetunt et morem gentium sequuntur vel in domo sua homines introducunt exquirendi aliquid causa arte magica, sub regula quinquennii iaceant ».

Contrarium autem videtur, 1. quod dicitur in *Canone,* quod pro gravi peccato mortali septennis poenitentia iniungitur, sicut habetur XXXIII, quaest. 2, *Hoc ipsum*[2]. Et ponitur exemplum de Maria, sorore Aaron, de qua praecepit Dominus [b][3] quod esset *extra castra septem diebus.* Et post sequitur[4]: « Maiorum criminum poenitentia septem annorum spatio [c] concludatur ».

[Solutio]: 1. Ad quod responderi potest quod, licet ita regulariter statuta sit poenitentia septennis, tamen aliquando iniungitur maior vel minor secundum qualitatem et quantitatem delicti. Et secundum hunc modum potest illud intelligi quod supra dictum est[5]: multi enim sunt qui in talibus non credunt esse peccatum et [d] ex quadam curiositate sive propter commoditatem hoc efficiunt vel inquirunt.

MEMBRUM VI.

De quibusdam pertinentibus ad aliquas differentias divinationis.

CAPUT I. 789

UTRUM HUIUSMODI COGNITIO SIT A DEO VEL A DIABOLO.

Sexto quaeritur de quibusdam pertinentibus ad aliquas differentias divinationis. Sed prius quaeratur in genere utrum huiusmodi cognitio sit a Deo vel a diabolo.

Et videtur quod sit a Deo [e], 1. per hoc quod dicitur in libro *De libero arbitrio*[6]: « Quis audeat dicere disciplinam esse malum? » Et iterum[7]: « Nullo modo dixerim aliquam intelligentiam malam esse posse ». Illa ergo intelligentia, quae datur per illam viam [f], non mala est, sed bona.

2. Item, intelligere [g] est ipsa luce mentis illustrius perfectiusque vivere [h], Augustinus, in libro *De libero arbitrio*[8]; sed [i] hoc bonum est; igitur huiusmodi cognitio, cum sit intelligentia, bonum est, et ita a Deo est.

Contra. *a.* Augustinus, *De civitate Dei*[9]: « Haec vanitas magicarum artium ex traditione malorum angelorum in toto terrarum orbe plurimis saeculis invaluit [k] ». Et iterum[10]: « Per inventiones eorum inventa sunt aruspicia [l], augurationes et oracula ». Ergo huiusmodi cognitiones sunt a diabolo.

b. Origenes[11]: « Est quaedam operatio daemonum in ministerio [m] praescientiae, quae artibus quibusdam ab iis [n], qui se daemonibus mancipaverunt, colligitur, et [o] nunc per sortes, nunc per auguria, nunc ex contemplatione fibrarum [p] comprehendi videtur; haec autem omnia operatione daemonum fieri non dubito ».

[Solutio]: Ad quod dicendum quod cognitio ista, cum est verorum, quoad hoc quod verorum [q] est, a Deo est [r] primo: omne enim verum est a veritate prima; unde et ipsa cognitio vera est ab ea. Quoad hoc autem [s] quod illo modo requiritur quo requiri non convenit, scilicet per invocationem daemonum, non est a Deo. — Si autem quaeratur ' utrum talis ars divinandi sit a Deo ', dicendum est quod non; unde nec etiam [t] ars dicenda est: non enim ex ordinatis principiis est, sed ex illusionibus diabolicis. Cum autem falsa praedicuntur modo divinationis, totum est a daemonibus vel ex humanis adinventionibus.

[Ad obiecta]: 1-2. Ad illud vero quod obicitur in contrarium, dicendum est quod in libro *De libero arbitrio* loquitur de scientia veri nominis, quae est a Deo, cum scilicet ex ordinatis principiis est vel ad cognoscendum vel ad operandum. Illa etiam cognitio [u] quae est a Deo de futuris immediate, licet non sit ex ordinatis principiis accepta, sed ex revelatione divina, in genere etiam bonorum et multo magis est connumeranda, eo quod ipsa accipitur ex illo principio primo, quod mutari non potest.

---

[a] V *quinquennii,* LZ *quinquenniis,* quod F corr. [b] T om. [c] Z *separatio,* quod F corr. [d] B *sed.* [e] L om. *vel... Deo.* [f] V om. [g] V *intelligentia,* quod F corr. [h] F (corr.) *videre.* [i] V om. [k] Ita V, alii *valuit.* [l] Z *auspicia.* [m] T *misterio.* [n] F *eis;* BT *que* pro *qui se.* [o] V om. [p] Codd. *umbrarum.* [q] L (corr.) *verum.* [r] L exp. [s] B om.; T om. *hoc.* [t] T om. [u] V *precognitio* pro *e. c.*

1 Loc. cit., c. 2 (I, 1027).
2 Ap. Gratian., *Decretum,* C. 33, q. 2, c. 11 (I, 1155).
3 Num. 12, 14.
4 Gratian., *Glossa* in can. cit.
5 Cf. supra, sub litt. *a.*
6 Augustin., lib. I, c. 1, n. 2 (PL 32, 1223).
7 Loc. cit., n. 3.
8 Lib. II, c. 3, n. 7 (PL 32, 1244).
9 Rectius Raban., *De magicis artibus* (PL 110, 1097); ap. Gratian., *Decretum,* C. 26, q. 1, c. 7 (I, 1023).
10 Loc. cit.
11 *In Num.,* hom. 16, n. 7 (PG 12, 698).

790 CAPUT II.

QUARE PERMITTAT DOMINUS ILLUDI HOMINIBUS A DAEMONIBUS.

Deinde quaeritur quare permittit[a] Dominus per hanc viam illudi[b] hominibus ab ipsis daemonibus.

[Solutio]: Ad quod respondet Augustinus[1]: « Iis portentis per daemonum fallaciam illuditur curiositas humana, quando id impudenter appetunt scire quod eis nulla ratione competit investigare. Haec autem potestas ideo[c] datur immundis spiritibus, ut pravos homines seducant, illos scilicet qui spernunt veritatem et credunt mendacio ». Et iterum, in libro *De doctrina christiana*[2]: « Iudicio quodam divino[d] occulto traduntur homines illudendi et decipiendi pro meritis voluntatum suarum ».

791 CAPUT III.

UTRUM PECCATUM SIT DE REBUS FURTIM SUBLATIS INVESTIGARE PER INSPECTIONEM ASTROLABII VEL PER IUDICIA ASTRORUM.

Deinde quaeritur utrum peccatum sit investigare de rebus furtim sublatis per inspectionem astrolabii et per iudicia astrorum.

Videtur enim quod non sit peccatum. 1. Cum enim multa fiant secundum cursus eorumdem, iudicare de illis per ipsos motus astrorum et coniunctiones et aspectus non erit peccatum.

2. Praeterea, doctrina astronomiae utilis est et concessa; unde Hieronymus[3]: « Discant ea mente dogmata et doctrinam Chaldaicam, qua[e] et Moyses omnem sapientiam Aegyptiorum didicerat[4] ». Cum ergo huiusmodi iudicia ad astronomiam pertineant, non est[f] peccatum iis intendere.

Sed videtur contrarium, *a.* per hoc quod dicitur Col. 2, 3, super illud: *Thesauri sapientiae et scientiae absconditi,* Glossa[5]: « Ideo[g] despecta sunt a nobis quae sunt in astrologia et geometria, quia nihil ad salutem pertinent, sed magis mittunt in errorem et a Deo avocant, ut dum iis[h] student dispositionum ratiocinationibus, curam animarum suarum non agant[i] ».

b. Item, Augustinus, in V *De civitate Dei*[6]: « Non immerito creditur, cum astrologi mirabiliter multa vera respondent, occulto[k] fieri instinctu spirituum non bonorum, quorum cura est has falsas et noxias opiniones de astralibus[l] fatis inserere mentibus humanis atque firmare, non horoscopi notati[m] et inspecti aliqua arte, quae nulla est ».

c. Item, hoc idem videtur per hoc quod dicitur in[n] *Extra, De sortilegiis, Ex tenore*[7], ubi dicitur quod quidam « presbyter cum quodam ad privatum locum accessit, non ea intentione ut invocaret[o] daemonium, sed ut inspectione astrolabii furtum cuiusdam ecclesiae posset recuperare », sicut dicebat[p]; « quod licet pro bono zelo et simplicitate fecisse proponat, tamen gravissimum fuit[q] » peccatum. Restat ergo quod peccatum est per inspectionem astrolabii et iudicia astronomica inquirere ea quae subsunt libero arbitrio.

[Solutio]: Ad quod videtur dicendum quod sunt quaedam iudicia de iis[r] quae sequuntur proprie mutationem astrorum, sicut est de calore et frigore, imbre et siccitate, et de talibus non est peccatum arguere, salva Dei virtute, quae praeeminet. Si autem fiat iudicium de iis quae subsunt[s] libero arbitrio, quae non sunt subiecta legi astrorum[8], peccatum est in iis magnam fidem adhibere. Generaliter autem, ubi intervenit invocatio[t] daemonum vel aliud superstitiosum, grave est peccatum.

[Ad obiecta]: 1. Ad illud vero[u] quod obicitur, dicendum est quod non reprobatur ipsa scientia astronomiae nec universaliter omnia iudicia, sed,

---

[a] Z *permittat.* [b] V *alludi.* [c] T *non,* Z *sicut.* [d] V *omnino.* [e] R *quia.* [f] BT add. *tantum.* [g] BT *non.* [h] Ita F (corr.), alii *hii.* [i] Ita V, alii *agunt.* [k] VRLZ *occulta,* quod F corr. [l] LZ *astrolibus.* [m] Ita TR, alii *vocati;* V om. *et.* [n] V om. [o] R *vocaret.* [p] L *dicebant,* quod B corr. [q] V *sit,* R *fit.* [r] B om. *d. l.* [s] FL *subsint.* [t] FRLZ *innovatio.* [u] V om.

1 Raban., *De magicis artibus* (PL 110, 1099); ap. Gratian., *Decretum,* C. 26, q. 5, c. 14, § 8 (I, 1033).

2 Lib. II, c. 23, n. 35 (PL 34, 52).

3 *In Dan. 1,* 8 (PL 25, 497); ap. Gratian., *Decretum,* dist. 37, c. 11 (I, 139).

4 Cf. Act. 7, 22.

5 Lombardi, in h. l. (PL 192, 270), ex Ambrosiastro, in h. l. (PL 17, 427).

6 Cap. 7 (PL 41, 147 sq.).

7 Ap. Gregor. IX, *Decretales,* V, tit. 21, c. 2 (II, 822 sq.).

8 Cf. Alex. Hal., *Summa theol.,* II, num. 289.

quia illa[a] non sufficiunt ad investigationem eorum quae variantur secundum motum liberi arbitrii, circa huiusmodi est reprobatio.

2. Et[b] sic solvitur illud etiam quod consequenter[c] obiectum est.

a. Ad illud autem quod[d] obiectum est per auctoritatem Col. 2, 3, dicendum est[e] quod ipsae scientiae in se[f] bonae sunt, sicut dicit Augustinus, *Super Epistolam ad Titum*[1]: « Geometria et aliae[g] habent in sua scientia veritatem, sed non sunt scientiae pietatis »; occasionem tamen mali dant, sicut dicit Augustinus[2]: « Dum propria curiositate astrologiae catholici nimis erant intenti, minus vacabant iis quae saluti animarum erant accommodata ». Praeterea, qui multum iis innitebantur, non credebant aliqua fieri nisi quae secundum cursum naturae essent ordinata, et ideo dicitur ad Col. 2, 8: *Videte ne quis vos decipiat per philosophiam et inanem fallaciam secundum traditionem hominum, secundum elementa*[h] *mundi, et non secundum Christum.*

CAPUT IV. 792

UTRUM PECCENT PHYSICI QUI CONSIDERANT MOTUS CORPORUM SUPERIORUM.

Deinde quaeritur de ipsis physicis, qui[i] circa medicinas dandas et circa aegritudines considerant motus [corporum] superiorum, utrum peccent.

Et videtur quod non, *a.* cum ista ut[k] in pluribus varientur secundum conditiones astrorum; unde in diversis aegritudinibus movetur materia morbi secundum motus corporum superiorum.

Contrarium autem videtur, 1. per hoc quod dicit Apostolus, ad Gal. 4, 10: *Dies observatis et menses et tempora et annos* etc.

[Solutio]: 1. Ad quod[l] respondendum per hoc quod dicitur[m] ibi in Glossa. Loquitur enim de duplici genere rerum, de iis scilicet quae currunt[n] cursu naturali et de iis quae currunt cursu[o] voluntario: in iis est peccatum, in illis[p] non est. Unde Glossa[3]: « Eos culpat, qui constellationes sequuntur, dicentes 'agam[q] hoc mense commercium, quia illa stella agit mensem; non plantabo hoc anno vineam, quia bissextus est'. Illi autem non culpantur, qui naturales effectus elementorum in siderum ordinatissima conversione noverunt; dictum est enim in Gen.[4]: *Ut sint in signa et tempora* etc.[r] ».

CAPUT V. 793

UTRUM LICEAT UTI DIVINATIONIBUS QUAE FIUNT PER IMAGINES SANCTORUM.

Adhuc[s] etiam quaeritur utrum liceat uti divinationibus, quae fiunt per imagines sanctorum hominum, sicut videtur esse factum per imaginem Samuelis, sicut I Reg. 28, 7-20 habetur[t].

Et videtur quod sit licitum. 1. Non enim praesumitur quod daemones posse habeant super corpora mortuorum sanctorum, ut in eis ludificent; si ergo[u] in specie bonorum fiunt aliquae revelationes verorum occultorum, praesumitur quod hoc sit ministerio[v] bonorum angelorum; uti ergo huiusmodi vel credere non erit illicitum.

2. Ad hoc facit quod dicit Augustinus, *Ad Simplicianum*[5]: « Non est[x] absurdum credere aliqua dispensatione permissum fuisse ut, non dominante magica arte, sed dispensatione occulta, quae pythonissam et Saulem latebat, se ostenderet spiritus iusti aspectibus regis, divina eum sententia percussurus ».

Sed arguitur contrarium. *a.* Dicit enim Augustinus, *Ad Simplicianum*[6]: « Forte apparuit imago Samuelis per ficta machinamenta[y] eius qui *transfigurat se in*[z] *angelum lucis*[7] ».

b. Item, Beda[8] super illud Act. 16, 16: *Puellam*

---

[a] V om. [b] V *item.* [c] R om. [d] Ita V, alii *Quod autem* pro *A. i. a. q.* [e] T om. *per... est.* [f] V om. *i. s.* [g] V *alia;* T add. *scientie in se.* [h] FL add. *huius,* quod Z exp. [i] L om. [k] V om. [l] T *hoc.* [m] T *dicit;* Z om. *ibi.* [n] T add. *in.* [o] V om. *naturali... cursu.* [p] L (corr.) *aliis.* [q] R *agant,* quod F corr.; V *nomine* pro *mense.* [r] R om. [s] R *item adhuc.* [t] V om. [u] V *vero.* [v] T add. *sanctorum.* [x] T om. [y] Ita BTF (corr.), alii *mathematica.* [z] LZ om., in F est add. interl.

1 Rectius Hieronym., *In Tit. 1,* 1 (PL 26, 558); ap. Gratian., *Decretum,* dist. 37, c. 10 (I, 139).

2 Rectius Gratian., *Glossa* in C. 26, q. 2, c. 1. Canon praecedens est Augustini.

3 Lombardi, in h. l. (PL 192, 143), ex Augustino, *Ad Ianuarium,* epist. 55, c. 7, n. 13 (PL 33, 210).

4 Cap. 1, 14.

5 Quaest. 3, n. 1 (PL 40, 142).

6 Loc. cit., n. 2 (PL 40, 143).

7 Cf. II Cor. 11, 14.

8 *Glossa ordin.,* in h. l., ap. Lyran., ubi attribuitur Rabano, et immediate sequitur quidam textus Bedae.

quamdam habentem pythonem: « Malignus spiritus est, per quem pythonissae hoc agunt ut mortuos ad locutionem [a] et divinationem incantatorum suscitent [b] ». Et in Glossa [1] dicitur quod « rogante Saule, pythonissa vel animam Samuelis [c] vel pro eo spiritum immundum evocavit ab inferis ». Si ergo talia fiunt ministerio daemonum, illicitum est istis uti vel credere.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod, licet sub specie viri sancti fieret huiusmodi apparitio vel revelatio, tamen non est huiusmodi divinatio licita; nec est ei [d] credendum, quia hoc facit Satanas ut magis decipiat. « Si enim vere Samuel apparuisset, non utique vir iustus permisisset se adorari, qui praedicaverat Deum solum esse adorandum. Et quo modo homo Dei, qui cum Abraham *in refrigerio* [2] erat, dicebat ad virum pestilentiae dignum ardore gehennae [3]: *Cras mecum eris* [4]? »

[Ad obiecta]: 1. Ad illud vero quod primo obicitur dicendum [e] quod, licet non habeat diabolus posse super animas sanctorum mortuorum vel super corpora eorum ex se, habet tamen ut similitudo transformetur apud imaginativam [f] [5] peccatoris et ut extra sumat aliquam similitudinem ex permissione divina [6]; hoc autem merentur ipsi [g] peccatores quibus illuditur [h].

2. Ad [i] secundum vero dicendum quod, licet ipsa apparitio Samuelis posset fieri ex dispensatione divina, ex ipsis circumstantiis tamen [k] magis praesumitur quod adversarius sub specie Samuelis nec corpus illius assumendo nec animam ab inferis excitando apparuerit, et ea revelaverit quae in [l] proximo erant futura. Unde [m] dicit Augustinus [7]: « Quid mirum si imminentem prope mortem potuit praevidere, cum hoc sit unde fallit, et se in Dei [n] potestate vult adorari? »

794 CAPUT VI.

DE TRANSFORMATIONIBUS QUAE ASSERUNTUR FIERI A QUIBUSDAM VETULIS.

Deinde quaeritur de iis transformationibus quae asseruntur fieri a quibusdam vetulis, ut possint transire multa terrarum spatia et cum innumera multitudine equitare [8]. Quaeritur utrum hoc humana virtute fiat vel, si fit [o] virtute diabolica, utrum sit ibi veritas rei vel illusio.

[Solutio]: Ad quod responderi potest quod a maligno spiritualia phantasmata mentibus infidelium [p] inferuntur. Diabolus [9] enim, cum animam alicuius per talem errorem subiugaverit, transformat se in species differentes sive similitudines, et mentem, quam captivam tenet, multipliciter deludit. Nec est credendum ea, quae apparent in phantasia, in veritate corporali accidere [10]: unde nulla mutatio fit in ipsis credentibus, secundum quod creditur, sed sic apparet fieri.

795 CAPUT VII.

DE CARMINIBUS ET SCRIPTURIS SUPERSTITIOSIS.

Deinde quaeritur utrum licitum sit dicere aliqua « carmina in [q] collectionibus herbarum » aut aliquas scripturas « pro quavis infirmitate super homines vel animalia » ponere [11].

[Solutio]: Ad quod respondet Augustinus [12] quod non licet aliqua ponere « praeter *Symbolum* et orationem dominicam ». Et hoc idem dicitur XXVI, quaest. 7, *Non licet* [13]. Hoc autem fieri debet ut Deus, omnium creator et Dominus, honoretur. Si vero aliqua superstitiosa observantia addatur, etiam peccatum est.

---

[a] Z *lationem.* [b] B *sustinent.* [c] Ita VF, alii *Saulis.* [d] BT *eis.* [e] Ita V, alii add. *est;* F om. *primo.* [f] BT *imaginem.* [g] B *ipsis.* [h] V *alluditur.* [i] V add. *illud.* [k] Ita V, R *vel non,* alii *facti.* [l] V om. [m] BT add. *sicut.* [n] B *videri* pro *t. D.* [o] Ita TF, alii *sit.* [p] VBTR *fidelium.* [q] Ita BT, alii *cum.*

1 Bedae, in h. l. (PL 92, 978).
2 Sap. 4, 7. 3 I Reg. 28, 19.
4 Cf. Raban., *De magicis artibus* (PL 110, 1100); ap. Gratian., *Decretum,* C. 26, q. 5, c. 14, § 10 (I, 1034).
5 Cf. Alex. Hal., *Summa theol.,* II, num. 245.
6 Cf. Alex. Hal., loc. cit., num. 184 sqq.
7 Cf. nota 4.
8 Cf. *De spiritu et anima,* c. 28 (PL 40, 799); Augustin., *De civit. Dei,* XVIII, c. 18, n. 1 (PL 41, 574); Alex. Hal., loc. cit., p. 301, sub litt. *a.*
9 Cf. nota praecedens.
10 Cf. Alex. Hal., loc. cit., num. 243.
11 Cf. nota sequens.
12 Gratian., *Decretum,* C. 26, q. 7, c. 16 (I, 1045), ubi falso attribuitur Augustino.
13 Ap. Gratian., loc. cit., c. 13 (I, 1044).

CAPUT VIII. 796

DE ORATIONIBUS ET FIGURIS ARTIS NOTORIAE.

Deinde quaeritur de illis orationibus [a] et figuris quae sunt in arte notoria [1], utrum licitum sit eas facere, cum in [b] illis orationibus nihil videatur poni nisi quod pertinet ad pietatem religionis christianae: diriguntur enim ibi orationes ad Deum pro bonis impetrandis vel pro malis amovendis [c]; indifferens est etiam protractiones [d] tales facere quales fiunt ibidem ad designationem diversarum scientiarum.

[Solutio]: Ad quod est dicendum quod huiusmodi ars notoria [e] prohibita est nec licitum est fidem adhibere, licet aliqua ponantur ibi quae a religione fidei non discrepant: apponuntur enim ut facilius aliis credatur. Prohibita autem est multis de causis: una est, quia ponuntur ibi nomina plura quorum ignoratur intelligentia; alia est, quia attenditur ibi inspectio horarum, quasi virtute astrorum illa fierent; tertia est, quia fiunt [f] protractiones quaedam et lineationes hac intentione ut ex inspectione earum acquirantur diversae scientiae vel artes, et sic falsa credulitas in cordibus hominum generetur.

CAPUT IX.

DE SORTILEGIO.

Ultimo quaerendum est de sortibus.

Primo autem quaeritur quid sit sors;
secundo, utrum licitum sit proicere sortes;
tertio, utrum sic sortiendo sit tentare Deum;
quarto, utrum omni tempore congruat permissio sortis sicut fuit tempore Legis;
quinto, utrum exemplo Apostolorum consulendum sit sortibus [g] in electionibus vel huiusmodi factis;
sexto [h], quare plus abundat sortilegium in sexu muliebri quam in [i] virili;
septimo, utrum sortilegium sit maius peccatum quam infidelitas vel apostasia.

ARTICULUS I. 797

Quid sit sors.

[g] **Ad primum sic** [k]: Dicit Augustinus, *Super Psalmum* [2]: *In te, Domine, speravi* [3]: « Sors non est aliquid mali, sed res in humana dubitatione posita divinam indicans voluntatem ».

Circa hanc definitionem quaeritur 1. ratione eius quod dicitur « non est aliquid mali ». Videtur enim quod [l] sit malum. Continetur enim sub divinatione; divinatio autem, sicut dicit Hieronymus [4], super illud Mich. 3, 11: *Prophetae eius in mercede divinabant,* « nunquam divinatio in bona parte in Scriptura Sacra [m] accipitur ». Ergo sors, cum sit species eius, est aliquid mali.

2. Item, sors dicitur quod « in humana dubitatione est positum »; sed quod in humana dubitatione est positum non est nobis certum; quod autem indicat divinam voluntatem nobis debet esse certum; ergo non bene [n] ponuntur illa duo insimul [o] in definitione sortis.

3. Item, sors dicitur « indicans divinam voluntatem »; sed quod est indicium divinae voluntatis est signum eius; signa autem divinae voluntatis quinque dicuntur [5]: praeceptum, prohibitio, consilium, impletio, permissio; ad quod ergo illorum reducitur?

[Solutio]: 1. Ad quod dicendum quod, cum dicitur [6]: '*In manibus tuis* [p] *sortes meae*', sors accipitur ibi pro electione gratuita. Cum autem dicitur [q] 'sors non est aliquid mali', si sic accipiatur, verum est, sicut et [r] dicit Apostolus, ad Ephes. 1, 11: *In quo* [s] *sorte vocati sumus.* Si vero

---

[a] B *ordinibus.* [b] V om. [c] T add. *et.* [d] T *perpetrationes.* [e] Z *notaria.* [f] BT *sunt.* [g] T om. [h] T add. *queritur.* [i] BTZ om. [k] B *sicut.* [l] LZ add. *non,* quod F exp. [m] V om. [n] R om. [o] L *simul.* [p] Ita BT, alii *eius.* [q] BTF add. *quod.* [r] B *etiam.* [s] VZ *qua.*

1 Ars notoria, quae etiam *Clavicula Salomonis* dicitur, est species magiae pertinens ad scientiarum infusionem.
2 *Enarr.* 2, in h. l., n. 13 (PL 36, 246).
3 Psalm. 30, 1.
4 PL 25, 1183; ap. Gratian., *Decretum,* C. 26, q. 2, c. 1 (I, 1020).
5 Cf. Alex. Hal., *Summa theol.,* I, num. 272.
6 Psalm. 30, 16.

sors accipiatur pro eo quod est quasi quoddam indicium divinae voluntatis, quo modo accipitur Act. 1, 26, cum dicitur [a]: *Sors cecidit super Mathiam,* sors in se non fuit aliquid mali, sed ratione circumstantiae potest sors aliquid mali continere. Unde in *Canone* [1] dicitur: « In sortibus nihil mali inesse monstratur, prohibetur tamen fidelibus ne sub specie divinationis ad antiquos idololatriae [b] cultus redirent ».

2. Ad secundum dicendum quod sors potest accipi vel pro ipso operato, secundum quod est in fieri, et [c] sic est res dubia; vel prout est in ipso esse, quod est terminus fieri, et sic est res certa, et tunc indicatur divina voluntas. Quod ergo prius fuit res dubia, deinde fit [d] res certa, et ita non repugnant ea quae sunt in definitione [e].

3. Ad tertium vero dicendum quod sors, cum sit indicium voluntatis divinae, ad illud signum reduci potest quod est consilium; proprie tamen non est illud. Nam, cum dicitur quod quinque sunt signa voluntatis divinae quae est beneplacitum, referendum est ad actus qui sunt ex parte Dei: verbi gratia, cum praecipit aliquid vel consulit et ita de aliis. Sortes autem proicere actus est humanus; unde non est de illis signis quinque, licet in illo requiratur certitudo [f] consilii divini.

798 ARTICULUS II.

Utrum licitum sit proicere sortes.

Secundo quaeritur utrum licitum sit proicere sortes.

Et videtur quod sic. *a.* Dicitur enim Prov. 18, 18: *Contradictiones comprimit sors.* Sed hoc est bonum, comprimere [g] scilicet contradictiones; ergo sortes proicere [h] bonum est.

b. Item, Prov. 16, 33: *Sortes mittuntur in sinum* [i], *sed a Domino temperantur.* Sed hoc modo mittere sortes non est malum; ergo proicere sortes non est malum.

c. Item, cum quaedam civitas esset obsessa et clerus dubitaret qui deberent fugere, qui manere, respondit Augustinus [2] sorte esse dirimendum [k].

d. Praeterea, fiunt etiam ad dirimendum dubitationes humanas quotidie sortium proiectiones; ergo non est malum.

Contra. 1. Dicit Augustinus, « ad inquisitionem Ianuarii [3]: Iis, qui de paginis [l] evangelicis sortes [m] legunt, etsi optandum est ut id potius fiat quam ad daemonia consulenda recurrant [n], tamen ista mihi displicet consuetudo, ad negotia saecularia et ad vitae huius vanitatem divina oracula velle convertere ». Ex quo habetur quod proicere sortes causa negotiorum saecularium fuit superstitiosum et ita malum.

2. Item [o], in *Extra, De sortilegiis, Ecclesia vestra* [p 4], ubi dicitur « multa reprehensione » esse « dignum quod sors in talibus intervenit », et loquitur de electione cuiusdam pontificis; ergo proicere sortes in huiusmodi est malum.

[Solutio]: Ad quod dicendum [q] quod proicere sortes in illis actibus humanis qui [r] non spectant ad Deum, ut in contradictionibus humanis vel in [s] contractibus dirimendis, non est malum. In electionibus autem, ubi potest esse animarum periculum, non debet sorte contradictio comprimi, nisi necessitas magna interveniret, praecedentibus orationibus. Unde Beda [5]: « Si qui, necessitate aliqua compulsi, Deum putant sortibus exemplo Apostolorum esse consulendum, videant hoc Apostolos nonnisi collecto coetu fratrum et fusis ad Deum precibus hoc egisse [6] ».

[Ad obiecta]: Et [t] per hoc potest solvi illud quod obiectum est [u].

a-d. Rationes enim illae primo positae agunt de huiusmodi proiectione sortium quae fiunt ad contradictiones [v] humanas in negotiis et contractibus humanis dirimendis.

1. Ad illud vero quod obicitur per Augustini auctoritatem, *Ad Ianuarium,* dicendum est quod loquitur de illis sortibus, ubi pro negotiis saecularibus qualibuscumque [x] divina oracula requirebantur. Non enim exemplum Apostolorum de proiectione sortium trahendum est « ad saecularia negotia: privilegia enim singulorum communem legem omnino facere non possunt [7] ».

---

[a] V om. *c. d.* [b] V *hipocrite.* [c] R om. [d] T *futt,* quod Z corr. [e] B om. *et ita... definitione.* [f] F *rectitudo.* [g] V *exprimere.* [h] Z *prohibere;* B om. *sortes.* [i] V *signum.* [k] T *dirimendo;* F *sortes* pro *sorte;* B *est* pro *esse.* [l] VR *paganis,* quod FLZ corr. [m] VRLZ *sorte,* quod F corr. [n] B *concurrant.* [o] R *contra;* VLZ om. *in,* in F est add. mg. [p] Ita B, alii *nostra.* [q] BT add. *est.* [r] Ita F (corr.), alii *que.* [s] Z om. [t] V om. [u] B *fuit;* V om. *illud.* [v] BT *conditiones.* [x] VL *qualibetcumque,* quod F corr.

1 Gratian., *Glossa* in C. 26, q. 2, c. 1 (I, 1020).

2 Cf. *Epist.* 228, n. 12 (PL 33, 1018).

3 *Epist.* 55, n. 37 (PL 33, 222); ap. Gratian., *Decretum,* C. 26, q. 2, c. 3 (I, 1021).

4 Ap. Gregor. IX, *Decretales,* V, tit. 21, c. 3 (II, 823).

5 *In Act. I,* 25 (PL 92, 945); ap. Gratian., *Decretum,* C. 26, q. 2, c. 4, § 1 (I, 1021).

6 Cf. Act. 1, 14 sqq.

7 Hieronym., *In Ionam I,* 7 (PL 25, 1126); ap. Gratian., loc. cit.

ARTICULUS III. 799

Utrum sic sortiendo sit tentare Deum.

Tertio quaeritur utrum sic sortiendo sit tentare Deum.

Et videtur, per simile. *a.* Si enim Moyses posuisset virgas filiorum Israel in tabernaculo [1] auctoritate propria, ut videret cuius virga floreret, tentasset Dominum; similiter ergo qui mittit sortes ad cognoscendum quem cui Dominus praeferat, videtur [a] tentare Deum. Dicitur [2] enim super illud Deuter. 6, 16: *Non tentabis Dominum Deum tuum:* « Tentat [b] Dominum qui habens quid faciat, sine ratione periculo se committit, experiens utrum possit liberari a Domino ». Ex quo videtur quod [c] sit tentare Deum in [d] proiectione sortium, cum alio modo possit haberi certitudo vel cautela mali.

Sed contra hoc videtur esse [3] 1. quod Iosue [4] et alii [5] miserunt sortes, qui tamen non tentaverunt Dominum, facientes contra praeceptum: *Dominum Deum tuum* [e] *non tentabis.*

[Solutio]: Ad quod respondendum quod non est recurrendum ad Dominum per sortes vel per alia huiusmodi [f], dum homo habet quid ratione humana possit facere. Cum autem non habet, recurrendum est ad auxilium divinum, II Paralip. 20, 12: *Cum ignoramus quid agere debeamus, hoc solum residui habemus ut oculos ad te levemus.* Qui ergo vel [g] per sortes vel per aliquid [h] aliud huiusmodi inquirit auctoritatem divinam, dum habet humana ratione quo modo se [i] possit expedire in negotiis spiritualibus, quasi tentat Dominum. Non sic autem fuit de Iosue, qui hoc ex inspiratione divina faciebat.

ARTICULUS IV. 800

Utrum omni tempore congruat permissio sortis.

Quarto quaeritur utrum omni tempore congruat permissio sortis, sicut fuit in tempore Legis.

Ad quod sic: *a. Lex* est [k] umbra *futurorum,* ad Hebr. 10, 1; quamdiu ergo fuit umbra, potuerunt durare signa et non amplius; sors autem signum erat; ergo tempore Legis Veteris congruebat sors et non tempore Evangelii.

b. Item, Augustinus, in libro *De divinatione daemonum* [6]: « Artis mathematicae scientia usque ad Christum fuit concessa, ut, Christo edito, nemo exinde alicuius nativitatem interpretetur ».

Sed contra hoc obicitur 1. de Mathia, qui sorte [l] fuit electus tempore Evangelii, sicut habetur Act. 1, 26.

2. Potest etiam quaeri, cum Apostolus sorte esset electus, propter quid diaconi non fuerunt similiter [m] sorte electi [7].

3. Praeterea, cum, ad hoc quod sors valeat, requiratur inspiratio divina ad hoc quod bene fiat, quae necessitas fuit sortium, cum inspiratio divina de se [n] sufficiens esset ad manifestationem voluntatis Dei?

[Solutio]: *a.* 1-2. Ad quod dicendum quod, donec veniret Veritas in publico, concessae fuerunt sortes in electionibus et in iis quae ordinabant [o] tamquam umbra ad Veritatem. Unde dicit Beda [8]: « Hic sorte eligitur, ne a Lege discrepet, in qua summus sacerdos sorte quaerebatur, quia quaerendus erat verus [p] Sacerdos, donec veniret ille, *qui per proprium sanguinem intravit semel in Sancta* [9] sanctorum, cuius hostia in Pascha immolatur, et [q] die Pentecostes, Spiritu [r] apparente, est consummata. Donec enim veniret Veritas, figuram licuit exerceri ». Et propter hoc electio Mathiae sorte facta [s] est ante Pentecosten, in qua dabatur Spiritus Sanctus: nondum enim [t]

---

[a] R exp. [b] V *tentabit.* [c] B add. *non;* VZ *sic* pro *sit.* [d] Z exp. [e] R *enim;* F *ne* pro *non.* [f] B om. *v. p. a. h.;* T *dummodo* pro *dum.* [g] L om., in FZ est add. mg. [h] F om. [i] B *sese.* [k] T om. [l] R *de sorte qui* pro *q. s.* [m] B *sic.* [n] R om. *d. s.* [o] V *ordinabunt.* [p] FLZ *vetus.* [q] B add. *in.* [r] B add. *sancto.* [s] T add. *fuit vel.* [t] T om.

1 Cf. Num. 17, 2 sqq.
2 *Glossa ordin.,* in h. l. (PL 113, 459).
3 Plura huiusmodi exempla enumerantur a Gratiano, *Glossa* ante C. 26, q. 2, c. 1 (I, 1020).
4 Iosue 7, 16 sqq.
5 I Reg. 14, 42; I Par. 6, 63 sqq.; Ion. 1, 7; Luc. 1, 9 etc.
6 Potius Isidor., *Etymol.,* VIII, c. 9, n. 6 (PL 82, 313), ap. Gratian., *Decretum,* C. 26, q. 3 et 4, c. 1, § 7 (I, 1025).
7 Cf. Act. 6, 3 sqq.
8 Melius *Glossa ordin.,* in h. l., ap. Lyran., ex Beda, *In Act. I,* 25 (PL 92, 945).
9 Hebr. 9, 12.

omnino facta est publicatio Veritatis. Diaconi [a] autem electi sunt *in ministerium* post Pentecosten [1], ut ostenderetur quod deinceps per electionem essent praelati eligendi, non sorte.

b. Ad illud vero quod obicitur de concessione artis mathematicae usque ad Christum, intelligendum est quod concessio accipitur ibi pro permissione. Praeterea, illa iudicia [b] sive coniecturae, quas [c] fecerunt Magi de nativitate magni Regis [2], fuerunt [d] per hoc quod stellam insolitam viderunt. Dionysius etiam [e], in *Mystica theologia* [3], per eclipsim solis Christo patiente factam non secundum cursus astrorum, cognovit quod Deus naturae pateretur.

3. Ad illud vero quod obicitur quod 'tunc non essent sortes necessariae, cum inspiratio divina sufficeret': dicendum est quod, licet inspiratio divina sufficiens esset quantum est ex parte sua, nihilominus tamen fiebat proiectio sortium. Ad hoc enim quod accipiamus a Deo quod petimus, oportet non solum de potentia, sapientia et bonitate praesumere, sed etiam nostram insufficientiam ostendere: hoc autem fit in sortium proiectione. Unde sicut mali ostendunt quasi suam insufficientiam diabolo et postea ipsum invocant et in hoc peccant, ita oportuit [f] quod ipsi insufficientiam suam ostenderent Deo in dubitatione sortis et invocarent per orationem ipsum, ut suppleret defectum eorum; unde Act. 1, 24: *Orantes dixerunt: Tu, Domine* etc.

801 ARTICULUS V.

Utrum exemplo Apostolorum consulendum sit sortibus in electionibus vel huiusmodi factis.

Quinto quaeritur utrum exemplo Apostolorum consulendum sit sortibus in electionibus vel [g] huiusmodi factis.

[Solutio]: Ad quod respondet Beda [4]: « Non exemplo Mathiae vel quod Ionas Propheta sorte deprehensus sit [5], indifferenter sortibus est credendum, cum [h] privilegia singulorum, ut ait Hieronymus [6], communem legem omnino facere non possint [i] ». In *Extra* etiam, *De sortilegiis* [k] [7], habetur quod sors in electionibus non est collaudanda.

802 ARTICULUS VI.

Quare plus abundat sortilegium in sexu muliebri quam in virili.

Sexto quaeritur quare plus abundat sortilegium in sexu muliebri quam in [l] virili.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod doctrinae dominicae is fuit ordo ut a Deo in Christum hominem descenderet et a Christo in virum et a [m] viro in mulierem: *Caput* enim *mulieris est vir, caput vero viri* [n] *Christus, Christi vero Deus,* I Cor. 11, 3. E contra fuit de doctrina diabolica, quia ipse diabolus primo transfudit eam in mulierem [8], utpote quae minus habebat discretionem spiritus, et per mulierem in virum. Sicut ergo primo in muliere [o] transfudit doctrinam peccati, ita adhuc fallacem doctrinam sortilegii transfundit [p] frequentius in mulieribus quam in viris.

803 ARTICULUS VII.

Utrum sortilegium sit maius peccatum quam infidelitas vel apostasia.

Septimo quaeritur utrum sortilegium sit maius peccatum quam infidelitas vel apostasia.

Quod non, videtur. *a.* Infidelitas enim et apostasia dicunt simpliciter fidei privationem,

---

[a] T *duplici*, alii *discipuli*. [b] B *indicia*. [c] Codd. *quam*. [d] Codd. *fuit*. [e] T *autem*. [f] R *oportet*. [g] B add. *in*. [h] Z *tamen*. TFRL *possunt*; V *et* pro *in*. [k] B *sortilegis*. [l] T om. [m] T om. [n] V add. *est*. [o] V *mulierem*. [p] RL *transfudit*.

1 Act. 6, 3 sqq.
2 Cf. Matth. 2, 2 sqq. et officium Epiph., antiph. ad Magn. I Vesp.
3 Cf. Epist. 11, *Ad Apollophanem* (PG 3, 1121 sq.) et officium S. Dionysii (9 oct.), lect. 4.
4 *In Act. I*, 25 (PL 92, 945); ap. Gratian., *Decretum*, C. 26, q. 2, c. 4 (I, 1021).
5 Cf. Ionas 1, 7.
6 Cf. supra, p. 777, nota 1.
7 Ap. Gregor. IX, *Decretales*, V, tit. 21, c. 3 (II, 823).
8 Cf. Gen. 3, 4 sq.

sortilegium vero vel augurium potest esse salva fide informi; ergo maius est peccatum infidelitatis vel apostasiae quam peccatum sortilegii vel augurii.

Contra. 1. Augustinus, in libro *De decem chordis*[1]: « Tu vis, dimisso uno Deo tamquam legitimo viro animae, fornicari[a] per multa daemonia, et, quod est gravius, non quasi aperte deserens et repudians, sicut apostatae faciunt, sed tamquam manens in domo viri tui admittis adulteros, id est tamquam Christianus, non dimittens Ecclesiam, consulis mathematicos aut aruspices aut augures aut maleficos, quasi de domo viri non recedis[b], adultera anima, et manens in eius coniugio, fornicaris ». Ex quo videtur maius esse hoc peccatum, cum et gravius dicatur.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod non est maius peccatum[c] simpliciter apostasia nec infidelitate, sed quoad quid dicitur esse gravius, quia infidelis vel apostata manifeste discedit a domo Domini vel separatur, sortilegus autem simulat se esse de unitate Ecclesiae sive fidei ecclesiasticae et non est omnino. Et ideo dicitur gravius peccatum, quia facilius allicitur anima, et quasi maior est offensa sponsi spiritualis, cum simulat se esse sponsam et nihilominus adulteratur cum ipso diabolo[d], secundum quod dicitur Isai. 57, 8: *Iuxta me discooperuisti et suscepisti adulterum.*

QUAESTIO III.

DE PECCATIS QUIBUS DEHONORATUR DIVINA BONITAS.

TITULUS I.

DE HYPOCRISI[2].

Dictum est supra de peccatis quibus fit iniuria contra omnipotentiam divinam sive maiestatem et quibus fit iniuria contra divinam sapientiam, sicut est in superstitionibus. Consequenter dicendum est de peccatis quibus fit iniuria per appropriationem contra sanctitatem bonitatis divinae. Hoc autem fit tripliciter: aut simulatione sanctitatis, prout est in[e] hypocrisi; aut abusione[f] doni gratuiti, prout est in simonia; aut violatione loci sacri, prout est in sacrilegio. Datur enim honorificentia divinae bonitati in veritate sanctitatis humanae, quae a Deo datur, contra quod est hypocrisis; in sanctificatione rerum spiritualium, contra quod est simonia, cum ponitur spirituale sub pretio; in loci sacratione, contra quod est sacrilegium.

Primo autem dicendum est de hypocrisi.

Circa quam primo quaeritur quid sit;

secundo, utrum sit mortale peccatum semper an aliquando veniale;

tertio, de motivo huius peccati;

quarto, de comparatione eius ad inanem gloriam;

quinto, de gravitate huius peccati;

sexto, utrum aliquis possit simulare se esse malum vel hypocritam;

septimo, de speciebus huius peccati;

octavo, de oppositione;

nono, de detestatione istius[g] peccati;

decimo, utrum sit irremediabile;

undecimo, de fructibus quibus cognoscitur hoc peccatum.

---

[a] V *fornicarius.* [b] V *recedit.* [c] Z om. *cum... peccatum.* [d] Z *diabolus.* [e] V om., in F est add. interl. [f] V *abusive.* [g] T *ipsius.*

1 *Sermo* 9, c. 3 (PL 38, 76).

2 Cf. Ioan. de Rupella, *Summa de vitiis* (fol. 29d sq.). In cod. Assisiensi 138, fol. 87c-88b, plura occurrunt sequentibus conformia.

CAPUT I.

QUID SIT HYPOCRISIS.

804 ARTICULUS I.

Utrum hypocrisis sit simulatio.

Ad primum sic: Matth. 6, 2, super illud: *Sicut hypocritae faciunt*, Glossa[1]: « Hypocrita est qui simulat quod non est, repraesentator alterius personae », hoc est cum vult videri bonus, cum non sit.

Sed videtur quod hypocrisis non sit simulatio. 1. Aliquis enim vult videri castus, cum et ipse sit castus, et in hoc vult videri bonus propter se; simulator autem est malitiae [a] palliator; ergo hypocrita non est simulator; ergo hypocrisis, in quantum huiusmodi, non est simulatio.

2. Item, super illud Dan. 7, 6 de pardo, qui habebat [b] *quatuor alas*, dicitur quod [c] quatuor designantur peccata, sicut dicit Richardus[2], quae sunt: iactantia de bono manifesto, excusatio de malo manifesto, simulatio boni occulti, dissimulatio mali occulti; non ergo simulatio convertitur cum hypocrisi nec eius ratio.

3. Item, super illud Thren. 4, 6: *Maior est* [d] *iniquitas* etc., Glossa[3]: « Scelera animae planguntur quae in hypocrisim labitur, quae mala deaurando tegit et bona fraudulenter facit ». Sed haec duo non continentur in illa ratione; ergo non est generalis ratio hypocrisis.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod hypocrisis potest dici amor apparentis bonitatis propter se; potest etiam [e] dici hypocrita ille qui repraesentat quod non est in genere boni vel mali.

[Ad obiecta]: 1. Et per hoc potest solvi illud quod obiectum est. Uno enim modo simulatio sub hypocrisi continetur, secundum quod simulatio ponit malitiam cum palliatione boni secundum quod dicitur[4] « simulata aequitas est duplex iniquitas; est enim iniquitas et simulatio », et hoc modo continetur sub hypocrisi nisi approprietur nomen hypocrisis. Alio vero modo, prout simulatio non dicit nisi apparentiam bonitatis propter se intentam, potest idem esse hypocrisis quod [f] simulatio.

2. Ad secundum vero dicendum quod simulatio determinatur per bonum occultum, prout inter quatuor species accipitur. Alio vero modo accipitur, cum ponitur in ratione hypocrisis sub maiori [g] nominis extensione [h].

3. Ad tertium vero [i] dicendum quod utroque modo dicitur hypocrisis, et cum « mala deaurando » teguntur et cum « bona fraudulenter » fiunt, et ita large potest sumi simulatio in ratione hypocrisis. Repraesentare enim aliam [k] personam, hoc multis modis intelligi potest: vel cum vult tegere malum vel cum vult [l] bonum, quod facit, apparere; ὑπόκρισις autem graece, latine simulatio dicitur: unde et hypocrita simulator.

805 ARTICULUS II.

Utrum hypocrisis sit speciale peccatum.

Adhuc [m] etiam quaeritur: Cum hypocrisis sit appetitus inordinatus eius quod est videri bonus, bonitas autem [n] generalis non determinat aliquam speciem virtutis, videtur ergo quod apparentia bonitatis cum defectu sit generalis defectus — ergo et appetitus inordinatus illius est generale peccatum et non speciale — et ita [o] hypocrisis non sit quaedam species peccati.

[Solutio]: Ad quod dicendum [p] quod non est simile ex parte peccati et virtutis. Velle enim videri bonus [q], cum non sit, est actus determinatus in specie, et ideo speciale peccatum est hypocrisis. Velle autem esse [r] bonus est generalis actus ex parte virtutis; hoc autem est, quia ex parte virtutis non est nisi dirigere uno modo, ex parte vero peccati est deficere secundum plures modos[5].

---

[a] V *mali.* [b] R *habuit.* [c] Z *pro.* [d] V om. [e] V om. [f] V *et.* [g] T *maioris*, quod F corr. [h] Z *excelsione*, quod F corr. [i] V om.; RZ om. *dicendum*, in F est add. mg., in L add. interl. [k] V *alienam.* [l] Ita V, alii om. [m] T *cum adhuc.* [n] R *enim.* [o] L add. interl. *quod.* [p] F add. *est.* [q] Ita V, alii *bonum.* [r] R *est.*

1 *Interlin.*, in h. l., ap. Lyran., ex Augustino, *De serm. Dom. in monte*, II, c. 2, n. 5 (PL 34, 1271).

2 *De erudit. hom. inter.*, III, c. 11 sq. (PL 196, 1359).

3 *Ordin.*, in h. l., ap. Lyran.

4 Augustin., *Enarr. in Psalm. 63*, 7 (PL 36, 765); cf. Lombard., *In Epist. ad Col. 3*, 23 (PL 192, 285).

5 Cf. Pseudo-Dionys., *De divin. nom.*, c. 4, § 30 (PG 3, 730, PL 122, 1144).

CAPUT II. 806

UTRUM HYPOCRISIS SIT SEMPER MORTALE PECCATUM.

Secundo quaeritur utrum hypocrisis sit mortale peccatum semper an aliquando veniale.

Quod autem semper[a] **sit mortale, videtur,** *a.* per hoc quod dicit Augustinus, in libro *De conflictu vitiorum et virtutum*[1]: « Ostendere hominibus quod non est, quid aliud quam[b] damnatio est? » Sed hoc est esse hypocrita[c]; ergo esse hypocrita damnatio est; ergo hypocrisis est mortale peccatum.

b. Item, Iob 20, 5: *Gaudium hypocritae ad instar puncti,* Glossa[2]: « Mens illius pro vitiorum suorum foetore damnabitur ». Sed omne peccatum, cui debetur aeterna damnatio, est mortale; ergo hypocrisis est mortale peccatum.

c. Item, dicit Chrysostomus[3] quod « ubicumque vult Dominus ostendere magnum esse peccatum, a[d] contumelia incipit ». Et ex hoc vult dicere quod, ubi est nomen contumeliae, est mortale peccatum, cum dicat Dominus in Evangelio[4]: *Vae vobis, hypocritae.*

Contra. 1. Cum quis vult bonus[e] apparere, hoc potest esse ex sola surreptione; quod autem sic insurgit, primus motus est, et ita veniale peccatum.

2. Item, si primi motus insurgunt in aliis peccatis, ergo et in isto; et si sunt in aliis peccatis veniales, et similiter in isto.

3. Item, inanis gloria potest esse veniale peccatum; ergo multo magis hypocrisis, cum nascatur ex illa: videtur enim esse maius peccatum in parente quam in prole.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod hypocrisis, prout habet simulationem sibi adiunctam vel est ipsa simulatio, est mortale peccatum; habet enim[f] malitiam substratam[g] sive defectum boni, Iob 36, 13: *Simulatores et callidi provocant iram Dei;* et Isai[h]. 9, 17, super illud: *Omnis hypocrita nequam,* Glossa[5]: « Aliud simulans, aliud agens, castitatem praeferens et lasciviens[i], ostentans paupertatem et marsupium replens ». Si vero hypocrisis diceret[k] velle videri bonus inordinate, et non poneret malitiam vel defectum virtutis, posset dici veniale[l] peccatum, sed Scriptura non sic consuevit accipere.

[Ad obiecta]: 1-2. Ad obiectum ergo[m] in contrarium, dicendum[n] quod non est simile in isto peccato et in aliis quibusdam, quia ipsa sua intentione ponit defectum bonitatis aut gratiae, quem defectum non ponit veniale peccatum, et ideo secundum hoc est in genere mortalis peccati, sicut et plura alia genera peccatorum.

3. Ad aliud vero dicendum[o] quod, licet inanis gloria, quae est genus, aliquando possit esse veniale peccatum, aliquando mortale[6], non tamen sequitur propter hoc in illa specie quae est hypocrisis; hypocrisis enim addit super genus aliquid per quod appropriatur mortali peccato. Proprie tamen dicendo, non est hoc genus illius, sed dicitur nasci ex illo[p] hypocrisis, et quoad hoc quod nascitur[q] ex inani gloria, inanis gloria est mortale peccatum.

CAPUT III.

DE MOTIVO PECCATI HYPOCRISIS.

ARTICULUS I. 807

Utrum velle videri bonus sit secundum se malum.

Tertio quaeritur de motivo huius peccati, quod est velle[r] videri bonus, de quo quaeritur utrum sit secundum se malum.

Et videtur quod non. 1. Aliqua enim addita circumstantia est bonum, alia[s] addita est malum; ergo est indifferens.

---

[a] V om. [b] R *aliquid aliud quod* pro *q. a. q.* [c] Codd. *hypocritam,* item infra. [d] BT *et.* [e] Z om. [f] V *etiam.* [g] VB *subtractam,* T *substractam.* [h] B om. [i] Codd. *lasciviam.* [k] T om. [l] V *vere.* [m] FLZ *autem.* [n] V add. *est.* [o] VBTR add. *est.* [p] F add. *et;* V om. *et.* [q] R *dicitur.* [r] R *veniale,* quod F corr. [s] F *aliqua.*

1 Cap. 4 (inter opp. Augustini PL 40, 1094).
2 *Ordin.,* in h. l., ap. Lyran., ex Gregorio M., *Moral.,* XV, c. 3, n. 4 (PL 75, 1083).
3 *In Matth.,* hom. 23, n. 2 (PG 57, 309).
4 Matth. 23, 14 sq. et 23 sqq.
5 *Interlin.,* in h. l., ap. Lyran., ex Hieronymo, in h. l. (PL 24, 131).
6 Cf. supra, num. 519.

2. Item, ostendi potest per simile. Velle enim placere hominibus aliquando potest fieri bono fine, aliquando malo, similiter et velle videri bonus[a]; ergo est indifferens.

Contra. *a.* Dicitur Matth. 6[1], de hypocritis: *Omnia opera sua faciunt ut videantur ab hominibus,* et ita ponitur finis hypocritarum proprius, et ita est malum secundum se.

b. Item, super illud Iob 20, 9: *Oculus, qui eum viderat,* Glossa[2]: « Locus hypocritae cor adulantium[b]; ibi quippe requiescit, ubi favores invenit ». Favorem autem invenire quaerit, ut bonus videatur, sicut habetur super illud Psalmi[3]: *Vani filii hominum, mendaces,* Glossa[4]: « Volunt videri iusti, cum sint mendaces ». Ergo velle videri bonus est secundum se malum.

[Solutio]: Ad quod dicendum[5] quod non sequitur, si velle videri bonus potest fieri recte et non recte ex diversis causis, quod propter hoc sit omnino indifferens. Est enim malum multipliciter[6]. Quoddam enim est malum secundum se, quod nulla circumstantia addita potest fieri bonum, ut fornicari. Est aliud malum ex defectu circumstantiae debitae, potest tamen per additionem circumstantiae bonum[c] fieri, sicut est occidere, quod est malum si non addatur circumstantia debita, si vero addatur, ut si[d] dicatur occidere pro conservatione iustitiae ab eo cuius est officium, bonum est. Est etiam aliquid in se bonum, quod tamen[e] ex defectu circumstantiae, quae requirenda est, est malum, ut iurare, id est Deum testem invocare, in se bonum est; si vero sine causa debita fiat, malum est, et hoc modo dicitur in Evangelio[7]: *Ego autem dico, omnino non iurare.* Est iterum aliquid in se bonum, quod tamen aliqua addita circumstantia est malum, ut cum dicitur comedere carnes in Quadragesima. — Cum ergo quaeritur de eo quod est velle videri bonus, dicendum est quod illud malum est, quia non additur[f] circumstantia per quam ad bonum trahatur, ut velle videri bonus ut Deus glorificetur et proximus aedificetur. Cum autem non additur talis circumstantia, in se malum est, quia ponitur pro fine quod non debet esse finis, vel si ordinetur ad alium finem ulteriorem indebitum, ut si dicatur ' vult videri bonus ut laudetur ab hominibus vel ut ditetur[g] '.

[Ad obiecta]: 1-2, *a-b.* Per hoc potest solvi quod obiectum est. Nam uno modo potest dici indifferens respectu diversarum circumstantiarum quae superaddi possunt, bonarum vel malarum; alio vero modo dicitur esse malum, cum ponitur esse finis principalis.

808 ARTICULUS II.

Utrum aliquis possit sine peccato simulare se esse bonum[8].

Deinde quaeritur utrum aliquis possit se simulare esse bonum sine peccato.

Et videtur quod sic. 1. Ponatur enim quod aliquis appetat videri bonus ut detur ei aliquid ad sustentationem, non videtur peccare, quia nec in hoc quod vult videri bonus, cum[h] hoc non appetat[i] propter se, nec in hoc quod vult habere sustentationem, cum indigeat; ergo non peccat in hoc quod vult videri bonus, ut detur ei aliquid ad sustentationem.

2. Item, dicit Augustinus quod libido est principium omnis peccati, in libro *De libero arbitrio*[9]; hoc autem est, cum nimis delectatur in creatura; sed hoc modo non videtur[k] de isto; ergo non peccat.

Contra. *a.* Occidere hominem, cum sit malum in se, non est licitum propter temporalia; pari ergo ratione, cum velle videri bonus sit malum in se, non erit licitum propter temporalia.

b. Item, ille qui sic vult videri bonus, aut vult videri bonus[l] in se aut in Deo; non in Deo, quia nullum habet ibi respectum; ergo in se tantum; ergo Dei gloriam usurpat; ergo peccat.

[Solutio]: 1. Ad quod dicendum quod in hoc est peccatum quod ignobilius ponitur finis nobilioris: sustentatio enim corporalis minus nobile est quam videri bonus; et ratione istius inordinationis[m] dicitur esse peccatum, sicut est in illo qui praedicat ut habeat victum temporalem,

---

[a] Ita V, alii *bonum.* [b] V *adulator est* pro *c. a.* [c] FL (corr.) *bene.* [d] RZ *ei,* quod Z corr.; V *ei ut* pro *u. s.* [e] VRZ *cum.* [f] V add. *ibi.* [g] VR *dicetur,* quod L corr.; B om. *ut.* [h] V *et.* [i] V *appetit.* [k] BT add. *esse.* [l] T om. *a. v. v. b.* [m] R *ordinationis.*

1 Matth. 23, 5; cf. Matth. 6, 5sqq.
2 *Ordin.,* in h. l., ap. Lyran., ex Gregorio M., *Moral.,* XV, c. 7 (PL 75, 1085).
3 Psalm. 61, 9.
4 Lombardi, in h. l. (PL 113, 567).
5 Cf. supra, p. 514, *Solutio.*
6 Cf. supra, num. 37.
7 Matth. 5, 34.
8 Cf. Ioan. de Rupella, *Summa de vitiis* (fol. 30a), ubi eadem argumenta occurrunt, solutio autem penitus differt.
9 Lib. I, c. 3, n. 8 (PL 32, 1225).

et licet praedicare in se sit bonum [a] et sustentari in necessitate, tamen haec [b] ordinatio est mala.

2. Similiter [c] potest responderi ad illud [d] quod obiectum est. Licet enim velle videri bonus non sit intentum propter se, intenditur tamen propter illud quod ignobilius [e], et quoad hoc est libido, et sic solvitur quod consequenter [f] obiectum est.

CAPUT IV. 809

DE COMPARATIONE HYPOCRISIS AD INANEM GLORIAM [1].

Quarto quaeritur de comparatione hypocrisis ad inanem gloriam.

Videtur enim quod aeque capitale sit peccatum sicut inanis gloria. 1. Cum enim sit triplex munus, a lingua, a manu, a corde [2], penes autem munus a lingua sumitur inanis gloria, penes munus a manu avaritia, penes munus a corde hypocrisis: hypocrita enim vult placere alii; sed [g] inanis gloria et avaritia sunt duo capitalia peccata; pari ratione tunc erit hypocrisis, quae penes tertium sumitur.

2. Item, velle placere alii est appetibile hypocrisis, velle gloriari in se est appetibile [h] inanis gloriae; sed haec [i] sunt disparata; ergo inanis gloria et hypocrisis sunt peccata disparata; ergo hypocrisis non dicetur filia inanis gloriae.

Contra. *a.* Gregorius [3], in fine Iob, super illud [4]: *Exhortationem ducum et ululatum exercituum* [k], Glossa [5]: « De inani gloria nascitur inobedientia, iactantia, hypocrisis ».

b. Item, Iob 8, 16, super illud: *In ortu suo*, Glossa [l] Gregorii [6]: « Hypocrita, cum bene agit, ab omnibus [m] vult videri, per omnia quae agit occulta cogitatione laudes quaerit ». Ex quo habetur quod finis hypocrisis finis est inanis gloriae, et ita sub inani gloria continetur.

c. Item, Gregorius, in *Moralibus* [7]: « Hypocrita quidquid cum labore peragit, aura humani favoris tollit et [n] dum in appetitu laudis opus deficit, quasi in ventum labor [o] evanescit ». Et ita quaerit humanum favorem sicut inaniter glorians; ergo hypocrisis sub inani gloria continetur.

[Solutio]: Ad quod respondendum quod hypocrisis nascitur ex inani gloria et quod ad finem illius ordinatur.

[Ad obiecta]: 1. Ad obiectum autem [p] in contrarium dicendum [q] quod, licet hypocrisis munus a corde quaerat, tamen, quia hypocrita non potest habere hoc certum nisi exterius manifestetur [r], ideo quaerit munus a lingua. Praeterea, hypocrita vult videri bonus in operibus suis ut laudetur ab [s] hominibus, et ideo finis suus [t] ordinatur sub fine.

2. Ad aliud vero dicendum est quod velle placere alii non est disparatum [u] respectu eius quod est gloriari in se; ordinatur enim ad illud tamquam ad finem: qui enim vult placere aliis propter se, ex hoc vane gloriatur. Unde Augustinus, in libro *Confessionum* [8]: « Cum laudatur homo propter donum quod dedisti ei, et ille [v] plus gaudet laudari se quam ipsum donum unde laudatur, ille, te vituperante [x], laudatur ».

CAPUT V.

DE GRAVITATE ET COMPARATIONE PECCATI HYPOCRISIS.

ARTICULUS I. 810

De gravitate peccati hypocrisis.

Quinto quaeritur de gravitate huius peccati et comparatione.

1. Dicitur enim Isai. 16, 14, super illud: *In tribus annis*, Glossa [9]: « In comparatione duorum

---

[a] T om. [b] R add. *est.* [c] BTF *et similiter.* [d] BT *hoc.* [e] L (interl.) add. *est;* BT add. *est quoad hoc est ignobilius.* [f] VRLZ om., in F est add. mg. [g] VRZ om., in F est add. mg., in L add. interl. [h] RL *appetibilis*, quod F corr. [i] V om. [k] FRLZ *exercitum.* [l] R om. [m] L *hominibus.* [n] VRZ om., in FL est add. interl. [o] VLZ *labore*, quod F corr. [p] V om. [q] BR add. *est.* [r] V *manifestet*, quod FL corr.; Z *manifeste;* B om. *exterius.* [s] T add. *omnibus.* [t] V om. *ut... suus.* [u] RZ add. *alii.* [v] T add. *prius gaudet.* [x] V *de vituperandis* pro *t. v.*

1 Cf. supra, num. 630 sq.

2 Cf. Gregor. M., *In Evang.*, hom. 4, n. 4 (PL 76, 1092); ap. Gratian., *Decretum*, C. 1, q. 1, c. 114 (I, 402); cf. supra, p. 438, nota 3.

3 *Moral.*, XXXI, c. 45, n. 88 (PL 76, 621).

4 Cap. 39, 25.

5 *Ordin.*, in h. l., ap. Lyran.

6 *Ordin.*, in h. l., ap. Lyran.; *Moral.*, VIII, c. 47, n. 77 et c. 48, n. 81 (PL 75, 848, 851).

7 Loc. cit., c. 44, n. 72 (PL 75, 845).

8 Lib. X, c. 36, n. 59 (PL 32, 804).

9 *Ordin.*, in h. l., ap. Lyran., ex Hieronymo, in h. l. (PL 24, 240).

malorum levius est aperte peccare quam sanctitatem simulare ». Sed simulatio sanctitatis est hypocrisis; ergo maius peccatum est esse hypocritam quam aperte peccare.

2. Item, Col. 3, 23 super illud: *Sicut Domino,* Glossa[1]: « Simulata aequitas non est aequitas, sed duplicatum peccatum ». Ergo maximum peccatum est [a] hypocrisis.

3. Item, super illud Thren.[2]: *Maior est iniquitas filiae populi mei,* Glossa[3]: « Scelera animae planguntur, quae in hypocrisim labitur, cuius *maior est iniquitas peccato Sodomorum* ». Ergo hypocrisis maius est peccatum quam [b] illud vitium innominatum[4].

Contra. *a.* Qui aperte peccat, non tantum quoad se peccat, sed etiam alii occasionem peccandi dat; ergo plus peccat quam hypocrita.

b. Item, Isai. 3, 9: *Peccatum suum quasi Sodoma praedicaverunt.* Comparatio ergo fit ad peccatum Sodomae propter evidentiam criminis; cum ergo evidentia criminis sit deterior, non videtur peccatum hypocrisis esse maius peccato Sodomorum.

[Solutio]: 1-2. Ad quod respondendum quod hypocrita [c] potest sumi multipliciter. Aliquando enim [d] dicitur, qui vult credi bonus [e] et in hoc gloriari, tamen sub Deo, et sic posset [f] esse peccatum veniale. Aliquando autem [g] dicitur ille qui apparentiam sanctitatis praeponit Deo. Tertio modo [h] dicitur qui intendit facere aliqua, ex quibus potest credi bonus, non tamen illam apparentiam intendit, prout dicit Chrysostomus[5]: « Hypocrita est omnis doctor, qui non prius se corrigit quam alterum ». Quarto modo dicitur ille qui, cum malus sit, vult videri bonus ad palliandum malitiam suam, et talis modus est pessimus, id est plurimum deceptorius. Et quoad hoc simulatorie [i] peccare est deterius quam aperte; quoad aliud tamen minus malum, eo quod non ita provocat alios ad malitiam per exemplum.

3. Quod autem [k] obicitur de peccato simulationis quod sit maius peccato Sodomorum, non est hoc intelligendum simpliciter in genere peccati, sed hoc dicitur ratione occultationis, qua potest alios decipere.

811 ARTICULUS II.

De comparatione hypocrisis ad eleemosynam, ieiunium et orationem[6].

Adhuc etiam quaeritur de gravitate huius peccati in comparatione ad diversas materias.

Videtur enim quod gravius sit peccatum simulare sanctitatem in dando eleemosynam quam in ieiunando et orando, *a.* per hoc quod dicit Chrysostomus[7]: « Ubique vana gloria malum est, maxime autem in philanthropia, quoniam ultimae est crudelitatis [l] ». Et dicitur philanthropia a φίλος, quod est amor, et ἄνθρωπος, quod est homo, quoniam ex humano amore debet fieri eleemosyna; et idem est in vana gloria et hypocrisi quoad hoc.

Contrarium videtur, 1. per hoc quod dicit Chrysostomus, in homilia 61[8]: « In aliis [m] vane gloriari mirabile nihil, [in] ieiunio autem et oratione est extraneum et lacrimis plenum ». Ergo maius peccatum est [n] gloriari in ieiunio et oratione quam in aliis bonis; et similiter est in hypocrisi.

[Solutio]: *a.* Ad quod dicendum quod Chrysostomus loquitur in casu et non simpliciter, quando dicit quod « maxime in [o] philanthropia ». Contingit enim quod aliquando dat aliquis eleemosynam quamdam et per hoc vult videri bonus, cum non sit. Aliquando autem aliquis vult videri dare eleemosynam et non dat, et de isto [p] loquitur, quia haec est ultima crudelitas [q], quia talis subtrahit alii vitam corporalem, scilicet pauperi, subtrahendo illud unde pauper indigens deberet vivere; ipse etiam sibi ipsi vitam spiritualem subtrahit, et ideo [r] dicitur ultima crudelitas [s]. Et dicitur vana gloria in hoc opere maxima, quia hic est vanitas et [t] in corde et in opere [u], et de hac loquitur.

1. Ad aliud [v] quod obicitur de aliis, dicendum quod ipse dicit: « In aliis [x] mirabile nihil », quasi dicat: si das eleemosynam, sequitur motus inanis gloriae, quia illud [y] est tibi magna occasio quod lauderis, scilicet quando das indigenti,

---

[a] Ita VR, alii add. *peccatum.* [b] R om. [c] Ita V, L (mg.) *hypocrisis,* alii om. [d] F om. [e] V add. *esse.* [f] Ita V, alii *possit;* Z om. *sic.* [g] Z *tamen,* quod FL corr. [h] V *vero.* [i] Z *simulatione,* quod L corr. [k] T om. [l] Ita FL, alii *credulitatis;* VRLZ om. *est,* in F est add. interl. [m] FRL *malus* pro *i. a.* [n] FRLZ om. [o] L om. [p] V *ista;* T *quod* pro *quia.* [q] Ita FL, alii *credulitas.* [r] V om. [s] VBTZ *credulitas.* [t] Z om., in F est add. mg., in L add. interl. [u] R vacat *quia hic... opere;* V *mente* pro *corde.* [v] R *hoc.* [x] F *malus* pro *i. a.* [y] B om.

1 Lombardi, in h. l. (PL 192, 285), ex Augustino, *Enarr. in Psalm. 63,* 7 (PL 36, 765).
2 Cap. 4, 6.
3 Cf. supra, p. 780, nota 3.
4 Cf. supra, p. 654, nota 6.
5 *In Matth. op. imperf.,* hom. 17 (PG 56, 727).
6 Cf. supra, num. 527.
7 *In Matth.,* hom. 71, n. 3 (PG 58, 665).
8 Loc. cit. (PG 58, 666).

maior etiam curam si quaeres divitis. Unde, quia opus misericordiae ad proximum, ideo maxima est occasio quod per hoc laudetur a proximo, et ideo dicitur quod « in plaustrocomia maxime » accidit, « in ieiunio autem et oratione » hoc « extraneum » esse dicit, et hoc est, quia haec non ordinant ad proximum, sed ieiunium ordinat hominem in se, oratio vero ordinat hominem ad Deum, et in [b] occulto ista fienda [c] sunt [1], et ideo dicitur « extraneum », cum ista sint [d] occasio inanis gloriae aut simulationis; et « lacrimis plenum [e] », quia talis simulatio maxime est misera.

ARTICULUS III. 812

De comparatione hypocrisis ad avaritiam.

Adhuc etiam quaeritur de comparatione hypocrisis ad avaritiam.

Et videtur quod continetur sub ea. 1. per hoc quod dicitur Iob 27, 8: *Quae enim est spes hypocritae, si avare rapuerit etc.*, et dicit Glossa [2] super hoc: « Hypocrita, qui dicitur ludus simulator, avarus raptor est, qui, dum inane agens desiderat se sanctitate venerari, laudem vitae rapit alienae ». Ex his [f] habetur quod hypocrita, cum rapiat avaritiam sectatur: ergo quantum ad hoc hypocrisis sub avaritia continetur.

Contrarium videtur. *a.* quia [g] avaritia et inanis gloria e diverso [h] dividuntur; sed, sicut dicit Gregorius [3], hypocrisis sub inani gloria continetur et est eius filia; **ergo non erit filia avaritiae.**

[Solutio]: 1. Ad quod dicendum quod non est hypocrisis sub avaritia, secundum quod est unum speciale peccatum, sed [i] quamdam similitudinem tenet cum avaritia in rapiendo. Sicut enim avarus [j] pecuniam, quae alterius est, rapit [m], ita hypocrita intendit rapere laudem, qua alius laudandus est in Domino, prout dicitur in Psalmo [4]: *In Domino laudabitur anima mea*, et ideo dicitur de [n] hypocrita quod « laudem vitae rapit alienae ». Unde non est dicendum quod sit filia avaritiae, sed filia inanis gloriae, sicut iam dictum est [5].

CAPUT VI.

UTRUM ALIQUIS POSSIT SIMULARE SE ESSE MALUM VEL HYPOCRITAM.

ARTICULUS I. 813

Utrum aliquis possit simulare se esse malum.

Sexto quaeritur utrum aliquis possit [o] simulare se esse malum vel hypocritam.

Quod videtur. 1. **Aliquis enim potest simulare** se esse bonum; ergo similiter e contrario potest simulare se esse [p] malum.

2. Item, IV Reg. 10, 18-23, Iehu simulavit se adorare idola ut posset congregare sacerdotes Baal et interficere; ergo simulavit se esse idololatram; ergo potest aliquis simulare se esse malum.

Contra. *a.* Aliquis simulat se esse malum; ergo per opus [q] bonum aut per [r] malum. **Non per bonum, quia bonum [s] non est signum mali;** ergo per malum opus quod facit; ergo est malus: faciendo enim [t] opus malum est malus; **non ergo simulat se esse malum, cum id sit [u] quod praetendit.**

b. Item, Iob 36, 13, super illud: *Simulatores et callidi*: « Iniquus, qui non appetit videri sanctus, in flagello non erubescit confiteri quod est; quod non hypocrita, sed extrema percussione moriturus, talis vult remanere in iudicio hominum qualis videbatur [6] ». Ex quo apparet quod iniquus non est hypocrita; de bono autem patet [v] quod non est hypocrita; ergo nullus potest simulare **se esse [x] malum.**

---

[c] V *ut.* [d] V *etiam.* [e] F *facienda.* [d] VFRZ *sunt*; VTRZ om. *occasio*, in F est add. mg., in L add. interl. [e] V *plena.* [f] BT *species.* [g] R om. [h] Ita BL (corr.), alii *quod.* [i] Z om. *e. d.* [k] RZ *secundum.* [l] V *avaritia.* [m] VR om. [n] B om. [o] VFRZ *potest.* [p] BR om. *bonum... esse.* [q] BT *eius.* [r] B om. [s] V *hoc ipsum.* [t] VLZ *ergo*, quod F corr.; B om. [u] R *scit.* [r] Z om. [x] VLZ om., in F est add. interl.

1 Cf. Matth. 6, 16 et 18.

2 *Ordin.*, in h. l., ap. Lyran., ex Gregorio M., *Moral.*, XVIII, c. 7, n. 13 (PL 76, 44).

3 *Moral.*, XXXI, c. 45, n. 88 (PL 76, 621).

4 Psalm. 33, 2.

5 Cf. supra, num. 809 et 680.

6 *Glossa ordin.*, in h. l., ap. Lyran., ex Gregorio M., *Moral.*, XXVI, c. 33, n. 60 (PL 76, 384).

[Solutio]: Ad quod respondendum quod nullus potest simulare se esse [a] malum: simulatio enim mali esset per malum opus.

[Ad obiecta]: 1. Ad obiectum autem in contrarium dicendum [b] quod non est simile de bono et de [c] malo. Malum enim potest habere speciem boni, et ita quoad hoc aliquis [d] potest simulare se esse bonum; bonum autem aliquod, si occasionaliter habeat speciem mali, si aliquis faciat illud, perpetrat malum; praeceptum enim est [1]: *Ab omni specie mala abstinete vos.* Si vero malum habet speciem mali, constat quod faciendo illud est malus [e], et ita neutro modo potest aliquis [f] simulare se malum esse.

2. Ad secundum vero [g] dicendum [2] quod non sequitur 'Iehu [h] simulavit se adorare idola, ergo simulavit se esse malum'. Simulatio enim illa fuit per verbum, sicut habetur in eodem capitulo [3]: *Achab coluit Baal parum, ego autem colam eum amplius.* Talis autem simulatio non inducebat quod intenderet se videri malum: neque enim sacerdotes Baal illud esse malum credebant, alii vero sciebant quod hoc non intenderet.

814 ARTICULUS II.

Utrum aliquis possit simulare se esse hypocritam.

Deinde quaeritur utrum aliquis possit simulare se esse hypocritam.

Quod videtur. 1. Potest enim praetendere signa, quibus iudicetur hypocrita, movendo labia sua quasi oraret, habendo vestes longas et huiusmodi, et tamen non est hypocrita in veritate; ergo aliquis potest simulare se esse hypocritam.

2. Item, aliquis habitans inter hypocritas facit opera similia eis, et ita simulat [i] se esse hypocritam.

Contra. *a.* Iste aut est bonus aut malus. Si bonus, in eo quod huiusmodi non facit nisi opera bona: *non potest* enim *arbor bona* nisi *bonos fructus facere* [4]; per ea ergo quae facit non apparet nisi bonus; ergo non apparet hypocrita. Si vero est malus et simulat se esse hypocritam, hoc est aut per opera bona aut per opera mala. Per opera autem bona non videtur nisi bonus; ergo per illa non simulat se esse hypocritam [k]. Nec per opera mala: per opera enim mala non videtur nisi malus. Non ergo potest simulare se esse hypocritam, cum sit malus.

[Solutio]: Ad quod respondendum quod nullus potest simulare se esse hypocritam.

[Ad obiecta]: 1. Ad illud vero quod obicitur, dicendum [l] quod, licet aliquis praetendat signa, quibus iudicetur hypocrita, non tamen simulat se esse hypocritam, cum ipse [m] sit bonus; si tamen intenderet talia signa praetendere, iam esset malus.

2. Ad aliud vero [n] dicendum quod aliquis potest facere opera similia hypocritis, sed non potest hoc simulare, quia, si simularet [o], iam esset.

815 CAPUT VII.

UTRUM HYPOCRISIS HABEAT SPECIES.

Septimo quaeritur de speciebus huius peccati. Et quaeritur utrum habeat species an non.

Et videtur quod non, *a.* cum hypocritae sit velle videri bonus; velle autem videri bonus, si dividatur sic: velle videri castus vel velle videri iustus, non trahit in speciem, licet iustitia et castitas sint species virtutis; aliter autem non dividitur; non ergo habet species.

Sed contrarium videtur, 1. per hoc quod dicit Richardus de S. Victore [5]. Dicit enim quod quatuor sunt quae pertinent ad hypocritam: « affectatio libertatis, dignitatis, auctoritatis, potestatis; istis omnis hypocritarum affectatio [p] subservit ». Erit ergo una hypocrisis in affectatione [q] libertatis, alia in affectatione dignitatis et ita de aliis.

2. Praeterea, assignantur quatuor species, quae per *quatuor alas* designantur, Dan. 7, 6, sicut

---

[a] T om. [b] Ita V, alii add. *est.* [c] BT om. [d] L *quis.* [e] VRZ *malum.* [f] Ita FL, alii *quis.* [g] Ita BT, alii om. [h] B *iam.* [i] V *simulare.* [k] F add. *ergo,* quod L exp. [l] Ita V, alii add. *est.* [m] V om. [n] V om. [o] RZ *simularetur,* quod F corr. [p] Ita F, alii *affectio.* [q] Ita VF (corr.), alii *affectione.*

1 I Thess. 5, 22.
2 Cf. supra, p. 722 sq.
3 IV Reg. 10, 18.
4 Cf. Matth. 7, 18.
5 *De erudit. hom. inter.,* III, c. 13 (PL 196, 1360).

exponit idem Richardus[1]: simulatio boni occulti etc.

[Solutio]: 1. Ad quod responderi potest quod quatuor prima non sunt ipsius hypocrisis species, sed sunt diversa moventia ipsum hypocritam et referuntur potius ad ambitionem.

2. Ad secundum vero [a] dicendum quod illa quatuor sunt species materiales secundum differentiam actuum; intentio autem ipsius hypocritae est ut videatur bonus et non [b] sistit in parte bonitatis, immo ut credatur integerrime [c] bonus. Licet enim hypocrita aliquando velit [d] videri castus, in hoc tamen non sistit, sed ut ex omni parte videatur bonus; hoc autem indivisum est in [e] intentione, et ideo hypocrisis non dividitur per species.

CAPUT VIII. 816

DE OPPOSITIONE HYPOCRISIS.

Octavo quaeritur de oppositione hypocrisis, et quaeritur cui virtuti opponatur.

Et videtur quod opponatur generaliter omnibus. 1. Hypocrita enim vult videri castus, cum non sit, et ita opponitur castitati; similiter vult videri sobrius, cum non sit, et ita opponitur sobrietati, et sic de aliis virtutibus; ergo est peccatum oppositum omnibus virtutibus.

Contra. *a.* Est speciale peccatum; et speciale peccatum habet specialem virtutem sibi [f] oppositam; ergo opponitur alicui virtuti specialiter.

b. Item, capitale vitium, quod est inanis gloria, et similiter alia capitalia habent virtutes sibi oppositas[2]; ergo et ipsa hypocrisis, quae nascitur ex inani gloria, habebit virtutem sibi specialiter oppositam.

c. Item, alia nascentia ab inani gloria, sicut inobedientia, iactantia, habent virtutes sibi oppositas; ergo et hypocrisis pari ratione.

[Solutio]: 1. Ad quod responderi potest quod hypocrisis [g], in quantum [h] habet duplicitatem, prout dicitur Eccli. 2, 14: *Vae duplici corde*, opponitur simplicitati [i] veritatis[3]; per quamdam tamen concomitantiam [k] opponitur omni virtuti: quod enim opponitur bonitati perfectae, oppositionem quamdam habet ad speciales virtutes.

CAPUT IX. 817

DE DETESTATIONE PECCATI HYPOCRISIS.

Nono quaeritur de detestatione istius peccati. Quaeritur enim quare tantum Dominus detestatur hoc peccatum in Evangelio[4] magis [l] quam aliud: tantam enim poenam comminatur pro ipso sive totiens.

[Solutio]: Ad quod responderi potest quod una potest esse ratio ut in hoc denotetur quanta fuerit vel futura est [m] detestatio Antichristi, qui maxime per hypocrisim decipiet [n 5], Iob 34, 30: *Qui facit regnare hypocritam propter peccata populi.* Alia est, quia illi Pharisaei et Scribae, quibus Dominus loquebatur, plurimum erant hypocritae. Tertia est, quia hypocrita contrarius est operi divino. Sicut enim dicitur in *Enchiridion*[6]: « Dominus malum ordinat in bonum »; hypocrita autem bonum opus deformat per malam intentionem et quasi convertit in vitium. Unde Rabanus[7]: « Dum ieiunant, orant, eleemosynam dant, non sunt fructus eorum, quia pro vitio eis reputantur ». Item, alia ratio est, quia contrarius est toti Trinitati. Contrarius enim est Patri, usurpans gloriam quae ei debetur, Isai. 42, 8: *Gloriam meam alteri non dabo;* per appropriationem enim attribuitur gloria Patri, Iob 31, 27-28[8]: *Si osculatus sum manum meam, quae est iniquitas maxima* [o] *et negatio contra Deum altissimum.* Contrarius est Filio [p], qui est *veritas et vita*[9]; quid enim aliud est hypocrisis nisi falsa vita [q], apparens bona et existens mala? Contrarius est Spiritui Sancto, cui attribuitur bonitas, quia abutitur bonitate et opere bono.

---

[a] V om. [b] R *non videatur et* pro *v. b. e. n.*; Z *sit* pro *sistit*. [c] R *in regimine*. [d] Ita V, alii *vult*. [e] Z om. [f] Ita V, alii om. [g] BT *hypocrisi*. [h] V om. *i. q.* [i] Codd. *simplicitas*. [k] FL *communicantiam*. [l] Ita BTFL (correcti), alii *maius*. [m] FRZ *esse*, quod L corr. [n] Z *deripiet*. [o] Ita VF (mg.), alii om. [p] RZ *filius*, quod FL corr. [q] V om. *quid... vita*.

1 Loc. cit., c. 12 (PL 196, 1359); cf. supra, p. 780, nota 2.
2 Cf. supra, num. 513, 530, 544, 557, 564, 581, 594, 623.
3 Cf. Augustin., *De Gen. c. Man.*, II, c. 15, n. 23 (PL 34, 208).
4 Cf. praesertim Matth. 23, 13 sqq.
5 Cf. Gregor. M., *Moral.*, XXV, c. 16, n. 34 (PL 76, 343).
6 Cap. 11 (PL 40, 236).
7 Rectius *Glossa ordin., In Matth.* 7, 15 (PL 114, 110); immediate praecedentia inveniuntur ap. Raban.
8 Cf. supra, num. 524, sub n. 2.
9 Ioan. 14, 6.

818

CAPUT X.

UTRUM HYPOCRISIS SIT PECCATUM IRREMEDIABILE.

Decimo quaeritur utrum hypocrisis sit peccatum irremediabile.

Quod videtur, 1. per hoc quod dicitur Iob 36, 13: *Simulatores et callidi,* Glossa Gregorii[1]: « Ante iudicem de ignorantia excusationem habere non possunt, quia, dum ante oculos hominum modum sanctitatis ostentant, ipsi sibi testimonio sunt quod bene vivere non ignorant ». Peccant ergo scienter; sed tale peccatum dicitur in Spiritum Sanctum.

[Solutio]: 1. Ad quod dicendum quod dupliciter potest dici aliquis peccare scienter. Uno modo, cum scilicet [a] peccat ut ex industria impugnet agnitam veritatem, sicut faciunt haeresiarchae, et sic peccatum in Spiritum Sanctum est[2]. Alio modo, scilicet [b] cum quis cogitet bonum et tamen facit contra illud ex quadam infirmitate vel pronitate, et sic non dicitur peccatum in Spiritum Sanctum[3]: spiritus enim ex coniunctione eius ad carnem corruptam habet quamdam infirmitatem, qua inclinatur ad peccata spiritualia, sicut ad appetitum laudis et huiusmodi [c], sicut ipsa caro pronitatem habet ad carnalia peccata.

819

CAPUT XI.

DE FRUCTIBUS HYPOCRITARUM PER QUOS COGNOSCUNTUR.

Undecimo quaeritur de fructibus hypocritarum, per quos cognoscuntur, Matth. 7, 16: *A fructibus eorum cognoscetis eos.*

1. Constat quod fructus dicuntur opera; sed non potest dici quod ab operibus interioribus [d] cognoscantur, quoniam illa non sunt nobis manifesta; si ab exterioribus, ad hoc [e] obicitur quoniam illa opera exteriora bona sunt; ergo attestantur, quantum est in se, prout videntur a [f] nobis, bonae intentioni [g], quoniam intentio dicitur[4] arbor et opus sicut fructus, et ita ex operibus exterioribus non potest cognosci eorum malitia.

[Solutio]: Dicendum [h] quod ibi est duplex arbor sive duplex intentio vel voluntas et similiter duplex fructus. Una est intentio vel voluntas [i] generalis faciendi bonum in genere, et huiusmodi fructus sunt opera exteriora bona [k] in genere, et ab iis non potest cognosci eius malitia. Alia est arbor sive intentio specialis, qua scilicet vult videri bonus propter favorem humanum vel quaestum temporalem vel laudem humanam. Fructus vero, quos principaliter isto modo appetit, sunt favor humanus, quaestus temporalis, laus humana. Et dicuntur fructus a frui, quoniam istis principaliter intendit frui; et ab istis cognoscitur eius malitia, quoniam postquam istos fructus consecutus fuerit vel etiam si videat se non posse consequi, tunc cessat ab operibus exterioribus. Unde Augustinus[5], super illud Matth.[6]: *A fructibus eorum* etc: « Cum coeperint [l] aliquibus tentationibus [m] illa subtrahi, quae isto velamine sunt consecuti vel consequi [n] cupiunt, tunc incipit apparere utrum fuerit lupus vel ovis ».

---

[a] B om.; V om. *ut.* [b] F om. [c] R add. *et.* [d] R *superioribus.* [e] V *adhuc* pro *a. h.* [f] T om. [g] Ita F (corr.), alii *intentionis.* [h] Ita BT, alii add. *est.* [i] T om. *et similiter... voluntas.* [k] V om., Z *bonum.* [l] Z *inceperunt* pro *c. c.* [m] BTL *temporalibus.* [n] V om. *v. c.*

1 *Ordin.*, in h. l., ap. Lyran.; *Moral.*, XXVI, c. 32, n. 59 (PL 76, 384).
2 Cf. supra, num. 683.
3 Cf. supra, p. 666, *ad 2-3.*
4 Cf. *Glossa ordin., In Matth. 7,* 16, ap. Lyran.
5 *De serm. Dom. in monte,* II, c. 12, n. 41 (PL 34, 1287).
6 Cap. 7, 16.

TITULUS II.

DE SIMONIA.

Completo tractatu de hypocrisi, adiungendum est de simonia, quae est etiam in iniuriam gratiae [a] Spiritus Sancti.

Circa quam primo considerandum est de nomine;
secundo, quid sit;
tertio, quibus modis contrahatur;
quarto, de materialibus eius differentiis;
quinto, de poena simoniae;
sexto, de casibus in quibus potest dubitari utrum committatur simonia;
septimo, de satisfactione.

CAPUT I. 820

DE NOMINE SIMONIAE [1].

Ad primum sic: Simonia dicitur a Simone Mago, sicut habetur Act. 8, 18-20: *Cum vidisset Simon quod per impositionem manuum Apostolorum daretur Spiritus Sanctus, obtulit eis pecuniam, dicens: date et* [b] *mihi hanc potestatem.* Cui Petrus ait: *Pecunia tua tecum sit in perditione, quia existimasti donum Dei pecunia possideri.* Giezi autem famulus [c] Elisei in Veteri Testamento voluit vendere gratiam sanitatis Naaman Syro, IV Reg. 5, 20-27. Unde, proprie loquendo, venditor spiritualium dicitur giezita [d] [2], emptor vero simoniacus; consuetudine tamen loquendi uterque dicitur simoniacus.

CAPUT II.

QUID SIT SIMONIA.

ARTICULUS I. 821

De definitione simoniae [3].

Secundo quaeritur quid sit simonia. Definitur autem sic [4]: Simonia est studiosa voluntas emendi vel vendendi spirituale vel spirituali annexum. Haec autem ratio elici potest ex hoc quod dicit Gregorius Nazianzenus [5]: « Qui studet [e] donum Dei pretio mercari, in sacro Ordine de cetero nulla ratione permanere aut revocari posse dubium non est. Nam Spiritus Sancti donum pretio comparari quid aliud est quam crimen capitale et simoniaca haeresis? » Ex quo accipitur quod in studiosa voluntate emendi vel vendendi etc. [f] contrahitur simonia [6].

Sed obicitur in [g] **contrarium.** 1. Non excommunicatur ab Ecclesia aliquis pro sola voluntate, cum illa [h] non constet Ecclesiae; sed de simoniaco dicitur quod excommunicandus est; dicit enim Gregorius [7]: « Talis a communione omnibus

---

[a] R om. [b] FZ om. [c] L add. *est*, quod F exp. [d] F *gibezita*. [e] V vacat; T *domum* pro *donum*. [f] L om. [g] L om., in F est add. interl. [h] B om.

1 Cf. Lombard., IV *Sent.*, d. 25, c. 2 (p. 909); Guil. Altissiod., *Summa*, III, tr. 27, c. 3, q. 1 (fol. 250d sq.); Ioan. de Rupella, *Summa de vitiis* (fol. 30b).

2 Cf. *Glossa* in Gratiani *Decretum*, C. 1, q. 1 (Romae 1582, col. 649, litt. *a*).

3 Cf. Guil. Altissiod., *Summa*, III, tr. 27, c. 1 (fol. 248c sq.); Ioan. de Rupella, loc. cit.

4 Hanc definitionem reicit Cantor Parisiensis, *Verbum abbrev.*, cc. 38 et 40 (PL 205, 130, 133); cf. Guil. Altissiod., *Summa*, III, tr. 27, c. 3, q. 1 (fol. 250d).

5 Ap. Gratian., *Decretum*, C. 1, q. 1, c. 11 (I, 360), ubi falso attribuitur Gregorio Naz.

6 Guil. Altissiod., loc. cit. (fol. 251a): « Patet decretistas mentiri, quoniam dicunt quod non est simonia nisi ubi est pactum expressum exterius ».

7 Cf. nota 5.

modis abscidatur[a] ». Ergo simonia non est « studiosa voluntas » tantum. — Videtur autem contrarium, quod etiam[b] in sola voluntate studiosa contrahatur, per simile de usurario. Dicitur enim Luc. 6, 35: *Date mutuum, nihil inde sperantes.* Ex quo habetur quod in spe inordinata alicuius « ultra sortem » contrahitur usura. Et hoc idem habetur in[c] *Extra, De usuris, Consuluit*[1]. Multo magis ergo debet[d] esse hoc in simonia, ut sola voluntate studiosa peccatum[e] simoniae contrahatur.

2. Praeterea, cum ipsa voluntate tamquam mala radice contrahatur peccatum, quaeritur ad quid additur « studiosa », cum etiam non studiosa peccatum videatur[f] determinare.

3. Deinde quaeritur de eo quod additur « vendendi vel emendi spirituale » etc. Videtur enim quod aliter etiam posset contrahi simonia quam emendo vel vendendo, utpote in permutationibus dignitatum vel ecclesiasticorum beneficiorum, ubi non intervenit auctoritas dioecesani. Dicit enim *Canon*[2] quod in spiritualibus « cesset omnis conventio »; et dicit Urbanus[3] « quod commutationes praebendarum de[g] iure fieri non possunt, praesertim pactione praemissa, quae circa spiritualia vel annexa spiritualibus labem continet simoniae ». Ergo non tantum contrahitur in emendo vel vendendo. — Ad idem facit quod dicitur ab Alexandro[4], ubi dicitur « quod transigi super re sacra litigiosa non potest; etenim res sacrae ut possideantur aliquo dato vel retento[h] sive compromisso, speciem dicimus habere simoniae ».

4. Item, obicitur de eo quod dicitur « spirituale ». Potest enim quaeri quid dicatur spirituale. Ratione cuius quaeritur utrum advocatus committat simoniam: vendit enim iustum patrocinium; iustum autem patrocinium[i] spirituale quoddam est. — Contra. Dicit Augustinus[5] quod « licet advocato vendere iustum patrocinium, iudici autem non licet vendere iudicium ». Ergo non committitur simonia in vendendo quodcumque spirituale.

5. Similiter quaeritur utrum iudex saecularis[k] vendendo iustitiam committat simoniam[l]. Et videtur quod non, per hoc quod dicitur[m] Matth. 21, 12, super illud: *Cathedras vendentium columbas,* Glossa[6]: « Venditores columbarum sunt praelati, qui Spiritum Sanctum vendunt ». Non ergo committitur simonia a[n] iudice saeculari in vendendo iustitiam.

6. Similiter potest quaeri quid dicatur « annexum spirituali ». Nam in necessitatis articulo possunt vendi res consecratae, ut cruces, calices et huiusmodi, et tamen ista sunt annexa; ergo vendere annexum spirituali non est simonia.

[Solutio]: 1. Ad quod dicendum quod peccatum simoniae committitur ipsa studiosa voluntate. Sed aliud est loqui de simonia prout aliquis excommunicatur ab Ecclesia pro ea, et aliud est prout est[o] peccatum generaliter: excommunicari autem dico a communione fidelium privari. Si enim fiat sermo de simonia prout infligitur excommunicatio, quae est privatio communionis fidelium, non sufficit simonia prout est studiosa voluntas, sed actus progrediens manifestus. Ad hoc facit quod dicit Urbanus[7]: « De manifestis autem loquimur; secretorum autem cognitor[p] et iudex est Deus ». Et loquitur ibi de excommunicatione. — Si vero sumatur excommunicatio pro privatione effectus sacramentorum, secundum hoc[q] excommunicatus vel suspensus dicitur ipso iure simoniacus, excommunicandus autem ab Ecclesia, cum in notitiam venerit. Ambrosius[8]: « Quicumque deinceps pro accipienda[r] divini doni dignitate quodlibet praemium detectus fuerit obtulisse, ex eo tempore se anathematis opprobrio noverit condemnatum atque a[s] participatione corporis et sanguinis Domini alienum ». Prout autem dicit Gregorius Nazianzenus[9], accipitur studiosa voluntas, cum iam est applicatio[t] ad actum. — Ad illud vero quod obicitur per simile de usura[u], dicendum est quod loquitur ibi de simonia prout[v] est peccatum, non prout facit irregularem[x] secundum iudicium Ecclesiae.

2. Ad illud etiam quod obicitur de additione huius differentiae « studiosa », dicendum est quod, licet non addatur illa differentia, nihilominus est peccatum. Additur autem[y] haec differentia « studiosa » in exaggerationem criminis. Cum enim vehemens est applicatio ad actum, tunc aggravatur crimen; magis autem in iis quae sunt prohibita quia simoniaca[z], ut emere vel

---

[a] T *abscindatur.* [b] V om. [c] V *hoc idem dicitur* pro *Et... in.* [d] B *debuit.* [e] V om. [f] T *videas.* [g] Z om. [h] Codd. *redempto.* [i] V om. *i. a. p.* [k] Z add. *in.* [l] B om. *c. s.* [m] Ita VF, alii *dicit.* [n] RL om., in FZ est add. interl. [o] R om. [p] V *cognitorum,* quod F corr.; T *agnitor;* VRLZ om. *autem,* in F est add. interl. [q] V *quod.* [r] FL *accipiendi.* [s] T om. [t] F *applicando,* quod L corr. [u] V om. *d. u.* [v] Ita V, alii *ut.* [x] BT *irregularitatem.* [y] L *etiam,* quod F corr. [z] V *simonia;* Z *aut* pro *ut.*

1 Ap. Gregor. IX, *Decretales,* V, tit. 19, c. 10 (II, 814).
2 Ap. Gratian., *Decretum,* C. 1, q. 2, c. 2 (I, 408).
3 Urbanus papa III; ap. Gregor. IX, *Decretales,* III, tit. 19, c. 5 (II, 523).
4 Alexander papa III; ap. Gregor. IX, *Decretales,* I, tit. 36, c. 7 (II, 208).
5 *Epist.* 153, c. 6, n. 23 (PL 33, 663); cf. Gratian., *Decretum,* C. 11, q. 3, c. 71 (I, 663).
6 Cf. *Ordin.,* in h. l. (PL 114, 153), ex Gregorio M., *In Evang.,* hom. 17, n. 13 et hom. 39, n. 2 (PL 76, 1145, 1295).
7 Ap. Gratian., *Decretum,* dist. 32, c. 11 (I, 120).
8 Ap. Gratian., *Decretum,* C. 1, q. 1, c. 7 (I, 359), ubi adscribitur Ambrosio, in *Libro pastorali,* sed est c. 3 concilii Toletani VIII (PL 130, 510).
9 Cf. supra, p. 789, nota 5.

vendere sacramenta; minus autem cum sunt simoniaca quia prohibita per constitutionem Ecclesiae, ut cum quis renuntiat ecclesiae eo respectu ut detur alteri: hoc enim determinatum est esse simoniacum ex Ecclesiae ordinatione, sicut habetur in *Extra, De officio iudicis delegati, Ex parte nobis innotuit* [1].

3. Ad sequens vero intelligendum est [a] quod nomine emptionis et venditionis intelligitur omnis contractus circa spiritualia praeter contractum permutationis, qui non convenit fieri nisi auctoritate [b] superioris, scilicet dioecesani [2]; unde large accipitur ibi pro illicita conventione circa spiritualia mediantibus temporalibus.

4. Ad sequens vero dicitur [c] quod alia est consideratio in advocato et iudice [3]. Iudex enim tenetur reddere iustum iudicium, advocatus vero pro labore suo potest accipere moderatum salarium, et secundum iura civilia et canonica; labor autem ille [d] non est res spiritualis nec ad hoc tenetur ex officio ecclesiastico quod habeat, sicut iudex ex officio sibi iniuncto.

5. Ad illud vero quod obicitur de iudice saeculari, respondetur quod, licet iudex saecularis peccet graviter vendendo iustum iudicium, non tamen committit simoniam. Spirituale enim dicitur quo habetur Spiritus Sanctus vel quo datur vel quo haberi significatur: quo habetur, ut virtus; quo datur, ut sacramentum; quo haberi significatur, ut donum prophetiae vel potestas faciendi miracula [e]. Iudex autem saecularis nullo istorum modorum potest vendere spirituale. Illa autem auctoritas, quae est de venditione iustitiae, ubi committitur simonia, intelligitur quando iudices ecclesiastici vendunt iudicium; unde dicit Gregorius [4]: « *In templo vendentes* [5] sunt, qui hoc, quod quibusdam iure competit, ad pretium largiuntur ». Aliis [6] autem videtur quod etiam in iudice saeculari vendere iustum iudicium sit simoniacum: actus enim virtutis est, et ita quoad hoc spirituale. Et hoc videtur dicere Gregorius [7]: « *Ementes in templo* sunt, qui, dum hoc, quod iustum est, solvere proximo nolunt, dumque rem debitam facere contemnunt, dato patronis pretio emunt [f] peccatum ».

6. Ad ultimum vero dicendum quod dupliciter est loqui de rebus consecratis, ut crucibus vel calicibus: ratione materiae vel ratione formae. Ratione materiae, cum non adest forma consecrata, et hoc modo potest vendi in necessitate; unde Ambrosius, in libro *De officiis* [8]: « Vasa ecclesiae initiata [g] confringere, conflare, vendere licet in casibus » determinatis; « opus est ut de ecclesia mystici poculi forma non exeat ne ad usus nefarios calicis sacri ministerium [h] concedatur ». Non sic autem est de oleo aut [i] chrismate: ipsa enim consecrantur ratione materiae.

Si vero quaeratur de lignis, quae sunt in ecclesia consecrata, utrum, si [k] destruatur ecclesia, possint converti in saecularium aedificiorum constructionem, responderi potest per hoc quod dicitur ab Hygino papa, *De consecratione,* dist. 1, *Ligna* [l 9]: « Ligna ecclesiae dedicatae [m] non debent ad aliud opus iungi nisi ad aliam ecclesiam vel igni comburenda vel ad profectum in monasterio fratribus » — « et hoc in locis religiosis, ut capitulo, vel dormitorio, non autem in coquina vel in vineis pastinandis [10] » — « in opera vero laicorum non debent admitti ». Unde in Chalcedonensi Concilio dicitur [11]: « Quae semel Deo dicata sunt monasteria, cum consilio episcoporum maneant perpetuo monasteria, et res, quae ad ea pertinent, monasteriis reservari oportet ».

ARTICULUS II. 822

Utrum simonia sit haeresis [12].

Deinde quaeritur utrum simonia sit haeresis.

Et videtur, *a.* per hoc quod dicit Gregorius, in *Registro* [13]: « Altare et decimas et Spiritum Sanctum emere vel vendere simoniacam haeresim esse nullus fidelium ignorat ». Et iterum [14]: « Anathema dandi vel accipiendi, haec est simoniaca haeresis ».

---

[a] F om. [b] Ita BT, alii *a voluntate, scilicet.* [c] F *dicendum.* [d] R om. [e] Z *mirabilia.* [f] Codd. *emitur.* [g] Ita F (corr.) R, VBT *vitiata,* LZ *nunciata;* RLZ *confligere* pro *confringere.* [h] RZ *misterium* [i] B *et,* TFRZ *ac,* L om. [k] Z om. [l] VBTL om. [m] B *dedicata.*

1 Ap. Gregor. IX, *Decretales,* I, tit. 29, c. 12 (II, 161).
2 Cf. Gregor. IX, *Decretales,* III, tit. 19, c. 5 (II, 522 sq.).
3 Cf. infra, num. 846.
4 *In Evang.,* hom. 39, n. 6 (PL 76, 1297); ap. Gratian., *Decretum,* C. 1, q. 1, c. 10 (I, 416).
5 Matth. 21, 12.
6 Cf. P. Cantor, *Verbum abbrev.,* c. 51 (PL 205, 160); Guil. Altissiod., *Summa,* III, tr. 27, c. 3, q. 2 (fol. 252a).
7 Loc. cit.
8 Lib. II, c. 28, n. 142 sq. (PL 16, 142).
9 Ap. Gratian., *Decretum,* c. 38 (I, 1303).
10 *Glossa* in Gratiani *Decretum,* in h. l. (col. 2488, litt. *f*).
11 Ap. Gratian., *Decretum,* C. 19, q. 3, c. 4 (I, 841).
12 Cf. Lombard., IV *Sent.,* d. 25, c. 2 (p. 909); S. Bonav., IV *Sent.,* d. 25, a. 1, q. 4 (IV, 647 sq.).
13 Rectius Paschalis II; ap. Gratian., *Decretum,* C. 1, q. 3, c. 14 (I, 418), ubi canon praecedens falso attribuitur Gregorio VII.
14 Ap. Gratian., *Decretum,* C. 1, q. 1, c. 12 (I, 361).

Contra. 1. Potest habere fidem informem et esse simoniacus; ergo simonia non est haeresis.

2. Praeterea, si esset haeresis, esset contra aliquem articulum qui continetur in *Symbolo;* non contra articulum de Spiritu Sancto: credit enim Spiritum Sanctum esse; nec contra illum articulum qui est de sancta et catholica Ecclesia: adhaeret enim unitati ecclesiasticae verbo, etsi non opere. Restat ergo quod non dicetur propter hoc haereticus.

[Solutio]: 1. Ad hoc responderi potest per hoc quod dicit Gregorius [a], in *Registro* [1]: « Cum *omnis avaritia idolorum* sit *servitus* [2], quisquis hanc, in ecclesiasticis maxime dandis dignitatibus, vigilanter non praecavet, infidelitatis perditioni subicitur, etiam si fidem, quam negligit, tenere videatur ». In quo datur intelligi quod uno modo dicitur habere fidem, alio vero [b] modo non, quia eam in opere non ostendit. Dicitur ergo quoad quid haereticus, quia non appretiatur gratiam Spiritus Sancti in rebus sacris prout deberet; unde [c] per consequens « detrahit Spiritui Sancto [3] » in sacramentis vel in rebus sacris.

2. Si vero quaeratur cui articulo principalius opponitur, dicendum est quod illi qui est de Spiritu Sancto ratione sacramentorum et rerum sacrarum. Unde « qui hanc iniquam actionem operantur [d], Spiritui Sancto detrahunt [4] », ponentes impretiabile sub pretio. Talis autem non dicitur haereticus per se propter falsam credulitatem in iis quae credenda non sunt, sed propter inordinatam voluntatem, qua principaliter dividitur a Spiritu Sancto, in quantum ab eo [e] datur sanctitas vel demonstratur, sicut est in dono prophetiae vel in potestate faciendi miracula.

823 ARTICULUS III.

Utrum simonia sit gravius peccatum quam haeresis.

Adhuc etiam quaeritur de comparatione simoniae ad haeresim.

Videtur enim simonia gravius esse peccatum aliqua haeresi. 1. Dicitur enim in *Extra, De simonia, Sicut* [5], quod « simoniaca pestis sui magnitudine alios morbos vincit ». Morbi autem dicuntur peccata; ergo maius peccatum est haeresi.

2. Item, Gregorius Nazianzenus [6]: « Dominus ut ementes et vendentes huius gratiae expertes ostenderet, cunctos peccatores per gratiam in templo dimisit, singulariter *ementes et vendentes* increpans et flagellans *de templo eiecit* [7] ». Ex quo videtur quod hoc peccatum gravius est aliis peccatis.

3. Item, I, quaest. 1, *Eos qui per pecuniam* [8]: « Tolerabilior Macedonii et eorum, qui circa ipsum sunt, Sancti [f] Spiritus impugnatorum impia haeresis. Illi enim creaturam et servum Dei Patris et Filii [g] Spiritum Sanctum fatentur delirando; isti eumdem Spiritum Sanctum suum [h] efficiunt servum. Omnis enim dominus, quod habet, si vult, vendit; similiter et qui emit, dominus eius volens esse quod emerit, per pretium pecuniae illud acquirit ». Ex quo arguitur quod deterius peccatum est [i] simonia haeresi Macedoniorum.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod gravius dicitur peccatum aliud alio vel propter maiorem pronitatem cum enormitate vel dicitur aliud [k] gravius alio, quia plus contrariatur fidei catholicae. Primo modo dicitur simoniaca pestis maius peccatum; secundo vero modo dicitur ipsa haeresis. Ipsa enim haeresis est in qua fit divisio principalis a fide summae veritatis.

[Ad obiecta]: 1. Ad primo autem obiectum respondendum [l] quod dicitur 'vincere alios morbos spirituales' propter sui adhaerentiam: difficile enim avellitur [m] propter sui adhaerentiam, eo quod oritur ex radice cupiditatis.

2. Ad secundum vero dicendum [n] quod illud quod dicit Gregorius Nazianzenus ad hoc retorquetur quod istud peccatum [o] quadam singularitate plus opponitur sacramentis Ecclesiae propter pronitatem [p] cupiditatis humanae, et hanc praefiguravit Dominus in eiectione ementium et vendentium de templo [9], non quod alii non sint digni eiectione. Unde in detestationem huiusmodi criminis dicitur [10] quod « mox » ut manifestum fuerit, « de Ecclesia Dei debet eliminari atque propelli ».

3. Ad tertium vero dicendum quod illud quod dicitur « tolerabilior » etc. ad hoc refertur, quia [q] indignius est Spiritum Sanctum [r] aestimare

---

[a] B om. [b] V om. [c] B *ut.* [d] VRLZ add. *et*, quod F exp. [e] V *a Deo* pro *a. e.* [f] V *sive.* [g] Codd. *Filium et.* [h] B om. [i] V om. [k] T om. [l] Ita V, alii add. *est.* [m] V *evenitur.* [n] Ita V, alii add. *est.* [o] BT add. *ex.* [p] V *pravitatem.* [q] T *quod.* [r] V om.

1 *Epist.*, XI, ep. 55 (PL 77, 1172); ap. Gratian., *Decretum*, C. 1, q. 1, c. 20 (I, 364).
2 Eph. 5, 5.
3 Cf. infra, nota 8.
4 Cf. infra, nota 8.
5 Ap. Gregor. IX, *Decretales*, V, tit. 3, c. 6 (II, 750).
6 Ap. Gratian., *Decretum*, C. 1, q. 1, c. 11 (I, 361), ubi falso attribuitur Gregorio Nazianzeno.
7 Matth. 21, 12sq.; Ioan. 2, 14sqq.
8 Ap. Gratian., *Decretum*, C. 1, q. 1, c. 21 (I, 365).
9 Cf. Ambros., *In Luc. 19*, 45 (PL 15, 1798); Hieronym., *In Matth. 21*, 12 (PL 26, 151); Gregor. M., *In Evang.*, hom. 17, n. 13 (PL 76, 1145).
10 Ap. Gregor. IX, loc. cit.

proprium servum quam servum Dei Patris, cum tamen utrumque sit sceleratum valde. Sed [a] tamen per alium et alium modum fit haec aestimatio. Nam Macedonius Spiritum Sanctum credidit esse creaturam, et ita quoad hoc servum, id est subiectum [b], sicut creatura rationalis vel intellectualis subicitur Deo. Non sic autem [c] simoniacus, sed simoniacus [d] sic agit vendendo gratiam Spiritus Sancti in sacramentis quasi Spiritus [e] Sanctus in effectu esset subiectus [f] ei. Et hoc est quod dicitur [1]: « Omnis dominus quod habet, si vult, vendit, sive servum sive aliud eorum quae possidet ».

ARTICULUS IV. 824

De comparatione simoniae ad idololatriam.

Adhuc etiam quaeritur de comparatione simoniae ad idololatriam.

Videtur enim gravius punita simonia quoad rationem venditionis quam idololatria. 1. Cuius autem poena maior est [g], illud peccatum maius esse arguitur. « Quis enim dubitat sceleratius esse commissum, quod gravius vindicatur [h]? » sicut habetur XXIV, quaest. 1, *Non afferamus* [2]. Quod autem [i] poena sit gravior, habetur ab Ambrosio, in libro *De mysteriis* [k 3], ubi dicitur: « Cum illi, qui in Deum idololatriae errore deliquerunt, in quartam generationem videantur esse mulctati, sicut habetur in Deuter. [4]: *Moabitae* et ceteri *non intrabunt in Ecclesiam Dei usque in tertiam et quartam generationem,* profecto durior videtur esse sententia, qua [l] Giezi semen usque in aeternum pro cupiditate habendi [m] prophetica auctoritate damnatur ». Dicitur enim [5]: *Lepra adhaerebit tibi et semini tuo usque in sempiternum.* Ex quo videtur quod gravior poena sit pro peccato simoniae inflicta quam pro peccato idololatriae, et ita videtur maius esse peccatum.

[Solutio]: 1. Ad quod respondendum per hoc quod habetur [n] in alia translatione secundum nostram litteram, ubi dicitur [6] quod *Ammonites et Moabites etiam post decimam generationem non intrabunt in Ecclesiam Dei usque in sempiternum.* Ex quo habetur quod utrique peccato quantum ad hoc par poena fuit inflicta; nihilominus tamen peccatum idololatriae maius est et gravior poena debetur ei.

Quod autem dicitur quod *non intrabit usque in tertiam et quartam generationem Ecclesiam Dei,* sicut habetur in alia translatione [7], ad intellectum mysticum potest referri [8].

Illud etiam quod dicitur [o]: *Lepra adhaerebit tibi et semini tuo usque in sempiternum,* spiritualiter potest intelligi de imitatoribus in illo genere peccati. Unde Ambrosius [p 9]: « Cum Giezi semen in aeternum damnatur, quid est nisi quod vitiorum semen magis quam generis intelligas? »

Praeterea, quod dicitur de Moabitis quod *non intrabunt ecclesiam* Domini, causa subiungitur [10]: *Quia noluerunt vobis occurrere cum pane et aqua, quando egressi estis de Aegypto: et* [q] *quia conduxerunt* [r] *contra te Balaam, filium Behor, ut malediceret tibi.* Et ita alia causa subiungitur quam idololatriae, licet ipsi essent idololatrae. Quantum autem ad litteram, talis poena statuta fuit, « ne eos factos [s] proselytos reciperent in Ecclesiam Dei usque in [t] decimam generationem [11] ».

CAPUT III.

QUIBUS MODIS SIMONIA CONTRAHATUR [12].

Tertio quaeritur quibus modis simonia contrahatur.

Et potest dici quod tripliciter, secundum Gregorium [13], super illud Isai. 33, 15: *Beatus, qui*

---

[a] V *non.* [b] V *et liberum* pro *i. e. s.* [c] B add. *est.* [d] R om. *s. s.* [e] Z exp. [f] FL *subitus.* [g] T om. [h] BT *indicatur.* [i] V *etiam.* [k] B *ministeriis,* quod F corr. [l] Ita BTF (corr.), alii *quia.* [m] L *habenda,* quod F corr. [n] B *dicitur.* [o] Ita V, alii add. *quod.* [p] V om. *in... Ambrosius.* [q] L om., in F est add. mg. [r] V add. *etiam.* [s] V om., alii om. *eos.* [t] BT *ad.*

1 Ap. Gratian., loc. cit.

2 Ap. Gratian., *Decretum,* C. 24, q. 1, c. 21 (I, 974), ex Augustino, *De Bapt. c. Donat.,* II, c. 6, n. 9 (PL 43, 132).

3 Rectius *In Luc.,* IV, n. 53 sq. (PL 15, 1628); ap. Gratian., *Decretum,* C. 1, q. 1, c. 16 (I, 362), ubi sub titulo *De ministeriis* in can. 14 et 15 afferuntur alii textus Ambrosii.

4 Cap. 23, 3, 8.

5 IV Reg. 5, 27.

6 Deuter. 23, 3; II Esdr. 13, 1.

7 Hanc translationem Ambrosius adhibet, qui potius credendus est hunc locum Scripturae memoriter conflasse ex Deuter. 5, 9 et Deuter. 23, 8.

8 Cf. Augustin., *In Heptat.,* V, q. 42 (PL 34, 765).

9 Loc. cit. 10 Deuter. 23, 4.

11 *Glossa* in Gratiani *Decretum,* in h. l. (col. 659 sq., litt. *d-h*), ubi plura praecedentium verbotenus occurrunt.

12 Cf. Ioan. de Rupella, *Summa de vitiis* (fol. 30c).

13 *In Evang.,* hom. 4, n. 4 (PL 76, 1092); ap. Gratian., *Decretum,* C. 1, q. 1, c. 114 (I, 402 sq.).

excutit manus suas ab omni munere. « Est enim munus [a] a manu pecunia, et munus a lingua favor, et munus ab officio servitus indebite impensa ». Et hoc idem dicit Urbanus [1]: « Quisquis res ecclesiasticas, non ad quod institutae sunt, sed ad propria lucra munere linguae vel indebiti obsequii vel pecuniae largitur vel adipiscitur, simoniacus est ». Et dicit Gregorius [2]: « Tunc *ab omni munere manus excutit,* quando in divinis rebus non solum nullam pecuniam, sed nec humanam gratiam requirit ».

Primo ergo [b] quaerendum est de munere a manu;
secundo, de munere ab obsequio;
tertio, de munere a lingua.

ARTICULUS I.

De munere a manu.

825 PROBLEMA I.

Utrum iudex ecclesiasticus, recipiens munera, sit simoniacus.

Circa munus autem a manu quaeritur utrum iudex ecclesiasticus possit aliqua munera recipere, et, si recipit, utrum iudicandus sit simoniacus.

Et videtur quod sic. 1. Dicitur enim in Matth. 10, 8: *Gratis accepistis, gratis date.* Et dicitur [c] in Concilio Toletano [3]: « Quidquid invisibilis gratiae consolatione tribuitur, nunquam quaestubus vel quibuslibet praemiis venumdari penitus debet ». Sed qui recipit munera vel qui dat exponit venditioni vel emptioni; ergo est simoniacus.

2. Item, Eccli. 20, 31: *Exennia et dona excaecant oculos iudicum, et quasi frenum in ore avertit correptiones eorum.* Nullatenus ergo dandum est munus iudici ecclesiastico vel accipiendum munus ab eo.

Contra. *a.* In iure humano [4] habetur quod esculentum et poculentum possunt accipere nec est eis prohibitum, scilicet iudicibus saecularibus; pari ergo ratione possunt iudices ecclesiastici huiusmodi munera accipere.

b. Item, in [d] *Extra, De simonia, Etsi quaestiones* [5], ubi dicitur: « Quod scriptum est [6]: *Beatus, qui excutit manus suas ab omni munere,* de illis donis dictum est quae accipientis animum allicere vel invertere solent, quia, si offeratur electuarium, aut de vino vel aliis huiusmodi, quae modici pretii fuerint et quae voluntatem recipientis [inclinare] vel movere non [e] debeant, Ecclesia Romana non consuevit interpretari accipientem in iis delinquere [f] ». Ergo non in quacumque receptione muneris a praelato vel iudice ecclesiastico contrahitur simonia.

[Solutio]: Ad quod dicendum [g] quod in iudicio Dei, qui *intuetur cor* [7], si moveatur voluntas iudicis ecclesiastici ad ferendum [h] iudicium pretio muneris magni vel parvi, semper est simonia. Ecclesia vero respicit opus exterius [8], et quia modica munera non videntur debere corrumpere animum iudicis ecclesiastici, non reputatur apud Ecclesiam simonia. Unde [9] « in muneribus accipiendis et dandis tria sunt attendenda, personae scilicet dantis et accipientis qualitas [i], quantitas muneris et donationis tempus. Qualitas personarum, ut a quo et cui, videlicet an a paupere diviti vel e converso sive a divite [k] locupleti datum fuerit; aestimatio muneris, si maioris vel minoris pretii existat; donationis tempus, si instante necessitate vel alio tempore conferatur ». Et secundum hoc habenda est praesumptio de simonia vel suo opposito.

826 PROBLEMA II.

Utrum possit pecunia dari sacerdoti pro Baptismo [10].

Item, quaeritur utrum possit pecunia dari sacerdoti pro Baptismo adulti, si sacerdos nullatenus vult baptizare nisi habeat pecuniam.

Et videtur quod sic. 1. Licet unicuique redimere ius suum [11]; sed ius istius est ut baptizetur [l]; ergo licet in illo casu dare pecuniam.

---

[a] RZ om.; T om. *enim.* [b] BT *modo.* [c] V *habetur.* [d] V om., in R est add. interl. [e] BT *nihil.* [f] FLRZ *derelinquere.* [g] Ita VF, alii add. *est.* [h] V *deferendum,* BT *referendum.* [i] T add. *et;* V *recipientis* pro *accipientis.* [k] T *iudice.* [l] BT *baptizaretur.*

1 Urban. II; ap. Gratian., *Decretum,* C. 1, q. 3, c. 8, § 1 (I, 414).
2 Cf. p. 793, nota 13.
3 Ap. Gratian., *Decretum,* C. 1, q. 1, c. 101 (I, 398).
4 *Digesta,* I, tit. 16, c. 2, § 3 et tit. 18, c. 18 (I, 145, 148).
5 Ap. Gregor. IX, *Decretales,* V, tit. 3, c. 18 (II, 755).
6 Isai. 33, 15.
7 I Reg. 16, 7.
8 Cf. supra, p. 790, nota 7.
9 Ap. Gregor. IX, loc. cit.
10 Cf. Guil. Altissiod., *Summa,* III, tr. 27, c. 2, q. 3 (fol. 250b sq.); Ioan. de Rupella, *Summa de vitiis* (fol. 30c sq.).
11 Ap. Gregor. IX, *Decretales,* V, tit. 3, c. 28 (II, 758).

2. Praeterea, potest contingere quod parvulus deferatur ad sacerdotem laborans in extremis, et, si non fuerit baptizatus, poenam aeternam subibit; de duobus autem malis [a] minus eligendum est; ergo in tali casu potest dari pecunia sacerdoti pro Baptismo parvuli.

Contra. *a.* Dicit Apostolus ad Rom. [1] quod [b] non sunt facienda *mala, ut veniant bona;* non ergo danda est [c] pecunia pro re spirituali.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod aliud est dare pecuniam pro Baptismo et aliud pro aqua, in qua postea possit aliquis baptizari. Pro Baptismo non est licitum dare pecuniam; pro aqua vero, si aliter haberi non [d] possit, potest dari pecunia nec venditur ibi spirituale. In casu ergo praedicto [e], si nullatenus vult sacerdos baptizare nisi detur ei pecunia, emenda est aqua, si aliter fieri non potest, et baptizari debet ab alio. Similiter [f] dicendum est de parvulo. In necessitate enim potest ab alio dari Baptismus, maximae autem necessitatis [g] est vitatio simoniacae pravitatis.

PROBLEMA III. 827

Utrum liceat dare pecuniam pro redemptione iuris sui.

Deinde quaeritur utrum licitum sit dare pecuniam pro redemptione iuris sui.

Quod videtur. *a.* Licitum [h] enim est unicuique ius suum redimere, et dicitur in *Extra, De simonia, Dilectus* [2], quod restitutio facienda est illi qui redemit vexationem suam, quia [i] qui accepit pecuniam, commisit simoniam; ex quo habetur quod licitum est redimere; non ergo committitur simonia, si datur pecunia pro redimenda vexatione, quae sibi fit iniuste super iure spirituali.

Contra. 1. Potest contingere [k] quod is, a quo petitur, ius habeat aliquod [l] in ipsa re quae petitur; sed illud ius est spirituale; non est autem licitum emere spirituale sicut nec vendere; ergo non est licitum redimere.

2. Praeterea, habet superiorem, coram [m] quo potest consequi ius suum; cum ergo alia via pateat ei, et dicat Apostolus [n 3]: *Ab omni specie mala abstinete vos,* redemptio autem emptio quaedam est, non ergo in casu tali licitum est redimere.

[Solutio] [4]: Ad quod dicendum quod « licitum est redimere vexationem », quae fit iniuste super « re spirituali, ubi ille, a quo petitur, nihil habet iuris » nec per superiorem potest consequi ius suum; nec emitur ibi spirituale, sed temporale: vexatio enim res temporalis est. — Quod autem liceat redimere ab illo qui nihil iuris habet in re, licet non sit licitum accipere, patet [o] per hoc quod dicitur I, quaest. 3, *Quaesitum* [5], ubi « omnem venalitatem » prohibet Urbanus; concedit autem « decimas monasteriis sub huiuscemodi redemptione ab annis triginta et supra quiete possidendas ».

PROBLEMA IV. 828

Utrum liceat pro operibus spiritualibus debitis aliquid exigere.

Adhuc etiam quaeritur utrum licitum sit pro operibus spiritualibus debitis, ut pro consecratione vel visitatione, aliquid exigere.

Et videtur quod non. 1. Sicut enim [p] sanctificatio in Baptismo vel Confirmatione est res spiritualis, ita et consecratio ecclesiae; sed pro istis operibus non est licitum accipere; ergo nec pro illis.

Contra. *a.* Dicit Apostolus, I [q] Cor. 9, 11: *Si seminamus vobis spiritualia, non magnum est si carnalia metamus;* et iterum [6]: *Quis militat suis stipendiis unquam?* et iterum [7]: *Laborantem agricolam oportet de fructibus percipere.* Ex quibus colligitur quod licitum est episcopis et aliis praelatis pro quibusdam operibus exhibitis recipere procurationem.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod in huiusmodi non committitur simonia, si [r] exigitur procuratio moderata [s], sicut habetur in *Extra, De simonia, Cum sit Romana* [8], ubi dicitur quod « pro [t] ecclesiarum consecratione nihil [u] potest vel debet praeter procurationem exigere »; et in *Extra, De praescriptionibus, Cum ex officii* [9], ubi dicitur quod « ratione etiam visitationis debetur » procuratio, « contra [v] quam non potest praescribi [x] ».

Ad obiectum 1. autem in contrarium dicendum [y] quod non est simile de consecratione et

---

[a] T om. [b] BT om. [c] B om. [d] R om. [e] R vacat. [f] VFRZ add. *enim.* [g] F *necessitas;* R *simonie* pro *simoniacae.* [h] V *bonum,* Z *licet.* [i] Z *quod.* [k] V *attingere.* [l] BT *aliquid.* [m] VRLZ om., in F est add. mg. [n] Z *amplius.* [o] R *sed.* [p] T om. [q] Z add. *ad;* B om. *si.* [r] RZ *sed.* [s] B *immoderata.* [t] T om. [u] Ita V, alii *nec.* [v] T *quam.* [x] F *scribi.* [y] Ita Z, alii add. *est.*

1 Cap. 3, 8.
2 Cf. supra, p. 794, nota 11.
3 I Thess. 5, 22.
4 Cf. *Glossa,* in h. l. (col. 1624, litt. *g*).
5 Ap. Gratian., *Decretum,* C. 1, q. 3, c. 4 (I, 412).
6 I Cor. 9, 7. 7 II Tim. 2, 6.
8 Ap. Gregor. IX, *Decretales,* V, tit. 3, c. 10 (II, 751).
9 Ap. Gregor. IX, *Decretales,* II, tit. 26, c. 16 (II, 388).

Baptismi seu Confirmationis ministratione. Illa enim pure pertinent ad gratiam, et tamen nec in iis nec in [a] illis aliqua debet intervenire pactio rei temporalis [1]. Constitutum est autem ab Ecclesia [2] quod [b] procurationes dentur ratione ipsius laboris, qui magnus est, et non debent intervenire, sed sequi; unde illa [c] temporalia non sunt media, sed ex consequenti debita [d], sicut Dominus dicit in Evangelio [3]: *Dignus est operarius cibo suo.*

ARTICULUS II.

De munere ab obsequio.

829 PROBLEMA I.

Utrum liceat mediante obsequio obtinere beneficium spirituale.

Secundo quaeritur de munere ab obsequio utrum licitum sit mediante obsequio obtinere beneficium spirituale.

Et videtur quod sic. *a.* Dicit enim Gregorius [4]: « Ecclesiasticis utilitatibus deservientes ecclesiastica dignum est remuneratione gaudere, ut qui se voluntariis obsequiorum necessitatibus sponte subiciunt, digne nostris provisionibus consolentur ». Ex quo habetur quod mediante obsequio potest aliquis obtinere beneficium ecclesiasticum.

b. Item, Gregorius [5]: « Iustum est ut illi consequantur stipendium, qui pro tempore suum commodare reperiuntur obsequium ».

c. Praeterea, si conferenda sunt beneficia ecclesiastica, quibus magis conferenda sunt quam illis qui Ecclesiae [e] serviunt [6]? Ergo licitum est intuitu servitii conferre beneficium ecclesiasticum; pari ratione et servire: et intelligitur hic [f] de servitio corporali.

Contra. 1. Munus ab obsequio intervenit; sed, sicut dicit Gregorius, in *Registro* [7], ubi est manuale servitium, si exhibeatur intentione [g] beneficii spiritualis, simonia committitur; dicit enim [Urbanus] [8]: « Qui res ecclesiasticas non ad quod institutae sunt, munere linguae vel obsequii vel pecuniae largitur vel adipiscitur, simoniacus est ».

[Solutio] [9]: Ad quod respondetur quod refert utrum dignum exhibeat servitium, sive honestum sive inhonestum [h], et iterum si persona fuerit digna vel indigna et iterum utrum interveniat pactio vel non. « Si dignus dignum exhibeat servitium » vel honestum nec intervenit pactio nec principaliter « habet animum ad hoc [i] » — hoc dicitur propter illud quod dicitur a Gregorio, I, quaest. 1, *Ordinationes* [10] — licet habeat secundario, non committit simoniam: dicitur enim « munus ab obsequio servitus indebite impensa [11] ». « Si vero indignus est » et maxime si inhonestum exhibeat [k] servitium, simonia committitur, sicut dicit Gregorius, in *Registro,* et habetur I, quaest. 1, *Si quis* [l] [12]. Si vero interveniat pactio, simoniacum est: res enim spiritualis, utpote ecclesia, in pactionem non est deducenda [13].

830 PROBLEMA II.

Utrum liceat obsequium spirituale facere pro beneficio ecclesiastico, interveniente conditione.

Sed adhuc quaeritur utrum obsequium [m] spirituale possit aliquis facere pro beneficio ecclesiastico, interveniente conditione.

Et videtur quod non, *a.* quia in contractu rei spiritualis non debet intervenire conditio.

Contra. 1. Habetur in [n] *Extra, De praebendis, Significatum* [14], ubi dicitur quod « cuidam sacerdoti unam [o] praebendam in ecclesia communi voluntate » dederunt, « ita quod Missam de S. Maria, nisi corporis infirmitate sit gravatus, debet quotidie celebrare ». Innuitur ergo [p] ibi pactio in ipsa collatione.

[Solutio]: 1. Ad quod respondetur quod conditio

---

[a] BT om. [b] Z *ut.* [c] F om., BT *ibi,* LZ *ubi,* quod F exp. [d] R add. *sunt.* [e] B *necesse.* [f] BT *hoc.* [g] B om. [h] L om. *s. i.,* in F est add. mg. [i] V om. *a. h.* [k] R *exhibent.* [l] L om. *S. q.* [m] BT om. [n] VT om. [o] V *quamdam.* [p] R om.

1 Cf. infra, nota 13.
2 Cf. Gratian., *Decretum,* C. 12, q. 2, c. 45 (I, 702).
3 Matth. 10, 10.
4 *Epist.,* III, ep. 18 (PL 77, 618); ap. Gratian., *Decretum,* C. 12, q. 2, c. 67 (I, 708).
5 *Epist.,* V, ep. 23 (PL 77, 759); cf. nota 1.
6 Cf. Gratian., *Decretum,* C. 1, q. 2, c. 10 (I, 411).
7 Ap. Gratian., *Decretum,* C. 1, q. 1, c. 115 (I, 403). Non est Gregorii VII neque Gregorii M.
8 Cf. supra, p. 794, nota 1.
9 Cf. *Glossa* in Gratiani *Decretum,* C. 1, q. 1, c. 114 (col. 736sq., litt. *m*).
10 Gregor. VII; ap. Gratian., *Decretum,* C. 1, q. 1, c. 113 (I, 402).
11 Cf. supra, p. 794a.
12 Cf. supra, nota 5.
13 Cf. Gregor. IX, *Decretales,* I, tit. 35, c. 8 (II, 205).
14 Ap. Gregor. IX, *Decretales,* III, tit. 5, c. 11 (II, 467).

illa convenientius imposita fuit in[a] institutione praebendae et postea secuta est confirmatio Summi Pontificis, et ita illi praebendae adhaerebat tale officium et « res cum onere[b] suo transit[1] ». Illud autem quod dicitur in *Decretali,* ad conditionem in constitutione referatur.

ARTICULUS III.

De munere a lingua.

PROBLEMA I. 831

Utrum liceat pro se petere aliquod beneficium ecclesiasticum[2].

Tertio dicendum est de munere a lingua, et quaeritur primo utrum aliquis possit per se petere ecclesiam vel dignitatem vel aliquod beneficium ecclesiasticum.

Et videtur quod non. 1. Dicitur enim ad Hebr.[3]: *Ne quisquam sibi sumat honorem, sed qui vocatus est a Deo tamquam Aaron.* Ergo non debet se ingerere verbo vel facto; non ergo aliquis debet pro se petere.

2. Praeterea, in[c] ipsa petitione ostenditur se desiderare; sed[d] dicit Gregorius[4]: « Sicut locus regiminis desiderantibus est negandus[e], ita fugientibus est offerendus[f] ». Non ergo aliquis pro se debet petere beneficium ecclesiasticum.

Contra. *a.* Potest esse ordinatus et non habere beneficium sufficiens vel nullum[g] habere beneficium; cum ergo ei iure debeatur propter honestatem Ecclesiae — sicut habetur *Extra, De praebendis*[5]: « Non liceat ulli episcopo ordinare clericos et nullas eis alimonias[h] praestare »; et iterum[6]: « Episcopus, si aliquem sine certo titulo, de quo necessaria vitae percipiat, in diaconum vel presbyterum ordinaverit, tamdiu ei necessaria subministret » etc. — potest ergo licite petere beneficium ecclesiasticum.

b. Item, Hieronymus, *Ad Damasum Papam*[7]: « Clericos illos convenit stipendiis sustentari, quibus propinquorum et parentum nulla bona suffragantur ». Cum ergo clericis iure debeantur, licitum est eis petere beneficium ecclesiasticum pro se ipsis[i].

[Solutio]: Ad quod respondetur quod non potest pro[k] se petere Ordines vel beneficium, cui sit annexa cura animarum. Potest autem petere beneficium simplex, cum ei de iure competat, utpote si est ordinatus et non[l] habet beneficium sufficiens. Dicit enim Gregorius[8]: « Ordinationes, quae interveniente pretio vel precibus vel obsequio alicuius personae ea intentione impenso[m] [fiunt], falsas esse iudicamus, quoniam qui taliter ordinantur, *non per ostium*[9], id est Christum, intrant[n] » — dicuntur autem falsae quantum ad executionem — et hoc exponitur I, quaest. 1, *Non itaque*[10].

Sed quid, si aliquis dignus pro se offerat preces, numquid est simoniacus? Videtur ex iam dictis, et hoc idem [quidam][11] opinantur. — Sed grave est hoc dicere, cum iura non sint de hoc omnino expressa et multorum secundum hoc fieret condemnatio. Tutius tamen est ut nullus, quantumcumque dignus, pro se faciat preces nisi iure[o] ei competat, sicut dictum est[12]: ex hoc enim potest reddere se indignum. Gregorius[13]: « Qui ultro[p] ambit vel importunum[q] se ingerit, procul dubio est repellendus. Nam qui sic nititur ad altiora conscendere, quid aliud agit nisi ut crescendo decrescat? »

PROBLEMA II. 832

Utrum, si preces fiant ab alio, simonia sit.

Deinde quaeritur utrum[r], si preces fiant ab alio, simonia sit vel[s] in Ordine vel in beneficio.

Et videtur quod sic, 1. per hoc quod dicit Gregorius[14]: « Oportet ut neque per donum neque

---

[a] BT om. [b] FL *honore,* quod Z corr.; Z *ut* pro *et.* [c] B om. [d] V *sicut.* [e] V add. *et.* [f] V *conferendus.* [g] T *malum.* [h] BT *elemosinas.* [i] V om. *p. s. l.* [k] V *per.* [l] Z om. [m] V add. *et.* [n] V om. [o] V *in re.* [p] R add. *se.* [q] FRLZ *importunium.* [r] F om., in L est add. mg. [s] T om.

1 Ap. Gregor. IX, *Decretales,* III, tit. 30, c. 33 (II, 568).
2 Cf. Ioan. de Rupella, *Summa de vitiis* (fol. 30c).
3 Cap. 5, 4.
4 *Epist.,* VII, ep. 4 (PL 77, 854); ap. Gratian., *Decretum,* C. 8, q. 1, c. 9 (I, 592).
5 Ap. Gregor. IX, *Decretales,* III, tit. 5, c. 2 (II, 465).
6 Loc. cit., c. 4.
7 Ap. Gratian., *Decretum,* C. 1, q. 2, c. 6 et C. 16, q. 1, c. 68, § 2 (I, 409, 785), ex capite incerto.
8 Cf. supra, p. 796, nota 10.
9 Ioan. 10, 1.
10 *Glossa* Gratiani in C. 1, q. 1, c. 122 (I, 405).
11 Inter quos Hugutio; cf. *Glossa* in Gratiani *Decretum,* loc. cit. (col. 741, litt. *c*).
12 Cf. hic in *Solutione.*
13 *Epist.,* IX, ep. 106 (PL 77, 1029); ap. Gratian., *Decretum,* C. 1, q. 6, c. 3 (I, 425).
14 Ap. Gratian., *Decretum,* C. 1, q. 1, c. 116 (I, 403).

per gratiam neque per quorumdam supplicationem aliquos ad sacros Ordines consentias vel permittas adduci ».

2. Item, quod non debent adesse preces armatae, patet per hoc quod dicit Symmachus[a 1]: « *Si quis episcopatum desiderat*[b 2], data pecunia potentes personas suffragatrices[c] minime sibi adhibeat nec ad decretum sibi faciendum adhibito cuiuslibet generis timore compellat ».

Sed videtur contrarium, *a.* per hoc quod dicitur in *Canone*, I, quaest. 1, *Latorem praesentium*[3] etc., et dicit Gregorius[4]: « Nec gratia alicuius neque supplicatione aliquos ad sacros Ordines audeat promovere nisi quem vitae et actionis qualitas ad hoc dignum esse monstraverit ».

[Solutio]: Ad quod respondetur quod, cum[d] preces carnales succedunt loco pretii, et hoc maxime fit cum pro indigno fiunt, simonia dicitur perpetrari. Unde Gregorius, in *Registro*[5]: « Prae omnibus tibi curae sit[e] ut in electione nec[f] datio quibuscumque modis interveniat praemiorum nec quarumlibet personarum patrocinia convalescant ». Si vero preces fiant pro digno[g], non committitur simonia[6]: praesumitur enim pro ipsa persona quod recta sit intentio nec ordinator vel elector principaliter habet respectum[h] ad preces.

Sed potest quaeri quare minus committitur simonia in precibus oblatis pro digno quam in pecunia: si enim interveniat[i] pecunia, simonia committitur. — Et respondetur ad hoc quod preces ordinatae sunt ad manifestandum quod congruit talem ordinari vel beneficiari: ad hoc enim est[k] sermo deprecatorius pro digna persona; pecunia vero non est ad hoc, sed ut inordinate[l] moveat affectum conferentis Ordinem vel beneficium.

CAPUT IV.

DE MATERIALIBUS DIFFERENTIIS SIMONIAE.

Quarto quaeritur de materialibus differentiis simoniae, quae attenduntur secundum differentiam spiritualis et[m] annexi spiritualibus. Sunt autem tres differentiae:

Prima, de ipso spirituali;
secunda, de annexo spirituali;
tertia, de illo quod est spirituale et annexum spirituali.

ARTICULUS I.

De ipso spirituali.

833

PROBLEMA I.

Utrum liceat dare pecuniam pro benedictione matrimoniali[7].

Circa primam sic: I. Quaeritur utrum licitum sit aliquibus dare pecuniam pro benedictione matrimoniali, si sacerdos noluerit facere sine pretio, iam existente matrimonio.

Et videtur quod sic, 1. quia licitum est redimere ius suum[8]; sed ius est copulatorum per matrimonium quod detur eis benedictio[9]; ergo licitum est dare pro benedictione obtinenda, si aliter fieri non potest.

Contra. *a.* Benedictio est res spiritualis; et non est licitum dare pecuniam pro re spirituali; ergo non est licitum dare pro ea. Quid ergo agendum est in tali casu?

II. Item, matrimonium est sacramentum, et ita est res spiritualis. Numquid licitum est intervenire pecuniam in contractu matrimoniali adiecta pactione?

Et videtur quod non, 1. quia sacramentum res spiritualis est; matrimonium autem est sacramentum; si ergo « in spiritualibus debet omnis pactio » pecuniae[n] « cessare[10] », debet in matrimonio huiusmodi conditio non interesse.

Sed contrarium videtur, *a.* per hoc quod dicitur in *Extra, De conditionibus appositis in matrimonio, De illis*[11], ubi dicitur quod, si conditio interposita fuerit de aliqua summa pecuniae interveniente iuramento sub hac forma « ego te in

---

[a] B *simoniacus*, quod FL corr. [b] R add. *bonum opus desiderat*. [c] Ita BT, alii *suffragantes*. [d] B *dum*. [e] L om., in F est add. interl. [f] Z *nisi*. [g] V *indigno*. [h] R *tantum*, quod Z corr. [i] Ita V, alii *interveniret*. [k] V om. [l] L *ordinate*. [m] V *vel*. [n] T om.

1 Ap. Gratian., *Decretum*, C. 1, q. 6, c. 1 (I, 425).
2 I Tim. 3, 1.
3 Ap. Gratian., *Decretum*, C. 1, q. 1, c. 121 (I, 405).
4 *Epist.*, V, ep. 58 (PL 77, 794); ap. Gratian., loc. cit., c. 117, § 1 (I, 404).
5 Lib. III, ep. 22 (PL 77, 621); ap. Gratian., *Decretum*, C. 8, q. 2, c. 1 (I, 598).
6 Cf. supra, num. 829, *Solutio* et num. 831, *Solutio*.
7 Cf. Guil. Altissiod., *Summa*, III, tr. 27, c. 2, q. 3 (fol. 250b sq.); Ioan. de Rupella, *Summa de vitiis* (fol. 30d).
8 Cf. supra, p. 794, nota 11.
9 Cf. Gratian., *Decretum*, C. 30, q. 5, cc. 1-5 (I, 1104 sq.).
10 Cf. Gregor. IX, *Decretales*, I, tit. 35, c. 8 (II, 205).
11 Ap. Gregor. IX, *Decretales*, IV, tit. 5, c. 3 (II, 682 sq.).

uxorem accipiam, si tantum mihi donaveris', non habebitur reus periurii, si eam [a], nolentem sibi solvere quod sibi dari petivit [b], non acceperit in uxorem, nisi consensus de praesenti aut carnalis sit inter eos subsecuta commixtio ». Ex quo habetur quod non est peccatum apponere conditionem pecuniae in matrimonio contrahendo.

[Solutio]: I. Ad quod respondetur et primo ad illud quod dicitur de benedictione nubentium, quod non est licitum exigere et extorquere « pecuniam » ante [c] « pro benedictione nubentium [d] et similibus », sicut habetur in *Extra, De simonia, Ad apostolicam audientiam* [1]. Si tamen est consuetudo pia in quibusdam partibus ut aliqua conferantur ex « devotione fidelium », congruit « ut libere conferantur sacramenta [e] ecclesiastica; sed per episcopum loci, veritate cognita, compescantur qui [f] malitiose nituntur laudabilem consuetudinem immutare ».

[Ad obiecta]: 1-*a*. Quod autem obicitur quod 'licitum est redimere ius suum', praeterea [quando] quaeritur 'quid agendum [g] in tali casu', respondetur quod benedictio non est de substantia matrimonii, sed pertinet ad solemnitatem [2]; tamen, quia [h] eis debetur ex constitutione Ecclesiae, recurrere debent ad superiorem, cuius est compellere et amovere obstaculum peccati. Si vero noluerit, tutius est abstinere quam alium inducere in peccatum vel dare occasionem [i] peccati. Nec est simile in aliis, ubi redimitur vexatio, non ipsum ius emitur.

II. Ad aliud vero [k] dicendum quod non est simonia, si interveniat conditio pecuniae in contractu matrimoniali [l]. Dicunt [3] enim quod in omni sacramento ecclesiastico, in quo confertur gratia, si interveniat pactio pecuniae vel datio [m], qua ematur, simonia est; in matrimonio vero non confertur gratia, et est sacramentum ante utramque Legem in lege naturae, et ideo potest intervenire conditio pecuniae provocativa ad consensum.

PROBLEMA II. 834

Utrum sacerdos possit cantare Missam pro denariis [4].

Deinde quaeritur utrum sacerdos possit cantare Missam pro denariis.

Et [n] videtur quod non. 1. Dicitur enim super illud Osee 5, 1: *Vobis iudicium est [o], sacerdotes, quoniam laqueus facti estis speculationi et rete expansum super montem [p] Thabor,* ubi exponit Bernardus [5] hoc de sacerdotibus qui super [q] sacramentum altaris rete expandunt cupiditatis.

2. Praeterea, sicut habetur Ioan. 2, 15, Dominus ementes et vendentes *eiecit de templo.* Qui autem magis sunt ementes et vendentes quam illi qui Sacramentum Eucharistiae exponunt venditioni?

3. Praeterea, Mich. 3, 11 reprehenduntur sacerdotes, qui *in mercede respondebant,* secundum aliam litteram [6], ubi nos habemus *in mercede docebant;* sed quid est respondere *in mercede* nisi celebrare pro pecuniis?

Sed videtur contrarium. *a*. « Nemo enim tenetur suis stipendiis militare », sicut habetur XII, quaest. 2, *Caritatem* [7], et idem dicit Apostolus [8]; non ergo tenentur illi laborare in Ecclesia nisi habeant unde sustententur.

[Solutio]: 1-3. Ad quod respondendum quod accipere vel dare pro temporalibus multipliciter dicitur: vel ut sustententur ministri Dei vel ut sit quaedam provocatio ad laudem Dei vel ut ponatur pretium in illis vel ut ponatur finis in illis [r]. Si primo modo [9], licitum est ei cantare Missam [s] qui non tenetur et desunt [t] ei sumptus, recipiendo denarios, non interveniente pactione nec in hoc habita intentione principali. Et hoc habetur per hoc quod dicit Hieronymus, *Super Michaeam* [10]. Dicit enim recitando illud quod Saul dixit puero suo [11]: *Quid feremus ad virum Dei?* et dixit puer: *Ecce inventa est in manu mea quarta pars stateris argentei; demus homini Dei, ut indicet nobis viam nostram;* et illud quod dicitur III Reg. 14, 3 de uxore Ieroboam, ubi [u] dicitur: *Tolle in manu tua decem panes et [v] crustulam*

---

[a] R *autem.* [b] Ita VF (corr.), alii *potuit;* B om. *sibi.* [c] Z *aut;* L om., In F est add. mg. [d] R om. *quod non... nubentium.* [e] Codd. *beneficia.* [f] L *que.* [g] BTZ add. *sit.* [h] V *quod.* [i] Z *actionem;* B om. *si vero... peccati.* [k] Z om. [l] B *matrimonii.* [m] V *conditio.* [n] F om. [o] V om. [p] RZ *monte.* [q] Z *supra.* [r] B om. *v. u. p. f. t. t.* [s] V om. [t] R *desint,* Z *desinunt.* [u] V *et ibi.* [v] Z add. *cistam.*

1 Ap. Gregor. IX, *Decretales,* V, tit. 3, c. 42 (II, 766).

2 Cf. G. Le Bras, loc. cit. in nota sequenti (col. 2205 et 2209 sq.).

3 Cf. *Glossa* in Gratiani *Decretum,* C. 1, q. 1, c. 101 (col. 727, litt. *e*); S. Bonav., IV *Sent.,* d. 26, a. 2, q. 2 (IV, 667 sq.); *Diction. de théol. cath.,* ed. Letouzey 1927, IX, col. 2208 sq., art. *Mariage* (G. Le Bras).

4 Cf. Guil. Altissiod., *Summa,* III, tr. 27, c. 2, q. 2 (fol. 249c sq.); Ioan. de Rupella, *Summa de vitiis* (fol. 31a).

5 Apud S. Bernardum non invenimus.

6 Iuxta Veterem Latinam.

7 Ap. Gratian., *Decretum,* C. 12, q. 2, c. 45 (I, 701 sq.).

8 Cf. I Cor. 9, 7.

9 Pro sequentibus cf. *Glossa* in Gregor. IX, *Decretales,* III, tit. 5, c. 11 (col. 1030, litt. *h*).

10 Cap. 3, 9 (PL 25, 1183 sq.); ap. Gratian., *Decretum,* C. 1, q. 1, c. 23 (I, 367).

11 I Reg. 9, 7 sq.

et vas mellis, et vade ad illum; ipse enim indicabit tibi quid eventurum sit huic puero: « Haec magis in sumptus prophetae quam in prophetiae munera reputanda sunt ». Non autem licitum est ut temporalia dentur in pretium: tunc enim est simonia. Et hoc modo intelligitur illud quod dicit Bernardus et illud quod dicit Gregorius[1], exponens illud de vendentibus et ementibus in templo. Si vero sacerdos habeat sumptus et tenetur ex officio ad illam Missam, exigere propter hoc est simoniacum. Si autem non tenetur ad hoc, sed [a] habet sumptus sufficienter, in speciem mali reputaretur si exigeret, cum dicat Apostolus[2]: *Ab omni specie* [b] *mala abstinete vos.* — Illud autem non est sine gravi offensa quod quidam « pro pecunia aut » ut placeant « saecularibus, praesumunt una die plures facere missas », sicut dicit Alexander Papa[3]. Si tamen imminet necessitas et deest pluralitas sacerdotum, potest « unam » facere « de die et alteram pro defunctis, si necesse sit », ita tamen quod non sumatur [c] ablutio vini, ne solvatur ieiunium, quod requiritur propter reverentiam Sacramenti[4].

835 PROBLEMA III.

Utrum liceat dare pecuniam pro anniversario celebrando vel pro absolutione excommunicatorum[5].

Deinde quaeritur I. utrum licitum sit dare certos redditus et pacisci [d] pro anniversario celebrando.

II. Similiter quaeritur de illis qui accipiunt pecuniam ab excommunicatis antequam absolvant eos.

Et videtur quod committant simoniam. 1. Ponunt enim impretiabile sub pretio.

Sed videtur contrarium, *a.* per consuetudinem Ecclesiae et per hoc quod statutae sunt poenae pecuniariae ad correctionem delinquentium.

b. Praeterea, iustum est ut ubi onus est, quod ibi sit emolumentum; onus autem est ecclesiam [e] obligari perpetuo ad celebrandum anniversarium; congruit ergo ut assignetur [f] certum emolumentum.

[Solutio]: I. Ad quod respondetur quod non est licitum, pactione interveniente, accipere redditus pro anniversario celebrando. Si tamen devotio fidelium est in conferendo redditum, tenetur ecclesia propter devotionem ipsorum fidelium celebrare pro illis pro quibus rogatur.

II. Ad secundum vero dicendum quod non est recipienda vel danda pecunia pro beneficio absolutionis, sicut habetur *Extra, De simonia, Ad aures*[6]. Si tamen sunt constitutae aliquae poenae ab Ecclesia propter correctionem delinquentium, possunt peti consequenter, non pro ipso beneficio absolutionis, sed ut propter poenam, quam timet, caveat deinceps a delicto. Videndum autem est ne plus adscribatur cupiditati quam correctioni: tunc enim posset esse peccatum.

836 PROBLEMA IV.

Utrum liceat dare bona temporalia viris religiosis ut orent pro eis[7].

Deinde quaeritur utrum liceat dare bona temporalia viris religiosis ut orent pro eis.

Et videtur quod non. 1. Oratio enim est [g] res spiritualis: in ea enim petitur Spiritus Sanctus, scilicet donum Spiritus Sancti; sed non est licitum ponere impretiabile sub pretio; ergo non est licitum dare bona temporalia ut orationes fiant.

Contra. *a.* Dicitur in Luc.[8]: *Facite vobis amicos de mammona iniquitatis* etc. Ergo licitum est dare viris bonis ut orent pro ipso. — Praeterea [h], licitum est dare [i] temporalia hoc fine ut habeatur Spiritus Sanctus; sed orationes sunt ad impetrandum gratiam aliis; ergo licitum est dare temporalia ad hoc quod [k] viri boni orent pro ipso.

b. Praeterea, licitum est dare temporalia ad hoc quod ematur regnum caelorum. Dicitur enim in [l] Matth. 13, 45: *Simile est regnum caelorum homini negotiatori* etc., et iterum, Prov. ultimo, 16, de muliere forti: *Consideravit agrum, et emit illum;* per *agrum* autem intelligitur ager [m] Paradisi. Ergo licitum est emere regnum caelorum; sed regnum

---

[a] V *si.* [b] V om. [c] L *assumatur.* [d] L add. *et,* quod F exp.; V *ut* pro *et.* [e] V *eccleste.* [f] RZ *assignatur,* quod FL corr. [g] V om. [h] R *item.* [i] V add. *bona.* [k] V *ut.* [l] V om. [m] R *aer.*

1 Ap. Gratian., *Decretum,* C. 1, q. 3, c. 10 (I, 416).
2 I Thess. 5, 22.
3 Ap. Gratian., *Decretum, De consecr.,* dist. 1, c. 53 (I, 1308); cf. Gregor. IX, *Decretales,* III, tit. 41, c. 3 (I, 636).
4 Cf. Gregor. IX, *Decretales,* III, tit. 41, cc. 5 et 8 (II, 636, 640).
5 Cf. Guil. Altissiod., *Summa,* III, tr. 27, c. 2, q. 2 (fol. 249a sq.); Ioan. de Rupella, *Summa de vitiis* (fol. 30d).
6 Ap. Gregor. IX, *Decretales,* V, tit. 3, c. 24 (II, 757).
7 Cf. Guil. Altissiod., *Summa,* III, tr. 27, c. 2, q. 2 et q. 3 (fol. 249d sq. et 250b sq.); Ioan. de Rupella, *Summa de vitiis* (fol. 31a).
8 Cap. 16, 9.

caelorum multo maius est quam aliquod spirituale in vita praesenti; ergo licitum est multo fortius emere spiritualia in praesenti.

[Solutio]: *a.* Ad quod respondetur quod licet dare temporalia viris religiosis [a] ut orent pro eis. Haec enim dictio 'pro' non notat ibi rationem appretiationis, sicut [b] cum dicitur 'do pecuniam pro panno', sed notat rationem [c] provocationis, ut scilicet provocentur in amicitiam spiritualem et per consequens ad orandum pro ipsis, et hoc modo licitum est nec ponitur ibi impretiabile sub pretio temporali.

b. Ad secundum vero dicendum quod licet contingat emere bona aeterna, quia ipsa cadunt sub merito — emere autem illud non aliud est quam mereri: dare enim temporalia ex caritate meritum est [d] — sed gratia prima, qua dantur spiritualia bona, ut in sacramento et huiusmodi, non [e] cadit sub merito; ergo non est simile de prima gratia, quam non potest aliquis mereri ex condigno: unde datio temporalium, quae est extra gratiam, non potest attingere ad eam.

PROBLEMA V. 837

Utrum liceat dare vel recipere pecuniam pro sepultura [1].

Deinde quaeritur I. utrum licitum sit dare vel recipere pecuniam pro sepultura. Dico autem sepulturam prout est officium quod proprie ad sacerdotem pertinet.

Quod autem licitum sit, videtur *a.* ex consuetudine diu obtenta in Ecclesia; consuetudo autem, quae ortum habet ex devotione pro huiusmodi, non est abolenda [2]; ergo licite potest accipi vel dari.

Contra. 1. Dicitur in *Extra, De simonia, Non satis* [3], ubi dicitur quod « pro sepultura et chrismatis et olei perceptione nulla cuiusquam pretii exactio attentetur nec sub obtentu cuiusquam consuetudinis suum reatum quis tueatur, quia diuturnitas temporis non minuit peccatum, sed auget ».

[Solutio]: Ad quod respondetur per hoc quod dicitur in *Extra, De simonia, Ad apostolicam* [4], ex quo accipitur quod sacerdotes non debent aliquid extorquere vel petere ante sepulturam vel pro sepultura: simonia enim esset, sicut habetur in *Extra, Cum in Ecclesiae corpore* [5]; [post] sepulturam autem [f] potest petere ex mandato superioris, ubi est huiusmodi consuetudo, et hoc dicitur in illa *Decretali, Ad Apostolicam* [6].

II. *a.* Sicut [7] autem simonia est vendere sepulturam mortuorum, ita simonia est vendere terram benedictam [g] ad sepeliendum mortuos deditam. Unde vituperatur Ephron [8], qui vendidit Abrahae agrum, *in quo erat spelunca* [h] *duplex* [9] in qua sepeliebantur mortui, et in signum huius vituperii mutatum est eius nomen; unde, cum primo dictus esset '*Ephron*', postea « dictus est *Ephran* [10]; in quo », ut dicit Hieronymus [11], « significatur non esse perfectae virtutis qui potuit vendere memorias mortuorum ». Videtur ergo quod [i] peccatum simoniacum commiserit.

Sed contra. 1. Totum, quod vendidit [k], temporale est; non est ergo spirituale nec annexum spirituali; ergo non commisit simoniam.

2. Item, si commisit simoniam, ergo vendidit non vendendum; ergo Abraham emit non emendum; ergo commisit simoniam emendo sicut Ephron vendendo.

3. Item, videtur magis peccasse Abraham quam Ephron, quia Ephron voluit ei dare gratis agrum ad sepeliendum mortuum suum, et Abraham noluit accipere nisi pecunia mediante [12]; ergo [l] scandalizavit eum, et ita videtur magis peccasse quam Ephron.

[Solutio]: 1-3. Ad hoc dicunt quidam quod Abraham emit quemdam agrum magnum, in quo erat illa magna spelunca, in qua sepeliebantur mortui; unde non peccavit, quia transivit spelunca illa cum universitate, sicut, cum aliquis emit villam, cui annexum est ius patronatus alicuius ecclesiae, non committit simoniam, quia [m] ius patronatus transit cum illa universitate [13]. Sed eadem ratione

---

[a] FL *religionis.* [b] VZ *sed,* quod F corr., L (corr.) *at.* [c] R om. *appretiationis... rationem.* [d] V om. [e] V *et ideo.* [f] TR *aut;* F om., in L est add. interl. [g] BT om. [h] Codd. *sepultura.* [i] T om. [k] T *vendit.* [l] V add. *et.* [m] BT *et.*

[1] Cf. Guil. Altissiod., *Summa,* III, tr. 27, c. 3, q. 1 (fol. 251b sq.); Ioan. de Rupella, *Summa de vitiis* (fol. 30d).

[2] Cf. supra, p. 799, nota 1.

[3] Ap. Gregor. IX, *Decretales,* V, tit. 3, c. 8 (II, 750).

[4] Ap. Gregor. IX, loc. cit., c. 42 (II, 766).

[5] Ap. Gregor. IX, loc. cit., c. 9 (II, 751).

[6] Cf. supra, nota 3.

[7] Sequentia usque in finem huius problematis verbotenus occurrunt ap. Guil. Altissiod., loc. cit. (fol. 251c); cf. Ioan. de Rupella, *Summa de vitiis* (fol. 30d sq.).

[8] Cf. Hieronym., *Hebr. quaest. in Genesim,* c. 23, v. 16 (PL 23, 973), verbotenus in *Glossa ordin.,* in h. l., ap. Lyran.; ap. Gratian., *Decretum,* C. 13, q. 2, c. 13 (I, 725).

[9] Gen. 23, 17.

[10] Sic legebat Hieronymus, ubi in textu hebraico absque *Vau* littera scribitur; Massoretae autem, per *Holem* vocalizantes, ubique *Ephron* legebant.

[11] Loc. cit.

[12] Cf. Gen. 23, 3 sqq.

[13] Cf. Gregor. IX, *Decretales,* III, tit. 38, c. 7 (II, 611) et infra, num. 843.

Ephron non peccavit: vendidit enim agrum et cum illo transivit spelunca. — Quare ergo mutatum est ei nomen? Ad hoc dicebat Praepositinus quod non legitur quod ager ille consecratus fuerit sepulturae [a] vel etiam spelunca illa ad hoc [b] benedicta vel consecrata fuerat, sed antiqui patres in illa spelunca duplici faciebant se sepeliri, sperantes se resurrecturos esse cum Filio Dei [c]. Et dicebatur illa *spelunca duplex,* quia duas habebat mansiones: unam superiorem, in qua sepeliebantur viri, et aliam inferiorem, in qua feminae. Unde, cum non esset terra illa benedicta, « non [d] peccavit Abraham emendo nec Ephron vendendo [1] ». Mutatum tamen est ei nomen, quia descendit a statu [e] perfectionis ad statum imperfectionis: prius enim voluit dare gratis, quod est perfectorum, et postea vendidit carissime. « Unde primo dicebatur *Ephron,* id est confirmatus et perfectus, et postea dictus est *Ephran,* id est infirmus et imperfectus [2] ». — Eadem est [f] ratio mutationis nominis, secundum aliam solutionem quae dicit quod spelunca transivit cum universitate.

Sicut autem simonia est vendere terram benedictam, non propter terram, sed propter benedictionem, quae spiritualis est, ita simonia est in quibusdam minimis [g]. Unde simonia est vendere panem benedictum et aquam benedictam: spiritualis enim est et delet multa venialia.

ARTICULUS II.

De annexo spirituali.

838 PROBLEMA I.

De venditione iuris percipiendi decimas [3].

Secundo quaeritur de simonia quae consistit in vendendo annexum spirituali.

I. Et primo de iure percipiendi decimas. Circa quod quaeritur utrum licitum sit vendere ius percipiendi decimas [h] aut committatur simonia.

Et videtur quod non committatur simonia. 1. Milites enim habent ius percipiendi particampum, et ius illud dicitur [i] terrenum. Est autem particampum decima vel undecima vel duodecima pars gelimarum [k] [4] secundum diversas consuetudines diversarum regionum [l]. Possunt ergo milites habere ius percipiendi decimas; ergo non est simonia, cum non ponatur ibi spirituale sub pretio.

Contra. *a.* Ius percipiendi decimas est annexum spirituali, scilicet [m] Ordini: soli enim clerici habent ius percipiendi decimas, sicut habetur ex Concilio Lateranensi [5]: « Prohibemus ne laici, decimas cum animarum suarum periculo detinentes, in alios laicos valeant transferre ». Sed simonia est voluntas emendi vel vendendi spirituale vel annexum spirituali [6]; ergo simoniacum est vendere vel emere ius percipiendi decimas.

II. Item, quaeritur utrum possint vendi decimae laicis sine simonia.

Et videtur quod non. 1. Dicit enim Gregorius, I, quaest. 3, *Pervenit quod* [7]: « Si quis amodo [n] episcopus inventus fuerit, qui decimas atque Christianorum oblationes [conferat] laicalibus [o] personis militum sive servitorum, divini praecepti transgressor inter maximos haereticos et antichristos habeatur; et, sicut [p] Nicaena synodus de simoniacis censuit, et qui dat episcopus et qui recipiunt pro pretio vel beneficio aeternis ignibus deputentur ». Simile dicit Paschalis [q] [8] consequenter.

Contra. *a.* Fructus decimarum sunt res temporales; res autem temporales emi possunt et vendi sine simonia; ergo non est simoniacum vendere vel emere decimas.

III. Deinde quaeritur utrum laici possint percipere oblationes datas ecclesiis.

Et videtur quod non. 1. Dicit enim Damasus [9]: « Oblationes [r], quae intra sanctam Ecclesiam offeruntur, nullo modo sub dominio laicorum detineantur ».

2. Item [10], « oblationes, quas Christiani offerunt [s] pro peccatis suis », ad hoc offeruntur ut pro populo oretur; sed non est officium laicorum, sed sacerdotum, orare pro populo; ergo non est licitum ipsis [t] laicis recipere oblationes.

---

[a] Codd. *spelunce.* [b] B om. *a. h.* [c] R om. [d] BTF (corr.) *nec.* [e] R *actu* pro *a. s.*; Z *de* pro *a.* [f] VRL *enim,* quod F corr., Z *enim est.* [g] VL *nummis.* [h] Z om. *circa... decimas.* [i] V *dicimus.* [k] V *gelmarum.* [l] R *rerum.* [m] V om. [n] F *aliquo modo.* [o] R *legalibus.* [p] T om. [q] Ita V, alii *Paschasius.* [r] BT om. *dicit... oblationes.* [s] T *offerant.* [t] Z om. *I. i.*

1 Cf. P. Comestor, *Histor. scholast., lib. Gen.,* c. 59 (PL 198, 1106).

2 *Glossa interlin., In Gen. 23,* 16, ap. Lyran.

3 Cf. Guil. Altissiod., *Summa,* III, tr. 27, c. 3, q. 3 (fol. 252a sq.); Ioan. de Rupella, *Summa de vitiis* (fol. 31b).

4 Id est *manipulus segetis.* Cf. Du Cange, *Glossarium,* hoc verbo.

5 Lateran. III, an. 1179; ap. Gregor. IX, *Decretales,* III, tit. 30, c. 19 (II, 562).

6 Cf. supra, p. 789 sq.

7 Ap. Gratian., *Decretum,* C. 1, q. 3, c. 13 (I, 417).

8 Ap. Gratian., loc. cit., c. 14 (I, 418).

9 Ap. Gratian., *Decretum,* C. 10, q. 1, c. 15 (I, 616).

10 Cf. Gratian., loc. cit., c. 13 (I, 616).

3. Praeterea [1], « in Veteri Testamento [2] » prohibitum fuit « filiis [a] Israel », ne comederent « panes sanctos, praeterquam Aaron et filiis eius »; sed multo nobilius est quod offertur [b] in Nova Lege quam quod offerebatur in Veteri; ergo non est [c] licitum laicis in Novo Testamento recipere « oblationes ecclesiarum ».

Contra. *a.* Oblationes illae in sui substantia sunt res temporales; licitum autem est eis habere dominium rerum temporalium; ergo licitum est percipere oblationes.

IV. Item, quaeritur utrum possint dari decimae in feudum [d] laicis ab Ecclesia.

Et videtur quod sic, 1. per hoc quod dicitur ab Innocentio [3]: « Hoc de illis intelligimus decimis, quae laicis perpetuo sunt in feudum concessae ».

2. Praeterea, hoc habet [e] consuetudo plurium terrarum, quae optima est legum interpres.

Contra. *a.* Habetur in *Extra, De decimis, Ad haec* [4], ubi dicitur: « Donationem [f] decimae, quam abbas [g] cuidam laico concessit [h] per successionem tenendam, quoniam [i] sanctuarium Dei iure hereditario possideri non debet », irritam [k] esse censemus.

Respondeo [l]: I. Ad primum respondendum est quod simoniacum est vendere vel emere ius percipiendi decimas. Dico autem ius primarium, quod solis clericis a Domino est concessum; debetur [m] etiam « in signum universalis dominii [5] », quod ipsius Dei est, sicut dicit Hieronymus, *Super Malachiam* [6]; praeterea, quia « decimae sunt tributa egentium animarum [7] ».

[Ad obiecta]: 1. Ad illud vero quod obicitur in contrarium [dicendum] quod, licet milites habeant ius percipiendi particampum, non tamen habent ius [n] percipiendi decimas, in quantum decimae statutae sunt ut sint « tributa egentium animarum ». Potest tamen conveniri [o] cum iis qui tenent terras quod dent domino aliquam certam portionem ipsorum fructuum terrae.

Si vero quaeratur utrum possit transire ius percipiendi decimas cum venditione alicuius villae, in qua percipiuntur decimae, sicut transit ius patronatus cum venditione villae cui est annexum ius patronatus vel illius partis terrae [8], respondetur quod non est simile. Ius enim percipiendi decimas non est annexum villae vel alicui parti terrae, sed est annexum Ordini clericali; unde sicut Ordo vendi non potest, ita nec ius percipiendi decimas ex consequenti.

II. 1. Ad illud vero quod quaeritur de ipsis decimis, dicendum [p] quod ipsi « fructus possunt » vendi vel emi vel etiam « dari laicis ex causa, sed ius decimale nequaquam [9] ». Illud autem [q], quod dicit Gregorius, de iure decimali intelligitur, non de ipsis fructibus: fructus enim possunt concedi ex causa ipsis militibus ab Ecclesia auctoritate praelati, propter defensionem Ecclesiae vel in favorem christianitatis, sicut concedebantur militibus quibusdam in regno Aragoniae, ut decimas omnium locorum, quae possent perquirere expellendo paganos, perciperent. Sed, si hoc est, non [r] percipiunt eas perpetuo de iure communi, sed ex privilegio et ex concessione Ecclesiae, quamdiu exstat causa. Si enim Ecclesia postea enormiter gravaretur vel non iuvarent Ecclesiam, sed impugnarent vel privilegio abuterentur, non perciperent licite ipsas decimas.

III. Ad id vero quod quaeritur de oblationibus, dicendum est quod nec habent laici ius percipiendi oblationes ecclesiae nec eorum est percipere illas quae fiunt in altari; possunt tamen eis ex causa dari vel ad reparationem ecclesiae vel ad aliquem usum honestum, ita tamen quod nullum ius vindicetur.

IV. 2. Ad ultimum vero dicendum est quod [s], secundum quod dicitur in *Decretali* [10], decimae non possunt transire in feudum laicalem. Non enim ius proprietatis concessum est ipsis laicis ab Ecclesia, sed ius quoddam percipiendi fructus ad tempus ad tuitionem Ecclesiae, non autem nomine hereditatis. Quod autem in aliquibus partibus transeunt ad heredes, ubi non exstat [t] causa, ex permissione Ecclesiae est propter multitudinem delinquentium, non quod ex hoc eis ius detur.

1. Quod autem obicitur [u] in *Decretali* quod 'decimae erant [v] concessae laicis in feudum',

---

[a] V om. [b] F *offert.* [c] L om. [d] BT *feodo,* item infra. [e] VRLZ *hec* pro *h. h.* [f] V *donationes.* [g] B *albinus.* [h] VRLZ add. *et,* quod F delev. [i] RLZ *quam,* quod F corr. [k] Ita BT, alii *irritas.* [l] Ita V, alii om. [m] R om. [n] V om. [o] Codd. *convenire.* [p] Ita FL, alii add. *est.* [q] V *etiam.* [r] L *nunc.* [s] Ita T, V *dicendum* pro *v. d. e.,* alii om. *quod.* [t] BT *existat.* [u] Ita V, alii add. *illud.* [v] Z *essent.*

1 Ap. Gratian., loc. cit., c. 15 (I, 616).

2 Exod. 29, 32sq.; Levit. 8, 31 et 24, 9.

3 Ap. Gregor. IX, *Decretales,* III, tit. 10, c. 7 (II, 505).

4 Ap. Gregor. IX, *Decretales,* III, tit. 30, c. 15 (II, 561).

5 Verba allata sunt Innocentii III, ap. Gregor. IX, loc. cit., c. 26 (II, 564sq.).

6 Cf. *In Malach. 3,* 7 (PL 25, 1568sqq.); ap. Gratian., *Decretum,* C. 16, q. 1, c. 65 (I, 783).

7 Pseudo-Augustin., *Sermo* 277, n. 1 (PL 39, 2267); ap. Gratian., *Decretum,* C. 16, q. 1, c. 66 (I, 784). Hic textus citatur etiam ab Innocentio III, ap. Gregor. IX, *Decretales,* III, tit. 30, c. 26 (II, 564).

8 Cf. infra, num. 843.

9 Cf. *Glossa* in Gratiani *Decretum,* C. 1, q. 3, c. 13 (col. 766, litt. *i*).

10 Cf. Gregor. IX, *Decretales,* III, tit. 30, c. 17 (II, 562sq.).

intelligendum est ante Concilium [1]. Et hoc datum fuit ab Ecclesia propter Ecclesiae necessitatem ad tempus, ut filii tempore necessitatis perciperent fructus decimarum sicut et patres. Hoc autem ius non fuit mere spirituale: si enim esset mere spirituale, non posset concedi laico manenti huiusmodi.

839 PROBLEMA II.

Utrum liceat redimere decimas a laicis.

Deinde quaeritur utrum licitum sit redimere decimas a laicis.

1. Cum redimere sit emere, non autem licitum est emere, ergo nec redimere; dicitur enim in *Iure* [2]: « Sicut emi non potuit, sic nec redimi ecclesia memorata ».

2. Praeterea, non possunt permutari cum re temporali; ergo per consequens nec redimi.

3. Praeterea, videntur iniuste possidere laici, secundum quod dicit Gregorius [3]: « Decimas, quas in usum pietatis concessas canonica auctoritas demonstrat, a laicis possideri prohibemus; si vero non reddiderint ecclesiae, sciant [a] se sacrilegii crimen committere ». Ergo non possunt vendere; ergo non licet emere ab eis.

[Solutio]: Ad quod respondetur quod possunt redimi, dummodo fiat auctoritate episcopi, ad cuius dispositionem spectant decimae [4]. Multum autem valet auctoritas iudicis in talibus, sicut habetur *Extra, De praebendis, Nisi* [5] et in *Extra, De rerum permutatione, Quaesitum* [6]. Possunt etiam recipi in pignore, dummodo non pertineant « ad alias ecclesias »: tunc enim est [b] prohibitum, sicut habetur *Extra, De decimis, Interdicimus* [7].

[Ad obiecta]: 1. Ad obiectum autem dicendum [c] quod, licet non sit licitum simpliciter emere vel vendere, licitum est tamen redimere propter ius quod habet ibi [d] Ecclesia, et illud, quod redimitur, non est nisi propter impedimentum iuris [e] tollendum.

2. Ad secundum vero dicendum quod, licet permutatio non currat inter annexum spirituali ex una parte et temporale pure ex alia parte, sicut habetur *Extra, De rerum permutatione* [f], *Ad quaestiones* [8], nihilominus tamen potest fieri redemptio. Nec currit illa redemptio inter pure spirituale et temporale ex alia parte [9] — pure enim spirituale non poterat a laico possideri aliquo modo [g] — sed inter temporale, quod obtinere poterat laicus, et temporale: unde temporale [h] redimitur temporali in tali casu.

3. Ad tertium vero respondetur quod, licet post constitutionem Concilii [10] non possint laici contra voluntatem Ecclesiae iuste percipere fructus decimarum, et hoc primitivo iuri Ecclesiae consonat, sicut habetur a Gregorio [11], tamen [i] qui redimunt, possunt iuste redimere. Hoc autem est quia aliquo tempore ex concessione Ecclesiae propter causam necessariam, interveniente auctoritate superioris, poterant [k] laici ad tempus fructus decimarum percipere, et illud cadit in contractu.

840 PROBLEMA III.

Utrum episcopo liceat emere decimas ab aliqua vicina ecclesia.

Deinde quaeritur si licitum est episcopo emere decimas ab aliqua vicina ecclesia.

Et videtur quod sic. *a.* Potest enim « redimere [l] decimas ab aliquo milite » detinente eas [12], cum tamen ille non habeat ius verum [m] possidendi eas; multo ergo [n] fortius a vicina ecclesia, cuius sunt illae decimae. — Contra. Dicit Paschalis [13]: « Decimas per pecuniam dare simoniacam haeresim esse nullus fidelium ignorat ».

[Solutio]: Ad hoc respondetur quod non est simile. In illis enim decimis, quas [o] detinet laicus, ius habet episcopus, et ideo licet redimere; in aliis vero, quae sunt extra suam dioecesim nec aliquo modo pertinent ad suam dioecesim, non habet ius, et ideo non est licitum emere: non enim emptio vel venditio currit in iis quae sunt mere spiritualia vel annexa spiritualibus [14].

---

[a] RZ *sicut;* V add. *sicut.* [b] VBT om. [c] F add. mg. *est;* R om. *licet.* [d] L *ipsa.* [e] V *vis.* [f] Ita V, alii *permutationibus.* [g] Z om. *a. m.* [h] L om. *u. t.* [i] VRLZ *cum.* [k] B *poterunt.* [l] Codd. *recipere.* [m] Ita B, alii *merum.* [n] FL om. [o] Ita Z, alii *que.*

1 Lateran. III, an. 1179; cf. Gregor. IX, *Decretales,* III, tit. 10, c. 7 (II, 505).
2 Ap. Gregor. IX, *Decretales,* V, tit. 3, c. 15 (II, 753).
3 Gregor. VII, in Concilio Romano an. 1078, c. 7 (PL 148, 801); ap. Gratian., *Decretum,* C. 16, q. 7, c. 1 (I, 800).
4 Cf. Gregor. IX, *Decretales,* III, tit. 10, c. 7 (II, 504 sq.).
5 Ap. Gregor. IX, *Decretales,* III, tit. 5, c. 21 (II, 472 sq.).
6 Ap. Gregor. IX, *Decretales,* III, tit. 19, c. 5 (II, 522 sq.).
7 Ap. Gregor. IX, *Decretales,* III, tit. 30, c. 35 (II, 569).
8 Ap. Gregor. IX, *Decretales,* III, tit. 19, c. 6 (II, 523).
9 Cf. Gregor. IX, loc. cit., c. 9 (II, 524).
10 Cf. supra, nota 1.
11 Cf. supra, nota 3.
12 *Glossa* in Gratiani *Decretum,* in seq. loc. (col. 766, litt. *m*).
13 Ap. Gratian., *Decretum,* C. 1, q. 3, c. 14 (I, 418).
14 Cf. supra, nota 7.

PROBLEMA IV. 841

Utrum episcopus, dans praebendam causa consanguinitatis, committat simoniam [1].

Deinde quaeritur utrum episcopus, qui dat praebendam alicui consanguineo tantum causa consanguinitatis [a], committat simoniam.

Et videtur quod non, *a.* quia non recipit aliquod temporale [b] in pretium, conferendo spirituale.

Contra. 1. Si aliquis daret praebendas nepotibus ut ipse episcopus haberet fructus illarum praebendarum, simonia esset; similiter, si episcopus daret praebendam alicui ut pater episcopi vel aliquis alius laicus haberet fructus illius praebendae, committeret simoniam; pari ratione, si episcopus conferat consanguineo praebendam intuitu consanguinitatis ut ipse percipiat fructus.

2. Item, simonia contrahitur per amorem pecuniae; pari ergo ratione contrahetur [c] per amorem carnis.

3. Item, Beda [2]: « Venditores columbarum sunt qui gradum vel gratiam in Ecclesia spiritualem, quam Domino largiente perceperunt, non simplici intentione, sed cuiuslibet humanae causa retributionis, exercent ». Sed illi, qui conferunt praebendas intuitu consanguinitatis, non faciunt intentione simplici nec intuitu Dei, sed respectu alicuius temporalis retributionis; ergo committunt simoniam.

4. Item, dicit Gregorius [3] quod « gravius est » peccatum, cum episcopus confert decimas « consanguineis »; et determinat esse peccatum simoniae; ergo eadem ratione, si conferantur praebendae consanguineis, erit simoniacum.

[Solutio]: Ad quod respondet Cantor Parisiensis [4] quod erat simoniacum; et praeter triplex munus, cordis, linguae et manus, ponebat [d] munus sanguinis, eo quod tantum reprehendatur [e] in Scriptura [5] aedificatio Ecclesiae *in sanguinibus*. — Videtur tamen aliter dicendum quod, licet sit grave peccatum [6], non tamen est simoniacum; et licet detur annexum spirituali pro re temporali tamquam pro fine vel motivo, non tamen [f] tamquam pro pretio, et ita non est simonia. Si vero opponatur quod non gratis dat, quia non tantum propter Deum, dicendum [g] quod gratis dat quoad hoc quod pro nullo pretio dat.

[Ad obiecta]: 1. Ad illud vero quod obicitur primo, dicendum [h] quod non est simile. In una enim parte fieret collatio praebendae intuitu pretii, in proposito vero non fit intuitu pretii, quod ipse recipiat. Cum enim confertur consanguineo praebenda ut ipse consanguineus percipiat fructus, in hoc non est inordinatio [i] quod consanguineus percipit fructus post collationem: de iure enim spectat ad ipsum.

2. Ad secundum vero dicendum [k] quod, licet simoniacum sit conferre praebendam amore pecuniae, non tamen amore carnis. Cum enim fit amore pecuniae, intentio est quod aliquid transeat ad ipsum conferentem aliquo modo ab eo cui confertur [l], non sic autem est cum fit amore carnis, immo ut totum stet in eo cui confertur.

3. Ad tertium dicendum quod illud, quod dicit Beda, intelligitur ubi est retributio humana vel exspectatur propter « gratiam scientiae vel doni [m] alicuius [7] »: in talibus enim debet esse simplex intentio, nec quaeratur muneris retributio.

4. Ad quartum dicendum quod illud, quod dicit Gregorius, intelligitur ubi dantur decimae consanguineis laicis: tunc enim dicitur esse gravius. Difficilius enim avellitur [n], et propter pronitatem maiorem patitur ecclesia laesionem [8].

PROBLEMA V. 842

Utrum ius patronatus possit vendi [9].

Deinde quaeritur utrum ius patronatus possit vendi.

Et videtur [o] **quod sic.** 1. Est enim ius quod pertinet ad laicos; ius autem pertinens ad laicos omnino non videtur esse spirituale nec [p] annexum spirituali, cum nihil sit in laico praecedens [q], quod sit spirituale cui annectatur; ergo licitum est vendere vel emere ius patronatus, quod ad laicos pertinet, secundum quod definitur ius

---

[a] Ita V, alii add. *si*. [b] T *spirituale*. [c] Z *contraheretur*. [d] VRLZ add. *enim*, quod F exp. [e] Ita VZ, alii *reprehenditur*. [f] V om. [g] Ita V, alii add. *est*. [h] Ita V, alii add. *est*. [i] V *ordinatio*. [k] Ita BT, V *respondendum est*, alii *respondendum*. [l] BL *qui confert* pro *c. c.*; T *qui* pro *cui*. [m] B *domum*. [n] V *evellitur*. [o] R om. *e. v.*; F om. *enim*, in L est add. interl. [p] R *vel*. [q] R *peccatum*.

1 Cf. Guil. Altissiod., *Summa*, tr. 27, c. 3, q. 1 (fol. 250c sq.); Ioan. de Rupella, *Summa de vitiis* (fol. 31a sq.).

2 Alcuin., *In Ioan.*, c. 2, n. 15 (inter opp. Bedae PL 92, 665); ap. Gratian., *Decretum*, C. 1, q. 3, c. 11 (I, 417).

3 Ap. Gratian., loc. cit., c. 13 (I, 417).

4 *Verbum abbreviatum*, c. 43 (PL 205, 134 sq.): « Haec potius obiciendo et opinando induco quam asserendo ».

5 Cf. Mich. 3, 10; Habac. 2, 12.

6 Cf. supra, p. 379, in *Solutione*.

7 Cf. *Glossa* in Gratiani *Decretum*, in h. l. (col. 764, litt. *k*).

8 Cf. *Glossa* citata (col. 766, litt. *k*).

9 Cf. Guil. Altissiod., *Summa*, tr. 27, c. 3, q. 3 (fol. 252b); Ioan. de Rupella, *Summa de vitiis* (fol. 31b).

patronatus: potestas praesentandi clericum [a] ad beneficium ecclesiasticum.

Contra. *a.* In *Extra, De iure patronatus* [1], ubi dicitur quod « inconveniens » est vendere « ius patronatus, quod est spirituali annexum ».

[Solutio]: Ad quod respondendum quod « ius patronatus per se vendi non potest [2] ».

Ad obiectum 1. autem in contrarium respondendum est quod annexum spirituali dicitur duabus de causis: vel spirituali scilicet quod praecedit, sicut est de iure percipiendi decimas: hoc enim est annexum ordini clericali, qui [b] est res spiritualis et naturaliter praecedit ius percipiendi; vel potest dici annexum spirituali a parte post, sicut est de iure praesentandi: annectitur enim [c] spirituali et ratione praesentati [d] et ratione eius ad quod praesentatur [e]. Licet enim non sit annexum spirituali eo modo quo ius percipiendi decimas, est tamen annexum secundum alterum modum, et ideo per se vendi non potest.

843 PROBLEMA VI.

Utrum ius patronatus possit vendi cum universitate [3].

Deinde quaeritur utrum possit vendi cum universitate.

Et videtur quod non. *a.* Si enim cum universitate venditur, universum venditur; ergo quaelibet pars illius [f] universi; sed patronatus est pars illius universi; ergo ius patronatus potest vendi; si ergo « ius patronatus per se vendi non potest », non [g] potest vendi in universo.

b. Item, non licet vendi praebendam et villam simul; ergo nec ius patronatus et villam simul.

c. Item, ius patronatus impretiabile est secundum se [h] et multo magis impretiabile est in universo; sicut ergo vendi non debet secundum se, sic nec debet vendi in universo.

Contra. 1. In *Extra, De sententia et re iudicata, Cum Bertholdus* [4], ubi dicitur quod « ius patronatus cum universitate transit »; et *Extra, De iure patronatus, Ex litteris* [5], ubi dicitur quod « villa, non excepto iure patronatus, ad firmam » potest concedi, et ex hoc habet ius patronatus.

2. Praeterea, potest concedi in feudum, sicut habetur ibidem, *Cum saeculum* [6]; et [i] si potest concedi in feudum, pari ratione poterit [k] vendi facta venditione villae vel ratione eius per quod acquiritur ius patronatus.

[Solutio]: 1. Ad quod respondetur quod non venditur ius patronatus tamquam pars universi nec per se; ergo nec cum [l] alio vendi potest, sed « transit cum universitate », sicut habetur ex supra dictis [7]. Et si villa, in qua est ius patronatus, propter hoc carius ematur, dicitur esse simonia: tunc enim venditio aliquo modo attingeret ius patronatus.

2. Ad illud vero quod quaeritur 'utrum possit concedi in feudum': dicendum est quod « transit cum universitate nisi » excipiatur [8], et ita acquiritur [m] « ius patronatus ratione feudorum emptorum vel alio modo acquisitorum [9] ». Per se autem dari in feudum non potest, sicut habetur in eodem, *De iure patronatus* [10].

ARTICULUS III.

De iis quae sunt spiritualia et annexa spiritualibus.

844 PROBLEMA I.

Utrum liceat praedicare pro pecunia [11].

Tertio quaeritur de iis quae sunt spiritualia et annexa spiritualibus. Et primo quaeritur utrum licitum sit praedicare pro pecunia.

Et videtur quod sic. 1. Sicut enim [n] habetur II Cor. 9, 1-15, Paulus praedicabat pro temporalibus, ut fierent collectae sanctis pauperibus,

---

[a] R om. [b] V *cum.* [c] R om. [d] FRLZ *presentari.* [e] V om. *et... praesentatur.* [f] R *ipsius.* [g] Z *nec.* [h] V om. [i] Z *vel.* [k] B *potest.* [l] V *ab.* [m] F *acquirit.* [n] V om.

1 Ap. Gregor. IX, *Decretales,* III, tit. 38, c. 16 (II, 614 sq.).
2 Ap. Gregor. IX, loc. cit.
3 Cf. Guil. Altissiod., *Summa,* tr. 27, c. 3, q. 3 (fol. 252b); Ioan. de Rupella, *Summa de vitiis* (fol. 31b sq.).
4 Ap. Gregor. IX, *Decretales,* II, tit. 27, c. 18 (II, 402).
5 Ap. Gregor. IX, *Decretales,* III, tit. 38, c. 7 (II, 611).
6 Ap. Gregor. IX, loc. cit., c. 13 (II, 614).
7 Cf. praesertim Gregor. IX, loc. cit. in notis 4 et 5.
8 Ap. Gregor. IX, loc. cit., c. 7 (II, 611).
9 Cf. supra, nota 7.
10 Cf. Gregor. IX, *Decretales,* III, tit. 38, c. 16 (II, 614 sq.).
11 Cf. Guil. Altissiod., *Summa,* III, tr. 27, c. 2, q. 1 (fol. 248d); Ioan. de Rupella, *Summa de vitiis* (fol. 31c).

qui erant in Ierusalem, et simile habetur I Cor. ultimo, 1-4.

Contra. *a.* Praedicare est res spiritualis; spirituale autem non est ponendum sub pretio temporali; ergo non est licitum praedicare pro pretio temporali[a]; ergo in huiusmodi committitur simonia.

b. Item, Beda[1]: « Qui gratiam in Ecclesia spiritualem, quam Domino largiente perceperunt, non simplici intentione, sed causa humanae retributionis, exercent, *domum* Domini faciunt *domum negotiationis*[2] ». Tales ergo simoniam committunt.

[Solutio]: 1. Ad quod respondetur quod non est licitum praedicare pro temporalibus, ut notetur pretium suae praedicationis, sed licitum est praedicare secundaria intentione, ut audientes moveantur ad opera pietatis et sic subveniant aliis: principalis enim intentio est ut propter Deum fiat praedicatio. — Quod autem[b] Apostolus praedicavit pro collectis faciendis, hoc fuit secundario, non quod ibi constitueretur finis principalis nec quod hoc[c] esset pretium suae praedicationis.

PROBLEMA II. 845

Utrum magistri liberalium artium possint vendere suam scientiam[3].

Deinde quaeritur utrum magistri liberalium artium possint vendere suam scientiam.

Et videtur quod sic. 1. Spirituale enim est quo habetur Spiritus Sanctus vel haberi significatur vel datur[4]; sed liberalibus artibus nec habetur Spiritus Sanctus nec haberi significatur vel datur[d]; ergo huiusmodi scientiae non sunt spiritualia nec annexa spiritualibus; ergo possunt vendi.

2. Item, Prov. 23, 23 dicitur: *Veritatem eme.* Sed quod libere potest emi, potest etiam[e] vendi; ergo huiusmodi scientiae veritatis possunt emi et vendi.

Contra. *a.* Scientia est donum Dei, quod patet per hoc quod dicitur Exod. 31, 6, super illud: *Posuit Deus in corde suo,* ubi[f] dicitur quod scientia est donum Dei, sicut habetur in[g] Interlineari[5]; sed dona[h] Dei non est licitum vendere; de illis enim dicitur illud Matth. 10, 8: *Gratis accepistis, gratis date;* ergo non est licitum vendere scientiam.

b. Praeterea, dicitur Prov. 23, 23: *Noli vendere sapientiam et doctrinam et intelligentiam.* Ergo ex ipso textu Prov.[i] habetur quod huiusmodi non cadunt sub venditione.

c. Praeterea, dicit lex[6] quod « civilis iuris scientia[k] non est pretio nummario comparanda ». Multo fortius nec rationalis scientia.

[Solutio]: Ad quod dicendum quod simonia est vendere scientiam[l]. Tamen magistri artium pro labore suo possunt pecuniam accipere, scientiam vero gratis debent dare, aliter committerent simoniam.

[Ad obiecta]: 1. Ad primum ergo[m] quod obicit, dicendum[7] quod Spiritus Sanctus habetur duobus modis: ut lux illuminans intellectum, et sic habetur in quacumque scientia; aut ut calor inflammans affectum, et sic habetur per virtutes et sacramenta Ecclesiae.

2. Ad aliud dicendum quod illa auctoritas intelligitur de emptione spirituali. Non enim cognitio veritatis[n] emenda est pecunia, sed eo modo quo docetur Prov. 4, 7: *Principium sapientiae, posside sapientiam,* quasi diceret: si vis habere sapientiam, accipe illam, quia ipsa se offert quaerenti[8]; *si enim quaesieris eam*[o], *quasi pecuniam aut thesaurum invenies eam*[9]. De ista emptione, Prov. 17, 16: *Quid prodest stulto habere divitias, cum sapientiam emere non possit?*

PROBLEMA III. 846

Utrum liceat aliquid accipere pro testimonio ferendo[10].

Deinde quaeritur utrum licitum sit accipere aliquid[p] pro testimonio ferendo vel[q] simonia committatur.

Et videtur quod non committatur simonia, per simile. 1. « Licet » enim « iurisconsulto vendere rectum consilium », sicut dicit[r] Augustinus,

---

[a] B om. *p. p. t.* [b] Ita BTF, alii om. [c] B om., in L est add. interl. [d] T om. *sed... datur.* [e] Ita B, alii add. *et.* [f] Ita BT, alii *ibi.* [g] Z om. [h] VRLZ *donum,* quod F corr. [i] BT om. [k] R om. [l] T om. [m] FL *vero;* V *obicitur* pro *obicit.* [n] Codd. *virtutis.* [o] Ita F (corr.), BTRLZ *iam;* V *quasi per* pro *e. q.* [p] R om. [q] B *utrum.* [r] V om.

1 Alcuin., *In Ioan.,* c. 2, n. 15 (inter opp. Bedae PL 92, 665); ap. Gratian., *Decretum,* C. 1, q. 3, c. 11 (I, 417).
2 Ioan. 2, 16.
3 Cf. Guil. Altissiod., *Summa,* III, tr. 27, c. 3, q. 2 (fol. 251csq.); Ioan. de Rupella, *Summa de vitiis* (fol. 31csq.); Gregor. IX, *Decretales,* V, tit. 5, c. 1sqq. (I, 768sqq.).
4 Cf. supra, p. 791, *ad 5.*
5 *In Exod. 35,* 34, ap. Lyran.
6 Cf. *Digesta,* I, tit. 13, c. 1, § 5 (I, 1604).
7 Cf. Guil. Altissiod., loc. cit. (fol. 252a).
8 Cf. Sap. 6, 13.
9 Prov. 2, 4.
10 Cf. Guil. Altissiod., *Summa,* III, tr. 27, c. 3, q. 2 (fol. 251dsq.); Ioan. de Rupella, *Summa de vitiis* (fol. 31d).

Ad Macedonium[1]; pari ergo ratione potest ipse testis vendere testimonium, hoc est aliquid accipere pro testimonio ferendo.

Contra. *a.* Testimonium debitum est; dicit autem[a] Gregorius[2] quod « ementes in templo sunt, qui dum hoc, quod iustum est, solvere proximo nolunt dumque rem debitam facere contemnunt, dato pretio emunt[b] peccatum ». Pari ergo ratione et vendentes sunt qui accipiunt pretium[c] pro eo ad quod tenentur, et ita pro testimonio veritatis.

b. Praeterea, iudicium iustum gratis debet reddi: unde simonia committitur, si pecunia pro iusto iudicio accipiatur; unde Gregorius[3]: « Fraudem Deo perpetrat, qui[d] iustitiam, quam gratis impertire debuit, acceptione pecuniae vendit[e] ». Pari ergo ratione potest dici de testimonio.

[Solutio]: Ad quod respondetur quod in causis ecclesiasticis et a[f] personis ecclesiasticis committitur simonia, si vendatur verum testimonium, sicut et si vendatur iustum iudicium; in aliis vero graviter peccatur. Unde Augustinus, *Ad Macedonium*[4]: « Non ideo[g] debet iudex vendere iustum iudicium aut testis verum testimonium, quia advocatus vendit iustum patrocinium et iurisperitus verum consilium ».

Ad obiectum 1. autem dicendum[5] quod non est simile de vero testimonio et vero consilio. Verum enim[h] testimonium est de ipsa substantia causae terminandae, consilium autem est quoddam exterius adminiculans, sicut est et[i] patrocinium: unde testes compelluntur ad perhibendum testimonium veritati, consiliarii vero[k] non compelluntur ad dandum consilium in causis. — Sed adhuc[l] distinguunt quidam[6] quod in omnibus iis, si scientia vendatur, simoniacum est et maior et minor secundum differentias scientiarum. Pro labore autem potest advocatus vel consiliarius aliquid accipere, cum non teneantur; iudex autem et testis non possunt accipere pro labore in iudicando vel testificando, cum ad illa teneantur.

847

CAPUT V.

DE POENA SIMONIAE[7].

Quinto quaeritur de poena simoniae.

Circa quod notandum quod[m] aut simonia est in Ordine aut in beneficio. Si in Ordine, non recipit executionem, sed est ipso iure suspensus quoad se et quoad alios; punitur etiam depositione, si de crimine iudici suo per inquisitionem aliquo modo constiterit[8]. Si vero est simoniacus quia contulit Ordinem simoniace vel quia dedit vel quia recepit[n] beneficium simoniace vel quia fuit mediator simoniae, si est occultum, suspensus est ipso iure quoad se tantum, sicut habetur *Extra, Ex tuae fraternitatis litteris*[9]; si vero est manifestum, ipso iure suspensus est quoad se et quoad alios, sicut habetur *Extra, De simonia, Accusatum*[10]. Praeterea, qui recipit[o] beneficium simoniace, tenetur renuntiare beneficio et restituere omnes fructus perceptos, sicut habetur ab Augustino, *Ad Macedonium*[11]: « Si res aliena, propter quam peccatum est[p], reddi possit et non redditur, poenitentia non agitur, sed simulatur; si autem veraciter agitur, non dimittetur peccatum nisi restituatur ablatum ».

848

CAPUT VI.

DE CASIBUS IN QUIBUS POTEST DUBITARI UTRUM COMMITTATUR SIMONIA.

Sexto quaeritur de quibusdam casibus in quibus dubitatur utrum sit simonia.

I. Potest autem[q] quaeri utrum simoniacum sit occultare peccatum alterius, cum ad eius officium pertineat revelare, et hoc fiat interventu pecuniae.

Et videtur quod non, 1. per rationem simoniae. Quid enim est spirituale quod hic venditur? Ipsa enim occultatio peccati est, quae fit pro pecunia[r]; et non est spiritualis res, sed contrarium spirituali; non ergo videtur habere voluntatem studiosam vendendi aliquod spirituale.

---

[a] R *enim.* [b] Codd. *emitur.* [c] T om. [d] T *qua,* RZ *quia.* [e] BT *vendidit.* [f] V om. *e. a.* [g] F *omnino,* quod L corr. [h] L *tamen.* [i] BT om. [k] T om. [l] T *ad hec,* quod F corr. [m] V *est.* [n] LZ *recipit,* quod F corr. [o] RL *recepit.* [p] T om. [q] V om. [r] FLZ *per pecuniam* pro *p. p.*

1 Cf. *Epist.* 153, c. 6, n. 23 (PL 33, 663); ap. Gratian., *Decretum,* C. 11, q. 3, c. 71 (I, 663).

2 *In Evang.,* hom. 39, n. 6 (PL 76, 1297); ap. Gratian., *Decretum,* C. 1, q. 3, c. 10 (I, 417).

3 Cf. *Moral.,* IX, c. 34, n. 53 (PL 75, 888); ap. Gratian., *Decretum,* C. 11, q. 3, c. 66 (I, 661).

4 Cf. nota 1; ap. Gratian., *Decretum,* C. 14, q. 5, c. 15 (I, 742).

5 Cf. supra, p. 791, *ad 4* et *5.*

6 Cf. Guil. Altissiod., *Summa,* III, tr. 27, c. 3, q. 2 (fol. 252a).

7 Cf. Guil. Altissiod., loc. cit., q. 3 (fol. 252b sq.); Ioan. de Rupella, *Summa de vitiis* (fol. 31d).

8 Cf. Gregor. IX, *Decretales,* V, tit. 3, cc. 4-6 (II, 750).

9 Ap. Gregor. IX, *Decretales,* V, tit. 3, c. 20 (II, 756).

10 Ap. Gregor. IX, loc. cit., c. 4 (II, 750).

11 Loc. cit., n. 20; (PL 33, 662); ap. Gratian., *Decretum,* C. 14, q. 6, c. 1 (I, 742).

Contra. *a. Extra, De simonia, Nemo presbyterorum* [1], ubi dicitur quod non tantum interventu pecuniae sive lucri temporalis, sed etiam « pro respectu personae et consanguinitatis aut familiaritatis » occultare publicum peccatum ipsius subditi ipsi « episcopo » vel praelato « est simoniacum ».

[Solutio]: Quod concedendum est. Unde, si presbyteri « detrectant innotescere episcopo » subditum publice peccantem incorrigibilem, ex causis supra dictis, simonia committitur [2]. Si vero quaeratur 'quid sit [a] illud spirituale quod ponitur sub pretio', dicendum est quod hoc [b] est revelatio peccati, ad quam tenebatur ex officio; occultatio autem quae [c] perpetratur, non est illud quod [d] venditur, sed ipsa revelatio quae omittitur [e].

II. Deinde quaeritur, si aliquis laico, nullum ius habenti in electione, sed malitiose impedienti, det pecuniam vel aliquid aliud ut [f] cesset a tali impedimento, utrum sit simonia.

Et videtur quod sic, *a.* per hoc quod dicitur [g] *Extra, De simonia, De hoc autem* [3], ubi dicitur quod « regem [h] et principes debes inducere, ut si qua receperunt a praefato episcopo ut eius electioni praestarent assensum [i], ecclesiae Oxomensi sine diminutione restituant, cum sine gravi salutis suae periculo [ea] retinere [k] non possint ».

Sed contrarium videtur. 1. Dedit enim ut redimeret vexationem suam; licitum autem est redimere vexationem suam [l]; ergo licitum fuit dare pecuniam ut cessaret a tali impedimento.

[Solutio] [4]: Ad quod respondetur per quamdam distinctionem: aut hoc est postquam ius [m] fuit ei acquisitum, et in illo casu videtur esse licitum redimere vexationem suam, ille tamen peccat accipiendo; aut hoc fuit antequam esset ei [n] ius acquisitum, et tunc non fuit ei licitum dare.

III. Deinde quaeritur utrum episcopi vel alii praelati, qui fructus ecclesiarum vacantium percipiunt et postea conferunt, retenta sibi parte proventuum, utrum committant simoniam.

[Solutio]: Ad quod intelligendum distinctio talis adhibetur [5]: aut ille, « qui dat beneficium ecclesiasticum, percepit [o] proventus ipsius ante donationem » aut non. « Si non percepit, sed ex donatione consequitur ut percipiat », simoniacum reputatur. « Si vero ante donationem percepit proventus », aut « ante donationem constituit ut pro iusta causa et necessaria ad tempus retineantur [p] » aut « convenit [q] cum accipiente beneficium vel cum mediatore ut perciperet proventus facta donatione ». Si primo modo, potuit esse licitum; si secundo modo, reputatur simoniacum, sicut habetur *Extra, Ut ecclesiastica beneficia, Ut nostrum* [6], ubi de hoc plane determinatur.

IV. Deinde quaeritur de illo qui offert bona sua ecclesiae simpliciter, « ea tamen intentione » principaliter « ut per bona temporalia, quae offert, spiritualia valeat adipisci », et monasterium non aliter admitteret « illum nisi commoda temporalia reciperet [r] », utrum sit simonia [7].

[Solutio]: Ad quod responderi potest quod, si ecclesia vel monasterium abundat, et sola intentio facit hominem simoniacum sive voluntas studiosa [8], reputatur esse simoniacum [s]. Si vero monasterium fuerit paupertate depressum et non sit principalis intentio ad ipsa temporalia, sed secundaria, non creditur esse simonia [9]; sed [t], si principaliter ferretur intentio, pro simonia reputatur.

CAPUT VII. 849

DE SATISFACTIONE PRO SIMONIA.

Septimo quaeritur de satisfactione, quae est in restitutione. Et quaeritur cui restituenda est pecunia simoniace adepta.

1. Non enim videtur [debere] restitui ei qui dedit, cum particeps fuerit delicti.

2. Ad idem facit quod dicitur *Extra, De simonia, De hoc autem* [10].

Contra. *a.* Non fit restitutio conveniens nisi ei qui dedit.

b. Praeterea, dicitur *Extra, De simonia, Veniens* [11], quod abbas et monachi compellantur « ad

[a] Ita V, alii *est*. [b] R *hec*. [c] Ita BT, alii *qua*. [d] RZ *que*. [e] V *emitttitur*, FL *committitur*. [f] L om., in F est add. interl. [g] L add. *in*. [h] VBTF *reges*. [i] VZ *consensum*. [k] Z *restituere*; B om. *suae*. [l] R om. *licitum... suam*. [m] B add. *illud*. [n] F om., in L est add. interl. [o] BT *percipit*, item infra. [p] BT *retineatur*. [q] BT add. *etiam*. [r] V *recipiet*. [s] V om. *sive... simoniacum*. [t] L *et*, quod F corr.; T om. *si*.

1 Ap. Gregor. IX, loc. cit., c. 14 (II, 753).
2 Cf. nota praecedens.
3 Ap. Gregor. IX, *Decretales*, V, tit. 3, c. 11 (II, 752).
4 Cf. supra, num. 828.
5 Ab Innoc. III, ap. Gregor. IX, *Decretales*, III, tit. 12, c. un. (II, 512), ubi sequentia fere verbotenus occurrunt.
6 Cf. nota 5.
7 Cf. Gregor. IX, *Decretales*, V, tit. 3, c. 34 (II, 763); Guil. Altissiod., *Summa*, III, tr. 27, c. 2, q. 2 (fol. 249b); Ioan. de Rupella, *Summa de vitiis* (fol. 39d).
8 Cf. supra, num. 821.
9 Cf. *Glossa* in Gregor. IX, loc. cit., c. 8 (col. 1608, litt. *k*).
10 Ap. Gregor. IX, *Decretales*, V, tit. 3, c. 11 (II, 752).
11 Ap. Gregor. IX, loc. cit., c. 19 (II, 756).

restituendam pecuniam indigne acceptam [a] » ipsi presbytero qui dedit.

[Solutio]: Ad hoc [b] respondetur per distinctionem quod, si ab aliquo beneficiato in ecclesia recepta fuerit pecunia, illi ecclesiae restitui debet in cuius iniuriam data fuerit. Si vero aliquis dederit pecuniam, ut reciperetur [c] in aliquo monasterio [d], et transferatur illa persona de illo monasterio ad aliud, debet illa pecunia restitui illi monasterio ad quod transfertur, ut, sicut habet onus, ita habeat emolumentum [e].

TITULUS III.

DE SACRILEGIO.

Dicto de simonia, consequenter dicendum est de sacrilegio, quod similiter [f] fit in iniuriam divinae bonitatis.

Et primo quaeritur quid sit sacrilegium;
secundo, quae sint [g] differentiae sacrilegii;
tertio, quando committitur sacrilegium;
quarto, de poena sacrilegii.

850

CAPUT I.

QUID SIT SACRILEGIUM [1].

Ad primum sic: Definitur sic sacrilegium [2]: Sacrilegium est sacrae rei violatio vel eiusdem usurpatio. Et dicitur sacrilegium quasi sacri laedium, eo [h] quod laedit sacrum.

Sed videtur quod haec definitio non conveniat omni sacrilegio. 1. Dicit enim Hieronymus [3]: « Qui bonis parentum et opibus sustentari possunt, si quod pauperum est accipiunt, sacrilegium profecto committunt, et per abusionem talium *iudicium sibi* manducant et bibunt [4] ». Sed tale peccatum non est sacrae rei violatio nec eiusdem usurpatio; ergo illa ratio non convenit omni sacrilegio: usurpare autem non videtur, cum hoc fit auctoritate praelati, qui ei contulit.

2. Praeterea, dicitur esse sacrilegium, cum « Iudaeis publica officia » committuntur, sicut habetur in *Canone* [5]; tamen non est ibi violatio rei sacrae vel usurpatio.

3. Praeterea, sicut dicit Innocentius [6]: « Committunt sacrilegium, qui contra divinae [i] legis sanctitatem aut nesciendo committunt aut negligendo violant et offendunt ». Ergo illa ratio non est communis omni sacrilegio.

4. Praeterea, dicit Paschalis Papa [k 7]: « Illi sacrilegi iudicandi sunt, qui violentia vel favore non permittunt ecclesiae regulariter ordinari ». Pluribus ergo modis committitur sacrilegium, et ita ratio illa non est communis.

[Solutio]: Ad quod respondendum quod sacrilegium [l] aliquando accipitur proprie, et hoc modo supra definitum est; aliquando vero communiter, et sic accipiebatur in iis quae supra obiciuntur.

[Ad obiecta] [8]: 1. Cum enim dicitur quod illi, « qui [m] accipiunt quod pauperum est, sacrilegium committunt », ubi alias sufficienter habent, hoc est « cum male dispensant et in malos usus convertunt nec serviunt ecclesiae », a qua accipiunt. « Nemo enim cogitur propriis stipendiis militare », et hoc specialiter attenditur de illa parte quae ad subventionem pauperum est ordinata [9]: tunc enim usurpat ipse rem ecclesiae dicatam [n], et hoc modo dicitur committere sacrilegium.

2. Ad aliud vero [o] dicendum quod ille dicitur committere sacrilegium [p], « qui Iudaeis publica officia committit », propter hoc quod [q] consimilis poena fertur in illum sicut in sacrilegum [r], sicut habetur XVII, quaest. 4, *Constituit* [10].

---

[a] B *restitutionem pecunie indigne accepte* pro *r. p. i. a.* [b] V *quod.* [c] RLZ *recuperetur*, quod F corr. [d] RLZ *ministerio*, quod F corr. [e] FL *et molumentum.* [f] B om. [g] Ita V, alii om. [h] R *et.* [i] R *diem.* [k] B om. [l] T om. *et ita... sacrilegium.* [m] VRLZ om., in F est add. mg. [n] BT om. *tunc... dicatam;* R om. *dicitur.* [o] R *illud;* V om. *vero.* [p] BT om. *Ad... sacrilegium.* [q] RLZ *quia.* [r] TRL *sacrilegium*, quod VF corr.; V *alium* pro *illum.*

1 Cf. Ioan. de Rupella, *Summa de vitiis* (fol. 31 d).

2 Cf. Gratian., *Glossa* in C. 17, q. 4, c. 20 (I, 820).

3 Ex capite incerto; ap. Gratian., *Decretum*, C. 1, q. 2, c. 6 et C. 16, q. 1, c. 68 (I, 409, 785).

4 Cf. I Cor. 11, 29.

5 Ap. Gratian., *Glossa* in *Decretum*, C. 17, q. 4, c. 31 (I, 823).

6 Rectius Iustiniani *Codex*, IX, tit. 29, c. 1 (II, 604), cuius verba refert Gratian., *Glossa* in C. 17, q. 4, c. 29 (I, 822 sq.). Canon est Innocentii II.

7 Cf. Gratian., *Decretum*, C. 1, q. 1, c. 125 (I, 406).

8 Cf. *Glossa* in Gratiani *Decretum*, h. l. (col. 750, litt. *l*, *m* et col. 1500, litt. *k*).

9 Cf. Gratian., *Decretum*, C. 12, q. 2, c. 26 sqq. (I, 696 sq.).

10 Ap. Gratian., *Decretum*, C. 17, q. 4, c. 31 (I, 823).

3. Ad illud vero quod obicitur quod illi « committunt sacrilegium, qui contra divinae legis sanctitatem aut nesciendo committunt aut negligendo »: respondendum est quod [a] ibi accipitur sacrilegium communiter, non proprie. Uno enim modo dicitur sacrilegus cuiuslibet rei divinae iniuriosus, et sic potest dici hic [b] esse sacrilegium.

CAPUT II.

QUAE SINT DIFFERENTIAE SACRILEGII [1].

ARTICULUS I. 851

Utrum sacrilegium sit rapina.

Secundo quaeritur quae sint differentiae sacrilegii.

Committitur autem sacrilegium quandoque ratione personae, quandoque ratione loci, quandoque ratione rei. Ratione personae, cum quis verberat clericum vel personam religiosam, sicut habetur in *Canone, Si quis suadente diabolo* [2]. — Ratione loci, cum ecclesiae vel coemiterii immunitas violatur, sicut habetur ab Augustino, *Ad Bonifacium* [3]: « Novi qua religione semper sis veneratus ecclesiam. Quo instigante furore [c] hominem de ecclesia rapuisti? » — Ratione rei, cum res consecrata vel sacro usui deputata usurpatur, sicut dicit Gregorius [4]: « Sacrilegium est [d] si quis quod venerabilibus locis relinquitur, pravae voluntatis studiis tentaverit suis compendiis [e] retinere ». Et secundum hunc modum dividitur « sacrilegium [f], quotiens quis [g] sacrum violat vel auferendo sacrum de sacro vel sacrum de non sacro vel non sacrum de sacro [5] ».

Sed obicitur contra [h] istam differentiam sacrilegii. Videtur enim [i] quod contineatur sub rapina. 1. « Qui enim pecuniam vel res ecclesiae [k 6] » aufert, pecuniam aufert vel rem aliquam; sicut ergo quod aufertur [l] se habet ad id quod rapitur [m] tamquam inferius ad superius, sic sacrilegium se habebit ad rapinam; erit ergo sacrilegium species rapinae.

Contra. *a.* Differunt in genere peccatum in Deum et peccatum in proximum; sed rapina est peccatum in proximum, sicut dicit Anacletus [7]: « Qui rapit pecuniam proximi sui iniquitatem operatur ». Iniquitas autem est peccatum in proximum, sacrilegium vero sub peccato in Deum continetur [8]; ergo sacrilegium non est rapina.

[Solutio]: 1. Ad quod respondetur [n] quod, secundum quod rapina proprie sumitur, non est sacrilegium rapina; secundum autem quod communiter accipitur rapina, sacrilegium addit circumstantiam, per quam trahitur extra genus illud, et secundum hoc sacrilegium non tantum dicit rapinam, sed etiam [o] alterum genus peccati.

ARTICULUS II. 852

Utrum sacrilegium sit furtum.

Adhuc etiam quaeritur si sacrilegium sit furtum.

Et videtur quod sic. 1. Dicit enim Augustinus, *Super Ioannem* [9]: « Peculatus dicitur furtum de re publica, et [p] non sic iudicatur furtum rei privatae quomodo [q] publicae; quanto [r] vehementius iudicandus est fur [s] sacrilegus, cum non undecumque tollat, sed de ecclesia; qui autem de ecclesia [t] furatur, Iudae traditori comparatur ».

2. Item, « si quis clericus ecclesiae furtum fecerit, peregrina ei communio tribuatur [u 10] ». Ex quo accipitur quod sacrilegium est furtum.

Contra. *a.* Differens est poena sacrilegii et furti; ergo differens est culpa: si enim furtum [v] et peculatus ab invicem distinguuntur, multo fortius sacrilegium et furtum ab invicem distinguuntur.

[Solutio]: 1-2. Ad quod respondetur quod sacrilegium, cum [x] latenter accipitur « sacrum de

---

[a] B om., T om. *e. q.* [b] T *hoc.* [c] Codd. *facinore.* [d] B om. *s. e.* [e] B *stipendiis.* [f] B add. *quodam modo.* [g] RL *aliquis;* Z add. *in.* [h] Ita V, alii *quantum ad;* L *opponitur* pro *obicitur.* [i] BT om. [k] Ita V, alii *pecunie.* [l] Codd. *rapitur.* [m] V *rapit.* [n] V *respondendum.* [o] B om. [p] V om., BT *quod;* Z *et* pro *rei.* [q] T add. *rei.* [r] Ita BTF (corr.), alii *quando.* [s] V om. [t] BT om. *q. a. d. e.*, in L est add. mg. [u] Z *attribuatur.* [v] Ita L (mg.), alii om. [x] B *est quod,* T *est cum;* R *non.*

1 Cf. Ioan. de Rupella, *Summa de vitiis* (fol. 31 d), ubi plura sequentium verbotenus occurrunt.

2 Ap. Gratian., loc. cit., c. 29 (I, 822).

3 *Epist.* 6 (inter opp. Augustini PL 33, 1096); ap. Gratian., *Decretum,* C. 17, q. 4, c. 8 (I, 816).

4 *Epist.*, X, ep. 5 (PL 77, 1070); ap. Gratian., loc. cit., c. 4 (I, 815 sq.).

5 Gratian., *Glossa* in C. 17, q. 4, c. 20 (I, 820).

6 Ap. Gratian., loc. cit., c. 18 (I, 819).

7 Ap. Gratian., loc. cit. 8 Cf. supra, p. 715, nota 1.

9 Tract. 50, n. 10 (PL 35, 1762); ap. Gratian., *Decretum,* C. 23, q. 4, c. 3 (I, 899); cf. *Digesta,* XLVIII, tit. 13, c. 1 sqq. (I, 1520 sq.).

10 Ap. Gratian., *Decretum,* C. 13, q. 2, q. 11, § 1 (I, 724).

sacro vel non sacrum de sacro » etc. invito domino, furtum potest dici ratione contrectationis [a] rei alienae, ratione vero eius quod dicitur sacrum, sacrilegium perpetratur. Et licet diversa poena statuatur sacrilegii et furti, nihilominus potest unum sub altero contineri: ratione enim conditionis aggravantis alia poena statuitur. Si vero furtum acciperetur « occulta contrectatio rei alienae invito domino [1] » et intelligeretur de rebus pertinentibus ad proximum, non ad Deum, tunc differret furtum a sacrilegio, quemadmodum furtum specialiter dictum differt a peculatu. Peculatus enim est, cum [b] committitur in re romanae civitatis; furtum vero dicitur in rebus privatis. Quod autem sit sacrilegium, cum fit fraus ipsi ecclesiae de facultatibus ecclesiasticis, patet per hoc quod dicitur *Extra, De peculio clericorum* [2], ubi dicitur: « Sicut nec suo, ita nec alieno nomine fraudem presbyter de facultatibus ecclesiae facere debet, quoniam hoc est sacrilegium et par crimini Iudae furis, qui sacras oblationes asportabat et furabatur [3] ».

853 ARTICULUS III.

Utrum retinere bona ecclesiae illicite reputetur homicidium.

Deinde quaeritur utrum huiusmodi fraus, quando scilicet retinentur bona ecclesiae illicite, reputetur homicidium.

Et videtur quod sic. 1. Bona ecclesiae sunt bona pauperum [4]; dicitur autem in [c] Eccli. 34, 25: *Panis egentium vita eorum; qui defraudat illum, homo sanguinis est* [5]. Ergo huiusmodi detentio illicita pro homicidio reputatur.

2. Praeterea, dicitur in *Canone* [6]: « Clerici vel saeculares, qui oblationes parentum, aut donatas aut testamento relictas, retinere perstiterint, aut id, quod ipsi donaverint, crediderint auferendum, velut necatores pauperum, quousque reddiderint, ab ecclesiis excludantur ». Ergo huiusmodi peccatum pro homicidio reputatur.

Contra. *a.* Homicidium prohibetur in praecepto secundae tabulae; huiusmodi autem peccatum, cum sit in iniuriam Dei, ad praeceptum primae tabulae pertinet; ergo differt hoc peccatum ab homicidio.

[Solutio]: Ad quod respondetur quod huiusmodi peccatum non est homicidium.

[Ad obiecta]: 1. Ad obiectum autem [d] in contrarium dicendum quod illa auctoritas Eccli. 34, 25 sic intelligitur: ut talis defraudatio non sit homicidium per essentiam, sed sit quaedam dispositio ad homicidium; large sumptum. Qui [e] enim subtrahit indigenti quod est ad necessitatem victus, cum possit subvenire et teneatur, disponit ad homicidium, subtrahendo illud sine quo vita non potest conservari.

2. Ad secundum vero [f] dicendum quod illud, quod dicitur in *Canone* [g], in aggravationem ipsius peccati dicitur, non quod illud peccatum essentialiter sit homicidium.

CAPUT III.

QUANDO COMMITTITUR SACRILEGIUM.

854 ARTICULUS I.

Utrum abstrahere aliquem ab ecclesia, ad quam confugit, sit sacrilegium.

Tertio quaeritur quando committitur sacrilegium. Et primo [h] quaeritur utrum, quando aliquis per vim abstrahitur ab ecclesia, qui confugit [i] ad ecclesiam, committatur sacrilegium.

Et videtur quod sic, *a.* per hoc quod dicit Augustinus, *Ad Bonifacium,* in [k] auctoritate supra dicta [7].

b. Similiter dicit Gelasius [8]: « Nec potestatibus vel principibus unquam [l] licuit perpetrare ut hominem, in sanctuariis constitutum, captata sacerdotis absentia, reluctantem reclamantemque violenter abstraherent ». Ex quo derelinquitur quod est sacrilegium.

Contra [9]. 1. Indignum est eis ab ecclesia subveniri, per quos scandalum constat in ecclesia

[a] LZ *contractionis,* quod F corr. [b] T om. [c] V om. [d] BF om., in Z est add. mg. [e] B *que* pro *s. q.* [f] V om. [g] BTL *casu.* [h] V om., in L est add. interl.; B om. *utrum.* [i] R *circumfugit.* [k] VTL om. [l] V *nunquam.*

1 Cf. Augustin., *In Heptat.*, II, n. 71 (PL 34, 622); Iustinian., *Institutiones*, IV, tit. 1, § 6 (I, 75).
2 Ap. Gregor. IX, *Decretales*, III, tit. 25, c. 4 (II, 538).
3 Cf. Ioan. 12, 6.
4 Cf. Gratian., *Decretum*, C. 16, q. 1, c. 66 (I, 784sq.).
5 Ap. Gratian., *Decretum*, C. 14, q. 5, c. 2 (I, 739).
6 Ap. Gratian., *Decretum*, C. 13, q. 2, c. 11 (I, 724).
7 Cf. supra, p. 811, nota 3.
8 Ap. Gratian., *Decretum*, C. 17, q. 4, c. 10 (I, 817).
9 Cf. Gregor. IX, *Decretales*, III, tit. 49, c. 10 (II, 657).

generari. Si ergo per aliquos in ecclesia scandalum generatur, non eis per ecclesiam debet subveniri; sed potest esse quod ille qui confugit ad ecclesiam, scandalum fecit [a] in ecclesia, utpote commisit homicidium; ergo non est ei [b] subveniendum: « frustra legis invocat auxilium qui committit in legem »; ergo frustra invocat auxilium [c] ecclesiae qui committit in ecclesiam. Ergo, si talis abstrahatur [d] ab ecclesia, non committitur sacrilegium, cum ecclesia eum non debeat tueri.

2. Item, dicitur in Exod. 21, 14: *Si quis de industria occiderit proximum suum et per insidias, ab altari meo evelles* [e] *eum ut moriatur.* Ergo talem ecclesia non tuebatur; pari ratione nec nunc defendi debet; ergo non committitur sacrilegium circa talem personam.

[Solutio]: Ad quod respondetur quod fit sacrilegium et contra immunitatem ecclesiae, si extrahatur aliquis per vim, cum confugit ad subsidium ecclesiae in periculo, nisi hoc fuerit in certis personis et certis casibus. Quorum unus est, « si fuerit publicus latro vel nocturnus populator agrorum »: talis enim « extrahi potest ab ecclesia », sicut habetur *Extra*, eodem, *Inter alia* [1]. Alius casus est, si fecerit homicidium in ecclesia, sicut habetur *Extra*, eodem, *Immunitatem* [2]; et non tantum intelligitur de homicidio, sed de [f] « mutilatione membrorum », sicut ibidem [3] exprimitur. Praeterea [4], « servus, si confugerit ad ecclesiam », non est extrahendus nisi « dominus praestiterit iuramentum de impunitate », sed, hoc facto, compellendus est « ad servitium domini sui redire vel invitus a domino suo poterit occupari ».

[Ad obiecta]: 2. Ad obiectum autem in contrarium dicendum [g] quod illud, quod dicitur in Exodo, in Veteri Lege praecipiebatur, quae erat lex severitatis [h], ad cohertionem [i] malignitatis humanae. In Nova autem Lege, quae est lex principaliter benignitatis, non ita generaliter intelligitur, sed cum perpetratur homicidium.

1. Illud [k] vero quod obiciebatur quod 'indignum [l] est' etc., non [m] intelligitur de quocumque scandalo, sed de homicidio vel mutilatione, sicut in *Decretali* [5] determinatur. Quod autem dicitur « frustra auxilium ecclesiae invocat » etc., hoc intelligitur in [n] casu determinato.

ARTICULUS II. 855

Utrum vir cognoscens uxorem suam in ecclesia committat sacrilegium [6].

Item [o], quaeritur, si vir cognoscat uxorem suam in ecclesia, utrum committatur sacrilegium, quia munditia debet custodiri in loco sacro.

Et videtur quod sic, 1. per rationem sacrilegii: est enim violatio rei sacrae.

[Solutio]: Ad quod respondetur per hoc [p] quod dicitur *De* [q] *consecratione*, dist. 1, *Ecclesiis* [7], ubi intelligitur de pollutione facta per adulterium: tunc enim intelligitur maxime fieri sacrilegium. Si vero fuerit alia pollutio in ecclesia voluntarie, minus est peccatum, et hoc indicat differens modus sanctificationis, sicut habetur *Extra, De consecratione ecclesiae*, in novella Constitutione [8].

ARTICULUS III. 856

Utrum imminente persecutione hostili possint saeculares cum familiis suis et pecoribus in ecclesiis et coemiteriis recipi absque sacrilegio.

Deinde quaeritur, si imminente persecutione hostili possint [r] saeculares cum familiis suis [s] et pecoribus recipi in ecclesiis et coemiteriis et ibi comedere et bibere et dormire [t], ita quod non committatur sacrilegium.

Et videtur quod non, 1. quia fit ibi violatio rei sacrae et quaedam maculatio. Dicitur [9] enim in Deuter. 23, 12, super illud: *Habebis locum extra castra:* « Corporalem munditiam diligit Deus, et ideo praecepit nihil foedum remanere in castris [u] ».

---

[a] V *facit.* [b] B *eis.* [c] V om. *qui... auxilium.* [d] BT *extrahatur.* [e] R *evellas.* [f] T om. [g] Ita V, alii add. *est.* [h] R *sevitatis.* [i] L *coercitionem.* [k] F *ad illud.* [l] V add. *non.* [m] RZ om., in F est add. mg. [n] V *de.* [o] Ita V, alii om. [p] T om. [q] L *in.* [r] VRLZ *possent,* quod F corr. [s] L om. [t] BT om. *e. d.* [u] BT om. *i. c.*

1 Ap. Gregor. IX, *Decretales,* III, tit. 49, c. 6 (II, 655 sq.).
2 Ap. Gregor. IX, loc. cit., c. 10 (II, 657).
3 Loc. cit.
4 Ap. Gregor. IX, loc. cit., c. 6 (II, 656).
5 Cf. supra, nota 2.
6 Cf. supra, p. 635, nota 9 et 637, nota 4 et 11.
7 Ap. Gratian., *Decretum, De consecr.,* dist. 1, c. 20, sed melius habetur c. 19 (I, 1299).
8 Ap. Gregor. IX, *Decretales,* III, tit. 40, c. 9 sq. (II, 635). Haec Constitutio *Consultationibus tuis taliter* die 21 maii anno 1233 promulgata fuit.
9 *Glossa ordin.,* in h. l. (PL 113, 478).

Si ergo in castris [a] populi Israelitici voluit Dominus [b] munditiam corporalem servari, multo magis in castris Ecclesiae voluit Dominus munditiam [c] custodiri.

2. Praeterea, dist. 42, circa finem [1], dicitur quod « non oportet in basilicis seu in ecclesiis agapen facere et intus manducare vel accubitus sternere ».

3. Praeterea, si detestabile est quod vestimenta sive vasa ministerii sint immunda, eo quod Dominus etiam [d] munditiam corporalem diligit, consimili ratione erit detestabile si sit immunditia ex cibis et potibus vel suppellectilibus.

[Solutio]: 1-2. Ad quod respondetur per hoc quod dicitur *Extra, De custodia chrismatis, Relinqui volumus* [2], ubi dicitur: « Prohibemus firmiter ne supellectilia huiusmodi in ecclesia admittantur nisi propter hostiles incursus aut incendia repentina aut alias necessitates ad eas oporteat habere refugium, sic tamen ut [e], necessitate cessante, res ad loca pristina reportentur ». Sic etiam est de aliis rebus, quae reponuntur in coemiteriis benedictis; et dicitur dist. 42 [3]: « Nulli episcopi vel clerici in ecclesia conviventur nisi forte transeuntes hospitiorum necessitate illic [f] reficiantur; populi etiam ab huiusmodi [g] conviviis, quantum potest fieri, prohibeantur ». Respondetur ergo quod, ubi est huiusmodi necessitas, non est sacrilegium nec immunitas sacri loci violatur; debet tamen, quantumcumque potest fieri, munditia in loco sacro observari. — Illud autem quod dicitur in *Canone* intelligitur ubi nulla exstat necessitas vel Ecclesiae utilitas, sed magis inhonestas.

3. Ad illud autem quod [h] dicitur de vestimentis vel vasis ecclesiae, dicendum est quod non est simile omnino. Specialiter enim servanda est munditia in vestimentis et vasis ecclesiasticis, et maxime in iis [i] quae altare contingunt [4].

857

CAPUT IV.

DE POENA SACRILEGII.

Quarto quaeritur de poena sacrilegii.

Secundum *Canones* [5] autem duplex est poena: alia spiritualis, alia pecuniaria. Spiritualis praeter poenitentiam [k] est excommunicatio. Sed in hoc distinguitur quod pro sacrilegio in persona commisso est maior [l] excommunicatio ipso iure, pro sacrilegio vero in rebus commisso est minor excommunicatio, exceptis quibusdam [m] casibus, in quibus est maior excommunicatio, ut quando aliquis incendit ecclesiam vel frangit, sicut habetur *Extra, De sententia excommunicationis, Conquesti* [6], et X, quaest. 4, *Omnes ecclesiae* [7]. Poena vero [n] pecuniaria, sive pro sacrilegio commisso in persona [o] sive pro commisso in rebus, determinatur in *Decretali* [p], *Si quis in atrio* [8], et *Quisquis inventus fuerit* [9] etc. et in aliis [q] huiusmodi; plures enim Canones sunt, in quibus poena huiusmodi taxatur [10].

---

[a] V om. *i. c.* [b] BT *Deus*, quod F corr. [c] VLZ (mg.) add. *corporalem*, quod R exp. [d] T om. [e] B *in*. [f] V om. [g] R add. *in*. [h] Ita V, alii *quod autem* pro *A. i. a. q.* [i] T om. *i. i.* [k] Z *pecuniam*. [l] R add. *et*. [m] V om., in L est add. mg. [n] R om. [o] Ita V, alii *personam*. [p] Ita V, alii *rebus*. [q] B om.

1 Ap. Gratian., *Decretum*, dist. 42, c. 4 (I, 152).
2 Ap. Gregor. IX, *Decretales*, III, tit. 44, c. 2 (II, 649 sq.).
3 Ap. Gratian., loc. cit., c. 5 (I, 152).
4 Ap. Gregor. IX, loc. cit.
5 Cf. Gratian., *Glossa* ante C. 17, q. 4, c. 21 (I, 820).
6 Ap. Gregor. IX, *Decretales*, V, tit. 39, c. 22 (II, 896).
7 Ap. Gratian., *Decretum*, C. 17, q. 4, c. 5 (I, 816).
8 Ap. Gratian., *Decretum*, C. 17, q. 4, c. 7 (I, 816).
9 Ap. Gratian., loc. cit., c. 21 (I, 820).
10 Cf. Gratian., *Decretum*, C. 12, q. 2, c. 10 et C. 17, q. 4, cc. 14, 16, et praesertim c. 27, qui talis est: « Qui subdiaconum occiderit, 300 solidos componat; qui diaconum, 400; qui presbyterum, 600; qui episcopum, 900; qui monachum, 400 » (I, 689, 818 sqq.).

SECTIO II. — De peccatis in proximum.

QUAESTIO UNICA

DE SCANDALO.

Dictum est supra de criminibus quae committuntur in Deum; consequenter dicendum est de iis quae committuntur in proximum. In quibusdam [a] autem laeditur proximus in mente, sicut est scandalum; in quibusdam laeditur in corpore, sicut est homicidium et quae sunt illius generis, sicut sunt duellum et tyrocinium; aliquando vero laeditur in possessione, sicut est in rapina et usura et fraudulento contractu et furto [b] [1].

Primo autem dicendum est de scandalo.

Circa quod primo [c] quaeritur quid sit;

secundo, si sit peccatum per se;

tertio, an omne scandalum [d] sit mortale;

quarto, utrum necesse sit esse scandala [e];

quinto [f], de comparatione scandali active dicti ad scandalum passive dictum;

sexto, si dimittendum est scandalum pro veritate vitae, doctrinae [g] et iustitiae;

septimo, quid sit faciendum propter scandalum vitandum [h];

octavo [i], utrum Petrus scandalizaverit separando se a gentibus et comedendo cum Iudaeis, et de aliis casibus contingentibus scandalum.

CAPUT I. 858

QUID SIT SCANDALUM [2].

Circa primum sic: Super illud Matth. 18,7: *Vae mundo a scandalis,* Glossa [3]: « Qui scandalizat dicto vel facto minus recto, praestat occasionem ruinae ». Ergo « scandalum est dictum vel factum minus rectum » etc.

I. Sed videtur quod haec ratio non conveniat omni scandalo. 1. Dicitur enim Isai. 8, 14 de Christo: *Erit in lapidem offensionis et petram scandali.* Si ergo scandalum dicitur ibi obex, ad quem *offenderunt* Iudaei [4], nec tamen in Christo fuit « dictum vel factum minus rectum », non [k] ergo haec ratio convenit omni scandalo, quia non illi de quo dicitur *petra scandali.*

2. Praeterea, scandalo passivo non convenit illa ratio: non enim est [l] « dictum vel factum » etc.; ergo non omni scandalo convenit.

3. Praeterea, agere et pati non communicant in genere uno; ergo nec in una communi ratione; sed scandalum activum ad agere dicitur, scandalum passivum ad pati refertur; non ergo est una communis ratio scandali activi et passivi.

II. Item, scandalum dicitur per similitudinem in spiritualibus respectu eorum quae sunt in corporalibus: offenditur enim pes corporalis et per similitudinem pes spiritualis; dicitur autem scandalum obex vel impactio [5]. Quaeritur ergo de

---

[a] V *quibus.* [b] V om. *e. f.* [c] V om.; T om. *quaeritur.* [d] V *peccatum.* [e] Ita VB (mg.), alii om. *quarto... scandala.* [f] Ita VB (mg.), alii *quarto.* [g] Ita V, alii add. *veritatis.* [h] Ita VB (mg.), alii om. *septimo... vitandum.* [i] Ita VB (mg.), alii *sexto.* [k] V *cum.* [l] R om.

[1] De iis quibus proximus laeditur in corpore et in possessione fuse agitur in libro III huius *Summae,* ubi de praeceptis Decalogi.

[2] Cf. Guil. Altissiod., *Summa,* III, tr. 30, q. 1 (fol. 258a sq.); Ioan. de Rupella, *Summa de vitiis* (fol. 37b).

[3] *Interlin., In Matth. 18,* 8, ap. Lyran., ex Hieronymo, *In Matth. 15,* 12 (PL 26, 107).

[4] Cf. Rom. 9, 32 sq.; I Petri 2, 8.

[5] Cf. Chrysost., *In Matth.,* hom. 59, n. 1 (PG 58, 574); Hieronym., loc. cit.

quo dicitur per prius, an de obice an de impactione.

Et videtur quod per[a] **prius dicatur de obice,** 1. quia obex praebet occasionem ruinae.

2. Item, impactio passio quaedam est, et in passione per se non est demeritum, in scandalo autem est demeritum; ergo magis refertur ad obicem quam ad impactionem.

Sed e contra videtur. *a.* Scandalum enim peccatum est; obex autem secundum suam substantiam non est peccatum; ergo potius dicitur scandalum de impactione. Si enim sit lapis, ad quem offendat aliquis pedem suum, numquid lapis dicetur esse scandalum vel ipsa offensio? Constat quod ipsa offensio proprie. Ergo scandalum proprie dicetur impactio.

b. Item, impactio commune est aliquo modo in activo et passivo scandalo, obex autem[b] non sic.

c. Item, Origenes[1], super illud Num.[c] 31, 2: *Ulciscere primo filios* etc., Glossa[2]: « Scandalum est, ubi recte ambulanti[d] deceptio ad peccandum subicitur ». Deceptio autem[e] se habet per se ad impactionem, non ad ipsum obicem; ergo principaliter scandalum dicitur respectu impactionis.

[Solutio]: I. 1. Ad quod respondetur[f] quod scandalum aliquando dicitur de obice et aliquando de impactione. De obice dicitur Matth. 16, 23, cum Dominus dixit Petro: *Scandalum mihi es,* et similiter cum dicitur sacerdos[g] scandalum esse totius parochiae, cum tenet publice fornicariam. Secundum hunc modum non dicitur praedicta definitio scandali: non enim personae convenit, sed[h] actui. Christus autem nec dicitur scandalum isto modo nec illo. Neque enim fuit persona scandalizans nec in eo fuit actus scandalizans[i], sed dicebatur *lapis offensionis et petra scandali,* non quod causa offensionis vel occasio esset ab ipso, sed in ipsis Iudaeis, sicut si aliquis in plana via offenderet pedem suum et caderet ex sua indiscretione, ipsa plana via, cum non haberet obicem, non esset causa vel occasio ipsius ruinae, sed indiscretio ambulantis vel defectus aliquis in ipso.

2. Ad id vero quod obicitur de scandalo passivo, dicendum[k] quod praedicta ratio est scandali active dicti, scandalum autem[l] passive dictum aliam habet rationem. Est enim scandalum passive dictum, cum aliquis dat sibi occasionem ruinae ex dicto vel facto alterius, sive sit rectum sive non rectum, Matth. 15, 12, ubi dicitur: *Scis quia Pharisaei, audito verbo hoc, scandalizati sunt?*

3. Ad id vero quod obicitur quod 'nullatenus potest intentio aliqua esse communis per modum generis scandalo activo et passivo, sicut nec agere et pati': dicendum[m] quod non est simile. Licet enim agere et pati non habeant genus commune, scandalum tamen activum et passivum habent peccatum pro genere, et nomen impactionis aliquo modo est commune, cum aliquis impingit pedem alterius, ut cadat, vel impingit pedem proprium.

II. Ad id vero quod quaeritur[n] 'utrum per prius dicatur de obice an de impactione': dici potest quod quoad quid[o] per prius dicitur de obice[p], quoad quid per[q] prius de impactione. Proprie autem, ut hic loquimur, dicitur[r] de ipsa impactione: sic[s] enim est peccatum prout active dicitur. Est enim impactio actio et est impactio passio, et utrumque secundum rem peccatum est[t]: non enim loquimur hic de passione proprie dicta, quae non est peccatum.

c. Ad id vero quod obicitur de comparatione impactionis ad deceptionem, dicendum quod, licet ad idem referantur, differunt tamen ratione: deceptio enim ad vim cognitivam refertur, impactio vero pertinet ad affectivam.

859

CAPUT II.

UTRUM SCANDALUM SIT PECCATUM PER SE[3].

Secundo quaeritur **I.** utrum scandalum sit peccatum per se.

Et videtur quod non sit per se genus peccati, 1. quia, cum dico 'peccare coram alio', hoc quod dico 'coram alio' dicit circumstantiam actus, et scandalum non importat nisi peccare coram alio, ut ipse ruat in peccatum. Relinquitur ergo quod non sit peccatum secundum[u] se, sed ex circumstantia.

2. Item, aliquis recidivat; ex hoc quod peccat, ingratus est, et haec ingratitudo circumstantia

---

[a] Ita V, alii om. [b] V om. [c] B om. [d] BZ *ambulant.* [e] R om. [f] V *respondendum.* [g] BT add. *dicitur.* [h] L *et.* [i] V om. *nec... scandalizans.* [k] Ita V, alii add. *est.* [l] V *enim.* [m] BT add. *est.* [n] Ita V, alii *obicitur.* [o] V *aliquid,* item infra. [p] L add. *et.* [q] BTR om., in F est add. interl. [r] VL om. [s] RLZ *si;* V om. *est.* [t] T om. [u] T *per.*

1 *In Num.*, hom. 25, n. 1 (PG 12, 763).
2 *Ordin.*, in h. l. (PL 113, 433).
3 Cf. Guil. Altissiod., *Summa*, III, tr. 30, q. 2 (fol. 258b sq.).

peccati est, et non per se peccatum; ergo a simili videtur quod scandalum non dicat nisi circumstantiam peccati praecedentis.

3. Item, si iste facit bonum [a] coram aliis, non facit duo bona, sed tantum unum bonum; ergo per oppositum unus erit defectus oppositus huic rectitudini, scilicet curvitas opposita, hoc est scandalum. Relinquitur ergo quod non sit per se peccatum, immo circumstantia peccati.

Contra. *a.* Est peccare in se [b], in Deum, in proximum; sed scandalum, in quantum scandalum, est peccatum in proximum; sed, cum dico « dictum vel factum minus rectum », dico peccatum in se ipso [c]; cum autem dico « praebens alii occasionem ruinae », dico peccatum in proximum, et ita duo peccata erunt in scandalo.

b. Item, diversa dispositio [d] ex parte materiae actus diversum facit peccatum, ut si cognosco non meam, et hoc vel solutam vel coniugatam; ergo diversa dispositio in modo actus faciet diversitatem peccati, et ita scandalum erit diversum peccatum ab aliis.

[Solutio] [1]: 1. Ad quod respondetur quod peccatum dicitur diversum genere ab alio [e] pluribus modis: vel ratione diversorum actuum, et sic superbia et avaritia dicuntur esse diversa peccata; vel ratione diversae circumstantiae, quarum utraque trahit in genus diversum, sicut cum dicitur peccatum ex ignorantia et ex infirmitate; vel ratione diversorum quibus fit iniuria, sicut aliud genere dicitur peccatum in Deum et peccatum in se ipsum vel in proximum. Cum ergo dicitur de scandalo quod est peccatum separatum ab aliis, hoc intelligitur non ratione actus diversi, sed ratione diversi termini. Secundum enim quod est « dictum vel factum minus rectum » in se, terminatur in se ipso; secundum autem quod occasionem praebet ruinae alteri, sic terminatur ad proximum quem laedit. Et ita uno modo dicitur differens peccatum [f] genere, alio vero modo indifferens [g], sed aggravatum per circumstantiam.

2. Ad illud vero quod obicitur de ingratitudine, dicendum est quod in parte est simile, in parte dissimile. Est enim loqui de ingratitudine prout est peccatum proprium in genere, et secundum hoc non dicitur esse circumstantia alterius peccati, cum [h] aliquis ex intentione non reddit gratias Deo de acceptis beneficiis, cum debet. Ingratitudo autem quae est in eo qui patitur recidivum, non est nisi ex consequenti, et talis non dicit nisi circumstantiam ratione conditionis [i] personae; scandalum autem dicit conditionem ex parte ipsius actus et potest esse sine alio peccato substrato, et ita potest scandalum esse diversum peccatum.

3. Ad tertium vero [k] dicendum quod non est simile ex parte ipsius boni et ex parte mali. Bonum enim est [l] uno modo dirigere, malum vero [m] ex multis defectibus [2], et ideo diversa peccata possunt attendi secundum diversos defectus.

Ad illud vero quod obici potest quod [n] 'peccare in occulto non facit genus peccati per se, quare nec peccare in manifesto': respondetur quod peccare in occulto, quantum est de se, non laedit proximum nisi aliqua alia ratio superaddatur; cum autem dicitur 'peccare in manifesto', datur occasio ruinae proximo, et ideo quasi duplex esse designatur, ratione cuius dicetur [o] esse alterum peccatum.

II. Deinde quaeritur, cum peccatum sit « dictum vel factum vel concupitum contra legem Dei [3] », potest quaeri [p] utrum scandalum has tres differentias [q] complectatur.

Et videtur, per simile. 1. Sicut enim in aliis peccatis contingit peccare voluntate ita quod non actu, ita in isto continget peccare voluntate ita quod non actu [r]; et alia duo conveniunt ei: est enim scandalum « dictum vel factum minus rectum », et ita aliquod scandalum erit in intentione vel in voluntate. — Contra. Non datur occasio ruinae proximo nisi ex eo quod est manifestum; intentio vero vel voluntas sunt in occulto; ergo non habent rationem scandali.

2. Item, contingit scandalizare signo; hoc autem non est « dictum vel factum minus rectum » etc.; ergo aliquod est scandalum praeter illa duo.

3. Item, sicut dicit Ambrosius [4], omne peccatum principaliter est [s] in intentione; sed scandalum est peccatum; ergo est principaliter in intentione [t]; contingit ergo sola intentione peccare in hoc genere peccati; sed hoc qualiter potest esse, cum nulla detur occasio ruinae sive offendiculum ipsi proximo?

[Solutio]: 1. Ad quod respondetur quod scandalum non determinatur [u] penes hoc quod est « concupitum » nisi in illo qui habet intentionem scandalizandi. Sicut enim in illo qui habet intentionem moechandi dicitur esse moechia cordis, ita in illo qui habet intentionem scandalizandi

---

[a] Ita V, alii *bona.* [b] Z add. *et.* [c] R *ipsum.* [d] V *oppositio.* [e] V *aliis.* [f] BT add. *in.* [g] V om. *peccatum... indifferens.* [h] B add. *enim.* [i] V *additionis.* [k] VB om. [l] T om. [m] BT add. *est.* [n] V om. [o] V om. [p] V *et* pro *p. q.* [q] B *causas.* [r] TZ om. *ita... actu.* [s] Ita BF (interl.), alii om. [t] V *hoc est principaliter in intentione ergo est peccatum* pro *sed... intentione;* T om. *sed... intentione.* [u] Z *terminatur.*

1 Cf. S. Bonav., IV *Sent.*, d. 38, dub. 2 (IV, 825).

2 Cf. Pseudo-Dionys., *De div. nomin.*, c. 4, § 30 (PG 3, 730, PL 122, 1144).

3 Cf. supra, p. 274, n. 5.

4 Cf. *De officiis,* I, c. 30, n. 147 (PL 16, 66); cf. supra, p. 66, nota 1.

dicitur esse peccatum quod est scandalum quoad quid. Non sic autem est in eo qui non habet intentionem scandalizandi, licet scandalizet: in talibus enim scandalum est [a] in dicto vel facto, nullatenus in concupito.

2. Ad secundum vero [b] respondetur quod 'dictum et factum' large accipiuntur, ut comprehendant omnem nutum et signum: sub facto enim possunt comprehendi vel propter quamdam convenientiam sub dicto, eo [c] quod innuens vel signum faciens quodam modo dicit.

3. Ad tertium vero respondetur quod illud verbum Ambrosii intelligitur de intentione quae respicit ipsum actum cum circumstantiis. Et licet scandalizans non intendat scandalizare, intendit tamen [d] illud dictum vel factum, ex quo praebetur occasio ruinae, et ita scandalum est ex intentione.

860

CAPUT III.

AN OMNE SCANDALUM SIT MORTALE PECCATUM [1].

Tertio quaeritur an omne scandalum sit mortale peccatum an aliquod veniale.

Et videtur quod sit mortale, 1. per hoc quod [e] dicitur Matth. 18,7: *Vae illi per quem scandalum venit;* et iterum [2]: *Vae mundo a scandalis. Vae* autem dicit comminationem poenae aeternae [3]; poena vero aeterna non debetur nisi mortali peccato per se; ergo scandalum est mortale peccatum.

2. Item, de scandalo activo patet per hoc quod dicitur [4]: *Qui scandalizaverit unum de pusillis istis, expedit ei ut suspendatur mola asinaria* etc.; sed [f] per *molam asinariam* et *profundum maris* significatur poenitentia pro mortali [5]; ergo scandalum est mortale peccatum.

3. Item, in Psalmo [6]: *Iuxta iter scandalum posuerunt mihi,* Glossa [7]: « *Non in via,* sed *in invio* [8] ». Sed [g] invium dicitur esse mortale peccatum [9]; ergo scandalum est mortale peccatum [h].

4. Item, Hieronymus [10]: « Doctor, qui verbo [i] docet et opere [k] scandalizat, *regnum caelorum* claudit [11] ». Sed non clauditur regnum caelorum nisi per mortale peccatum; ergo scandalum, ad minus in praelato, erit mortale peccatum.

Contra. *a.* Super illud ad Rom. 14,20: *Malum est homini* etc., Glossa [12]: « *Ne* [k] *ponatis fratri offendiculum,* id est aliquid unde pereat frater exemplo vestro [l], *vel scandalum* [13], id est contristationem, quod minus est » quam offendiculum. Ergo, si offendiculo perit, et scandalum minus est, erit ergo quoddam [m] scandalum veniale peccatum.

b. Item, « dictum vel factum minus rectum » aliquando potest esse mortale [n], aliquando veniale; ergo et scandalum, quod est ipsum [o] « dictum vel [p] factum ». Verbi gratia, aliquis dicit mendacium iocosum et exemplo suo alium [q] provocat ad simile, nonne tale dictum minus rectum veniale est, et ita et ipsum scandalum veniale erit?

c. Item, Bernardus [14]: « Non omnium scandala aequa lance pensanda sunt. Aliter enim accipienda [r] sunt scandala parvulorum, aliter pharisaeorum: illorum scandalum ex ignorantia procedit, istorum ex malitia ». Videtur ergo quod quoddam scandalum passivum sit veniale, quoddam mortale: parvulorum veniale, aliorum vero [s] mortale.

d. Item, ad Rom. 14,21, super illud: *Scandalizatur aut infirmatur:* « *Scandalizatur,* id est [t] contristatur; *infirmatur,* si dubitet in fide, etsi non offendit: *infirmatur* qui non recedit a fide, sed dubitare incipit [15] ». Cum ergo scandalum sumatur generaliter in omnibus istis, erit aliquod scandalum passivum veniale [u].

[Solutio]: Ad quod respondetur quod quoddam scandalum est veniale, quoddam mortale, tum ex parte scandali activi, tum ex parte scandali passivi, magis autem ex parte scandali passivi. Et oportet intelligere hoc verbum 'ruere' dupliciter: secundum quod est commune ad

---

[a] R om. [b] V om. [c] VT om. [d] R *nomen,* quod F corr. [e] FR om. [f] T om. [g] V add. *in.* [h] BTFL om. *ergo... peccatum.* [i] RLZ *verba.* [k] R *ut.* [l] Ita FZ, alii *nostro.* [m] VR om., in FL est add. mg.; R *mortale* pro *veniale.* [n] R add. *ergo.* [o] R om. [p] V om. *d. v.* [q] V om., BT *aliquando.* [r] V om. [s] Z om. [t] V *qui* pro *i. e.* [u] B om. *p. v.*

1 Cf. Guil. Altissiod., *Summa,* III, tr. 30, q. 1 (fol. 258a sq.); Ioan. de Rupella, *Summa de vitiis* (fol. 37c).
2 Matth. 18, 7.
3 Cf. Gregor. M., *In Ezech.,* I, hom. 9, n. 33 (PL 76, 885).
4 Matth. 18, 6.
5 Cf. Hieronym., in h. l. (PL 26, 129).
6 Psalm. 139, 6.
7 *Interlin.,* in h. l., ap. Lyran.
8 Cf. Psalm. 106, 40.
9 Cf. Augustin., in h. l. (PL 37, 1808).
10 Cf. *In Matth. 23,* 13 (PL 26, 170).
11 Matth. 23, 13.
12 Lombardi, *In Rom. 14,* 13 (PL 191, 1516) et *Interlin.,* in h. l., ap. Lyran.
13 Rom. 14, 13.
14 *De praec. et disp.,* c. 9, n. 20 (PL 182, 872).
15 Lombard., in h. l. (PL 191, 1519).

veniale et mortale. Ruina enim dicitur esse, cum quis est in motu ad casum vel cum omnino cecidit [a]: sic scandalo veniali ruit homo, sic vero mortali. Et occasio similiter communiter accipitur.

[Ad obiecta]: Per hoc autem potest solvi quod obiectum est. 1. Illud enim quod dicitur: *Vae mundo a scandalis* etc., intelligitur de peccato mortali. — Illud etiam quod dicitur in Psalmo[1]: *Ab homine* [b] *usque ad pecus,* Glossa[2]: « Quicumque affligit Ecclesiam et scandala facit, etsi Christianus dicitur, perdit fidem ». Hoc enim de scandalo mortali intelligitur.

2-4. Similiter illud quod dicitur: *Qui scandalizaverit* [c] etc. et quod dicit Hieronymus de scandalo praelatorum, de quo dicit Ioannes Constantinopolitanus[3]: « Nec cadaveris foetor ita perniciosus, si [d] unum polluat locum, sicut si sparsim nidore diffuso corrupti [e] aëris morbum pluribus generet; ita si quis est in rectore vitiorum morbus, facile in eos [f], qui ei ad obtemperandum praesto sunt, traditur atque transfunditur; et multo facilius quod malum est ab eo transit quam [g] si quid in eo virtutis et industriae fuerit ».

c. Ad id autem quod [h] obicitur per auctoritatem Bernardi, dicendum quod ex virtute illius auctoritatis non habetur [i] quod scandala parvulorum sint venialia peccata, sed quod minora sint scandalis aliorum. Peccatum enim ex ignorantia potest esse aliquando mortale, aliquando veniale et similiter peccatum [k] ex infirmitate.

d. Similiter respondendum est ad illud quod obicitur per Glossam super illud Rom. 14, 21. Est enim quoddam dubitare, in quo [l] homo recedit a fide etiam informi, et si tale esset, esset scandalum [m] mortale. Si etiam homo cadit a fide formata, adhuc est mortale. Si vero cadit, manens tamen in fide formata, tunc est veniale peccatum; et isto ultimo modo tantum potest esse veniale peccatum: dubitatio enim [n] tunc est surreptionis, non deliberatae rationis.

CAPUT IV. 861

UTRUM NECESSE SIT ESSE SCANDALA.

Quarto quaeritur utrum necesse sit esse scandala.

Et videtur quod sic [o], 1. per hoc quod dicitur in Matth. 18, 7: *Necesse est ut veniant scandala;* et Luc. 17, 1: *Impossibile est ut non veniant scandala* [p].

2. Praeterea, dicit Chrysostomus[4]: « Si corrigendi essent homines, non utique [q] dixisset quoniam *necesse est ut veniant scandala,* sed quia praevidit inemendatos futuros esse ex se ». Quod autem praevisum est, necesse est evenire [r]; ergo necesse est scandala evenire.

Contra. Si necesse est evenire scandala, necessitas autem tollit culpabilitatem, quod ostendit Chrysostomus [s][5] per simile: « Nullus incusat eum, qui necessitate talis est, sed magis veniam dat [t], ut si aliquis caecus est a nativitate [u], si vero ex propria malitia, non; sic eodem modo, si ex necessitate eveniunt scandala, nullus inculpabitur [v]. Sed inculpatur; non ergo ex necessitate eveniunt scandala, sed ex [x] electione ».

a. Quod autem veniant [y] ex electione, « non ex natura nec a Deo », patet sic per Chrysostomum[6]: « Si in quibus non incusamus, testamur naturae [z] id esse totum, manifestum quoniam in quibus increpamus, ostendimus quoniam electionis est hoc delictum ». — Item[7], « quae naturalia sunt non transmutantur de facili; sed haec transmutantur de facili: qui enim despexit pauperem, iam non despicit et e converso. Ergo scandalum in huiusmodi non est a natura ».

b. « Nec etiam est a Deo: tunc enim non esset dictum[8]: *Vae illi per quem scandalum venit* ». — Praeterea, dicit Chrysostomus[9]: « Si nos, in quibus fuerimus ipsi causa, non incusamus famulos nostros, multo magis universorum Deus ». Sed incusat scandalizantes; non ergo scandalum est ab ipso.

c. Quod etiam scandala non sint necessitatis patet per hoc quod statim subiungit[10]: *Si manus*

---

[a] V *occidit.* [b] VRLZ om. *a. h.* [c] B add. *unum.* [d] Ita V, alii *etsi.* [e] F *corruptibilitati;* T add. *ergo;* B *nitore* pro *nidore.* [f] BT *eis.* [g] BT om. [h] Ita V, alii *quod autem* pro *A. i. a. q.* [i] BT *habet.* [k] Ita V, alii om. [l] V *quantum;* B om. *homo.* [m] B add. *et;* T *licet* pro *si.* [n] Ita V, alii *autem.* [o] Ita V, alii om. *q. s.* [p] BTR add. *Matth. 18,* quod F delev. [q] VRLZ om., in F est add. mg. [r] BTF *ventre.* [s] V *quod.* [t] V *dari.* [u] F *necessitate.* [v] V *in culpa dicitur.* [x] R om.; V *veniunt* pro *eveniunt.* [y] Z *eveniant.* [z] V om.

1 Psalm. 134, 8.
2 Augustini, in h. l. (PL 37, 1750).
3 Cf. *In Matth.,* hom. 73, n. 3 (PG 58, 675).
4 *In Matth.,* hom. 59, n. 1 (PG 58, 575).
5 Loc. cit., n. 2.
6 Loc. cit. (PG 58, 576).
7 Loc. cit., n. 2 sq. (PG 58, 576 sqq.).
8 Matth. 18, 7.
9 Loc. cit. (PG 58, 575).
10 Matth. 18, 8; cf. Chrysost., loc. cit., n. 4 (PG 58, 578).

tua vel pes tuus scandalizat te, abscide et erue a te. — Praeterea [1], « si natura [a] essent mala, superflua esset haec admonitio et superflua esset custodia, quae est per ea quae supra dicta sunt; si autem non est superflua, manifestum est [b] quoniam liberi arbitrii est pernicies », et ita scandalum [c] est a libero arbitrio; non ergo ex necessitate.

[Solutio] [2]: Ad quod respondendum quod 'necesse' dicitur multipliciter. Est enim [d] necessitas omnimoda immutabilitas, ubi non cooperatur aliquo modo liberum arbitrium, et hoc modo [e] non est necesse evenire scandala. — Est [f] iterum necessitas ex dispositione naturae corruptae sive pravae consuetudinis, et hoc modo potest illud [g] intelligi, sicut dicitur quod necesse est aegritudinem aliquam supervenire, sed non est necesse eum, qui attendit, ab aegritudine corrumpi [3]. Et hoc modo dicit Chrysostomus [4]: « Nihil ita nocivum est ut conversatio perniciosa »; et iterum [5]: « Si quaeras unde sunt mala? A desidia, dico, et a commorando cum perniciosis et a contemnendo virtutes ». — Tertio vero modo dicitur 'necesse', hoc est [h] utile, ex comparatione ad finem sive ad bonum, quod ex illo elicit Deus, et hoc modo dicitur I Cor. 11, 19: *Necesse est* [i] *haereses esse, ut qui probati sunt, manifesti fiant.* Sic [k] etiam est necesse evenire scandala: ex illis enim elicit Deus bonum. Unde dicit Chrysostomus [6]: « Scandala erigunt [l]; stabiliorem enim eum efficiunt. Quare, si vigilaverimus, non parvum hic fructificabimus lucrum; si autem hostibus existentibus [m] et tantis tentationibus imminentibus dormimus [n], qua erimus digni venia in otio viventes [o]? »

[Ad obiecta]: 1. Et per hoc potest solvi illud quod obiectum est. Illud enim quod dicitur in Matth. et in Luc., non dicitur de necessitate secundum primum modum, sed de necessitate secundum modum secundum aut tertium. Si enim diceretur secundum primum modum, tunc locum haberet illud quod dicit Chrysostomus opponendo [p] [7]: si necessitas huiusmodi esset, tolleretur omnis culpa.

2. Quod autem dicitur 'esse necessarium evenire, quia praescitum': dicendum quod illa necessitas non est rei absolute, sed dicitur esse necessitas inferendi. Sequitur enim 'est praescitum, ergo eveniet', non tamen necessario eveniet, cum dependeat a libero arbitrio; praescientia enim non imponit necessitatem rebus quae subsunt libero arbitrio [8]; et aliter est in bonis et aliter in malis: in bonis enim praescientia est causa, in malis vero non, sed eo quod eveniunt, ideo [q] praedicuntur. Unde Chrysostomus [9]: « Cum dixerit '*necesse*', non spontaneum potestatis destruens neque libertatem electionis neque necessitatem alicui rerum submittens ait. Non igitur praedictio eius scandala inducit, absit! neque quia praedixit, propter hoc fit, sed quia omnino [r] futurum erat, propter hoc praedixit, quia, si nollent illa perniciosa agere, non evenirent; si non eventura essent, non essent [s] praedicta ».

862 CAPUT V.

UTRUM MAIUS PECCATUM SIT SCANDALUM ACTIVUM QUAM PASSIVUM.

Quinto quaeritur **I.** utrum maius peccatum sit scandalum activum quam passivum.

Quod parum distent, 1. dicit Hieronymus [10]: « Parum distant [t] in vitio scandalizare et scandalizari [u], fallere et falli ». Si ergo falli in iis quae sunt fidei valde est periculosum, scandalizari similiter erit valde periculosum [v] in huiusmodi; poterit ergo esse quod scandalum activum minus sit passivo: nam [x] poterit plus scandalizari quam ipse intendat scandalizare; intentio vero nomen operi imponit [11].

Contra. *a.* Num. 31, 2 habetur in Glossa [12]: « Longe gravius est peccatum dare peccati causam quam peccare ». Sed dare causam peccati est scandalum activum; ergo gravius est scandalum activum quam passivum [y].

b. Praeterea, de scandalo activo dicitur [13]: *Vae*

---

[a] V *item si non* pro *p. s. n.* [b] FR om. [c] V add. *non.* [d] T om. [e] T om. *liberum... modo.* [f] F *et.* [g] V om. [h] RZ *esse,* quod F corr. [i] V om. [k] T *sicut,* quod L corr. [l] VRLZ *eligunt.* [m] BT *exigentibus.* [n] Z *dormibimus.* [o] Codd. *venientes.* [p] B *opponitur,* RL (corr.) *apponendo.* [q] T *non.* [r] V *esse,* alii *omne.* [s] V *non cessent* pro *si non... essent.* [t] R om. [u] B add. *et.* [v] R om. *s. s. e. v. p.*; B om. *in huiusmodi;* T om. *in.* [x] R *non.* [y] V *passivum quam activum* pro *a. q. p.*; T om. *ergo... activum.*

1 Chrysost., loc. cit. (PG 58, 579).
2 Cf. supra, num. 758, in *Solutione.*
3 Cf. Chrysost., loc. cit., n. 1 (PG 58, 574).
4 Loc. cit., n. 4 (PG 58, 578). 5 Loc. cit., n. 3.
6 Loc. cit., n. 1 (PG 58, 575).
7 Cf. supra, sub litt. *a.*
8 Cf. Alex. Hal., *Summa theol.*, I, num. 184sq.
9 Loc. cit., n. 1 (PG 58, 574).
10 *Glossa ordin., In Matth. 18,* 8, ap. Lyran., post textum Hieronymi.
11 Cf. Ambros., *De officiis,* I, c. 30, n. 147 (PL 16, 66).
12 *Ordin.,* in h. l., ap. Lyran., ex Origene, *In Num.,* hom. 25, n. 1 (PG 12, 763).
13 Matth. 18, 7.

illi per quem scandalum venit; non autem dicitur: Vae illi qui scandalizatur.

[Solutio]: Ad quod respondetur quod maius est scandalum activum, faciendo comparationem [a] in genere, et hoc modo proponuntur rationes pro illa parte. Potest tamen scandalum passivum in aliquo subiecto esse magis periculosum quam activum in alio.

[Ad obiecta]: 1. Quod autem dicit Hieronymus quod «parum distant in vitio», intelligitur [b] quod est quaedam distantia secundum genus peccati et est alia secundum magnitudinem peccati. Secundum genus ergo peccati parum dicuntur distare, eo quod aliquo modo conveniunt gignens et genitum secundum idem genus peccati. Si vero attendatur distantia [c] secundum magnitudinem peccati, maius est scandalum activum quam passivum.

II. Adhuc etiam quaeritur de comparatione scandali activi et passivi in determinato casu. Potest enim esse quod aliquis videat aliquem fornicari et ad exemplum eius provocatur, et [d] alius fornicatur, non intendens tamen provocare alium, et hoc facit in manifesto. Quaeritur quis istorum magis peccet. Videtur quod qui provocatus scienter et prudenter [e] ruit exemplo alterius; plus ergo peccat quam ille qui fornicatur et non intendit alium provocare [f].

Respondeo [g] ad hoc quod, omnibus aliis circumstantiis paribus, gravius est scandalum [h] activum quam passivum, possunt tamen in casu esse excedentia et excessa.

CAPUT VI.

QUID SIT DIMITTENDUM PROPTER SCANDALUM [1].

Sexto quaeritur quid sit dimittendum propter scandalum [i].

Ad quod notandum: distinguit Bernardus [2] sic: Peccamus ex infirmitate, ex ignorantia, ex certa malitia. In primis duobus casibus cavendum est ne faciamus aliquid quod alii sit causa scandali vel materia, cum scilicet ex infirmitate vel ex [k] ignorantia procedit; in tertia non, cum scilicet ex certa est [l] malitia. Unde Dominus de Pharisaeis, qui ex malitia scandalizabantur, ait [m] Matth. 15, 14: *Sinite illos, caeci sunt* etc.; de quaerentibus didrachma ait Petro, eodem 17, 26: *Ut autem non scandalizemus eos, vade ad mare* etc. Unde Bernardus [3]: «Illorum, scilicet Pharisaeorum, scandalum ex malitia procedit, eorum ex ignorantia descendit; isti [n] scandalizantur, eo quod veritatem nesciunt, illi quia odiunt».

Regula autem [o] Hieronymi [4] talis est: Omne, quod potest fieri vel non fieri, salva triplici veritate, omittendum est propter scandalum; sed, si [p] veritas sit in periculo, non est omittendum bonum propter scandalum, scilicet ut omittatur veritas iustitiae, vitae vel [q] doctrinae. Verbi gratia, si scandalizantur parentes nisi ego, postquam vovi religionem, redeam ad saeculum, non debeo redire, quia veritas vitae est in periculo; similiter, si scandalizantur auditores, quia praedico fidem Christi vel Decalogum, non debeo dimittere, quia veritas doctrinae est in periculo; similiter, si reus [r] scandalizatur, si proferam rectam sententiam, non debeo dimittere, quia veritas iustitiae est in periculo. Distingui autem possunt istae tres veritates: nam veritas vitae pertinet ad omnes, comprehendens omnia praecepta et prohibita et consilia; veritas iustitiae ad praelatos, comprehendens duas partes iustitiae, scilicet severitatem [s] in puniendo reos et liberalitatem in sustinendo miseros; veritas doctrinae, scilicet ad praedicatores et magistros. Vel aliter secundum tres vires animae, ut [t] veritas vitae concupiscibilem ordinet ad bonum, veritas iustitiae irascibilem compescat a malo, veritas doctrinae rationalem informet ad bonum discernendum et fugiendum malum.

Circa haec tria accidunt dubitationes de scandalo vitando.

Et primo, de operibus misericordiae;

secundo [u], de operibus quae sunt in consilio;

tertio, de iis operibus quae dicuntur indifferentia.

---

[a] BT *operationem.* [b] Ita V, alii *etc. respondetur.* [c] V *substantia.* [d] V om. [e] B *pendenter.* [f] B om. *et... provocare.* [g] BT *respondetur;* V om. *ad hoc.* [h] Ita V, alii om. [i] BTF (interl.) add. *passivum,* quod L exp. [k] BT om. [l] B om. [m] Ita V, alii *ut.* [n] R *ista,* quod FZ corr. [o] VLRZ om., in F est add. interl. [p] T om. [q] V om. [r] V *rex.* [s] B add. *etiam,* T add. *et.* [t] R *et.* [u] V *in secundo.*

1 Cf. Ioan. de Rupella, *Summa de vitiis* (fol. 37c), ubi sequentia verbotenus occurrunt.

2 Cf. *De praec. et disp.,* c. 9, n. 20 (PL 182, 872).

3 Loc. cit.

4 Pro *regula Hieronymi,* apud quem nihil tale reperitur, rectius legendum est *regula Iuris,* cum sub titulo *De regulis iuris* sequentia reapse occurrant ap. Gregor. IX, *Decretales,* V, tit. 41, c. 3 (II, 927) et praesertim in *Glossa,* in h. l. (col. 1963, litt. *a*). Cf. Guil. Altissiod., *Summa,* III, tr. 30, q. 40 (fol. 258d).

863 ARTICULUS I.

Utrum opera misericordiae sint dimittenda propter scandalum [1].

Circa autem opera misericordiae quaeritur utrum ipsa sint dimittenda propter scandalum.

Et videtur quod non. 1. Opera enim misericordiae sunt in praecepto; sed quae sunt in praecepto pertinent ad veritatem vitae; ergo non sunt dimittenda propter scandalum [a]. Dicit enim Gregorius, *Super Ezechielem* [2]: « Si de veritate scandalum sumitur, utilius permittitur nasci scandalum quam veritas relinquatur ». Et hoc habetur in Glossa [3] Luc. 17, 1, super illud: *Impossibile est* etc.

Contra. *a.* Ad opera misericordiae non obligatur aliquis [b] ad semper nisi pro loco et tempore; non ergo peccamus, si dimittamus ad tempus; sed quidquid [c] sine peccato possumus facere, debemus facere pro scandalo proximi vitando, sicut habetur super illud Matth. 18, 7: *Vae illi per quem scandalum venit*, et Luc. 17, 1, ubi dicitur [4]: « Nota quod, in quantum [d] sine peccato potes, vitare scandalum proximi debes ». Et potest poni casus: sint duo in extrema necessitate, et non possum subvenire nisi alteri [e], uterque vero scandalizabitur, si dem alteri et non sibi; si dem, scandalizo; si non dem, transgredior praeceptum, et ita utroque modo peccatur.

[Solutio]: Ad quod respondetur quod opera misericordiae non sunt dimittenda simpliciter propter scandalum vitandum, sed differenda sunt vel [f] occultanda. Melius enim fiunt in occulto, sicut habetur Matth. 6, 1: *Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus* [g] etc.

[Ad obiecta]: 1-*a*. Ad illud vero quod obicitur quod 'opera misericordiae sunt in praecepto, et ita non dimittenda propter scandalum': respondendum [h] quod verum est pro illo tempore ad quod obligant [i]. Et ideo respondendum est ad casum propositum: si ambo sunt in extrema necessitate, si res est divisibilis, utrique est subveniendum; si vero non sufficit ad relevandum [k] necessitatem utriusque, in medio ponatur, et qui prius venerit accipiat per se vel per interpositam personam.

864 ARTICULUS II.

Utrum consilia sint dimittenda propter scandalum [5].

Deinde quaeritur utrum consilia sint dimittenda propter scandalum, utpote consilium [l] de renuntiando saeculo et intrando claustrum, supposito scandalo parentum, patris scilicet et matris.

Et videtur quod sic, *a.* per hoc quod dicitur in Glossa [6] quod « in quantum potes sine peccato, vitare scandalum proximi debes ». Cum ergo non teneatur homo ad consilia, potest sine peccato non aggredi consilia; et est scandalum passivum in praesenti ipsorum parentum; ergo dimittendum est ipsum consilium.

b. Praeterea, *Extra* [m], *De novi operis nuntiatione, Cum ex iniuncto* [7], dicitur: « Ab iis, quae sine mortali peccato committi possunt pariter et omitti, pro scandalo tollendo cessandum est et [n] eis pro vitando scandalo insistendum ». Sed tale est istud tempore illo quo non tenetur ad consilium: hoc dicitur propter hoc quia per votum de consilio fit praeceptum. Restat ergo quod tempore, quo est consilium, dimittendum est propter scandalum.

c. Ad hoc etiam additur quod potest contingere quod pater et mater non habeant alium provisorem; si ergo intrat, praesumitur de morte ipsorum; praeceptum autem est de honorando patrem et matrem [8], quod intelligitur de corporali exhibitione; si ergo intrat, transgreditur illud praeceptum, cum ad hoc tempore necessitatis obligetur; ergo peccat mortaliter intrando; dimittenda ergo est impletio consilii propter scandalum.

---

[a] BT *scandala.* [b] V *obligamur* pro *o. a.* [c] RZ *quid.* [d] VL *quanto.* [e] R *altero,* quod F corr. [f] T *ut.* [g] V om. *c. h.* [h] Ita BT, alii add. *est.* [i] V *obligaret.* [k] B *revelandum.* [l] VLZ om. [m] T om. [n] V *ut.*

1 Cf. Guil. Altissiod., *Summa,* III, tr. 30, q. 4 (fol. 259c); Ioan. de Rupella, *Summa de vitiis* (fol. 37c), ubi plura sequentium verbotenus occurrunt.

2 Lib. I, hom. 7, n. 5 (PL 76, 842).

3 Cf. *Ordin.,* in h. l., ap. Lyran.

4 *Glossa ordin.,* in h. l., ap. Lyran., ex Gregorio M., loc. cit.

5 Cf. Guil. Altissiod., *Summa,* III, tr. 30, q. 5 (fol. 259c); Ioan. de Rupella, *Summa de vitiis* (fol. 37c sq.), ubi quaedam sequentium verbotenus occurrunt. Cf. supra, p. 394 sq.

6 Cf. supra, nota 4.

7 Ap. Gregor. IX, *Decretales,* V, tit. 32, c. 2 (II, 848).

8 Cf. Exod. 20, 12.

Contra. 1. Consilium Dei non est « dictum vel factum minus rectum »; ergo qui illud implet non scandalizat.

2. Item, si non implet consilium, deperit eius utilitati spirituali; ergo, cum consilium sit [a] de veritate vitae, non ergo dimittendum est propter scandalum.

3. Item, ad Gal. 5, 18: *Si Spiritu ducimini, non estis sub Lege.* Si ergo Spiritus Dei dictat ad intrandum religionem, solutus est ab illa lege praecepti [1]: *Honora patrem* etc.; ergo non transgreditur intrando.

4. Item, Matth. 8, 22 dicitur discipulo volenti prius sepelire patrem suum: *Sequere me.* Ergo voluit Dominus quod praeponeretur sequela operibus misericordiae, inter quae magnum est sepelire patrem et matrem; ergo non est dimittendum consilium de intrando claustrum [b] — hoc enim est sequi Dominum — propter opus misericordiae.

5. Item, dicitur [2]: *Qui non reliquerit patrem et matrem propter me, non est me dignus.* Praeponendum ergo est consilium ipsi operi misericordiae de sustentatione patris et matris.

[Solutio]: Ad hoc responderunt quidam [3] distinguentes quod ille qui vult intrare claustrum, aut vult occasione peccati vitandi, quia non potest de facili abstinere a peccatis dum est in saeculo, et tunc non debet [c] dimittere propter scandalum, quia veritas vitae est in periculo; aut intentione meriti acquirendi, et tunc debet dimittere secundum illam regulam [4]: « Quidquid sine peccato » etc. Dicere enim volunt [d] quod intentio, qua aliquis vult intrare claustrum causa meriti acquirendi, non est de veritate vitae. — Contra: Duae sunt partes iustitiae generalis, quae veritatem vitae continent, scilicet declinare a malo et facere bonum [5]; perfectio autem veritatis vitae est in faciendo bonum; ergo, si aliquid [e] pertinet ad faciendum bonum, magis est de veritate vitae quam illud quod est solum ad malum declinandum; sed transire ad frugem melioris vitae pertinet ad faciendum melius; ergo est de veritate vitae; ergo non est dimittendum propter scandalum.

Ad quod respondetur per distinctionem [6]: aut enim iam obligatus est ad consilium aut non. Si est obligatus, iam de consilio factum est praeceptum [7]. Item, si obligatus est, aut cum praefinitione temporis aut sine [f]. Si cum praefinitione temporis, intra illud tempus provideat patri et matri secundum quod potest; ultra enim illud tempus non est licitum differre sua auctoritate sive dispositione nec dimittere debet propter scandalum alterius: veritas enim vitae esset in periculo; ubi autem veritas vitae esset in periculo, non est [g] dimittendum propter scandalum. Si vero sine determinatione temporis, tenetur ad statim, nisi aliqua conditio interveniat impeditiva, et tunc, pendente illa conditione, provideat secundum quod potest. Si vero nulla exstat conditio huiusmodi, tenetur intrare vel ad minus accelerare quantum potest, dictante conscientia et consilio salubri, aliter veritas vitae esset in periculo. Si vero non intervenit [h] obligatio, sed est tantum consilium, in casu potest et debet differri: praeceptum enim pro tempore, pro quo est praeceptum, implendum est. Unde utrumque secundum illum modum adimplendum est secundum prius et posterius, non quod transgrediatur, si [i] non adimpleat consilium, sed unum implendum est, quia praeceptum est, alterum vero faciendum, *si* vult *perfectus esse,* secundum quod dicitur in Evangelio [8]; nec creditur semper esse differendum consilium propter praeceptum.

[Ad obiecta]: 1. Ad obiectum ergo responderi potest quod, cum consilium sit Christi [k], non est « factum vel dictum minus rectum »; sed non subvenire patri vel matri, cum est necessitas et habet unde subveniat, est factum minus rectum.

2. Ad aliud vero respondetur quod non deperit utilitati spirituali, si nunc non implet consilium, sed si non impleret [l] consilium tunc cum dictaret Spiritus Dei, qui omnia examinat [9], et facienda et non facienda: Spiritus enim Dei sic movebit [m] quantum est de se, ut fiat eo modo quo meliori convenit. Et respiciendum [n] est quod aliter est [o] de scandalo activo et de scandalo passivo: qui enim ingreditur religionem, ipso actu non scandalizat, alius tamen potest scandalizari. Sed refert utrum ex malitia vel ex infirmitate. Si est [p] ex malitia propria, non est ita de scandalo curandum [q] quantum ad se; sic enim dixit Dominus [10]: *Sinite eos, caeci sunt.* Si vero ex infirmitate, si [r] bono modo fieri potest, salva triplici veritate, vitetur illud scandalum [11].

3. Ad illud vero [s] quod obicitur quod 'ille, qui *Spiritu* Dei ducitur, *non* est *sub Lege*': responderi potest quod hoc intelligitur quod non est [t] servus Legis, ut ex timore faciat; sed non

---

[a] Ita V, alii *est.* [b] Ita VZ, alii *claustro.* [c] L *oportet;* V *oportet* pro *n. d.* [d] BTRL (corr.) *possunt,* quod FZ corr. [e] VL *quid.* [f] VLZ *non.* [g] V *esse.* [h] V *interveniat.* [i] B *et.* [k] V *ubi.* [l] R *implet.* [m] Z add. *omnia.* [n] V *respondendum;* L om. *et.* [o] BT add. *et.* [p] BT om. [q] V *curando,* quod RL corr. [r] B *non.* [s] V om.; T om. *quod.* [t] V om.

1 Exod. 20, 12.
2 Cf. Matth. 10, 37.
3 Cf. Guil. Altissiod., loc. cit. (fol. 259d).
4 Ap. Gregor. IX, *Decretales,* V, tit. 32, c. 2 (II, 848).
5 Cf. Psalm. 36, 27.
6 Cf. Guil. Altissiod., loc. cit., et tr. 28, q. 1 (fol. 253c).
7 Cf. supra, sub litt. *b.*
8 Cf. Matth. 19, 21.
9 Cf. I Cor. 2, 10.
10 Matth. 15, 14.
11 Cf. supra, p. 821, nota 2 et 3.

propter hoc eximitur a Lege, id est[a] a Decalogo: tunc enim a praeceptis secundae tabulae posset absolvi; quod cum non sit, non intelligitur de Lege quoad Decalogum, sed quoad quaedam superaddita.

4. Ad illud vero quod consequenter obicitur de discipulo volente prius sepelire patrem, respondetur quod per hoc voluit Dominus dare intelligere quod, paribus omnibus aliis, maius bonum praeponendum est minori bono et proprium bonum alterius bono; unde, si utrumque simul fieri non potest, praecipiente Domino, maius bonum est aggrediendum, minori bono dimisso.

5. Quod autem dicitur in Evangelio de relictione patris et matris, hoc proprie refertur ad affectum carnalem; quod patet per hoc quod additur[b]: *et uxorem.* — Illud autem quod dicitur[1]: *Qui reliquerit patrem*[c] *et matrem et uxorem*[d] *et filios, centuplum accipiet,* ad effectum etiam secundum conditionem debitam cum affectu retorquetur[e]. Et hoc modo intelligitur illud Hieronymi, *Ad Heliodorum*[2]: « Licet parvulus in collo pendeat nepos, licet sparso crine et scissis vestibus ubera sua ostendat mater, licet in limine[f] pater iaceat, per calcatum[g] perge patrem, siccis oculis ad vexillum crucis evola. Solum pietatis genus est in hac re esse crudelem ». Item, Christus subiectus erat parentibus[3], venerabatur Matrem[4], in cruce pendens commendat Matrem discipulo[5], qui nunquam ante dimiserat. Et dicit Hieronymus, *Ad Furiam*[6]: « *Honora patrem tuum*[7], sed si te[h] a vero Patre non separat; tamdiu scito carnis copulam, quamdiu ille suum noverit Creatorem; alioquin David canet tibi[8]: *Audi, filia, et vide* » etc.

Ad illud autem quod dicitur[9] quod 'ingredi religionem est de veritate vitae', concedendum[i] quod non tantum[k] est de veritate vitae quod est in praecepto, sed etiam quod est in consilio. Nec est simile de sepeliendo patrem et[l] sustentando vitam patris in necessitate: unum enim est maioris tentionis quam aliud; potest autem quis sustentare patrem per se vel per alium et similiter sepelire.

Articulus III.

An indifferentia dimittenda sint propter scandalum.

Deinde quaeritur an indifferentia dimittenda sint propter scandalum. Et loquitur Apostolus de repetitione rerum in iudicio, de sumptione procurationum a praelato, de comestione idolothyti.

865 PROBLEMA I.

De repetitione rerum in iudicio[10].

Primo ergo quaeritur[m] de repetitione summarie: alibi enim diffusius est dictum[11]. Quaeritur ergo utrum licitum sit repetere aliquibus cum scandalo fratris, quae sua sunt.

I. Et videtur quod non. 1. Dicit enim Apostolus[12]: *Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt.* Sed licet licitum sit repetere sua illis qui habent proprium in communi vel in[n] particulari, non tamen videtur expediens cum scandalo fratris: praeponendum est enim in ordine caritatis bonum spirituale alterius bono temporali proprio.

2. Item, I Cor. 6, 7 dicit Apostolus: *Iam delictum est in vobis quod iudicia habetis inter vos.* Sed hoc non dixit propter iudicium in se, sed propter scandalum, quod oriebatur ex iudiciis; unde sequitur[13]: *Quare non magis iniuriam patimini?* Videtur ergo, secundum Apostolum, quod delictum sit[o] sua repetere cum scandalo.

3. Item, dicit Apostolus, I Cor. 8, 13: *Si esca fratrem meum scandalizat, non manducabo carnes in aeternum.* Sed hoc fuit maius quam non repetere; ergo non est repetendum cum scandalo.

Contra. *a.* Quilibet debet laborare ut proximus suus non peccet; sed retinendo rem alienam peccat; ergo debet laborare ne eam retineat; sed ad hoc est repetitio in iudicio; ergo potest repetere sua, licet ille qui detinet scandalizetur: non

---

[a] V *et* pro *i. e.* [b] V *dicitur.* [c] Ita BT, alii om. [d] B om. *e. u.* [e] V *extorquetur.* [f] B *limen.* [g] B *collatum.* [h] V om.; T om. *a.* [i] V add. *est.* [k] V *dictum.* [l] V add. *de.* [m] Ita V, alii *autem queratur* pro *e. q.* [n] B om. [o] V *non liceat* pro *d. s.*

1 Matth. 19, 29.
2 *Epist.* 14, n. 2 (PL 22, 348).
3 Cf. Luc. 2, 51.
4 Cf. Ioan. 2, 1 sqq.
5 Cf. Ioan. 19, 27.
6 *Epist.* 54, n. 3 (PL 22, 551).
7 Exod. 20, 12; Deuter. 5, 16.
8 Psalm. 44, 10.
9 In *Solutione,* sub *Contra.*
10 Cf. Guil. Altissiod., *Summa,* III, tr. 30, q. 4 (fol. 258c sqq.); Ioan. de Rupella, *Summa de vitiis* (fol. 37d sq.).
11 In libro III huius *Summae.*
12 I Cor. 6, 12 et 10, 22.
13 I Cor. 6, 7.

enim ille est causa scandali, sed detentor propter suam malitiam.

b. Item, si homines non repeterent sua propter scandalum, occasione sumpta maior pars hominum raperet bona iustorum; ergo multiplicarentur scandala; dissiparetur ergo unitas Ecclesiae et societatis humanae.

c. Praeterea, bona collata intuitu Dei ecclesiis deperirent, et ita non possent vacare bonis spiritualibus secundum quod oportet.

d. Praeterea, B. Thomas Cantuariensis, quia videbat Ecclesiae libertatem destrui, repetiit res ecclesiae, etiam cum scandalo regis [1]; ergo exemplo ipsius [a] licitum est et etiam expediens repetere res suas vel ecclesiae, licet alius scandalizetur [b] qui eas detinet.

II. Videtur tamen contrarium de generali scandalo [2]. 1. Propter enim generale scandalum non repetit Ecclesia decimas, quae tamen de iure ei debentur, et ita videtur quod non sit licitum repetere cum scandalo generali.

2. Praeterea, aliquando subtrahitur praedicatio propter scandalum generale; multo ergo fortius repetitio rerum suarum dimittenda est propter scandalum generale [c].

[Solutio]: **I.** Ad quod respondent quidam [3] quod imperfectis licet repetere etiam cum scandalo bona sua vel [d] Ecclesiae: aliter enim dissiparentur omnia bona Ecclesiae, quia unitas, quod est maximum malum. Et hoc propter septem causas. « Prima est refrenatio malorum, secundum quam consulitur ipsis malis », quia efficiuntur peiores occasione sumpta, sicut ostendebatur [4]. — « Secunda est consolatio infirmorum; desperarent enim [e] si non liceret eis repetere sua: infirmis enim data sunt temporalia ad consolationem, non tantum ad sustentationem; unde Cant. 2, 6 [5]: *Laeva eius sub capite meo et dextera illius amplexabitur me;* etiam multi de religiosis caderent in acidiam, si auferrentur eis temporalia, quae non liceret repetere. — Tertia est, quia nescitur utrum ille a quo repetitur, scandalizetur, immo praesumere debet quod non scandalizetur [f] ». — Quarta est zelus iustitiae, sicut in B. Thoma Cantuariensi, qui repetebat res ecclesiae et sciebat tamen regem et principes scandalizari, exemplo « Phinees, qui, zelo iustitiae ductus, perfodit virum Israelitam coeuntem cum Madianitide, et tamen sciebat illos perire in anima et in [g] corpore et quod in ipso actu peccati interficiebat illos », Num. 25, 7-15. Unde convincitur quod iustitia non est [h] dimittenda pro morte etiam spirituali proximi. — Quinta est unitas Ecclesiae servanda, quae dissiparetur, si non liceret unicuique repetere sua. — Sexta est pax Ecclesiae temporalis, quae est appetenda propter pacem spiritualem, quae consequitur ex ea, « per quam [i] vacat Ecclesia legi Dei »; unde in Psalmo [6]: *Rogate quae ad pacem sunt Ierusalem.* — Septima est causa vitandi peccatum: si enim timeo periculum remanere ex penuria, possum repetere quae mea sunt, licet [k] cum scandalo passivo; cum scandalo autem activo, ut dicendo vel faciendo minus rectum ad hoc quod repetat sua, non expedit et est peccatum.

Distingui ergo potest sic: repetens aut repetit ex [l] bona intentione aut ex libidine rei alicuius temporalis. Si repetit ex libidine rei [m] temporalis, peccatum est. Si vero ex bona intentione, et [n] adsint aliae conditiones, quae dicendae sunt [7], licet et expedit repetere; nec est contrarium quod dicitur in Luc. 6, 30: *Quae tua sunt, ne repetas.* De differentia vero intentionis in repetendo dicit Gregorius [8]: « Cum [o] curam rerum nobis itineris necessitas imponit, quidam dum eas [p] rapiunt, solummodo sunt tolerandi, quidam vero servata caritate prohibendi, non tamen sola cura ne nostra subtrahantur, sed ne rapientes non sua semetipsos perdant. Plus ipsis raptoribus debemus metuere quam rebus irrationalibus [defendendis] inhiare: illa enim [q] non rapta morientes amittimus, cum illis vero nunc conditionis ordine et, si corrigi studeant, post perceptionem muneris unum sumus ». Cum autem est intentio bona, aut potest repetere [r] modo debito aut indebito. Si enim cum falsis litteris vel subornatione [s] falsorum testium et huiusmodi, non licet. Si vero ex bona intentione et modo debito, adhuc potest [t] ulterius scandalizare per contentionem [u] et sic pacem proximi tollere, et hoc etiam modo non licet. Si vero intentio [v] fuerit bona et modus debitus cum aliis circumstantiis, licitum est repetere sua in generali vel in particulari.

Ad obiecta 1. ergo [x] in contrarium dicendum quod, licet scandalizetur [y] proximus ex sua perversitate, non propter hoc dimittenda est repetitio. Nec praeponitur ibi bonum temporale bono spirituali, sed e converso: hoc enim est bonum

---

[a] V *eius*, FRLZ *illius*. [b] FR *scandalizaretur*; V om. *licet*. [c] Z om. *multo... generale*; V om. *est*. [d] BT add. *bona*. [e] R *et*. [f] B *scandalizaretur*; T *nunquam* pro *non*. [g] T om. [h] R om. [i] R *gratiam*, quod F corr. [k] T om. [l] TR om. [m] F add. *alicuius*. [n] V *ut*. [o] B om. [p] Ita V, alii *ea*. [q] T om. [r] V *petere*. [s] B *subordinatione*, quod R corr. [t] B *esset*. [u] V *intentionem*. [v] T om. [x] B *vero*, T *autem*. [y] B *scandalizaretur*.

1 Cf. Ioan. Salisbur., *Vita S. Thomae* (PL 190, 198 et 201 sqq.).

2 Cf. Guil. Altissiod., loc. cit. (fol. 259b).

3 Cf. Guil. Altissiod., loc. cit. (fol. 258d), ubi quaedam sequentium verbotenus occurrunt.

4 Cf. supra, sub litt. *b*.

5 Cf. Gregor. M., *Regula pastor.*, p. 3, c. 26 (PL 77, 99).

6 Psalm. 121, 6.

7 Hic, parum infra.

8 *Moral.*, XXXI, c. 13, n. 22 (PL 76, 585 sq.).

spirituale, ut sit iustitia in proximo; iustitia autem non est nisi reddatur [a] unicuique quod suum est, et ideo, si hoc fine facit, bonum spirituale praeponitur temporali.

Sed ponatur quod nullo modo velit esse iustus. Numquid propter hoc concedere debet ei illud quod detinet iniuste? Respondetur quod, etsi nolit esse iustus, tamen intuitu generalis iustitiae conservandae hoc etiam faciendum est: praeponitur enim bonum commune bono particulari, et hoc etiam modo spirituale bonum praeponeretur temporali. Si vero non esset periculum iustitiae generalis nec particularis in proximo et indigeret proximus, et ille, cuius esset res, non indigeret nec pro se nec pro suis, forte in tali casu non esset repetendum, sed magis dandum, ne proximus permaneret in peccato alienam rem detinendo, et cum hoc monendus [b] esset ad poenitentiam de eo quod detinuit, et sic proximus plus quam res amaretur, secundum Gregorium. Aliter autem iudicandum est in immobilibus [c] bonis et in mobilibus.

2. Ad id vero quo obicitur per illud quod dicitur ab Apostolo: *Iam* [d] *omnino delictum est in vobis,* respondetur quod loquitur ibi de repetitione cum scandalo activo, cum quo delictum est repetere.

3. Ad tertium similiter respondendum est [e] quod non dixit Apostolus [f] 'si esca frater meus [g] scandalizatur' etc., sed dictum est: *Si esca mea* [h] *scandalizat.* Unde de scandalo activo datum est intelligi. Et ita non [i] est simile de hoc quod aliquis sua repetit: non enim scandalum est activum nisi modo indebito repetatur vel [k] cum ipse sibi appropriat quod commune est vel si repetit in iudicio contentioso, cum ratione status insinuare tantum iudici deberet. Potest enim esse [l] in statu talis perfectionis, in quo nullam proprietatem habeat in communi vel in particulari, sed tantum conceditur ei usus [1]; si fiat iniuria, insinuare debet iudici, et iudex ex officio potest compellere ad satisfactionem, servato ordine iuris, ut iustitia et pax conserventur [m].

II. Si vero quaeratur de scandalo generali passivo, potest responderi: aut ex dimissione [n] repetitionis non laeditur libertas Ecclesiae spiritualis, et tunc dimittendum est propter scandalum generale; si vero laeditur libertas spiritualis Ecclesiae, adhuc considerandum est utrum magis obest [o] laesio illius libertatis spiritualis an scandalum generale vel e converso, et secundum hoc diversimode est iudicare. Augustinus, loquens de perfectis, in *Sermone de monte* [2], dicit: « Pecuniam dimittere [p] illo iubemur praecepto, quo superius dictum est [3]: *Si quis tibi tunicam tollere voluerit et* [q] *iudicio tecum contendere, dimitte illi et pallium.* Nec ibi [r] necesse est omni pecuniario debitori dimittere debitum, sed ei qui reddere noluerit, in tantum ut velit etiam litigare; *servum autem Domini,* ut ait Apostolus [4], *non oportet litigare* [s] ».

866 PROBLEMA II.

De sumptione procurationum a praelatis [5].

Deinde quaeritur I. de sumptione procurationum, utrum licitum sit accipere sumptus et utrum accipiendi sint cum scandalo passivo ab ipsis subditis.

Et videtur quod sic. *a.* Sumptus enim debentur ratione seminationis in spiritualibus [6]; ergo non est « factum minus rectum »; si ergo scandalizabantur, hoc non fuit per ipsum; licitum ergo fuit et expediens accipere sumptus ne ipsi detinerent quod alienum esset.

Sed contrarium videtur, 1. per hoc quod dicit Apostolus, I Cor. 9, 15: *Bonum mihi est magis mori quam ut gloriam meam quis evacuet.* Evacuationem autem [t] gloriae dicit, si acciperet sumptus pro praedicatione [7], per quod dat intelligere quod non expediebat accipere sumptus [u] a Corinthiis propter scandalum eorum.

2. Praeterea, dicit Apostolus ibidem [8]: *Non sumus hac potestate usi, sed omnia sustinemus, ne offendiculum demus Evangelio Christi.* Ergo per hoc daretur *offendiculum Evangelio Christi;* non ergo [v] accipiendi erant sumptus procurationum pro scandalo passivo ipsorum subditorum vitando [x].

3. Praeterea, ex illo verbo videtur quod non tantum esset [y] scandalum passivum, sed etiam activum; dicitur enim [z]: *Ne offendiculum demus.*

---

[a] B *addatur.* [b] BR *movendus.* [c] V *mobilibus,* quod L corr. [d] V add. *non,* quod L exp. [e] TZ om. [f] R add. *quod.* [g] VL om. *f. m.,* in F est add. mg.; B *scandalizaretur,* TR *scandalizetur* pro *scandalizatur.* [h] BT *non.* [i] V om. [k] VL *ut.* [l] V add. *quod;* F *statum* pro *statu.* [m] Z *conservaretur.* [n] B *omissione;* V om. *ex.* [o] V *abest.* [p] B *deficere.* [q] V add. *in;* FR *iudicium* pro *iudicio;* V *attendere* pro *contendere.* [r] V *enim.* [s] L om. *Augustinus loquens... litigare,* in FRZ est add. mg.; V *Ambrosius* pro *Apostolus.* [t] R *ergo.* [u] T om. [v] V om. [x] Z *iurando.* [y] V *potest esse eorum.* [z] V *etiam.*

1 Talis est status Fratrum Minorum.
2 Lib. II, c. 8, n. 28 (PL 34, 1281).
3 Matth. 5, 40.
4 II Tim. 2, 24.
5 Cf. Lombard., *In I Cor. 9,* 4 sqq. (PL 191, 1607 sqq.); Gratian., *Decretum,* C. 28, q. 1, c. 8 et C. 1, q. 2, c. 9, § 1 (I, 1082, 410 sq.); Guil. Altissiod., *Summa,* III, tr. 30, q. 4 (fol. 259c).
6 Cf. I Cor. 9, 11.
7 Cf. Lombard., in h. l. (PL 191, 1610 sq.).
8 I Cor. 9, 12.

II. Huius etiam gratia quaeritur utrum aliquis, faciendo rem bonam in se et discretam, possit scandalum facere.

Et videtur quod sic. 1. Dicitur enim super illud Levit. 19, 14: *Non coram caeco pones offendiculum*, Glossa[1]: « *Coram caeco* [a] *offendiculum* ponere est discretam quidem rem agere, sed ei, qui lumen [b] discretionis non habet, scandali occasionem praebere ». Sed qui praebet occasionem [c] scandali, scandalizat; ergo faciendo rem bonam in se et discretam potest aliquis scandalizare.

Contra. *a.* « Scandalum est dictum vel factum minus rectum »; sed quod est bonum et discretum non est minus rectum; ergo non est scandalum, sicut de acceptione procurationum debitarum [d] supra dictum est[2].

[Solutio]: I. 1. Ad quod respondetur quod licitum fuit Apostolo, et adhuc licitum [e] est seminanti spiritualia, accipere sumptus ab iis quibus seminabat. Dominus enim dicit [f] in Evangelio[3]: *Dignus est operarius cibo suo.* Et dicitur in Glossa[4], super I Cor. 9, 13: *Nescitis* etc.: « Naturalis ratio hoc habet ut quis vivat inde ubi [g] laborat ». Noluit tamen Apostolus propter scandalum Corinthiorum vitandum, qui avari erant, et ut haberet libertatem arguendi, accipere sumptus; unde pro illo tempore non expediebat accipere. Sed non propter hoc peccabant alii accipiendo nec etiam Apostolus peccasset accipiendo, sed non tantam perfectionem egisset. Qui vero in praesenti immoderate sumunt procurationes peccant: non enim immoderatae eis [h] debentur.

2-3. Ad illud vero quod dicitur ad Cor.: *Ne offendiculum demus,* respondetur [i] quod hoc fuit propter pseudo, qui colorem haberent excusationis in accipiendo sumptus, si Apostolus acciperet, et ita daretur impedimentum Evangelio, ne libere curreret. Hoc autem non fuit propter hoc quod accipere sumptus debitos a subditis sit peccatum, licet ipsi sua perversitate scandalizarentur. Secus autem est in sumptibus, ubi non sunt debiti: ibi enim non oportet exigere cum conscientia scandali passivi.

II. 1. Ad illud vero quod quaeritur [k] 'utrum aliquis [l] faciendo in se bonum et discretum, scandalizet', respondetur quod res discreta dicitur dupliciter: uno modo, prout dicitur bonum in genere actus cum circumstantiis concurrentibus, quae necessariae sunt in se et ad alterum, et hoc modo agere rem discretam non est scandalizare sive scandali occasionem praebere; aliquando vero dicitur res discreta, quod in se bonum est, sed non usquequaque circumspectum [m] nec forte speciem boni habens, et ideo dicitur [n] I Thess. 5, 21: *Omnia probate, quod bonum est tenete, ab omni specie mala* [o] *abstinete vos,* et hoc modo agere rem discretam potest esse cum hoc quod praebeat « occasionem scandali ei qui non habet lumen discretionis » usquequaque, et sic intelligitur illud Levit. 19, 14: *Coram caeco non pones offendiculum.*

III. Huius etiam gratia quaeritur[5] de aliquo qui habet puram conscientiam apud Deum, multi tamen suspicantur aliquod malum de ipso propter aliquam speciem exteriorem, et sic scandalizantur. Quaeritur quid agendum sit illi.

Videtur enim quod sufficiat ei conscientia sua. 1. Dicitur enim Iob 16, 20: *Ecce in caelo testis est meus et conscius meus in excelsis.*

2. Praeterea, dicit Gregorius[6]: « Inter verba laudantium sive vituperantium ad mentem semper recurrendum [p] est, et, si in ea non invenitur bonum quod de nobis dicitur, magnam tristitiam debet generare [q], et rursum, si in ea non invenitur malum quod de nobis homines loquuntur, in magnam debemus laetitiam prosilire [r]. Quid enim si non omnes laudant et conscientia [s] liberos nos demonstret? Habemus [t] Paulum dicentem[7]: *Gloria nostra haec est* » etc. Ex quo videtur quod sufficiat ipsa conscientia.

3. Item, Augustinus, ad quemdam Manichaeum[8]: « Senti [u] de Augustino quidquid libet; sola in oculis Dei conscientia me non accuset ».

Contra. *a.* Dominus dixit Petro[9], licet *liberi* essent *filii* regni: *Ne forte scandalizemus eos, vade ad mare* etc. Exemplo ergo illius non sufficit ipsa conscientia, sed [v] tollenda est occasio scandali [x] in alio secundum quod possibile est.

[Solutio][10]: Ad quod responderi potest per hoc quod dicit Augustinus[11]: « Nobis necessaria est vita nostra, aliis fama nostra », et ideo,

---

[a] V om. *pones... caeco.* [b] V *bonum.* [c] V om. *praebere... occasionem.* [d] V add. *sicut.* [e] B om. [f] BT *dixit.* [g] Codd. *unde.* [h] V om., in L est add. interl. [i] F *respondendum.* [k] Ita V, alii *obicitur.* [l] BT *aliquid.* [m] R *circumscriptum.* [n] T om. [o] T *mali.* [p] V *referendum.* [q] Z om., in F est add. mg. [r] Z *prosilere,* quod L corr. [s] VR *conscientiam.* [t] V *habeamus.* [u] T *sensi.* [v] V *et.* [x] Ita V (corr.), alii *scandalizandi.*

[1] *Ordin.*, in h. l. (PL 113, 350).
[2] Cf. supra, p. 826, sub litt. *a.*
[3] Matth. 10, 10.
[4] Lombardi, in h. l. (PL 191, 1609).
[5] Cf. Gratian., *Decretum*, C. 11, q. 3, c. 55 (I, 658sq.), ubi omnes sequentes auctoritates tam Gregorii quam Scripturae occurrunt.
[6] *Epist.*, XI, ep. 2 (PL 77, 1120).
[7] II Cor. 1, 12.
[8] *Contra Secundinum Manichaeum*, c. 1 (PL 42, 577); ap. Gratian., loc. cit., c. 51 (I, 657).
[9] Matth. 17, 25sq.. [10] Cf. supra, num. 463.
[11] *De bono vid.*, c. 22 (PL 40, 448); ap. Gratian., loc. cit., c. 56 (I, 659).

quantum in se est [a], debet illis satisfacere qui malum suspicantur, ostendendo intentionem suam et removendo speciem mali et occasionem etiam scandali in aliis, secundum quod possibile est [b]; si vero adhuc non potest eis satisfacere, dolendum est quia illi peccant. Unde Gregorius[1]: « Vocandi sunt et tranquille admonendi eisque satisfieri modis omnibus debet; si autem sibi satisfieri ex veritate noluerint, habes consolationem, quam in Evangelio aspicias », Domini dicentis[2]: « *Sinite illos* » etc. Et [c] dicit Gregorius[3], exponens illud [d] Rom. 12, 18: *Cum omnibus hominibus pacem habentes, si fieri potest, quod ex vobis est:* « Si nos in mente caritatem erga odientes servare cupimus, etsi nobiscum pacem non habeant, nos tamen cum illis pacem habeamus ».

867 PROBLEMA III.

De comestione idolothyti [4].

Deinde quaeritur de comestione idolothyti.

« Illa enim auctoritas[5]: *Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt* », de illa comestione intelligitur; unde « non expediebat cum scandalo infirmorum comedere. Et dicit Gregorius[6]: 'Satius [e] est fame mori quam de [f] idolothyto vesci', et intelligitur cum scandalo ».

Sed videtur hoc esse falsum. 1. Si enim aliquis [g], non habens quod manducet, permitteret se mori [h] fame, iniceret sibi manum; posito « ergo quod non habeat quid comedat nisi idolothytum, si comedit [i], scandalizat proximum; si non comedit [k], morietur fame, et sic se interficiet; sed peius est interficere se quam scandalizare proximum [7] ». Ergo primum est falsum.

[Solutio]: Respondetur [8] ad hoc quod non comparatur ibi « peccatum peccato, sed poena peccato. Unde sensus est [l]: mors corporalis minus [m] malum est quam scandalizare proximum. Si ergo aliquis non habeat quid comedat [n] nisi idolothytum, debet comedere; debet tamen facere ut, quantum in se est, non scandalizet proximum. Unde debet in publico protestari quod, nisi comedat, morietur fame, et tunc non » debet esse occasio ruinae alteri.

868 PROBLEMA IV.

Utrum opus iustitiae sit dimittendum propter scandalum.

Deinde quaeritur de opere iustitiae utrum dimittendum sit aliquando propter scandalum. Veritas autem [o] iustitiae est in executione severitatis, utpote in excommunicando delinquentem.

Et videtur quod non. 1. Ubi [p] enim est veritas iustitiae, non est dimittendum propter scandalum passivum. Unde dicit Gregorius[9]: « Si de veritate scandalum sumitur, utilius permittitur nasci scandalum quam veritas relinquatur »; et sic est de veritate iustitiae; ergo non est dimittendum opus iustitiae propter scandalum passivum. Si ergo inveniuntur incorrigibiles et contumaces, excommunicandi sunt; si ergo multitudo est in scelere vel princeps, non dimittendum est opus iustitiae.

Contra. *a.* Cum « multitudo est in causa vel princeps, detrahendum est severitati [q] », sicut dicit Augustinus[10], et habetur Matth. 13, 30 in parabola de zizania [11].

b. Item, Augustinus, *Ad* [r] *Aurelium*[12]: « Cum multitudine peccantium agendum est magis monendo quam minando [s]; severitas autem exercenda [t] est in peccata [u] paucorum ». Ergo dimittendum est opus iustitiae aliquando propter scandalum.

c. Item, Augustinus, *Contra epistolam Parmeniani*[13]: « Cum morbus plurimos occupaverit, nihil aliud bonis [v] restat quam dolor et gemitus ». Ex quo videtur quod dimittendum est opus iustitiae quoad severitatem propter scandalum multitudinis vel principis.

---

[a] R om., in L est add. interl.; B *de* pro *debet*. [b] T om. [c] VL om. [d] V *tibi*; T om. *cum*. [e] VL (corr.) *sanctius*. [f] V om. [g] BTR *quis*. [h] L add. *in*. [i] BTZ *comedat*. [k] BZ *comedat*; VT om. *s. p. s. n. c.* [l] R om. [m] F (corr.) *maius*. [n] B om. *q. c.* [o] VL *enim*. [p] R *ibi*; V om. *est*. [q] V *scandalum*. [r] T om. [s] R *comminando*. [t] V *agenda*; RZ *exercendo*. [u] VR *peccato*; V *cum* pro *in*. [v] V om., alii *boni*.

1 *Epist.*, XI, ep. 2 (PL 77, 1120).
2 Matth. 15, 14.
3 Loc. cit. (PL 77, 1121).
4 Cf. Guil. Altissiod., *Summa*, III, tr. 30, q. 4 (fol. 259b); S. Bonav., IV *Sent.*, dist. 33, dub. 8 (IV, 764).
5 I Cor. 10, 22; ap. Guil. Altissiod., loc. cit., sequentia verbotenus occurrunt, ubi loco Gregorii citatur *Glossa*.
6 Rectius Augustin., *De bono coniug.*, c. 16, n. 18 (PL 40, 385); ap. Gratian., *Decretum*, C. 32, q. 4, c. 8 (I, 1129); Lombard., IV *Sent.*, d. 33, c. 4 (p. 953).
7 Guil. Altissiod., loc. cit.
8 Cf. Guil. Altissiod., loc. cit. (fol. 259c).
9 *In Ezech.*, I, hom. 7, n. 5 (PL 76, 842).
10 Cf. *Epist.* 185, n. 45 (PL 33, 813); ap. Gratian., *Decretum, Glossa* ante C. 23, q. 4, c. 32 (I, 914).
11 Cf. Augustin., *Sermo* 88, c. 19, n. 22 (PL 38, 551).
12 *Epist.* 22, c. 1, n. 5 (PL 33, 92); ap. Gratian., *Decretum*, dist. 44, c. 1 (I, 157).
13 Lib. III, c. 2, n. 14 (PL 43, 93); ap. Gratian., loc. cit. in nota 10.

[Solutio]: 1. Ad hoc [a] respondetur quod duplex est opus iustitiae. Est enim opus iustitiae [b] quod est in reddendo unicuique quod suum est, et est opus iustitiae quod est in poenis infligendis. Illud opus iustitiae quod est in reddendo iudicium, ad hoc quod unusquisque habeat quod suum est [c], maxime quantum est de voluntate, nunquam est dimittendum pro scandalo, sicut dicit Gregorius. Sed veritas ipsa, quae est in poenis statutis, illa aliquando potest suspendi propter pericula, quae evenire possunt, et maxime quando princeps vel multitudo est in causa, propter schisma, quod potest contingere, secundum quod habetur *Contra epistolam Parmeniani*[1], a contrario sensu. Dicitur enim: « Quando cuiusquam crimen notum est et omnibus execrabile apparet, ut nullos prorsus vel non tales habeat defensores, per quos possit schisma contingere, non dormiat [d] severitas disciplinae ». A contrario ergo [e] sensu, si potest schisma contingere, supersedendum est severitati disciplinae. Nec propter hoc dimittitur veritas iustitiae quin velit unicuique quod suum est [f], quantum est de se, reddere [g], sed suspenditur propter maius periculum vitandum, et tunc magis instandum est admonitionibus circa discretiores. — Distinguitur tamen ulterius, quia aliquando non debet dormire severitas iustitiae sive disciplinae, cum aliqui quadam auctoritate peccatum, quod faciunt, defendunt ad modum haereticorum. Et hoc dat intelligere Isidorus[2], cum dicit: « Ii, qui neque a vitio corruptionis emendantur atque hoc ipsum carnale delictum, quod admittunt, vindicare quadam superstitiosa temeritate nituntur [h], nec gradum honoris nec gratiam recipiunt communionis ». Si vero non defendunt peccatum suum, et timetur schisma vel [i] aliud malum huiusmodi, potest et debet dissimulari, cum peccat multitudo. Unde Augustinus, *Ad Bonifacium*[3]: « Cogunt multas invenire medicinas [k] multorum experimenta morborum. Verum in huiusmodi causis, ubi per graves dissensionum scissuras non huius aut illius hominis periculum, sed plurimorum strages iacet, detrahendum est aliquid severitati ut maioribus sanandis malis [l] caritas sincera subveniat ».

CAPUT VII. 869

QUID SIT FACIENDUM PROPTER SCANDALUM VITANDUM [4].

Septimo quaeritur quid sit faciendum propter scandalum vitandum, utrum teneatur homo dare rem suam, si videat proximum [m] scandalizari nisi det ei.

Et videtur quod sic [n], 1. « quia tenetur in casu dare vitam corporalem pro anima proximi salvanda; multo ergo fortius tenetur dare » rem suam [o] « pro anima proximi ne scandalizetur ».

2. « Item, si [p] videat proximum mori corporaliter, tenetur ei dare quod habet, antequam dimittat eum mori corporaliter; sed in infinitum peior est mors spiritualis quam corporalis; si vero scandalizatur, moritur spiritualiter; ergo tenetur dare rem suam propter scandalum vitandum ».

3. « Item, tenetur vitare scandalum, quantum potest sine peccato, salva triplici veritate; sed salva est triplex veritas », licet det rem suam; « ergo tenetur dare rem suam [q] propter vitandum scandalum ipsius proximi ».

4. « Item, tenetur omittere aliquando opus misericordiae propter scandalum; multo ergo [r] fortius et facere »; sed dare rem suam est opus misericordiae; in casu tali ergo tenetur dare rem suam propter scandalum vitandum.

[Solutio]: Ad hoc [s] respondent quidam [5] quod in casu teneor dare rem meam pro scandalo vitando, non universaliter. Unde distinguitur: petens aut petit rationabiliter aut irrationabiliter. Si irrationabiliter, « non teneor dare, duplici de causa: una est bonum publicum, ad quod pertinet ut dominium rerum non transferatur sine ratione; alia est, ut deprimatur temeritas petentium »; multi enim peterent et se scandalizari fingerent. « Si rationabiliter », ut pauper petit vestimentum, distinguendum est [t], quia aut mihi sunt necessaria magis quam illi, et « tunc non teneor [u] dare, duplici de causa »: una est « ordo caritatis », alia est « ut temeritas petentium reprimatur »; aut sunt [v] ei magis necessaria quam mihi aut mihi superflua, illi

---

[a] V *quod*. [b] V om. *e. e. o. t.*, in L est add. mg. [c] BTF (interl.) add. *et*. [d] V *dormiet*. [e] F om. [f] Ita V, alii add. *et*. [g] Ita V, alii *reddat*. [h] V om. [i] B add. *aliquod*. [k] Z exp. [l] Codd. *maculis*. [m] T add. *suum*. [n] T om. [o] R *solam*, quod FZ corr. [p] T om. [q] V om. *e. t. d. r. ş*. [r] VL om. [s] B *quod*. [t] Ita VB, alii om. [u] V *debeo*. [v] B add. *enim;* F *eis* pro *ei*.

[1] Lib. III, c. 1, n. 13 (PL 43, 92); ap. Gratian., *Decretum*, C. 23, q. 4, c. 19 (I, 906).

[2] *Epist.* 4, n. 3 (PL 83, 899); ap. Gratian., *Decretum*, dist. 50, c. 28 (I, 189).

[3] *Epist.* 185, n. 45 (PL 33, 813).

[4] Cf. Guil. Altissiod., *Summa*, III, tr. 30, q. 5 (fol. 260a), ubi multa sequentium verbotenus occurrunt.

[5] Guil. Altissiod., loc. cit.

autem necessaria. Si sic vel sic, distinguitur: aut propono illam rem dare alii, quem[a] scio magis indigere, aut reservo in tempus, in quo aestimo probabiliter multos indigere, et tunc non teneor dare propter praedictam causam, scilicet « ut reprimatur temeritas petentium, et propter bonum publicum, ad quod pertinet ut quilibet dispenset[b] rem suam prout melius potest »; aut cum ipse petat rationabiliter et res, quam petit, est superflua mihi seu parum[c] necessaria mihi, nec propono eam aliter iam dispensare, tunc dicunt[1] quod ego debeo[d] dare, si probabiliter credam quod scandalizetur[e] nisi dem.

[Ad obiecta]: 1. Ad obiectum autem primo dicendum[f] quod illud quod dicitur quod 'homo tenetur dare rem suam ut vitet ruinam proximi spiritualem' intelligendum est in casu, sed non universaliter, propter causas iam dictas[2].

2. Ad secundum vero respondendum[g] quod mors corporalis proximi magis est in evidenti, de morte vero spirituali non ita constat, cum sit invisibilis, et ideo, quia non constat ita de morte spirituali sicut de morte corporali, quoad hoc tenetur plus[h] rem suam dare homo[i] pro morte corporali vitanda, de qua constat in evidenti, quam pro morte spirituali vitanda, de qua non praesumitur: non enim scio quando frater meus scandalizatur nec praesumo quod ita de levi debeat scandalizari.

3. Ad tertium vero[k] dicendum quod « non est salva veritas vitae in quolibet casu[3] ». Magis enim debet homo sibi providere et suis quam aliis, et hoc ad veritatem vitae pertinet: hoc enim dictat ordo caritatis.

4. Ad quartum vero dicitur[4] « quod in[l] aliquo casu tenetur homo facere opera misericordiae propter scandalum proximi vitandum, sicut in aliquo casu tenetur homo dimittere propter scandalum vitandum ».

870 CAPUT VIII.

UTRUM PETRUS SCANDALIZAVERIT GENTILES DISCERNENDO CIBARIA CUM IUDAEIS[5].

Ultimo quaeritur utrum Petrus scandalizaverit gentiles discernendo cibaria cum Iudaeis.

Et videtur quod sic, 1. quia cogebat *gentes iudaizare,* ut dicit Apostolus[6], ergo errare facto suo minus recto, et ita praestabat occasionem ruinae aliis; ergo, per locum a definitione, scandalizabat; et in via fidei, quod est gravius quam in via morum; ergo peccabat[m] mortaliter.

2. Item, *reprehensibilis erat,* ut dicit Apostolus[7]; ergo pro aliquo peccato; non pro alio nisi quia scandalizabat in via fidei; ergo peccabat[n] mortaliter.

3. Item, dicit Glossa[8] quod ipse faciebat contra *veritatem Evangelii*[9]; ergo peccavit mortaliter.

Contra. *a.* Confirmatus erat *virtute ex alto*[10]; ergo non peccabat mortaliter.

b. Item, super[o] illum locum Matth. 16, 19: *Tibi dabo claves regni caelorum,* dicit Glossa[11]: « Quas si tunc habuisset, error in eo locum non invenisset ». Sed tunc, cum separabat se a gentibus, habebat claves et etiam iam confirmatus erat *virtute ex alto;* ergo[p] tunc non inveniebat locum error[q] in eo; ergo non peccabat.

c. Item, zelo caritatis comedebat cum Iudaeis, conformans se eis[12], simulans se idem sentire cum illis, ut *omnibus* fieret *omnia* et *omnes*[r] lucrifaceret[13]; ergo factum illud ex caritate erat; ergo non peccabat illo facto.

[Solutio]: Ad hoc sunt diversae solutiones: una Hieronymi, alia Augustini[14].

A. Hieronymus[15] enim dicit quod Apostoli inter se condixerant[s] ista tria, scilicet quod Petrus separaret se a gentilibus[t] et quod comederet cum Iudaeis discernendo cibaria et quod reprehenderetur a Paulo, ut Iudaei, videntes magistrum suum super hoc reprehendi, facilius separarent se a legalibus, quia volebant[u] eos ducere ad spiritualem vitam, ut inciperent esse quod futuri erant, scilicet spirituales. Simulatorie ergo fecit Petrus, quidquid fecit ibi, et voluit se reprehendi, ut videntes Iudaei Apostolum suum reprehendi, erubescerent

---

[a] R *que.* [b] V om. [c] T *perparum.* [d] Z *debeam.* [e] B *scandalizaretur.* [f] VTL add. *est;* V *primo autem obiectum* pro *o. a. p.* [g] V add. *est.* [h] V om. [i] V om. [k] V om. [l] Z om. [m] V *peccat.* [n] V *peccat;* Z *patrabat.* [o] R vacat, in FZ est add. mg. [p] T *et.* [q] V om. [r] B *omnibus.* [s] V *condixerunt.* [t] VLZ *gentibus;* B om. *et;* Z om. *quod.* [u] BT *volebat.*

1 Guil. Altissiod., loc. cit. (fol. 260b).
2 Cf. supra, in *Solutione.*
3 Guil. Altissiod., loc. cit.
4 Guil. Altissiod., loc. cit.
5 Cf. Guil. Altissiod., loc. cit., q. 6 (fol. 260b sq.), ubi sequentia usque *ad obiecta* verbotenus occurrunt.
6 Gal. 2, 14.
7 Gal. 2, 11.
8 Lombardi, in h. l. (PL 192, 109 sq.).
9 Cf. Gal. 2, 14.
10 Luc. 24, 49.
11 *Ordin., In Matth. 16,* 23, ubi aliuditur ad Matth. 16, 19 (PL 114, 142), ex Hieronymo, in h. l. (PL 26, 120).
12 Cf. Gal. 2, 12 sq.
13 Cf. I Cor. 9, 21 sq.
14 Horum sententiae fusius pertractantur in libro III huius *Summae.*
15 Cf. *In Epist. ad Gal. 2,* 11 sqq. (PL 26, 339 sqq.).

de observatione legalium. Et simulatio illa bona fuit: fuit enim simulatio facti, quae aliquando facienda est ad utilitatem fidei, sicut fecit Iehu simulans se esse idololatram[1]. Secundum ergo Hieronymum nullo modo peccavit Petrus. Dicit[2] autem [a] istam solutionem fuisse Origenis[3] contra Porphyrium haereticum, qui Petro imponebat [b] stoliditatem et Paulo procacitatem et protervitatem.

[Ad obiecta]: 1. Ad primum obiectum dicimus, secundum Hieronymum et Origenem [c], quod *gentes* cogebat *iudaizare,* id est videbatur cogere.

2. Ad secundum dicimus quod *reprehensibilis erat,* id est debuit reprehendi ex condicto, non ex peccato.

3. Ad tertium dicendum, secundum Hieronymum[4], « quod non faciebat contra *veritatem Evangelii,* id est quod [d] facto suo non poterant gentiles habere occasionem faciendi contra *veritatem Evangelii*[5] ».

B. « Secundum Augustinum[6] vero dicitur [e] quod nihil ibi factum est simulatorie » simulatione cautelae et quod « Petrus *erat reprehensibilis* [f][7] », eo *quod non recte ambularet ad veritatem Evangelii*[8]. Sed dupliciter dicitur aliquid non rectum: vel quia non omnino [g] discretum vel quia perversum. Dicunt[9] ergo quod *non* [h] *recte* ambulavit, id est non omnino discrete, non tamen perverse, et ita non peccavit.

Sed contrarium videtur, *a.* per hoc quod dicit Haymo[10]: « Ideo eum publice redarguit, quia publice peccaverat, et ut eius correptione ceteri in fide roborarentur: publica enim noxa publica eget correptione ».

b. Item, in Glossa[11], super illud ad Gal. [i] 2, 14 habetur quod Petrus servavit « illa legalia non dispensatorie, sed vere, quasi subiectus eis, sed non ponebat in eis spem »; et quod vere peccavit, non quia servavit legalia, « sed quia gentiles suo exemplo iudaizare coegit ».

Sed secundum hoc posset obici de Paulo 1. quod ipse peccasset, « quando circumcidit Timotheum[12] vel *votum* persolvit [k] *in Cenchris*[13] », sicut habetur Act. 21,24-26. Iam [l] enim fuit promulgatum Concilium Apostolorum, in quo ordinatum fuit[14] quod *nihil oneris* [m] imponeretur nisi ut abstinerent *ab immolatis simulacrorum et suffocato* [*et*] *sanguine et fornicatione.* Cum ergo iam cessissent legalia ex decreto Apostolico, non videtur quod Apostolus ista [n] facere deberet, et ita peccavit eadem ratione qua Petrus. Si ergo de Apostolo videtur quod non peccaverit, similiter videtur de B. Petro.

[Solutio]: Ad quod respondent quidam[15] quod non peccavit, et innituntur cuidam Glossae[16] quae dicit: « *Reprehensibilis erat,* id est dignus reprehensione pro aliis, non pro se ». Illam vero [o] auctoritatem, quae ponitur in Glossa vel quam ponit Haymo, exponunt hoc modo [p] quod peccavit, id est [q] fecit aliquid ex quo esset occasio peccati in aliis propter eorum indiscretionem. Et quod dicitur '*non recte* ambulasse *ad veritatem Evangelii*', exponunt, id est non caute ambulavit, secundum illud ad [r] Ephes. 5, 15: *Videte quomodo caute ambuletis,* et Glossa[17] dicit: « Non quantum ad intentionem, sed *ad veritatem Evangelii,* quia per hoc possent iudaizare ». Attenditur autem dupliciter *veritas Evangelii*[18]: vel quantum ad ea quae credenda sunt et imitanda in Evangelio, et sic *ambulavit ad veritatem Evangelii,* et hoc est [s] quantum ad se; vel quantum ad fructum in aliis, ut in gentibus, et secundum hoc *non ambulavit ad veritatem Evangelii,* et hoc modo ipsum peccasse non aliud est quam materiam peccati dedisse.

[Ad obiecta]: 1. Nec fuit simile de Paulo, « quando Timotheum circumcidit, vel *in* [t] *Cenchris votum* persolvit »: hoc enim fecit non eo quod spem poneret in legalibus, sed ne caeremonialia tamquam idololatriam gentium damnare crederetur.

EXPLICIT LIBER SECUNDUS.

[a] R *enim.* [b] L *ponebat.* [c] V *Augustinum.* [d] V *de.* [e] V *dicendum.* [f] Hic desinit B. [g] V om. [h] R *conditio ideo* pro *q. n.* [i] V *Gen.* pro *a. G.* [k] V *solvit,* quod L corr. [l] V *ideo.* [m] T *omnino.* [n] T *ita.* [o] V *et solvunt* pro *i. v.* [p] V om. *h. m.* [q] V *et* pro *i. e.* [r] Ita VL, alii om. [s] VL add. *vel.* [t] Ita TF (interl.), alii om.

1 Cf. IV Reg. 10, 18sqq.; supra, p. 722, nota 8.
2 *Epist.* 112, nn. 4 et 6 (PL 22, 918sq.).
3 In *Comment. in Epist. ad Gal.* et *Stromat.*, X, teste Hieronymo. Horum operum Origenis pauca tantum fragmenta supersunt.
4 Cf. *In Epist. ad Gal. 2,* 14 (PL 26, 341sq.).
5 Guil. Altissiod., loc. cit.
6 Cf. *Epist.* 82, n. 7sq. (PL 33, 278sq.).
7 Gal. 2, 11.
8 Gal. 2, 14.
9 Guil. Altissiod., loc. cit. (fol. 260c).
10 *In Gal. 2,* 14 (PL 117, 677).
11 Lombardi, in h. l. (PL 192, 110sq.).
12 Cf. Act. 16, 3.
13 Act. 18, 18; Augustin., loc. cit., n. 8 (PL 33, 278).
14 Act. 15, 20 et 28sq; 21, 25.
15 Cf. Guil. Altissiod., loc. cit.
16 *Interlin.*, in h. l., ap. Lyran.
17 *Interlin.*, in h. l., ap. Lyran.
18 Gal. 2, 5.

INDEX QUAESTIONUM
SECUNDAE PARTIS SECUNDI LIBRI
SUMMAE THEOLOGICAE

Q = Quaestio; Tit. = titulus; Dist. = distinctio; M = membrum; c = caput; a = articulus; probl. = problema; part. = particula.

Colon. 1622	Num. n. ed.		PAG.
		INQUISITIO PRIMA	
		De malo	
		TRACTATUS PRIMUS	
Q. 94		DE MALO ABSOLUTE CONSIDERATO.	
M. 1	1	**Q. I. An sit malum.**	2
M. 2	2	**Q. II. Quid sit malum.**	5
M. 3		**Q. III. A quo sit malum.**	
		M. I. A quo sit malum in genere.	
a. 1	3	c. 1. Utrum malum habeat causam	7
a. 2	4	c. 2. Utrum causa mali sit Deus vel creatura tantum	8
a. 3	5	c. 3. Utrum malum sit a creatura quia ex nihilo vel quia ex aliquo	10
a. 4	6	c. 4. Utrum malum sit tantum a diabolo aut etiam ab homine	11
a. 5	7	c. 5. Qua ratione malum sit ab homine	12
a. 6 § 1	8	M. II. A quo sit malum voluntatis	13
		M. III. A quo sit malum actionis.	
§ 2	9	c. 1. Utrum mala actio, in quantum mala, sit a Deo	14
§ 3	10	c. 2. Utrum mala actio, in quantum actio, sit a Deo	16
M. 4		**Q. IV. De permissione mali.**	
a. 1	11	c. 1. Utrum Deus permittat mala fieri	19
a. 2	12	c. 2. Quare permittit Deus mala fieri	20
M. 5		**Q. V. In quo sit malum.**	
a. 1	13	c. 1. Utrum malum sit in bono vel in malo	21
a. 2	14	c. 2. In quo sit malum culpae	22
a. 3	15	c. 3. In quo sit malum quod est defectus naturae	25
M. 6		**Q. VI. De divisione mali.**	
	16	c. 1. Utrum malum dividatur per malum culpae et poenae	25
	17	c. 2. An sit alia differentia mali praeter malum culpae et poenae	26
M. 7	18	**Q. VII. De ordine mali.**	27
M. 8		**Q. VIII. De oppositione mali.**	
a. 1	19	c. 1. Utrum malum opponatur bono increato	29
a. 2	20	c. 2. I. Utrum malum opponatur bono creato	30

Colon. 1622	Num. n. ed.		PAG.
a. 3		II. Utrum idem sit malum quod opponitur bono gratiae et bono naturae.	31
a. 4	21	c. 3. Utrum sit idem bonum naturae quod malo opponitur et quod ei substernitur.	31
a. 5	22	c. 4. Utrum bonum naturae, quod minuitur per malum, sit finitum vel infinitum	33
M. 9	23	**Q. IX. Utrum malum sit causa alicuius.**	34
		TRACTATUS SECUNDUS.	
Q. 95		DE TRIPLICI EFFECTU MALI CULPAE.	
M. 1		**Q. I. De spoliatione gratuitorum.**	
a. 1	24	c. 1. Utrum spoliatio gratuitorum sit a Deo	36
a. 2	25	c. 2. Utrum et quo modo malum spoliat virtutem moralem	38
M. 2		**Q. II. De vulneratione naturalium.**	
a. 1	26	c. 1. De ratione numeri vulnerum quem ponit Beda	41
a. 2	27	c. 2. De differentia numeri vulnerum secundum Bedam ad alias poenas	42
a. 3		c. 3. De singulis vulneribus quae enumerat Beda.	
§ 1	28	a. 1. De primo vulnere, quod est infirmitas	43
§ 2	29	a. 2. De secundo vulnere, quod est ignorantia	44
§ 3	30	a. 3. De tertio vulnere, quod est malitia	45
§ 4	31	a. 4. De quarto vulnere, quod est concupiscentia	46
§ 5	32	c. 4. De modo vulneris et causa vulnerationis	47
M. 3		**Q. III. De privatione modi, speciei et ordinis.**	
a. 1	33	c. 1. Quid dicantur modus, species, ordo et quae sit differentia inter illa	49
a. 2	34	c. 2. Qualiter modus, species et ordo priventur per malum culpae	51
a. 3	35	c. 3. Utrum modus, species et ordo simul priventur per malum culpae.	52
a. 4	36	c. 4. Utrum modus, species et ordo aequaliter priventur per malum culpae.	53
		TRACTATUS TERTIUS.	
Q. 96		DE TRIPLICI DIFFERENTIA MALI CULPAE.	
M. 1		**Q. I. De malo culpabili ex genere actus.**	
a. 1	37	c. 1. Quid sit malum ex genere actus	55
a. 2	38	c. 2. De oppositione mali ex genere actus respectu boni ex genere actus	57
a. 3	39	c. 3. De comparatione malitiae in proportionalitate habitus ad actum. a. 1. Utrum habitus sit deterior actu vel e converso	58
	40	a. 2. Utrum omnia mala ex genere actus sint aeque mala.	59
	41	a. 3. Utrum aliquis possit facere praecise tantum malum quantum est aliquod malum in genere.	60
	42	a. 4. Si aliquis appetat fornicari cum muliere in genere et alius intendat fornicari cum aliqua determinate, quid sit illorum deterius.	60
a. 4	43	c. 4. De comparatione proportionalitatis malitiarum inter se respectu bonitatum	61
M. 2		**Q. II. De malo culpabili ex circumstantia.**	
		M. I. De malo circumstantiae in communi.	
a. 1	44	c. 1. Utrum malum ex intentione dicatur malum ex circumstantia.	62
a. 2	45	c. 2. Utrum malum ex genere dicatur malum ex circumstantia	63
a. 3		c. 3. De comparatione mali ex circumstantia respectu mali ex genere.	
§ 1	46	a. 1. Utrum circumstantia addita super genus actionis aggravet peccatum.	64
§ 2	47	a. 2. Utrum malum ex circumstantia sit deterius malo ex genere	65
§ 3	48	c. 4. De comparatione mali ex circumstantia respectu mali ex intentione	65

Colon. 1622	Num. n. ed.		PAG.
a. 4		M. II. De malo circumstantiae in particulari.	
	49	c. 1. Qualiter a diversis distinguuntur circumstantiae	66
	50	c. 2. Utrum hae divisiones mali ex circumstantia sint sufficientes . . .	67
M. 3		**Q. III. De malo ex intentione.**	
a. 1		M. I. De intentione in genere.	
§ 1	51	c. 1. Quid sit intentio	70
§ 2	52	c. 2. Utrum meritum vel demeritum attendatur secundum intentionem . .	71
§ 3	53	c. 3. Utrum intentio vel voluntas pro facto reputetur	71
a. 2		M. II. De intentione bona.	
§ 1	54	c. 1. Utrum qualitas boni operis addat super bonitatem intentionis . .	74
§ 2	55	c. 2. Utrum operum numerositas addat super bonitatem intentionis . .	75
	56	c. 3. Utrum quantitas dati addat super bonitatem intentionis	75
a. 3		M. III. De intentione mala.	
§ 1	57	c. 1. Utrum intentio mala idem sit quod credulitas.	76
§ 2	58	c. 2. Utrum quantulacumque intentio pro facto reputetur	76
§ 3	59	c. 3. Utrum actus additus intentioni facit duo peccata	77
§ 4	60	c. 4. Si punitur peccator pro mala intentione et actu, quae poena respondeat utrique	78
§ 5	61	c. 5. Utrum actus peior additus minus malae intentioni faciat maius peccatum.	78
§ 6	62	c. 6. In quibus ab intentione ad actum teneat vel non teneat argumentum .	78
		INQUISITIO SECUNDA	
		De peccato angeli et hominis.	
Q. 97		**TRACTATUS PRIMUS.**	
		QUID SIT PECCATUM.	
	63	c. 1. De differentia istarum definitionum peccati inter se	80
		c. 2. Explanatio singularum definitionum peccati.	
	64	a. 1. Explanatio primae definitionis	80
	65	a. 2. Explanatio secundae definitionis	81
	66	a. 3. Explanatio tertiae definitionis	81
	67	a. 4. Explanatio quartae definitionis	82
		TRACTATUS SECUNDUS	
		DE PECCATO ANGELI.	
		SECTIO I.	
		DE PECCATO ANGELI ET PERTINENTIBUS AD IPSUM.	
		Q. I. De peccato angeli in se.	
Q. 98		TIT. I. *De peccato Luciferi.*	
M. 1		c. 1. Quis fuerit Lucifer.	
a. 1	68	a. 1. Utrum Lucifer fuerit de superiori ordine angelorum	84
a. 2	69	a. 2. Utrum Lucifer fuerit supremus inter angelos	85
a. 3	70	a. 3. Utrum Lucifer creatus fuerit malus vel non	86
M. 2	71	c. 2. Quod fuerit Luciferi peccatum	87
M. 3		c. 3. Quod fuerit Lucifero motivum ad peccandum.	
	72	a. 1. Utrum Lucifer appetiit aequiparantiam ad Deum	89
§ 1	73	a. 2. Utrum Lucifer appetiit esse similis Deo	90
§ 2	74	a. 3. Utrum Lucifer peccaverit considerando ex parte superiori vel inferiori.	91
M. 4		c. 4. De qualitate peccati Luciferi.	

Colon. 1622	Num. n. ed.		PAG.
	75	a. 1. Utrum peccatum Luciferi sit remediabile vel irremediabile. . .	92
a. 1	76	a. 2. Utrum peccatum Luciferi sit in Patrem aut in Filium aut in Spiritum Sanctum	95
a. 2	77	a. 3. Utrum diabolus potuit vel possit peccare peccato veniali . . .	96
M. 5	78	c. 5. Utrum diabolus adhuc peccet eodem genere peccati	96
M. 6	79	c. 6. Utrum peccatum illud sit causa peccati	97
M. 7		c. 7. De hoc quod diabolus dicitur caput malorum.	
a. 1	80	a. 1. Utrum diabolus sit caput malorum hominum	98
a. 2	81	a. 2. Utrum diabolus sit una persona cum malis	99
a. 3	82	a. 3. Utrum diabolus sit caput daemonum	100
a. 4	83	a. 4. Utrum diabolus sit caput malorum hominum secundum omnia peccata.	101
a. 5	84	a. 5. Quid sit unitivum membrorum cum capite diabolo	102
a. 6	85	a. 6. Utrum membrum Christi possit fieri membrum diaboli . . .	103
a. 7	86	a. 7. Utrum idem homo possit simul esse membrum Christi et membrum diaboli	103
a. 8	87	a. 8. Quae sit differentia secundum quod diabolus dicitur esse caput malorum et Antichristus	104
	88	a. 9. Utrum Antichristus sit caput malorum hominum qui praecesserunt ipsum	104
M. 8	89	c. 8. Quare Scriptura non facit mentionem de primo peccato Luciferi . .	105
M. 9	90	c. 9. Utrum peccato Luciferi statim annexum fuerit aliud peccatum . .	106
M. 10	91	c. 10. Quae peccata conveniant spirituali naturae et quae non . . .	108
M. 11	92	c. 11. Utrum Lucifer statim peccavit, cum factus fuit, aut non statim . .	109
Q. 99		TIT. II. *De peccato aliorum angelorum.*	
M. 1	93	c. 1. Quod fuerit genus peccati angelorum	111
M. 2	94	c. 2. Quod fuerit angelis motivum ad peccandum	112
M. 3	95	c. 3. De quo ordine fuerint angeli peccantes	113
M. 4	96	c. 4. Utrum plures angeli peccaverunt quam steterunt	114
M. 5	97	c. 5. Utrum angeli peccaverint simul cum Lucifero vel post	115
M. 6	98	c. 6. De comparatione peccati primi angeli et aliorum	115
M. 7	99	c. 7. Utrum peccatum angelorum fuerit irremissibile	116
M. 8	100	c. 8. Quare mali angeli non perseveraverunt in bono innocentiae . . .	117
Q. 100		**Q. II. De poena peccati angelorum.**	
		TIT. I. *De poena spirituali daemonum.*	
		M. I. De poena daemonum quae est ligatio potestatis.	
M. 1		c. 1. De ligatione potestatis diaboli quoad tentandum.	
a. 1	101	a. 1. Utrum ligata fuerit potestas diaboli	120
a. 2	102	a. 2. Utrum per adventum Christi fuerit potestas diaboli magis alligata quam prius	121
a. 3	103	a. 3. Utrum diabolus aliquando vincatur a bonis, ita ut ulterius tentare non possit	122
a. 4	104	a. 4. Utrum diabolus, victus super aliquo peccato, habeat ligatam potestatem ut non possit ulterius tentare de illo	123
a. 5	105	a. 5. Utrum sic ligata sit potestas diaboli, ut personam determinatam tentare non possit.	124
M. 2		c. 2. De ligatione potestatis diaboli quoad alia opera.	
a. 1	106	a. 1. Utrum cohibita sit potestas daemonum quoad mira facienda secundum veritatem	124
a. 2	107	a. 2. Utrum cohibita sit potestas diaboli quoad res corporales . . .	126
a. 3	108	a. 3. Utrum daemones habeant aliquam potentiam circa creaturam rationalem transmutandi ex parte corporis	126
a. 4	109	a. 4. Utrum daemones habeant potestatem tam in bonis hominibus quam in malis.	128

Colon. 1622	Num. n. ed.		PAG.
a. 5	110	a. 5. Utrum daemones aliquid possint facere in creaturis corporalibus nisi permissi.	129
a. 6	111	a. 6. Utrum potestas daemonum sit ligata tantum a Deo	129
M. 3		M. II. De poena daemonum quae est obscuratio intellectus.	
		c. 1. De privatione cognitionis daemonum quoad Deum.	
a. 1	112	a. 1. Utrum daemones priventur cognitione Dei	131
§ 1	113	a. 2. Utrum diabolus modo possit habere cognitionem in praescientia Dei.	132
§ 2	114	a. 3. Utrum daemones cognoverint sacramentum humanae redemptionis .	133
a. 2	115	c. 2. De privatione cognitionis daemonum quantum ad se ipsos . . .	133
a. 3		c. 3. De privatione cognitionis daemonum quantum ad virtutes.	
	116	a. 1. Utrum daemones possint cognoscere virtutes	134
	117	a. 2. Utrum privatio huiusmodi cognitionis sit poena in daemonibus. .	135
a. 4	118	c. 4. De privatione cognitionis daemonum quantum ad res	135
M. 4		M. III. De poena daemonum quae est vermis conscientiae.	
a. 1	119	c. 1. Utrum poena vermis sit in daemonibus	136
a. 2	120	c. 2. Quantum ad quid attendatur poena vermis in daemonibus . . .	137
a. 3	121	c. 3. Utrum illa poena gravior sit aliis duabus poenis daemonum. . .	139
a. 4	122	c. 4. Utrum daemones poena vermis puniantur simul aut successive pro omnibus peccatis suis	139
M. 5		M. IV. De poena daemonum ex parte voluntatis.	
		c. 1 De poena daemonum quae est gaudium.	
a. 1	123	a. 1. Utrum gaudium aliquod sit in daemonibus.	140
a. 2	124	a. 2. Utrum gaudium in daemonibus cedat in poenam	141
a. 3	125	c. 2. De poena daemonum quae est dolor	141
a. 4	126	c. 3. De poena daemonum quae est timor	142
M. 6		TIT. II. *De poena locali daemonum.*	
a. 1	127	c. 1. Utrum daemonibus sit poena esse in isto aëre caliginoso . . .	143
a. 2	128	c. 2. Quo modo daemones in aëre caliginoso puniantur.	144
a. 3	129	c. 3. Utrum tantum localis casus in aerem caliginosum sit daemonibus in poenam	145
a. 4	130	c. 4. Utrum uterque locus sit determinatus omnibus daemonibus in poenam.	145
		SECTIO II.	
		DE PECCATO ANGELI IN COMPARATIONE AD HOMINEM SEU DE TENTATIONE.	
Q. 101		**Q. I. De tentatione in communi.**	
		TIT. I. *De tentatione activa.*	
M. 1		c. 1. Quid sit tentatio.	
	131	a. 1. Definitio tentationis secundum Cassiodorum	147
	132	a. 2. Definitio tentationis secundum Hugonem de S. Victore . . .	148
M. 2	133	c. 2. A quo sit tentatio	150
M. 3		c. 3. Cuius sit tentari.	
a. 1	134	a. 1. Utrum tentari sit tantum hominis vel etiam angeli aut Dei . .	151
a. 2	135	a. 2. Utrum tantum mali homines tententur.	152
a. 3	136	a. 3. Utrum tentari sit Christi aut tantum alterius hominis. . . .	153
a. 4	137	a. 4. Utrum diabolus tentet similiter bonos dormientes et vigilantes .	154
a. 5	138	a. 5. Utrum diabolus similiter tentet existentes in saeculo et renuntiantes saeculo	155
a. 6	139	a. 6. Utrum diabolus similiter tentet perfectos et imperfectos . . .	156
a. 7	140	a. 7. Utrum diabolus similiter tentet malos resistentes et non resistentes .	157
a. 8	141	a. 8. Utrum diabolus similiter tentet credentes et non credentes . .	158
a. 9	142	a. 9. Utrum diabolus magis tentet existentes in communione Ecclesiae quam separatos ab ea	159
M. 4	143	c. 4. Ex qua causa fit tentatio.	161
M. 5	144	c. 5. Qua de causa permittit Deus tentationem fieri	161

Colon. 1662	Num. n. ed.		PAG.
M. 6		c. 6. De differentiis sive speciebus tentationum.	
	145	a. 1. Qualiter hae differentiae inter se distinguantur	163
	146	a. 2. De prima differentia tentationis	165
	147	a. 3. De secunda differentia tentationis	166
	148	a. 4. De illa divisione tentationis: una interior, alia exterior	168
	149	a. 5. De quadrimembri divisione tentationis.	169
		a. 6. De sextimembri divisione tentationis.	
	150	probl. 1. Utrum omnis machinatio diaboli in aliqua illarum intelligatur.	171
	151	probl. 2. Penes quid accipiatur praedicta divisio	171
	152	a. 7. De illa divisione: alia per vitia, alia per flagella	172
	153	a. 8. De septimembri divisione tentationis	172
M. 7		c. 7. Quo modo fiat unaquaeque tentatio.	
a. 1		a. 1. De tentatione exteriori quae est ab hoste.	
§ 1	154	probl. 1. Qualiter diabolus utatur rebus exterioribus ad tentandum	174
§ 2	155	probl. 2. Utrum diabolus immisceat se sensibus	174
§ 3	156	probl. 3. Utrum indifferenter tentet diabolus secundum quemlibet sensum.	175
a. 2		a. 2. De tentatione interiori quae est ex carne.	
§ 1	157	probl. 1. Utrum caro sit tentationis principium.	176
§ 2	158	probl. 2. Secundum quam vim tentetur anima tentatione quae est ex carne.	176
§ 3	159	probl. 3. Quo modo fiat tentatio a carne	177
§ 4	160	probl. 4. Utrum tentatio ex carne possit fieri sine peccato	178
		a. 3. De tentatione interiori quae fit ab hoste.	
a. 3		probl. 1. De tentatione interiori quae fit circa imaginativam.	
§ 1	161	part. 1. Utrum tentatio fiat per partem imaginativam	178
§ 2	162	part. 2. Quo modo fiat tentatio in imaginativa	179
§ 3	163	part. 3. Utrum tentatio in imaginativa fiat cum peccato vel sine	179
§ 4	164	part. 4. Utrum haec tentatio in non cadentibus sit ad profectum	180
a. 4		probl. 2. De tentatione interiori quae fit circa intellectivam.	
§ 1	165	part. 1. Utrum cogitationes malae instinctu diaboli excitentur	180
§ 2	166	part. 2. Utrum diabolus immittat malas cogitationes	181
§ 3	167	part. 3. Utrum diabolus sit incentor malarum cogitationum	182
§ 4	168	part. 4. Quo modo diabolus dicatur incendere cogitationes	183
M. 8	169	c. 8. De remedio tentationum	184
M. 9	170	c. 9. Utrum diabolus semper tentet	185
M. 10	171	c. 10. Utrum semper crescat diaboli appetitus ad tentandum	185
Q. 102		TIT. II. *De merito diaboli.*	
M. 1	172	c. 1. Utrum diabolus possit in suo statu demereri	186
M. 2	173	c. 2. Utrum diabolus continue peccet et demereatur usque ad iudicium.	188
		c. 3. Utrum diabolus omni motu suo peccet.	
M. 3	174	a. 1. Utrum diabolus generaliter omni motu suo peccet	189
		a. 2. De quibusdam motibus diaboli in speciali.	
a. 1	175	probl. 1. Utrum diabolus peccet credendo.	190
a. 2	176	probl. 2. Utrum daemones velint Deum non esse	191
a. 3	177	probl. 3. An placeat diabolo peccare.	192
a. 4	178	probl. 4. Utrum diabolus spem habeat	193
a. 5	179	probl. 5. Utrum diabolus habeat motum timoris	194
a. 6	180	probl. 6. Utrum angeli mali superbient in die iudicii contra Dominum	194
a. 7	181	probl. 7. Utrum daemones velint se non esse	195
a. 8	182	probl. 8. Utrum passiones sint in daemonibus	195
a. 9	183	probl. 9. Utrum daemones tantum puniantur modo quantum post diem iudicii	196
Q. 103		**Q. II. De tentatione primorum parentum.**	
M. 1	184	c. 1. Utrum primum peccatum diaboli fuerit quo tentavit primos parentes	197
M. 2	185	c. 2. Utrum tentatio primorum parentum fuerit una sola vel plures	198

Colon. 1662	Num. n. ed.		PAG.
M. 3	186	c. 3. Si fuerunt plures tentationes, quae illarum fuit prima	198
M. 4	187	c. 4. Utrum tentatio facta fuerit mediante aliquo sensibili vel non.	199
M. 5	188	c. 5. Quare tentatio facta fuerit mediante serpente	199
M. 6	189	c. 6. A quo fuerit formatus et expressus sonus emissus per serpentem.	201
M. 7	190	c. 7. Quare diabolus primo tentaverit mulierem et per mulierem virum.	201
M. 8	191	c. 8. Utrum consimili modo compleatur in nobis tentatio diaboli	202
M. 9	192	c. 9. Quare permisit Deus huiusmodi tentationem fieri	203

TRACTATUS TERTIUS

DE PECCATO HOMINIS.

Q. 104 — **Q. I. De peccato primorum parentum.**

TIT. I. *De peccato primorum parentum in se.*

M. 1	193	c. 1. Quod fuerit genus peccati primorum parentum	205
M. 2	194	c. 2. De causa peccati primorum parentum	206
M. 3	195	c. 3. De quantitate huius peccati in comparatione ad alia peccata.	207
M. 4		c. 4. De comparatione peccati Adae ad peccatum Evae.	
	196	a. 1. Utrum peccatum Adae et Evae fuerit eiusdem generis	208
	197	a. 2. Utrum peccatum Adae et Evae fuerit aequale vel quodnam illorum maius	209
M. 5	198	c. 5. Utrum peccatum primorum parentum fuerit remediabile.	210
M. 6	199	c. 6. Utrum Adam potuit peccare venialiter primo	211
M. 7		c. 7. De gradibus illius peccati.	
	200	a. 1. Utrum esset minus peccatum consentire suasioni quam pomum vetitum comedere	213
	201	a. 2. Utrum fuerit prohibitum tangere pomum	213
	202	a. 3. Utrum prohibitio facta Adae se extenderet ad mulierem	214
M. 8	203	c. 8. De tempore peccati primorum parentum.	214

Q. 105 — TIT. II. *De effectu peccati primorum parentum.*

		M. I. De poenis generalibus peccati primorum parentum.	
M. 1	204	c. 1. De corruptione naturae.	215
M. 2		c. 2. De poena mortis.	
		a. 1. Utrum mors sit poena pro peccato inflicta.	
a. 1	205	probl. 1. Utrum mors sit bonum aut malum	217
§ 1	206	probl. 2. Utrum mors sit malum poenae pro peccato an non	217
a. 2	207	a. 2. Utrum mors sit poena pro peccato primae inobedientiae	219
a. 3	208	a. 3. Qualiter poena mortis proportionetur illi culpae.	220
a. 4	209	a. 4. De qua morte intelligatur illa poena mortis	220
a. 5	210	a. 5. Utrum mors sit a Deo.	221
a. 6	211	a. 6. Utrum mors sit poena primorum parentum tantum	222
a. 7	212	a. 7. Utrum mors sit tantum malorum aut etiam bonorum.	223
a. 8	213	a. 8. Quando mors debeat dici poena	223
a. 9	214	a. 9. Qualiter poena peccati conversa est in usum iustitiae et poena vitii in usum virtutis	224
M. 3		M. II. De poenis specialibus peccati primorum parentum.	
		c. 1. De poenis peccati ex parte mulieris.	
	215	a. 1. Utrum multiplicatio aerumnarum in partu sit poena peccati	225
	216	a. 2. Utrum dominatio viri in mulierem sit poena peccati	225
		c. 2. De poenis peccati ex parte viri.	
	217	a. 1. De poenis in vita.	227
	218	a. 2. De poena incinerationis post mortem	228
	219	a. 3. De expulsione ex paradiso et prohibitione reditus ad illum	229

Colon. 1622	Num. n. ed.		PAG.
Q. 106		**Q. II. De peccato originali.**	
M. 1	220	M. I. An sit originale peccatum	230
M. 2		M. II. Quid sit originale peccatum.	
a. 1	221	c. 1. Utrum originale peccatum sit culpa aut poena aut utrumque aut neutrum	235
a. 2	222	c. 2. Utrum originale peccatum debeat dici voluntarium.	237
a. 3		c. 3. De variis definitionibus peccati originalis.	
	223	a. 1. Utrum definitio peccati secundum Augustinum conveniat originali	239
	224	a. 2. Secundum quam corruptionem dicatur originale peccatum.	239
a. 4	225	a. 3. Utrum originale secundum idem sit culpa et poena	240
M. 3		M. III. De causa originalis peccati.	
a. 1	226	c. 1. Utrum originale contrahatur solum per peccatum primi parentis	241
a. 2	227	c. 2. Utrum originale contrahatur per peccatum solius Adae	242
a. 3	228	c. 3. Propter quam causam in peccato Adae traductum sit originale peccatum.	243
M. 4		M. IV. Qualiter traducatur originale peccatum.	
	229	c. 1. Utrum originale traducatur secundum solam carnem	245
	230	c. 2. Utrum originale traducatur tantum per carnem ex propagatione provenientem	247
		M. V. In quo sit originale peccatum.	
M. 5	231	c. 1. Utrum originale fuerit in primis parentibus	248
	232	c. 2. Utrum Eva contraxerit originale ex Adam	248
		M. VI. De deletione originalis peccati.	
M. 6	233	c. 1. Qualiter originale transeat reatu et remaneat actu	249
	234	c. 2. Utrum originale omnino deleatur in Baptismo.	250
M. 7		M. VII. De concupiscentia quae est sequela originalis peccati.	
a. 1	235	c. 1. Quid sit concupiscentia	251
a. 2	236	c. 2. Quare et secundum quam rationem concupiscentia dicatur fomes	252
a. 3		c. 3. In quo sit concupiscentia.	
§ 1	237	a. 1. Utrum concupiscentia sit in anima vel in carne.	253
§ 2	238	a. 2. Utrum per concupiscentiam quaelibet vis animae sit corrupta	253
§ 3	239	a. 3. Utrum generativa plus sit infecta quam aliae vires	254
§ 4	240	a. 4. Utrum generatio vel coitus in coniugio possit fieri sine peccato	255
a. 4	241	c. 4. A quo sit concupiscentia prout est fomes	255
a. 5	242	c. 5. Cuius causa sit concupiscentia.	256
a. 6	243	c. 6. Utrum concupiscentia sit aequaliter in quibus est	257
a. 7		c. 7. De cessatione concupiscentiae seu fomitis.	
§ 1	244	a. 1. Utrum fomes extinguatur	258
§ 2	245	a. 2. Quid sit fomitem extingui	260
§ 3	246	a. 3. In quo fomes extinguatur	260
§ 4	247	a. 4. Qualiter extinguatur fomes	261
a. 8	248	c. 8. De comparatione concupiscentiae ad stimulum carnis	262
M. 8	249	M. VIII. De unitate vel multitudine originalis peccati	262
M. 9		M. IX. De quantitate originalis peccati.	
a. 1	250	c. 1. Utrum originale in eodem sit aliquando maius, aliquando minus	264
a. 2	251	c. 2. Utrum originale sit maius in una persona quam in alia.	265
a. 3	252	c. 3. Utrum originale intendatur magis vel minus secundum diversas mundi aetates	265
M. 10		M. X. De poena originalis peccati.	
§ 1	253	c. 1. Utrum carentia visionis Dei sit poena propria originalis peccati	266
§ 2	254	c. 2. Utrum peccandi necessitas sit poena originalis peccati	267
		c. 3. De pollutione nocturna.	
§ 3-4	255	a. 1. Utrum nocturna pollutio sit poena tantum vel etiam culpa	268
§ 5	256	a. 2. Utrum pollutio posset dici naturalis secundum naturam primitus institutam	270
§ 6	257	a. 3. Utrum generativa sit infirmior et excusabilior aliis viribus	271
§ 7	258	a. 4. Utrum pollutio reddat indignum ad Sacramentum Altaris	272

Colon. 1622	Num. n. ed.		PAG.
Q. 107		**Q. III. De peccato actuali.**	
M. 1	259	c. 1. De definitionibus peccati actualis	274
		c. 2. Explanatio singularum definitionum peccati actualis.	
	260	a. 1. De prima definitione	275
	261	a. 2. De secunda definitione.	275
	262	a. 3. De tertia definitione	276
	263	a. 4. De quarta definitione	277
	264	a. 5. De quinta definitione	277
	265	a. 6. De sexta definitione	278
	266	a. 7. De septima definitione	279
	267	a. 8. De octava definitione	280
M. 2	268	c. 3. De divisionibus peccati actualis in genere	281

INQUISITIO TERTIA

De speciebus peccati actualis.

TRACTATUS PRIMUS

DE PECCATO VENIALI ET MORTALI.

SECTIO I.

DE PECCATO VENIALI.

Q. 108		**Q. I. De peccato veniali in genere.**	
M. 1		c. 1. Quid sit peccatum veniale.	
a. 1	269	a. 1. Utrum peccatum veniale sit macula	284
a. 2	270	a. 2. Utrum peccatum veniale sit malum voluntarium.	285
a. 3	271	a. 3. Quare dicatur veniale	285
M. 2	272	c. 2. De differentia et convenientia venialis ad mortale	286
M. 3	273	c. 3. Utrum veniale possit fieri mortale	287
M. 4	274	c. 4. De proportione venialis ad mortale	288
M. 5	275	c. 5. De radice venialis peccati	289
M. 6	276	c. 6. In quo sit veniale peccatum tamquam in subiecto	289
M. 7	277	c. 7. Utrum aliquis possit esse sine veniali peccato vel non	290
M. 8		c. 8. Cui opponatur veniale peccatum.	
§ 1	278	a. 1. Utrum veniale opponatur gratiae et speciatim gratiae baptismali	291
§ 2	279	a. 2. Utrum veniale opponatur gratiae iustificanti	293
§ 3	280	a. 3. Utrum veniale opponatur caritati simpliciter	293
	281	a. 4. Utrum veniale opponatur caritati perfectae	294
§ 4	282	a. 5. Utrum eadem gratia secundum idem sit deletiva peccati venialis et mortalis.	296
§ 5	283	a. 6. Utrum requiratur maior gratia ad tollendum mortale quam veniale	297
§ 6	284	a. 7. De compossibilitate motus venialis et motus caritatis.	297
M. 9	285	c. 9. Utrum veniali debeatur tantum poena temporalis an etiam aeterna	299
M. 10	286	c. 10. Utrum aliqua venialia remaneant post mortem in iustis ratione culpae.	300
		Q. II. De peccato veniali in speciali.	
Q. 109		M. I. De primo motu.	
M. 1	287	c. 1. Quid sit primus motus	301
M. 2	288	c. 2. Utrum primus motus sit peccatum	302
M. 3	289	c. 3. Utrum primus motus sit in omni vi motiva animae	303
M. 4	290	c. 4. A quo primus motus habeat quod sit peccatum	304
M. 5	291	c. 5. Utrum sit necessitas ad primos motus	305
M. 6	292	c. 6. Utrum primi motus cadant sub prohibitione	305
M. 7	293	c. 7. Utrum ratio peccet si non reprimat primos motus	306

Colon. 1622	Num. n. ed.		PAG.
M. 8	294	c. 8. Quid sit oppositum primi motus	307
M. 9	295	c. 9. An primi motus sint aequales in eadem persona vel in diversis	307
M. 10	296	c. 10. Utrum poena infligatur a Deo pro primis motibus	308
M. 11		M. II. De delectatione non morosa.	
	297	c. 1. An delectatio non morosa sit peccatum	308
	298	c. 2. An et quando delectatio inordinata sit peccatum veniale vel mortale	309
Q. 110		M. III. De otio.	
M. 1	299	c. 1. Utrum otium sit peccatum	310
M. 2	300	c. 2. Utrum otium sit mortale vel veniale	310
M. 3	301	c. 3. Utrum otium respiciat praeceptum vel prohibitionem	311
M. 4	302	c. 4. Utrum aequaliter sit culpabile otium in sermone et in opere.	312
M. 5		c. 5. Cui opponatur otium.	
	303	a. 1. Utrum otium opponatur caritati	312
	304	a. 2. Utrum otium opponatur fortitudini	313
M. 6	305	c. 6. Utrum religiosi teneantur ad opus manuale	313
		SECTIO II.	
Q. 111		DE PECCATO MORTALI IN GENERE	
M. 1	306	c. 1. Quare dicatur mortale	315
M. 2	307	c. 2. De differentia vel convenientia peccati mortalis ad criminale.	316
M. 3	308	c. 3. Utrum inter veniale et mortale sit aliqua proportio	317
M. 4	309	c. 4. Utrum mortale recipiat magis et minus	317
M. 5	310	c. 5. De effectu mortalis peccati secundum diversum statum personae	318
M. 6	311	c. 6. Utrum diuturnitas peccati inducat mortale	318
M. 7	312	c. 7. De poena mortalis peccati	319
		TRACTATUS SECUNDUS	
		DE DELICTO ET COMMISSO.	
		SECTIO I.	
		DE DELICTO.	
Q. 112		**Q. I. De delicto in genere.**	
M. 1	313	c. 1. Quare dicatur delictum	320
M. 2	314	c. 2. Utrum delictum opponatur commisso	321
M. 3	315	c. 3. Utrum maius peccatum sit delictum quam commissum	322
M. 4	316	c. 4. Utrum delictum sit simul cum commisso	322
M. 5	317	c. 5. Utrum omne delictum et commissum reducatur ad unum commune	323
		Q. II. De delicto in specie.	
Q. 113		TIT. I. *De ignorantia.*	
M. 1	318	c. 1. Utrum ignorantia sit peccatum.	324
M. 2	319	c. 2. Utrum ignorantia sit poena peccati	325
M. 3	320	c. 3. Quae sit differentia ignorantiae et erroris	326
M. 4	321	c. 4. Utrum ignorantia concomitetur quodcumque peccatum	326
M. 5	322	c. 5. Utrum ignorantia sit peccatum originale vel actuale vel medium	327
M. 6	323	c. 6. Utrum peccatum ignorantiae sit gravissimum	328
M. 7	324	c. 7. Utrum ignorantia excuset a peccato.	328
M. 8	325	c. 8. Quae ignorantia magis excuset et quae minus	330
M. 9	326	c. 9. De comparatione ignorantiae ad alias causas excusationis	332
Q. 114		TIT. II. *De omissione.*	
M. 1	327	c. 1. Utrum omissio sit peccatum	333
M. 2	328	c. 2. Utrum omissio sit peccatum actuale.	335
M. 3	329	c. 3. Utrum omissio sit peccatum separatum a transgressione	335

Colon. 1622	Num. n. ed.		PAG.
M. 4	330	c. 4. Utrum omissio multiplicetur per species peccati	336
M. 5	331	c. 5. Utrum aliquis teneatur ad impossibile	336
M. 6	332	c. 6. De comparatione omissionis ad commissionem quantum ad quantitatem peccati	338
M. 7	333	c. 7. Quo tempore dicatur perpetrari omissio	339
M. 8	334	c. 8. De ordine omissionis ad commissionem	340
M. 9	335	c. 9. Utrum, quantumcumque sit homo perfectus, semper omittat	340
M. 10	336	c. 10. De poena quae debetur in futuro pro peccato omissionis	341
Q. 115		TIT. III. *De negligentia.*	
M. 1	337	c. 1. Utrum negligentia sit peccatum.	342
M. 2	338	c. 2. Utrum negligentia sit semper veniale vel semper mortale	343
M. 3	339	c. 3. De differentia negligentiae ad alia peccata	345
M. 4	340	c. 4. Utrum negligentia sit de capitalibus peccatis	346
M. 5	341	c. 5. De radice et causa negligentiae	347
M. 6	342	c. 6. Circa quos actus sive opera dicatur esse negligentia	349
M. 7	343	c. 7. Utrum negligentia aequaliter sit circa omnes circumstantias actuum	350
M. 8	344	c. 8. Utrum peccator semper peccet peccato negligentiae dum est in peccato suo	351
M. 9	345	c. 9. De opposito negligentiae	353
		SECTIO II.	
Q. 116		DE COMMISSO.	
M. 1	346	c. 1. Utrum una sit transgressio voluntatis et operis an plures	354
M. 2	347	c. 2. Utrum propter diversarum legum transgressiones debeat dici unum peccatum vel plura	354
M. 3	348	c. 3. Utrum commissum sit transgressio legis tantum	355
M. 4	349	c. 4. Utrum commissum sit divisibile in species formales quemadmodum delictum.	355
		TRACTATUS TERTIUS	
		DE PECCATIS CORDIS, ORIS ET OPERIS.	
		SECTIO I.	
		DE PECCATIS CORDIS.	
Q. 117		**Q. I. De peccato cordis per cogitationem.**	
M. 1	350	c. 1. Utrum peccatum sit in cogitatione	357
M. 2	351	c. 2. Utrum cogitationis peccatum sit mortale an tantum veniale	358
M. 3	352	c. 3. De comparatione peccati cogitationis ad alia, quae sunt oris et operis	359
M. 4	353	c. 4. Utrum peccetur in sensibus ex quibus procedunt cogitationes intellectus.	359
M. 5	354	c. 5. De differentia peccati cogitationis respectu rerum praeteritarum, praesentium et futurarum	360
		Q. II. De peccato cordis per iudicium.	
		TIT. I. *De pravo iudicio interiori.*	
Q. 118		DIST. I. *De iudicio suspicioso.*	
M. 1	355	c. 1. Quid sit suspicio et utrum iudicium idem sit quod suspicio	362
M. 2	356	c. 2. Utrum suspicio sit malum vel bonum	362
M. 3	357	c. 3. Utrum suspicio sit malum culpae vel poenae	362
M. 4	358	c. 4. Utrum iudicium suspicionis sit mortale vel veniale.	363
M. 5	359	c. 5. Si suspicio est malum poenae, utrum sit ex originali peccato	363
M. 6	360	c. 6. Utrum suspicio sit hominis secundum statum innocentiae vel angeli vel tantum hominis secundum statum naturae corruptae	364

Colon. 1622	Num. n. ed.		PAG.
M. 7	361	c. 7. Ex qua suspicione potest dici iudicium rectum et ex qua non . .	364
M. 8	362	c. 8. De quibus potest esse iudicium suspicionis et de quibus non . .	365
Q. 119		DIST. II. *De iudicio usurpato.*	
M. 1		M. I. De usurpatione iudicii divini.	
a. 1	363	c. 1. Utrum solius Dei sit iudicare de occultis	366
a. 2	364	c. 2. Utrum homo possit iudicare de occultis cordis sui.	367
a. 3	365	c. 3. Utrum de omnibus manifestis possit fieri omnino iudicium . . .	368
a. 4	366	c. 4. In quam partem sint interpretanda dubia	369
M. 2		M. II. De usurpatione iudicii humani.	
		c. 1. De usurpatione iudicii ab illo qui non habet iurisdictionem.	
a. 1	367	a. 1. Utrum Moyses peccaverit occidendo Aegyptium.	370
a. 2	368	a. 2. Utrum Phinees peccaverit interficiendo Israelitem coeuntem cum Madianitide.	371
§ 2	369	a. 3. Utrum Daniel legitime iudicaverit duos senes	372
M. 3		c. 2. De iudicio usurpato ab eo qui habet potestatem disparatam.	
a. 1	370	a. 1. Utrum peccet potestas ecclesiastica si usurpet ea quae sunt potestatis saecularis	373
a. 2	371	a. 2. Utrum sit usurpatio iudicii quantum ad scientiam vel bonitatem sicut quoad potestatem	374
a. 3	372	a. 3. Secundum quos modos et quot fiat usurpatio iudicii. . . .	375
M. 4		c. 3. De iudicio usurpato prout est inter ecclesiasticas personas.	
a. 1	373	a. 1. De iudicio usurpato in foro poenitentiae	375
a. 2	374	a. 2. De iudicio usurpato in foro exterioris causae	376
Q. 120		TIT. II. *De personarum acceptione.*	
M. 1	375	M. I. Quid sit personarum acceptio	377
M. 2		M. II. De triplici differentia acceptionis personarum.	
		c. 1. De acceptione personarum in promotione ad dignitates.	
a. 1	376	a. 1. Utrum promovere propter consanguinitatem sit acceptio personae .	378
a. 2	377	a. 2. Utrum sit acceptio personae in praeferendo nobilem	380
a. 3	378	a. 3. Utrum sit acceptio personae si scienter praeferatur minus bonus magis bono	380
a. 4	379	c. 2. De acceptione personarum in executione iudicii	381
		c. 3. De acceptione personarum cum exhibitione honoris.	
a. 5	380	a. 1. Utrum sit acceptio personae si praelatus malus honoretur. . .	381
a. 6	381	a. 2. Utrum sit acceptio personae si praelatus malus propter potentiam honoretur	382
a. 7	382	a. 3. Utrum divites honorandi sint propter divitias	382
M. 3	383	M. III. Qua de causa dicatur acceptio personarum	383
M. 4	384	M. IV. Quare ita specialiter removeatur personarum acceptio a Deo in Sacra Scriptura	383
Q. 121		**Q. III. De peccato cordis per consensum.**	
M. 1		c. 1. Quid sit consensus et quae eius differentiae.	
	385	a. 1. Utrum consensus sit rationis vel voluntatis	385
	386	a. 2. Utrum consensus sit superioris partis rationis aut inferioris aut utriusque	385
M. 2	387	c. 2. Utrum secundum consensum rationis tum inferioris, tum superioris, sit mortale peccatum an veniale aliquando	386
M. 3		c. 3. De iis quae fiunt contra conscientiam rectam.	
a. 1	388	a. 1. Utrum conscientia liget	387
a. 2	389	a. 2. Utrum conscientia magis liget quam praeceptum praelati . . .	389
a. 3	390	a. 3. Circa quae liget vel non liget conscientia	390
a. 4	391	a. 4. Utrum meritum sit in agendo secundum conscientiam . . .	390
a. 5	392	a. 5. Utrum in omni peccato sit fieri contra conscientiam	391

Colon. 1622	Num. n. ed.		PAG.
M. 4		c. 4. De perplexitate conscientiae.	
a. 1	393	a. 1. Utrum sit perplexitas conscientiae	392
		a. 2. Casus de perplexitate conscientiae.	
a. 2	394	probl. 1. Casus perplexitatis circa operationes spirituales	393
a. 3	395	probl. 2. Casus perplexitatis in operationibus corporalibus	395
		SECTIO II.	
		DE PECCATIS ORIS.	
Q. 122		**Q. I. De peccato taciturnitatis.**	
M. 1	396	c. 1. Utrum peccatum sit tacere	397
M. 2	397	c. 2. Utrum tacere sit semper mortale vel aliquando mortale, aliquando veniale	398
M. 3	398	c. 3. De comparatione peccati taciturnitatis ad peccatum locutionis	400
Q. 123		**Q. II. De mendacio.**	
M. 1	399	c. 1. Quid sit mendacium	402
M. 2	400	c. 2. Utrum mendacium ex aliqua circumstantia possit fieri bonum	402
M. 3	401	c. 3. Utrum omne mendacium sit peccatum et e converso	403
M. 4	402	c. 4. Utrum omne mendacium sit peccatum mortale	404
M. 5	403	c. 5. Utrum perfectis liceat mentiri	406
M. 6		c. 6. De mendaciis secundum differentias personarum Veteris Testamenti.	
	404	a. 1. De mendacio Abrahae	408
	405	a. 2. De mendacio Ioseph	409
	406	a. 3. De mendacio obstetricum	409
	407	a. 4. Utrum mendacium minoris sit culpae in Veteri quam in Novo Testamento	410
	408	a. 5. Utrum facta illorum, qui in Veteri Testamento mendacio officioso usi sunt, sint imitanda	411
M. 7		c. 7. De speciebus mendacii.	
	409	a. 1. De mendacio officioso	411
	410	a. 2. Utrum aliquis pro castitate propria salvanda possit mentiri sine peccato	412
	411	a. 3. De illo mendacio quod fit sola mentiendi fallendique libidine	412
	412	a. 4. Ad quod mendacium reducatur mendacium circa mores	414
	413	a. 5. Ad quod mendacium reducatur mendacium de religione ex infirmitate vel ignorantia	414
	414	a. 6. Casus de mendacio	415
	415	a. 7. De numero istorum mendaciorum	415
	416	a. 8. De ordine istorum mendaciorum	416
M. 8	417	c. 8. Utrum mendacium facilius sit ad dicendum quam verum	417
Q. 124		**Q. III. De contentione.**	
M. 1	418	c. 1. Quid sit contentio	419
M. 2	419	c. 2. Utrum contentio semper sit peccatum et quale	419
M. 3-4	420	c. 3. Utrum sit contendendum cum haereticis	421
M. 5	421	c. 4. Utrum possit aliquis sine peccato contendere cum alio in iudicio.	422
Q. 125		**Q. IV. De scurrilitate.**	
M. 1	422	c. 1. Utrum scurrilitas sit semper peccatum	423
M. 2	423	c. 2. Utrum scurrilitas sit veniale peccatum tantum an mortale	424
M. 3	424	c. 3. Utrum scurrilitas in praelato semper sit mortale peccatum	425
M. 4	425	c. 4. De comparatione turpitudinis in sermone ad turpitudinem in opere	426
M. 5	426	c. 5. Utrum idem sint scurrilitas et stultiloquium	427
Q. 126		**Q. V. De multiloquio.**	
M. 1	427	c. 1. Utrum semper in multiloquio sit peccatum	428
M. 2	428	c. 2. Utrum multiloquium sit tantum veniale an etiam mortale	428

Colon. 1622	Num. n. ed.		PAG.
M. 3		c. 3. De comparatione multiloquii ad alia peccata locutionis.	
	429	a. 1. Comparatio multiloquii ad stultitiam	429
	430	a. 2. De comparatione multiloquii ad vaniloquium	430
M. 4	431	c. 4. De effectu multiloquii	430
M. 5	432	c. 5. De difficultate cavendi multiloquium	431
Q. 127		**Q. VI. De iactantia.**	
M. 1	433	c. 1. Utrum iactantia sit veniale peccatum an mortale	432
M. 2	434	c. 2. Sub quo capitali peccato contineatur iactantia.	432
M. 3	435	c. 3. Utrum perfectorum tantum sit vitare iactantiam	433
M. 4	436	c. 4. De comparatione peccati iactantiae ad peccatum cupiditatis et mendacii.	434
Q. 128		**Q. VII. De adulatione.**	
M. 1		c. 1. Quid sit adulatio et quae differentiae eius	
	437	a. 1. Quid sit adulatio	435
	438	a. 2. De differentiis adulationis	436
M. 2	439	c. 2. Utrum adulatio sit peccatum veniale vel semper mortale	436
M. 3	440	c. 3. De gravitate peccati adulationis	437
M. 4	441	c. 4. Utrum adulatio sit maius peccatum quam homicidium	438
M. 5	442	c. 5. Utrum adulator teneatur resignare beneficium quod impetravit per adulationem	438
M. 6	443	c. 6. Utrum plus noceat sibi adulator quam alii vel e converso	439
M. 7	444	c. 7. De sequela adulationis	439
M. 8	445	c. 8. De remedio adulationis	440
Q. 129		**Q. VIII. De contumelia.**	
M. 1		c. 1. Quid sit contumelia et utrum sit idem quod convitium.	
	446	a. 1. Quid sit contumelia	441
	447	a. 2. Utrum contumelia sit idem quod convitium.	442
M. 2	448	c. 2. Utrum contumelia sit semper mortale aut aliquando veniale	442
M. 3	449	c. 3. Utrum sustinenda sit contumelia	443
M. 4	450	c. 4. Utrum melius fiat vindicta silendo quam convitianti respondendo.	444
M. 5	451	c. 5. Ad quod capitale peccatum reducatur contumelia	445
M. 6	452	c. 6. De magnitudine peccati contumeliae et de comparatione eius ad adulationem et detractionem	445
Q. 130		**Q. IX. De detractione.**	
M. 1		c. 1. Quid sit detractio et quot sint eius differentiae.	
	453	a. 1. Quid sit detractio.	447
	454	a. 2. Quae sit differentia istarum rationum	448
M. 2	455	c. 2. An possit aliquis revelare malum alterius occulte sine peccato	448
M. 3	456	c. 3. Utrum detractio sit tantum mortale peccatum	449
M. 4	457	c. 4. Quod detractio sit generale peccatum	450
M. 5	458	c. 5. Utrum peccet audiens detractionem	451
M. 6	459	c. 6. Utrum detractor teneatur ad restitutionem	452
M. 7	460	c. 7. De comparatione huius peccati ad alia peccata	452
M. 8	461	c. 8. De effectu peccati detractionis	453
M. 9	462	c. 9. De remedio peccati detractionis	454
M. 10	463	c. 10. Utrum tollenda sit occasio detractionis	455
M. 11	464	c. 11. De poena peccati detractionis.	456
Q. 131		**Q. X. De maledictione.**	
M. 1	465	c. 1. Utrum maledicere sit semper malum	457
M. 2	466	c. 2. Utrum maledictio sit tantum mortale peccatum	458
M. 3	467	c. 3. Utrum sit maledicendum creaturae irrationali	459
M. 4	468	c. 4. Utrum sit maledicendum creaturae rationali	459
M. 5	469	c. 5. Utrum tantum Dei sit maledicere	460

Colon. 1622	Num. n. ed.		PAG.
M. 6	470	c. 6. Ex qua causa ferenda sit maledictio super humanam creaturam . .	461
M. 7	471	c. 7. De comparatione peccati maledictionis ad alia peccata	462
M. 8	472	c. 8. Utrum aeque conveniant maledictiones in Novo Testamento sicut in Veteri.	463
Q. 132		**Q. XI. De blasphemia.**	
M. 1	473	c. 1. Quid sit blasphemare	464
M. 2	474	c. 2. De tribus differentiis blasphemiae	464
M. 3	475	c. 3. Utrum blasphemia sit semper mortale peccatum	465
M. 4	476	c. 4. Utrum hominis sit tantum in praesenti blasphemare an etiam in futuro.	466
M. 5		c. 5. De comparatione peccati blasphemiae ad quaedam alia peccata.	
	477	a. 1. Utrum blasphemia sit maius peccatum aliis peccatis	467
	478	a. 2. Utrum blasphemia sit maius peccatum homicidio	467
	479	a. 3. Utrum blasphemare sit maius peccatum quam peierare . . .	468
M. 6	480	c. 6. Utrum blasphemia sit tantum in dictis an etiam in factis . . .	468
M. 7	481	c. 7. Utrum blasphemia sit peccatum irremissibile	469
		SECTIO III. DE PECCATO OPERIS.	
Q. 133		**Q. I. De risu et ioculatione.**	
M. 1	482	c. 1. Utrum ridere et ludere sive ioculari sit peccatum	470
M. 2	483	c. 2. Utrum ludus, risus et ioculatio sint aliquando peccata mortalia . .	471
M. 3	484	c. 3. Utrum inspectores ludorum aut ioculationum peccent aliquando veniaaliter, aliquando mortaliter	472
M. 4	485	c. 4. Utrum peccent ministrantes necessaria talibus.	473
Q. 134		**Q. II. De derisione.**	
M. 1	486	c. 1. Utrum subsannatio idem sit quod derisio	473
M. 2	487	c. 2. Utrum derisio sit peccatum mortale vel non	474
M. 3	488	c. 3. Quid est in illo genere maius peccatum	474
M. 4	489	c. 4. Utrum sustinens derisionem mereatur	475
M. 5	490	c. 5. De damno quod accidit ex derisione	475
Q. 135		**Q. III. De ornatu corporis.**	
M. 1	491	c. 1. Utrum peccatum sit in pretiositate vestium	476
M. 2	492	c. 2. Utrum peccatum sit viris habere vestimenta muliebria	477
M. 3	493	c. 3. Utrum ornatus, licitus mulieribus coniugatis, sit illicitus virginibus .	478
M. 4	494	c. 4. Utrum clerici et viri religiosi peccent habendo vestes delicatas . .	479
M. 5	495	c. 5. Utrum peccent artifices qui ornamenta ad lasciviam pertinentia componunt	480
		TRACTATUS QUARTUS DE SEPTEM CAPITALIBUS PECCATIS.	
		SECTIO I.	
Q. 136		DE RATIONE DIVISIONIS CAPITALIUM PECCATORUM.	
M. 1	496	c. 1. Utrum plura debeant dici capita an unum solum	481
M. 2	497	c. 2. Utrum sint pauciora vitia capitalia quam septem vel plura vel praecise septem	482
M. 3	498	c. 3. Secundum quam causam attendatur septimembris divisio . . .	484
		SECTIO II. DE SINGULIS CAPITALIBUS ET DE FILIABUS EORUM.	
		Q. I. De singulis capitalibus.	
		TIT. I. *De superbia et inani gloria.*	
Q. 137		DIST. I. *De superbia.*	
M. 1	499	c. 1. Quid sit superbia et utrum sit peccatum.	490
M. 2	500	c. 2. Utrum omne peccatum sit superbia.	491

Colon. 1622	Num. n. ed.		PAG.
M. 3	501	c. 3. Quid sit motivum in peccato superbiae	492
M. 4	502	c. 4. Secundum quam vim attendatur peccatum superbiae	494
M. 5	503	c. 5. Utrum superbia sit maximum peccatum	494
M. 6	504	c. 6. De inseparabilitate superbiae ad alia peccata	497
M. 7	505	c. 7. De difficultate cavendi peccatum superbiae	498
M. 8	506	c. 8. De effectu superbiae.	499
M. 9	507	c. 9. De prioritate peccati superbiae.	499
M. 10		c. 10. De speciebus peccati superbiae.	
a. 1	508	a. 1. Utrum pauciores species superbiae sufficiant	500
a. 2	509	a. 2. Utrum debeant poni plures species superbiae quam istae quatuor	502
a. 3	510	a. 3. De comparatione istarum specierum secundum quantitatem peccati	503
a. 4		a. 4. De comparatione aliarum divisionum superbiae.	
	511	probl. 1. De divisione superbiae quam ponit Anselmus	504
	512	probl. 2. De divisione superbiae quam ponit Bernardus	505
M. 11		c. 11. De oppositione superbiae.	
	513	a. 1. Cui opponatur superbia	506
	514	a. 2. Utrum superbia nascatur ex suo opposito	507
	515	a. 3. Utrum superbia magis opponat se Deo quam aliud peccatum	508
M. 12	516	c. 12. De gradibus superbiae	508
M. 13	517	c. 13. De differentia appetitus primatus in temporalibus et in spiritualibus	510
Q. 138		DIST. II. *De inani gloria.*	
M. 1	518	c. 1. Utrum appetitus gloriae sit peccatum	511
M. 2	519	c. 2. Utrum inanis gloria sit semper peccatum mortale	512
M. 3		c. 3. Quid sit motivum in hoc peccato.	
	520	a. 1. Utrum velle laudari sit motivum in isto peccato	513
	521	a. 2. Quare appetitus humanae laudis prae ceteris ponatur pro motivo in hoc peccato	515
M. 4	522	c. 4. De convenientia et differentia inanis gloriae ad superbiam	515
M. 5		c. 5. De comparatione inanis gloriae ad superbiam et infidelitatem.	
	523	a. 1. Utrum inanis gloria sit generale ad superbiam	516
	524	a. 2. Utrum omnis inaniter glorians sit infidelis	517
M. 6	525	c. 6. Utrum inanis gloria sit tantum in homine an etiam in diabolo	518
M. 7	526	c. 7. Utrum inanis gloria sit maius peccatum in religiosis quam in aliis	519
M. 8	527	c. 8. De comparatione inanis gloriae ad inanem gloriam secundum differentias materierum	520
M. 9	528	c. 9. De magnitudine peccati inanis gloriae	521
M. 10	529	c. 10. De speciebus inanis gloriae	521
M. 11	530	c. 11. De oppositione huius peccati	522
Q. 139		TIT. II. *De invidia.*	
M. 1	531	c. 1. Quid sit invidia	523
M. 2	532	c. 2. Utrum invidia sit peccatum	525
M. 3	533	c. 3. Utrum invidia sit peccatum mortale vel veniale	527
M. 4	534	c. 4. Utrum invidia sit capitale peccatum.	527
M. 5	535	c. 5. Utrum invidia sit spirituale peccatum vel carnale	528
M. 6		c. 6. De gravitate peccati invidiae.	
	536	a. 1. Utrum invidia sit gravissimum peccatum	529
§ 1	537	a. 2. Utrum invidia sit peccatum irremissibile	530
§ 2	538	a. 3. De comparatione invidiae hominis ad invidiam diaboli	531
§ 3	539	a. 4. Utrum invidia sit idem peccatum quod superbia	532
M. 7		c. 7. De subiecto invidiae.	
	540	a. 1. In qua vi animae sit invidia	533
§ 2	541	a. 2. Cuius sit invidere.	533
M. 8		c. 8. Respectu cuius sit invidia.	
	542	a. 1. Utrum sit invidia respectu paris vel superioris vel inferioris	534

Colon. 1622	Num. n. ed.		PAG.
§ 1	543	a. 2. Utrum aliquis possit invidere sibi ipsi	535
M. 9	544	c. 9. Cui opponitur invidia	535
M. 10	545	c. 10. De differentia invidiae ad aemulationem	536
M. 11	546	c. 11. Utrum invidia sit mater omnium peccatorum.	536
Q. 140		TIT. III. *De ira.*	
M. 1	547	c. 1. Quid sit ira	537
M. 2	548	c. 2. Utrum irasci sit malum secundum se	538
M. 3	549	c. 3. Utrum ira sit aliqua passionum quas ponit Augustinus et Tullius.	541
M. 4	550	c. 4. De motivo irae.	542
M. 5	551	c. 5. Utrum ira sit peccatum	544
M. 6	552	c. 6. Utrum ira sit capitale peccatum	545
M. 7	553	c. 7. De comparatione irae ad invidiam	545
M. 8	554	c. 8. Utrum omnis ira sit semper peccatum mortale	546
M. 9	555	c. 9. De quantitate peccati irae in se et in comparatione	547
M. 10	556	c. 10. Utrum ira sit causa omnium malorum	548
M. 11	557	c. 11. De opposito irae	548
M. 12	558	c. 12. De poena peccati irae	549
Q. 141		TIT. IV. *De acidia.*	
M. 1	559	c. 1. Unde trahitur hoc nomen acidia	551
M. 2	560	c. 2. Quid sit acidia secundum rem et definitionem	552
M. 3	561	c. 3. In quo genere sit acidia	554
M. 4	562	c. 4. De causa et radice acidiae	554
M. 5	563	c. 5. Utrum acidia sit capitale vitium	555
M. 6	564	c. 6. De opposito acidiae.	556
M. 7	565	c. 7. De comparatione acidiae ad invidiam	556
M. 8	566	c. 8. De magnitudine peccati acidiae	557
M. 9	567	c. 9. Quare acidia ponatur peccatum penes superfluitatem et non penes diminutionem	558
M. 10	568	c. 10. Contra quod praeceptum sit acidia	559
M. 11	569	c. 11. De effectu peccati acidiae	559
Q. 142		TIT. V. *De avaritia.*	
M. 1		c. 1. Quid sit avaritia.	
	570	a. 1. Quid sit avaritia secundum definitionem	560
	571	a. 2. Quid sit avaritia secundum nomen	561
M. 2		c. 2. De dilectione temporalium.	
	572	a. 1. Utrum diligere temporalia sit secundum se bonum an malum vel indifferens	562
	573	a. 2. Utrum aliquis possit diligere temporalia propter se	563
M. 3	574	c. 3. Quid inclinet appetitum nostrum ad illicitum amorem temporalium	563
M. 4	575	c. 4. Quare a sensu visu dicatur esse concupiscentia oculorum	564
M. 5	576	c. 5. Utrum avaritia sit capitale vitium	565
M. 6	577	c. 6. Utrum avaritia sit vitium spirituale an carnale	565
M. 7		c. 7. Utrum alia peccata, quae sunt circa amorem temporalium, sub avaritia contineantur.	
	578	a. 1. Utrum ambitio reducatur ad avaritiam	566
	579	a. 2. Utrum prodigalitas sit vitium	567
	580	a. 3. De aliis peccatis, de quibus loquitur Philosophus	567
M. 8	581	c. 8. De opposito avaritiae	568
M. 9		c. 9. De magnitudine peccati avaritiae.	
	582	a. 1. Utrum peccatum avaritiae sit tantum quantum peccatum idololatriae.	568
	583	a. 2. Utrum avarus peior sit daemoniaco	570

Colon. 1622	Num. n. ed.		PAG.
M. 10	584	c. 10. De quibusdam casibus circa avaritiam	571
M. 11	585	c. 11. De effectu peccati avaritiae	572
		TIT. VI. *De gula.*	
Q. 143		DIST. I. *De immoderato appetitu cibi.*	
M. 1	586	c. 1. Quid sit gula	573
M. 2	587	c. 2. Quid sit motivum in peccato gulae	574
M. 3	588	c. 3. Utrum primus motus nutritivae sit peccatum	574
M. 4	589	c. 4. Utrum gula sit peccatum capitale	576
M. 5	590	c. 5. Utrum contingat esse peccatum circa diminutionem cibi sicut circa superfluitatem	577
M. 6	591	c. 6. De circumstantiis gulae	578
M. 7	592	c. 7. De magnitudine peccati gulae	579
M. 8	593	c. 8. Utrum prudentia carnis sit peccatum	580
M. 9		c. 9. De opposito gulae.	
	594	a. 1. Cui virtuti opponatur gula	581
	595	a. 2. Cui praecepto opponatur gula	581
M. 10	596	c. 10. Ubi peccatum gulae prohibitum fuerit tempore legis naturae	582
M. 11	597	c. 11. Utrum quantitas et qualitas cibi sint in vitio aut solus appetitus	582
M. 12		DIST. II. *De immoderato appetitu potus seu de ebrietate.*	
a. 1	598	c. 1. Quid sit ebrietas	583
a. 2		c. 2. Utrum ebrietas sit peccatum mortale.	
	599	a. 1. Utrum omnis ebrietas sit peccatum mortale	584
	600	a. 2. Utrum ebrietas assidua sit peccatum mortale	585
a. 3	601	c. 3. Utrum peccet mortaliter omnis inebrians alium	585
a. 4	602	c. 4. Utrum eaedem sint circumstantiae ebrietatis et gulae	586
a. 5	603	c. 5. De magnitudine peccati ebrietatis	586
a. 6		c. 6. De aggravatione peccati ebrietatis secundum conditionem personarum.	
	604	a. 1. Utrum ebrietas sit maius peccatum in clericis quam in laicis	587
	605	a. 2. Utrum ebrietas sit maius peccatum in praelatis quam in subditis	587
	606	a. 3. Utrum sacerdoti evangelico liceat bibere vinum	587
	607	a. 4. Utrum religiosi teneantur abstinere a vino	588
a. 7	608	c. 7. De effectu peccati ebrietatis	590
a. 8	609	c. 8. De cognatione ebrietatis	590
a. 9	610	c. 9. De prohibitione ebrietatis.	591
a. 10	611	c. 10. De poena ebrietatis.	591
a. 11	612	c. 11. Utrum ebrietas fuerit ante diluvium	591
Q. 144		TIT. VII. *De luxuria.*	
M. 1	613	c. 1. Quid sit luxuria	592
M. 2		c. 2. Utrum coire sit malum secundum se et peccatum.	
	614	a. 1. Utrum coire sit malum ratione materiae aut ratione potentiae	593
	615	[a. 2. Utrum coire vel ipsa luxuria sit contra legem naturae]	594
§ 1	616	a. 3. Utrum coire cum pluribus sit peccatum vel contra legem naturae	595
§ 2	617	a. 4. Utrum coire cum sua sit peccatum	596
M. 3	618	c. 3. Utrum omnis luxuria sit peccatum mortale	598
M. 4	619	c. 4. Quare fornicatio dicatur esse peccatum in corpus	600
M. 5	620	c. 5. De conditionibus peccati luxuriae	601
M. 6	621	c. 6. De quantitate peccati luxuriae	602
M. 7	622	c. 7. De comparatione peccati luxuriae ad superbiam	603
M. 8	623	c. 8. De opposito luxuriae	603
M. 9		c. 9. De differentiis peccati luxuriae.	

Colon. 1622	Num. n. ed.		PAG.
	624	a. 1. De numero differentiarum luxuriae	604
	625	a. 2. De ratione numeri differentiarum luxuriae	605
	626	a. 3. De aliis differentiis luxuriae quas ponit Apostolus	605
M. 10		c. 10. De effectu peccati luxuriae.	
	627	a. 1. De amissione aureolae	606
	628	a. 2. De irregularitate	607
M. 11	629	c. 11. De poena luxuriae	608
Q. 145		**Q. II. De filiabus singulorum capitalium.**	
M. 1		c. 1. De filiabus inanis gloriae.	
	630	a. 1. De ratione numeri filiarum inanis gloriae	609
	631	a. 2. Dubitabilia circa rationem numeri filiarum inanis gloriae	609
M. 2		c. 2. De filiabus invidiae.	
	632	a. 1. De ratione numeri filiarum invidiae	610
	633	a. 2. Dubitabilia circa rationem numeri filiarum invidiae	610
M. 3		c. 3. De filiabus irae.	
	634	a. 1. De ratione numeri filiarum irae	611
	635	a. 2. Dubitabilia circa rationem numeri filiarum irae	612
M. 4		c. 4. De filiabus acidiae.	
	636	a. 1. De ratione numeri filiarum acidiae	612
	637	a. 2. Dubitabilia circa rationem numeri filiarum acidiae	613
M. 5		c. 5. De filiabus avaritiae.	
	638	a. 1. De ratione numeri filiarum avaritiae	614
	639	a. 2. Dubitabilia circa rationem numeri filiarum avaritiae	615
M. 6		c. 6. De filiabus gulae.	
	640	a. 1. De ratione numeri filiarum gulae.	616
	641	a. 2. Dubitabilia circa rationem numeri filiarum gulae	616
M. 7		c. 7. De filiabus luxuriae.	
	642	a. 1. De ratione numeri filiarum luxuriae	618
	643	a. 2. Dubitabilia circa rationem numeri filiarum luxuriae	618
		TRACTATUS QUINTUS	
		DE PECCATIS EX INFIRMITATE, IGNORANTIA ET INDUSTRIA.	
		SECTIO I.	
Q. 146		DE HAC TRIMEMBRI DIVISIONE IN GENERE.	
M. 1	644	c. I. Penes qud accipiatur haec divisio	620
M. 2	645	c. 2. Utrum idem peccatum contineatur sub diversis differentiis	622
M. 3	646	c. 3. De comparatione differentiarum inter se	623
		SECTIO II.	
		DE HAC TRIMEMBRI DIVISIONE IN SPECIE.	
		Q. I. De peccatis ex infirmitate.	
Q. 147		TIT. I. *De fornicatione.*	
M. 1	647	c. 1. Utrum omne peccatum carnis dicatur fornicatio	625
M. 2	648	c. 2. Utrum concubitus cum soluta sit mortale peccatum	625
M. 3	649	c. 3. Utrum fornicatio sit minus peccatum an maius aliis	627
Q. 148		TIT. II. *De adulterio.*	
M. 1	650	c. 1. Utrum adulterium tantum perpetretur cum aliena	628
M. 2	651	c. 2. Utrum, si peccatur cum sua mortaliter, debeat dici adulterium	629

Colon. 1622	Num. n. ed.		PAG.
M. 3	652	c. 3. De magnitudine peccati adulterii	629
M. 4	653	c. 4. De poena peccati adulterii	630
Q. 149		TIT. III. *De peccatis coniugum.*	
M. 1	654	c. 1. Quibus ex causis actus coniugalis sit peccatum	631
M. 2	655	c. 2. Quando actus coniugalis sit peccatum mortale et quando veniale	633
M. 3	656	c. 3. Utrum, si peccat una persona mortaliter, alia peccet reddendo quod petit.	636
M. 4	657	c. 4. Utrum in matrimonio post votum continentiae emissum peccet semper persona quae votum emisit, petendo vel reddendo debitum	638
Q. 150		TIT. IV. *De stupro.*	
M. 1	658	c. 1. Quid sit stuprum	638
M. 2	659	c. 2. Utrum stuprum sit adulterium	639
M. 3	660	c. 3. In quo differat stuprum a raptu	639
M. 4	661	c. 4. In quo teneatur constuprator virgini quam defloravit	640
Q. 151		TIT. V. *De raptu.*	
M. 1	662	c. 1. Quid sit raptus.	641
M. 2	663	c. 2. Utrum raptor possit ducere quam rapuit.	642
M. 3	664	c. 3. De poena illorum qui participant in rapiendo.	643
M. 4	665	c. 4. De evasione raptoris a poena	643
Q. 152		TIT. VI. *De incestu.*	
M. 1	666	c. 1. Quid sit incestus	644
M. 2	667	c. 2. Utrum incestus sit malum secundum se	645
M. 3	668	c. 3. De comparatione incestus ad alia peccata eiusdem generis	646
M. 4	669	c. 4. De casibus incestus ratione consanguinitatis et affinitatis	646
Q. 153		TIT. VII. *De sacrilegio carnali.*	
M. 1	670	c. 1. Utrum copula sacrilega sit peccatum	648
M. 2	671	c. 2. De comparatione huius peccati ad peccatum incestus	649
M. 3		c. 3. In quibus casibus contingat peccare ratione huius vel illius.	
	672	a. 1. Casus peccatorum ratione voti	650
	673	a. 2. Casus peccatorum ratione cognationis spiritualis.	652
Q. 154		TIT. VIII. *De peccato contra naturam.*	
M. 1	674	c. 1. De comparatione peccatorum contra naturam secundum rationem magnitudinis	653
M. 2	675	c. 2. De poena peccati contra naturam	654
M. 3	676	c. 3. De quibusdam casibus peccati contra naturam	655
Q. 155		**Q. II. De peccato ex ignorantia.**	
M. 1	677	c. 1. Utrum actus malus per ignorantiam perpetratus sit peccatum	657
M. 2	678	c. 2. Utrum actus malus, qui fit per ebrietatem vel furorem vel per pueritiam, dicatur peccatum per ignorantiam.	658
M. 3	679	c. 3. Utrum actus malus per ignorantiam iuris perpetratus sit peccatum	659
M. 4	680	c. 4. Utrum actus per ignorantiam facti sit peccatum vel non	660
M. 5	681	c. 5. Utrum actus per ignorantiam liget ad poenam, licet non ad culpam	661
M. 6	682	c. 6. De quibusdam casibus qui fiunt per ignorantiam	661

Colon. 1622	Num. n. ed.		PAG.
Q. 156		**Q. III. De peccato ex industria seu in Spiritum Sanctum.**	
M. 1	683	c. 1. Quid sit peccatum in Spiritum Sanctum	664
M. 2	684	c. 2. Utrum idem sit peccatum in Spiritum Sanctum quod peccatum ad mortem.	666
M. 3		c. 3. De differentiis peccati in Spiritum Sanctum.	
	685	a. 1. Quot sint differentiae peccati in Spiritum Sanctum	668
	686	a. 2. Dubitabilia circa rationem numeri specierum peccati in Spiritum Sanctum.	671
M. 4	687	c. 4. Utrum omne peccatum possit dici per aliquam additionem peccatum in Spiritum Sanctum	674
M. 5	688	c. 5. Cui gratiae per se et primo opponatur peccatum in Spiritum Sanctum.	675
M. 6	689	c. 6. Quare peccatum in Spiritum Sanctum dicatur irremissibile	676
Q. 157		**Q. IV. De desperatione.**	
M. 1	690	c. 1. Utrum desperatio sit peccatum secundum definitionem Augustini	678
M. 2	691	c. 2. Utrum desperatio sit idem peccatum cum confidentia in creatura	679
M. 3	692	c. 3. Utrum desperatio possit esse cum fide informi an non	679
M. 4	693	c. 4. Utrum desperatio sit de potentia Dei sicut de voluntate divina	680
M. 5	694	c. 5. Utrum desperatio, prout est peccatum, permaneat in damnato secundum actum	681
M. 6		c. 6. De comparatione desperationis ad alia peccata et de comparatione partium inter se.	
	695	a. 1. Utrum desperatio sit maximum peccatum	681
	696	a. 2. Utrum desperatio ratione sui generis dicatur maius peccatum aliis	683
	697	a. 3. De comparatione partium desperationis inter se	683
M. 7	698	c. 7. Utrum desperare de salute proximi sit peccatum	684
M. 8	699	c. 8. Quod est remedium principale contra desperationem	685
		TRACTATUS SEXTUS	
Q. 158		DE PECCATIS EX TIMORE MALE HUMILIANTE ET AMORE MALE ACCENDENTE.	
		Q. I. De peccatis ex timore et amore in genere.	
M. 1	700	c. 1. De ratione divisionis in se	686
	701	c. 2. Secundum quod genus causae accipiatur praedicta divisio	688
		Q. II. De peccatis ex timore et amore in specie.	
M. 2		TIT. I. *De peccatis ex timore male humiliante.*	
a. 1	702	c. 1. Quid sit timor malus	689
a. 2		c. 2. Utrum timor malus sit peccatum et quale.	
	703	a. 1. Utrum timor malus sit peccatum.	689
	704	a. 2. Utrum timor malus sit peccatum mortale vel veniale.	690
a. 3	705	c. 3. Quae sint differentiae timoris prout est peccatum	690
a. 4	706	c. 4. Quid sit timendum vel non timendum	692
a. 5	707	c. 5. De causa inducente timorem humanum	693
a. 6	708	c. 6. Utrum timor excuset a peccato	694
a. 7	709	c. 7. De opposito timoris	696
M. 3		TIT. II. *De peccatis ex amore male accendente.*	
a. 1	710	c. 1. Quid sit amor sui indebitus	697
a. 2	711	c. 2. Utrum amor sui sit causa mortalis peccati	698
a. 3	712	c. 3. Utrum amor sui sit causa omnis peccati.	699
a. 4	713	c. 4. Utrum amor sui supra Deum sit idololatria	700
a. 5	714	c. 5. Utrum amor sui possit stare cum caritate	701

Colon. 1662	Num. n. ed.		PAG.
a. 6	715	c. 6. Utrum amor indebitus sit odium	702
a. 7	716	c. 7. De poena huius peccati	704

TRACTATUS SEPTIMUS

DE PECCATO EX TRIPLICI CONCUPISCENTIA.

Q. 159

Q. I. De concupiscentia generaliter dicta.

M. 1	717	c. 1. Quid sit concupiscentia secundum quod est commune triplici concupiscentiae	705
M. 2	718	c. 2. Utrum trimembris divisio concupiscentiae sit sufficiens	706
§ 1	719	c. 3. De oppositione istarum differentiarum inter se	708

M. 3

Q. II. De triplici concupiscentia in specie.

a. 1	720	c. 1. Utrum concupiscentia carnis consistat tantum in delectationibus sensuum.	710
a. 2		c. 2. De concupiscentia oculorum.	
	721	a. 1. Utrum inquirere libidinose de peccatis proximorum ad concupiscentiam oculorum pertineat	711
	722	a. 2. Utrum sub concupiscentia oculorum contineatur curiositas in cognoscendis naturis rerum	711
	723	a. 3. Penes quid accipiatur divisio Bedae circa concupiscentiam oculorum.	712
	724	a. 4. Quare magis dicatur concupiscentia oculorum quam alterius sensus.	712
a. 3		c. 3. De superbia vitae.	
	725	a. 1. Utrum concupiscentia laudis humanae sub superbia vitae contineatur.	712
	726	a. 2. Qualiter velle timeri et velle laudari ad superbiam vitae reducantur.	713
	727	a. 3. Utrum vana gloriatio de contemptu vanae gloriae ad superbiam vitae reducatur	713
	728	a. 4. Utrum velle placere alteri inordinate ad superbiam vitae reducatur	713
	729	a. 5. Quare haec radix peccatorum dicatur superbia vitae	714
	730	a. 6. Quare superbia vitae sit difficilioris amotionis aliis duabus	714

TRACTATUS OCTAVUS

DE PECCATIS IN DEUM, IN PROXIMUM, IN SE IPSUM.

SECTIO I.

DE PECCATIS IN DEUM.

Q. I. De peccatis quibus dehonoratur omnipotentia divina.

Q. 160

TIT. I. *De idololatria.*

M. 1		c. 1. Quid sit idololatria.	
	731	a. 1. Utrum idololatria sit latria	716
	732	a. 2. Quid sit idolum	716
M. 2	733	c. 2. De causa idololatriae	718
M. 3	734	c. 3. In quibus consistat idololatria	720
M. 4	735	c. 4. De effectu idololatriae	723
M. 5	736	c. 5. De magnitudine peccati idololatriae.	724
M. 6		c. 6. De tempore idololatriae et cessatione eius.	
	737	a. 1. De tempore quo coepit idololatria	725
	738	a. 2. De tempore cessationis idololatriae	727
M. 7	739	c. 7. Utrum communicandum fuit cum idololatris	727

TIT. II. *De Iudaeis et paganis.*

Q. 161

M. I. De observantia ritus iudaici.

M. 1	740	c. 1. Utrum tolerandi sint Iudaei	729

Colon. 1622	Num. n. ed.		PAG.
M. 2	741	c. 2. Utrum ritus Iudaeorum sit quasi idololatria	730
M. 3	742	c. 3. Utrum permittendi sint Iudaei ritum suum in solemnitatibus et aliis observare	730
M. 4	743	c. 4. Utrum Iudaei ad fidem sint compellendi.	731
	744	c. 5. Utrum venientes ad fidem sint cito recipiendi.	732
Q. 162		M. II. De conversatione Christianorum cum Iudaeis et paganis.	
M. 1	745	c. 1. Utrum Ecclesia iudicare debeat infideles.	732
M. 2	746	c. 2. Utrum Iudaei vel pagani possint praeesse Christianis	733
M. 3	747	c. 3. Utrum compellendi sint Iudaei solvere decimas	735
M. 4	748	c. 4. Utrum Christiani possint habere Iudaeum vel Saracenum mancipium.	736
Q. 163		TIT. III. *De haeresi.*	
M. 1		c. 1. Quid sit haeresis.	
	749	a. 1. Quid sit haeresis genere	737
	750	a. 2. Quid sit haeresis secundum definitionem	739
M. 2	751	c. 2. De differentia haereseos ad ea cum quibus videtur convenire	740
M. 3	752	c. 3. Ad quod genus septem capitalium peccatorum reducatur haeresis.	741
M. 4	753	c. 4. Utrum haeresis sit initium omnium peccatorum	742
M. 5	754	c. 5. De quantitate peccati haereseos	743
M. 6	755	c. 6. Contra quod praeceptum specialiter sit haeresis	744
M. 7	756	c. 7. Utrum haeresis se extendat ad omnia credibilia	744
M. 8	757	c. 8. De opposito haereseos	747
M. 9	758	c. 9. De necessitate haeresum	747
M. 10	759	c. 10. De privatione communionis haereticorum	748
M. 11	760	c. 11. De tolerantia haereticorum	749
M. 12	761	c. 12. De duratione haeresum	751
M. 13	762	c. 13. De revertentibus ab haeresi	751
Q. 164		TIT. IV. *De schismate.*	
M. 1	763	c. 1. Quid sit schisma	753
M. 2		c. 2. Utrum schisma contineat haeresim et de comparatione eius in quantitate	
	764	a. 1. Utrum schisma contineat haeresim	753
	765	a. 2. De quantitate peccati schismatis	754
M. 3	766	c. 3. De potestate schismaticorum	754
M. 4	767	c. 4. De sacramentis schismaticorum	755
M. 5	768	c. 5. De ordinatis a schismaticis	756
M. 6	769	c. 6. De communione cum schismaticis	757
M. 7	770	c. 7. De poena schismaticorum.	757
Q. 165		TIT. V. *De apostasia.*	
M. 1		c. 1. Quid sit apostasia.	
	771	a. 1. Quid sit apostasia secundum definitionem	758
	772	a. 2. Utrum superbus praelatus sit apostata	759
	773	a. 3. Utrum discordia sit apostasia	759
	774	a. 4. Utrum apostasia sit peccatum separatum ab haeresi vel schismate	759
M. 2		c. 2. Quis dicendus sit apostata.	
	775	a. 1. Utrum sit apostata perfidiae qui metu mortis non confitetur fidem	760
	776	a. 2. Utrum inobediens mandatis Sedis Apostolicae incidat in apostasiam perfidiae.	760
	777	a. 3. Utrum inobediens mandatis sui superioris sit apostata apostasia inobedientiae	761
	778	a. 4. Utrum deserens primam tonsuram sit apostata apostasia irregularitatis.	762
M. 3	779	c. 3. Utrum omnis apostata sit infamis	762
M. 4	780	c. 4. Utrum obediendum sit dominis apostatis.	763
M. 5	781	c. 5. Utrum clericus apostata privetur privilegio clericali	764

Colon. 1662	Num. n. ed.		PAG.
Q. 166		**Q. II. De peccatis quibus dehonoratur divina sapientia, seu de divinatione.**	
M. 1	782	M. I. Quid sit divinatio	765
M. 2		M. II. Quae sint differentiae divinationis.	
	783	c. 1. De ratione numeri differentiarum divinationis	766
	784	c. 2. Quae sit differentia inter quinque principales species divinationis	767
	785	c. 3. De differentiis divinationis quae in Deuteronomio et Levitico ponuntur	768
M. 3	786	M. III. Utrum divinatio sit licita	768
M. 4	787	M. IV. Utrum divinationibus sit fides adhibenda	769
M. 5	788	M. V. De poena divinationem consequente	770
M. 6		M. VI. De quibusdam pertinentibus ad aliquas differentias divinationis.	
	789	c. 1. Utrum huiusmodi cognitio sit a Deo vel a diabolo	771
	790	c. 2. Quare permittat Dominus illudi hominibus a daemonibus	772
	791	c. 3. Utrum peccatum sit de rebus furtim sublatis investigare per inspectionem astrolabii vel per iudicia astrorum	772
	792	c. 4. Utrum peccent physici qui considerant motus corporum superiorum	773
	793	c. 5. Utrum liceat uti divinationibus quae fiunt per imagines sanctorum	773
	794	c. 6. De transformationibus quae asseruntur fieri a quibusbam vetulis	774
	795	c. 7. De carminibus et scripturis superstitiosis	774
	796	c. 8. De orationibus et figuris artis notoriae	775
Q. 167		c. 9. De sortilegio.	
M. 1	797	a. 1. Quid sit sors	775
M. 2	798	a. 2. Utrum licitum sit proicere sortes	776
M. 3	799	a. 3. Utrum sic sortiendo sit tentare Deum	777
M. 4	800	a. 4. Utrum omni tempore congruat permissio sortis	777
M. 5	801	a. 5. Utrum exemplo Apostolorum consulendum sit sortibus in electionibus vel huiusmodi factis	778
M. 6	802	a. 6. Quare plus abundat sortilegium in sexu muliebri quam in virili	778
M. 7	803	a. 7. Utrum sortilegium sit maius peccatum quam infidelitas vel apostasia	779
		Q. III. De peccatis quibus dehonoratur divina bonitas.	
Q. 168		TIT. I. *De hypocrisi.*	
M. 1		c. 1. Quid sit hypocrisis.	
	804	a. 1. Utrum hypocrisis sit simulatio	780
	805	a. 2. Utrum hypocrisis sit speciale peccatum	780
M. 2	806	c. 2. Utrum hypocrisis sit semper mortale peccatum	781
M. 3		c. 3. De motivo peccati hypocrisis.	
	807	a. 1. Utrum velle videri bonus sit secundum se malum	781
	808	a. 2. Utrum aliquis possit sine peccato simulare se esse bonum	782
M. 4	809	c. 4. De comparatione hypocrisis ad inanem gloriam	783
M. 5		c. 5. De gravitate et comparatione peccati hypocrisis.	
	810	a. 1. De gravitate peccati hypocrisis	783
	811	a. 2. De comparatione hypocrisis ad eleemosynam, ieiunium et orationem.	784
	812	a. 3. De comparatione hypocrisis ad avaritiam	785
M. 6		c. 6. Utrum aliquis possit simulare se esse malum vel hypocritam.	
	813	a. 1. Utrum aliquis possit simulare se esse malum	785
	814	a. 2. Utrum aliquis possit simulare se esse hypocritam	786
M. 7	815	c. 7. Utrum hypocrisis habeat species	786
M. 8	816	c. 8. De oppositione hypocrisis.	787
M. 9	817	c. 9. De detestatione peccati hypocrisis	787
M. 10	818	c. 10. Utrum hypocrisis sit peccatum irremediabile.	788
M. 11	819	c. 11. De fructibus hypocritarum per quos cognoscuntur	788
Q. 169		TIT. II. *De simonia.*	
M. 1	820	c. 1. De nomine simoniae.	789
M. 2		c. 2. Quid sit simonia.	

Colon. 1622	Num. n. ed.		PAG.
	821	a. 1. De definitione simoniae	789
§ 1	822	a. 2. Utrum simonia sit haeresis	791
§ 2	823	a. 3. Utrum simonia sit gravius peccatum quam haeresis	792
§ 3	824	a. 4. De comparatione simoniae ad idololatriam	793
M. 3		c. 3. Quibus modis simonia contrahatur.	
a. 1		a. 1. De munere' a manu.	
	825	probl. 1. Utrum iudex ecclesiasticus, recipiens munera, sit simoniacus	794
	826	probl. 2. Utrum possit pecunia dari sacerdoti pro Baptismo	794
	827	probl. 3. Utrum liceat dare pecuniam pro redemptione iuris sui	795
	828	probl. 4. Utrum liceat pro operibus spiritualibus debitis aliquid exigere.	795
a. 2		a. 2. De munere ab obsequio.	
	829	probl. 1. Utrum liceat mediante obsequio obtinere beneficium spirituale.	796
	830	probl. 2. Utrum liceat obsequium spirituale facere pro beneficio ecclesiastico, interveniente conditione	796
a. 3		a. 3. De munere a lingua.	
	831	probl. 1. Utrum liceat pro se petere aliquod beneficium ecclesiasticum	797
	832	probl. 2. Utrum, si preces fiant ab alio, simonia sit	797
M. 4		c. 4. De materialibus differentiis simoniae.	
a. 1		a. 1. De ipso spirituali.	
	833	probl. 1. Utrum liceat dare pecuniam pro benedictione matrimoniali	798
	834	probl. 2. Utrum sacerdos possit cantare Missam pro denariis.	799
	835	probl. 3. Utrum liceat dare pecuniam pro anniversario celebrando vel pro absolutione excommunicatorum	800
	836	probl. 4. Utrum liceat dare bona temporalia viris religiosis ut orent pro eis	800
	837	probl. 5. Utrum liceat dare vel recipere pecuniam pro sepultura	801
a. 2		a. 2. De annexo spirituali.	
	838	probl. 1. De venditione iuris percipiendi decimas	802
	839	probl. 2. Utrum liceat redimere decimas a laicis	804
	840	probl. 3. Utrum episcopo liceat emere decimas ab aliqua vicina ecclesia.	804
	841	probl. 4. Utrum episcopus, dans praebendam causa consanguinitatis, committat simoniam	805
	842	probl. 5. Utrum ius patronatus possit vendi	805
	843	probl. 6. Utrum ius patronatus possit vendi cum universitate.	806
a. 3		a. 3. De iis quae sunt spiritualia et annexa spiritualibus.	
	844	probl. 1. Utrum liceat praedicare pro pecunia	806
	845	probl. 2. Utrum magistri liberalium artium possint vendere suam scientiam.	807
	846	probl. 3. Utrum liceat aliquid accipere pro testimonio ferendo.	807
M. 5	847	c. 5. De poena simoniae	808
M. 6	848	c. 6. De casibus in quibus potest dubitari utrum committatur simonia	808
M. 7	849	c. 7. De satisfactione pro simonia	809
Q. 170		TIT. III. *De sacrilegio.*	
M. 1	850	c. 1. Quid sit sacrilegium.	810
M. 2		c. 2. Quae sint differentiae sacrilegii.	
	851	a. 1. Utrum sacrilegium sit rapina	811
	852	a. 2. Utrum sacrilegium sit furtum	811
	853	a. 3. Utrum retinere bona ecclesiae illicite reputetur homicidium	812
M. 3		c. 3. Quando committitur sacrilegium.	
	854	a. 1. Utrum abstrahere aliquem ab ecclesia, ad quam confugit, sit sacrilegium	812
	855	a. 2. Utrum vir cognoscens uxorem suam in ecclesia committat sacrilegium.	813
	856	a. 3. Utrum imminente persecutione hostili possint saeculares cum familiis suis et pecoribus in ecclesiis et coemiteriis recipi absque sacrilegio.	813
M. 4	857	c. 4. De poena sacrilegii	814

Colon. 1622	Num. n. ed.		PAG.
		SECTIO II. DE PECCATIS IN PROXIMUM.	
Q. 171		**Q. unica. De scandalo.**	
M. 1	858	c. 1. Quid sit scandalum	815
M. 2	859	c. 2. Utrum scandalum sit peccatum per se	816
M. 3	860	c. 3. An omne scandalum sit mortale peccatum	818
M. 4	861	c. 4. Utrum necesse sit esse scandala	819
M. 5	862	c. 5. Utrum maius peccatum sit scandalum activum quam passivum . .	820
M. 6		c. 6. Quid sit dimittendum propter scandalum.	
a. 1	863	a. 1. Utrum opera misericordiae sint dimittenda propter scandalum . .	822
a. 2	864	a. 2. Utrum consilia sint dimittenda propter scandalum	822
a. 3		a. 3. An indifferentia dimittenda sint propter scandalum.	
§ 1	865	probl. 1. De repetitione rerum in iudicio	824
§ 2	866	probl. 2. De sumptione procurationum a praelatis	826
§ 3	867	probl. 3. De comestione idolothyti	828
§ 4	868	probl. 4. Utrum opus iustitiae sit dimittendum propter scandalum . .	828
M. 7	869	c. 7. Quid sit faciendum propter scandalum vitandum	829
M. 8	870	c. 8. Utrum Petrus scandalizaverit gentiles discernendo cibaria cum Iudaeis.	830

	ERRATA	CORRIGE
Pag. 14,	*Caput III.*	*Caput I.*
» 47,	nota 3: *In Matth., hom. 18* etc.	*In Matth., hom. 80, n. 4 (PG 58, 730)*
» 53,	nota 7: *num. 38*	*num. 39.*
» 63,	nota 1: *c. 25, n. 26*	*cc. 25 et 26*
» 75,	lin. 1: *operis*	*intentionis*
» 168a,	lin. 24: *peccato*	*peccato* [1]
» 221,	nota 15: *c. 26 (PL 32, 625)*	*c. 21, n. 2 (PL 32, 618)*
» 369,	nota 8: *Cf. de ira* etc.	*Epist. 88, n. 26*
» 393,	*Particula I*	*Problema I*
» 395,	*Particula II*	*Problema II*
» 404,	nota 3: *cf. C. 23*	*cf. C. 22*
» 442,	nota 8: *Cf. loc. cit.* etc.	*In Matth., hom. 78, n. 4 (PG 58, 716)*
» 465,	nota 3: *Cf. loc. cit.* etc.	*Epist. 28, n. 4 (PL 33, 113)*
» 478,	nota *g*: *T decet... et*	*T om. decet... et*
» 489,	*Titulus I. De superbia*	*Titulus I. De superbia et inani gloria.* *Distinctio I. De superbia.*
» 509,	nota 2: *Lindenbauer*	*Linderbauer*
» 585,	nota 3: *Hunc locum* etc.	*Rectius Augustin., In Ioan., tr. 10, n. 4 (PL 35, 1468).*

NIHIL OBSTAT.

Romae, 14 Iulii 1930.

Fr. BONAVENTURA MARRANI
Min. Gen. Ord. Frat. Min.

IMPRIMATUR.

Datum Florentiae, 24 Iunii 1930.

† ALPHONSUS MARIA CARDINALIS MISTRANGELO
Archiepiscopus.

CATHOLIC THEOLOGICAL UNION
OVERSIZE.BX1749.A6 C001
DOCTORIS IRREFRAGABILIS ALEXANDRI DE HAL
3
3 0311 00079 5349

33085
Oversize
BX
1749
.A6
Alexander de Hales, d. 1245.
SUMMA THEOLOGICA.
v3,c1
DATE DUE | BORROWER'S NAME
DEMCO

HECKMAN
BINDERY INC.
JUN 91
N. MANCHESTER,
INDIANA 46962